

Struthocephalos minimi et passerini capitis, in Paraphrasi physicorum vocat, ut annotavit Turnebus.

STRYCHNVS, i. m. vel **STRYCHNVN**, i. n. [*στροχνης*] *Herba sponte nascens; quam Latini Solanum, vulgo Solathrum vocant: multas sub se continens species, quas vide supra in dictione SOLANVM.* Vid. Plin. 28, 11. it. 27, 8 et 13. Apul. de Herb. c. 22 et 74.

STRYMON, ðnis. m. [*Στρυμών*] *Civitas nec non et fluvius Thraciae, de quo Virg. Georg. 4, 508 Rupe sub aduersa deserti ad Strymonis vndam.* Niuosus Strymon Ouid. Trist. 5, 3, 21.

STRYMONIVS, a, um. Adi. [*Στρυμόνιος*] *Pro Thracio fere ponitur, ut, Grues Strymoniae Virg. Georg. 1, 120. Aquilo Strymonius Sen. Agam. f. 6. Matres Strymoniae, Mulieres Thraciae Ouid. in Ibin 602.*

STRYX, vid. **STRIGES**.

S T V

STVDEO, STUDIO SVS, vid. post **STVDIVM**.

STVDIVM, i. n. [*σπουδή, ἐπιήδευμα*] *Donatus ad Ter. Hec. 2, 1, 5 Studium est voluntas hominis attentior atque impensior: itaque interdum est diligentiae, interdum fauoris et amicitiae, interdum virtutis accessio, quod ex adiunctis aestimandum est. Modo enim otio distribuendi singula destituimur.* Cic. de Inuent. 1, 36 c. 25 Studium autem est animi assidua et vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluptate, occupatio. ut philosophiae, poëticae, geometriae, literarum.

Ter. Hec. 2, 1, 5 *Viris esse aduersas, aequè studium est, similis pertinacia est.* Hor. Serm. 2, 2, 12 *Molliter austerum studio fallente laborem.* Alacritas ac studium Caes. Bell. Gall. 4, 24.

Belli studiis asperrima vrbs Virg. Aen. 1, 18. *Formae studium Tibul. 1, 7, 43. Lassus studio venandi Ouid. Met. 3, 413. Fessus studiorum pondere Lucan. ad Pison. 178. Acre studium, vid.*

ACER Adiectiuum. *Agile studium, Exercitium ad cursum Stat. Theb. 6, 557. Fortia studia Quinctil. 6, 1. Inane studium, vid.*

INANIS. *Pertinax studium Quinctil. in Prooem. lib. 1. Plena vecordiae studia Tacit. Ann. 3, 50. Puellare studium Ouid. Met. 5, 399. Virilia studia Idem ibid. 12, 208.*

Verborum formulae: Adhibere studium, vid. ADHIBEO. Ardeo studio historiae Cic. Att. 16, 13. Ardere studio belli, vid. ARDEO. Affequi studio vel consequi Cic. Fam. 2, 5. Cecidit incautus studio eundi, Cupiditate currendi Ouid. Met. 8, 378. Celerare gradum anili studio Virg. Aen. 4, 641.

Conciliatum studium ex Tribunatu, etc. Cic. Fam. 2. Conferre studia sua in aliquem Idem ad Qu. Fratr. 2, 14. Consurgunt studiis Teucris Virg. Aen. 5, 450. Contendere omni studio, vid. CONTENDO. Contendere ad magna rectis studiis, vid. CONTENDO. Declarare studium, vel significare Cic. Fam. 3.

Deponere belli studia Iustin. 1, 2. Dicere studium Cic. Fam. 2, 6. Disposita fidei studio dona Lucret. 1, 47. Dare studium alicui rei Quinctil. 3, 2. Dare studium agricolationi Colum. 1, 1, 1. Magno militum studio opus Efficitur Caes. B. G. 6, 9.

Exercere aliquem duris studiis Claud. 4 Conf. Hon. 320. Exspectare studia ab aliquo Cic. Fam. 1. Habere studia Idem pro Planc. 20. Iactare aliquid inani studio Virg. Ecl. 2, 5. Incensus studio discendi Cic. de Orat. 2, 1. Incensu studio, quod ad agrum colendum pertinet, vid. INCENDO. Cic. de Diuin. 2, 5 Quorum studio legendi, meum scribendi studium vehementius in dies incitatur. Inflammatum studium, vid. INFLAMMO.

Inhaerere studio alicui Ouid. Met. 8, 165. Iniicere studium alicui, vid. INICIO. Instigare aliquem studiis Virg. Aen. 5, 228. Interponere studium, operam, vid. INTERPONO. Nauare operam et studium tibi volunt Cic. ad Brut. 8. Ponere studium lucris Hor. Carm. 4, 12, 25. vid. PONO. Profiteri studium Cic. Fam. 5, 8.

Polliceri alicui suum eximium singulare studium Idem ibid. 5, 8. Liu. 10, 13 Acuebant hac moderatione tam iusta studia: quae verecundia legum Restringenda ratus; legem recitari iussit: etc. Sic etiam Drakenb. Al. restringenda. Seruatum perenni studio odium, Voluntate perseveranti Sil. 1, 18. Studium in aliquo esse Caes. Bell. Ciu. 1.

Cicero tuus nosterque summo studio est Pazonii sui rhetoris, i. Tenetur Cic. Qu. Fratr. 3, 3. Studio esse in aliquem Id. Fam. 14, . . Id. Tusc. 2, 36 Illi autem voluerunt nihil horum simile esse apud Lacaenas virgines, quibus magis palaestra, Eurotas, sol, puluis, labor, militia in studio est, quam fertilitas barbara. Id. Acad. 1, 7 Sed meos amicos, in quibus est studium, in Graeciam mitto, id est ad Graecos ire iubeo, ut ea, etc. Teneri studio aliquo Hor. Epist. 1, 1, 81. Vigilare seueris studiis Propert. 2, 3, 7.

¶ 3 Notentur quaedam constructiones. Cic. Qu. Fratr. 3, 1, 3 Quod literis tuis studium illius in salutem nostram facile perspexi. Insigne studium alicuius erga alterum, vid. INSIGNIS. Cic. Fam. 3, 10 Neque enim de meo erga te studio dubitare debēs, neque id est obscurum cuiquam in prouincia, nec Romae fuit. Idem Fam. 5, 8 Quantum meum studium existiterit dignitatis tuae vel tuendae, vel etiam augendae, non dubito quin ad te omnes tui scripserint. Cupiditas et studium defendendae nobilitatis Id. Verr. 1, 35.

¶ 4 Ad institutum, et vitae genus fere pertinent ista: Columel. 1 praefat. 4 Et ne singula persequar: ei studio, quod quisque agere velit, consultissimum rectorem adhibeat, i. Exercitio, vel operi, vel arti: ubi illud in vniuersum obseruamus, libera Rep. aureaque aetate non temere dicta esse studia simpliciter pro studiis literarum et sapientiae; sed fere adiectum esse aliquid, unde intelligatur, de quo genere sermo sit, studia literarum, doctrinae, sapientiae, studia haec, studia nostra, etc. Post ea vero Quinctilianus, Plinius, caeteri ita frequentarunt illam absolutam loquendi rationem, ut mirum non sit, illam hodie paene vstitiore esse. Ter. Andr. 1, 1, 29 Ut animum ad aliquod studium adiungant, aut equos alere, etc. Idem Heaut. 2, 3, 39 Quo studio vitam suam te absente exegerit. Cic. de Senect. 50 Atque haec quidem studia sunt doctrinae. Idem de Inuent. 1, 4 Mihi videntur cuncta studia recta atque honesta per otium concelebrata ab optimis enituisse. Sic Tusc. 1, 1 Studio sapientiae, quae philosophia dicitur. Claritudo studiorum Tac. Ann. 12, 8. Historiale studium Idem Ann. 1, 16. Musicum studium, vid. MUSICVS in MVSA.

Confortes studii Ouid. Trist. 5, 3, 47. Cupidus studiorum Idem ex Pont. 1, 5, 35. Communia foedera studii sacri Id. ibid. 4, 13, 43. Habere aliquem participem studiis Id. ibid. 2, 5, 42. Lenius studium Id. Rem. Amor. 207. Adhaerere studio alicui Lucret. 4, 959. Adhibere multum studii ad dicendum, et ad omnes bonarum rerum disciplinas Cic. de Clar. Orat. 161. Assuetus mollibus studiis Ouid. Trist. 1, 5, 74. Celebrare studium

- agriculturae, *vid.* CELEBRO. Collocare studium, *vid.* COL-
 LOCO. Concitari cohortatione alicuius ad studium cognoscendae
 virtutis Cic. de Orat. 1, 204. Idem de Clar. Orat. 234 *de se et*
Hortensio loquens: Maxime vero perspecta est vtriusque nostrum
 5 exercitatio, paullo ante quam perterritum armis hoc studium Brute no-
 strum Conticuit subito, et obmutuit. Prius dixerat, Subito in ci-
 vitate, cum alia ceciderunt, tum etiam ea ipsa, de qua disputare or-
 dimur, eloquentia obmutuit. Conuertere studium ad operam
 scribendi, *vid.* CONVERTO. Dedere se studio eloquentiae Cic.
 10 in Orat. 6. Deditus studio citharae Hor. Serm. 2, 3, 105. Et
 studiis annos septem Dedit Idem Epist. 2, 2, 82. Deserere studia
 Cic. de Fato. Florens otii studiis Virg. Georg. 4, 564. For-
 mare boues ad studium atque vsum agrestem Idem ibid. 3, 163. For-
 mandae mentes asperioribus studiis Hor. Carm. 3, 24, 54. Fran-
 15 gere studium Cic. Fam. 6, 7. Imbuere studio Idem pro Deiot. 28.
 Impertire studium philosophiae, *vid.* IMPERTIO. Ingredi di-
 sciplinarum studia Quinctil. 1, 10. Versari in studio literarum,
vid. LITERA. Vigere studia Cic. de Orat. 1, 13. Quinctil.
 12, 3 Lektionis opus est, qua nihil est in studiis minus laboriosum.
 20 Haec studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res
 ornant, aduersis solatium ac perfugium praebent, delectant domi, non
 impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur
 Cic. pro Arch. c. 7. Nobis stet illud, vna viuere in studiis no-
 25 stris, a quibus antea delectationem, modo solatium petebamus, nunc
 vero etiam salutem deesse non arbitramur Idem Fam. 9, 2. Id
 inprimis cauere oportebit, ne studia, qui amare nondum potest, ode-
 rit, et amaritudinem semel perceptam etiam ultra rudes annos reformi-
 det Quinctil. 1, 1 p. 19 B. Studium discendi voluntate, quae
 cogi non potest, Constat Quinctil. 1, 3 p. 35. Acerrimum studi-
 30 um Cic. in Brut. Secreta studia Quinctil. 2, 18. ¶ 5
 Abducere a studio Cic. Fam. 4, 4. Abhorrere studio, Abruptum
 studium, *vid.* bb. vv. Abundare studio Cic. de Orat. 1. Ac-
 cerfita studia, *vid.* ACCERSO. Affluere studio Cic. pro Arch. 4.
 35 Afferere se studiis, Attingere leuiter studia, *vid.* bb. vv. Ab-
 scindere studium alicui Catul. 66, 19. Colere studia, Concele-
 brare studia, Conferre se ad studia, Confluere ad studia, Conquie-
 scere in studiis, *vid.* ff. ll. Contine te in tuis perennibus studiis
 Cic. in Brut. 332. Detinere animum studiis Ouid. Trist. 5, 7, 39.
 40 Flagrans studium Cic. de Orat. 3, 228. Formare studia alicuius ab
 infantia Quinctil. in Prooem. lib. 1. Iacent studia, *vid.* IACEO.
 Impedita studia, Incitari in studia, *vid.* ff. ll. Incitare studium
 Cic. de Diuin. 2, 5. Incumbere ad vel in studia, Ingredi studia,
 Mori in studio, *vid.* bb. vv. Ad erudiendam liberalibus disci-
 plinis singularis indolem iuuenis, Apolloniam eum in studia Miserat
 45 Vell. 2, 59. Obsolescere studia Cic. de Inuent. . . Omittere studia
 Idem de Inuent. 1. Referre se ad studia Idem Att. 4, 16. Re-
 mittere studia Idem in Brut. 15. Renouare studia Idem ibid.
 Repetere studia Idem de Fato 4. Restinguere studia Idem in
 Orat. 5. Reuozare intermissa studia, *vid.* INTERMITTO. Cic.
 50 Omnia denique bonarum artium studia Siluerunt. Teneri acerrimo
 studio Idem in Brut. Tentare studium inutile Ouid. Trist. 4,
 10, 21. Praemissus Apolloniam studiis Vacauit Sueton. Aug. c. 8.
 Versari in studio literarum Cic. de Arusp. Resp. c. 9. Vigent studia Plin.
 Epist. 1, 13. ¶ 6 *Obseru.* Studium, locus ubi literarum stu-
 55 diofi de eruditione differunt, museum, academia, vniuersitas. *Vid.* Cam-
 den. in Britannia p. 269. Apud Aegyptios ciuem se egit et philoso-
 phum in omnibus studiis, templis, locis Capitol. in Ant. Phil. cap. 26.
 Etiam vita monastica peculiariter studii nomine appellatur, Tu, quae pri-
 mam scintillam nostro fomiti subiecisti, quae ad hoc studium nos et
 60 sermone hortata es et exemplo Hieron. Epist. 2, 8. *i. vitam monasti-*
cam. Nec quisquam monachos ante S. Hilarionem in Syria nouerat:
 ille fundator et eruditor huius conuersationis et studii fuit Idem in
 Vita Hilarion. ¶ 7 Studium, pro Desiderio. Cic. de Senect.
 83 Equidem efferor studio patres vestros (quos colui et dilexi) vi-
 65 dendii. Idem Acad. 1, 43 Archelilas sibi omne certamen instituit,
 non pertinacia aut studio vincendi. Idem pro Rosc. Amer. 91 Vt
 omnes intelligant, me non studio accusare, sed officio defendere. Sic
 Verr. 2 Tanto studio requisuit. Acuere studia, *vid.* paullo ante
 Restinguere studia. Alicuius studio et cupiditati morem gerere
 70 Cic. pro Quint. 9. Immane studium loquendi Ouid. Met. 5, 678.
 Adduci certandi studio, *vid.* ADDVCO. Famae studium crescit
 honore Ouid. Rem. Amor. 393. Ardentibus studiis deposcunt Idem
 Met. 1, 199. Fallens laborem studium Idem ibid. 6, 60. Studium,
i. Vincendi cupiditas. Minuens labores studium Ouid. Met. 4, 295.
 75 Rapi ad aliquem locum studio inflammato Cic. pro Lege Manil. 21. Pe-
 tere ardentiore studio, *vid.* ARDEO. Sallustius in Catil. c. 51 D.
 Sullanum certe scio quae dixerit studio Reip. dixisse. Infensus
 turbae fauenti aduersus studium suum Sueton. Calig. c. 30. Cic. pro
 Planc. 10 Illud debes putare, comitiis, praesertim Aediliciis, studi-
 80 um esse populi, non iudicium, eblandita illa, non enucleata esse suf-
 fragia. Accendere studium, Accinctus studio popularium, Ac-
 quirere studia vulgi, *vid.* bb. vv. Amittere studia Cic. Att. 2.
 Conferre studium Idem Fam. 10, 1. Constare studium Idem ibid. 10.
 Consumere studium Idem ibid. 6, 12. Debilitant haec amicorum
 85 studia Idem pro Muraen. 43. Deponere studia Idem ibid. 43.
 Detrahere de studio Idem Fam. 3. Mouere studia hominum, *vid.*
 MOVEO. Nauare studium Cic. Att. 15, 4. Praestare studia
 Idem Fam. 2. Praetermittere studia Cic. . . Remanent studia
 erga aliquem Idem . . . Ille Significat studium erga me non medio-
 90 cre Cic. Att. 2, 19. Virg. Aen. 2, 39 Scinditur incertum studia in
 contraria vulgus. Ter. Adel. 1, 1, 16 Is adeo dissimili studio est
 iam inde ab adolescentia. Cic. de Amicit. 15 Voluntatum, stu-
 diorum sententiarum summa consensus. Studio habere aliquid
 Ter. Adel. 3, 3, 28. Indulgere aliquid studio suo, *vid.* INDVL-
 95 GEO. Martian. in l. Si praegnans D. de fideicom. libert. Si praeg-
 nans ancilla moram non studio (*voluntate et facto*) manumissoris,
 sed fortuito patiat, ne manumittatur, etc. Studio, Ablat. *i. de*
industria, consulto, etc. Vt omnes intelligant, me non studio accu-
 sare, sed officio defendere Cic. pro Rosc. Amer. c. 32. Conf. Ouid.
 100 Trist. 3, 4, 41. *A. Borrich.* Vindic. Lat. p. 224.
 STVDIOSVS, a, um. Adi. [*σπουδαίος, περιπαρηχός*] Studio ple-
 nus, assiduus et perseverans in re aliqua. Auctor ad Herenn. . .
 Ideoque bonis viris et studiosis amicus erat. Cic. Acad. 4, 98 c. 31
 Homo et acutus vt Poenus, et valde studiosus ac diligens. Co-
 105 hors studiosa Hor. Epist. 1, 3, 6. Pectora studiosa Ouid. Trist.
 4, 10.

4, 10, 91. *Studiosa placendi, Cupida* Ouid. de Arte Am. 3, 423. Cic. Verr. 2, 13 Videte, quid potuerit, qui quatuor in provincia Quaestores, studiosissimos defensores, propugnatoresque habuerit. Studiosus, [*φιλομαθής*] *pro Literarum cupido*. Plin. Epist. 3, 5 Itaque soleo ridere, quum me quidam studiosum vocant. *Conf.* Idem ibid. n. 5. *It.* 4, 13, 11. et 8, 12, 1. Eius filio mire studioso, et erudito, et modesto Cic. Fam. 13, 61. Suscepi laborem vtilem studiosis Idem de Opt. Gen. Orat. 13 c. 5. Instruere studiosos scientiam alicuius rei, *vid.* INSTRVO. Studiosa quaestio vel disputatio, *Literata et docta* Quinctil. 11, 1. Studiosus, *pro Cupido, addicto siue dedito alicui rei, Genituo iungitur, rarissime Datio, ut, Studiosus Catonis* Nep. 24, 3, 5. Cic. Fam. 6, 8 Viri sunt optimi, et tui similium studiosi, et mei necessarii. Idem de Amicit. 76 c. 20 Nec si qui ineunte aetate venandi aut pilae studiosi fuerint. Ouid. Met. 14, 625 Nec fuit arborei studiosior altera foetus. Audiendi studiosus Nep. 15, 3, 3. Habet enim certos sui studiosos, qui, *etc.* Cic. de Clar. Orat. 64. Doctrinarum studiosus Idem Fam. 4, 3. Idem Tusc. 2, 36 Itaque industrios homines illi studiosos, vel potius amantes Doloris appellant, nos commodius laboriosos. Eloquentiae studiosi Quinctil. 5, 10. Equorum studiosus Ouid. Met. 14, 321. Existimationis meae studiosissimum, cupidissimumque cognoui Cic. Verr. 4, 117 c. 47. Literarum Nep. 25, 1, 2. Nemorum studiosus Ouid. Met. 7, 675. Nobilitatis studiosus Cic. Acad. 4, 125. Idem de Finib. 4, 61 Studiosissimus philosophiae. Ille restituendi mei quam retinendi studiosior Idem Att. 8, 3. *Add.* Idem Fam. 5, 19. *Datio:* Plaut. Milit. 3, 1, 207 Qui nisi adulterio, studiosus nullae rei aliae est, improbus. Fuit rex armorum quam conviuorum apparatus studiosior Iustin. 9, 8, 4. *Conf. Bernegg. b. l.* Studiosus *absque adiuncto est candidatus eloquentiae in titulo operis* Pliniani, *de quo iunior* Plin. Epist. 3, 5 Studiosi tres in sex volumina propter amplitudinem diuisi, quibus oratorem ab incunabulis instituit et perficit. *Non tamen ausim huc referre* Cic. de Opt. Gen. Orat. 13 c. 5 Putavi mihi suscipiendum laborem, vtilem studiosis, mihi quidem ipsi non necessarium. *Hic enim tota series orationis satis indicat, cuius rei studiosi intelligantur.*

STVDIÖSE. Adu. *Diligenter.* Ter. Heaut. 2, 3, 44 Texentem telam studiose ipsam offendimus. Cic. de Senect. 58 Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt, quos legite quaeso studiose. Armari studiosius Nep. 17, 3, 3. Audire studiose Cic. Acad. 4. Colere studiose praedia Idem pro Rosc. Amer. 50. Eum multo studiosius Commendo Cic. Fam. 13, 54. *Add.* Idem Att. 1, 10. Columel. 8, 11. Sueton. Calig. c. 35. Comparare libellos studiosissime Plin. Epist. 4, 26. *Add.* Sueton. Calig. c. 55. Veget. 4, 7. Conquirere studiose omnia Cic. Acad. 4, 33. Curare aliquid studiose diligenterque Idem Planco Att. 16, 16. Defendere studiose sententiam alicuius Idem Acad. 4, 120. Legere aliquid studiosius Quinctil. 3, 6. Ludere studiose pila Cic. de Orat. 2, 253. *Polliceri studiose,* Idem Verr. 4 Facturos esse, si quid imperasset, studiose pollicerentur. Requiere aliquid studiose Ouid. de Arte Am. 1, 145.

STVDEO, ui, ěre. [*σπουδαίω, ἐπιτηδεύω*] *Operam dare alicui rei, cupere, conari.* Plaut. Pseud. 1, 5, 108 Studeo hercle audire: nam auscultabo libens. Ter. Eun. 5, 5, 8 Dum studes dare verba nobis. Ibidem 2, 3, 23 Quas matres student demissis humeris esse. Cic. in Partit. 1 Studeo mi pater, Latine ex te audire ea, quae mihi tu de ratione dicendi Graece tradidisti. Stude verum inuenire Auctor ad Herenn. 4. Mouere vřnam studere Scribon. 170. Scire studeant Idem 84. Succurrere student Id. Ep. in. Caes. Bell. Ciuil. 1, 3 Simul infamia duarum legionum permotus, quas ab itinere Asiae Syriaeque ad suam potentiam dominatumque conuertērat, rem ad arma deduci studebat. Eoque, quo studuerat, venit Nep. 14, 4, 4. *Conf.* Id. 16, 2, 5. *Iungitur Datio ordinariē.* Caes. Bell. Gall. 1, 7 Cupiditate regni adductus, nouis rebus studebat. Plaut. Stich. 5, 3, 5 Festinamus omnes, lectis sternendis studuimus, munditiisque apparandis. Artibus et disciplinis optimis studere Cic. Diu. in Caec. 30 In quo si te multum natura adiunaret, si optimis a pueritia disciplinis atque artibus studuisses, *etc.* Cic. Fam. 1, 7 Lentulum eximia spe, summae virtutis adolescentem, cum caeteris Artibus, quibus studuisti semper ipse, tum in primis imitatione tui fac erudias. Idem Fam. 6, 4 Non tantum literae, quibus semper studui. Martial. 10, 19 *de Plinio iuniore,* Dum centum studet auribus virorum. *b. e. Dum causas agit apud Centumuiros iudices.* Literis studere, quibus fons eloquentiae continetur Cic. de Clar. Orat. 322. Literas studere dedit Gronou. ex MS. et antiquis edit. Cic. post Red. in Sen. 25 c. 6. *Sed Graeu. ex aliis,* literis. Cic. de Fin. 4, 65 Sed quia studebat Laudi et dignitati, multum in virtute processerat. Student magis mellificiis, quam foetibus apes Columel. 9, 13. Ego semper otio studui Cic. Philipp. 8. Pecuniae, imperiis, gloriae studere Idem de Finib. 1, 60. Rebus nouis studere Idem in Catil. 1, 3. Virtuti, gloriae Idem de Orat. 2, 225. Studere, *Fauere* Ouid. Met. 9, 425 Cui studeat deus omnis habet. Cic. pro Caes. 12 c. 4 Studuit Catilinae, quum iam aliquot annos esset in foro Caelius, *i. Faut, coluit, et studio eius tenebatur.* Rebus alicuius studere Nep. 6, 1, 5. et 16, 1, 2. *Accusatio iunctum, significat Cupere, velle.* Magis metuant, minus has res studeant Plaut. Mil. 5, 5 extr. Cic. Fam. 6, 5, 1 extr. Qui si nihil aliud studeat, nisi id quod agit. Ter. Hec. 2, 1, 2 Vt omnes mulieres aequae studeant, nolintque omnia. Cic. Philipp. 6, 18 Vnum sentitis omnes, vnum studetis. Horum nihil ille egregie praeter caetera studebat, et tamen omnia haec mediocriter Ter. Andr. 1, 1, 31. *Accusatio, cum Praepositione In:* Quinctil. 10, 2 Poetae et pictores in id solum student, vt describere tabulas mensuris ac lineis sciant. *Ablatio, cum Praepositione In:* Cato apud Gellium Si quis in ea re studebat. *Absolute, Amare siue fauere:* Sallust. in Catil. in oratione Caesaris, Neque studere, neque odisse, sed minime irasci decet. Studere, *pro Literis operam dare:* Quinctil. 12 c. vlt. Nunc computamus annos, non quibus studuimus, sed quibus viximus. Et 1, 2 Vtiliusne sit domi, atque intra priuatos parietes studentem continere, an publicis praeceptoribus tradere. *Add.* 6 Prooem. Tunc autem, quum studeret, habebatur bonus declamator Sen. Controu. 2, 10. Cum simul studeremus Plin. Epist. 2, 13. Demosthenes diligenter apud Andronicum studuit Quinctil. 11, 3. Studere, *cum Genituo:* Cic. de Nat. Deor. 3, 72 Parentem habere auarum, illepidum in liberos, Difficilem, qui te nec amet, nec studeat tui. *Ex Poeta.*

STVDENS, entis. Partic. [*σπουδαίω*] Cic. pro Planc. 87 c. 36 Hisce ego auxiliis studentibus atque incitatis vti me Laterensis

potuisse confiteor. Nostri celeritati studentes Vitr. 2, 8. Philosophiae studens Aur. Vict. Epit. c. 16. Studentum, si quis fuerit ille, copiosissimus Sidon. Epist. 9, 14.

STVLPINI. Populi in Illyrico apud Plin. 3, 21.

STVLTVS, a, um. Adi. [ἀνοήτος, μωρός, ἀσύνετος] Imprudens, improuidus, imperitus. l. 9. §. si quis ius. D. de iuris et fact. ignorant. l. 4. D. quod vi aut clam. Nam et multi non insipientes aliquando stulte aliquid vel agunt, vel loquuntur. Afranius, Ego stultum me existimo, fatuum esse non opinor. Isid. lib. 10 lit. s explicat obtusis quidem sensibus, non tamen nullis. Ac stultum vocamus alium, stultitiae nos accusamus, etiam propter unum factum inconsideratius: fatui illi demum videntur, in quibus plane nihil salis, nihil sensus communis est. Stulti Stoica ratione omnes, qui non sunt ex illorum regula sapientes: non item fatui. Cic. Fam. 7, 29 Quamquam me non ratio solum consolatur, quae plurimum debet valere, sed etiam dies, quae stultis quoque mederi solet. Ter. Eun. 2, 2, 23 Ex stultis insanos facies. Hor. Serm. 1, 5, 82 Hic ego mendacem stultissimum vsque puellam Ad mediam noctem exspecto. Euentus stultorum magister est Liu. 22, 39. Stultorum plena sunt omnia Cic. Fam.

9, 22. Ut hominem stultum magis etiam infatuet mercede publica Cic. Philipp. 3, 22 c. 9. Amor stultus et improbus Hor. Serm. 1, 3, 24. Ars stulta Ouid. ex Pont. 2, 9, 75. Liber de arte Amandi stulte ab Ouidio compositus. Auditor stultus et credulus Cic. pro Font. 13. Consilium stultum capere Idem Verr. 7 (5) 101 c. 39.

25 Credulitas stulta Ouid. Amor. 3, 3, 24. Dies stulti praetereunt, i. In stultitia peracti Tibul. 1, 4, 30. Iuuenta stulta Tibul. 3, 7. Senex stultus, credulus, obliuiosus, dissolutus Cic. de Senect. 36 c. 11. Stultorum feriae appellabantur Quirinalia, quod eo die sacrificabant ii, qui sollempni die, aut non potuerunt rem diuinam facere, aut ignorauerunt. Paullus apud Festum. Nec quidquam est stultius Cels.

30 praef. Stultiores Cic. pro Flacco c. 20. Add. Id. pro Caec. c. 14 et de Sen. 68 c. 19. Suet. in Claud. c. 3. Stulto stultior Plaut. Cure. 4, 3, 19. Stultissimus homo Idem Bacch. 5, 1, 12. Adolescens stultissimus Gell. 5, 10. Stultior stultissimo Plaut. Amph. 3, 2, 26. Add.

35 Liu. 45, 23. Sen. Ep. 64. Petron. c. 1 et 10 et 65.

STVLTE. Adu. [ἀφραδίας, ἀνοήτως] Imprudenter. Plaut. Men. 5, 9, 14 Quaeso ignoscas, si quid stulte dixi atque imprudens tibi. Ter. Heaut. 2, 3, 8 Factum a nobis stulte est. Agere omnia stulte et incaute Cic. Att. 7, 10. Idem de legib. 2, 16 c. 7 Quid est enim verius,

40 quam neminem esse oportere tam stulte arrogantem, ut in se rationem et mentem putet inesse, in caelo mundoque non putet? Idem de Nat. Deor. 2, 70 c. 28 Haec et dicuntur et creduntur stultissime, et plena sunt futilitatis summaeque leuitatis. Idem de Finib. 4, 40 Itemque illa quae in corpore excellere, stulte antiquos dixisse, per se esse expetenda,

45 et sumenda potius quam expetenda? Idem de Orat. 2, 274 Habet nonnunquam aliquid etiam apud nos loci, ut vel non stultus quasi stulte cum sale dicat aliquid, etc. Mirari stulte aliquid Hor. de Arte Poët. 272. Stultius atque intemperantius matronam duxisse Liu.

30, 13 extr. Gargius multo stultius inquit Sen. Contr. 5, 34.

50 STVLTVLVVS, i. m. Dimin. Apul. Met. 9 Tu stultule asine, intra terminos pistrini contentus. al. Astutule. Vid. Elmenb. ad p. 230.

STVLTESCO, ère. Plaut. Most. 4, 2, 49 Stultescere praeter speciem.

STVLTIŦIA, ae. f. [ἀφραδία, ἀσύνεσις, ἀσυνεσία, ἀπειθοσύνη] Imprudentia, imperitia l. 15 D. de iurisdictionibus Plin. 11, 52 Auricularum magnitudo loquacitatis et stultitiae nota est. Ter. Heaut. 4, 1, 33 Ut meae stultitiae in iustitia tua sit aliquid praesidi. Stultitia pro peccato extenuandi causa dicitur: Nunc te obsecro stultitiae adolescentinaeque eius ignoscas: tuus est Plaut. Most. 5, 2, 34. Nunc tibi vltro supplicatum venio ob stultitiam meam Id. Aul. 4, 10, 22. Conf. Ter.

60 Heaut. 5, 2, 8. Voss. Inst. Or. 4 p. 137 et 138. Ita sunt altae stirpes stultitiae Cic. Tusc. 3, 13. Est enim proprium stultitiae, aliorum vitia cernere, obliuisci suorum. Cic. Tusc. 3, 73 c. 30. Miserius stultitia nihil dici potest Idem de Nat. Deor. 1, 23. O delirationem incredibilem! non enim omnis error stultitia dicenda est Idem de Diuin. 2, 86 c. 43 pr. Sed huius istius facti stultitiam maior iam superior stultitia defendit. Idem pro Rabir. Post. 24. Idem de Orat. 3, 140. Malo indifertam prudentiam, quam stultitiam loquacem. Mala Hor. Serm. 2, 3, 43. Summum omnium Malorum stultitia Cic. de Nat. D. 3 c. 32. Parua Ibid. 220. Abdere stultitiam, vid. ABDO. Damnare se stultitiae Lucret. 4, 1177. Morbus animi stultitia Sen. de Benef. 7, 16. Hor. Serm. 2, 3, 210 Stultitiane erret, nihilum distabit, an ira. Stultitia excusationem non Habet, quia nemo videtur, aut quia crudus fuerit, aut quod ita maluerit, stultus fuisse Cic. de Orat. 1 c. 27. Patiuntur opes stultitiam Hor. Epist. 1, 18, 29. Stultitia est a quibus bona precamur, ab iis porrigentibus et dantibus nolle sumere Cic. de Nat. Deor. 3, 84.

65 STVLTIŦIES, ei. f. Tanta est inconstantia stultitiei et peruersitas Cic. de Sen. c. 2 ex Poëta. Verum incerta est lectio.

STVLTIŦICEN, inis. m. Stulticines, qui nunquam virilia tractarunt Sarisber. 6, 16. Qui stulta et amatoria canunt.

STVLTIŦICINIŦVM, i. n. Stulticinia amatoria personare Sarisber. 1, 6.

85 STVLTILOQVIŦVM, i. n. [μωρολόγιον] Imprudens sermo. Plaut. Milit. 2, 3, 25 Paratum est dupliciter, ni reprimas tuum stultiloquium.

STVLTILOQVIŦENTIA, ae. f. [μωρολογία] Ut, Oclusior stultiloquentia Plaut. Trin. 1, 2 extr.

STVLTILOQVIŦVS, a, um. Plaut. Perf. 4, 3, 45 Tace, stultiloque.

90 STVLTIŦIŦIDVS, a, um. Qui stulte videt. Plaut. Milit. 2, 3, 64 Stultiuidum se fateri.

STVPA, vel STVPPA, ae. f. vel STYPA, STIPA, STIPPA denique, ut quibusdam placet. [κάνναβις, τήβις, ἄγγατος Gloss. Lat. Gr.] Linum vile, aut, ut Festus notat, Linum impositum. Quod lini cortici proximum est, ut ait Plin. 19, 1 f. 3 A Graeco συνῆιον, quod stupam significat: vel a stipando, quod ea stipetur nauis. Incendit urbem tam palam, ut plerique consulares, cubicularios eius cum stuppa taedaque in praediis suis deprehensos non attigerint Suet. Ner. c. 38. Liu. 21, 8 Id sicut in pilo, quadratum stupa circumligabant, linebantque pice.

100 Add. Id. 36, 6 et 42, 64. Lucret. 6, 880 Frigidus est etiam fons, supra quem sita saepe Stupa iacit flammam concepto protinus igni. Virg. Aen. 5, 682 Stupa vomens tardum fumum, etc. Stippam passim pro Stupa vel Stuppa inculcat Seruius, et inde stipandi verbum deriuat, v. g. ad Aen. 5, 682. ¶ 2 Stipam, quia amphorae cum exstruuntur, firmari solent, memorat Festus voce Stipatores.

105 D d d d 2 Iof.

Ios. Scaliger comparat Tertull. Apolog. 12 p. 125 Hauerc. Quod simulacrum non prius argilla deformat, cruci et stipiti superstructa? Et hoc alludens 15 p. 161 Diximus, originem deorum vestrorum a platis de cruce induci. Fuerit igitur stipa crux aut stella lignea, quae argillam amphorae interim sustinet, dum indurescat.

STVPARIVS, a, um. *Quod ad stupam pertinet: ut, Stuparius mal-leus, qua lina tunduntur Plin. 19, 1 f. 3.*

STVPEVS, vel **STVPEVS**, a, um. *Adi. Virg. Aen. 8, 694 Stupea flamma manu, telisque volatile ferrum Spargitur: arua noua Neptunia caede rubescunt. Idem Aen. 2, 236 Subiiciunt lapsus, et stupea vincula collo Intendunt. Retinacula stupea puppis Ouid. Met. 14, 547. Add. Grat. Cyneg. v. 36.*

STVPEO, ui, ěre. [*θαμβέω, ἐκπλήσσομαι, ἐξίσταμαι*] *Stupere proprie dicitur is, qui torpore quodam captus languet immobilis, aut inopia consilii, aut alia re subita ex iis, quae afficere animum solent, tarditatem ini-ciente. Vid. Barth. Adu. 5, 4. Pers. Sat. 3, 32 Sed stupet hic vitio. Ter. Andr. 2, 1, 5 Ita postquam adempta spes est, lassus cura confectus (animus) stupet. Cic. Verr. 5, 94 c. 36 Confirmant ipsi se, quum is etiam, tum semiso-mnis stuperet. Curae leues loquuntur, ingentes stupent Sen. Hippol. v. 607. Quid stupes? Ter. Heaut. 2, 3, 21. de animi deliquio. Ouid. Met. 20 5, 509 Mater ad auditas stupuit, ceu saxea, voces. Occursu stupuere ducis Lucan. 8, 16. Acies oculorum stupet, vid. ACIES. Ars*

stupet ambiguus malis, Nauigandi peritia propter ventos aduersos, et in-ter se pugnantibus haeret incerta, quid agat Ouid. Trist. 1, 2, 32. Cor-da stupent sepulta mero Idem Rem. Amor. 806. Verba stupue-

runt ignauo palato Idem Amor. 2, 6, 47. Hor. Serm. 1, 4, 28 Hunc capit argenti splendor, stupet Albius aere, nimis admiratur. Et Serm. 1, 6, 17 Qui stupet in titulis et imaginibus. Stupere in aliquo, i. Adspectu alicuius stupere Valer. Argon. 1, 262. Cic. de Finib. 2, 77 Haec cum loqueris, nos Varrones stupemus, tu videlicet tecum ipse rides.

STVPENS, entis. Partic. [*θαμβών*] *Vt Carminibus stupens belua Hor. Carm. 2, 13, 33. Vultus seuerus, non moestus, nec stu-pens Quinctil. 11, 3. Pauida puella stupente Liu. 3, 44. Stupens ad frigus natura vini Plin. 14, 21.*

STVPENDVS, a, um. *Venire ad ingentium virtutum stupenda pe-netralia Nazar. Paneg. Constantini c. 6.*

STVPEFACIO, ěci, actum, ěre. [*ἐκθαμβέω*] *Liu. 5, 39 Priuatos deinde luctus stupefecit publicus Pauor, postquam hostes adesse nuntia-tum est.*

STVPEFACTIO, ōnis. f. *Augustin.*

STVPEFACTOR, ōris. m. *Sidon.*

STVPESCO, ěre. [*πρόδομαι*] *Stupidum fieri. Poëta ap. Cic. de Orat. 3, 100 c. 26. Incidat, adspiciat, admiretur, stupefcatur. Conf. Gell. 6, 13.*

STVPEFIO, ěri. [*τῖφομαι*] *Cic. de Orat. 3, 50 c. 14. In quo igitur homines exhorrescunt? quem stupefacti dicentem intuentur? Pars stupefacta silet, pars nondum exterrita latrat Claud. de Raptu Prof. 3 v. vlt. Fratris adspectu stupefactus haesit Sen. Thyest. f. 7. Cor-da stupefacta Virg. Aen. 5, 643. Add. Val. Flacc. 5, 351 et 620.*

STVPIDVVS, a, um. *Adi. [ἐννεός] Stupefactus. Plaut. Epid. 4, 2, 13 Quid stas stupida? quid taces? Ter. in prol. Hec. 4 Ita popu-lus studio stupidus, in funambulo animum occuparat. Detine-re aliquem stupidum Cic. in Parad. 5. Omnes stupidum timore ob-mutuerunt Auctor ad Heren. 4, 65 c. 52. ¶ 2 Sed etiam mentis hebetudinem perpetuam notat. Cic. de Fato 10 c. 5 Zopyrus Physiognomon stupidum esse Socratem et bardum, quod iugula con-caua non haberet. Superlat. homo stupidissimus Non. 4, 437 de stulto, iniquo sec. Non. ib. Stupidissimus est, qui non offenditur facto, quod non amat fieri Tertull. adu. Marc. 1, 26. Stupidissimae mentes Id. ad Nat. 1 c. vlt.*

STVPIDITAS, ātis. f. [*ἐκπλήξις*] *Idem quod Stupor Cic. Philipp. 2, 80 c. 32 In quo primum incredibilem stupiditatem hominis cognoscite. Add. Acc. ap. Non. 3, 235.*

STVPIDO, āre. *Mart. Capel. 1 Quod pauidum stupidet sapiens solertia vulgus. Seria marcentem stupidem commenta maritum Id. ib.*

STVPOR, ōris. m. [*θάμβος, ἐννεός, τῖφος, πρόνοσις, ἀναιδής*] *Alienatio quaedam sensuum, vel temporaria, vel perpetua s. habi-tualis. Cic. in Pison. 1 Pauci ista tua lutulenta vitia nouera-mus, pauci tarditatem ingenii, stuporem, debilitatemque lin-guae. Idem Philipp. 3, 16 c. 6 Qui propter haesitantiam stuporem-que cordis, cognomen ex contumelia traxerit. De Bambalione. Idem Tusc. 3, 12 Immanitas in animo, stupor in corpore. Cic. pro Do-mo 97 Tum vero neque illud meum factum laudabile, etc. eamque animi duritiem, sicut corporis, quod cum vritur, non sentio, stuporem potius quam virtutem putarem. Sin autem id non videt, periculum est, ne se stuporis excusatione defendat Cic. de Arusp. Resp. 5. Tantus igitur te stupor Oppressit, vt non scias, etc. Cic. Phil. 2 c. 26. Qui morbo aliquo et sensus stupore, suauitatem cibi non sentiunt Cic. Phi-lipp. 2, 115 c. 45. Oculos stupor vrget inertes, Oculi hebetes sunt prae morbo Virg. Georg. 3, 523. In verbis eius est stupor Cic. Philip. 2, 30. Sed stuporem hominis, vel dicam pecudis, attendite Idem ibid. ¶ 2 Pro homine stupido: talis ille meus stupor, nil videt, nihil audit, Ipse, quid sit, vtrum sit an non sit, id quoque nescit Catull. 17, 21.*

STVPORATVS, a, um. *Omnis gloria vana et stuporata Tertull. de Cultu Fem. 2, 3.*

STVPRVM, i. n. [*μοιχεύω*] *Coitus venereus cum persona, quae eo ipso corrumpitur, virgine, vidua, maritata, mare. Modestinus l. 101 pr. de S. V. Inter stuprum et adulterium hoc interesse quidam putant, quod adulterium in nuptam, stuprum in viduam (solum, non nuptam) commit-titur. Sed lex Julia de adulteriis hoc verbo indifferenter vritur. Pa-pinian. l. 6 §. 1 ad L. Iul. de adulter. Lex stuprum et adulterium pro-miscue et καταχρηστικότερον appellat. Sed proprie adulterium in nupta committitur, propter partum ex altero conceptum composito nomine: stuprum vero in virginem viduamue committitur, quod Graeci φθοράν appellant. Nempe stuprum, vt diximus, est corruptio, in adultera prosti-tuti olim pudoris stuprum proprie non committitur. Neque ergo omni in stupro est adulterium, nec ubi adulterium est, ibi semper stuprum accusa-ri potest. Hieron. Epitaph. Fabiolae, Solo stupro et adulterio con-demnato passim per lupanaria libido permittitur. Cic. Tusc. 4, 75 Stupra dico, et corruptelas, et adulteria, incesta denique. Idem Post redit. in Senat. 12 Vini, somni, stupri plenus. Stuprum, inquit No-nius 6, 44 Quod cum viduis aut virginibus committitur, hoc solum dici putant, veteres pro Adulterio et vitio ponunt. Plaut. Amph. 3, 2, 2 Stupri, dedecoris a viro argutam meo. Sallust. 3 Ac statim fugitiui contra praeceptum ducis rapere ad stuprum virgines matronasque. Nata Lucreti stuprum saeui Passa tyranni Sen. Octau. v. 302. Hic fuit 105*

stuprum cum adulterio. Auctor stupri Ouid. de Arte Am. 1, 703. Foeda supra Claud. de Bell. Get. 84. Intercutia supra v: b. v. Nefandi stupri raptor Sen. Hippol. f. 5. Appellare aliquem de stupro, vid. APPELLO. Argui stupri a viro suo Plaut. Amph. 3, 2, 2. Compertus in stupro, vid. COMPERIO. Conceptus stupro furtiuo Sen. Troad. 4. Debilitatus stupris, vid. DEBILITO. Facere stuprum nefarium Cic. pro Milon. 74 c. 27. Idem de Nat. Deor. 3, 68 c. 27 Qui non sat habuit coniugem Illexisse in stuprum. Cic. Off. 3, 38 c. 19. Idem in Pison. 95 c. 39 Cum stuprum Bonae deae pulvinaribus intulisset. Inferre stuprum in aliquam domum Cic. in Parad. 3. Obsidere stuprum, vid. OBSIDEO. Offerre stuprum, vid. OFFERO. Passa stuprum saevi tyranni Lucretia Sen. Octau. 6. Cic. pro Domo 105 c. 40 Qui non solum adpectu, sed etiam incesto flagitio et stupro polluit caerimonias. Repetere luxuries ac supra alicuius ab aliquo Pseudo-Cic. Anteq. iret in exil. 19. Solutus morbis stuprique Claud. de Bell. Gild. 446. Stuprum pro Turpitudine vel quouis flagitio, Vet. Gl. *μιασμός*. Nacuius ap. Festum, Seseque ii perire mauiolunt ibidem, quam cum stupro redire ad suos populares. Item, Sin' illos deserant fortissimos viros, magnum stuprum populo fieri pergetis.

STVPRE. Adu. Pro Turpiter dixisse antiquos auctor est Festus. Neleus, Foede stupreque castigor: *αἰσχρῶς*.

STVPRO, are. [*διακορεῖω, μοιχεύω*] Stuprum inferre, vel committere. Plaut. Truc. 4, 3, 47 Loquere, filiam meam quis integram stuprauerit. Add. Id. Aul. Prol. v. 36. Vatin. ad Cic. Fam. 5, 10. Hominem vnum omnium crudelissimum, qui tot ingenuas matresfamilias stuprauit. Cic. de Finib. 5, 64 c. 22 Qui interficeret filiam, ne stupraretur. Idem de Fin. 2, 96 c. 20 Stuprata per vim Lucretia a regis filio, testata ciues se ipsa interemit. Conf. Aurel. Vict. in Vir. illustr. c. 55. Quinctil. Decl. 730. Polluere religiones emittendo aut stuprando Cic. pro Domo 125. Puluar quod stupras Cic. de Arusp. Resp. 33 c. 15. Emto stupratoque iudicio Cic. Att. 1, 18 al. constup. Theatra stuprandis moribus orientia Tertull. Apol. c. 6.

STVPRATIO, onis. f. Arnob. 2 p. 73. STVPRATOR, oris. m. [*διακορευτής*] Quinctil. 7, 5 ad finem, Stuprator an decem millia dare debeat, quae poena huic crimini constituta est. Sen. Hippol. 897 Hic dicit ensis, quem tumultu territus liquit stuprator. Add. Sen. Controu. 3, 21. Sidon. Ep. 5, 19. Apul. Met. 9 p. 229.

STVPROSVS, a, um. Adl. Valer. 6, 1, 8 Metellus quoque Celer stuprosae mentis acer punitor existit. Mentis, i. Voluntatis et animi. non enim matresfamilias stuprauerat is, qui puniebatur, sed stuprare voluerat.

STVRNVS, i. m. Auis gregatim volans Plin. 28, 8 Adulterant amylo aut cimolia, sed maxime sturni, quos captos oryza tantum pascent. Ex vetusto exemplari legendum, Sed maxime qui captos Martial. 9, 55 Nunc sturnos inopes fringillarumque querelas Audit, et arguto passerē vernat ager. Conf. Auctor Philomelae v. 17. Plin. 10, 24.

S T Y

55 STYGIUS, vid. STYX. STYLOBATA, ae. m. [*στυλοβάτης*] Parietes, qui subiiciuntur columnis, et onera excipiunt, nuncupantur Stereobatae; quibus mox superponuntur stylobatae singularum columnarum bases, super quas demum suae cuiusque eriguntur columnae. Vitruuius 3, 3 Supra terram parietes extruuntur sub columnis dimidio crassiores, quam columnae sunt futurae, vel firmiora sint inferiora superioribus, quae stereobatae appellantur, nam excipiunt onera. Paulo post, Ad libramentum stylobatae sunt collocandi, supra stylobatas columnae disponendae. Philander hunc locum explicans sic ait, Hi parietes modo Stereobatae, postea Stylobatae vocantur (vulgus Pedestala dicit) supra quos collocantur bases. Alias non negauerim Stereobatam posse vocari aedificii velut basim, quod Bassamentum vulgo dicunt, sicut Stylobatam proprie columnarum fulcimentum. Haec ille. Varro de R. R. 1, 13, 3 Chortes in fundo magno duae aptiores: vna, vt interius compluuium habeat locum, 70 vbi aqua saliat, qui intra stylobatas quum venit, fit semipiscina. Boues enim ex aruo aestate reducti, hic bibunt, hic perfunduntur. Singularum columnarum bases intelligit. Sed 3, 5, 11 et 12 Columnarum vnus stylobates est vna perpetua basis, vnus murus, vt epistylium vna perpetua imposta columnis trabeatio. Conf. Vitr. 5, 9.

75 STYLVS, s. STILVS, i. m. [*σῦλος*] Graecae originis potest esse, etiam si per I scriptum antiquitus forte reperias, quod quo maturius accipere a Graecis voces, tanto magis illas immutare consueuerunt. Est autem Stylus apud Graecos columna, vt vel Stylobates modo nos docuit, vel Epistylus et Picrostylus de quibus ff. l. Vt autem ὀβελός s. obelus e culina ad literas et signum criticum improbandi et quasi iugulandi versum translatum est: ita stylus dici coepit de rebus paruis columnae similitudinem qualemcunque habentibus. V. g. accipitur pro sudibus acutis. Et stylus oculitur, caecum in vestigia telum Sil. 10, 415. Conf. Drakenb. ad b. l. Columel. 11, 3, 53 Deinde eas confecto aequinoctio paullulum infra terram secare et ligneo stylo laxatis vel rubi, vel ferulae medullis, sterus 85 immittere, atque ita semina cucumeris inferere. Stylus, Primum illud teres virgultum, vnde tandem fit arbor. Columel. 5, 10 Omnis autem nux vnam radicem mittit, et simplici stylo prorepat. Ibidem sub finem capitis, Danda est opera, vt dum teneros ramulos habent, veluti pampinentur, et ad vnum stylum primo anno semina redigantur. Add. 11, 2, 79 et de Arb. 25, 2. Sic sunt Stili asparagorum 11, 3, 46. Ceparum 11, 3, 58. Stylo aeneo purgandi sunt, i. auferendi vermes de mespilis Pallad. Mart. 10, 20.

¶ 2 Nobilissimus Stylus, instrumentum aeneum, quo in ceratis tabellis antiquitus scribebatur. Etiam hac significatione Graecum esse ostendunt viri docti e Strabon. l. 14 p. 446, s. *Ἠγασίας ὁ ἕρτωρ ὡς ἤρεε μάλινα τῶ Ἀσιανῶ λεγομένη σῦλα*. Sed potest, aiunt, Strabo nomen a Latinis auditum suo reddidisse. Sic *σῦπος* stipes est. Certe Vet. Gloss. *γραφεῖον*, stilus. Figuram stili vna parte acutam ad scribendum, altera ad delendas literas planam, descripsimus ex Prudentio et Sympos. voce GRAPHIVM. Huc respiciens Quinctil. 10, 4 pr. Sequitur emendatio, pars studiorum longe vtilissima. Neque enim sine causa creditum est, stilum non minus agere, cum delet. Plaut. Bach. 4, 4, 63 Effer cito. P. quid? C. stylum, ceram, tabellas et linum. Literarum formas tabellis insculpere, vt per illos velut sulcos ducatur stilus Quinctil. 1, 1, 27. Stylus s. Stilus est scribendi i. literas formandi facultas, qua-

quatenus ea manu peragitur, quam etiam Manum hodie vocare solemus. Quinctil. 1, 1, 28 Non est aliena res, quae fere ab honestis negligi solet, cura bene ac velociter scribendi. Nam cum sit in studiis praecipuum, quoque solo verus ille profectus, et altis radicibus nixus paretur, scribere ipsum, tardior stilus cogitationem moratur, rudis et confusus intellectu caret unde sequitur alter dictandi, quae ex his (*conjugis et intellectu carentibus*) transferenda sunt, labor. Porro Stylus *f.* Stilus [*ῥητορικός*] *Structura ipsa orationis.* Ter. in prol. Andr. 12 Dissimili oratione sunt factae ac stylo. Vbi Donatus, Oratio, in sensu: stylus in verbis. Oratio, ad res: stylus, ad verbum. Plin. Epist. 1, 8 Onerabit hoc modestiam nostram etiam si stylus ipse fuerit pressus, demissusque. Cic. de Orat. 1, 150 c. 33 Stylus optimus et praestantissimus dicendi effector ac magister. *Scribendi exercitatio.* Repetuit Quinctil. 10, 3 *pr. quo in loco sunt plures sententiae et loquendi rationes, quae ad h. l. pertinent.* V. g. l. 5 Sit primo vel tardus, dum diligens, stilus — Delectus enim rerum verborumque agendus est, et pondera singulorum examinanda: post subeat ratio collocandi, versenturque omni modo numeri, etc. l. 17 Decurrere per materiam stilo quam velocissimo. l. 19 In stilo quamlibet properato dat aliquam cogitationi moram non Consequens celeritatem illius (*cogitationis*) manus (*eius, qui ipse quae cogitat scribit*) ille, cui dictamus, vrget, etc. Periculum stili Scribon. Ep. *fin.* Stylus dicendi opifex Cic. Fam. 7, 25. Vnus enim sonus est totius orationis, et idem stylus Idem de Clar. Orat. 100. Idem de Orat. 3, 188 c. 50 Hanc ad legem cum exercitatione, cum stylo, qui et alia et hoc maxime ornat et limat, formanda nobis oratio est. Attico

stylo scriptae orationes Idem de Clar. Orat. 167 c. 45. Cunctante stilo elucubratum opus per omne aevi tempus plenis gloriae velis feretur Val. Max. 3, 7 extern. 1. Stilus decretorius Sen. Declam. 1, 14 *quo filius exheredatur.* Cic. in Orat. 150 c. 44 Sed tamen stylus exercitatus efficit facile hanc viam componendi. Mollior stylus Macro

bi Saturn. 6, 3 *ad finem.* Negligens stylus Quinctil. 2, 4. Prefus demissusque stylus Plin. Epist. 18. Idem Epist. 5, 2 Syllogismi circumscripti et effecti, quod stylo quoque assequi magnum est. *i. Meditatione, tempore, scriptione, cura, diligentia.* Conscribere scelera stylo impuro Cic. de Arusp. Resp. 1. Idem de Orat. 2, 96 c. 23 In summa

vberrate inest luxuries quaedam, quae stylo depascenda est. *i. Exercitatione scribendi, qua diligentius cogitandi omnia et ponderandi occasio contingit, quam intercipit extemporatis dictio.* Notiora minus Egent stilo Vell. 2, 43, 4. Plin. Epist. 1, 8 Quid fuerit vtilius, quam

munificentiae rationem etiam stylo prosequi? Requiescit stylus lectione Quinctil. 1, 12. Plin. 34, 14 l. 39 Et stilo scribere intutum, an vetitum? *Fluctuat enim eius loci scriptura pariter et sententia. Illud liquido apparet, aliquando etiam stilis esse interdictum, ne pro pugionibus iis uterentur homines, quod in Cassiano factum ex Prudentio notum, vid.* GRAPHIVM. *Vtrum autem ad Porfenae foedus hoc interdictum pertineat, an ad tumultum necis Clodianae obscuriusculum, nisi quod Porfenae aetate in summa raritate literarum non videtur opus lege fuisse.* Patere. 1, 16

Nequeo tamen temperare mihi, quin rem saepe agitatam animo meo, neque ad liquidum ratione perductam, signem stylo. *h. e. In mea includam historia.* Hor. Sermon. 1, 10, 72 Saepe stilum veritas, iterum quae digna legi sint Scripturus. Vertere stylum, est Inducendi expurgendique

causa, styli partem acutam surrigere quae scribimus: altera quae retusior est aut latior, proclinata, et scriptis delendis impacta. Quippe Hieronymus quoque meliorem styli partem vocat, quae peiora de auctoribus confodiat eradatque. Cic. Verr. 2, 101 Quum haec ad istum afferrentur, timuit aliquando, et commotus est, vertit stylum in tabulis suis, quo

facto causam omnem evertit suam *delevit scripta.* Sed et in Rufinum idem Hieronymus, Illico vertis stylum, et omnia laudata prius, vituperas, de eodem ore et dulce proferens et amarum. Plinius in Praefatione, Quod si hoc Lucilius, qui primus condidit styli nasum, dicendum

sibi putavit, etc. *Primus irridere homines Scripto ausus est, vid. NARSVS n. 2.* Cic. pro Cluent. 123 Si ideo quia subscripserint: videte quid agatis, etc. Cenforium stylum, cuius mucronem multis remediis maiores nostri retuderunt, aequae posthac, atque illum Dictatorium gladium pertinescamus. Dare poenas styli Caec. ad Cic. Fam. 6, 7.

STYLO, *f.* STILO, *āre.* *Stilum emittere, ut a Gemma, gemmare, a Germine germinare, et radiare a Radio. Nondum reperi auctoritatem altam: sed adhuc puto, ratione et analogia duce restituendum esse Columellae 4, 33, 3 ubi de Castaneis depositis, Simulatque semina stillauerint (legendum olim vidi stilauerint) etiam bima transferri queunt, interpellantur, ac bini pedes arbusculis vacui relinquuntur, ne densitas plantas emaciet.*

STYMMATA, *ātis. n.* [*σύμμα*] *Spissamentum, constipatum quidquam, a σίφω, quod Latino stipo respondet.* Plin. 13, 1 l. 2 Narcissinum quoque ex flore narcissi desit componi. Ratio faciendi duplex, succus et corpus. Ille olei generibus fere constat, hoc odorum. Haec stymmata vocant, illa hedyismata, *vid. HEDYSMATA.* Stymma cum corpus ipsum florum constipatur, et suo sibi succo conditur.

STYMPHĀLVS, *i. m.* [*Στύμφαλος*] *it.* STYMPHALA, *orum. n.* *Arcadiae urbs, lacus et mons, ex quo Erasimus fluuius erumpit in Argivam terram.* Acrifonus Stymphalus Stat. Theb. 4, 298. Idem Silu. 4, 6, 101 Quantusque niualem Stymphalon, quantusque iugis Erymanthon aquosis Terrueris.

STYMPHĀLIS, *īdis.* Patronym. [*Στυμφαλίδης*] Stymphalides *aves, magnitudine gruibus pares erant (ut tradit Pausan. Arcad.) Figura ibi- bus similes, rostra habebant ita solida et dura, ut arma penetrarent; suberi autem soli cedebant. Harum meminit Plin. 11, 37 Stymphalia monstra appellat Catull. ut statim videbimus. Eas aves sagittis suis confixit Hercules, ut declarant versus Catulli, et tradit Pausanias Arcad. Sed Diodorus Siculus scribit 4, eum constructo aeneo crepitaculo, et ingenti per id sonitu excitato illas abegisse. De his Lucret. 5, 31 Vncisque timendae Vnguibus Arcadiae volucres Stymphalae colentes? Undae Stymphalides Ouid. Fast. 2, 273.*

STYMPHALĪCVS, *a, um.* Adi. Plaut. Pers. 1, 1, 4 Aves Stymphalicae.

STYMPHALIVS, *a, um.* Adi. [*Στυμφαλίος*] *Vt Monstra Stymphalia Catull. ad Mallium l. 69, 112.*

STYPTERIVM, *i. et STYPTERIA, orum. n.* [*σπυτηρία*] *Alumen. Vlp in l. 3 §. ultimo. D. de reb. eorum, qui sub tut. Si lapicidinas, vel quae alia metalla pupillus habuit Stypteriae, vel cuius alterius materiae, etc.*

STYPTĪCVS, *a, um.* Adi. [*σπυτηρός*] *Striccius vel obstructorius Latine dicitur: a σύφω. Plin. 24, 13 Inter medicamenta quae styptica vocant, nihil efficacius rubi mora ferentis radice, decocta in vino ad tertias partes.*

STYRAX, æcis. m. [στυράξ] *Arbor, e qua manat liquor eiusdem nominis, coloris flavi, sordidi, resinosi, albicantibus fragmentis, odoris perseverantis: hodie officinae storacem appellant, sicut etiam alii in locis aulorum allegatis legunt.* Plin. 12, 17 Ex Syria reuehunt styracem, acri odore eius in focis abigentes suorum (*intell. odorum, quos ipsi exhalant*) fastidium. Caetero, non alia ligni genera sunt in vsu quam odorata. Conf. Id. 17, 8 et 24, 6. it. 12, 25 et 13, 2. Sammonic. p. 28. Scribon. 89. 167. 170. *Idæus styrax* Virg. in Cyri 168.

STYX, ygis. f. [Στύξ] *Palus apud inferos dicitur, de qua legimus Aen. 6, 369 Stygiamque paludem, Dii cuius iurare timent et fallere numen. Quod secundum fabulas ideo est, quia dicitur Victoria Stygis filia bello Gigantum Ioui fauisse: pro cuius remuneratione Iupiter tribuit, ut iurantes dii per eius matrem non audeant fallere. Ratio autem hæc est, Styx moerorem significat: unde ἀπὸ τῆς στυγῆς, id est, a tristitia Styx dicta est. Dii autem laeti sunt semper; unde et immortales. Ergo quia moerorem non sentiunt, iurant per rem suae naturae contrariam, id est tristitiam, quae est aeternitati contraria. Ideo iurandum per execrationem habent. Hactenus Seruius, enarrans hunc locum Virg. Aen. 6, 134 Bis Stygios innare lacus, etc. Sed est etiam in ipsa rerum natura Styx. Vitruv. 8, 3 Est in Arcadia Nonacris etc. Locumenim integrum dedimus voce NONACRIS. Plin. 30 extr. Vngulas tantum mularum repertas, neque aliam ullam materiam, quae non perroderetur a veneno Stygis aquae, cum id dandum Alexandro Antipater mitteret, memoria dignum est, magna Aristotelis infamia excogitatum. Est et alia palus in Aegypto iuxta Memphim, quam veteres Styga vocauerunt. Atra Styx Virg. Georg. 1, 241. Violenta Styx Ouid. Fast. 3, 802.*

STYGIĀLIS, e. Adi. Virg. in Ciri 374 *Hinc magico venerata Ioui Stygialia sacra. i. inferna.*

STYGIUS, a, um. Possess. [Στύγιος] *Columel. 10, 64 Tumque simul Stygium regem videre trementem Tartata. Amnes Stygii Ouid. Met. 14, 592. Aqua Stygia Tibull. 1, 10, 38. Canis Stygius, Cerberus Senec. Herc. fur. 9. Ianitor Stygius, Cerberus Sil. 3, 35. IVNONI STYGIÆ dedicatum marmor Reines. Inscr. 1, 34 p. 61 quod recte confert vir summus cum Stat. Theb. 4, 526 Stygiaeque feuerus Iunonis thalamus i. Proserpinae. Sed tamen deinde contigit, forte SDYGIAM esse debere i. ZYGIAM, de qua f. l. Iuppiter Stygius, Pluto Virg. Aen. 4, 638. Grut. Inscr. p. 23, 6 GENIO IOVI STYGIO SANCTO S. Nox Stygia Quid. Met. 3, 695. Os Stygium, Venenatum Idem Met. 3, 76. Quique halitus exit Ore niger Stygio vitiatas inficit herbas. de serpente quodam. Palus Stygia Virg. Aen. 6, 323. Regnum Stygium Lucan. 7, 269, Rex Stygius, Pluto Virg. Aen. 6, 252. Tenebrae Stygiae Idem Georg. 3, 551. Vallis Stygia Ouid. Met. 6, 662. Umbrae Stygiae Idem Met. 1, 139. Undae Stygiae Virg. Aen. 3, 215.*

S V A

SVADEO, si, sum, ēre. [πρὸςβιάζω] *Accommodatis et suauibus verbis conari aliquem in opinionem nostram traducere: vid. de hoc verbo Barth. ad Claud. Paneg. Manl. secundae recens. Suadere Scribon. 9. de medico. Ter. Andr. 4, 1, 38 Suadere, orare, vsque adeo donec perpulit. Ouid. Amor. 1, 6, 59 Nox, et amor, vinumque nihil moderabile suadent. Cic. Fam. 13, 4 Haec quae supra scripta sunt, eo spectant, ut te hortet et suadeam, reliqua sunt quae pertinent ad rogandum. Mihi fortuna, multis rebus ereptis vsu dedit Bene suadendi Sall. in Fragm. c. 26. Acerrime suadere Vell. 2, 63, 2. Cic. de Prouinc. Consul. 42 c. 17 Nam postea me, ut sibi essem legatus, non solum suavit, verum etiam rogauit: quo loco non hoc conficitur, ut dicere auctore*
Tullio liceat, Suavit me pro Suavit mihi: cum vel ad rogauit, quod mox sequitur, intentus, illud Suavit velut in parenthesi posuerit; vel imitatus sit Atticos et Plautum, qui dicunt v. g. fac me ut sciam, etc. Nemo est, qui suadere tibi Sapientius possit de ipso Cic. Fam. 2, 7. Idem Att. 13, 37 Tu autem quod ipse tibi suaseris, idem mihi persuasum putato.
Idem Philipp. 2, 26 An C. Trebonio persuasi, cui ne suadere quidem ausus essem? Idem Philipp. 2, 24 Duo tempora tamen inciderunt, quibus aliquid contra Caesarem Pompeio suaserim. Idem Att. 8, 16 Memini quid mihi tum suaseris per Theophanem, per Culeonem. Amor suavit facinus Ouid. Met. 8, 90. Fugam suadere Stat. Theb. 11, 52. Legem suadere. Cic. de Senect. 14 Legem Voconiam magna voce et lateribus suavissem. Luxum suasere rapinae Lucan. 1, 162. Multa paupertas suavit Lucret. 6, 1280. Nefas suavit egestas Lucan. 1, 173. Pacem suadere, et de pace Cic. Fam. 7, 3. Quinctil. 3, 10. Silentia digito suadere Ouid. Met. 9, 691. Somnos suadent sidera cadentia Virg. Aen. 2, 9. Tollendum suadeo Scribon. 53. Suadetur, pass. Plaut. Trinum. 3, 2, 44 Minus placet magis quod suadetur: quod dissuadetur placet.

SVADENS, entis. Partic. *Vt, Suadentibus deinde quibusdam Iustin. 11, 14, 4. Verba suadentia Stat. Theb. 11, 435.*

SVADETER, Adu. [πιδανώς] *Apte ad persuadendum. Suadenter loqui in litibus Arnob. 2 p. 56. Add. Iren. in praef. libri 1.*

SVADELA, ae. f. [πιδω] *Suasio dicitur. Plaut. Cistell. 2, 3, 24 Iam perducebam illam ad me, suadela mea. Suadelis addere cuneum Apul. Met. 9 p. 225. Consilio et suadela desieci Id. Doctr. Plat. 2 p. 28. Vid. PYTHO.*

SVADELA, Dea, quae nuptis una cum Venere praerat, quod ex Plutarcho colligere est, cum scribit, ἢ ὅτι πέντε δῆσαι θεῶν τὰς γαμήντας ὄντοα, Διὸς τελέα, καὶ Ἡρᾶς τελέα, καὶ Ἀφροδύτης, καὶ Περσεΐδος, ἐπὶ παῖσι δ' Ἀρτεμίδος. Phurnutus etiam scribit, assidere Veneri Gratias, Suadelam, Mercurium, quod Suadela oratione et gratia amatores pelliciat. Hor. Epist. 16, 36

Scilicet uxorem cum dote, fidemque et amicos
 Et genus et formam regina pecunia donat:
 Et bene numatum decorat Suadela Venusque.

b. e. Ille et persuadere potest, quidquid lubuit, et amabilis videtur.

SVADA, ae. f. *Pytho, persuasionis dea dicta est. Cic. de Clar. Orat. 39 c. 15 Πιδω quam Graeci vocant, cuius effector est Orator, hanc Suadam appellavit Ennius: eius autem Cethegum medullam fuisse vult, ut quam deam in Periclis labris scripsit Eupolis fessitauisse, huius hic medullam nostrum Oratorem fuisse dixerit. Add. Id. de Sen. c. 14 et Att. 12, 36. Quinctil. 2, 16.*

SVADIBILIS, e. Adi. [εὐπειθής] *Sapientia suadibilis Vulgat. Iac. 3, 17 quae suasioni cedit.*

SVADILVDIVS, i. m. Tertull. vid. Barth. ad Stat. Theb. 4 p. 1092. Vid. SVAVILVDIVS p. p.

SVASVS, a, um. Megadorus a sorore suafus ducere vxorem Plaut. Aul. arg. v. 6. Propter suafam escam Alcim. Suafum color appellatur, *inquit Festus*, qui fit ex stillicidio fumoso in vestimento albo Plaut. (Truc. 2, 2, 16) Quia tibi suaso infecisti propudiosa pallulam. Quidam autem legunt Insuaso. Nec desinunt qui dicant omnem colorem qui fiat inficiendo, suafum vocari, quod quasi persuadetur in alium ex albo transire. *Haec Festus, voce INSVASVS. Conf. Voss. Etymol. p. 498.*

SVASVM, i. n. Serpentis suafa loquentis Accepi Tertull. aut Cyprian. in Genes. c. 3.

SVASOR, oris. m. *Qui suadet.* Cic. Off. 3, 109 c. 30 Posthumius suafor et auctor fuit. Idem Att. 16, 7 Et si quamvis non fueris suafor et impulsor profectiois meae, approbator certe fuisti. Idem 16, 17 Quamquam haec epistola non suaforis est, sed rogatoris. Idem Philipp. 2, 29 c. 12 Quid enim interest inter suaforem facti et probatorem?

SVASORIVS, a, um. Adi. *Quod pertinet ad suadendum.* Et Pars deliberatiua, a Rhetoricis suaforia dicitur, ut apud Quinctil. 3, 8. Agamemnonis suaforia Petr. c. 6. *scil. declamatio.* Suaforiae sunt apud Rhetorem, Materiae inter rudimenta dicendi Quinctil. 2, 1. 20 Declamare suaforias Idem 3, 8.

SVADVS, a, um. Adi. Apul. Met. 11 p. 272 Suada maiestas Stat. Theb. . . . Suadus cruor. Delinitus suadae Coniugis amplexibus Mart. Capella 1 p. 2. Tua delenifica et suada Facundia Symmach. Ep. 3, 6. *Hinc Malefuadus de quo f. l.*

SVASIO, onis. f. Cic. in Orat. 37 Sed quoniam plura sunt orationum genera, eaque diuersa, neque in vnam formam cadunt omnia, laudationum, scriptio, et historiarum, et talium suasionum, qualem Isocrates fecit panegyricum. *Et de Orat. 2, 333 c. 81 Praecepta quae de suasionibus tradenda sunt. Sic de Clar. Orat. 140 c. 86*

Suasio legis Scruiliae. Et exhortatio et suasio et ipsa argumentatio Sen. Ep. 95. Genus deliberatiuum habet in se suasionem et dissuasionem Auct. ad Her. 1 c. 2. Illorum suasioni occurrendum est Plin. Valer. 3, 52. *i. persuasione, opinioni.*

SVASVS, us. m. Vlp. in l. Item si obstetrix §. 1 D. Ad legem Aquil. Si quis per vim vel per suafum medicamentum alicui infudit, vel ore, vel clystere, etc. Davi suafu non repugnat Pamphilus Ter. Andr. Arg. v. 8. Ne ob meum suafum indigna iniuria afficiatur Idem Phorm. 5, 1, 3. Iussu et increpitu, non suafu Tertull. adu. Marc. 4, 8.

SVALTERNICVM, i. n. [*σκαλτέρνικον*] Genus electri. Plin. 37, 2. *Hardum. legit Subalternicum.*

SVAMET. [*εαυτῆ*] Ablatiuus a Suus, cum syllabica adiectione MET. Plin. 10, 59 Anseres suamet vi colla sua abrumpunt.

SVAPTE. [*εαυτῆ*] Sua ipsius; et SVOPTTE suo ipsius: Ablatiui a Suus cum syllabica adiectione PTE: Cic. Tusc. 1, 40 c. 17 Terrena et humida suoapte nutu et suo pondere ad pares angulos in terram et in mare feruntur. *Suapte, sine adiecto.* Cic. Att. 6, 7 Quintus filius suoapte, pie, sane, me quidem certe multum hortante, sed currentem, animum patris sui sorori tuae reconciliauit. *Sic legebatur: sed nunc omittitur Suapte.* Lucret. 6, 755 Sed natura loci hoc opus efficit ipsa suoapte. *al. leg. Sua vi.* Suapte hic, apud Ciceronem l. c. et apud Catull. 51, 6 defendit Is. *Voss. ad Catull. l. c. p. 113. Nempe ita legit Sonitu suoapte Tintinant aures, non suoapte.* Conf. Sen. de Benef. 4, 17.

SVARIVS, vid. SVS.

SVARNI, Indomitae gentes, quae auri tantum metalla in Caucasi portis fodiunt Plin. 6, 51.

SVASIO, SVASOR, vid. SVADEO.

SVATIM. [*σῆδον*] Ad similitudinem suis, *inquit Nonius* 1, 190 Nigidius Commento grammatico, Sunt etiam adsimilanter dicta haec canatim, suatim, bouatim, quae ab animalibus sumuntur.

SVAVIS, e. Adi. [*ἡδύς, μέλιχος*] Dulcis, iucundus sensibus cum molli quodam sensu. Plaut. Cist. 1, 1, 17 Ventum gaudeo ad te ecastor: ita hodie hic acceptae sumus suauibus modis. Cic. pro Corn. Balb. 36 Comes, benigni, faciles, suaves homines esse dicuntur. Non eadem omnia aequae omnibus suauia esse scito Plaut. Afin. 3, 3, 51. Amicitia suavis Lucret. 1, 142. Cic. Fam. 2, 12 Nam et honorificus in me Consul fuit, et suavis Amicus. Amor suavis Lucret. 1, 923. Aurae suaves Idem 3, 223. Cic. Fam. 13, 27 Tum pro familiari Consuetudine saepe ex me audierat quam suavis esset inter nos, et quanta coniunctio. Flores suaves Lucret. 1, 7. Herbae suaves Virg. Ecl. 2, 49. Homo suavis, per ironiam Ter. Phorm. 2, 3, 64. Lingua suavis Lucret. 1, 414. Loquelae suaves Idem 1, 40. Sermo suavior Hor. Serm. 1, 10, 23. Sopore suavi deuinxit membra Lucret. 4, 455. *Superl. Vellei. Patere.* 2, 114, 1 O rem experientia suauissimam. Plaut. Cist. 1, 3, 45 Amor suauissimus.

SVAVITAS, atis. f. [*ἡδός*] Dulcedo. Cic. Att. 6, 16 Miram in eo pietatem, suauitatem, humanitatemque perspexi. Idem Fam. 3, 1 Sic enim tibi persuade, carissimum te mihi esse, quum propter multas suauitates ingenii, officii, humanitatis tuae. Non aurum, nec argentum, nec exquisita ingenia coenarum, sed suauitatem tuam iucunditatemque miramur Plin. Paneg. c. 49. Odoris suauitas Idem 12, 12. Oris suauitas Quinctil. in Prooem. 6. Sermonis suauitas Idem ibid. 6. Cic. de Orat. 3 c. 11.

SVAVITVDO, inis. f. [*ἡδοναία*] Idem. Plaut. Stich. 5, 5, 14 Age malsa mea, suauitudo, salta. Auctor ad Herenn. 3, 22 c. 12 Quoniam igitur res eadem vocis firmitudini, et pronuntiationis suauitudo profunt. *Aliqui legunt Suauitati.* Conf. Gell. 13, 3. Turpil. ap. Non. 2, 797. Suauitudo capi Lactant. 6, 22.

SVAVITER. Adu. [*ἡδύς*] Cic. Acad. 4, 139 c. 45 Veruntamen video quam suauiter voluptas sensibus nostris blandiatur. Idem Fam. 15, 21 Nunc ad epistolam venio, cui copiose et suauiter scriptae nihil est quod multa respondeam. Loqui Cic. de Orat. 3 c. 11. Idem de Fin. 1, 54 c. 16 Et secunda iucunde ac suauiter meminimus. Dicere Cic. de Cl. Orat. c. 21. Multo suauius Hor. Serm. 2, 8, 89. Populus sibi suauiter Faciens Petron. c. 71. Viuere suauius Hor. Sat. 1, 6, 130. Amicissime et suauissime optas Cic. Fam. 3, 12, 4. Suauissime ad eum et humanissime Scriptae literae Cic. Fam. 13, 18, 1. Add. Ibid. 16, 12, 13.

SVAVE. Adu. [*μελίχος*] Idem quod Suauiter. Virg. Ecl. 3, 63 — Et suave rubens hyacinthus. Idem Ecl. 4, 43.

SVAVEOLENS, entis. Adi. Catull. Carm. 62, 7 Amaracus suaveolens. Conf. Arnob. 2 p. 85.

- SVAVEOLENTIA, ae. f. Sidon. Epist. 8, 14 Ad suaveolentiam pudicitiae impellere.
- SVAVILLVM. Opus pistorium: vid. SAVILLVM.
- SVAVILVDIVS, i. m. Qui ludis delectatur. Tertull. de Spectac. 20. Defensio suaviludii cuiusdam. Add. Id. de Cor. Mil. c. 6. c. not. Rhenani. al. Suadiludius. i. Qui ludum suadet. v. v.
- SVAVISÖNVS, a, um. Adi. Virg. Epigr. 5 Suavissoni modi testudinis.
- SVAVIDYCVS, a, um. Adi. [ἡδονῆς] Qui suaviter dicit: ut, 10 Versus suavidici Lucret. 4, 181.
- SVAVIDVS, a, um. Adi. Suavida sit potio ad bibendum Theod. Priscian. de Diaeta c. 20.
- SVAVILOQVVS, a, um. Aliud Adi. [ἡδολόγος] Idem. Vt, Versus suaviloqui Lucret. 2, 528. Senectus Mart. Capella 1 p. 2.
- SVAVILOQVENS, entis. Adi. [ἡδονῆς] Idem. Cic. de Clar. 15 Orat. 58 c. 15 Additur Orator Cornelius suaviloquenti Ore Cethegus, ex Poëta, Ennio. Conf. Idem ap. Quintil. 11, 3. Gell. 12, 2. Carmen suaviloquens Lucret. 1, 943. Add. Id. 4, 20.
- SVAVILOQVENTIA, ae. f. [ἡδονῆς] Cic. de Clar. Orat. 58 20 c. 15 Et oratorem appellat, et suaviloquentiam tribuit.
- SVAVILOQVIVM, i. n. Augustin.
- SVAVIVM [Φιλῆμα] vel SAVIVM, i. n. detracta litera V. Basium est f. osculum amatorium. Ter. Eun. 3, 2, 3 O Thais mea, meum suavium, quid agitur? i. quam ego osculari cupio. Proprie 25 Hor. Epod. 3, 21 Manum puella suavio opponat tuo. Suavium quid ab Osculo differat, vid. in OSCVLVM. Cic. Att. 16, 11 Atticae quoniam (quod optimum in pueris est) hilarula est, meis verbis suavium des. Plaut. Asin. 4, 1, 52 in foedere de puella, quam soli sibi operam dare vult amator, Quod illa autem simulet, quasi graue- 30 do profuat, Hoc ne sic faciat (forte exprimit gestum suam manum osculantis) tu labellum abstergeas Potius, quam cuiquam suavium Faciat palam: i. in sua manu ostendat, quid facere alteri parata sit. Sumere suavium Plaut. Asin. 1, 3, 72. Illecebram stupri principio suavium Posco Plaut. Cas. 5, 3, 3. Suavium saepe apud Plautum 35 aliosque auctores veteres, ut, Suavia super suavia Plaut. Pseud. 4, 1, 38. Mellitissimum illud suavium impressi Apul. Met. 2 p. 119. Festinantibus suavis perfrui Idem 5 p. 162. Add. Caecil. ap. Gell. 2, 23. Parei Lex. Crit. p. 1119. Suavia sagittata Plaut. Trin. 2, 1, 16.
- SVAVIÖLV M f. SAVIÖLV M, i. n. Dimin. [Φιλημάτιον] 40 Catull. ad Iuventium f. 98, 2 Suaviolum dulci dulcius ambrosia. Add. Apul. Met. 2 p. 119.
- SVAVIO, are. Pompon. apud Non. 7, 49 Ego illam non amplectar, non suaviem? Et alibi, Mammam teneas, pedes extollas, suavies cum gemit.
- SVAVIOR, ari. [Φιλέω] Suavium dare. Gell. 3, 15 Quum ibi 45 eum tres adolescentes amplexi, coronis suis in caput patris positae suaviarentur. Cic. Att. 16, 3 Atticam nostram cupio suaviari: ita mihi dulcis filius visa est per te missa ab illa. Catull. de Acme et Septimio f. 46, 12 Et dulcis pueri ebrios ocellos Illo purpureo ore 50 suaviata. Iucundum os oculosque suaviabor Catull. 9, 9. Artius eam complexus coepi suaviari Apul. Met. 2 p. 119. Luc. Brutus de matre suavianda coniecit Cic. in Bruto c. 14. Osculis filium diu ac pressile suaviata Apul. Met. 4 p. 156.
- SVAVIATIO, onis. f. [Φιλῆμα] Gell. 18, 2 Suavitationes puerorum et puellarum. Suavis suaviatio Plaut. Bacch. 1, 2, 8. 55 Add. Idem Pseud. 1, 1, 64.

S V B

- SVB. [ὑπὸ] Praepositio, utrique casui servit, et Accusativo et Ablativo: variaque significat, ut sequentibus exemplis docetur. Sub, 60 Accusativo fere iungitur, quum temporis velut vicinia significatur. Suet. in Tib. c. 58 Sub idem tempus consulente Praetore. Liu. 1, 35 Quibus indictis sub tempus pueros venatum ablegavit. Conf. 65 Vell. 1, 12, 2. Liu. 22, 47, 4 Sub equestri finem certaminis coorta est peditum pugna, h. e. Paulo ante finem. Sub ipsum finem Virg. Aen. 5, 328. Add. Borrich. Cogit. p. 291. Sub prima frigora Autumni Virg. Georg. 1, 321. Sub horam pugnae tam arcto repente somno devictus, ut ad dandum signum ab amicis excitaretur 70 Suet. August. c. 16. Sub lucem, Surgente sole Virg. Georg. 1, 445. h. e. Paulo ante lucem. Sub lucis ortum Liu. 7, 27. et 27, 15. Primi sub lumina solis et ortus Virg. Aen. 6, 255. Sub noctem, Incipiente nocte Hor. Carm. 1, 9, 19. Suet. Oth. c. 8. Caes. Bell. Civil. 1, 28 Pompeius sub noctem naues soluit. Sub hoc tempus Hor. Epist. 2, 2, 34. Sub iudicii tempus Liu. 4, 44. 75 Caes. Bell. Gall. 2, 33 Sub vesperum Caesar portas claudi militesque ex oppido exire iussit. Cic. Qu. Frat. 2, 1 Mense Decembri sub dies festos. Sub vos placo, pro Supplico. Festus: Sub vos placo, in precibus fere cum dicitur, significat idem quod Supplico, ut in legibus; Transq. dato, endoq. plorato: pro et Tradito et implorato. 80 Sub Iugum mitti dicuntur hostes victi, vid. IVGVM n. 5. Plaut. Epid. 2, 2, 32 Pleraque hae sub vestimentis secum habebant retia. Sub Aduentu hostis Flor. 2, 11, 5. Sub aede Saturni Suet. Oth. c. 6. Sub Aliquo agere aliquid, i. ad nutum alicuius: vid. Barth. 85 ad Script. Ven. p. 181. Virg. Aen. 8, 616 Arma sub aduersa posuit radiantia quercu. Nunc, olim, tunc, sub Alexandro, i. Tempore Alexandri Quintil. 5, 10. Liu. 23, 15 Sub aduentum Praetoris Romani Poenus agro Nolano excessit. Sub Armis Virg. Georg. 3, 116. i. armatus. Sub Castris Afranii constitit Caes. B. C. 1, 41. 90 Sub conditione, Ea lege, hoc pacto. Cic. pro Arch. 25 c. 10 Statim ex his rebus, quas tunc vendebat, iubere ei praemium tribui sub ea conditione, ne quid postea scriberet. Suet. Ner. c. 35 Vxorem occidit sub Crimine adulteriorum. Conf. Tac. Hist. 2, 26, 2. Sic μοκ sub Exceptione. Sub Corona venire dicuntur, 95 quia captivi coronati solent venire, ut ait Cato in eo, qui est De re militari, Vt populus suus, sua opera potius ob rem bene gestam coronatus supplicatum est, quam re male gestam coronatus veneat. Id autem signum est, nihil praestari a populo, quod etiam Plautus significat in Hortulo, Fragm. 1, 101 Praeco ibi adfit cum corona, cuique liceat 100 veneat. Haec Festus. Vid. CORONA n. 3. Sic Sub hasta venire Liu. 23, 37. vid. HASTA. Varr. de R. R. 3, 14 Nam et idoneus sub Dio sumendus est locus cochlearis, quem totum circum aqua claudas. Sic apud Columel. 1, 8 Nullus dies tam intolerabilis est, quo non sub Diuo moliri aliquid possit. Sub Diuo car- 105 pere fomnos Virg. Georg. 3, 434. Sub Domina meretrice, i. Sub impe-

- imperio et in potestate meretricis* Hor. Epist. 1, 2, 25. Plin. Epist. 1, 2 Acres enim, non tristes esse volebamus. Nec est quod putes, me sub hac exceptione veniam postulare, quod scilicet acres esse volebamus. Sub Excessu Tiberii Suet. Ner. c. 5. Plin. Epist. 3, 18 Deinde ut futuri principes, non quasi a magistro, sed tamen sub exemplo praemonerentur, qua potissimum via possent ad eandem gloriam niti. Sub Exitu vitae, pro Sub exitum, hoc est circa exitum Sueton. in Claud. Caes. c. 43. Sub His nihil proficitur Cels. 5, 28. *i. his medicamentis.* Sub Ictu rem habere dicitur, Qui ita propinquus est, ut attingere queat. Senec. Ep. 73 extr. Quam quidem nondum attigerunt: in conspectu tamen, et ut ita dicam, sub Ictu habent. Falx sub Imagine Virg. Aen. 7, 179. *i. picta.* Sub Imperio alicuius esse Ter. Heaut. 2, 2, 4. Sub ipsa die Plin. 8, 32. Marso sub Iudice palles Pers. 5, 80. Conf. Casaub. ad h. l. Sub Manu tabellarios habere, *i. In promptu et ad manum, quod dicitur.* Planc. 15 ad Cic. Fam. 10, 23. Seneca, Sub Manu nascitur consilium, vid. MANVS. Sub Manus, *b. e. Facile, non aegre, apposite.* Plaut. Milit. 3, 2, 59 Lepide hoc succedit sub Manus negotium. Vid. Ibid. 4, 4, 7. Iudaei sub ipsos Muros struxere aciem Tac. Hist. 5, 11, 1. Sub Nocte propinqua Auien. Arat. v. 321. Cum sub Nocte consulis castra adiisset Flor. 2, 17, 14. Sub Oculos adactum pilum in vitalia capitis venerat Plin. 8, 7. Sub Oculis accipere detrimentum, pro Ante oculos Caes. Bell. Ciuil. 1, 59. Sub Orientem secutus Armenios Flor. 3, 5, 27. Sub Poena mortis vel capitis denunciare Suet. in Calig. c. 48. Idem in Tiber. Caes. c. 36. Sub Radi- 25 cibus montis Nep. 1, 5, 3. Sub Sacramento militare Liu. 35, . . Sub Somno sanescere Cels. 3, 18. Sub Specie pacis Liu. 38, 7. Cels. 5, 26 Vbi vero penitus insedit, insanabile est: plurimique sub frigido Sudore moriuntur. Sub Titulo gratiarum agendarum Plin. Paneg. 4. Geminique minantur In caelum scopuli: quorum 30 sub Vertice late Aequora tuta silent Virg. Aen. 1, 166. Sub Veteribus, *subaudi Curias.* Plin. 35, 4 Hinc enim Crassi oratoris lepos agentis sub Veteribus. Idem 35, 10 E diuerso Meuiana, inquit Varro, omnia operiebat Serapionis tabula sub Veteribus. Sueton. in Augusto c. 100 Bifariam laudatus est: pro aede Diui Iulii a Tiberio et pro Rostris sub Veteribus a Druso Tiberii filio. Varr. de L. L. 4, 32 p. 37, 20 Curiae duorum generum. Nam et vbi curarent sacerdotes res diuinas, ut Curiae veteres: et vbi Senatus humanas, ut Curia Hostilia quam primus aedificauit Hostilius rex sub Veteribus. Ante hanc Rostra. Fest. l. 12 Nouae curiae proxime 40 compitum Fabricii aedificatae sunt; quod parum amplae erant Veteres a Romulo factae, vbi is populum et sacra in partes triginta distribuerat, ut in iis ea sacra curarent. Plaut. in Curc. 4, 1, 19 Sub Veteribus, ibi sunt qui dant, quique accipiunt foenore. Cic. Acad. 4, 70 Vt enim ii, qui sub nube solem non ferunt: item ille, quum 45 aestuaret, Veterum et Menianorum, sic Academicorum umbram secutus est. Sic Sub nouis M. Varro de L. L. 5, 7 p. 56, 4 Sub nouis dicta pars in foro aedificiorum, quod vocabulum eius peruetustum, ut nouae viae, quae via iam diu vetus est. Sub hac pessimi exempli Victoria Liu. 2, 55 pr. Sub Vite praeliari, vid. VINEA n. 2. 50 Sub Umbra foederis aequi feruitutem pati Liu. 8, 4. Exhalantem sub acerbo Vulnere vitam Ouid. Met. 5, 62. Conf. Burm. ad h. l. Barth. ad Stat. Theb. 5 p. 53. Sub Vrbe est agelli paullulum: *i. iuxta* Ter. Adel. 5, 8, 27. Sic Varr. de R. R. 1, 50 Tertio modo metitur, ut sub Vrbe Roma, et locis plerisque. Sic viciniam 55 notat Virg. Aen. 3, 6 Classenque sub ipsa Antandro, etc. A Poetis saepe sic adhiberi, docet Burm. ad Ouid. Met. 1, 689. Cic. Fam. 10, 16 Sub eas literas statim recitatae sunt tuae, non sine magnis quidem clamoribus. Etiam hic vicinia est, sed temporis, ut Cic. Fam. 8, 4 Pompeius se legionem adducturum, sed non statim sub mentionem, et conuicium obtrectatorum. Ad locum: Sub ipsos postes Virg. Aen. 2, 442. Idem Aen. 5, 323 Quo deinde sub ipso Ecce volat, calcemque terit iam calce Dioreis. Sub templo ingenti, pro In: Virg. Aen. 1, 457. *b. e. In templo.* Exercet sub sole labor Idem ibid. 1, 435. *b. e. In Sole.* Sub nocte, *i. Per* Virg. Aen. 65 7, 87. Idem ibid. 4, 527. Sub leges pacis tradere se Virg. Aen. 4, 618. Sub amplexus alicuius ire Ouid. Epist. 17, 94. ¶ 2 Sub in compositione vel inferioris loci notionem addit, et quidem vel cum motu in locum, ut subire tectum; vel cum motu e loco inferiore, ut Subiicere in equum, subleuare: vel significat aliquid accedere in locum 70 similitum, ut succedere, substituere, supplere; vel occultum quiddam, ut in subiicere, submouere, subornare; vel minuit significationem, ut subirasce, subamarus etc. Quas mutationes in compositione subeat, e Grammaticis repeti potest. Inconstantia bonorum etiam monumentorum redigi sub regulam vix potest. Igitur Subcandidus, subcinericius et similia damus; et tamen succino, et succenseo ac similia: Submoueo et submitto, et pleraque in hoc genere, et tamen Summuto. Si quid igitur uno loco non reperias, altera ratio erit sequenda in quaerendo.
- SVBABSVRDVS**, a, um. Adj. [*ὑπάρτονος*] Parum, siue utcumque absurdum, significat. Cic. de Orat. 2, 275 c. 67 Sunt etiam illa subabsurda, sed eo ipso nomine saepe ridicula, non solum mimis perapposita, sed etiam quodammodo nobis. Add. Idem Atti 16, 3. Quinctil. 1, 5, 65. 6, 3, 23 et 99.
- SVBABSVRDE**. Adj. [*ὑπάρτονος*] Cic. de Orat. 2, 275 c. 68 Valde haec ridentur, et hercule omnia, quae a prudentibus, quasi per 85 dissimulationem non intelligendi, subabsurde falseque dicuntur.
- SVBACCVSQ**, are. [*ὑποκακῶσαι*] Nonnihil accusare, et leuiter. Cic. pro Planc. 86 c. 35 pr. Sed sunt haec leuiora, illa vero grauiora atque magna, quod meum discessum, quem saepe defleras, nunc quasi reprehendere et subaccusare voluisti. Idem Att. 13, 46 Subaccusata quaeso Vestorium. Idem 16, 7 Addebant etiam me desiderari, subaccusari.
- SVBACIDVS**, a, um. Adj. [*ὑπόξυς*] Aliquantulum acidum significat. Plin. 12, 25 Esse enim debet lenis, non subacidus. Cato c. 108 Si subacidum erit vinum, non durabit. Al. Subacidulum. 95 S
- SVBACTVS**, etc. vid. SVBIGO.
- SVBADIŪVO**, (a quo Verbo deduxit Zeno Imperator Substantivum nomen SVBADIVVS, et Plur. SVBADIVVI) nondum inventum est. At Zeno l. vltim. §. huius autem. De agentib. in reb. l. 12 C. Huius autem beneficii praerogatiuam subadiuuis etiam, qui pro 100 singulis inveniuntur temporibus deferri iubemus. Est autem Subadiuuis Adiuutoris adiuutor. Add. l. 3 C. Theod. de agent. in reb. l. 1 C. Iust. de praepos. agent. in reb.
- SVBADMŌVEO**, ōui, ōtum, ēre. Aliquantulum admouere. Colum. 6, 36, 4 Huiuscemodi mari sensum magistri subadmouere debent generis eiusdem feminam. 105

SVBAEGER, gra, grum. Adi. Celso tribuitur paululum aeger.

SVBAEGRE. Adu. Celsi et ipsum esse dicitur.

SVBAERĀTVS, a, um. Adi. [ὑπόχαλκος] Quod habet aes sub nobiliore metallo, numorum adulterinorum epitheton. Perf. Sat. 5, 106 Ne qua subaerato mendosum tinniat auro.

SVBAGĪTO vel SVBIGITO, āre. [ὑποκίβω] Agendo et agitando sub se et in potestatem suam redigere. Plaut. Cist. Subagito blandis et benedictis dictis. Tabernariis blanditiis subagitare Apul. Apol. 2 p. 329. Ad contactus et conatus venerios refertur: Plaut. Merc. 1, 2

10 Scelestus subagitare occoepit illam. Add. Idem Mil. 3, 1, 57. et 5, 1, 9. Contumelia est hominem amicum ad te recipere, atque eius amicam subagitare Ter. Heaut. 3, 3, 6. Subagitare, ad perfectionem ipsam libidinis intelligimus Eugraph. ad Ter. l. c. Quod si vere Eugraphius, ponendum est, senem auxisse crimen, et vehementiore quam

15 pro re verbo usum. Nam praecessit, Vidin' ego te modo manum huic meretrici in sinum inferere? Caeterum subigitare hic dedit Bentl.

SVBAGITATIO, ōnis. f. Plaut. Epilog. ad Captiv. 1 Spectatores ad pudicos mores facta est haec fabula; neque in hac subagitationes sunt, neque vlla amatio.

20 SVBAGITATOR, unde SVBAGITATRIX, icis. f. Mulier libidinis nequissima. Plaut. Perf. 2, 2, 4 Ne me attrēta, subagitatrix. Morbum signat, de quo Cael. Aurel. Chron. 4, 9.

SVBAGRESTIS, e. Adi. [ὑπαγρῆστος] Aliquantum agrestis. Cic. 25 de Clar. Orat. 259 c. 74 Cotta, quia se valde dilatandis literis a similitudine Graecae locutionis abstraxerat, sonabatque contrarium Catullo, subagreste quiddam planeque subrusticum, alia quidem quasi inculta et siluestri via ad eandem laudem peruenerat. Subagreste ingenium Ammian. 14, 36.

30 SVBALARIS, e. Adi. [ὑπομαλάχαλος] Quod sub alis est. Scribit Lamprid. 29 Heliogabalum solitum fuisse in accubitis habere plumas subalares et subalares culcitrae. Vid. Casaub. ad h. l. Telum subalare Nepos 7, 10, 5.

35 SVBALBICO, āre. [ὑπολευκαίνωμαι] Aliquantum album fieri. Varr. de R. R. 3, 6 (9) Rostro breui, acuto, oculis ravis aut nigris, palea rubra subalbicante.

SVBALBEO, ēre. Idem. Cassiod. Epist. 5, 34.

40 SVBALBIDVS, a, um. Adi. [ὑπόλευκος] Aliquantum albidus. Plin. 21, 25 Ramulos habet candidos, folia subalbida abrotono similia. Cels. 5, 28, 15 de pustularum generibus, Physacion autem paullo durior pustula est, subalbida, acuta, ex qua ipsa quod exprimitur humidum est. Conf. Idem 5, 26, 20.

45 SVBALPINVS, a, um. Adi. [ὑπόαλπινος] Quod sub Alpibus montibus, vel propinquum Alpibus est. Plin. 25, 7 Radice lenta, subnigra, sine odore, aquosa, montibus Subalpinis plurima. Idem 16, 11 Nec nisi in paucis locis Subalpiniae Italiae.

SVBAMARE. Adu. Sidon.

SVBAMARO, āre. Seren.

50 SVBAMĀRVVS, a, um. Adi. [ὑπόαμικρος]. Aliquantulum amarum significat. Cic. de Fato 8 c. 4 At enim quoniam in naturis hominum dissimilitudines sunt, ut alios dulcia, alios subamara delectent. Id. de Inuent. 1, 35. Gustus subamarus Scribon. 188.

SVBAMARVM. Adu. Subamarum arridens Ammian. 27, 11.

55 SVBANNVLĀTVS, a, um. Adi. Crispus, in annulos positus. Arnob. Vid. Salmas. in Hist. Aug. p. 131.

SVBAPERIO, ire. Quid niuem in plumeas subaperiat crustulas Arnob. 2 p. 84. Conf. Apic. 8, 7.

60 SVBAQVANEVS, a, um. Unde Aduerbialiter Tertull. de Anim. Subterraneum et subaquaneum viuentia carent haustu aëris.

SVBAQVĪLVVS, a, um. Adi. [ὑπόφαυος] Subfuscum. Plaut. Rud. 2, 4, 9 Eia, corpus cuiusmodi subuolturium; illud quidem, subaquillum volui dicere. Lasciua Comica alludit ad Aquilae nomen, quasi dicat, avis rapacis colorem habet, siue is Aquilae est, siue Vulturis. Fuit vultu subaquillo, fusci coloris Treb. Pollio in Zenobia.

65 SVBARESCO, ēre. Vitruu. 7, 3.

SVBARGVTO, āre. Argumentari acute Macrob.

SVBARGVTVS, a, um. Adi. Aliquantulum argutus. A quo Diminutium

SVBARGVTVLVS, apud Gell. 15, 30.

70 SVBARĪDVVS, a, um. Adi. Tertull.

SVBARIDE. Adu. Gell.

SVBARMALIS, e. Adi. Quod sub armo s. humero colligitur, vestis nimirum epitheton. Subarmalis autem illi vestis peplo quodam, circa humeros inuoluto Latialiter tegebatur Martian. Capella 5 pr. ubi ὑπωμίδα interpretatur Grotius. Breuiorem quidem peplo et ab eo diuersum; hic ipse locus docet. Hinc etiam Substantiue

SVBARMALIS, masc. ut vult Salmasius, est apud Treb. Pollion. Claudio c. 14 Subarmalem vnum cum purpura Maura, ubi multa Salm. qui etiam in Vop. Aurelian. c. 13 Subarmalem profundum, i. talarum, mauult quam aliorum Subarmale. Sic Praetorianos cum Subarmalibus iussit sibi inermes occurrere Seuerus, ap. Spartian. c. 6 ubi plura Casaubon. Add. Dufresn. h. v. Imperatoriae vestis ostensionalis et pompaticae in pace usurpatae genus fuisse satis intelligitur.

75 SVBARO, āre. [ὑπαρορῖάω] Subtus arando terram mouere. Plin. 16, 27 Item quae subarantur, aut quae ablaqueantur, celeriora neglectis. Ibid. 28 Et subarata ocyus sanescunt.

SVBARĀTIO, ōnis. f. [ὑπαρορῖάσις] et SVBARĀTOR, ōris. m. Plin. 17, 24 l. 37, 6 Vel etiam subarator imprudens luxauit radices.

80 SVBARRO vel SVBARRHO, āre. Arrba sibi desponsare. Quidam filiam suam, circiter XII annos habentem, cuidam nobili desponsauit, qui subarrauit eandem consensu mutuo accedente Innocent. 3, 14 de despons. impub. ex Iure Can. ubi saepe legitur. Conf. Ambros. Serm. 90 p. 39 ed. Basil. Salmas. ad Capitolin. Maximin. iun. c. 1.

SVBARRŌGANS, antis. Adi. ὑπελαζών Aliquantulum arrogans.

SVBARROGANTER. Adu. [ὑπελαζώνως] Cic. Acad. 4, 114 c. 36 Vereor ne subarrogeranter facias, si dixeris tuam.

85 SVBARVNDINO, āre. Vineae pampineos subarundinat ebria campos, arundineis statuminibus implet Dracont. Hexaem. v. 56.

SVBASPER, a, um. Cels. 5, 28, 19.

SVBASPERATIO, ōnis. f. Augustin.

SVBASSENTIOR, iri. Manus leuiter pandata subassentientibus humeris mouetur Quinctil. 11, 3 p. 1020.

SVBASSO, Ære. *Paullum affare.* Pisces curatos subassabis Apic. 4, 2. *Add.* Idem 7, 2 et 14. 8, 8. Caro elixa subassata Apic. 7, 5.

SVBÄTER, tra, trum. Plaut.

SVBATIO, vid. SVBO.

SVBAVDIO, Ære. *Quiddam intelligere, quod omittitur.* Vox apud Grammaticos usitata. Subauditur, accessi; ἀπὸ καὶ Afcon. in Verrin. de Praet. Urb. Ad singula subaudiendum est Idem in Verrin. Proem.

SVBAVDITVS, a, um. Partic. *Subintellectus.* Vlpian. fin. leg. 1 10 Dig. de Hered. instituend.

SVBAVDITIO, ðnis. f. Actus subaudiendi Hieron. Quaest. Ebr. in 2 Reg. 3.

SVBAVRATVS, a, um. Adi. Habebat in minimo digito annulum grandem subauratum Petron. c. 32. *i. non totum aureum, in quo tamen aliquid auri esset.* 15

SVBAVSCVLTO, Ære. [ὑποαὐσκέτω] *Leuiter, et quasi praeter-eundo auscultare.* Plaut. Mil. 4, 2, 3. Tace, subauscultemus, ecqua de me fiat mentio. Cic. de Orat. 2, 153 Subauscultando tamen excipere voces eorum, et procul quid narrarent attendere. Idem 20 in Topic. 75 Qui ea locutus est bonis viris subauscultantibus pariete interposito. *Add.* Idem Att. 10, 18. Plaut. Afin. 3, 2, 40.

SVBAVSTERVS, a, um. Adi. Vinum austerum, vel certe sub-austerum Cels. 3, 6 extr. Vinum bibere lene, subausterum, modice vetus Idem 6, 6 n. 8. 25

SVBBAIVLO, Ære. Altera vngula subbaiulat aliam [Vet. Interpr. Iren. 5, 11. *sustinet.*]

SVBBALBVVS, a, um. *Vnde*

SVBBALBE. Adu. Spartian. Get. 5. Subbalbe canorus cum quadam balbutie. 30

SVBBALLIO, ðnis. m. *Vicarius Ballionis; vox iocose ficta apud.* Plaut. Pseud. 2, 2, 13. Tune es Ballio? PS. immo vero eius sum subballio. 30

SVBBASILICÄNVVS, a, um. Adi. [ὑποβασιλικανός] *Qui libenter et frequenter sub basilica spatiat.* In basilicis namque negotiationes et publicae conciliationes tractabantur, et iudicia quoque in basilicis fiebant. Plaut. Capt. 4, 2, 35 Quorum odos subbasilicanos omnes abigit in forum. 35

SVBBIBO, ibi, ibitum, Ære. [ὑποπινω] *Aliquantulum bibere.* Plaut. Truc. 4, 3, 58 Qui improbus est, siue subbibit, siue adeo caret temeto, tamen ab ingenio est improbus. Sueton. in Neron. c. 20 Si paullum subbibisset. 40

SVBBINI, ac, a. Subbina signa elliptica Manil. 4, 849. *Scalig. ad h. l. p. 329. alterna bina interpretatur: Sed Bentl. barbarum id ait et sine exemplo: ipse ex MSS. fed bina.* 45

SVBBLANDIOR, ðri. [ὑπερβλαπτικώ] *Paullulum, vel leuiter blandiri.* Plaut. Caf. 3, 3, 22 Non matronarum est officium, sed meretricium, viris alienis, mi vir subblandirier. Catulo meo subblanditur Plaut. Afin. 1, 3, 32.

SVBBREVIS, e. Adi. Saliunca folio quidem subbreui et quod necti non possit Plin. 21, 7. 50

SVBCAELESTIS, e. Adi. [ὑπερβαίνιος] Tertull. adu. Valent. c. 31.

SVBCAERVLVS, et **SVBCAERVLEVS**, a, um. Adi. [ὑποκαίρειος] *Aliquantulum caeruleum.* Cels. 6, 5 extr. In ea pares portiones sunt myrobalani, magmatis, cretae, cimoliae subcaerulae, nucum amararum, etc. 55

SVBCANDIDVS, a, um. Adi. [ὑπόλευκος] *Aliquantulum candidum significat.* Plin. 27, 8 Folia bouis linguae similia, minora, subcandida. *Add.* Ibid. c. 12.

SVBCÄVVS, a, um. Adi. *Subter cauus: ut, Lucret. 6, 682 Primum totius subcaua montis Est natura, etc.* Ventus per loca subcaua terrae Collectus Lucret. 6, 556. 60

SVBCENTVRIO, ðnis. m. [ὑποκατόνταρχος] *Qui centurioni subordinatus et adiunctus est.* Liu. 8, 8 Vt subcenturionem sibi quem vellet legeret, qui tutaretur cum ab vno destinato hoste. *Etiam* 65

SVCCENTVRIO.

SVBCERNICVLVM, i. n. [κόσκιμος] *Farinarium cribrum.* Vid. SVCCERNO. *Si enim est vox alicuius auctoritatis, quod dubito, eo referenda est.*

SVBCINERICIVS, a, um. Adi. [ὑποκινερός] *Quod sub cineribus coquitur et assatur.* Vnde subcinericium panem legimus in Sacris Literis. *Vt* 3 Reg. 17 et 14. Genes. 18, 6. Exod. 12, 39. *Add.* Isidor. 20, 21. 70

SVBCINGVLVM f. **SVCCINGVLVM**, i. n. [ζώνη] *Idem quod Balteus.* Plaut. Men. 1, 3, 17 Ab Hippolyta subcingulum haud Hercules aequae magno vnquam abstulit periculo. 75

SVBCISIVVM, vid. SVCCIDO.

SVBCOACTVS, a, um. *Substant.* Caes. Bell. Ciuil. 3, 44 Magnus incesserat metus sagittarum, atque omnes fere milites aut ex subcoactis, aut ex centonibus, aut ex coriis tunicas, aut tegmenta fecerant, quibus tela vitarent. *Videntur subcoacta esse tegumenta coactilibus similia, sed minus operosa, minus firma.* 80

SVBCOENO, Ære. [ὑποκοινέω] *Subtus coenare.* Quinctil. 6, 3, 90 Et Galba de piscibus, qui quum pridie ex parte adesi, et versati postero die appositi essent, Festinemus, alii subcoenant, inquit. *Iocus forte ab Antipodum descriptione ortus.* 85

SVBCONTVMELIOSVS. *A quo*

SVBCONTVMELIOSE. Adu. [ὑποβουβριστικώς] Cic. Att. 2, 7 Hercule, verum vt loquamur, subcontumeliose tractatur noster Publius.

SVBCRASSVLVS, a, um. Adi. Corporis qualitate subcrassulus Capitolin. Gord. c. 6. 90

SVBCRESCO, Ære. [ὑπαυξάνω] Proles subcreseat tibi Tibull. 1, 7, 55. *vid.* SVCCRESCO.

SVBCRISPVS, a, um. Adi. *Qui crines habet aliquantulum crispas.* Cic. Verr. 4, 108 c. 44 Videtis illum subcrispo capillo, nigrum, qui eo vultu nos intuetur. Varr. de R. R. 2, 5 Coda profusa vsque ad calces, vt habeat inferiorem partem frequentibus pilis subcrispam. *Conf.* Idem 2, 7, 5.

SVBCRV DVVS, a, um. Adi. [ὑπέραιμος] *Quod non omnino coctum est.* Cato c. 156, 7 Sumito brassicam, conicito in aquam feruentem, coquito paullisper, vti subcruda fiet. *Conf.* Cels. 2, 29. Subcrudum tuberculum Cels. 6, 13. 100

SVBCRVENTVS, a, um. Adi. [ὑπέραιμος] *Aliquantulum cruentum.* Cels. 4, 18 Descendunt autem pituitae, nucisque similia, interdum etiam leuiter subcruenta. *i. Cruentum aliquid admistum habentia.* 105

- SVBCVBONEVM, *positum pro Succuba*. Titinnius testis est in Pfaltria, Contemplari ancillas quam arbitret illarum subcuboneum esse. Haec Non. 3, 204.
- SVBCVLTRO, *äre*. Subcultrare pulpas Apic. 4, 2. Thymum subcultratum Idem 8, 8.
- SVBCVNEATVS, a, um. Adi. Subcuneati postes Vitruv. 6, 11.
- SVBCVDO, *vid.* SVCCVDO.
- SVBCVRATOR, *öris*. m. [*ὑποκηδεμῶν*] *Qui curatoris locum tenet*. Iulian. in l. Ex facto, De negot. gestis, Ex facto ferebatur quendam ad filiginem emendam curatorem decreto ordinis constitutum: eisdemque alium subcuratorem constitutum, filiginem miscendo corrumpisse: atque ita pretium filiginis, quae in publicum emta erat, curatoris inflicium esse: quaerebaturque, qua actione curator cum subcuratore experiri posset.
- SVBCVRVVS, a, um. Adi. *Aliquantum curuus*. Ammian. 26, 27. (Vales. 9 extr.)
- SVBCVSTOS, *ödis*. c. [*ἀντιφύλαξ*] *Qui pro alio custode substitutus est*. Plaut. Mil. 3, 2, 54 Quia Sceledrus dormit, hunc subcustodem suum foris ablegavit, dum easse transire huc placet.
- SVBDEALBO, *äre*. Varro *ap.* Non. 2, 28. *Aliter tamen legitur ib. Scaliger*.
- SVBDEBILIS, e. Adi. Femur Suet. Vitell. c. 17.
- SVBDEBILITÄTVS, a, um. Adi. [*ὑπεκνευρισμένος*] *Aliquantulum debilitatus*. Cic. Att. 11, 5 (4) Quod etiam mea sponte videbam, te subdebilitatum, novas rationes tuendi mei quaerere. *Vetus codex sic legit*, Te subdita re quasi debilitatum, novas, etc.
- SVBDEFICIO, *äre*. Haec quassa adhuc voce subdeficiens, vix proximis exaudientibus dixerat Curt. 7, 7, 20.
- SVBDEPRIMO, *äre*. Faust. Renens. de Lib. Arb. 1. 1.
- SVBDIÄLIS, e. Adi. [*ὑπαιθριος*] *Quod sub dio est*. Plin. 34, 12 Distat a Cadmia, quod illa super terram ex subdialibus petris caeditur, haec ex obrutis. Subdiales inambulationes Plin. 14, 1. Subdialia pavimenta, *apud* Plin. 36, 26.
- SVBDIALE, is. n. [*ὑπαιθριον* Onomast. Vet.] Subdialia Graeci inuenere Plin. 36, 15. *Pavimenta intelligo*.
- SVBDIACONVS, i. m. *Apud Ecclesiasticos scriptores. Gradu uno inferior Diaconis*. Vid. Isidor. 7, 12. Polyd. Vergil. 4, 5. Cod. Iustin. saepe e. c. 1, 3. 6.
- SVBDIFFICILIS, e. Adi. [*ὑποχαλεπὸς*] *Aliquantulum difficile*. Cic. de Amicit. 69 c. 19 Existit autem hoc loco quaestio quaedam subdifficilis.
- SVBDIFFIDO, *äre*. *Aliquantulum diffidere*. Cic. Att. 15, 20 Quo die audiui illum tyrannum in concione clarissimum virum appellari, subdiffidere coepi.
- SVBDIMIDIVS, a, um. Adi. Numerus, *sic vocatur respectu dupli* Mart. Cap. 7 p. 251. *vs e. c. 2 ad 3*.
- SVBDISIUNCTIVVS, a, um. Adi. Proculus in l. Haec verba 24 D. de verbor. signific. Haec verba *ille aut ille*, non solum disiunctiva, sed etiam subdisiunctivae orationis sunt. Disiunctivum est, veluti quum dicimus, Aut dies, aut nox est: quorum posito altero necesse est tolli alterum: item sublato altero, poni alterum. Ita simili figuratiōe verbum Aut, potest esse subdisiunctivum. Subdisiunctivi autem genera sunt duo, vnum, cum expositis finibus, ita non potest vterque esse; vt possit neuter esse: veluti cum dicimus, *aut sedet, aut ambulat*. Nam vt nemo potest vtrumque simul facere, ita aliquis potest neutrum, veluti is, qui accumbit. Alterius generis est, cum ex propositis finibus ita non potest neuter esse, vt possit vterque (*sic vid. leg. pro vtrumque*) esse: veluti cum dicimus, *Omne animal aut facit, aut patitur*. Nullum est enim, quod nec faciat, nec patitur: ac potest simul et facere et pati.
- SVBDISTINGVO, *äre*. Multi subdistingunt et separatim addunt Alcon. in Verr. de Praet. Sicil. p. 120.
- SVBDISTINCTIO, *önis*. f. Diomed.
- SVBDITICIVS, SVBDITIVVS, *vid.* SVBDO.
- SVBDIVAL, *älis*. n. [*ὑπαιθριον* Gloss. Gr. Lat. *it. ὑπαιθρον*] *Pars aedium, quae sub dio est*. Subdual domus Tertull. adu. Iud. c. 11.
- SVBDIVÄLIS, e. Adi. Tertull. . . . Subdualis sentina. Mart. Ammian. 19, 23.
- SVBDITO, *äre*. *Subter admouere*. Lucret. 6, 603 Subditat hunc stimulum quadam de parte timoris. *Est proprie frequentatiuum a Subdit*.
- SVBDIVIDO, *äre*. Deinde subdiuisimus, vt haec diligentissime tractarentur Augustini. de Trinit. Proem. 3. Hebdomadae subdiuisae Tertull. cont. Iud. c. 11.
- SVBDIVISIO, *önis*. f. Cod. 6 t. 2 l. 22. et 3 t. 28 l. 37.
- SVBDIVVS f. SVBDIVS, a, um. Adi. [*ὑπαιθρος* Gloss. Gr. Lat.] *Conf. Salmaf. de Pall. p. 137*.
- SVBDIV *legitur* Plaut. Most. 3, 2, 77 Quia hic audiuit esse aestatem perbonam. Subdiu coli absque sole perpetuum diem, *i. Locum ita umbrosam, vt licet sub diuo vel sub dio (quomodo etiam legendum censent viri docti) sis, tamen absque sole, in umbra adeo verseris etc.*
- SVBDO, *didi, ditum, äre*. [*ὑποβάλλω*] *Supponere, subdicere*. Cato de R. R. . . . Ignem subdito: vbi bullabit vinum, ignem subducito. Plin. 14, 12 Furcas subdere his necessarium. Subdere sub solium, *In terram conicere* Plaut. Curc. 2, 3, 18. Oculorum visu subdere aliquid Lucret. 5, 102. Plin. in Paneg. Cic. pro Domo 85 Quis in meum locum iudicem subdidit? *Conf. Planc. ad Cic. Fam. 10, 21. Quinctilian. 3, 6 Sed in horum trium locum subditae quatuor legales. Bona subdere iugo Plin. 8, 16. Calcar subdere equo Ouid. de Arte Am. 2, 732. Crimina maiestatis subdebantur Tacit. Ann. 3, 67. Praeferunt insigne lignum, quod draconem subdidit Prudent. Perist. 1, 36. i. crucem Christi, qua Satan deuictus est. Flamma subdita medullis Virg. Georg. 3, 271. Ignem ac materiam seditioni subdere, per translationem ab incendiis Liu. 8, 30 et 32. Paull. in l. Qui falsam D. ad legem Corneliam De falsis, Accusatio suppositi partus nulla temporis praescriptione depellitur, nec interest, decesserit necne ea, quae partum subdidisse contenditur. Plaut. Merc. Argument. 2, 10 Hic filium subdidit vicini, pater vicinum. Ter. Heaut. 5, 3, 11 Subditum se suspicatur. C. subditum, ain? tu? Conf. Plaut. Cist. 1, 2, 17. et Truc. 1, 1, 70. Pullum subdere, *vid.* in SVBICIO. Reum subdere Tacit. Ann. 1, 6. Rumorem subdere Tacit. Ann. 6, 36. Liu. 7, 40 Ac si cui genus, si cui sua virtus, si cui etiam maiestas, si cui honores subdere spiritus potuerunt: iis eram natus etc. i. Animos siue stimulos.*

- mulos.* Stimulos subdere muliebri animo Liu. 6, 34. Stimulos ingenii subdit fama Ouid. Trist. 5, 1, 76. Plin. Epist. 3, 19
 Contra vereor ne sit cautum, rem tam magnam iisdem tempestatibus subdere, *in eas committere.* Plaut. Epid. 1, 2, 37 Vt meum tergum stultitiae tuae subdas succidancum? *substituas.* 5
- S V B D I T V S**, a, um. Partic. [*ὑποβεβλημένος, ὑποαχθῆς*] A et O semper principes sunt, I et V semper subditae Gell. 19, 14. Cic. de Nat. Deor. 2, 27 c. 10 Quae effervescunt subditis ignibus. Subditus dicitur iudex, Qui loco mortui datur iis, qui cum habuerant iudicem in aliqua re, vel lite. Paull. Subditus partus, Suppositus, *ὑποβολιμαῖος* Gloss. Lat. Gr. *hoc est sublatus ab ea muliere, quae peperit et alteri suppositus.* Sic 10
- S V B D I T I V V S**, a, um. Adj. [*ὑποβολιμαῖος* Gloss. Lat. Gr.] *In alterius locum positus.* Plaut. Amph. 2, 2, 198 Namque de illo subditio Sofia mirum nimis est. *Add. Ibid. 1, 2, 35.* Vt subditivum apud patrem arguere conatus est Suet. Ner. c. 7. Conf. Sen. Oedip. v. 803. Subditivum secretum Arnob. 5 p. 179. *de allegoriis fabularum loquens,* Neque enim quod scriptum est, atque in prima est positum verborum fronte, id significatur, et dicitur: sed allegoricis sensibus, et subditivis intelliguntur omnia illa secretis. *Vid. Elmenb. not. p. 350.* 15
- S V B D I T I C I V S**, a, um. *Aliud* Adj. [*ὑποβολιμαῖος* Gloss. Lat. Gr.] *Idem.* Plaut. Amph. 2, 3, 6. *it. Pseud. 2, 4, 62.* Cic. Verr. 5, 69 c. 27 Quod eodem caeteros piratas contrudi imperarat, intellexit, si hunc subditivum archipiratam in eandam custodiam dedisset, fore, *etc.* Libri subditivii Quinctil. 1, 4. *i. Suppositivii.* 20
- S V B D O C E O**, ui, etum, ere. [*ὑποδιδάσκω*] *Post alium, vel sub alio docere.* Cic. Att. 8, 4 Ciceronesque nostros meo potius labore subdoceri, quam me alium magistrum quaerere. Augustin. Confess. 8, 6, 1 Subdocere alicui, *i. hypodidascali officio fungi.* 30
- S V B D O C T O R**, oris. m. Aufon. Profess. 22 Victorio subdoctore.
- S V B D O L V S**, a, um. Adj. [*ὑπελός*] *Occulte decipiens.* Plaut. Aul. 2, 5, 8. *Et Capt. 3, 3, 5* Nec mendaciis subdolis mihi vsquam mantellum est meis. *Sic Mil. 3, 3, 68* Haud vereor, ne nos subdola perfidia pervincamur. *Martial. 3, 58* Sed tendit avidis rete subdolum turdis. *Lingua subdola Ouid. de Arte Am. 1, 598.* Pellacia subdola Lucret. 5, 1002. 35
- S V B D O L E**, Adu. [*ὑπέλως*] *Caute et fraudulenter.* Plaut. Trin. 2, 1, 12 Eos confectatur, subdole blanditur, ab re consulit. Cic. de Clar. Orat. 25 c. 9 Nihil acute inueniri potuit in eis causis, quas scripsit, nihil (vt ita dicam) subdole, nihil versute, quod ille viderit. 40
- S V B D O M O**, ui, itum, are. Plaut. Afin. 3, 3, 112 Sic isti solent superbi subdomari. *Inequitat velut puerili lusu seruus humeris heri.*
- S V B D V B I T A T O R**, oris. m. Qui dubitare videtur. August. 45
- S V B D V B I T O**, are. [*ὑπερδουλέω*] *Aliquantum dubitare.* Cic. Fam. 2, 17 Haec eo pluribus scripsi, quod nonnihil significabant tuae literae, subdubitare qua essem erga illum voluntate. *Idem Att. 14, 15* Iam enim dico meum, antea (crede mihi) subdubitabam.
- S V B D V C O**, xi, etum, ere. [*ὑπεξάγω, ὑπεξαιρέωμαι, ὑπάγω, ὑφαίρω*] 50
Subterducere. Iuven. Sat. 1, 15 Et nos ergo manum ferulae subduximus. *b. e. Subtraximus, non iam pueriliter tractandi.* Cato de R. R. . . . Ignem subdito: vbi bullabit vinum, ignem subducito. Plaut. Afin. 5, 2, 62 Tempus est subducere hinc me. *Aurum subducitur terrae, Effoditur e terra Ouid. de Arte Am. 3, 123.* Cic. Tusc. 2, 40 c. 17 Subduc vnum diem cibum athletae, Iouem Olympium, cum ipsum, cui se exercebit, implorabit, ferre non posse clamabit. *Ouid. Met. 2, 661* Iam mihi subduci facies humana videtur. Colla subducere oneri *Idem ex Pont. 1, 5, 24.* Flamma subducitur Scribon, 267. *Subducere Fundamenta, i. auferre, vt totum aedificium ruat Cic. de Fin. 4, 42 c. 15 extr.* Lac agnis subducere Virg. Ecl. 3, 6. *Memoriam subducere, i. Auferre Sen. de Benef. 3, 1.* Pedes subduxit fluvius raptori Plaut. Men. Prol. 65. *i. illum evertit.* Vires subducere alicui Ouid. Met. 13, 61. Cic. pro Domino 21 *Quem tu in eo non pro illius dignitate produxeras, sed pro tuo Scelere subduxeras.* Ala ex praelio subducta Liu. 35. Custodiae se subducere Sen. Epist. 66. *clanculum effugere.* Sic Ter. Eun. 4, 1, 14 Vbi primum poterit, se illinc subducet scio. *Ibid. 4, 7, 25* Et cum eo clam subduxisti te mihi? Cic. Qu. Fratr. 3, 4 De circulo se subduxit. *Morti animam subducere, Eripere et conseruare a periculo mortis Ouid. Trist. 1, 4, 27.* *Morti subducere aliquem Claud. in secund. Conf. Stilich. 74.* Nimbo se subducere Ouid. Trist. 5, 14, 27. *Quos praesenti Periculo fortuna subduxit Vell. 2, 72, 5.* Callistrat. in l. 2 §. Diuus D. de iure fisci, Non vt delator Poenae subduceretur, si mandatorem haberet. *Pandectae Flor. et Haloander habent, Poena. Pugnae subducere aliquem Virg. Aen. 10, 50.* Colles subducunt se, Ex alto in campos dissoluuntur Seru. ad Virg. Ecl. 9, 7. *Terra se pedibus raptim subducit Lucret. 1, 1099.* Subducere, *Furtim subtrahere.* Plaut. Curc. 2, 3, 87 *Quum dormiscit, ei subduco anulum.* Martial. 80
 12, 29 *Subduxit mappas quatuor Hermogenes.* Sic 8, 59 *Subducere pallia.* Subducere furto obsides Liu. 9, 11. ¶ 2
 Subducere, *Sursum ducere, leuare, extollere.* Vict. de Viris illust. 4 Ipse a Tullo in auxilium accersitus, Aciem in collem subduxit. *Subducere Copias in collem satis arduum Liu. 23, 26.* *Hinc Subducere naues dicimus, In terram trahere: quod terra mari altior.* Virg. Aen. 1, 555 *Quassatam ventis liceat subducere Classem, Et filuis aptare trabes.* Conf. Seru. ad h. l. Plaut. Bacch. 2, 3, 71 *Quum extemplo a portu abire nos cum auro vident, subducunt lembum.* Caes. Bell. Civil. 3, 23 *Naues reliquas, si vellet, subduci et refici iuberet.* Puppae subductae sicco litore Virg. Aen. 3, 135. *Sursum e puteo Plaut. Aul. 2, 7, 3.* Supercilia Senec. de Benef. 1, 1. Vincula per impluuium in tegulas subduci oportet, atque inde foras in viam demitti Gell. 10, 15. *Vultu subducto procedere, b. e. Seuero et fronte caperata Propert. 2, 10, 9.* Subducere animam, *Spiritum et anbelitum sursum attrahere Cato c. 157.* Plin. 2, 19 *Naribus subductum caput purgat.* Plin. 20, 14 *Recentis succus narium vitia spiritu subductus emendat.* ¶ 3 *In computationibus et rationibus adhiberi solet, ob ipsum ad calculorum tractationem respectum.* Plaut. Capt. 1, 2, 80 *Ibo intro, atque intus subducam ratiunculam, quantum argentum mihi apud trapezitam fiet.* Conf. Ter. Adelph. 5, 4 pr. *Subducta ratione esse ad vitam, vid. RATIO.* Cic. de Nat. Deor. 3, 71 c. 29 *Medea modo et Atreus commemorabantur a nobis heroicae personae inita subductaque ratione, nefaria scelera meditantibus.* Cic. de Finib. 2, 60 c. 19 *Quid fortes viri? volupta-* 105

tumne calculis subductis praelium ineunt, sanguinem pro patria profundunt? *i. Computant, quantum voluptatis percepturi sint.* Numerum subducere rei alicuius, *Numerare rem aliquam* Catull. 59, 208.

Cic. Att. 5, 21 Collaudavi homines, Recte, inquit, Scaptius, sed subducamus summam. *Vid. Columel. 5, 2.* Idem Att. 5, 21 Quid vos, quantum inquam debetis: Respondet, Cui? Refero ad Scaptium: homo clamare. Quid opus est, inquam? rationes conferatis. Adfident: subducunt: ad numum conuenit. *Sic enim distinguit Budaeus, non ut alii, Subducunt ad numum, vid. CONVENIO.*

10 **S V B D V C T V S**, a, um. Part. Subducta ad manes imos defedimus vnda Virg. Aen. 3, 565 Aut cistam effractam aut subducta viatica ploret Hor. Epist. 1, 17, 54. Plin. 2, 17 Subductum omnibus ventis aedificium, non expositum. *Compar. Concauis subductioris terrae latebris addere Mart. Capella 6 p. 192.*

15 **S V B D V C T I O**, ōnis. f. [*ὑπαγωγή, ὑπεξαγωγή, ὑφαίρεσις*] Ratio, Cic. de Orat. 2, 132 c. 30 Quo perspecto, statim occurrit naturali quadam prudentia, non his subductionibus, quas isti docent, quid faciat causam. *Proprie pro ipso extollendi siue leuandi actu.* Caes. Bell. Gall. 5, 1 Ad celeritatem onerandi, subductionesque paullo facit humiliores, quam quibus in nostro mari vti consueuimus. *Nauium subductiones* Vitr. 10, 5.

S V B D V C T O R, ōris. m. Ictus in Digest.

S V B D V C T A R I V S, a, um. Adi. [*ὑπαγωγικός*] *Vt, Funis subductarius, Quo quid leuatur.* Cato 12 Funes loreos quinque, subductarios quinque, medipontos quinque. *Vid. Idem 68.*

25 **S V B D V C T I S P E R C I L I C A R P T O R E S**. *Compositum licenter fictum a Laeuio, de quo Gell. 19, 7* Et quae multiplicia ludens composuit, quale illud est, quod vituperones suos subductisuperciliicarpores appellauit. *Igitur de Gellii certe sententia compositum nomen est.* 30 *An vere ita senserit iudicare tum liceret, si ex genere veruum constaret de modulo vltimae in subducti, quam si breuem postulet metrum, vicerit sane Gellius.*

S V B D V L C E S C O, ěre. Celsus.

35 **S V B D V L C I S**, e. Adi. [*ὑπογλυκός*] *Parum dulce.* Plin. 26, 8 Radix subdulcis, in petris nascens, aut sub arboribus vetustis.

S V B D V R A T I O, ōnis. f. Columel.

S V B D V R A T O R, ōris. m. Veget.

40 **S V B D V R V S**, a, um. Q. Cic. de Petit. Consulat. 36 c. 12 Verum hoc probabile est, illud alterum subdurum tibi homini Platónico suadere: sed tamen tempori tuo consulam.

S V B Ē D O, ēdi, ēsum, eděre. Ouid. Met. 11, 783 Dixit, et e scopulo, quem rauca subederat vnda Decidit in pontum, *i. paulatim comminuerat, exederat.*

45 **S V B E O**, iui vel ii, itum, ire. [*ὑποδομαί, ὑπειμι, ὑπερχομαί*] *Sub aliquid, vel in aliquid ire. Accusatiuo iungitur.* Caes. Bell. Gall. 1, 36 Qui intra annos quatuordecim tecum non subiissent. Plin.

50 *Epist. 9, 26, 4 Inglorius subit portum. De occultis molitionibus intelligi solet: vid. Brouckhus. ad Propert. 1, 9, 26. Burm. ad Grat. Cyneq. v. 184. Quinct. 4, 5, 5 Interdum fallendus est iudex, et variis artibus subeundus etc.* Plin. 31, 3 Sed hi rationem adferunt, quoniam leuissima sit imbrum aqua, vt quae subire potuerit ac pendere in aëre.

Lucan. 8, 116 Nulla tibi subeunda magis sunt moenia victor. *Curum subiere leones* Virg. Aen. 3, 112. *Nemus subire* Ouid. Met. 2, 418. *Tecta subire* Virg. Aen. 7, 668. *Vrbem subire* Lu-

55 *can. 3, 98.* *Vultum alicuius subire, In eius conspectum venire.* Cic. pro Quint. 97 Denique ipsius inimici vultum superbissimum subiit, ipsius Sext. Naëuii lacrimans manum apprehendit, in propinquorum bonis proscibendis exercitatum. *Subire cum Datiuo:* Virg.

60 *Aen. 9, 371 Iamque propinquabant castris, muroque subibant.* Idem *Aen. 6, 222 — Pars ingenti subiere feretro, ferendi causa.* Quae voluit liquido tota subire Deo, *i. succumbere in Venere* Propert. 3, 17, 14. *Ne te poeniteat duro subiisse Labori* Tibull. 1, 4, 41. *Sed etiam cum Accusatiuo,* Virg. Aen. 4, 599. *Quem subiisse humeris confectum aetate parentem, etc.* *Asellus grauius dorso subiit Onus*

65 *Hor. Sat. 1, 9, 2.* *Ascensum interdum natate videtur:* Liu. 2, 31. Idem 26, 42 *Vt subeundi saepe ad moenia vrbs recursus pateret.* Sic 34, 16 *Subire ad portam.* Et 1, 27 *Subire ad montes.* Plin. 9, 27 *Subit in summa maria, piscis ex argumento appellatus lucerna, etc.* *Subire et Vocare, in tesserarum ludo contraria sunt.* Nam subit ille eam

70 *partem, quam si referat tessera vincitur: vocat, quam partem, quemque numerum optat reduci, vt vincat.* Itaque qui iactat tesseras, optionem dat collusori subeundi vel vocandi: qui non iacit, is e iactatis deligit, quos subeat, et quos vocet. *Ac ea conditio est, vt legamus eum numerum, quem potius reductorum putemus: eum subeamus, quem minus reductorum*

75 *speremus, vt auguremur nobis potius lucrum, quam iacturam ominemur.* Ouid. de Arte Am. 3, 355 Et modo tres iactet numeros, modo cogitet apte, *Quam subeat partem callida quamque vocet.* Haec Turneb. *Aduers. 6, 10. quae non praestiterim equidem.* ¶ 2

80 *Subire aliquid, pro Suscipere.* Plin. Epist. 9, 19 Cuius nunc mihi subeunda defensio est. Idem in Paneg. 44 *Quis enim curae tuae molem sponte subeat?* Affectus, non vt aduocati, sed vt passi subimus Quinct. 11, 1, 55. *i. induimus tanquam personam.* Amores

85 *primos vix subit pectus rude* Ouid. Epist. 4, 23. *i. Sustinet.* *Conditionem pacis subire* Caes. Bell. Gall. 7, 78. *Deditionem* Idem

90 *Bell. Ciuil. 1.* *Hereditatem subire, pro quo vstitatus dicimus, Adire hereditatem.* Iurisconf. l. 181 de Reg. Iur. *Iussa subire* Claud. de Conf. Hon. 4, 296. Cic. Att. 3, 15 *Istos labores, quos nunc in suffragiis suscipis, non subisses.* *Labores duos subire* Tibul. 1, 4, 47. *Nauigationem subire* Caes. Bell. Gall. 4. *Negotium*

95 *subire, vid. NEGOTIVM.* Quinctil. 6, 1 *Et ipse patronus has Partes subit.* *Subire, Succedere.* Liu. 27, 2 *Primae legioni tertia, dextrae alae sinistra subiit: et apud hostes integri a fessis pugnam acceperunt.* Plin. 8, 7 *Equitatu circumuenti, infirmos, aut fessos vulneratosue in medium agmen recipiunt: ac velut imperio ac ratione per vices subeunt. de elephantis.* Ouid. Met. 1, 130 *Fugere pudor, verumque fidesque: In quorum subiere locum, fraudesque, dolique, etc.* *Munus eius et officium obire seu peragere* Idem ex Pont. 4, 9, 7. Cic. Off. 3, 105 *Qui retinendi officii causa Cruciatum subierit voluntarium?* Idem Fam. 8, 11 *Curio omnia potius*

100 *subire constituit, quam id pati.* *Aleam subire, Fortunam, ac sortem experiri alicuius rei* Columel. 3, 21. *Auxilio subire alicui* Virg. Aen. 2, 216. Cic. ad Brut. 12 *Atque ille si armis positus de vi damnatus esset, quo in iudicio certe defensionem non haberet, eandem Calamitatem subirent liberi bonis publicatis, quanquam quod tua*

105 *mater et soror deprecatur pro pueris.* Cic. Att. 8, 1 *Eundem, vt quem-*

quemcumque fors tulerit casum, subeam potius cum iis, qui dicuntur esse boni, quam videar a bonis dissentire. Crimen subire Liu. 2, 7. Cic. Tusc. 2, 14 Quae ut effugias, quis est non modo non recusandus, sed vltro appetendus, subeundus, excipiendus Dolor? Idem in Catil. 4, 12 Sin remissiores esse voluerimus, summae nobis crudelitatis in patriae ciuiumque pernicie Fama subeunda est. Idem ad Brut. 18 Ne Famam subeam temeritatis. *i. Ne dicar temerarius.* Idem Fam. 14, 5 (6) Quando subeunda Fortuna est. Cic. Off. 3, 28 Cuius societatis arctissimum vinculum est, magis arbitrari esse contra naturam, hominem homini detrudere sui commodi causa, quam omnia Incommoda subire vel externa vel corporis, vel etiam ipsius animi, quae vacent iustitia. Infamiam sempiternam subire Cic. Q. Frat. 3, 1. Id. Diu. in Caec. 46 c. 14 Poterisne eius orationis subire Inuidiam? Ascon. Inuidiae, *i. aequo animo ferre te ita inuisum videri.* Idem pro Flacc. 2 Existimabam L. Flacco multitudinis imperitiae potius, 15 nullo tamen cum periculo, quam sapientissimorum et lectissimorum virorum Iudicium esse subeundum. Iudicium docti principis pagina subitura Ouid. Fast. 1, 19. Stat. Silu. 1, 2, 28 — subiit Leges, et frena momordit Ille solutus Amor. Locum alterius subire Martianus in l. Creditor. §. A Titio. D. Qui potiores in pignore, etc. 20 Loquentem subire, *i. respondere* Claudian. de Conf. Mallii 173 Subit ille Loquentem Talibus. Cic. pro Domo 72 Vtrum igitur peccato meo exulis Nomen subeo, an re iudicata. Idem Off. 3, 57 Haec tot et alia plura nonne inutile est vitiorum subire Nomina? Id. in Pison. 41 Vos autem sempiternas foedissimae turpitudinis Notas subieritis? Idem Att. 11, 7 Quamquam quid mea interfit ut eorum Odium subeam, non intelligo. Periculum omne subire Hor. Epod. 1, 4. Idem Verr. 1, 144 Si pupilli calamitas, propinquorum lacrimae, Decii Bruti, cuius praedia subierunt Periculum, M. Marcelli tutoris auctoritas apud te ponderis nihil habebat, ne illud quidem animaduvertebas? Idem Off. 3, 65 Nam cum ex duodecim tabulis satis esset ea praestari, quae essent lingua nuncupata, quaeque inficiatus esset, dupli Poenam subiret. Poenas meritas subire Ouid. Epist. 12, 119. Poenas subire ex merito Idem Met. 5, 200. Cic. Att. 11, 6 Minus Sermonis subiissem, minus accepissem doloris, ipsum 35 hoc me non angeret. *i. Non tantus de me sermo sinister esset, Non ita mihi obloquerentur homines.* Supplicia subire Idem ad Brut. 12. Idem pro Corn. Balb. Tum certe dignissimi sunt, qui ciuitate ea donentur, pro qua pericula ac Tela subierunt. Tempestatem inuidiae subire Cic. in Catil. 2, 15. Tempestates subire Caes. 40 Bell. Gall. 8, 5. Cic. pro Rosc. Am. 31 Quoniam quidem semel suscepi, licet, Hercules, vndique omnes Terrores, Minae, Periculaque impendeant omnia, succurram atque subibo *intell.* Terrores, Minas, Pericula. Idem Att. 8, 16 Atque ego, qui omnia officio metior, recordor tamen tua consilia: quibus si paruissim, Tristitiam illorum temporum non subiissem. Turpitudinem subire, siue turpitudines Idem Verr. 1, 137. Sic Philipp. 14, . . . Verbera subire Plin. 20, 13. Hor. Serm. 1, 3, 120. Vicem eandem subire: Vlp. in l. Minor. D. de procurat. Quoniam autem defendere est eandem Vicem, quam reus subire, etc. Vim subire, atque iniuriam malui, quam 50 aut a vestris sanctissimis mentibus dissidere, aut de meo statu declinare Cic. de Prouinc. Conf. 41. Idem pro Caecin. 100 Qui si in ciuitate legis Vim subire vellent, non prius ciuitatem, quam vitam amitterent. Idem Att. 14, 21 Postremo se libenter Vituperationem subire, quod amaret etiam mortuum Caesarem. § 3 Subire, 55 *Succedere, paulatim venire.* Virg. Georg. 1, 180 Neu subeant herbae, neu puluere victa fatiscat, *i. succrescant.* Subeunt morbi Idem Georg. 3, 67. *i. e. Adueniunt, inquit* Seru. Curae subeunt Ouid. Trist. 4, 3, 23. Senecta subiens Sil. 7, 596. Sopor furtim subit fessa lumina Ouid. Epist. 19, 56. *i. Latenter ingreditur 60 oculos.* Taedia subeunt animo Idem ex Pont. 4, 15, 30. Religio subit animos Plin. 5, 1. Timor subit animum Liu. 39, 16. Spes subit animum Idem 40, 8. Subit, *absolute, pro recordor* Plin. 29, 1. Subire, *In memoriam venire.* Idem 7, 46 Subeunt in hac reputatione Delphica oracula. *conf.* Virg. Aen. 2, 560 et 562. *Datiuo:* Curt. . . Cogitationi nostrae nunquam subiit. Quinctil. Decl. 6, . . . Fastidia subeunt mihi Ouid. Epist. 16, 97. *Accusatiuo:* Plin. Epist. 3, 7 Quod me recordantem, fragilitatis humanae miseratio subit. Curtius 5, 2 Subiit regem verecundia. Imago me subit Ouid. Fast. 2, 753. Virg. Aen. 2, 560. *Infinitiuo:* Plin. 35 Subit anti- 70 quitatem mirari. Idem Epist. 1, 9 Tunc enim subit recordatio, quot dies quam frigidis rebus absumsit. Liu. 25, 24 Ea quum vniuersa occurrerent animo, subiretque cogitatio, iam illa momento horae arsura omnia, et ad cineres reditura. Animum cogitatio subiit Curt 6, . . . Horum cogitatio subibat animum. Animum cogitatio subit Liu. 36, 20. Idem 2, 42 Dulcedo agrariae legis ipsa per se demto auctore subibat animos. Animos subit memoria maleficiorum Idem 37, 49. Curtius 5, 4, 11 Subit ipsa per se, demto auctore subibat Animos. Liu. 40, 8 Subituram vobis aliquando germanitatis Memoriam, puerilis quondam simplicitatis consuetudinisque inter vos, meorum denique praeceptorum, etc. Plin. 14, 11 Verum inter haec subit Mentem, quum sint genera nobilia, etc. Virg. Aen. 10, 824 Et Mentem subiit patriae pietatis imago. Affecto subit quidquid abest, *i. in mentem venit tristi et aegro* Ouid. Trist. 3, 3, 14. § 4 Virg. Aen. 10, 798 Aeneae subiit mucronem, ipsumque 85 morando Sustinuit. *b. e. Lausus se supposuit enst Aeneae iam sublato ad plagam inferendam, ictumque parma sustinuit.* Valer. Flacc. Argon. 6, 322 Illum vbi congressu subiit Gesander iniquo Territat his, etc. Subiri, *Passiuum* Cic. Verr. 5, 181 c. 71 Inimicitiae sunt? subeantur labores? suscipiantur. Plin. 4, 11 Haemi excelsitas, 90 VI. M. pass. subitur. Nam si subeantur prospera castra Iuuen. Sat. 16, 2.

S V B I T V S, a, um. *Ex Participio Adiectiuum.* Subitum videntur primo dixisse, qui subiisset, obrepisset: tum paulatim repentina omnia subita dicta. Est ergo subitus [*ae Ouidios*] *Repentinus.* Ter. Phorm. 1, 4, 23 Nam quod ego huic nunc subito exitio remedium inueniam miser? Idem Adel. 5, 9, 28 Quod proluuium? quae istaec subita est largitas? Cic. Fam. 10, 16 Neue in rebus tam subitis, tamque angustis, a Senatu consilium petendum putes. Idem Verr. 2 Subita laetitia. Subiti nihil est Plaut. Pers. 4, 4, 36. Subitum est nimis Plaut. 100 Aul. 2, 5, 5. Cic. Fam. 13, 2 Nam propter opera instituta multa multorum, subitum est ei remigrare Calendis Quinctilibus. Adpectu subito territus haesit Virg. Aen. 11, 699. Concurfus subiti Ouid. Met. 14, 544. Dolores subiti Idem Epist. 11, 47. Flammas subitas exstinguere Idem in Ibin 19. Formidine subita trepidus 105

Virg. Aen. 6, 290. Fragore subito intonuit Idem Aen. 2, 692.
Liberis non subitas Imagines relicturus Plin. Ep. 8, 10. Imber
subitus Ouid. Fast. 4, 385. Morte subita sternere aliquem Virg.
Aen. 11, 796. Rubor subitus notauit ora Ouid. Met. 6, 46. Ti-
more subito intremuere genua Idem ibid. 2, 180. Vim subitam to-
lerare Lucret. 1, 287. Vertigines subitae Scribon. 6. *Absolute:*
Tacit. Ann. 15, 59, 2 Fortes viros terreri subitis. Idem Hist. 5, 13, 6 Su-
bita belli. *add.* Id. Agric. 37, 1.

SVBITO, Adu. [*καταλιμωσ, ἄφνω*] *Repente, confestim.* Cic.
Fam. 14, 8 Nam mihi et scriptum et nuntiatum est, te in febrem su-
bito incidisse. Subito deprehensus Sen. Ep. 11. Mutata
femina subito Virg. Georg. 2, 268. Cic. pro Font. 32 c. 15

Cum tot bella a nobis necessario suscipiantur, aut subito atque
improviso nascantur. Subito posteaquam literas communes
15 cum Oppio ad te dedi, ab Caesare epistolam accipi, cuius exem-
plum tibi misi. Balbus Ciceroni *sub* Att. 9, 8 *in princ. i. Statim ut dedi.*
Male legebatur Sub pro Subito. *Sed iam editur, S. V. B. E. si vales,*
bene est. Subito quum mihi dixisset Caecilius Quaestor puerum
se Romam mittere, haec scripsi raptim Cic. Att. 2, 9. Plaut.

Amph. 5, 1, 10 Vt subito? vt prope? vt tonuit valide? Idem Trin.
5, 2, 51 Ita subito est prope quod eum conuentum volo. Idem
Curc. 2, 3, 4 Ita nunc subito, prope, et celere obiectum est mihi ne-
gotium. *add.* Id. Curc. 2, 3, 51. *et* Bacch. 1, 1, 49. De subito, *vid.* DE.

SVBITANEVS, a, um. Adi. [*ἔξαιφνίδιος*] *Idem quod Subitus.*
25 Columel. 1, 6 Si subitaneus imber incellerit. Vomitus Theod.
Prisc. 2, 13.

SVBITARIVS, a, um. *Aliud* Adi. [*ἔξαιφνός*] *Idem.* Plaut.
Mil. 2, 2, 70 Hanc age rem, res subitaria est. *add.* Apul. Met. 11. Su-
bitarii milites *raptim delecti* Liu. 3, 4. Idem 40, 26. *Et* 31, 2 Dyabus
30 legionibus subitariis tumultus eius causa scriptis. Exercitus Liu.
3, 30. *Vid.* Alex. ab Alexand. 4, 2. Aedificia subitaria; *i. Subito*
exstructa Tacit. Ann. 15, 39, 2. Dicitio subitaria Gell. 9, 15.

SVBITO, āre. *Re subitanea et insolita percellere.* Cyprian. Epist.
57 Ad praelium apparet fortiores nuper subitatos esse, et nouae atque
35 infuetae rei pauore trepidasse.

SVBITATIO, ōnis. f. *Vulgat. Sap. 5, 2 Mirabuntur in subitatio-
ne salutis. i. subito exortu, ἐν τῷ παραδόξῳ τῆς σωτηρίας.*

SVBER, ēris. m. *vel f. saepius n.* [*Φελλός*] *Arbor e glandiferis,
de qua* Plin. 16, 25 Tardissimo germine suber. *Classicus locus est* Plin.
40 16, 8 *ubi de glandiferis,* Suberi minima arbor, glans pessima, rara, cor-
tex tantum in fructu praecrassus ac renascens, atque etiam in denos
pedes vndique explanatus. Vfus eius ancoralibus maxime nauium, pi-
scantiumque tragulis, et cadorum obturamentis: praeterea in hiberno
feminarum calceatu. Quamobrem non infacete Graeci corticis arbo-
45 rem appellant. Sunt qui feminam ilicem vocent, atque vbi non nasci-
tur illex, pro ea subere vtuntur, in carpentariis praecipue fabricis, vt
circa Elin et Lacedaemonem. Nec in Italia tota nascitur, aut in Gal-
lia omnino. Columel. 4, 26, 1 Nam est praecipua cuneis fissa olea,
quercus et suber, et si qua sunt similia. *conf.* Plin. 16, 9. Vitruv. 2, 9,
50 Colum. 7, 9. 9, 1 *et* 6. *Pro cortice simpliciter, non speciatim pro su-
bere sui generis arbore posuit, Casaubono iudice,* Perf. Sat. 1, 97 Vt ra-
male vetus vegrandi subere coctum.

SVBEREVS, a, um. Adi. [*Φελλώνς*] *Apud Columellam esse di-
citur. Sed puto respici 9, 6, 1 Aluearia fabricanda sunt pro confusione*
55 *regionis: siue illa ferax est suberis, haud dubitanter vtilissimas aluos*
faciemus ex corticibus. Sed subereus cortex Sammon. 6, 49.

SVBERINVS, a, um. *Idem.* Sidon. Epist. 2, 2 Piscator retia
suberinis corticibus extendit.

SVBERIES, ēi. f. *Idem ac Suber.* Lucilius apud Festum in
60 *Fragm. Suberies est arboris genus, ex qua cortex natatorius detraha-
tur. Isid. 17, 7 Suberies est arbor, ex qua validissimus cortex natato-
rius extrahitur.*

SVBELLO, ēre. Subere defricare Lucil. apud Non. 2, 202.

SVBERIGO, ēre. *Aliquantulum erigere.* Sil. 15, 155 Vt quum
65 saeua fretis immisit praelia Corus, Isthmon curuata subline sub-
erigit vnda. Suberectus Apul. Met. 2 p. 123.

SVBERRO, āre. [*ὑποπλανόμοι*] Claud. in Conf. Prob. 255 In-
digenas fluuios, Italii quicunque suberrant Montibus, Alpinasque bi-
bunt de more pruinas. *i. Fluunt sub montibus.*

SVBEX, *vid.* in SVBICIO.

SVBEXCVSO, āre. Subexcusare quodammodo miserorum noxas
Saluan. de Gubern. 4 p. 68.

SVBEXHĪBEO, ēre. Arnob. 6 p. 195 *Deorum impugnans simula-
cra: Non dicitis praesentiam vobis quandam his numinum subexhi-
75 beri simulacris? conf. S. Pitisc. ad Curt. 7, 7, 20.*

SVBEXPLICO, āre. Aesculapius repit, vt coluber, non pedi-
bus se ferens, neque suas subexplicans itiones, sed ventre nixus ac pe-
ctore Arnob. 7 p. 251.

SVBFARRANEVS, *vid.* SVFFARRANEVS.

SVBFERMENTATVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Valent. c. 17.

SVBFERVEO, *vel* SVFFERVEO, ēre. *Aliquantulum feruere.*
Apul. de Herb. 115.

SVBFERVEFACIO, ēre. Plin. 18, 11 Vulgo nec subferuefaciunt.
SVBFERVEFĪO, ēri. Plin. 27, 9 Affirmant lapillos, qui subfer-
85 vefiant vna rumpi.

SVBFERVEFACTVS, a, um. Partic. [*ὑπόζεσος*] *Paulum*
feruefactum significat. Plin. 28, 9 Contra scabiem vero quiuis ad-
mitto iumentorum seuo, pro parte tertia et pice, pariterque subfer-
vefactis. Idem 24, 7 Ad mulierum mammas brutia ex vino sub-
90 feruefacta cum polline farraceo. *conf.* Id. 14, 9. *vid.* SVFFERVEO.

SVBFERVĪDVS, a, um. Celsus.

SVBFIBVLVM, *vid.* SVFFIBVLVM.

SVBFIGO, *vid.* SVFFIGO.

SVBFRIGĪDVS, a, um. Adi. [*ὑπόψυχρος*] *Aliquantulum frigi-
95 dus.* Ammian. 17, 22 Argumentum subfrigidum.

SVBFRIGĪDE, Adu. [*ὑποψυχρῶς*] Gell. 2, 9 Nimis minute,
ac prope etiam subfrigide.

SVBFVSCVS, a, um. Tacit. Agric. 12, 9 Gignit et oceanus mar-
garita, sed subfusca ac liuentia.

SVBFVSCVLVS, a, um. Ammian. 22, 16 Homines Aegyptii
plerique subfusculi sunt et atrati. Apul. Miles. 2 p. 120 Procerus
et subfusculus.

SVBGAMBA, ac. f. *Pars pedis, quae gambae subiacet.* Veget. 4, 4.

SVBGLVTIO, īre. Subglutire dolores Veget. de Re Vet. 3, 60.

SVBGRANDIS, c. Adi. [*ὑπομέγας*] *Vscunque grande vel ali-
100 quantu-*

quantulum. Cic. Q. Frat. 3, 1, 1 Subgrande cubiculum autem, et hibernum altum valde probavi, quod et ampla erant, et loco posita ambulationis vno latere, eo quod est proximum balneariis.

SVBGRÄVIS, e. Adi. [*υποβαρής*] *Aliquantum graue.* Plin. 27, 9 Radice tenui, nigra, subgravi odore.

SVBGRVNDÄ, et quae eo pertinent, vid. **SVGRVNDÄ**.

SVBHAEREO, si, ěre. Cels. 5, 28 At cartilago vbi subhaesit, ipsa sedes docet. In suspicione et crimine subhaereat necesse est Val. Max. 6, 3, 10.

SVBHASTO, ěre. *Est sub hastam mittere, h. e. Per auctorem vendere.* Solebat quippe hasta figi in publicis auctioibus, in quibus aliquid belli iure vel auctoritate publica vendebatur. Forense verbum et usu frequens. Solin. de Thrac. 10 pro vendere simpliciter positum videtur, Nupturae non parentum arbitrio transeunt ad maritos, sed quae prae aliis specie valent, subhastari volunt, et licentia taxationis admissa non moribus nubunt, sed praemiis.

SVBHASTATVS, a, um. Part. Vendebatur Deus, vt prodesset emtori; et emtor suppliciter adorabat, quidquid paullo ante viderat subhastatum Firmic. de Err. prof. relig. p. 31.

SVBHASTATIO, ōnis. f. l. 2. C. de rescind. vendit. Nec sub nomine subhastationis publicae locus fraudibus relinquatur.

SVBHASTARIVS, a, um. Adi. Impp. Honor. et Theod. l. 9 C. Theod. de praediis nauicularior. Quaecunq; possessiones subhastaria sorte distractae sunt; i. sub hasta venditae.

SVBHORRESCO, ěre. Subito mare subhorrescit, caecosque fluctus in se prouoluit Sisenna ap. Non. 5, 7. Videtur signari motus ex imo versus superiora.

SVBHORRIDVS, a, um. Adi. [*υποφορώδης*] *Aliquantum horridus.* Cic. pro Sext. 21 c. 9 Quia tristem semper, quia Taciturnum, quia subhorridum atque incultum videbant.

SVBHORRIDE. Adu. Gell. . . .

SVBHVMĪDVVS, a, um. Cels. 3, 6 Oculi subhumidi.

SVBIĀCEO, ui, ěre. [*υποίκαμαι*] *Subtus vel prope iacere.* Plin. Epist. 5, 6 pr. Sed hi procul a mari recesserunt: quin etiam Apennino, saluberrimo montium subiacent. Columel. 10, 195 Et mater facili mollissima subiacet aruo.

SVBIACENS terra Colum. 4, 1, 2. *Quintil. 3, 6, 27* *Causae (Datiuo) plurimae subiacent lites, i. continentur illo nomine et genere.* Et ibid. 41 *Qualitati subiacent omnes de honestis, iustis, vtilibus, quaestiones.* add. Colum. 1 et 11, 3. Pallad. 1, 6, 10. Sidon. 9, 9 Lactant. 2, 2.

SVBIACTO, ěre. [*υποβίπτω*] *In altum iactare, quod fit, quum in arenis frumenta a paleis discernuntur.* Varr. de R. R. 1, 52, 2 His tritis, oportet e terra subiacitari vallis aut ventilabris, quum ventus spirat lenis. Vid. **SVBIECTO**. *Aliquantum iactare: Solis qui se subiacet amicam Cresc. Coripp. in Praef. v. 29.*

SVBIECTO, ěre. *Sursum iacto.* Lucret. 6, 700 Saxaque subiectare, et arenae tollere nimbos. Vid. sub **SVBIICIO**.

SVBIDVS, a, um. *Venerum hominem, et ab amore flagrantem notare videtur, quod ex notione Insubidi recte puto colligi.* Nondum prolatum est, nisi ex Versibus Valerii Aeditui, veteris Poetae apud Gell. 19, 9.

Dicere cum conor curam tibi, Pamphila, cordis

Quid mi abs te quaeram, verba labris abeunt.

Per pectus miserum manat subido mihi sudor.

Sic tacitus, subidus: duplo ideo perco.

Dupliciter se perire ait, semel ab amore, semel a silentio. Haec certe probabiliora Barthiano commento Adu. 37, 4 qui sabidum quasi sapidum dici vult, a quo sit insubidus, vt a falso insulsius. Subidus est vehementi oestro amoris veneris percitus, a suum furore, unde et subare est: insubidus vt inuenustus. Haec conueniunt cum sententia Turn. 17, 1 et Vossii Etymol.

SVBIGITO, vid. **SVBAGITO**.

SVBĪGO, ěgi, actum, ěre. [*ἀναρχάζω, βυζίζουαι*] *Ex Sub et Ago compositum, significat sub suam potestatem agere, Cogere.* Plaut. Most. 3, 3, 14 Qui subegi, foenore argentum ab danista vt sumeret. Idem Cist. 1, 1, 103 Nam eum pater eius subegit. Tacit. Ann. 14, 14 Notos quoque equites Romanos operas arenae promittere subegit. Subigit fateri Virg. Aen. 6, 567. Ad deditionem subigere Liu. 6, 2. add. Tac. A. 1, 39, 3. *Drakenb. ad Sil. 1, 635.* Sallust. Catil. c. 1 Postea vero quam in Asia Cyrus, in Graecia Lacedaemonii et Athenienses coepere vrbes atque nationes subigere. Plaut. Curc. 3, 1, 77 Dimidiam partem nationum vsque omnium subegit solus intra viginti dies. Tauros Apul. Flor. p. 343. Arma inimica subegi metu Lucan. 5, 661. Cic. pro Corn. Balb. 25 c. 10 Hanc tu igitur patrone foederum ac foederatorum conditionem statuis tuis civibus, vt quod his, quos Gaditanis adiutoribus armis subegimus, atque in ditionem nostram redeigimus, liceat. Subigi imperio Liu. 1, 22. i. cogi. Subigere [*καταργώζειν*] glebas, siue terram est Colere, arando, fodiendo. Cic. de Lege Agr. 2, 83 Atque illi miseri nati in illis agris et educati, glebis subigendis exercitati. Cic. de Nat. Deor. 2, 159 Quibus quum terrae subigerentur fissione glebarum ab illo aureo genere, vt Poetae loquuntur, vis nulla vnquam afferebatur. Virg. Georg. 1, 125 Ante Iouem nulli subigebant arua coloni. Cic. de Senect. 51 Quae quum gremio mollito ac subacto sparsum semen accepit. Boves presso subigebant vomere terram Ouid. Met. 11, 31. Bonis Terga multo oleo et vino subigere tractare et mollire Columel. 6, 13. *Medico intellectu* Scribonius Subigere Emplastrum 201. 203. In vnum 256. Manibus 82. 259. etc. Equi terga subigere, pro Defricare Columel. 6, 30. Farinam subigere Cato 74. Opus subigere digitis Ouid. Met. 6, 19. Scrobem subigere, Fodere Virg. Georg. 2, 50. Secures in cote subigere, *Acuendi causa* Idem Aen. 7, 627. Subigere, *Sursum agere*, Idem Georg. 1, 202. Non aliter quam qui aduerso vix flumine lembum Remigiis subigit. h. e. Vrget et impellit contra vim et cursum fluminis. Seru. Sic Subigere classem ad moenia Sil. 15, 218. Ratem conto subigere Virg. Aen. 6, 302. Saxum contra ardua montis Sil. 13, 610. Subigere etiam verbum nequam est. Macro. Sat. 2, 2 Plancus in iudicio forte amici cum molestum testem destruere vellet, interrogauit, quia sutorem sciebat, quo artificio se tueretur? Ille vrbane respondit, Gallam subigo. Sutorium hoc habetur instrumentum: quod non inficete in adulterii exprobrationem ambiguitate conuertit. Nam Plancus in Maecia Galla, nupta, male audiebat. Sic Iulius Caesar male audiebat, qui Nicomedi Bithyniae regi succubisset turpiter. Hinc Gallico triumpho milites eius — vulgatissimum illud pronunciauerunt,

55

75

80

85

90

95

100

105

Gallias Caesar subegit, Nicomedes Caesarem:

Ecce Caesar nunc triumphat, qui subegit Gallias:

Nicomedes non triumphat, qui subegit Caesarem.

Haec Sueton. c. 49. *Add. Aufon. Epigr. 142 itemque SVBACTVS n. 2.*

5 SVBACTVS, a, um. Partic. [*ὑποβάδης*] *Vt*, Subactus ab imperatoribus, et domitus Cic. pro Font. 2 e. 1. Infidiis subactus

Virg. Aen. 12, 494. Emplastrum subactum ex aceto Cels. 6, 3.

Cera subacta Scribon. 261. Propolis per se subacta Idem 22.

10 Columel. 4, 29 Fissura diligenter subactio luto linitur, atque superposito musco ligatur. Mundus subactus Lucan. 1, 160. Subactus

multitudine periclitantium, pro Coactus Tacit. Ann. 6, 16. Idem

Ann. 13, 13, 1 Donec vi amoris subactus. Aliquando idem est, quod

Vsu crebro exercitatus. Liu. 42, 52 Ipsi a pueris eruditi artibus militiae, tot subacti atque durati bellis. *Sumpta metaphora a luto, quod*

15 *subigitur, si valere debeat, aut farina.* Sic Subactum ingenium, pro

Exercitato, per translationem posuit Cic. de Orat. 2, 131 c. 30. Sed

Tac. Ann. 11, 20, 4 Quibus subacti milites, i. ultra modum exerciti et

vexati. Quin Subactos aliquoties vocat Cael. Chron. 4, 9 Molles s. *μαλ-*

δανὰς, muliebris patientiae viros. Recte ergo Festus Paulli, Subactus

20 modo significat Mollitus, modo Victus, modo Compulsus: vt cum dicimus, Pecus sub arbore subactum: modo coactus.

SVBACTVS, iis. m. [*κατεργασία*] Idem quod Subactio. Plin.

18, 7 Quod in subactu congiuin aquae capiat.

SVBACTIO, ōnis. f. [*κατεργασία*] Cic. de Orat. 2, 131 c. 30

25 Subactio est vsus, auditio, lectio, literae. Baculorum subactionibus

fundatae soliditates Vitr. 7, 3. Paulo post p. 133 Graecorum tectores

— mortario collocato, calce et arena ibi confusa, decuria hominum

inducta, ligneis vestibus pinsant materiam, et ita ad certamen

(ab hominibus certatim hoc agentibus) subacta tunc vtuntur. Sub-

30 actionibus ciborum dentes trini generis habere Arnob. 3 p. 107. i. ad

cibos subigendos, minuendos, molliendos.

SVBACTOR, ōris. m. Qui subigit; sensu obsceno. Lamprid. Hel-

liogab. c. 5. et Commodus c. 3.

SVBACTARIVS, i. m. Cortarius. Inscr. Vet. Vid. Salmaf. ad

35 Hist. Aug. p. 270.

SVBIGVS, i. m. Deus adesse sponsis prima nocte connubii creditus;

de quo August. de Civ. Dei 6, 9.

SVBIICIO, ēci, ectum, ēre. [*ὑπάγω, ὑπέτω, ὑποτάσσω*] Suppo-

nere. Virg. Georg. 4, 304 Et ramea costis Subiiciunt fragmenta.

40 Brachia subiecit collo Ouid. Amor. 3, 7, 7. Subiicere sub alte-

rum regem de apibus Varr. de R. R. 3, 16. Cic. Tusc. 5. Quinctil. 8,

ult. Nam translatio permonendis animis plerumque et signandis rebus

ac sub oculos subiiciendis reperta est. Idem Att. 12, 37 De hortis

Scapularis hoc videtur effici posse, aliud tua gratia, aliud nostra, vt

45 praeconi subiiciantur. Idem Off. 2, 83 Hastam in foro ponere, et

bona civium voci subiicere praeconis. Etiam absolute, hoc sensu, ap-

Suet. Calig. c. 38. Liu. 3, 37 Et iam ne tergo quidem abstinere-

tur: virgis caedi alii, alii securi subiici. i. Occidi. Cic. Philipp.

50 2, 51 Tum iste venditum atque mancipatum tribunatum consiliis ve-

stris opposuit, ceruicesque suas ei subiecit securi, qua multi in mino-

ribus peccatis occiderunt. i. Se criminibus suis obnoxium supplicio ultimo

fecit. Columel. 12, 39 Tum permiscere, et subactam brisam prelo

subiicere, etc. Vid. Plin. 15, 6. Cic. Verr. 1, 69 Omnes ad eam

55 instare ferro, ligna et sarmenta circumdare, caedere ianuam saxis,

conf. Virg. Aen. 5, 104. Ignem subiicere fornaci Vlpian.

in l. Si seruus. §. Si quis insulam. D. Ad legem Aquiliam. Oua

subiicere gallinis Plin. 10, 53. Sacculum puluino subiicere Senec.

de Benef. 2, 10. Scientiam subiicere Cels. in Praefat. 1. Se

60 subiicere periculo Vlpian. in l. 1 §. 1 D. De pericul. et com. rei vend.

Brachia subiicere pallae depositae, Accipere pallam, quam Diana deponit

Ouid. Met. 3, 167. Virg. Georg. 2, 492 Atque metus omnes, et

inexorabile fatum Subiecit pedibus, strepitumque Acherontis auari:

timere desit, coepit contemnere. Plin. in Paneg. 65 In rostris quo-

65 que simili religione, ipse te legibus subiecisti. Cic. . . . Tot

sibi populis repente subiectis. Cic. Att. 8, 15 Subiicerer eisdem

praeciis, vt mea persona semper ad improborum civium impetus ali-

quid videretur habere populare. Subiici in seruis et venire, dela-

tores iussit Titus Sueton. c. 8. i. pro Seruis tractari. Sed varia circa le-

70 tionem moluntur viri docti. Subiicere sacra publica et priuata sci-

tis Pontificis Liu. 1, 20. Cic. de Fin. 4, 38 Quum autem assumpta

ratio est, tanto in dominatu loquatur, vt omnia illa prima naturae,

huius tutelae subiiciantur. Omnia subiecta esse libidini alicuius

Idem pro Domo 105. Idem Off. 2, 22 c. 6 Atque etiam subiiciunt

75 se homines imperio alterius et potestati pluribus de causis. Sub-

iiicere, pro Submittere vel subornare. Quinctil. 5, 7 de Testibus, In iis

quoque, qui constiterint sibi vitandae insidiae. Nam frequenter

ab aduersario subiici solent: et omnia profutura polliciti, diuersa re-

80 spondent. Vid. Suet. in Neron. c. 35. Caes. B. C. 1, 33. Delatorem

vel accusatorem subiicere l. 50 §. 2 D. de Legat. 1. It. l. 15 ad SC.

Turpil. Et l. 14 §. 15 demum videt D. de bonis libert. Subi-

icere pullos, Supponere, alienos siue adulterinos pro veris ponere, quod et

Subdere dicitur. Plin. 10, 9. de coccyce. Subiicere nomen alte-

85 rius Vlpian. in l. Quamuis antecessor. D. de rebus cor. qui sub-

etc. Subiicere [*κατεργάζεσθαι*] ferro terram, pro Colere. Cic.

de Legib. 2, 45 Terrae cultum seignorem suspicor fore, si ad eam tuen-

dam ferroque subiiciendam superstitionis aliquid accesserit. ¶ 2

Subiicere, Suggestere, submonere, In memoriam redigere. Ter. Phorm.

2, 3, 40 Si meministi, quod olim dictum est, subiice. Liu. 26, 41

90 Quod mens sua sponte diuinat, idem subiicit ratio haud fallax. Cic.

pro Cluent. 6 Ne ipsi quae contraria sunt, taciti cogitationi vestrae

subiiciatis, sed ad extremum expectetis, et me meum dicendi ordi-

95 nem seruare patiamini. Has mihi Spes subiicit fortuna Populi Romani

Cic. Philipp. 8, . . . Subiicere carmina alicui Propert. 1, 7, 20.

Subiicere [*υποβάλλειν*] aliquid oculis, Ita narrare, vt tanquam oculis

subiectum et oblatum conspiciere videatur. Plin. Epist. 5, 6 Similiter nos,

vt parua magnis, quum totam villam oculis tuis subiicere conamur,

si nihil inductum, et quasi deuium loquimur. Magis proprie Liu. 3,

69 Et agrestium fuga, spoliatiue in agris, et vulnerati, foediora his,

100 quae subiiciebantur oculis, nuntiantes, totam urbem ira implere.

i. Conspiciebantur. Idem 27, 26 Subiecta res oculis certius dabit confi-

lium. i. Quam rem ipsam intuebitur. Hor. de Arte Poet. 181

Segnius irritant animos demissa per aurem, Quam quae sunt oculis

subiecta fidelibus. Cic. Acad. 1, 31 Sensus autem omnes hebetes

105 et tardos esse arbitrantur, nec percipere vilo modo res eas, quae sub-

iectae Sensibus viderentur. Calumniæ subiicere, *per translationem* Liu. 38, 48. Crimini subiici Liu. 6, 21. Ficto sermone Fortunæ innocentium subiicere Cic. pro Planc. 56. Idem pro Milon. 99 Quin hoc tempore ipso cum omnes a suis inimicis Faces inuidiæ meae subiiciantur, tamen omni in hominum coetu gratiis agendis et gratulationibus habendis, et omni celebratione celebramur. Idem de Orat. 1, 202 Tum qui scelus fraudemque nocentis posset dicendo subiicere Odio ciuium, supplicioque constringere. Subiicere, *Loco alterius ponere*: Liu. 29, 24 Relictisque quos non idoneos credebat, in locum eorum subiecit, quos secum ex Italia adduxerat: supplēvitque ita legiones eas. Subiicere Testamenta, *b. e. Pro veris falsa supponere*. Cic. Philipp. 14, 7 Testamenta credo subiiciunt, aut eiciunt vicinos, aut adulescentulos circumscribunt. *Vid. Idem in Parad. 5. conf. Plaut. Epid. argum.* Subiicere, *Addere sermoni alterius, post illum dicere*. Varro de R. R. 1, 7 Subiicit Scropha, De formæ cultura hoc dico, etc. Cic. Verr. 5, 143 At quæ Causa tum subiiciebatur ab ipso, Iudices, huius tam nefariæ crudelitatis? *adferebatur.* Exemplum subiicere Columel. 5, 11. Materiamque ei res omnes de quibus dicere oporteret, subiecit. *i. diximus materiam rhetorices esse. Hinc materia Subiectum operationis vel tractationis a Scholasticis vocatur* Quintil. 3, 1. Cic. de Diuin. 2, 104 Et quidem cur sic opinetur, rationem subiicit: sed nihil est necesse dicere, quæ sequuntur. Sic Subiicere Respondere. Virg. Aen. 3, 214 Subiicio, et raris turbatis vocibus hisco. Cic. de Fin. 2, 6 Eumque qui crebro dicat, diligenter oportere exprimi, quæ vis subiecta sit vocibus, non intelligere interdum, quid sonet hæc vox voluptatis, id est, quæ vis huic voci subiiciatur. *Ibidem*, Huic verbo, (*voluptatis*) omnes, qui vbiq; sunt, qui Latine sciunt, duas res subiiciunt, lætitiā in animo, commotionem suauem iucunditatis in corpore. ¶ 3 *Vt in aliis compositis v. g. Submitto, Subueho, Subuolo, Subuolo, ita etiam in hoc verbo Praepositio motum versus superiora significat.* Non. 4, 410 Subiicere, *susum iacere, exerefcere, et vitur exemplis tribus Virgilianis, quæ statim ponemus.* Ecl. 10, 74 Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas, Quantum vere nouo viridis se subiicit alnus. Seruius interpretatur latenter, sicut arbores cresunt. Georg. 4, 385 35 Ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit. Et Aen. 12, 287 Corpora saltu subiiciunt in equos, quod Diomed. 1 p. 407 explicat Supra iaciunt. Sic etiam Liu. 6, 24 Camillus subiectus a circumstantibus in equum. Et 31, 37 Eques — pavidum regem in equum subiicit. Quod de incrementis arborum posuisse vidimus Virgilium, hoc ipse firmat Georg. 2, 19

Pullulat ab radice aliis densissima filia,
Vt cerasis vlmisque: etiam Parnasia laurus
Parua sub ingenti matris se subiicit vmbra.

Crescit et surgit Seruius. Prorsus ut Emericandi verbo usus aliquoties est Columella. Albinouan. El. 1, 256 Tandem vbi complexa est filias, alimenta que sumit flamma, Aethera subiectis lambit et astra comis. Ipsi Lucilio tribuit Scal. ad Virgilii Cirin 7 respiciens ad locum Festi, quem ita constituit, Sub vitem hastas iacere dicitur veles, cum eas sub manu Sursum mittit. Lucilius, vt veles bonu' sub vitem qui sumit hastas. Sumit pro subiicit. Tandem Gell. 2, 30 Ab austris iis, qui humiliores sunt, (*de fluctibus loquitur*) maiore vi quadam propelli susum atque subiici. Sic ex libris restituendum, omisso rursus ante subiici, quod Carrioni debetur. Susum i. susum propelli atque subiici idem significant. Conf. SVBIECTO. ¶ 4 Obseru. Subicio 55 pro Subiicio vt reliquis compositis. Sil. 1, 113 His acuit stimulis, subicitque haud mollia dictu. Vid. Drakenb. ad Sil. 13, 298. Add. ABIICIO n. 5. it. OBEX, et mox SVBEX.

SVBIICIENS, entis. Part. Hic mihi quasi ministrator aderat, subiciens, quid dicerem Cic. pro Flacc. c. 22. SVBIECTVS, a, um. Partic. [*ὑποταχθεῖς*] Vt, Subiectus ignis Cic. in Catil. 3, 2. Vell. 2, 74, 4. Arteriaca linguae subiecta Scribon. 75. Liqueur subiectus Id. 84. i. inclusus humor. Sanguis venis subiectus ib. Subiecti oculis imperatoris Liu. 8. Subiecta oculis vrbs Idem 25, 24. Nulli naturæ est obediens aut subiectus Deus Cic. de Nat. Deor. 2, 77. Idem Acad. 1, 31 Res quæ subiectæ sunt sensibus. Sensibus aut sub sensus subiectæ res Cic. Fin. 5 c. 13. et Acad. 4 c. 23. Subiectus, et In sua potestate contraria Auctor ad Herenn. 4, 24. Parcere subiectis, et debellare superbos Virg. Aen. 6, 853. Omnes res subiectæ sunt naturæ sentienti Cic. de Nat. Deor. 2, 77. Subiectus miseris Idem Tusc. 3, 39. Amori subiectus Propert. 1, 10, 27. Animus subiectus citatur ex Plin. Pan. 16. Sed videtur respici ad 9, 3 Nihilque a te magis subiecti animo factum est, quam quod imperare coepisti. Ita optimi quique Al. Subiecto animo. Id. Plin. Pan. 24, 4 Regimur quidem a te, et subiecti tibi, sed quemadmodum legibus, sumus. Simpliciter et velut Substantiue Id. 85, 3 Neque enim vt alia subiectis, ita amor imperatur. Gentes subiectæ tristi seruitio Liu. 26, 49. Lex inuidiæ subiecta Idem 4. Cic. Tusc. 4, 57 In hanc tu igitur, tanquam in Mare, quod est ventis subiectum, perturbationem cadere tibi dixisti videri. Nomen inuidiosum est, et infamiæ subiectum Idem de Fin. 2, 11. Religio pedibus subiecta, obteritur Lucret. 1, 79. Sonitus verborum inanis, nulla subiecta sententia Cic. de Orat. 1, 51. Idem Tusc. 5, 2 Sin autem Virtus subiecta sub varios incertosque casus famula fortunæ est, nec tantarum virium est, vt se ipsa tueatur. Sub metum subiecta sunt pigritia, pudor, terror, timor, etc. Idem Tusc. 4, 16. i. Metu tanquam genere continentur pigritia, pudor etc. tanquam species. Cogitare licet eam, quæ vulgo arbor prædicamentalis vocatur, in qua generibus species, vt in tabula genealogica filii patribus, subiiciuntur. Versus subiecti Phaedr. Fab. 1, 18. i. hic statim adscripti. Compar. [*ὑποχρεωτος*] Hor. Serm. 2, 6, 47 Per totum hoc tempus subiectior in diem, et horam Inuidiæ.

SVBIECTE. Adu. Superl. Caes. Bell. Ciu. 1, 84 Haec, quam potest, demississime, atque subiectissime exponit.

SVBIECTIO, ðnis. f. [*ὑποταγή*] Cic. de Orat. 3, 200 c. 53 Rerumque, quasi gerantur, sub adspectum paene subiectio, quæ et in exponenda re plurimum valet, et ad illustrandum id quod exponitur. Rationis subiectio Auctor ad Herenn. 4, 25 c. 23. Liu. 39, 18 Qui falsis testimoniis, signis adulterinis, subiectione testamentorum, fraudibus aliis contaminati eos capitali poena afficiebant. conf. Quintil. 9, 3 et 8. Gell. 10, 3. Vitruv. 9, 8. Subiectio apud Vitruvium in catapultæ descriptione, est velut Basis, aut ὑπόβλημα, aut ὑπόβασις: certe ὑπόβημα vocatur a Philone. Vitruvius, Subiectio inquit, foraminum XII. Ex Turneb. Aduers. 2, 4. al. Subiecta, de quo statim.

SVBIECTA, ae. f. *Basis machinae*. Subiecta foraminum Vitruv. 10, 15. add. Bald. Lex. Vitruv. p. 119. Turneb. Adu. 2, 4. Lips. de Mach. 3, 2.

SVBIECTVS, ūs. m. Plin. 26, 15 Vulvas quoque procedentes inhihet fotu, vel suffitu, vel subiectu. *Suppositorium bodis vocant.* 5 *conf.* Columel. 6, 36.

SVBIECTOR, ōris. m. [*ὑποβολός*] Cic. in Catil. 2, 7c. 4. Quis tota Italia veneficus? quis gladiator? quis latro? quis ficarius? quis parricida? quis testamentorum subiector? quis circumscriptor? etc.

SVBEX, vel SVBIEX, ūcis. m. *Quae fulciendi causa subiiciuntur et supponuntur.* Subices Ennius Achille, pro Subiectis posuit, quum dixit, Nubes per ego Deum subices humidas, Unde oritur imber sonitus aërio strepitu. Haec Festus. Gell. 4, 17 Congruens igitur est, ut subices etiam, quod perinde ut obices compositum est, v litera breui dici oporteat. Ennius in tragoedia, quae Achilles inscribitur, 15 Subices pro Aëre alto ponit, qui caelo subiectus est. — Plerosque omnes tamen legere audias v litera producta. *Hoc videtur relinquit Subiices et Obiices non minus rectum esse, quam Subices et Obices.* *conf.* Non. 2, 764.

SVBIECTO, āre. [*ὑποβιπτάζω*] Ut Subiicere interdum est ex humiliore loco versus altioremmouere. Lucret. 6, 700 Extollere flammās, Saxaque subiectare, et arenae tollere nimbos. Varro R. R. 1, 52, 2 Grana oportet e terra subiectari vallis aut ventilabris. Ita MS. al. Subiactari. Virg. Georg. 3, 241 — Nigramque alte subiectat arenam. Ouid. Met. 4, 359 Subiectatque manus, inuitaque pectora 25 tangit. Subiectare stimulos lassō, Stimulis urgere Hor. Serm. 2, 7, 94.

SVBIECTVM, i. n. *Pars inferior alicuius rei.* Tacit. Ann. 1, 65, 1 Truci sonore subiecta vallium complere. Omne, quidquid dicimus, aut subiectum aut de subiecto est Mart. Capella 4 p. 105.

SVBIECTIVVS, a, um. Apul. de Syllog. Categor. Pars subiectiua nominatur veluti subdita. Tertull. de Virg. Veland. 4 Subiectiuum prius est antecessiuo. Status Aggen. Urb. p. 63.

SVBIECTIVE. Adu. Mart. Capel. 4 p. 120.

SVBIECTIBILIS, e. Adi. Vulg. Baruch. 1, 18 Et non fuimus subiectibiles ei: non obediuimus.

SVBICITO, āre. *Aliud Frequentat.* [*ὑποβιπτάζω*] Plaut. Casin. 5, 4, 2 Nunc tu si venis subicitare me, etc. Idem quod Subigito, vel Subagito: *Scriptura modo ambigua.*

SVBICVLVM, i. n. [*μαστυλιός*] *Qui semper flagris subiicitur.* Plaut. Perf. 3, 3, 14 Vir summe populi itabulum seruitritium, 40 scortorum liberator, subiculum flagri, compedum contritor, pistrinorum ciuitas.

SVBIDVS, vid. ante SVBIGO.

SVBIMPETRANDVS, a, um. Partic. a Verbo Subimpetro. Tacit. Ann. 4, 23, 1 Nam priores duces subimpetrando triumphalium 45 insigni, sufficere res suas crediderant. Vid. Gronou. ad Tacit. p. 282.

SVBIMPVDENS, entis. Adi. [*ὑπαναίδης*] *Aliquantulum impudens.* Cic. Fam. 7, 17 Interdum timidus in labore militari, saepe autem etiam (quod a te alienissimum est) subimpudens videbare.

SVBINĀNIS, e. Adi. [*ὑπόκινος*] *Aliquantulum inane.* Cic. Att. 2, 50 17 Quin etiam, quod est subinane in nobis, et non ἀφελόδοξον, (bellum est enim sua vitia nosse) afficitur quadam delectatione.

SVBINDE. [*ἔξῃς, ἰφεξῆς*] *Significat Deinde, vel Statim post.* Hor. Epist. 1, 8, 15 Si dicet recte primum gaudere, subinde Praeceptum auriculis hoc instillare memento. Consularium primus A. Plautius 55 praepositus, ac subinde Ostorius Scapula Tac. Agric. c. 14, c. 1. Liu. 7, 10 Vno alteroque subinde ictu ventrem atque inguina hausit. Idem 8 Subinde acceptus a populo. Vid. Suet. in Galba c. 1. add. Id. Aug. c. 95. et Claud. c. 43. et Vit. c. 9. Vell. 1, 7, 3. et 2, 8, 1. Liu. 39, 39

Hac sedata contentione alia subinde exorta est. Petron. c. 7 At 60 Subinde, ut in locum secretiorem venimus, centonem anus urbana reiecit. ¶ 2 Subinde, [*συχνῶς*] *Frequenter, siue identidem: hoc est crebro, sed tamen cum quodam interuallo.* Liu. 4, 44 Subinde ab iisdem tribunis mentio in Senatu de agris diuidendis illata est, cui actioni semper acerrime C. Sempronius restiterat. Ibid. 10, 65 17 Vendite ista, et illicite lucro mercatorem, ut sequatur agmen. Ego subinde suggeram, quae vendatis. Et 10, 27 Transfugae Clusini tres editis hostium consiliis dimissi cum donis; ut subinde, ut quaeque res noua decreta esset, exploratam referrent. Petron. c. 27

Trimalchio, lautissimus homo, horologium in triclinio et buccinatorem 70 habet subornatum, ut subinde sciat, quantum de vita perdiderit. Sen. Ep. 32 Vitam breuiorem inconstantia facimus, aliud eius subinde atque aliud facientes initium. Cels. 4, 9 Aqua a ferrario fabro, in qua candens ferrum subinde extinctum sit. Apul. Met. 1 p. 106, 24 Quae quum subinde ac multi nocerentur. Sen. Qu. Nat. 1

75 Praef. p. 626 Ut hoc corpus caesarium et fluidum, periturumque nisi subinde impleatur, facirem, et viuerem aegri minister? Suet. Tiber. c. 57 Saeua natura ne in puero quidem latuit: quam Theodorus Gadareus et prospexisse primus sagaciter, et admilasse aptissime visus est, subinde in obiurgando appellans eum, lutum a sanguine maceratum. Plin. Epist. 2, 7 Erit ergo pergratum mihi, hanc effigiem eius subinde intueri, subinde respicere, sub hac consistere.

SVBINDO, ēre. *Subdo, Subiicio, Addo.* Ac subindit, (*Virgil. post verbum proxime excitatum*) Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen Aur. Victor. de Orig. Rom. 4, 2.

SVBINFERO, ferre. Idem. Postea subinferetur Augustin. de 85 Gen. ad lit. 3, 200. Subintulit de omnibus ibid. c. 24 pr.

SVBINFLATVS, a, um. *Aliquantulum inflatus s. humidus.* In opinionem scientiae subinflati pectoris tumore tolli Arnob. 2 p. 46. Vultus subinflatus Cael. Aurel. Acut. 1, 2.

SVBINFLVO, xi, ēre. Sen. Nat. Quaest. 3, 29 Quum aliae aquae subinfluunt terras, aliae circumfluunt.

SVBINICIO, unde SVBINIECTVS, a, um. Subiniecta manu fatelles, quid moraris? inquit Sen. Contr. 13 pr.

SVBINSTILLO, āre. Apic. 3, 11.

SVBINSVLVS, a, um. Adi. [*ὑπάναλος*] *Aliquantulum insulsum.* Cic. de Opt. gen. Orat. 7 c. 3 Est enim vitiosum in sententia, si quid absurdum, aut alienum, aut non acutum, aut insulsum est.

SVBINTELLIGO, ēre. Senecae tribuitur. Sed vereor, ne falso.

SVBINTRO, āre. [*ὑπιστρέχομαι*] August. Enchir. c. 24 Etiam nolentibus subintravit ignorantia rerum agendarum. *conf.* Ambros. de Bono Mortis c. 4. et Tertull. adu. Marc. 5, 3. Vulg. Rom. 5, 20. et Gal. 2, 4.

SVBINTRODVCO, ēre. Alicui per commendationem meam eum subintroducerem Augustin. Ep. 137.

SVBINTROEO, īre. Qui Mauors fuerat, subintroire speciem 105 Iouis possit Harmonis Arnob. 6 p. 198. *conf.* Tertull. contra Marc. 5, 3 et 13.

SVBINVIDEO, vīdi, vīsum, ēre. [*ὑποφθονέω*] *Aliquantulum inuidere.* Cic. Fam. 7, 10 Subinuido tibi vltro, te etiam accersitum ab eo, etc.

SVBINVISVS, a, um. Adi. [*ὑπομίσωδης*] *Aliquantum inuisus.* Cic. pro Rabir. Post. 40 c. 14 Ille Puteolanus sermo illius temporis, vectorum cursus atque ostentatio, tum subinuisum apud maleuolos Postumi nomen propter opinionem pecuniae nescio quam, aestatem vnam complures aures referret istis sermonibus.

SVBINVITO, āre. [*ὑποκαλέω*] *Aliquantum inuitare, et prouocare.* Cic. Fam. 7, 1 extr. Haec ad te pluribus verbis scripsi, quam soleo, non otii abundantia, sed amoris erga te, quod me quadam epistola subinuitaras.

SVBIRASCOR, iratus sum, asci. [*ὑποργίζομαι*] *Nonnihil irasci.* Cic. Att. 9, 11 (7) In Epirum quod me non inuitas comitem, non molestum, subirascor: sed vale. Idem de Orat. 1, 72 Sed vt solebat

C. Lucilius saepe dicere homo tibi subiratus, mihi propter eam ipsam causam, minus quam volebat, familiaris. Idem de Fin. 2, 12

Etsi satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirasci. Rescripsi tibi subiratus Idem Fam. 3, 9. Interdum tibi subirascor Idem Fam. 10, 28.

Subirascobar breuitati tuarum literarum Id. 20 tr. 24. *conf.* Capitolin. in Balbo c. 12. *Compar.* Adhaec anus subirator, dicere eam saeuire iam vultu iubebat, quid malum fieret Apul. Met. 4.

SVBIS, is. f. Auis, quae aquilarum oua frangit Plin. 10, 14.

SVBITANEVS, **SVBITARIVS**, **SVBITO**, **SVBITVS**, 25 *vid.* SVBEO.

SVBIVGALIS, e. Adi. [*ὑποζύγιος*] *Iumentum, quod iugo subiici potest.* Prudent. in Romano v. 333. Vulg. 2 Pet. 2, 16. Hieron. Epist. ad Paullin. 7.

SVBIVGIS, e. Adi. [*ὑποζυγίωδης*] *Quod sub iugo est. Vt, Equa subiugis, quae iugo affucit.* Plin. 11, 49. *al.* Subiuncta. Subiugia

Lora, quibus iugum collis bouum vel equorum aptabatur. Cato 63 Subiugia in plaustrum P. XIX. funiculum P. XV. in aratrum subiugia lorum P. XVI. funiculum P. VIII. Idem c. 135 Subiugia in iugum lora ped. XIX. Subiugiorum lora Vitruv. 10, 8.

SVBIVGO, āre. [*καταστέρομαι*] *Debellare, et imperio suo subiicere.* Ingratum populum legi quam per Moysen dederat, subiugavit Laetant. 4, 10 Eos alienigenis subiugabat Id. ib. Claud. Conf. Honor. 6, 249 Nulla est victoria maior, quam quae confessos animo quoque subiugat hostes. Poenae subiugari Scaeuola in l. De 40 rebus. D. De arbitris.

SVBIVGATVS, a, um. Partic. Veget. de Re Mil. 3, 10 Metellus subiugatum accepit exercitum. Prouincia Afcon in Verrin. de Praet. Urb. p. 85. *add.* Laetant. de Mof. perfec. 134, 3. Arnob. 4 p. 129. *Borrlich. Cogit. p. 245.*

SVBIVGATIO, ōnis. f. Columel.

SVBIVGATOR, ōris. m. Apul. de Mor. Phil. p. 16 Malorum subiugator. **SVBIVGVVS**, a, um. Adi. *Idem ac Subiugis.* Plin. 30, 15 Animal subiugum. *Sed varia lectio est. Vid. Harduin.* Molae machinae subiugum aliquem dare Apul. Met. 7 p. 194.

SVBIVNGO, xi, ctum, ēre. [*ὑποβάσσω*] *Addere.* Plin. Epist. 7 *ult.* Venimus ad Consules, dicit Senecio, quae res ferebat: aliqua subiungo. Cic. de Arusp. Resp. 37 c. 17 Video in Aruspicum responsis haec esse subiuncta. Boues plostro subiungendi Colum. 6, 2.

Oratori omnes artes subiungere Id. de Orat. 1, 218. *i. tribuere, sub illius nomine comprehendere, vt* Subiicere. Opportune alicui rei quidpiam subiungere Quintil. 4, 3. *Ad ordinem pertinet, vt* Subiicere. Sic Nomina et pondera subiungere Scribon. Ep. fin. Tigres subiungere curru Virg. Ecl. 5, 29.

Brachia subiuncta sunt lacertis Ouid. Met. 14, 304. *al.* Subiecta. Subiungere urbem sub imperium Romanum Cic. Verr. 1, 55 c. 21. Idem de lege Agr. 2, 67 c. 36 Vt sub vestrum ius, iurisdictionem, potestatem, etc. terrarum denique orbem subiungeretis. Nulli fas Italo tantam subiungere gentem Virg. Aen. 8, 502.

SVBIVNCTVS, a, um. Part. Puppis rostro subiuncta leones Virg. 65 Aen. 10, 157. *i. cuius rostrum utrinque ornant leones.*

SVBIVNCTIO, ōnis. f. Ict. in Digest.

SVBIVNCTIVVS, a, um. Adi. [*ὑποκακτικός*] *Quod alicui subiungitur.* Subiunctivus modus dicitur, quia subiungitur alteri verbo: nam eget aliqua re, vt impleat sententiam, vt si dico, Quum clamem, quare me tacere dicis? *Vid.* Priscian. 18 p. 674 *seq. edit.* Bryling.

SVBIVNCTORIVM, i. n. Vehiculum. l. 10 C. Theod. de curs. publ.

SVBLABIVM, i. n. Herba. Apul. de Herb. c. 96.

SVBLĀBOR, ēris, lapsus sum, labi. [*ὑπολαβοῦμαι*] *Latenter ac sensim labi, siue etiam Subtus labi ac decidere.* Virg. Georg. 1, 198 Sic omnia fati In peius ruere, ac retro sublapsa referri. Quae sunt vetustate sublapsa, reparentur in melius Plin. Ep. 10, 70. Sublabitur memoria Sen. de Ira 3, 10. Imperfecta necesse est modo sublabantur aut succidant Sen. Ep. 71 *extr.*

SVBLĀBRO, āre. [*ὑποχελίζω*] *Cibum intra labra mittere, inquit Nonius 2, 774.* Naevius Decuma, iam ego illis subiens sublabrabo esui illud sinciput.

SVBLACRIMO, āre. Sublacrimantes oculi Veget. 1, 30.

SVBLAMINA, ac. f. Lamina, quae sustinere aliquid debet. Sublaminas minutas supposito Cato R. R. c. 21.

SVBLAQVEO, āre. Sublaqueauit trabes tecti ferro Inscr. Grut. p. 172 n. 14. *Suspendunt, vt laquear fiat.*

SVBLĀTE. [*ὑψημέτως*] Adu. a Sublatus, *Participio verbi* **SVSTOLLO**.

SVBLĀTEO, ēre. [*ὑπολαυνθάνω*] Varro de R. R. 1, 48 Aristae enim quasi cornua sunt spicarum: quae primitus quum oriuntur, neque plane apparent, in qua subludent herba, ea vocatur vagina, vti qua latet conditus gladius. Cadere in subludentem ignorantiae foueam Interp. Iren. 5, 17.

SVBLATIO, [*ὑπαρσις*] et **SVBLATIVS**, *vid.* **SVSTOLLO**.

SVBLAVO, āre. Herbae succo se sublauet Apul. de Herb. c. 7. Os vino sublauandum est Cels. 6, 18, 10 *conf.* Capitol. in Anton. Phil. c. 19.

SVBLECTO, āre. Sublectare os Plaut. Mil. 4, 2, 74. *i. falsa spe ducere.* Ex eadem velut familia, unde Allectare: quasi verbum esset sublicere: aut a lacte deriuandum, quo pueris fraus fit interdum.

SVBLĒGO, ēgi, ctum, ēre. [*ὑπαναγνώσκω*] *Legendo tollere, poniturque adeo de iacentibus et relictis, vel non obseruatis.* Columel. 12, 50 Nisi bacca tempestatibus in terram decedit, et necesse est eam sublegere, ne a domesticis pecudibus ferisue consumatur Ibid. 17

de ficu, Quae quum sublecta est, etc. Hor. Serm. 2, 8, 12

— puer alte cinctus, acernam

Gaufape purpurco mentam perterfit, et alter
Sublegit quodcumque iaceret inutile.

Virg. Ecl. 9, 21 Vel quae sublegi tacitus tibi carmina nuper. *i. te canente memoriae mandavi, te nesciente.* Sublegere sermonem alicuius, Plaut. Mil. 4, 2, 98. Clam nostrum hunc illi sublegerunt sermonem. *i. Exceperunt quod diximus.* conf. Id. Aul. 4, 5, 7. *Ad literarum lectionem retulit* Gell. 13, 12 Quum hoc in ea Catonis epistola sublegissemus, *i. lectum obseruassimus, et in usus nostros reposuissimus.* Denique Sublegere, In locum demortui legendo substituere. Liu. 23, 23. Vlp. l. 2. D. de decurion. *ut Sufficere.*

SVBLECTVS, a, um. Partic. *In locum alicuius lectus.* Varr. L. L. 5, 7 Hinc legitima: et collegae, qui vna lecti: et qui in eorum locum suppositi, sublecti: additi, adlecti, etc. Liberi sublecti.

i. Surrepti. Plaut. Rud. 3, 4, 43. Ficus sublecta Columel. 12, 17.

SVBLECTIO, ōnis. f. Tertull. in Mare. 4, 31.

SVBLESTVS, a, um. Adi. [*ἀδυνής*] *Antiquum; Infirmum, leue, friuolum, debile.* Plaut. Mil. 4, 2, 74 *Quid ergo tu sublestus? Alii leg.* *Quid ego? ut sublecto os!* Idem Perf. 3, 1, 20 Nam ubi ad paupertatem accessit infamia, grauior paupertas fit, fides sublestior. Et Bacch. 3, 6, 13 *Lingua factiosi, inertes opera, sublesta fide.* Ex Festo. *Vid. et Non.* 2, 830. Scal. ad Copam p. 260 *ubi Vappam declarauit, At languidum, inquit, καὶ ἐκλελυμένον* vinum sublestum vocabant. *Sublesta pictura est tantum primis lineamentis deformata, ac nullis coloribus adumbrata. Eaque Graece dicitur μονόγραμμος.* *Lista est γράμμη* teste vetere illo Glossario — *Inde ad alia translatum sumitur pro euanido, tenui, languido. Nempe videri potest forma participialis a Lino, Lista vel lestus: ut a Fendo videtur esse Festus, in compositis Infestus, quod conuenit cum Infensus; et Manifestus, in quod manu fendimus vel offendimus.*

SVBLEVO, āre. [*ἀνωγία, μετεωρίζω*] *Sursum leuare, erigere.* Cic. Att. 10, 4 *Alter is, qui nos sibi quondam ad pedes stratos ne subleuat quidem.* Sinistra mentum subleuare Auct. ad Heren. 4, 64. *Subleuare, [ἐπικρηρίζω, ἐπικρηρίζω] Auxilium, defensionemque praestare, quasi haerentem in profunda voragine, vel sub onere gementem liberare.* Hic statim vna omnium voce gemitur, neque verbo cuiusquam subleuatur Cic. Att. 2, 18. Idem Tusc. 4, 80 c. 37 *Quum multa in conuentu vitia collegisset in eum Zopyrus, qui se naturam cuiusque ex forma perspicere profitebatur, derisus est a caeteris, qui illa in Socrate vitia non agnoscerent. Ab ipso autem Socrate subleuatus est, quum illa sibi signa, sed ratione a se deiecta diceret.* Idem pro Domo 55 *Quid? Cum Gabinio Syria dabatur, Macedonia Pisoni, etc. ut tibi omnia permitterent, te adiuuarent, tibi manum, copias, tibi suos paratos centuriones, tibi pecunias, tibi familias compararent: te suis sceleratis concionibus subleuarent.* Idem Verr. 3, 215 *Sed eadem ista aestimatione alter subleuarat aratores, alter euerterat.* Idem pro Caecin. 23 *Etenim non minus nos stultitia illius subleuat, quam laedit improbitas.* Stratum atque abiectum subleuare Pseudo-Cic. Anteq. iret in Exil. 26. *Erigere et subleuare se* Caesar Bell. Gall. 6, 26. Cic. pro Quint. 4 *Hoc tamen in miseris adiumento et solatio subleuatur.* Auxilio suo subleuare aliquem Ouid. Trist. 1, 3, 102. *Causam inimici sui subleuare* Cic. Verr. 3, 12. *Et Diu. in Caec. 5 Manere in instituto meo videor, et non omnino a defendendis hominibus subleuandisque discedere.* Inopiam subleuare

Caes. Bel. Ciuil. 3, 80. *Laborem subleuare militum* Idem B. G. 6, 31. *Periculis hominum subleuandis impertire suum laborem* Cic. pro Muraen. 8. *Res aduersas alicuius subleuare* Idem pro Sull. 75. *Vicinos suos facultatibus suis subleuare* Idem Philipp. 7, 24 c. 9. *add. Nep. 4, 4, 6. 15, 3, 4. 25, 2, 2. Tac. A. 3, 12, 7. Cic. pro Cluent.*

17 *Pater inquam illius adolescentis, quem propter animi dolorem per tenuis suspicio potuisset illo loco testem in Aulum Cluentium constituere, is hunc suo testimonio subleuat.*

SVBLEVATVS, a, um. Arnob. Adu. Gent. 2 p. 56 *Nunquam crederent typho et arrogantia subleuati, prima esse se numina.*

SVBLEVATIO, ōnis. f. Ict. in Digest.

SVBLEVATOR, ōris. m. Arnob. . .

SVBLICA, ae. f. *quae et SVBLICIVM dicebatur, [δωκός] Pertica et palus ligneus, qui reclus in aquam defigebatur ad pontis alicuius constructionem.* Caes. Bell. Gall. 4, 17 *in descriptione Rhenani pontis, Non publicae modo directae ad perpendicularum, sed pronae ac fastigiatae, ut secundum naturam fluminis procumberent.* *Sublicae machinis adigantur* Vitr. 3, 3. *conf. Baldi Lex. Quod penultimam corripit aiunt, dubium est. Vid. mox SVBLICES.*

SVBLICES, um. f. Plur. [*καταπήγες οἱ ἐν ποταμῷ τὴν γέφυραν ὑποβάσιόντες* Gloss. Lat. Gr.] *Non recte Festum ita supplent viri docti, ut Sublices sint tigna in latitudinem extensa: neque enim diuersae sunt a publicis Caesaris.* Scaliger deriuat a Liquis vel Liquus. *Fuerint itaque sublices traves erectae sub liquidis vel liquibus, i. obliquis, transuersis, quas sustinent. Si vera sit haec ratio, penultima producenda fuerit.*

SVBLICIVM, i. n. [*δωκός*] *Idem quod Sublica.* Liu. 23, 37 *Quia muro satis per se alto subiectis validis publicis pro solo usus erat. al. Sublicis.*

SVBLICIVS, a, um. Adi. *Pons publicus Romae dictus est, quia ex publicis ita constructus erat, ut traves sine fulturis eximerentur.*

85 Liu. 1, 33 *Id non muro solum, sed etiam ob commoditatem itineris, ponte publico, tum primum in Tiberi facti, coniungi vrbi placuit.* *conf. Plin. 36, 15. Ammian. 24, 3. Sen. de Vita Beata c. 25.*

SVBLIDO, ēre. *Opprimere, quasi dicas deorsum laedere.* Prudent. Apoth. 848 *Murmur sublidit voce minuta.*

SVBLIGO, āre. [*ὑποδέω*] *Ligare a parte inferiore, suspendere.* Plin. 17, 22 *Vbi uia varia fieri coeperit, vites subligato.* *add. Cato R. R. c. 33. Val. Flacc. 3, 445. et 5, 579.* *Subligare ensen lateri* Virg. Aen. 8, 459. *Idem Aen. 11, 11.*

SVBLIGATVS, a, um. Partic. *Martial. 7, 66 de Puella, Harpaso quoque subligata ludit, i. Succincta.*

SVBLIGATIO, ōnis. f. Pallad. 1, 6 *Subligatio acerbis vuis facienda est.*

SVBLIGATVRA, ae. f. Th. Priscian. 1, 28 *Subligatura procurare Hernias.*

SVBLIGAR, āris. n. [*ἀναζυγίς, περισκελίς*] *Quo pudendae partes obteguntur.* *Martial. 3, 87 Tecta tamen non hac qua debes parte lauaris: Si pudor est, transfer subligar in faciem.* Plin. 12, 14 *Subligaria signantur opifici, ne qui furtiuum ibi occultare possit.* *Subligar Acci Comoedi, idem praestat quod fibula* Iuuen. Sat. 6, 70.

SVBLIGACVLVM, i. n. [*πρίζωμα*] *Idem.* Cic. Off. 1, 129 c. 35 *Vt in scenam sine subligaculo prodeat nemo.* *Vid. Casaub. ad Suet. p. 160.*

SVBLĪMEN, inis. n. Scalig. ad Varr. de R. R. p. 235. *Interpretatur Superius limen. Brouckhusius intelligi vult inferius limen* Propert. 2, 19, 57 At nullo dominae teritur sublimine Amor, qui Restat, etc. i. non minuitur ab exclusione.

SVBLĪMIS, e. Adi. [*μετέωρος*] In altum eleuatus; quasi *Supra limum.* 5
Plaut. Men. 5, 7, 3 Illic homo iam in medicinas ablatu sublimis fiet.
Ter. Andr. 5, 2, 20 Sublimem hunc intro rape, quantum potes. i. e. In sublime, per altum, inquit Donatus. Vid. Idem Adelph. 3, 2; 18. Aspice hoc sublime candens, quem vocant omnes Iouem Enn. ap. Fest. Columel. 2, 2, 22 Quo speciosius ingrediantur sublimes, et elatis capitibus boues in arando. Versus sublimis (*elato et retro acto vertice incedens Poëta*) ructatur Hor. A. P. 457. Varr. R. R. 2, 4, 9 Antiqui reges ac sublimes Viri in Hetruria, i. principes. Cic. Tusc. 2, 19 — ex sublimi vertice saxi. ex Poëta. Anhelitu sublimi fugere Hor. Carm. 1, 15, 31. Armenta sublimia Col. 3, 15, 8, 3. Atrium sublime. Hor. Carm. 3, 1, 46. Carmina sublimia Ouid. Amor. 3, 1, 39. Nomen sublime Idem Trist. 4, 10, 121. Pectora sublimia Idem Fast. 1, 301. Sceptrum sublime Iouis Claud. Conf. Stil. 2, 210. Solio sublimi sedet Ouid. Met. 14, 262. Tectum sublime centum columnis Virg. Aen. 7, 170, 20 Abire sublimem, pro In caelum abire: Liu. 1, 16 Haec (inquit) locutus, sublimis abiit. Virg. Aen. 1, 263. Rapere sublimem Idem Aen. 5, 255. In sublime, In altum: Plin. 2, 5 Leuibus in sublime tendentibus. Iacere in sublime Idem 8, 7. Sed etiam sine Praepositione, et velut aduerbialiter Cic. Tusc. 1, 40 c. 17 Perspicuum debet esse, animos — sublime ferri. Sic

Omnia ventorum concurrere praella vidi,
Quae grauidam late segetem ab radicibus imis
Sublime expulsam eruerent

Virg. Georg. 1, 320. Vid. mox **SVBLIME**, Adu. Compar. Iuuen. Sat. 11, 24 30
Sublimior Atlas. Quinctil. 8, 3 Sunt alia aliis sublimiora. Superl. Symmach. Epist. 6, 56 Vir sublimissimus. Tertull. Apol. 33 Triumphans in sublimissimo curru.

SVBLĪMVS, a, um. Adi. *Apud Veteres idem ac Sublimis.* Lucret. 1, 340 At nunc per maria, ac terras, sublimaue caeli, etc. Nonius 8, 45 Sublimia, inquit, pro Sublimis. Accius Phoeniss. Aur faepe ex humili fede sublima euolat. Vide apud eundem plura. it. ap. Priscian. Per alta spatia sublimi aetheris Sen. Medea, extr.

SVBLĪMITAS, atis. f. [*μετεωρισμός*] Exaltatio. Plin. 19, 5
Natura sublimitatis auida. Idem 7, 25 Nec virtutem constantiamque nunc commemoro, nec sublimitatem omnium capacem, quae caelo continentur. Columel. 8, 3 Eaeque longitudinis et altitudinis duodenos pedes habeant, nec plus latitudinis, quam media sublimitas. add. Lactant. 4, 25. Creuisse tria cubita sublimitate Solin. c. 5. Sublimitates Tertull. adu. Valent. c. 7. Sublimitas orationis pro eo, quod Graeci ὑψος vocant apud Quinctil. 8, 3, 1. 45

SVBLĪMITER. Adu. [*μετέωρος*] Alte. Cato c. 70 Haec omnia sublimiter legi, teri, darique oportet. Add. c. 71. Quidquid agitur in curatione iumentis a stantibus in stante fieri oportet. Colum. 8, 11 Quoniam nec sublimiter potest, nec per longa spatia volitare. de Pauone. 50

SVBLĪME. Aliud Adu. [*ὑψῆ*] pro Sublimiter, cui opponitur Humi. Cic. de Diuin. 2, 67 Eaque scuta, quae fuerant sublime fixa, sunt humi inuenta. Nihil mea interest humine, an sublime putrescam Idem Tusc. 1, 102 c. 43. Idem Tusc. 1, 40 c. 17 Perspicuum debet esse, animos cum e corpore excefferunt, siue illi sint animales, id est spirabiles, siue ignei, sublime ferri. Quis dubitat alia lenius, alia concitatus, alia sublimius, alia pugnacius, alia grauius esse dicenda Quinctil. 9, 4, 722. add. Gell. 6, 6. Colum. 8, 17. Singuli pluresue hostium sublime Rapti Tac. H. 4, 30, 3. Virg. Ecl. 9, 29 Cantantes sublime ferent ad sidera cygni. Extenuatus aër sublime fertur Cic. de Nat. Deor. 2, 101. Solito sublimius ora leuauit Stat. Silu. 2, 6, 75. 60

SVBLĪMO, are. [*μετεωρίζω*] Exaltare, in altum mittere, ireue. Ennius apud Non. 2, 775 Sol qua candentem in caelo sublimat Facem. Solin. 45. Aquila enim vero, quum se nubium tenus altissime sublimauit Apul. in Flor. Quem sublimat et illustrat consulatus Mamert. Paneg. Iuliani c. 29. Sublimauit dixit Cato, i. e. In altum extulit, Originum 2. In maximum decus, atque in excelsissimam claritudinem sublimauit. Id autem dicitur a limine superiore, quia supra nos est. Festus. Add. Sidon. Epist. 2, 3, et 3, 1. 70

SVBLĪMANS, antis. Part. Alta petens. Corpora grauias, leuia, sublimantia, vergentia Tertull. adu. Valent. c. 20.

SVBLĪMĀTVS, a, um. Euectus in altum. Aur. Vict. Epit. in Claudio Praetoriis ornamentis sublimatus. Vitruu. 6, 9 Granaria sublimata.

SVBLĪMĀTOR, oris. m. Saluian. de Gubern. Dei p. 28 Deus est sublimator, quia (Abrahamum) potentiores omnibus fecit. 75

SVBLĪNGĪO, onis. m. A Sublingendo; Qui sub altero, vel auctoritate alterius lingit. Plautus Pseud. 3, 2, 103 Iam hic quoque scelestus est coqui sublingio.

SVBLĪNO, leui, lini vel liui, litum, ere. [*ὑποκρίνω*] it. **SVBLĪNĪO**, ire. Aliquantulum tingere, vel notare, et illinere. Corn. Celsus. Idem quoque umbilico sublitum facit. Plin. 35, 6 Hac minium sublinunt, adulterantque. Sublinunt atramento Id. 33, 5. conf. Id. 36, 23 Cum aera inaurantur, sublitum bracteis (argentum vivum) pertinacissime retinet Plin. 33, 6. Os sublinere alicui, est, Dare verba, et arte quadam illudere. Nonius Marcellus 1, 219 Tractum putat a ridiculo quodam ludi genere, quo dormientibus ora pinguntur, et fuligine, vel stercore adeo inficiuntur. Huc respicit Varro mysteriis ap. Non. 1, 95 Aes defraudasse cauponem, bonam luto oblevisse, tum portitores erram duxe. Locus obscurus vel plane corruptus, unde tamen hoc intelligimus, luto oblinere esse defraudare, quale quid etiam olim, ut hodie, in Germanorum proverbio fuisse, barbarum illud Permerdare satis indicat. Pro bonam si lenam legas, omnia clara, et circumduxe. Plaut. Aulul. 4, 6, 1 Fidei censebam maximam multo fidem esse, ea subleuit os mihi penissime. Vid. Idem Capt. 3, 4, 122. Et Epid. 3, 3, 46 Ego si allegassem aliquam ad hoc negotium minus hominem quam doctum, minusque ad rem hanc callidum, os sublitum esset. Vt sublinitur os custodi cauto conservo meo Plaut. Mil. 2, 5, 57. Sublinitum est os custodi mulieris Plaut. Mil. 2, 1, 75. Stultus sum, si os sublitum mihi esse non sentio Symmach. Ep. 1, 4. Add. Taubm. ad Argum. Epid. Plaut. Parei Lex. Crit. Interpp. Petron. c. 22 p. 72 Burm. Doufa Praecid. c. 10. Virg. Ecl. 6, 22. 85

SVBLĪPPVS, a, um. [*ὑπόπτελλος*] Gloss. Lat. Gr.

SVBLĪTĪO, onis. f. [*ὑπόχρωμα*] est quasi Primum teclorium et fundamentum coloris eius, quem reddi volumus inductione manus ultima. Sed auctorem desidero. 105

- SVBLIVĪDVS, a, um. Adī. [*ὑποπέλιος*] *Aliquantulum liuidus*. Cels. 5, 28 pr. Pustulae eminent subliuidae, aut pallidae.
- SVBLVCĀNVS, a, um. Adī. [*ὑπόλυκος*] *ut Antelucanus*. Plin. 11, 12 Venit mel ex aëre, nec omnino prius Vergiliarum exortu, sublucanis temporibus: *Paullo ante vel post exortum lucis*.
- SVBLVĀCEO, xi, ēre. [*ὑποσελαγέω*] *Aliquantulum lucere*. Ouid. Amor. 1, 5, 5 Qualia sublucent fugiente crepuscula Phoebō: etc. Plin. 9, 36 Nigricantis rosae colore sublucens. *Add. Id. 14, 20. Hunc retinens Aries sublucet corpore totus Cic. in Arato 388 (289) Candida nec misto sublucent ora rubore Ouid. Epist. 21, 217. Violae sublucet purpura nigrae Virg. Georg. 4, 275.*
- SVBLVCĪDVS, a, um. Apul. Met. 6 pr. Lucus sublucidus.
- SVBLVĀCO, āre. [*ὑποκλαδάω*] Festus: Sublucare arbores, est Ramos earum supputare, et veluti subtus lucem mittere. Paullus Sent. 5, 6 Arbor, quae in alienas aedes, vel in vicini agrum imminet, nisi a domino sublucari non potest: isque conueniendus est, ut eam sublucet. Quod si conuentus dominus id facere noluerit, a vicino luxuries ramorum compefcatur. Idque qualiscunque dominus facere non prohibetur.
- SVBLVĀCEO, āre. Matronas, quae in colonia nostra sunt, sublucere Cenotaph. Pisan. i. *Grauiissime lugere: vid. Norif. p. 368.*
- SVBLVO, ui, ūtum, ēre. [*ὑπολέω*] *Subtus lauare*. Columel. 6, 32 Intertrigo bis in die subluitur aqua calida: mox decocto ac trito sale cum adipe defricatur, dum saniei vis emanat Martial. 6, 81 Iratus tanquam populo Charideme lauaris. Inguina sic toto subluis in folio. Cuius collis radices duo duabus ex partibus flumina subluabant. Caes. Bell. Gall. 7, 69. *Conf. Auien. Perieg. v. 556.*
- SVBLVTVS, a, um. Martial. 2, 42 Zoile, quid folium subluto podice perdis?
- SVBLVRĪDVS, a, um. Adī. [*ὑποπέλιδος*] *Aliquantulum luridum significat*. Plaut. Amph. 4, 4, 64 Eodem in loco, signo eodem apparet probe, ut primum coiuit cicatrix rufula, sublurida.
- SVBLVSTRIS, e. Adī. [*ὑπόλαμπρος*] *Sublustria dicuntur, non ex toto corpore luminosa, sed aliquid luminis habentia*. Gell. 13, 24 Cato nis oratione, Quae quoniam sunt eloquentiae Latinae tunc primum exorientis lumina, verba quaedam sublustria, libitum est mihi ἀπομνημονεύειν. Sublustrī Lumine noctis Paullin. Nol. Nat. Felic. 6, 373. Nox sublustris Hor. Carm. 3, 27, 31. Liu. 5, 47. Umbra sublustris Virg. Aen. 9, 373. *Conf. Val. Flacc. 3, 142.*
- SVBLVVIES, ēi. f. [*ἀλασία*] *Quemadmodum Illuies, et Proluies, pro Sordibus et immunditiis accipitur*. Via subluuie coenosa lubrica Apul. Met. 9 p. 221. Limosa subluuie tardatur properans flumen Amnian. 15, 6. ¶ 2 Subluuies, Genus morbi. Columel. 7, 5 Clauī quoque dupliciter infestant ouem: siue quum subluuies atque intertrigo in ipso discrimine vngulae nascitur: seu quum idem locus tuberculum habet, cuius media fere parte canino similis exstat pilus, eique subest vermiculus. Subluuies et intertrigo pice per se liquida, vel alumine et sulphure atque aceto mistis rite eruentur. *Similis morbus hominum est, vid. Plin. 30, 9 c. not. Dalech.*
- SVBLVVIVM, i. n. *Idem morbus*. Subluuium digitorum Marc. Empir. c. 18.
- SVBLVTEVS, a, um. Adī. Illis color est purpurei luminis offeetione subluteus Arnob. 5 p. 164. *Add. Apul. Flor. 2.*
- SVBMANVS, etc. *vid. SVM.*
- SVBMANO, āre. *Aquae ex montibus sub terra submanantes exumpunt in medios campos Vitr. 8, 1.*
- SVBMASSA, ae. f. Mustum de submassa et limpidum fit Colum. 12, 34. *Sed vid. leg. de sub massa. Vid. DESVB.*
- SVBMEIO, ēre. Marc. Empir. c. 8.
- SVBMEIVLVS, i. m. *Qui lectum permingit*. Submeiulis efficaciter prodesse Marc. Empir. c. 26. *Add. Sext. Placit. c. 2.*
- SVBMEMORATIO, ōnis. f. [*ὑπόμνημα*] *Commentarius, libellus memoriae et fidei causa scriptus*. Modestin. l. 13 §. 10 de excusationibus. Oportet autem testari ante tribunal, vel aliter in submemorationibus. Potest autem et libellos dare, etc.
- SVBMERGO, vel, quod alii malunt, SVMMERGO, si, sum, ēre. [*ὑποβυθίζω*] *Sub aquas, vel humidum et molle quodcunque mergere*. Cic. de Nat. Deor. 2, 114 Propter quas Centaurus Cedit Equi patris properans submergere Chelis. Ibid. 100 c. 39 Quot genera, quamque disparia partim submersarum, partim fluitantium et inquantium beluarum, partim ad saxa natiuis testis inhaerentium? Medio in fluctu submersus Virg. Aen. 1, 589. Cic. de Diuin. 1, 73 c. 33 Qui cum per agrum Leontinum iter faciens, equum ipse demississet in flumen, submersus equus voraginibus non exstitit. Submergere tota membra palude Ouid. Met. 6, 371. Ponto submergere Virg. Aen. 1, 44 Puppis submersas obruere Virg. Aen. 1, 73. Innatare et Submersum esse, *contraria* Columel. 12, 4. Virtus submersa tenebris. Claud. Conf. Hon. 4, 221. *Conf. Suet. Claud. c. 32.*
- SVBMERVSVS, ūs. m. Tertull. de Anim. 32 Submersu piscinarum.
- SVBMERSIO, ōnis. f. [*ὑπόδουσις*] Gloss. Vet. Arnob. 45 p. 489. Firmic.
- SVBMĒRVS, a, um. Adī. [*ὑπάκρωτος*] i. Fere merus. Plaut. Stich. 1, 3, 116 Nae iste edepol vinum poculo pauxillulo saepe exanclavit submerum scitissime.
- SVBMINIA, ae. f. *Vestis genus apud Plaut. in Epid. 2, 2, 48 Crocotulam, supparum, aut subminiam, ricum, basilicum, aut exoticum.*
- SVBMINISTRO vel SVMMINISTRO, āre. [*ὑποχωρηγέω*] *Subinde dare vel procurare quod opus est, ut Suppeditare*. Caes. Bell. Gall. 1, 40 Haec sibi esse curae, frumentum Sequanos, Leucos, Lingones subministrare: iamque esse in agris frumenta matura: Cic. pro Cael. 20 c. 9 Palam in eum tela iaciuntur, clam subministrantur. Idem pro Deiot. 25 Pecuniam subministrare alicui. Ad manum tela subministrare Quintil. 5, 7. Subministrare auxilia et adiumenta Caes. Bell. Gall. 4, 20. Cic. de Inuent. 1, 7. Idem Q. Frat. 2, 12 Et quoniam tabellarios subministras, hodierni dies res gestas Lupercalibus habebis. Subministrare aquam radicibus Columel. 5, 10. Subministrare vires Columel. 4, 24. *Add. Sen. Epist. 104.*
- SVBMINISTRATIO, ōnis. f. Tertull. adu. Marc. 4, 39 Except pronuntiandi subministrationem. *Conf. Id. Apol. c. 48. Iren. praef. l. i.*
- SVBMINISTRĀTOR, ōris. m. Sen. Epist. 115 (114) Lactus pro suis voluptatibus habet alienarum spectaculum, subministrator testisque libidinum quarum sibi vsu cupiendo abstulit. *Add. Tertull. Apol. c. 23.*
- SVBMINISTRĀTVS, ūs. m. Macrobi. Saturn. 7, 12 Cibus exiguo subministratu paullatim penuriam consolatur.
- SVBMISCEO, ui, ēre. *Vnde*
- SVBMISTVS, a, um. Partic. Tibul. 3, 4, 89 Scyllaque virgineam

am canibus submissa figuram. Sunt qui legant Subnixa. Sed Brouckh. Subcincta s. succincta.

SVBMITTO vel SVMMITTO, ūi, iſſum, ěre. [χαλάζω, ὑποχαλάζω, ὑψίμη.] Demitto in locum inferiorem, subiicio. Arma submittere Vell. 2, 85, 5. deponere, victori tradere. Aures geminas ex pluma submittunt subriguntque Phasianae Plin. 10, 48 f. 67. Barbam et capillum submittere Sen. Conf. ad Polyb. 36. Suet. Iul. c. 67. Capillum Plin. Ep. 7, 28. Submitte Caput ceruice parata Ferre iugum Iuu. 6, 208. Imposito Clunem submittit asello (beluinae libidinis mulier) Iuu. 6, 334. Submittunt trepidi perfida Colla Getae Rutil. 1, 142. Clypeum submiserat fatigatus vulneribus Peucestes Curt. 9, 5, 18. Comam Suet. Cal. c. 47. Crinem barbainque Tac. Ger. 31, 1. Faciem Suet. Vit. c. 17. b. e. ne videri possit, deticere. Fasces populo submittere a Publicola traditum Quinctil. 3, 7, 18. qui respicit ad Liu. 2, 7. vid. FASCES. Fasces ianuac literarum (h. e. literati hominis) submisit is, cui se Oriens Occidensque submiserat Plin. 7, 30 f. 31. Fastigium Hircaniae perpetua valle submittitur Curt. 6, 4, 19. Ita Rupes leniore submissa Fastigio Id. 6, 6, 23. Fluxus submittit inertes Pontus Petron. c. 134. Genu flexum submisit Ouid. Met. 4, 340. Regem adorant, Genua submittunt, coronas porrigunt Plin. 8, 1 extr. de elephantis. Submissis Genibus Plin. 20, 11, 48 f. 108. Gramina plantis Val. Flacc. 3, 528. Latus submisit in herba Ouid. Met. 3, 23. Malum navis ferro submittere Iuu. 12, 54 b. e. deticere in periculo naufragii. Oculos submittere Ouid. Fast. 3, 372. Sic Submissi oculi Plin. 11, 37 f. 54. Ocellos lassos somnus submisit Ouid. Fragm. Poples submissus in terra Idem Met. 7, 191. Add. Val. Flacc. 6, 245. Prolem ne submittat (pastor) minori quadrima Col. 7, 3, 15 laetandam intellige. Retia Plin. 9, 8, 9. Se patri ad genua Suet. Tib. 20. Submisit se elephas (in genua) Curt. 8, 14, 39. Signa (militaria honoris et subiectionis causa) submittat Magnus. (Pompeius) adorato Caesare Lucan. 6, 243. Tauros submittite Virg. Aen. 1, 46 vel sub iugum mittite; vel alite ad gregem supplendum, quomodo pertinebit ad n. 5. Teporem habitationi Pallad. 1, 40, 5 i. immittere ab inferiori parte. Submissa Phosphorus vnda Magnum veneratur Petron. c. 12. Vultum alicui Suet. Aug. c. 79. Huc pertinent ex rustica disciplina, Agni singuli binis nutricibus submittantur Col. 7, 4, 3. Canterium vitibus submittere Col. 4, 14, 1. It. de coitu frequenter adhibetur, ut: Submittere equas Pallad. Mart. 13, 6. Submittendae tauris vaccae Id. Iul. 4, 1. In foeturam submitti possunt vaccae Ibid. ¶ 2 Translate ad incorporalia etiam refertur, ut: Periculo submittere Animum Cic. Fam. 11, 3. Adeo ergo obnoxios submiserant Animos, non infini solum Liu. 6, 34 Animos ad calamitates submittere Liu. 23, 25. Animos amoris Virg. Aen. 4, 414. Cum tibi aetas nostra iam cederet, Fascesque submitteret, — eloquentia obmutuit Cic. de cl. Orat. 22. Fidem tormentis Sen. Ep. 36 i. tormentis cogi ad mentiendum. Imperium submittere Camillo collegae voluit Liu. 6, 6. Ii, qui superiores sunt, submittere Se debent in amicitia Cic. de Amic. 74. Appellavi populum, Tribubus submissi me, et supplicavi Cic. pro Planc. 24. Submittere se in humilitatem causam dicentium Liu. 38, 52. Hoc ipso, quod nos submittimus aduersariis, intelligitur tacita impotentiae exprobratio Quinct. 6, 2, 16. Onisso speciosiore illo filii genere, submittito me ad vtilitatem discendum Quinct. 7, 1, 34. Et, Ad mensuram se discens submittere Quinct. 2, 3, 7. Et mihi Res, non me rebus submittere conor Hor. Ep. 1, 1, 19. Submitteris in amicum ex imperatore Plin. Pan. 85, 5. Vexilla fortunae suae modeste submittere Stat. Silu. 4, 2, 42.

¶ 3 Minuere significat et remittere. Neque id actoris prius viderunt, quam ipsi Poetae, quam denique illi etiam, qui fecerunt modos, a quibus vtrisque submittitur Aliquid, deinde augetur, extenuatur, inflatur Cic. de Orat. 3, 100. Ut in actoribus Graecis fieri videmus, saepe illum, qui est secundarum aut tertiarum partium, cum possit aliquanto clarius dicere, quam ipse primarum, Multum submittere, ut ille princeps quam maxime excellat Cic. Verr. 1, 48. In oratione Multa submittere, variare, disponere Quinct. 2, 12, 10. Nec augenda semper Oratio, sed submittenda non nunquam est Quinct. 8, 3, 21. Neque enim pudor, sed aemuli Pretia submittunt Plin. 29, 1 f. 8 de medicis magno artem et operam suam vendentibus. Superest lectio, in qua puer ut sciat, — quando attollenda vel submittenda sit Vox Quinct. 1, 8, 1. Mala vel imbecilla vox et inhibet multa, ut insurgere, exclamare; et aliqua cogit, ut submittere Quinct. 11, 3, 13. Addi possunt, quae damus in SVBMISSVS, et notari ista contra ea, quae excidere nuper Viro Cl. in Miscell. Obseruat. Vol. 2 p. 35 post Burman. ad Val. Flacc. 7, 476 et ad Ouid. Met. 7, 89.

¶ 4 Immittere, speciatim clanculum. Submissus Accusator et falsa Accusatio: laudatur Sen. de Tranquill. Vit. 2. Submissis consularibus viris, qui, regio genere ortam peierarent Suet. Ner. c. 28. Add. c. 34 et Tit. c. 6. Delatores patrono submississe, qui probatus fuerit, etc. Marcianus l. 5. D. de iure Patronatus. Lictores atque milites Suet. Iul. c. 43. Nec Monstrum Colchi submisere maius Hor. Od. 4, 4, 63. Percussores Suet. Ner. c. 43. Gal. c. 23. Iste tamen singulari est audacia, tamen ad pupillae Matrem submittibat Cic. Verr. 3, 105. (1 c. 41.) Submittibat iste Timarchidem, qui moneret eos Cic. Verr. 5, 69. (3 c. 28.) Huic (cani feminae) parilem submittite marem, (initus causa) Nemesian. Cynege. 114.

¶ 5 Substituere, vel in locum alterius mittere, vel generatim suppeditare. Huic vos nos submittetis? Cic. de Prou. Cons. 8 intell. praesidem prouinciae, successorem. Vineae submittit Capreas non semper edules Hor. Sat. 2, 4, 43. Et quasi multa breui spatio submittere debet Lumina sol, ut perpetuo sint omnia plena Lucr. 4, 162. Id. 2, 673

Tum porro quaecunque igni flammata cremantur,
Si nil praeterea, tamen ex se ea corpora tradunt,
Vnde ignem iacere, et Lumen submittere possint,
Scintillasque agere, ac late differre fauillam.

Id. 1, 194 Lactificos nequeat tellus submittere Fetus. Et 1, 1032 Terra — nouet Fetus, submissaque gens animantium Floreat. Quos laborantes conspexerat, iis Subsidia submittibat Caes. B. G. 26. Hinc Submittere rusticis est alere ad gregem supplendum. Cum obliuione iam lactis (agni) non desiderant matrem, tum denique compellendum in gregem — quos arietes submittere volunt Varro de R. R. 2, 2, 18. In nutrictu haedi trimestres cum sint facti, tum submittuntur, et in grege incipiunt esse Varro R. R. 2, 3, 8. Opilio fere omnem sobolem pastioni referuet suburbanae. Villicus enim teneros agnos Ianio tradit, dum adhuc herbae sunt expertes. — Submitti tamen etiam in uicina urbis quandoque oportebit Col. 7, 3, 13. Add. 3, 10, 17. 6, 24, 4. 6, 34, 2. it. 7, 9. Solent mares submitti ad admitturas Varro R. R. 2, 3, 4. Tu modo quos in spem statuis submittere gentis Virg. Georg. 3, 73. Et quos (vitulos) aut pecori malint submittere habendo, Aut aris seruare sacris, aut scindere terram Virg. Georg. 3, 159 ubi vid. Seru. Aliquoties ita Icti, l. 69 et 70 D. de usufr. et quemadmodum.

Hinc Columella etiam ad alia traduxit, ut: Progeniem vitis submittere 3, 6, 2. Pampinariū in refecem 3, 10, 15. Vitē in flagellum 4, 14, 3. Palma ex acu submissa est 4, 15, 3. Arbore brachia submitti patiere Arb. 5, 1. Submittitur salix ad vnam perticam 4, 31, 2. Idoneos vltimi ramos in ordinem submittere 5, 6, 14. Frutices atrī oleris in semen 11, 3, 36. Stilos asparagi 11, 3, 45. Prata submittere Cato de R. R. 8, 1. Col. 2, 18, 2. in foenum Col. 11, 2, 15. *b. e. defendere a pecore, forte etiam rigare, quod in primis cum lactatione paruorum conueniat, Paulo aliter.* Sen. Oed. 845 Laetus Cithaeron pabulo semper nouo prata submittit gregi. *Add.* Varro R. R. 1, 49, 1. *Hinc* Submittere cornua a torua fronte Petron. c. 126. *i. producere, nasci sibi iubere, de Ioue in taurum verso.*

¶ 6 Submittere cautes Cael. Aurel. Chron. 5, 1, 16 *interpretantur submouere, auferre. Sed videtur potius idem esse, quod immittere, contrarium enim est* Leuare.

¶ 7 *Vt in aliis ex Sub compositis accidit, v. g. Subiicere, Subuoluere, ita in hoc etiam, nempe ut Submittere etiam sit ex humiliore in altiore mittere.* Lucret. 1, 8 Tibi suauis daedala tellus Submittit flores *i. sub tuis vestigiis tibi quasi obuiam, salutandi causa emittit.* Sic Prop. 1, 2, 9 Aspice quot submittat humus formosa colores. *Sed de hoc possit forte excipi non nihil Verum quid dicemus de eiusdem* Lucr. 6, 818 Sic et auerna loca alitibus submittere debent Mortiferam vim, de terra quae Surgit in auras. *In primis in habitu supplicum hoc apparet.* Sen. Oed. 225 Vt sacrata templa Phoebi supplici intraui pede, Et pias, numen precatus, rite submissi Manus. *i. versus signum dei protendi, qui adorantium ritus est.* Sil. 12, 640 Submissas tendunt alta ad capitolii Dextras. Id. 4, 411 Credite submissas Romam nunc tendere Palmas. Et 1, 673 *follem Graecismo* Submissi palmas, qui submisere. Sen. Phoen. 397 Vide ut — campus in caelum eriget Nebulas, equestri fracta quas tellus pede submittit.

SVBMISSVS, a, um. *Demissus, humilis. Passim de adorantibus ponitur v. g. Submisloque humiles intrarunt vertice postes* Ouid. Met. 8, 638. Submissi petimus terram Virg. Aen. 3, 95. Submissus adorat Frontes Stat. Thebaid. 8, 284 *ubi* Vet. Glossa, In genas procidens, emendante *Barthio*, in genua. *Add.* Stat. Achill. 1, 24 et *ibi* *Barth.* Stantibus primis, secundis submissioribus, tertiis magis et quartis Liu. 44, 9. *de testudine militari.* Capillo pone occipitium submissiore Suet. Tib. c. 68. Huic (*Paci*) comes it submissa Fides Petron. c. 124 *b. e. venerabunda, vel certe adiuncta, sequens.* Lupam — submissas infantibus praebuisse Manmas Liu. 1, 4. Submissa fastigio Planities Liu. 27, 18. Prudent. Cathem. 8, 9 Nona submissum rotat hora Solem. *i. occidenti vicinum.* Apul. de Mund. p. 62, 26 Ventus, qui de superiore caeli parte submissus inferiora repentinis impulsibus quatit. Submissiorem aedem Festus *b. v.*

¶ 2 *Metaphorice ad animum, eiusque indicem orationem, refertur.* Præuatum autem oportet aequo et pari cum ciuibus iure viuere, neque submissum et abiectum, neque se effertentem Cic. Off. 1, 124. Non dubitabat, quin recenti calamitate submissiores essent futurae Hirt. B. G. 8, 31. Is, de quo scribis, nihil habet amplum, nihil excelsum, nihil non submissum atque populare Cic. Att. 1, 17. Videndum est in vtrisque, ne quid humile, submissum, molle, effeminatum, fractum, abiectumque faciamus Cic. Tusc. 4, 64. Non loquor tecum Stoicorum lingua, sed hac submissiore Sen. Ep. 13. Oratoris submissi forma Cic. Orat. 91 c. 26. Oratione submissa loqui de pace Caes. Bell. Ciu. 3, 19. Sono submissio dicere aliquid Tibull. 3, 1, 22. Submissioribus verbis, *tungit cum vultu demisso* Sen. Controu. 32. Submissum dicendi genus, concitato opponitur Quint. 11, 1. Vberiori, robustiori, ampliori Cic. Orat. 91 c. 26. Submissa oratio et lenis Quint. 11, 1. Voce submissa precari Mart. 8, 75. Submissa profatur Val. Flacc. 7, 476.

¶ 3 *De voce.* Cic. pro Flacco 66 c. 28 Submissa voce agam, tantum ut iudices audiant Quintilianus 11, 3, 43 Prima est obseruatio recte pronuntiandi, aequalitas, ne sermo subsultet imparibus spatiis ac sonis, miscens longa breuius, grauius acutis, elata submissis. Submissum murmur f. 45. In blandiendo, fatendo, satisfaciendo, rogando (*vox esse debet*) lenis et submissa f. 63. An non haec, *missellus et pauperculus*, submissa atque contracta; *fortis*, et *vehemens*, et *largo* erecta et concitata voce dicenda sunt? f. 175. *Vid.* SVBMISSE et SVBMISSIM, et SVBMISSIO.

SVBMISSV. Tertull. adu. Marc. 5, 16 Ex submissu erroris viciscitur *b. e. clanculum immisso errore.*

SVBMISSE. Adu. ¶ 2 Meum beneficium potius ad eum detuli, qui a me contenderat, quam ad eum, qui mihi non nimis submisso supplicat Cic. pro Planc. 12. (c. 5) Quanto superiores sumus, tanto nos geramus submissius Cic. Off. 1, 90. (c. 26) In illa pro Ctesiphonte oratione (*Demosthenes*) submissius a primo; deinde dum de legibus disputat, pressius; post sensim incedens, iudices ut vidit ardentes, in reliquis exsultauit audacius Cic. Orat. 26.

¶ 3 Submissus sciscitari coepit Petron. c. 105. Alias contentius, alias submissius dicere Cic. de Orat. 3, 312. Qui aut breuiter aut submisso dicunt, docere iudicem possunt, commouere non possunt Cic. de Orat. 2, 215. Asperè an leniter, an etiam submisso loqui expediat? Quint. 6, 5.

SVBMISSIM. Adu. Ad communionem sermonis tacentes, etiam submissim fabulantes prouocabat Suet. Aug. c. 74.

SVBMISSIO, ònis. f. *Submittendi actus.* Ex locutione ex reticentia, ex contentione vocis, ex submissione, ex caeteris similibus, facile iudicabimus, quid eorum apte fiat Cic. Off. 1, 146. (c. 41) Si quae verborum iterationes contentionem aliquam et clamorem requirunt, erunt ab submissione orationis alienae Cic. Orat. 85. Parium comparatio nec elationem habet, nec submissionem: est enim aequalis Cic. Top. 71.

SVBMISSOR, òris. m. *Dicitur esse in Digestis.*

SVBMISSORIVS, a, um. *Laudant ex* Sen. Controu. 32 *sed potius est, ut ante dedimus*, submissioribus verbis.

SVBMOENIVM, vid. SVMMOENIVM.

SVBMOESTVS, a, um. *Aliquantum tristis.* Demisse ambulans, semperque submoestus Ammian. 30, 1.

SVBMOESTVS, a, um. Ad. [*ὑποδυσφορος*] *Aliquantum molestus.* Cic. Att. 16, 4 Illud est mihi submolestum, quod parum Brutus proferare videtur.

SVBMOESTE. Adu. [*ὑποδυσφορος*] Cic. Att. 5, 21 pr. Te in Epirum saluum venisse, et ut scribis, ex sententia nauigasse, vehementer gaudeo: non esse Romae meo tempore pernecessario, submolesto fero.

SVBMOŃEO, vel SVMMOŃEO, ui, Itum, òre. [*ὑπαναμνήσκω*]

Latenter, *sive ut ait* Donatus, Leuiter monere. Ter. Eun. 3, 5, 22 Submonuit me Parmeno ibi seruus, quod ego arripui. Plin. Epist. 1,

2 Quoties paullum itinere decedere non intemptiuus amoenitatibus submonebamur.

SVBMOROSVS, a, um. Ad. [*ὑποδυσκολος*] *Aliquantum morosus ac difficilis.* Cic. de Orat. 279 c. 69 Me quidem hercule valde illa mo-

vent stomachosa, et quasi submorosa ridicula: non quum a moroso dicuntur: tunc enim non sal, sed natura ridetur.

SUBMOROSE, Adu. Augustin.

SUBMŌVEO, vel **SUBMMOVEO**, ōui, ōtum, ēre. [*ἀποκίω*] In locum inferiorem vel deorsum mouere, in humiliorem ut locum, ut de semita in viam, vel conditionem, ut in exilium: Exempla rem ostendunt. Liu. 3, 48 I, inquit, licitor, submoue turbam, et da viam domino adprehendendum mancipium. Cic. pro Flacc. 15 Quae scisceret plebs, aut quae populus iuberet submota concione, distributis partibus, etc. Instantes submouere Ouid. Met. 12, 231. Longe summos a disciplina medicinae Scribon. Epist. in. Longe submos arcet arena Virg. Aen. 6, 316. Patria submos, Relegatus Ouid. ex Pont. 4, 16, 47. Populum submouere opposita sera, Arcere Idem Amor. 14, 10. Pudor submos, Amotus, expulsus Hor. Epod. 11, 27. Idem Serm. 1, 9, 47 Disperam ni Submōsses omnes, cedere tibi cogiffes apud patronum. Liu. 28, 27 In praetorio tetenderunt Albius et Arrius, classicum, apud eos cecinit: signum ab iis petatum est: sederunt in tribunali proconsulis Scipionis: licitor apparuit: submouente eo inceserunt: fasces et secures praelatae sunt. Conf. Id. 45, 7. Horat. Od. 2, 16, 9. Plin. Paneg. c. 76. Imperfonale. Non est, quod felicio-

rem eum iudices, cui submouetur, quam quem licitor semita deiicit: si vis exercere tibi vtile, nulli autem graue imperium, submoue vitia Sen. Ep. 94. Idem Seneca de Prouident. 3 Quid ergo? felix L. Sulla quod ei descendenti in forum gladio submouetur, a militibus, non virga licitoris. Insidias submouere Propert. 1, 20, 30. Tabes

submota est capiti. Dentum est e caluaria cerebrum corruptum Lucan. 8, 689. Cic. pro Rosc. Amer. 70 Ut quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, ii magnitudine poenae maleficio submouerentur. Plin. 3, 19 Germaniam ab Italia submouent. Submouere aliquos in extremam aciem, vid. ACIES. Arcere et submouere Plin. in

Paneg. 55. Submouere aliquem a negotiatione Columel. 1, 7. A Proconsulatu Plin. Epist. 2, 12. Ab hasta Liu. 39, 44. A Rep. Vell. 2, 68, 2.

SUBMOVENS, entis. Part. Cum submouentes licitores vexarent turbam Liu. 4, 50.

SUBMŌTOR, ōris m. Liu. 45, 29 Submotor aditus, praeco accensus, insueta omnia oculis auribusque. i. qui submouet, ne adiri possit.

SUBMOTVS, a, um. Submoto Lyfandro Nep. 6, 4, 3. Vacuus submoto locus Liu. 25, 3 extr. i. in submoto.

SUBMŌTVS, ūs. m. Plin. 8, 46 f. 71 Apis incedit submotu licitorum.

SUBMVRMORO, āre. Submurmurauerunt argentarii Augustin. Conf. 6, 9. Add. ib. 8, 11.

SUBMŪTO, vid. SUBMMVTO.

SUBNASCOR, ēris, nātus sum, nasci. [*ὑποφύσμαι*] Ultra et post iam nata nasci, succrescere. Vcera cum ipsis membris absciderat, alia subnascebantur Sen. de Breu. Vit. 1, 5. Plin. 11, 23 Atque ita subnasci sui generis plumas. Idem 5, 1 Fructibus omnium generum sponte ita subnascentibus, ut nunquam fatietas voluptatibus desit. Idem 12, 3 Malus Assyria omnibus horis pomifera est, aliis cadentibus, aliis ma-

turefcentibus, aliis vero subnascentibus. Add. Id. 17, 27.

SUBNATVS, a, um. Num vada subnatis imo viridentur ab herbis Ouid. Hal. v. 90.

SUBNĀTO, āre. Sub aqua natate: contrarium Innatare. Sil. 14, 482

Transfigitur valida medius, dum se alleuat alui Cuspide Marmarides Scyron: pars subnatat vnda Membrorum, pars exstat aquis.

SUBNECTO, xui, xum, ēre. [*ὑποδέω*] Nectere sub re aliqua. Subnectit fibula vestem Virg. Aen. 4, 139. Id. Aen. 1, 496 Aurea subnectens exertae cingula mammae. Idem Aen. 10, 138 Fusos ceruix cū lactea crines Accipit, et molli subnectit circulus auro. Add. Aen. 5, 313. Crinem subnectitur auro Val. Flacc. 2, 103. Plin. 28, 2 Duabus literis Graecis P et A chartam inscriptam, circumligatam lino, subnectebat collo. Subnectere, [*ὑποτάσσειν*] Subiungere. Plin. 24, 14 extr. 65

His subnectemus ea, quae Graeci communicatione nominum in ambiguo fecere, anne arborum essent. Al. Subtexemus. Quinctil. 3, 3 His adiecerunt quidam sextam partem, ita ut inuentioni iudicium subnecterent.

SUBNEXVS, a, um. Partic. Ut, Comam subnexus Stat. Silu. 5, 3, 115. Galactites subnexus paruulis Solin. c. 12.

SUBNĒGO, āre. [*ὑπαρνέμαι*] Prope neggre. Cic. Fam. 7, 19 Veruntamen quod praesenti tibi prope subnegarem, id absenti debere non potui.

SUBNERVO, āre. Nervos indicere. Tertull. adu. Iud. 10. Et Apul. Apol. p. 327, 17 Calumnias, ne corroborarentur tempore — nulla impertita mora subneruasti. Gl. Vet. νευροκοπῶ Subneruo. Non erat igitur opus emendatione in Supperuasti, quam ipse, qui protulerat Casaubonus, mox repudiauuit. Vulgat. Ios. 11, 6 Equos illorum subneruabis. Add. v. 9. Hic ἐὶ ὁ νευροκοπῶν. At 2 Sam. 8, 4 Subneruauit omnes iugales curruum: ubi iidem verbo παραλύειν vtuntur. Caeterum idem est Supperuare.

SUBNĪGER, gra, grum. [*ὑπομύλας*] Aliquantulum niger. Plaut. Merc. 3, 4, 55 Bucculentum, breuiculum, subnigris oculis, oblongis malis. Varr. de R. R. 2, 5 Subnigris labris pecudes. Add. Id. ib. c. 9. 85 Plaut. Pseud. 4, 7, 120. Plin. 25, 7. Pustulae Cels. 5, 26, 31. Vid. SUBLIVIDVS.

SUBNITIDO, āre. Credo, alter (angelorum Mariae ministrantium) cuperet plantis substernere palmas, Ille excussa ala subniditare viam Ven. Fortunat. 8, 5. i. verrendo nitidam et puram reddere.

SUBNĪTOR, ēris, nixus sum, nīti. [*ὑπερέδομαι*] In re tanquam bafiti niti. Plaut. Perf. 2, 5, 6 Subnixis (al. Subnixus) alis me inferam, atque amicibor gloriose. Sic Cic. in Somn. Scip. 15 c. 6 E quibus duos maxime inter se diuersos, et caeli verticibus ipsis ex vtraque parte subnixos, obriguiffe pruina vides. Idem de Orat. 1, 246 c. 58. Manil. 1, 95 376. Subnixo Animo Gell. 17, 2. Solio subnixia resedit Virg. Aen. 1, 510. Subnixus et fidens innocentiae animus Liu. 4, 42. Barba subnixia rutilis capillis, b. e. Subiecta Ouid. Met. 6, 715 Al. Submissa. Matrimonium liberis subnixum. Vlp. in l. 1 §. vlt. D. de lib. exhib. Priuilegio subnixus. Aurel. Arcad. in l. 1 sub fn. D. de off. praefecti praetorio. Subnixus Victoria Liu. 25, 41. Per omnia subnixum Deo vadere Nazar. Paneg. Constant. c. 18.

SUBNIVALIS, e. Adi. Subniuales moras tolerare Ammian. 19, 11. al. subdiuales.

SUBNŌTO, āre. [*ὑποσημῶω*] Clam notare. Martial. 1, 28 Et non

sobria verba subnotasti. *h. e. Notasti et memoriae mandasti verba, quae ego potus et ebrius dixi.* Idem 6, 82

Quidam me modo Ruffe diligenter

Inspectum, velut emtor aut lanista

Quum vultu digitoque subnotasset,

Tune es, tune ait, ille Martialis?

Subnotasset, *i. Diligenter considerasset, et inspexisset.* Subnotare Libellos, *i. Subscribere, confirmare.* Plin. Epist. 1, 10 Sedeo pro tribunali, subnoto libellos, conficio tabulas. *Conf. Suet. Calig. c. 41. Sen. Ep. 108.*

SVBNOTATIO, onis. *f. Nostra diuina subnotatio Iustin. de Iustin. Cod. confirm. §. 5. Subnotatio canonum Hieron. praef. 1 in Evangelia, f. Epist. 123 ad Damasum.*

SVBNVBA, ae. *f. Lecti sui subnuba Ouid. Heroid. 6, 153 Hypsipyle vocatur a Medea, i. pellex.*

SVBNVBILVS, a, um. *Adi. [ὑπονεφέλος] Aliquantum nubilum. Caes. Bell. Civil. 3, 54 Et quinque intermissis diebus, alteram noctem subnubilam nactus, exstructis omnibus castrorum portis, et ad impediendum obiectis, tertia inita vigilia, silentio exercitum educit. Limes subnubilus longa umbra, Subobscurus Ouid. Rem. Amor. 599.*

SVBO, are. [*καπιζω*] Subare dicuntur sues, quum libidine pruriunt; vt equae, equire. Plin. 10, 62 (63) Verres subantis audita voce, nisi admittatur, cibum non capit. *Sed inde traductum ad omnium animalium, feminarum praesertim libidinem. Lucret. 4, 119*

Nec ratione alia volucres, armenta, feraeque

Et pecudes, et equae, maribus subsidere possent,

Si non ipsa quod (*f. leg. quoque*) illorum subat, ardet, abundans

Natura, et Venerem salientum laeta retractat.

Lamprid. Heliog. 5 Ergo quum — omnia fordide ageret, inireturque a viris, et subaret. Inter gannitus et subantis vocolas Auctor Anachomeni. Te subantem ad coitum publica facies exsecrata est Hieron. ad Oceanum. Feminae subant, mares furiunt Apul. Apol. p. 298, 22.

Fest. Suillum genus inuisum Veneri prodiderunt Poetae, ob interfectum ab apro Adonim, quem dea illa diligebat. Quidam autem quod

immundissimi sint, ex omni mansueto pecore, et ardentissimae libidinis, ita vt opprobrium inde mulieribus tractum sit, cum subare et furire dicuntur. *Vititur hoc verbo Hor. Epod. 12, 11 — iamque subando Tecta, cubilia, tentaue rumpis. Conf. Schol. ad h. l. Dacer. ad Fest.*

SVBATIO, onis. *f. [καπιζω] Plin. 8, 51 Implentur vno coitu, qui et geminatur propter facilitatem abortiendi. Remedium ne prima subatione, neque ante flaccidas aures coitus fiat. de suis.*

SVBIDVS, quomodo huc pertineat, vid. *f. l.*

SVBOBSCOENVS, a, um. *Adi. [ὑποβίβος] Cic. in Orat. 88 c. 26 Illud admonemus tamen, ridiculo sic vsurum Oratorem, vt nec nimis frequenti, ne scurrile sit: nec subobscoeno, ne mimicum.*

SVBOBSCVRVS, a, um. *Adi. [ὑποσκοτινός] Aliquantum obscurus. Cic. de Clar. Orat. 29 c. 7 Grandes erant verbis, crebri sententis, compressione rerum breues, et ob eam ipsam causam interdum*

subobscuri.

SVBOBSCVRE. *Adu. Breuiter et subobscore Gell. 10, 1. Add. Id. 3, 14.*

SVBOCVLARIS, e. *Adi. Suboculares venae Veget. 4, 4.*

SVBODIOSVS, a, um. *Adi. [ὑπομισητος] Aliquantum odiosum. Cic. Att. 1, 4 (5) Non mihi graue duxi, scribere ad te de illius querimoniis, quum eas audire (quod erat subodiosum) leue putassem.*

SVBODOROR, ari. *Implendi negotii praefagus, vt subodorari datur Ammian. 26, 1.*

SVBOFFENDO, di, sum, ere. [*ὑποβλάπτω*] Aliquantum offendere. Cic. Q. Frat. 2, 5 (8) Nam apud perditissimam illam infamam faciem populi, propter Milonem suboffendit: et boni multa ab eo desiderant, multa reprehendunt.

SVBOLEO, ui, itum, ere. [*ὑπόζω*] Quasi Olere, et odorem sentire. *Proprie succrescere, vnde suboles. Plaut. Pseud. 3, 2, 102 Corruptitur iam coena: hem subolet: sis vide. Subolere, per translationem, Praesentiscere, subdubitare. Plaut. Caf. 2, 3, 48 Tu ecastor tibi homo inalam rem quaeris, subolet sentio. Ter. Phorm. 3, 1, 10 Numquid patri subolet? Add. Plaut. Pseud. 5, 1, 7. et Trin. 2, 4, 14. et 3, 2, 72.*

SVBOLESCO, ere. [*ὑποφύομαι*] Liu. 29, 3 Illis Romanam plebem, illis Latium iuuentutem praebuisse, maiorem semper frequentiorumque pro tot caesis exercitibus subolescentem. Subolescere imperio

adultos eius filios Ammian. 14, 11.

SVBOLES, pro Soboles antique. *Vid. SOBOLES.*

SVBOLFACIO, ere. *Aliquo modo, ex parte sentire. Petron. c. 45.*

SVBOPTIO, onis. *f. Inscript. Grut. p. 529. n. 8. et Fabrett. p. 345. Optionis adiutor.*

SVBORIOR, iris uel eris, ortus sum, iri. [*ὑποφύομαι*] In locum occidentium oriri, vt succedere, etc. Plin. 2, 93 Metallorum opulentia tam varia, tam diues, tam foecunda, tot saeculis suboriens. Lucret. 1, 1035.

Ex infinito suboriri copia posset. Id. 2, 1137 Vnde queat tantum suboriri ac suppeditare. Noua quaque suboriente foetura Arnob. 3 p. 104.

SVBORTVS, us, m. a verbo Suborior, quod est, In alterius locum orior. Lucret. 5, 302 Stellasque putandum Ex alio, atque alio

lucem iactare subortu. *Sed quod Subortus pro occasu laudatur ex Manil. 3, 524 Stent veri stellarum ortus, verique subortus: illud plane portenti instar putat esse Bentleyus, (apud quem est v. 508) versumque totum censet expungendum.*

SVBORNO, are. [*ὑποκοσμέω*] Subinde ornare, vt ministrare, suppeditare, subuenire etc. Plancus ad Cic. Fam. 10, 23 Tu Cicero, quod adhuc fecisti idem praesta, vt vigilanter, neruoseque nos, qui stamus in acie, subornes. *Est etiam latenter instruere, in primis ad nocendum. Plaut. Milit. Perioch. 2, 14 Mox ei dominus aedium suam clientem sollicitandum ad militem subornat. Gell. . . In caput meum subornauit. Cic. pro*

Deiot. 17 Hac suspitione sum percussus: medicum iudicem subornabit, finget videlicet aliquod crimen veneni. Idem pro Rosc. Com. 51 c. 17 Falsum subornauit testem Roscius Cluuium, cur tam sero? Idem pro Caecin. 71 Et fictus testis subornari solet, et imponi falsae tabulae.

Aduersus Charetem cum subornabat Nep. 19, 2, 3. Pecunia aliquem subornare Cic. Phil. 13, 32 c. 16. Confessus es, a te accusatores esse instructos et subornatos Cic. in Vatin. 3 c. 1. *Proprie Senec. de Benef. 3, 28 Quo te penulati isti militum, non vulgarem quidem in cultum subornati, quo te, inquam, isti efferunt? Liu. 39, 43 pr. Itaque ad invidiam ei faciendam legatos Ambracienses subornatos criminibus in*

Senatum introduxit. Vides hominem non eruditum, nec vllis praecpta.

ptis contra mortem aut dolorem subornatum Senec. Epist. 24. *i. instructum.*

SVBORNATOR, ōris. m. Ammian. 15, 8 Subornatore et conficio praefecto. Lamprid. Commod. 19 Seruorum subornatores.

SVBORNATIO, ōnis. f. Digest.

SVBORTVS, *vid.* SVBORIOR.

SVBOSTENDO, ěre. *Obscure significare.* Videtur per occasionem subostendisse Tertull. adu. Marc. 4, 8. Subostendens Idem de Anima cap. 12. *Conf.* Idem adu. Hermog. cap. 37. *et adu. Valent. cap. 1.*

SVBOSTENSVS, a, um. Spes aduentus domini subostensa Tertull. de Bapt. c. 19.

SVBPAETVLVS, a, um. Oculi subpaetuli Varronis *esse dicuntur.*

SVBPALLĪDVS, a, um. Adj. [*ὑποπαλῖδος*] *Aliquantulum pallidus.* Cels. 5, 28, 13 *de meliceria*, Alterum est minus super corpus emittens, durum, latum, subviride, subpallidum, magis exulceratum. *Conf.* Idem 2, 4 *extr.* *et* 5, 18 *et* 26.

SVBPALPO, āre. *f.* SVBPALPOR, āri. Ocepit eius matri subpalparier Plaut. Mil. 2, 1, 28. Non dicam dolo, utpote subpalpandi nescius Symmach. Ep. 1, 90.

SVBPAR, *vid.* SVPPAR.

SVBPATEO, ěre. Apul. Met. 7 p. 198 Immitto me campis subpatentibus. Fouca fruticibus imis subpatet Idem 8 p. 210.

SVBPERTVRBO, *Aliquantulum perturbo.* Sen. de Morte Claud. 25 *fin.* Pusillum subperturbatur.

SVBPINGO, ěre. Ignito subpinxerit ora rubore Auien. Prognost. Arat. v. 132.

SVBPINGVIS, e. Adj. [*ὑποπαχῆς*] *Aliquantulum pingue.* Cels. 6, 4 Peius est quod densam cutem, et subpinguem, et ex toto glabram fecit.

SVBPRAEFFECTVS, i. m. Inscr. Grut. *Conf.* Fabrett. p. 345.

SVBPRAETOR, oris. m. Inscript. Grut.

SVBPRINCIPALIS, e. *Vt in musicis*, Tonus subprincipalis Mart. Capella 9 p. 315.

SVBPROCVRATOR, ōris. m. Inscript. Grut.

SVBPVDET, *vid.* SVPPVDET.

SVBPVNGO, ěre. Miseros subpungit anhelitus artus Eugen. Tolet. Carm. 5 *extr.*

SVBRADIARE *per allegoriam, vel figuram aliam indicare aliquid.* Tertull. de Resurr. Carn. 29 *pr.* Igitur si et allegoricae scripturae, et argumenta rerum, et simplices voces resurrectionem carnis, quamquam sine nominatione ipsius substantiae subradiant, *vid.* SVBRVTILARE.

SVBRĀDO, ěre. *Ab inferiori parte radere.* Cato de R. R. c. 50 In vinea ficos subradito *altc.* Ammian. 28, 2 Subradens barbaros fines ultra flumen. Arbor ferrea strigili subrasa; hilarior fiet Pallad. 5, 4.

SVBRANCĪDVS, a, um. Adj. [*ὑποβραγχῆς*] *Aliquantulum rancidus.* Cic. in Pison. 67 c. 27 Exstructa mensa non conchyliis aut piscibus, sed multa carne subrancida.

SVBRAVCVS, a, um. Adj. [*ὑποβραυχῆς*] *Vtunque raucus.* Cic. de Clar. Orat. 14 c. 38 *pr.* Omnisque motus cum verbis sententiisque consentiens, vox permanens verum subrauca natura. *Adu.* Subraucum et lugubre strepens Ammian. 31, 16.

SVBRECTVS, *vid.* SVBRIGO.

SVBREFICIO, *unde*

SVBREFECTVS, a, um. Part. *Aliquantulum refectus.* Patere. 2, 123, 3 Subrefectus primo conspectu alloquioque carissimi sibi spiritus. *De Caesare Augusto moribundo loquitur.*

SVBREGVLVS, i. m. Agilimundus subregulus aliique optimates, *i. minor regulus, maiori subiectus*, Ammian. 17, 27 (Valef. 12 *extr.*)

SVBREMANEO, ěre. Aqua nec in fine subremanet Tertull. de Anima c. 18.

SVBRENALIS, e. Subrenalis morbus Veget. 1, 18.

SVBREMĪGO, āre. [*ὑπερέω*] *Subtus remigare.* Plin. 9, 20 Caeteris subremigans brachiis, media cauda ut gubernaculo se regit. Virg. Aen. 10, 227 — Dextra puppim tenet, ipsaque dorso Eminent, ac laeva tacitis subremigat undis, *i. Subnatat, ut ait, Seruius.* *Conf.* Seuer. de Aetna v. 168. Duce luxuria et subremigante s. potius velificante nequitia Calp. Flacc. Declam. 20.

SVBREPO, *vel* SVRREPO, pli, ptum, ěre. [*ὑφρέπω, ὑφρεπύζω*] *Latenter arripere.* Plin. 34, 8 Fecit et puberem Apollinem subrepenti lacertae cominus sagitta insidiantem, *vid.* SVRREPO. Subrepunt clatris animalia Columel. 9, 1. Aetas iners subreplit, *Senectus tacite aduenit* Tibull. 1, 1, 71. Odorum vis surrepens fallaciter Plin. 21, 3. Pestis subrepens in inos artus Catul. de Lesbia 74 (77) 21. Horror tacitus subrepsit fratribus Stat. Theb. 11, 476. Subrepere se alicui, *Furtim siue clam recedere* Plaut. Mil. 1, 2, 62. Per voluptatem facilius vitia surrepunt Senec. Epist. 7. Cic. pro Sext. 126 c. 59 Is quum quotidie gladiatores spectaret, nunquam est conspectus: quum veniret, immergebat subito, quum sub tabulas subrepsit. Subrepsit haec appellatio paulatim Plin. 21, 2. Subrepsit animo iudicis insinuatio Quintil. 4, 1. Idem, Ita subrepsit animo iudicis 4, 5. Subrepsit illi obliuio Plin. 8, 22. Subrepsit mi Catull. 78, 3.

SVBREPTĪTO, āre. Frequent. Cato apud Gell. 10, 13 In cubiculum subrepsitare e conuiuio.

SVBRESIDEO, ěre. Subrefedi Tertull. ad Vxor. 2, 1. *i. paululum intermisi.*

SVBREPTICIVS, *etc.* *vid.* SVRRIPIO.

45 *tionibus.* Quum autem funis habet caput ad fuculam religatum, et vectes ducentes eam versant, funis se inuoluendo circum fuculam extenditur: et ita subleuant onera ad altitudinem et operum colloca-

45 *tionibus.* Quum autem funis habet caput ad fuculam religatum, et vectes ducentes eam versant, funis se inuoluendo circum fuculam extenditur: et ita subleuant onera ad altitudinem et operum colloca-

45 *tionibus.* Quum autem funis habet caput ad fuculam religatum, et vectes ducentes eam versant, funis se inuoluendo circum fuculam extenditur: et ita subleuant onera ad altitudinem et operum colloca-

45 *tionibus.* Quum autem funis habet caput ad fuculam religatum, et vectes ducentes eam versant, funis se inuoluendo circum fuculam extenditur: et ita subleuant onera ad altitudinem et operum colloca-

45 *tionibus.* Quum autem funis habet caput ad fuculam religatum, et vectes ducentes eam versant, funis se inuoluendo circum fuculam extenditur: et ita subleuant onera ad altitudinem et operum colloca-

45 *tionibus.* Quum autem funis habet caput ad fuculam religatum, et vectes ducentes eam versant, funis se inuoluendo circum fuculam extenditur: et ita subleuant onera ad altitudinem et operum colloca-

45 *tionibus.* Quum autem funis habet caput ad fuculam religatum, et vectes ducentes eam versant, funis se inuoluendo circum fuculam extenditur: et ita subleuant onera ad altitudinem et operum colloca-

45 *tionibus.* Quum autem funis habet caput ad fuculam religatum, et vectes ducentes eam versant, funis se inuoluendo circum fuculam extenditur: et ita subleuant onera ad altitudinem et operum colloca-

S V D

SV DARIUM, **SV DATOR**, etc. *vid.* **SVDO**.

50 **SVDES**, is. f. [*σφιδίωνος*] *Fustis acutus, genus teli militaris, paxillus igni torridus.* Virg. Aen. 7, 524 Sudibusue praecustis. Idem Georg. 2, 25 Quadrifidasue fudes, et acuto robore vallos. *Vbi* Seru. Vallus et Sudes idem est. Caes. Bell. Gall. 5, 18 Eiusdemque generis sub aqua defixae fudes flumine tegebantur. Idem Bell. Civil. 27

55 Fossas transversas viis perducunt, atque ibi fudes, stipitesque praecutos defixit. Conf. *Schurzfleisch.* Orthogr. p. 62. Densae fudes Claud. de Bell. Get. 216. Ferratae fudes Virg. Aen. 5, 208. Fra-

60 xineae fudes Virg. Georg. 2, 25. Vastae fudes Stat. Theb. 5, 386. Vsta fude miscere praecilia Propert. 4, 1, 30. Concurrere sudibus inter se Liu. 26, 51. Figere aliquem obuista fude Ouid. Met. 12, 299. Crebris sudibus percussae crates Lucan. 3, 494. Scutumque sudemque Gerere Tibul. 1, 10, 35. Torrere fudes Stat. Achill. 1, 437. Vibrare sudem Sil. 8, 554.

SV DICVLVM, aut **SE DVCVLVM**, i. n. Genus flagelli dictum, quod vapulantes sudantes facit Paull. Festi. *Sed malim a fude diminutum nomen putare.*

SV DIFICVS, *vid.* **SV DVM**.

SV DIS, is. f. [*σφιδίονα*] *Piscis.* Plin. 32, 11 Sunt praeterea a nullo auctore nominati, Sudis Latine appellata, a Graecis Sphyræna

70 nostro similis nomine, magnitudine inter amplissimos, rarus, sed tamen non degener.

SV DO, are. [*ἰδρῶν, ἰδῶν*] *Humor e corpore animali valde exercitate et calente expirans, quem ἀπὸ τῆς ὕδωρ, quod aquam significat, deriuatum nonnulli existimant.* Hor. de Arte Poët. 413 Qui studet optatam

75 cursu contingere metam, Multa tulit fecitque puer, Sudauit et alsit. Idem Scrm. 2, 2, 21 — Tu pulmentaria quaere Sudando. *Idem dicit quod Socrates, cum inambulando se opsonare famen dicebat.* In armis sudauit puer Stat. Silu. 3, 2, 123. Nuntiatum est deorum

80 sudasse simulacra Cic. de Diuin. 2, 58 c. 27. Vultusque in marmore sudat Elifae Sil. 1, 98. Cic. de Orat. 2, 223 Quum ille diceret se Sine causa sudare, minime mirum, inquit: modo enim existi de bal-

neis. *Cum Ablatiuo:* Liu. 27, 4 Quatuor signa sanguine multo diem ac noctem sudasse. *Humore sudant faxa* Lucret. 6, 945. *La-*

85 *cunae sudant tepido humore* Virg. Georg. 1, 117. *Cum Accusatiuo:* Idem Ecl. 4, 30 Et durae quercus sudabunt rosida mella. *Idem*

Ecl. 8, 54 *Sed Praelia sudare* Claud. de Nupt. Honor. III. *Et Sudauit impar praelium* Prudent. Perist. 2, 76. *i. cum sudore pugnare.*

Virg. Georg. 3, 203 *de equis*, Hic vel ad Elei metas, et maxima campi Sudabit spatia, et spumas aget ore cruentas. *Sudare, per trans-*

90 *lationem dixit Ter. pro Vehementer laborare, in Phorm. 4, 3, 23* Eia sudabis fatis, si cum illo incoepas homine: ea eloquentia est. *Vides sudare me iamdudum laborantem* Cic. Fam. 3, 12. *Add. Scholiast.* Iuuenal. 10, 178. *Torrent. ad Hor. Sat. 1, 9, 10.* Pro communibus

95 commodis sudare Cic. pro Sext. 139 c. 66. *Pass.* Tura balsamaque sudantur Tacit. Germ. 45, 9. *Ad superuacua sudatur* Senec. Epist. 4.

SV DANS, antis. Part. Grammaticus sudans multum, ac rubens, multum Gell. 19, 10. Sudanti cortice pinus Catull. 65, 106. *Add.* Petron. cap. 23 et 116.

100 **SV DĀTVS**, a, um. Partic. [*ἰδρωμένος*] *Vt, Labor gelido sudatus in Hamo* Stat. Theb. 5, 189. *Conf.* Sil. 3, 92. *Aestates inter bella sudatae* Pacat. Paneg. Theodos. c. 8. *Bella* Prudent. adu. Symmach. 2, 550. *Fibula sudata marito Veneris* Claud. de Rapt. Proserp. 2, 16. *Multo labore Cyclosum sudatus Thorax* Sil. 4,

105 435. *Manibus sudata Serenae Zona* Claud. Epigr. 20, 12. *In his omni-*

bus sudatus est cum sudore elaboratus, ut euigilata consilia. Ouid. Met. 10, 308 *Sudataque ligno Tura ferat, floresque alios Panchaica tellus.* *Aliter Vestis sudata, Sudore madefacta.* Quintil. 11, 3 *Et vigilandae noctes, et fuligo lucubrationum bibenda, et in sudata veste durandum.*

SVDATOR, ōris. m. [*ἰδρωτήρ*] Plin. 23, 1 *Dysentericis, sudatoribus, in longa tussi, in epiphoris, meracum.*

SVDATRIX, icis. f. [*ἰδρωτρα*] Martial. 12, 18 *Dum per limina te potentiorum, Sudatrix toga ventilat, etc. i. quae sudorem tibi elicit.*

SVDATORIVS, a, um. Adj. [*ἰδρωτικός*] Plaut. Stich. 1, 3, 73 *Vel vnctiones Graecas, sudatorias vel alias malis.*

SVDATORIVM, i. n. [*ἰδρωτήριον* Gloss. Gr. Lat.] Senec. de Vita Beata c. 7 *Circa balnea et sudatoria ac loca aedilem metuentia, etc.* Item Epist. 52 *Quid mihi cum sudatoriis, in quae ficus vapor corporum exhausturus includitur?*

SVDABVNDVS, a, um. Adj. [*ἰδρώων*] Lucan. ad Pison. 177 *Totaque ludos Turba repente suos iam sudabunda reliquit.*

SVDATIO, ōnis. f. Sen. Epist. 86 *Nisi Thasius lapis, quondam rarum spectaculum in aliquo templo, piscinas nostras circumdederit, in quas corpora multa sudatione exinanita demittamus.* Se sublaturus languorem sudationibus sperant Cels. 3, 2. In montibus Baijanis sunt loca sudationibus excauata Vitruu. 2, 6. *Add. Idem 5, 10 extr.* *Sudatio concamerata Vitruu. 5, 11. locus in palaestra, in quo sudatur, ut coenatio, ubi coenant homines.*

SVDOR, ōris. m. [*ἰδρῶς*] *Humor ille, qui exercitatis corporibus exprimitur: ex Graeco ἰδρῶς humor.* Plin. 10, 72 *Serpentes neque caloris, neque sanguinis, neque sudoris, vim habent, quae auiditatem naturalem sale augent.* Virg. Aen. 9, 458 — *Et multo phaleras sudore receptas.* Nec enim sanguis, nec sudor nisi e corpore fluit Cic. de Diuin. 2, 58. *Caeruleusque fluit toto de corpore sudor Ouid. Met. 9, 173.* Frigidus, Frigidi sudores Scrib. 180. 181. Plaut. Curc. 2, 6, 9. *Add. Torrent. ad Hor. Sat. 1, 9, 10.* Passerat. ad Propert. 2, 24, 3. Virg. Georg. 3, 444 *Vel quum tonnis Illotus adhaesit Sudor.* Idem ibid. 3, 564 35

Ardentes papulae, atque Immundus olentia sudor Membra sequebatur. Seruius interpretatur Morbum pedicularem, id est φθῆγλαιον. Pestiferus sudor, vid. PESTIFERVS, in PESTIS. Virg. Aen. 9, 813

— Tum toto corpore sudor
Liquitur, et piceum, nec respirare potestas,
Flumen agit. Niger.

Apparet sudor Scribon. 188. *Ardet puluis crudis virum sudoribus Stat. Theb. 1, 422.* Effeti artus tepidis sudoribus Idem ibid. 6, 470. *Calens sudore belli Idem ibid. 8, 7.* Consequi multum sudorem Cic. de Orat. 3, 6. *Ducere sudores Scribon. 217 de emplastro.* Elicere sudorem Cels. 2, 17 pr. *Emittere sudorem Plin. 6, 18.* Iit falsus sudor per artus Virg. Aen. 2, 174. *Quibusdam etiam constantissimis in conspectu populi sudor Erumpit Senec. Epist. 11.* Fluit sudor vndique riuis Id. Aen. 5, 200. *Fumantes sudore equi Id. ibid. 12, 338.* Insequitur sudor Scrib. 188. *Madentes paruo sudore vultus Sil. 12, 642.* Manant sudores frigidi Scribon. 180. — per artus Idem 198. *Manat sudor e toto corpore Lucret. 6, 944.* Manabat gelidus toto corpore sudor Virg. Aen. 3, 175. *Manavit Hercules simulacrum multo sudore Cic. de Diuin. 1, 74.* Occupat obsessos frigidus sudor artus Ouid. Met. 5, 632. *Pestiferus sudor Cels. 2, 6.* Remittit se sudor Idem 2, 3. *Sudoribus ora Puluerulenta Rubent Claud. de Laud. Stil. 2, 245.* Subsequitur sudor Scribon. 181 sq. *Tollere reliquias per sudores Idem 160. de fomento.* Sudor Veneris Lucret. 4, 1122. *quem thalassina vestis potat, nihil aliud est, quam naturalis sudor, pullis Veneris sollempnis.* Sudor, pro Labore: Cic. pro Fonteio 2 c. 1 *Qui cum ipso M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt: multoque eius sudore ac labore sub Pop. Rom. imperium ditionemque ceciderunt. de Gallis.* Stylus ille tuus, multi sudoris est Cic. de Orat. 1, 257 c. 60. *Conf. Drakenb. ad Sil. 4, 435.*

¶ 2 *Sudor, pro Humore a Lucretio 2, 464 usurpatur, Sudor vti maris est, inquit, etc. Nempe ut monuimus sudor, est ἰδρῶς, unde Vdus quoque et Vdor.* Etiam Seren. Sammon. 88 *Marris rapidi sudor simpliciter videtur aqua marina esse, non ἀλῶς ἀχρη, spuma maris, Alcyonium.* Huc etiam refero Varron. L. L. 4, 5 p. 12, 6 *Hinc Vdus, vuidus: hinc Sudor quiuis deorsum in terra humber. Quidquid sit de reliquis, Sudor hic videtur humor.* ¶ 3 *Sudor, i. serenitas caeli, quod sudum dicitur, cum serenum est. vid. Gronou. ad Stat. Silu. p. 313.*

SVDARIUM, i. n. *Linteum, quo sudor faciei detergitur, et naues purgantur.* Sueton. Neron. c. 48 *Adoperto capite, et ante faciem obtento sudario, equum adscendit quatuor solis comitantibus.* Ibid. c. 25 *Parceret arteriis, ac sudarium ad os applicaret.* Catul. 12, 14 *Sudaria Setaba.* Quintil. 5, 3 *Quum reus agente in eum Caluo candido frontem sudario detergeret, etc. Conf. Catull. 12, 14. et 25, 7. Petron. c. 67.*

SVDARIOLVN, i. n. Dimin. *Vfus est D. Hieronymus ad Nepotianum De vita clericorum. Et Apul. in Apolog. p. 308.*

SVDARIVS, i. m. *Faciet ex coitu sudarios Firmic. 3, 7.*

SVDORVS, a, um. *Sudoro affatim corpore diutine obrigui Apul. Flor. 3 p. 354.*

SVDVM, i. n. [*αἰθρῖον*] *Serenum, Siccum, quasi seudum, id est sine vdo Paullus Festi.* Virg. Aen. 8, 528 *Arma inter nubem, caeli regione serena Per sudum rutilare vident.* Sudum, Serenum tempus post pluuiam Plaut. Milit. 1, 1, 2. *Idem Rud. 1, 2, 35* *Qui pertegamus villam dum sudum est.* Cic. Fam. 16, 18 *Horologium mittam et libros si erit sudum.* Ver sudum Virg. Georg. 4, 77. *Sub Aëre sudo Alcim. Auit. 1, 223.* Nubes suda Senec. Qu. Nat. 2, 26. *Nudo sudoque luminis Splendore Apul. Met. 11 p. 260.*

SVEO, ēui, ētum, ēre. [*φῆλω*] *Antiquum verbum: unde Suesco, suescis.* Nec voces cernere suemus Lucret. 1, 301. *duabus syllabis. Sed trisyllabum est* Lucret. 1, 54 — *Et semina rerum Appellare suemus, s. Solemus.* Idem 6, 793 *Concidere vt pronos mittere suerunt.* Has Graeci stellas Hyadas vocitare suerunt Cic. de Nat. Deor. 2, 111 cap. 43. *Lucret. 4, 304* *Quinque etiam sexue vt fieri simulacra fuerint.* Idem 5, 910 — *Et gemmis florere arbuta suesse.*

SUESCO, ēui, ētum, ēre. [*ἰθῆσκω*] *Consuetudinem capere.* Cic. 105

Fam. 15, 8 A te id quod fuesti peto in maiorem modum, vt me absentem diligas atque defendas. Claud. de Rapt, Proserp. 3, 175

— Haec post cunabula dulci

Ferre sinu, summoque Ioui deducere paruam

Sueuerat, et genibus ludentem aptare paternis.

5 Add. Idem de Consul. Prob. et Olyb. v. 44. Suefcere militiae Tacit. Ann. 2, 44. Et transitue, Idem Ann. 2, 52, 3 Suefcere quemuis disciplinâ.

SVĒTVS, a, um. Partic. [ἄριστος] Virg. Aen. 5, 402

— Geminos immani pondere caestus

Proiecit: quibus acer Eryx in praelia fuetus

Ferre manum.

Conf. ibid. v. 414. Cic. Att. 6, 2 Ita multae ciuitates omni aere alieno liberatae, multae valde leuatae sunt, omnes suis legibus et iudiciis fuetae ἀνονομίαν adeptae reuixerunt. Lucan. 1, 325 Bella nefanda parat fuetus ciuilibus armis. Latrociniis fuetus Sallust. Fragm. c. 12. et Tacit. Ann. 2, 52, 1. Seruitio Id. Ann. 12, 50, 4. Adulatio fuetâ Idem ibid. 13, 8. Secundis rebus oriri fuetâ mala Sallust. Fragm. c. 1. Praeter alia fuetâ bello Tac. Ann. 15, 12, 2. Requies fuetâ Idem ibid. 3, 45.

SVĒRA, ac. f. *Suilla caro antiquis.* Varro, Offula, ab offa minima fuerat. Sueris item pro Suis dicebatur. Idem Varro, Perna a pede; fueris, a nomine eius. Annotauit Turnebus.

SVĒSSA, ac. f. [Σέσσα] Campaniae oppidum. Plin. 3, 5 Quod Tarquinii Superbus expugnauit. Sil. 8, 400 Attritaque bellis Sueffa.

SVĒSSIO, A quo Sueffiones incolae Galliae Belgicae, oppidum nobilissimum, et in eo populi, olim Nouiodunum. Plin. 4, 17 In prouincia Remensi Sueffio. Horum frequens est mentio apud Caes. Bell. Gall. 2, 4 et 12. et 7, 75 etc.

SVĒVI, orum. m. [Σένοι] Germaniae populi, gens valida, et bellicosissima. De qua Lucan. 2, 51 Fundat ab extremo flauos Aquilone Suevos, etc. Sen. Med. l. 9 Aut quos sub axe frigido succos legunt lucis Sueui nobiles Herciniis. Sil. 5, 134 Cassis erat munita viro, cui vertice surgens Triplex crista, iubas effundit crine Sueuo. Flaminius, de quo hic

35 loquitur, Sueuos vicerat.

SVĒVIA, ac. f. Regio Sueuorum Tacit. Germ. 43.

S V F

40 SVFFARCINO, ãre. *Instigare, inculcare, grauare, onerare.* Plaut. Curc. 2, 3, 10 Qui incedunt suffarcinati cum libris. Ter. Andr. 4, 5, 31 Verum vidi Cantharam suffarcinatam. Quod puerum sub veste portaret. Vbi Donatus, Proprium est anibus suffarcinatas esse. Feminam multis suffarcinat muneribus Apul. Met. 9 p. 389.

45 Ego iam bellule suffarcinatus Idem Met. 10 p. 246. de asino bellariis impleto et saturato. Suffarcinatos arcta non capiunt Paullin. Nol. Ep. 29 (al. 10) c. 2.

SVFFARRANEVS, a, um. Adi. A Farre, quemadmodum Corfarreatio deduct videtur, et significat Eum, qui far in castra conuebit, modicum, alienumue: non iusto commeatu aliquo, sed crebris, et vili institorum uecturis. Plin. 7, 43 l. 44 Cicero, mulionem cast sem suffarraneum fuisse, Harduin. Castrensis suffarranium, alterius vicarium. Sed uehementer fluctuat lectio. Vid. Turneb. 29, et Laet. ad b. l.

50 SVFFECTIO, vid. SVFFICIO.

SVFFENVS, i. m. *Pœta ineptus, qui se tamen plurimum admiraretur.* Hinc communi nomine vocantur Suffeni, qui stulte se admirantur. Catull. in Suffeno l. 22

— Neque idem vnquam

60 Aequè est beatus, ac poëma cum scribit
Tam gaudet in se, tamque se ipse miratur.

Sed concludit carmen ita: Nimirum idem omnes fallimur, neque est quisquam, quem non in aliqua re videre Suffenum Possis.

SVFFĒRO, suffers, sustuli, sublatum, sufferre. [ὑποφέρω, ὑπομένω, 65 κατώ, στεγάζω] Sustinere, perpeti. Virg. Aen. 2, 492 — Nec claustra, nec ipsi Custodes sufferre valent. Vix suffero Anhelitum Plaut. Merc. 1, 2, 4. vox valde satagentis. Ter. Heaut. 3, 1, 44 Satrapes si fiet amator, nunquam sufferre eius sumtum queat. Inunctionem sufferre Scribon. 29. Laborem sufferre Plaut. Merc. 70 5, 2, 21. Laborem durum sufferre Lucret. 5, 1271. Add. Idem 1, 1013. Plus oneris sustuli, quam ferre possum Cic. pro Rosc. Amer. 10 c. 4. Sufferre, Pati, Plaut. Curc. 3, 6. Ter. Andr. 5, 3, 17 An vt pro huius peccatis ego supplicium sufferam. Malum: nisi hoc peius sit, haec sufferre et perpeti Cic. Fam. 4, 5. Idem

75 pro Caecin. 98 Quam Mulctam si sufferre voluissent, tamen manere in ciuitate potuissent. Idem in Catil. 2, 28 c. 13 Quod ego sic administrabo, Quirites, vt si villo modo fieri poterit, ne improbus quidem quisquam in hac vrbe Poenam sui sceleris sufferat.

SVFFERENTIA, ac. f. *Tolerantia.* Tertull. de Orat. cap. 4 Ad sufferentiam nosmetipsos praemonemus. Add. Idem ibid. et adu. Marc. 4, 14.

SVFFERTVS, a, um. [πικρός] Formam habet Participii a Suffercio, vt differtus, Refertus. Sen. Nat. Quaest. 1, 5 Praeterea quum dicitur tibi, nubem sole esse suffertam, non dicitur, colorem illum

85 immistum esse velut duro corpori ac stabili et manenti, sed vt fluido et vago. Sed Gronou. suffectam quae melior lectio. Vid. SVFFICIO n. 4. Sueton. in Neron. c. 20 Mediaque in orchestra frequenter populo epulatus, si paullum subbibisset: aliquid se sufferti tinnituum Graeco sermone promissit. h. e. Cantaturum se

90 clarius aliquid, aut quod Graeci dicunt πικρόν, id est densum quippiam ac plenum, quod aures impleat.

SVFFERVEO, bui, ère. [ὑποζέω] Aliquantum feruere. Plin. 18, 11 Vulgo vero nec sufferuere faciunt. Vetus codex legit Sufferuefaciunt.

95 SVFFERVEFACIO, èci, actum, ère. [ὑποζεοποιέω] Plin. 12, 26 Odor vero in vino sufferuefacti antecedit alios. Idem 22, 25 In vesicae vero dolore, semuncia amyli cum ouo et passibus ouis sufferuefacta a balneo.

SVFFERVEFIO, fieri. [ὑποζεοποιέω] Aliquantum feruens fieri. Plin. 27, 9 Qui fidem promisso huic quaerunt, affirmant, lapillos, qui sufferuefiant, vna rumpi. In aqua subferuefieri Plin. 30, 6. Conf. Idem Valerian. 2, 17.

SVFFES, vel SVFES, ètis. m. *Lingua Punica Consul dicitur.* Liu. 30, 7 Senatum itaque Suffetes, quod velut Consulare imperium apud Carthaginienfes erat, vocauerunt. Idem 28, 37 Infestae ob dire-

directa quaedam ab conscendentibus naues militibus, ad colloquium Suffetes eorum, qui summus Poenis est magistratus, cum Quaestore elicit. *conf.* Sen. de Tranq. An. c. 3. Fufes scriptit Festus. *Ebraeis etiam שׂוֹפֵר iudex est.*

SUFFIBVLVM, i. n. [*ὑποπόριον*] est, ut ait Festus, Vestimentum album, praetextum, quadrangulum oblongum, quod in capite Vestales virgines sacrificantes habebant: idque fibula comprehendatur: unde nomen esse videtur, quod sub fibula comprehenditur.

SUFFICIO, ēci, cctum, ēre. [*ἀρκέω, διαρκέω, ἐξαρκέω, ἐπαρκέω*] Satis esse. Plin. Epist. 10, 25 Mihi autem vel sola voluntas tua suffecisset. Stat. Silu. 5, 2, 175 Vade puer, tantisque enixus suffice donis. Plin. Paneg. 77 Quis nostrum idem curae, idem sudoris sumit? quis adeo expetitis honoribus aut deseruit, aut sufficit? Sueton. de Clar. Gram. 23 Luxuriae ita indulgit, ut saepius in die lauaretur, nec sufficeret. Postea quam immensae gulae impudicissimi corporis quaestus sufficere non potuit Pseudo-Cic. in Sallust. 13. Nec sufficit umbo ictibus: i. Non potest ferre ictus Virg. Aen. 9, 810. Animus sufficit malis Ouid. Trist. 3, 2, 13. Animus animo Senec. de Benef. 2, 31. Cupiditati paucorum sufficere Cic. Verr. 5, 126. Sufficit hic mons alimentis hominum Liu. 29, 23. Large sufficiens praedium annuis victibus Plin. 7, 46. Sufficere, absolute, i. posse Virg. Aen. 5, 21 Nec nos obniti contra, nec tendere tantum Sufficimus. Quae vix suffecimus ipsi Per partes spectare suas Calpurn. Ecl. 7, 35. Quamquam nec scribae sufficere, nec tabulae nomina illorum capere potuerunt Cic. Philipp. 2, 16. Non sufficientibus iam viribus ad consularia munera obeunda Liu. 2, 8. Quinctil. 1, 12, 1 Ad quas nec mens, nec corpus, nec dies ipsa sufficiat. Adeo resolutus, ut ne ad euellendum quidem telum sufficeret dextra Curt. 9, 5, 10. Sufficere cum Accusatio, Subministrare. Virg. Georg. 2, 423 Ipsa fati tellus quum dente recluditur vno, Sufficit humorem. Ibid. 30 435 Aut illae pecori frondem, aut pastoribus umbram Sufficiunt, sepeque fati, et pabula mellis. Milites excursionibus Liu. 3, 61. Terra vrbi rerum abundantiam sufficit Iustin. 44, 1, 4. Sufficere, Substituere. Virg. Georg. 2, 65 Atque aliam ex alia generando suffice prolem. Cic. pro Muraen. 82 Nam ne sufficiatur Consul non timent. Cum Patre in Hispaniam profectus est: cuius post obitum Hasdrubale imperatore suffecto etc. Nep. 23, 3, 1. Sufficere in locum, [*ἀντικαθίσταται*] Liu. 5, 31. Idem 22, 25 Nec tamen ne ita quidem prius dimittendum ad exercitum Q. Fabium, quam COS. in locum C. Flamini suffecisset. Cic. Fam. 5, 10 Si mehercule Appii os haberem, in cuius locum suffectus sum. *conf.* Iustin. 22, 1, 12.

Sufficere, tinctorum est, ut inficere. Significat Substernere colorem, cui alius deinde inducatur. Cic. in Hortens. ap. Non. 4, 405 Ut ii, qui combibi purpuram volunt, sufficiunt prius lanam medicamentis quibusdam. Virg. Aen. 2, 210 Ardentesque oculos suffecti sanguine c. igni. Maculis suffecta genas Valer. Argon. 2, 105. Nubes fore suffecta Sen. Qu. Nat. 1, 5. add. 5, 16. Lumina suffecta lecti Valer. Argon. 1, 821.

SUFFICIENTIS, entis. Partic. Paullus in l. Consciuntur. D. de iur. codicil. Quid enim si sufficientium testium facultatem non habent? Sufficiens vigori animi compages corporis Vell. Patere. 2, Sufficiens malis Curt. 8, 4, 10. Sufficientissima definit Tertull. adu. Marc. 5, 2.

SUFFECTVRVS, a, um. Partic. [*διαρκήσω*] Illa suffectura calcaribus Stat. Silu. 1, 1, 50.

SUFFICIENTER. Adu. Ne primis quidem apicibus sufficienter initiatus Sidon. Epist. 2, 1. Vlpianus in l. Sed et si quid. §. 1. D. de usufruct. et quemadmodum. Sufficenter autem alere, et vestire debet, secundum ordinem et dignitatem mancipiorum. *conf.* Pallad. 1, 25.

SUFFICIENTIA, ae. f. Ad sui sufficientiam peruenire Sidon. Epist. 6, 12. Sit comes alna salus et sufficientia victus Eugen. Toletan. Carm. 1. *uterque ἀντάγκων voluit dicere* Tertull. ad Vxor. 1, 4. Vulg. 1 Timoth. 6, 6.

SUFFECTVS, a, um. Suffectus alteri Iustin. 5, 6, 1. Suffectis in loca eorum nouis regibus Id. 11, 10, 7. *Vid.* SUFFICIO n. 3.

SUFFECTIO, ōnis. f. *Substitutio.* Arnob. 5 p. 166. et 7 p. 212. et Tertull. de Anim. c. 28.

SUFFIGO, xi, xum, ēre. [*ὑφθλώω*] *Subtus affigere.* Plin. 33, 3 Agonem Teium Alexandri Magni praefectum aureis clauis suffigere crepidas. In altissimam crucem suffigere Iustin. 18, 7, 15. Cic. in Pison. 42 c. 18 An ego, si te et Gabinium cruci suffixos viderem? A Poenis Patibulo suffixus est Iustin. 22, 7, 8. Hirt. de Bell. Afr. c. 66 In cruce omnes suffixit. Et Hor. Serm. 1, 3, 82 In cruce suffigat Seruum. Scimulos nouos suffixit dolori Sen. Theb. 1. Septem Verubus corporis tui membra lacerata subfigunt Firmic. de Err. Prof. Relig. c. 8.

SUFFIXVS, a, um. Partic. [*ὑφθλωμένος*] *Vt, Robore erecto suffixus* Sil. 1, 153. Ianua suffixa tigillo Catull. 68, 39. Nec subleuati, sed suffixi Sen. de Tranquill. An. c. 10.

SUFFIYO, iui, itum, ire. [*ὑποθυμιάζω, θυμιάζω*] *Fumo curare, Suffumigare.* Plin. 26, 13 Hippocrates ruta vuluarum causa naturam suffire iubet. Columel. 12, 18 Cella quoque vinaria omni stercore liberanda, et bonis odoribus suffiunda. Propert. 4, 9, 55 Dein quaecunque locum externae tetigere puellae Suffiit, et pura limina tergit aqua. Tetrus se suffit Odoribus ipsa Lucret. 4, 1168. Thymo suffire Virg. Georg. 4, 241. Ignibus aetheriis terras suffire feraces Lucret. 2, 1096.

SUFFITVS, a, um. Partic. [*ὑποθυμιάζεις*] Plin. 20, 17 Animum dolores capitis leuat suffitum naribus. Columel. 9, 14 Suffitas deinde et aestiuantes apes refrigerare oportet.

SUFFITVS, ūs. m. [*ὑποθυμιασμός*] *Suffumigatio.* Plin. Et vuluarum conuersionem suffitu excitant. Idem 24, 11. 23, 5 etc.

SUFFITIO, ōnis. f. [*ὑποθυμιάσις*] Colum. 1, 6, 20 Ne rursus nimia suffitione medicata sint. Idem 12, 50. Orpheus et Hesioidus suffitiones commendauerunt Plin. 25, 2. Verbenarum suffitio Arnob. 5 p. 156. Nubes suffitionis exaestuare dicuntur Eid. 7 p. 233.

SUFFIMEN, inis. n. [*ὑποθυμία*] *Idem.* Ouid. Fast. 4, 731 I, pete virginea populus, suffimen ab ara.

SUFFIMENTVM, i. n. [*θυμιάμα*] *Idem.* Plin. 15, 29 l. 36 de Myrto, Et in ea quoque arbore suffimenti genus habetur, i. ad suffitus ea utuntur. Ibid. c. 30 l. 40 de Lauro, Ob has causas equidem crediderim honorem ei habitum in triumphis potius, quam quia suffimentum sit caedis hostium et purgatio, ut tradit Masurius. Festus: Suffimenta a veteribus dicta sunt, quae fieri solebant ex faba, milioque molito, mulso sparso: ea diis eo tempore dabantur, quo vnae

calcatae prelo premebantur. Cic. de Legib. 1, 40 c. 14 pr. Nam et in iis sine illius suffimentis expiati sumus.

SUFFIMENTO, Ære. Suffimentare aliquid Veget. de Re Veter. 3, 2.

5 SUFFITOR, Æris. m. [ὑποθυμιατής] Plin. 34, 8 Lycus et ipse puerum suffitorem.

SUFFISCVS, f. m. Folliculus testium arietinorum, quo utebantur pro marsupio Fest.

SUFFLAMEN, SUFFLAMINO, vid. SUFFLO.

10 SUFFLAMMO, Ære. Si calumniam plecibilibi sufflammat inuidiã, in eo iam præcessit vindicta pulsati Sidon. Ep. 4, 6.

SUFFLAVVS, vel SUFFLAVVS, a, um. Adi. Aliquantulum flavus, Suet. in Neron. c. 51 Statura fuit pæne iusta, corpore maculoso et foedo, sufflauo capillo. add. Id. Aug. c. 79.

15 SUFFLO, Ære. [ὑπνίζω, ὑποφυσάω] Flatum immittere Plin. 34, 8 f. 19, 17 Buthyreus Lycius Myronis discipulus fuit, qui fecit dignum præceptore puerum, sufflantem languidos ignes.

Sufflare buccas Plaut. Stich. 5, 4, 42. Gladiatores decrepitos si sufflantes, cecidissent Petron. c. 45.

Sufflare buccis Martial. 3, 17.

Sufflauit nescio

20 quid vxori, h. e. Insufflauit, In aurem dixit. Plaut. Cas. 3, 3, 19. conf. Casaub. ad Perf. 4, 20 p. 333.

Naribus sufflare Scribon. 16.

i. insufflare.

25 SUFFLĀTVS, a, um. Partic. Proprie tumidum et reatum, et quasi vento quodam elatius factum. Varr. Agath. Neque auro, aut genere, aut multiplici scientia sufflatus quaerit Socratis vestigia Nonnius 1, 227.

Corpus sufflatum Scribon. 134.

Sufflata cutis distentiu Plin. 8, 38.

Add. Plaut. Bacch. 4, 2, 21. Gell. 7, 14. Auget.

30 ad Her. 4, 13 c. 10 Graui figurae, quae laudanda est, propinqua est ea, quae fugienda est, quae recte videbitur appellari, si sufflata nominabitur. Nam ut corporis bonam habitudinem humor imitatur saepe, ita grauis oratio saepe imperitis vocatur ea, quae turget et inflata est etc.

SUFFLABĪLIS, e. Adi. Prudent. Apoth. 842 Spiramus quotiens animae sufflabilis auras, verbo, Spiritum commeantem per arteriam.

35 SUFFLĀTIO, Ænis. f. [ὑποφυσίωσις] Plin. 9, 7 Præterea bullantium aquarum sufflatio, lunaeque effectum concharum quoque corpora auget. conf. Id. 9, 29.

SUFFLATORIVM, i. n. Vulg. Ierem. 6, 29. Follis, quo ignis sufflatur.

40 SUFFLĀMEN, Ænis. n. Retinaculum rotæ decurrentis, ne velocius decurrat. Tardat sufflamine currum Prudent. Psychom. v. 417. Iuven. Sat. 16, 50 Quod placitum est illis præstatum tempus agendi: Nec res atteritur longo sufflamine litis.

Idem Sat. 8, 148 Ipse rotam stringit multo sufflamine Consul. conf. Scholiast. Verbo, accusat

45 Poeta insanum studium aurigandi in ipsis primis personis, quod vix liberis dignum Romani veteres putarant.

SUFFLAMĪNO, Ære. Sufflamine comprimere et retinere. Seneca

Declam. 4 Tanta illi erat velocitas orationis, ut vitium fieret. Itaque diuus Augustus optime dixit, Aterius noster sufflaminandus est.

Vbi alias legitur Sufflamandus, alias Suffibulandus. Seneca de Morte

50 Claudii, Aliquando Ixionis miseri rotam sufflaminandam.

SUFFOCO, Ære. [ἄσχω, πνίγω] Ex Sub et Faux compositum, AV

in O productam conuersq; significat Spiritum præcludere, veluti obstriculis faucibus. Suffocat, πνίγει, λαρυγγίζε Gloss. Quidii esse dicitur, sed falso, si non destituit nos Index Burmannianae, Suffocent animam

55 dira venena tuam. Lucret. 3, 904 Aut in melle situm suffocari atque rigere Frigore.

60 Ne suffocata, cruore Quae maculantur, edant Arator in Aet. Apost. c. 15. Gallum gallinaceum suffocare Cic. pro Muraen. 61.

Suffocare fame urbem, pro Opprimere et extinguere. Cic. Att. 9, 6 (7)

¶ 2 Suffoco, penultima correpta, voluit esse a foco, et significare πνίγω, accendere ignem suffocandi causa: sic certe Scaliger apud Propert. 4, 8, 84 Suffocat et pura limina tergit aqua. Sed cum nondum alius auctor sit verbi, Sufficit cum Brouckhus. ex optimis libris legendum est.

SUFFOCĀTIQ, Ænis. f. [πνίξις, ἄσχοτον] Plin. 20, 5 pr. Eius semen contritum, et in vino potum, tumorem aluum, et suffocationes mulierum, doloresque lenit. conf. Sen. Ep. 54.

65 SUFFOCABILIS, e. Adi. Actiue, Suffocandi vim habens. Parvus locus suffocabilis erit æris paupertate Cael. Aurel. Tard. 9.

SUFFODĪO, fodi, fossum, Ære. [ὑποφύρω] Subtus excavare.

70 Columel. 2, 18 Neque suem velimus impasci, quoniam rostro suffodiat, et caespites excitet. Suffodere equos, Confodere, enecare Caes. Bell. Gall. 4, 12.

Suffodere montem Plin. 36, 15. Alexandria est fere tota suffossa Hirt. B. Alex. c. 5.

75 SUFFOSSVS, a, um. Partic. [ὑποφυσίωσις] Cic. de Arusp. Resp. 32 c. 15 A Sext. Sarrano sanctissima facella suffossa, incensa, inaediticata, oppressa. Virg. Aen. 11, 671 — Quorum alter habenas Suffosso reuolutus equo, dum colligit, etc. i. calcaribus fesso et sic irritato: vel etiam ab vulnerato hostili manu. Seruius, Suffisso. i. e. Casuro, nam Suffusi equi dicuntur, quos vulgo caespitatores vocant. Alii Suffosso legunt. i. e. Praecipiti et iam cadenti. Haec Seruius, quae probet, cui placent. Add. Tac. A. 1, 65, 6. Mela 2, 1.

SUFFOSSIO, Ænis. f. Seneca Epist. 50 (49) Quum hostilia in partes tela fibrarent, et ipsum solum suffossionibus tremere et cuniculis. Neque arietes neque suffossiones valent nocere Vitruu. 1, 5.

85 SUFFRĀGO, Ænis. f. [καυμή] Dicitur in posterioribus pedibus animalium, quod in prioribus sunt Genua. Sed non satis sibi constare videntur: interdum enim est nodus sub utrisque cruribus, quo pedis versura constat, tibiaeque ita annexitur per, ut verti possit, in bobus, equis, et caeteris armentis. Dictae Suffragines, quod Suffringantur, hoc est in alium frangantur. Posteriore intellectu ponit Pedes et deinde suffragines Columel. 6, 15, 2. Priori Plin. 11, 45 Quae animal generant, genua ante se flectunt, et suffraginum artus in auersum. Plin. 8, 45 Vicinarum probatio in vitulo, ut cauda articulum suffraginis contingat. Idem, Aues et quadrupedes alas in priora curuant: suffragines in posteriora. Plin. 8, 15 Nullo suffraginum flexu. Idem 30, 6

90 Aquilae pedes euellunt in aduersum a suffragine, etc. conf. Id. 11, 37. Solin. c. 33. Isidor. 11, 1.

¶ 2 Est etiam vitium pedis in iumentis, si audimus Ruell. Hippiatr. 1, 52. Sed locum Veget. Mulom 1, 26, 2 quem eo traheram in Lex. Rust. iam puto pertinere ad illam flexuram in pede, quae est ungulae proxima: quam ille alligari iubet, ut facilius elici sanguis et humor possit.

¶ 3 Suffragines dicuntur etiam Vitis soboles. Columel. 4, 24, 4 Et si soboles, quam rustici suffraginem vocant, radicibus adhaeret, diligenter explantanda, ferroque alleuanda est, ut hibernas aquas respuat. Etiam hic Suffrago

95 est imo pedi, cum hoc enim comparantur radices, proxima.

I 111

SUFFRAGINŌSVS, a, um. Adi. *Cuius suffragines morbo viatae sunt.* Columel. 6, 38, 2 *de mula*, Suffraginofae hordeacea farina imponitur.

SUFFRĀGOR, āri. [*ἡφρογορῶ*] *Dicitur Suffragari praesertim populus, cum se velle aliquid declarat.* Cum fragor sit vel maxime vox multitudinis, ut suo loco ostendimus; cum prisca simplicitas in comitiis clamore rem gesserit: videtur mihi non inepte dici, Suffragari populum, ut Succlamare, cum sententiam suam (secundo clamore, et fauente in primis) ostendit; refragari autem ut reclamare, cum repugnat, et nolle se ostendit. Modus Syllabae fra non debet evertere hanc etymologiam: cum non desint alia, in quibus diuersitatem sibi talem usus indulsit, ut cum Lucerna primam breuem habet etc. Caeterum in hoc verbo factum est, quod in multis aliis, ut etiam sublata ratione appellationis primae maneret tamen ipsa appellatio. Ita Suffragium est etiam singulorum, et Suffragatur etiam unus. Cic. de Legib. 1 Mihi enim videris fratrem laudando suffragari tibi. Caeterum Suffragari in primis etiam hoc significat. Suffragia multitudinis alicui sua gratia vel auctoritate comparare. Si nihil erit praeter ipsorum suffragium tenue est: si ut suffragentur, nihil valent gratia Idei pro Muraen. 7 c. 34. Hinc Suffragari dicuntur, quaecumque res populum inducunt, ad ferendum pro honore alicuius Suffragium. Nemo ab ignotis hominibus, nullis suffragantibus meritis, honore afficitur Idem de Petit. Conf. 1, 22 c. 7. Vide ite haec ipsa, quae despicias, huic suffragata sint Idem pro Planc. 18. Idem Verr. 5, 77 Cui legi cum vestra dignitas vehementer aduersaretur, istius spes falsa et insignis impudentia maxime suffragatur. Laudibus cuiuspiam suffragari Lentul. ad Cic. Fam. 12, 14. Idem Off. 1, 158 Quae cum vulgo viseretur, suffragata domino nouo homini ad Consulatum putabatur: de domo. Suffragante natura videris res maximas consequutus Idem Fam. 10, 5. conf. Colum. 3, 12. et 12, 30. Actiu. Multi Populi plurimae conciones dictaturam omnibus animis et studiis suffragauerunt Sisenna ap. Non. 7, 3. Liu. 28, 38 Conuenerant vndique non suffragandi modo, sed etiam spectandi causa P. Scipionis.

SUFFRAGATIO, ōnis. f. [*ἡφρογορῶ*] Cic. pro Muraen. 39 Tum vero in Consule declarando multum etiam apud vniuersum Populum Romanum auctoritatis habet suffragatio militaris. Urbana suffragatio Idem ibid. 39. Facilis suffragatio pro salute Idem pro Domo 45 c. 17. Idem pro Plancio 44 c. 18 negat legibus de ambitu, id esse actum, ut suffragatio tolleretur, i. studium parandi suffragia. Honestissima suffragatione petere honores Sallust. Iug. c. 40. Accedere ad dignitatem alterius suffragatione sua Cic. Fam. 10, 9. Perdere alienius officii suffragationem Idem pro Milon. 35. conf. Sen. Consol. ad Marc. c. 24. Diuina suffragatione foueri Val. Max. 4, 7 pr.

SUFFRAGATOR, ōris. m. [*ἡφρογορῶς*, *ἡφρογορῶς*] Qui suffragatur. Plaut. Caf. 2, 4, 20 Ibi ego te, et suffragatores vlciscar tuos. qui tibi fauent. Sed proprie Suffragator est, qui laudibus candidati praedicandis, sua illi gratia vel auctoritate quam plurima suffragia parare studet. Plin. 3, 20, 5 *de antiqua comitiarum ratione*, Citato nomine candidati, silentium summum. Dicebat ipse pro se — addebat quosdam ex suffragatoribus: illi grauius et paucis loquebantur. Varr. de R. R. 3, 5, 18 Studia Suffragatorum. Cic. pro Muraen. 16 c. 7 Tua vero nobilitas Serui Sulpiti tametsi summa est, tamen hominibus literatis et historicis est notior, populo vero et suffragatoribus obscurior. Quantam pecuniam cum suffragatore suo pepigerat Suet. Vesp. c. 23. add. Id. Caes. c. 73. Plin. Paneg. c. 92. Val. Max. 4, 5, 3. Apul. de Philof. p. 70. Capitolin. in Marc. extr. Conf. Valef. ad Ammian. 29 p. 391.

SUFFRAGATRIX, icis. f. Augustin. de Ciu. Dei 18, 9 et 10.

SUFFRAGATORIVS, a, um. Adi. [*ἡφρογορῶς*] Cic. de Petit. Conf. 21 c. 7 Modo intelligat te magni aestimare, ex animo agere, bene se ponere, fore ex eo non breuem et suffragatoriam, (quam promittere tantum suis suffragatoribus solent candidati, non item praestare) sed firmam et perpetuam amicitiam.

SUFFRAGIUM, i. n. Est illa vox, vel signum quodcumque sententiae, quo utuntur in comitiis iudicibusque ciues: respondet Graeco *ἡφρος*, quod cum calculum significaret, postea de omni genere declarandae sententiae adhibitum est. Cuius rei Romae duplicem fuisse rationem, constat, alteram, ubi clara voce vnusquisque, cuius id ius erat, sententiam diceret; alteram ubi taciti tabellam, sententiae suae indicem, demitterent in situam. Vid. TABELLA. Nos iam unum alterumque locum ponemus, unde illa Suffragiorum ratio et modus de iis loquendi illustretur. Cic. de Legib. 3, 10 c. 3 hanc legem posuerat, Creatio magistratuum, iudicia, populi iussa vetita, cum suffragio consciscuntur (i. decernuntur, conficiuntur) optimatibus nota, plebi libera sunt. Hanc legem declarare ac defendere studet n. 33 c. 15 tractatque quaestionem, Suffragia in magistratu mandando, aut reo iudicando, aut lege aut rogatione sciscenda clam an palam ferre, melius esset? — Ego in ea sum sententia, nihil ut fuerit in suffragiis voce melius — n. 34 Suffragandi nimia libido in non bonis causis eripienda fuit potentibus, non latebra danda populo, in qua, bonis ignorantibus quid quisque sentiret, tabella vitiosum occultaret suffragium. n. 38 c. 16 Leges tegunt omni ratione suffragium, ne quis inspiciat tabellam, ne roget, ne appellet. n. 39 Ut omittam largitione corrupta suffragia, non vides, si quando ambitus fileat, quaeri in suffragiis (ferendis ab his, qui ferre debent) quid optimi viri sentiant. Cic. pro C. Cornelio Fragm. circa med. Est vtique ius vetandi, cum lex feratur, quam diu non perfertur: quam diu qui suffragii ferendi causa conueniunt, huc et illuc transferuntur, dum priuati dicunt: dum tabellae diribentur, dum fitella (in quam conficiantur) desertur, dum aequantur sortes, dum sortitio sit. Varro de R. R. 3, 2 pr. Comitii aedilicis, cum solo caldo ego et Q. Axius Senator tribulis suffragia tulissemus, et candidato, cui studebamus, vellemus esse praesto, cum donum rediret. Quid esset Diribere suffragia, quid Dirinnere vel Diripere? in DIRIBEO et DIRIMO, quod satis est, disputauimus. Plin. 33, 2 Nongenti vocabantur ex omnibus selecti ad custodiendas cistas suffragiorum in comitiis, i. tabellarum, in quibus suffragia. Caeca suffragia Sil. 8, 257. inconsultus fauor populi. Cic. pro Planc. 45 c. 18 Suffragia largitione deuincta, i. Corrupta donis ut libera non sint. Eblandita suffragia Idem pro Planc. 10. Occulta de honore suffragia Idem Off. 2, 24. Tabellaria suffragia et vocalia Idem pro Planc. 16. et de Legib. 3, 44. Testarum suffragia Nep. 2, 8, 1. et 5, 3, 1. Tristia Suffragia, Damnosa electio magistratus Sil. 15, 737. Vitiosum Suffragium Cic. de Legib. 3, 35. Captare suffragia populi Hor. Epist. 2, 2, 103. Committere se suffragiis populi Vell. 2, 49, 5. 105

- Dantur libera populo suffragia Iunen. Sat. 8, 211. Ferre suffragium de capite alicuius Cic. pro Domo 46 c. 18. *conf.* Nep. 15, 8, 5. Fieri Consulem cunctis suffragiis Cic. Fam. 15, 12. Flagitare confusionem suffragiorum Idem pro Muraena, 47. Indulgere suffragio alicuius, *vid.* INDVLGEO. Incunt suffragia Quirites Liu. 3, 17. Mitti in suffragium, *vid.* MITTO. Vnusquisque studio et suffragio suo viam sibi ad beneficium impetrandum Munire possit Cic. de Lege Agr. 2, 17. Ornare suffragio, *vid.* ORNO. Priuare populum suffragiis Cic. de Lege Agr. 2, 17. *Metaphor.* Varro, *apud*
- 10 Tertull. ad Nation. 5 Creditam dicit elementorum diuinitatem, quod nihil omnino sine suffragio illorum gigni, ali, prouehi possit. 2 Suffragium, a Frango, frangis, FRA syllaba correpta, inueniri quidam putabant Ouid. de Nuce 119 Quid nisi suffragium nimbis ruitantibus essem? Sed legitur Suffugium nimbos vitantibus.
- 15 SVFFRENDO, ère. *Submissè, ut cum metu, frendere.* Inflata ceruice suffrendens Ammian. 15, 29. SVFFRENO, àre. *Vnde* SVFFRENATIO, ònis. f. *Colligatio et arcta structura, quae lapidem veluti freno retineat.* Plin. 36, 22 Globosus, contra iniurias fortis, sed ad structuram infidelis, nisi multa suffrenatione deuinctus. *de lapidis genere.* *Conf.* Isidor. 19, 10. SVFFRICO, ui, èum, et àui, àtum, àre. [*ὑποφρίω*] *Fricando leuare s. tollere, it. leniter fricare.* Prioris exemplum Columel. 12, 23 Nam oportebit post hunc numerum dierum confestim vinum emundare, et si quid faecis aut labris vasorum, aut lateribus inhaesit, eradi, ac suffricari, et protinus operculis impositis oblini. *add.* Id. ib. c. 38. Suffricare palpebras medicamento Cels. 6, 6. Palpebram suffricare Scribon. 37. i. *leniter fricare.* SVFFRINGO, ègi, àctum, ère. [*ὑποφρίω*] *Frangere partes inferiores, crura, talos.* Plaut. Rud. 4, 4, 15 Homini isti talos suffringi volo. Idem Truc. 2, 8, 8 Vt ego hisce suffringam talos. Cic. pro Rosc. Amer. 56 c. 20 Quod si luce quoque canes latrent, quum deos salutatum aliqui venerint, opinor iis crura suffringantur, quod acres sint etiam, tum quum suspicio nulla sit. *Add.* Lactant. 4, 26, 32. SVFFRIO, àre. [*ὑποφρίω*] *Idem quod Fricare, siue Minutim frangere, ad verbum significat.* Quare Columel. 12, 38, 4 Scopulis aridae myrti seria suffriatur, operculumque superimponitur, ne quid eo decidat: Suffricatur fortasse rectius est. SVFFVERAT, Sub eodem tecto fuerat. Festus. SVFFVGIO, fūgi, fugitum, ère. [*ὑποφύγω*] *Fugere sub tectum: vel ut subducere, clam et sensim fugere.* Liu. 24, 46 Imber a nocte media coortus, custodes vigilesque dilapsos e stationibus suffugere in tecta coëgit. *conf.* Suet. Tib. c. 27. Natura deum suffugit tactum manuum Lucret. 5, 151. Sensum suffugere Idem 4, 361. SVFFVGIVM, i. n. [*ὑποφυγή*] *Quo quis fugit auxilii gratia.* Solent et subterraneos specus aperire, eosque multo insuper fimo onerant, suffugium hiemi et receptaculum frugibus Tac. Germ. 16, 5. *conf.* Id. ib. 46, 6. *it.* Ann. 3, 74, 3. et 4, 66, 4. Plin. Ep. 9, 39. Quinctil. 9, 2, 78 Haec deuerticula et anfractus suffugia sunt infirmitatis, *vid.* ANFRACTVS. Ouid. de Nuce 119 Quid nisi suffugium nimbos vitantibus essem? Suffugium infelix miseris, et inhospita quercus Sil. 5, 509. SVFFVLICIO, iui, itum, vel si, tum, ire. [*ὑποφύλω*] *Subtus fulciendo sustinere.* Plaut. Milit. 2, 2, 54 Ecce autem aedificat, columnam mento suffulcit suo. Cibus suffulcit artus Lucret. 4, 865. *Conf.* Ammian. 30, 1. SVFFVLTVS, a, um. Partic. [*ὑποφύλλω*] *Laudatur Auctor ad Herenn. 4, 15 c. 10 Nam graui figurae, quae laudanda est, propinqua est ea, quae fugienda est, quae recte videtur appellari si suffulta nominabitur. Et sane sunt libri, in quibus ita legitur. Ac possis forte interpretari, vitiose exaggeratam, fulcris quibusdam impositam, quae mentiatur magnitudinem etc. Sed Suffulatam esse veriore lectionem vix dubitabit, qui considerauerit, quae sequuntur, Nam vt corporis bonam habitudinem tumor imitatur saepe: ita grauis oratio saepe imperitis videtur ea, quae turget et inflata est. Proprie Porticus suffulta paribus columnis Lucret. 4, 428.* SVFFVLCRVM, i. n. Vitruu. SVFFVMIGO, àre. [*ὑποκαπίγω*] *Subtus fumum excito.* Varr. de R. R. 3, 16 Si ex aluo minus frequentes euadunt, ac subsidit aliqua pars, suffumigandum, et prope fumus apponendus bene olentium herbarum, maxime apiastrum. Cels. 6, 6 Suffumigare oculos acribus medicamentis. Suffumigare vulnus Cels. 5, 27. Suffumigare sulphure Idem 4, 20. Columel. 12, 12 in fin. Lagenam in tabulatum quod suffumigatur, reponunt. Paulo ante dixerat, Lagenam in tabulatum, quod fumum accipit, reponunt. SVFFVMO aut SVBFVMO, àre. [*ὑποκαπίγω*] Gloss. Gr. Lat. SVFFVNDO, fūdi, fūsum, ère. [*ὑποφύω*] *Ad partes inferiores affundere, vel parce affundere, adspargere. Ex posteriori notione Plaut. Curcul. 1, 3, 3 Mane, suffundam aquulam. Idem Cistell. 1, 1, 36. Columel. 6 extr. Lassa et aestuanti mulae ad os in fauces dimittitur, vtrumque in os suffunditur, v. g. per strigilem, cornu, infudibulum. Suffundere vires cibo Varr. de R. R. 2, 8. Cels. 7, 2 Nam vbi post longos morbos totus corporis habitus vitiatus est, lateque se sinus suffundit, et in eo pars cutis pallet, scire licet in eam iam emortuam esse, et inutilem futuram. Suffundere aciem oculorum, pro Turbare subeunte illos sanguine Senec. de Ira 2. Idem de Clement. 2 c. 6 Imbecilles oculos esse scias, qui ad alienam lippitudinem suffunduntur. Virg. Georg. 1, 429 de Phoebe, s. Luna, At si virgineum suffuderit ore ruborem, Ventus erit. Absurde Seruius: Suffuderit, Forinsecus habuerit. Neque enim physicum hic Poëta se videri voluit, sed pingit erubescens virginem, cuius rubor profecto ab interioribus venit. Lucret. 3, 39 Omnia suffundens mortis nigrore. *Add.* Idem 6, 478. Rubore suffundi Sen. de Benef. 2, 1. et Epist. 11 post pr. *Conf.* Vitruu. 7, 12. Pallad. Ian. 21. Maculis suffundi Stat. Theb. 11, 121. SVFFVVSVS, a, uni. Partic. [*ὑποφύω*, *ὑποφύω*] *Vt, Candor suffusus purpureo sanguine Stat. Silu. 2, 1, 41. Genae suffusae igne Senec. Herc. Oct. 1405. Impudentia in ore multo rubore suffusa Plin. in Paneg. 48 extr. Monstri quiddam indicare vult, Impudentiam pudoris et virtutis adeo, colore pictam, et velut veste indutam. Cum natura ruber esset, non poterat erubescere Domitianus. Lacrimis oculos suffusa Virg. Aen. 1, 232. Liu. 30, 15 pr. Masanissae, haec audienti non rubor solum suffusus, sed lacrimae etiam obortae. Cic. de Nat. Deor. 2, 55 Nam tenuis ac perlucens et aequali calore suffusus aether, non satis aptus ad stellas continendas videtur. Cogitemus vas frigida plenum, cuius fundo affundatur calida, ea distribuet calorem**

lorem etc. Cordi suffusus sanguis Cic. Tusc. 1, 19. Oculis suffusus sanguis, et Suffusi cruore oculi Plin. 20, 13. Idem 31, 9. Oculi sanguine suffusi Scribon. 27. Lingua est suffusa veneno, Perfusa, infecta Ouid. Met. 2, 777. Malevolentia suffusus animus in caeteros. i. plenus irae et malevolentiae. Cic. Fam. 1, 9, 64 eadem metaphora, qua et liuor de inuidia dicitur. Sales suffusi felle, mixti amaritudine Ouid. Trist. 2, 565. Compar. Tertull. de Anima c. 38 Ab his autem annis (XIV) et suffusior et vestitior sexus est. Pubertatem verecunde et emphatice describit.

SVFFVSIO, ōnis. f. [ὑπόχυσις] Vt, Suffusio vini Apic. 1, 1. 10 Est et Medicorum vox, de humorum quorundam praeternaturali redundantia. Plin. 22, 23 In tussi vna, fellis veteri suffusione. Suffusio, speciatim Morbus oculorum, quem vulgo cataractam vocant. Oculos maior et perfecta suffusio excaecat, modica turbat Sen. Ep. 85. Plin. 21, 20 Habet suas utilitates contra suffusiones oculorum. Cels. 6, 6 15 Suffusio quoque, quam Graeci ὑπόχυσιν nominant, interdum oculi potentiae, qua cernit, se opponit. Quod si inueterauerit, manu curandum est. Inter initia nonnunquam etiam certis obseruationibus discutitur. Conf. Cels. 7, 7, 14. Plin. 28, 8. 29, 6. 34, 11. 35, 15. Sed etiam pedum morbus a nimia fatigatione itineris est Suffusio. Vid. 20 Veg. Mulom. 1, 38, 8. ¶ 2 Pro eo quod Infusum hodie vocare solent officinae Pallad. 1, 35, 9 Suffusio cucumeris agrestis et colocythidos contra mures.

SVFFVSORIVM, i. n. Suffusoria ex auro Vulg. Zachar. 4, 12. sic reddit ἐναγυρίδες in instrumento candelabri, quibus haustum ex maiori vase oleum affunditur lampadibus.

SVFFVNDĀTVS, a, um. Adj. [ὑποθεμελιωθεῖς] Fundamenti causa subiectus, dictum a Fundamentis, ut ait Nonius 1, 236 Varro, Antiqui nostri domibus latericiis paullulum modo lapidibus suffundatis, vt humorem effugerent, habitabant.

SVFFVRORE, ari. [ὑποκλέπτω] Clam furari. Plaut. Truc. 2, 7, 15 Haec cum video fieri, suffuror, suppiolo, de praeda praedam capio.

SVFFVSIO, SVFFVSVS, vid. SVFFVNDO.

S V G

35

SVGAMBER, et SVGAMBRI, vid. SICAMBRI.

SVGGĒRO, ūi, ūum, ēre. [ὑποβάλλω, διακίω, ὑπορίθνημι] Subministrare. Plaut. Men. 1, 3, 29 Madida quae mihi apposita mensam miluinam suggerant. Cibos suggerere alicui Stat. Theb. 9, 740. 40 Copiam argumentorum suggerere Cic. de Orat. 2, 117. Damna aleatoria saepe suggererantur Cic. Philipp. 2, 67 c. 27. i. afferebatur pecunia, unde solueret, quae luxu perdidisset. Cic. Att. 12, 44 p. 378 Graeu. Drusus ludus est suggerendus, i. arte aliqua ab suo consilio auocandus est Drusus, vt cum balaenae obiicitur dolium, in quo dum ludos sibi illa facit, nauis interim elabatur. Materiam criminibus suis suggerere Liu. 3. Rationes alicui sententiae suggerere Cic. de Nat. Deor. 3, 73. Siluae feras suggerunt Plin. Epist. 2, 8. Sumtus alicui rei suggerere Ter. Adel. 1, 1, 37. Tellus suggerit alimenta Ouid. Met. 15, 81. Bruto statim Horatium suggerunt Liu. 2, 8. 50

i. In locum sufficiunt. Suggestere, pro Subicere in memoriam Cic. de Finib. 2, 44 c. 14 Vbi si memoria forte defecerit, tuum est vt suggeras. Ambiguum explicatur, quum ea verba, quae defunt, suggesta sunt, i. suppleta Cic. de Orat. 2, 110 c. 26. Sic Facile erit sub vnaquaque specie suggerere, i. subicere, addere plura exempla his, quae iam relata sunt Frontin. Strat. Praef. Suggestit res, Exigit, et postulat. Vlpian. in l. Ex facto, circa fin. D. de Hered. instit. Quae res in proposito quoque suggerit, vt Italicarum rerum esse credantur eae res, quas in Italia testator esse voluit. Suggesto, pro Refero. Iustinian. lib. 2 tit. De fideicom. hered. §. Sed quia stip. Ideo omnibus nobis suggestis tam similitudinibus, quam differentiis vtriusque Senatusconsulti, placuit, etc. Suggestere, pro Suadere. Vlpian. in l. Sed et si §. Item D. Ex quibus causis maiores, etc. Vnde quoties aequitas restitutionem suggerit, ad hanc clausulam erit descendendum. Idem in l. j. §. vlt. D. de effractoribus. Oportebit autem aequae et in effractores, et in caeteros supra scriptos causa cognita statui, prout admissum suggerit.

SVGGESTVS, ūs. m. vel SVGGESTVM, i. n. [βήμα Gloss. Lat. Gr.] A Suggesto, quod ibi ligna suggerantur, in quibus stari possit. Significat enim Locum editiorem. Varro de R. R. 3, 5 Ex suggesto faleris, vbi solent esse peripetasma, prodeunt anates in stagnum, et nant. Conf. Cato R. R. c. 154. Lapideus Colum. 9, 7. Saxeus monumenti Ammian. 31, 14. E tanto fortunarum suggesto deicere Apul. Met. 5. Suggestus comae, velut exaedificatio quaedam Stat. Silu. 1, 2, 114. Suggestus, [ἀναοτήριον] Locus excelsior, vnde oratio haberi ad populum solet. Liu. 8, 14 Naues Antiatium partim in naualia Romae subductae, partim incensae, rostrisque earum suggestum in foro exstructum adornari placuit. Neque illud in suggestum, in quo causam dixerat ascendenti, signum sibi vllum quod consueffet a deo, quasi mali alicuius impendentis datum Cic. de Diuin. 1, 124. Idem Tusc. 5, 59 c. 20 Idemque quum in communibus suggestis consistere non auderet, concionari ex turri alta solebat. Add. Caef. B. G. 6, 3. Suet. Caef. c. 76. Flor. 1, 11, 10. ¶ 2 Suggestus, ūs. Ipse suggerendi actus. Vlp. in l. j. §. ij. D. de magistr. conuen. Si curatores fuerunt minus idonei dati dicendum est, teneri magistratus oportere, si ex suggestu eorum, vel nominibus ab eis acceptis praefes dederit.

SVGGESTIO, ōnis. f. [ὑποβολή, ἢ ἀναφορά πρὸς βασιλέα ἢ ἀρχοντα Gloss. Lat. Gr.] Actus suggerendi. Augustin. Confess. 10, 30 Vbi tunc ratio, quae talibus suggestionibus insistit vigilans? Conf. lb. c. 35. 90 Fit suggestio per cogitationem Idem adu. Manich. 2, 14. Literae ad Marcellini suggestionem datae Symm. Ep. 2, 31. Referimus ad vos, P. C. pontificum suggestionem Vopisc. in Aurelian. c. 19. Add. Vulg. Num. 31, 16. Potus suggestionem auctus Cael. Aurel. Tard. 2, 13.

SVGGILLO, vid. SVGILLO.

SVGGREDIOR, gressus sum, grēdi. [ὑποβαίνω] Latenter, sensim, aggredi. Tacit. Ann. 2, 12, 2 Suggestisque propius speculatores. Id. Ann. 4, 47, 2 Quos dux Romanus acie suggestus, etc. Tac. Ann. 15, 11 Qui barbarorum propius suggestiebantur. Add. Idem ibid. 14, 37, 1. et 13, 57, 5.

SVGGRVNDA, ac. f. vel SVGGRVNDIA, orum. n. Pl. [γῆσον, προβολή] Partes tecti prominentes, quibus stillicidia a parietibus arcentur. Varro de R. R. 3, 3, 5 Apes subter suggestundas, ab initio villatico vsae tecto. Vitruu. 2, 9 de larice. Certe tabulae in suggestundiis circum insulas si essent ex ea collocatae, ab traiectionibus

105

100

95

90

85

80

75

- Ero vt me voles Plaut. Capt. 2, 1, 32. Est, *pro Possibile est*: Cels. 5, 27 De remediis generalibus aduersus omnia venena. Non tam facile iis opitulari est, qui in cibo venenum, vel in potione sumserunt. Est, *pro Licet*: Liu. 42, 4. Eorum, quae obiecta sunt mihi, partim ea sunt, quibus nescio an gloriari debeat, partim quae fateri non erubescam, partim quae verbo obiecta, verbo negare sit. *Huc pertinent*, Est cernere, deprecari, inuenire. Facile est, animaduertere Varro L. L. 9, 9. Facile est, non repugnantes vincere Cic. Tusc. 1 c. 2. *Conf. Borrich. Vind. p. 67.* Esto, *concedentis*: Ter. Heaut. 3, 3, 11 At mihi fides apud hunc est, nihil me istius facturum pater. C. esto: at certe concedas aliquo ab eorum ore aliquantisper Cic. Verr. 5, 131 Esto caetera negare non potes. *Add. Virg. Aen. 4, 35. 10, 67. 12, 821. Iuuenal. 8, 164.* Esto, *pro Sic*: Plaut. Afin. 4, 1, 57 Haec multa ei esto, vino viginti dies vt careat. Cic. Verr. 3, 132 Esto. Caetera negare non potes. Sit sane ita: quanquam a Polemonis, et Peripateticorum et Antiochi finibus non facile diuellor, etc. Cic. Acad. 4, 439. *Esse, pro Viuere*: Idem Att. 12, 18 Longumque illud tempus quum non ero, magis me mouet, quam hoc exiguum, quod mihi tamen nimium longum videtur. *Es, pro Soles*: Cic. Fam. 12, 20 Quod si, vt es, cessabis, laceffam. Cum inde suam quisque ibant diuersi domum, Nullus, erat illo pacto vt illi iusserant. Fuit meo regnante gentili Id. Tusc. 1 c. 16. Nec, dum ero, angar vlla re; et, si non ero, sensu omni carebo Id. Fam. 6, 3, 8. Ergo viuamus, dum licet esse bene Petron. c. 35 *ubi vid. Interpp.* Per quinquennia iam decem, ni fallor, fuimus, septimus insuper Annum cardo rotat Prudent. praef. Fuisse, *pro periisse*. Fuimus Troës, fuit Ilium et ingens Gloria Teucrorum Virg. Aen. 2, 325. Cic. Brut. 248 c. 71 De duobus — audirem non minus libenter, quam audiui de iis, qui fuerunt. Plaut. Capt. 3, 3, 1 Nunc illud est, eum me fuisse quam esse, nimio mauelim. *Et Pseud.* 1, 3, 18 Mortuus est, qui fuit; qui est, viuos est. *Et Persa* 4, 4, 85 Omne ego pro nihilo esse ducto, quod fuit, quando fuit: Tanguam hominem, quando animam efflauit: quid enim quaeras, qui fuit? *Conf. v. 94. Id. Truc. 1, 2, 94* Horresco misera, mentio quoties sit partitionis: Ita paene tibi fuit Phronesium! *i. in periculo mortis fuit ob partum.* Tib. 3, 6, 32 Siue erimus, seu nos fata fuisse volent. Apul. Met. 8 pr. Fuit charite nobis! quam misella! Seru. ad Cic. Fam. 4, 5 Illam, quam diu fuerit opus ei, vixisse, vna cum rep. fuisse. *Gruterus Susp. 1, 14. Hinc emendat Cic. Att. 13, 6* Saepe enim hic Spurius, qui nuper fuit, epistolas mihi pronuntiabat. ¶ *10 Quaedam aliae Obseruati.* Sueton. Aug. c. 16 Nec prius surrexisse, ac militibus in Conspectum fuisse (*venisse*) quam a M. Agrippa fugatae sint hostium naues. *De moribus Plaut. Rud. 4, 7, 26.* Siem, *pro Sim.* Ter. Phorm. 5, 4, 6 Sin patefit, in probro siem. Cic. in Orat. Siet plenum est: sit imminutum. *Pro sui etiam fui, priore producta, antiqui dixerunt.* 45 Ennius ap. Cic. de Orat. 3 c. 42 Nos sumus Romani, qui fuimus ante Rudini. ENS, ESSENTIA, ESSENTIALIS, ESSENTIALITER, *v. ff. l. FVTVRVS, a, um. Partic. [μίλλων, ἐσόμενος]* Idem quod Erit significans. Postquam timor sibi cuique futurae Inopiae abiit Liu. 2, 52 pr. Plaut. Most. 1, 3, 74 Quid illis futurum est caeteris, qui te amant? 50 Cic. de Senect. 66 Aut etiam optanda si aliquo eum deducit, vbi futurus sit aeternus. Praesidio sperant esse futurum Cic. Verr. 5, 165 c. 65. Suppurationes futurae factae Scrib. 206. Tumor futurus Id. 19. Vomicae futurae vel factae Id. 106. Copulare futura cum praesentibus, *vid. COPULO.* Augurari futura animi, *vid. AVGVRO.* Prospicere futura Cic. Off. 2 c. 9. Scire futura 55 Quid. Amor. 1, 11, 18. Mihi cum illa posthac nihil futurum Cic. Philipp. 2, 77 c. 31. Genus omne futurum, *Posteri* Virg. Aen. 4, 622. In futurum, *vid. IN Praepositionem.* Scribon. 101. 122. 160. 162. Haud ignara futuri Virg. Aen. 4, 508. et Hor. Serm. 1, 1, 35. 60 SVM *pro EVM, vsus est* Ennius libro primo, At tu non, vt sum summam seruare decet rem. *Et libro secundo, At se se sum qui dederat in luminis oras.* SVMANES, *vid. SVMMANVS.* SVMEN, *inis. n. [ἴθαρ ἥτρον]* Vber suillum abscissum et cibo paratum. Hinc Martial. 13, 44 Esse putes nondum sumen, sic vberem largo Effluit, et vino lacte papilla tuncet. *Laudat bene curatum a coquo, vt lae liquidum manserit, vid. Apic. 7, 2. Plin. 8, 51* Hinc Censoriarum legum paginae, interdictaque coenis abdomina, glandia, testiculi, vuluae, sincipitia verrina, vt iam Publii mimorum Poetae coena, postquam feruitutem exuerat, nulla memoretur sine abdomine, etiam vocabulo suminis ab eo imposito. *Hic vult Sumen et Abdomen idem esse. Suminis nomen abdomini impositum a P. Mimo.* Plaut. Capt. 4, 3, 3 Quanta labes larido, quanta sumini absumedo? Sumen alii putant esse Lac suis extractum, ac densatum suae occisa. Vel quasi Rumen, id 75 est, manimam, nomen a sugendo deductum, *vid. ABDOMEN.* Sumen proprie a Sugendo dictum. Nam et mulieris mammam sumen veteres dici voluerunt. Lucil. Sat. 4 Quod si nulla potest mulier tam corpore duro Esse tamen tenero maneat succussa lacerto Et manus vberior lactanti in sumine fidat. Nonius 6, 54. *Add. Plaut. Curc.* 80 2, 3, 44. et Pseud. 1, 2, 33. *Per translationem vt Vber de agro pingui* Varr. de R. R. 1, 7, 10 Caesar Vopiscus aedilicius, causam quum ageret apud Censores, campos Roseae Italiae dixit esse sumen, in quo relicta pertica postridie non appareret propter herbam. *Repetit Plin. 17, 4 extr.* SVMINATVS, a, um. Vt Suminata caro Arnob. 2 p. 73 adu. gentes. 85 Suminata *i. serofa.* Iussit, ne quis suminatam occideret Lamp. Alex. Seu. c. 22. SVMENALIA, *vid. SVMMANALIA.* SVMMA, ac. f. [καφάλαιον] Nomen substantiuum illud quidem, sed ortum, vt sexcenta alia, per ellipsin ex adiectiuo Summus, a, um: cum summa sit fere summa pars, summa res, summa ratio. Cic. in Pison. 86 c. 90 35 Quid avaritiae, quae criminibus infinitis implicata est, summam nunc explicem? Generatim ea, quae maxime nota sunt, dicam Virg. Aen. 4, 2-7 Nauiget, haec summa est. Solus summam habet hic apud nos Plaut. Truc. 4, 2, 15. *i. summum arbitrium.* Conf. Burm. ad Quint. 95 Idem 5, 10. Cuius Belli cum ei summa essent data Nep. 16, 5, 9. *Add. Tac. Ann. 2, 45, 6.* Summa Ducum Atrides Ouid. Am. 1, 9, 37. Cic. de Legib. 2, 28 c. 7 extr. Sed ipsae summae rerum ac sententiae. Belli summam credere puero Virg. Aen. 10, 70. In hoc summa Iudicii causaque tota consistit Cic. pro Quint. 22. Illi 100 summa Imperii tradita est Nep. 14, 3, 5. Summae Imperii praesse Id. 2, 4, 2. Conf. Id. 18, 3, 4. Summas Imperii tenere Idem 1, 3, 5. *sc. partes.* Militiae summa Tacit. Hist. 2. Numerorum summa Hor. de Arte Poet. 384. Operis summa Idem de Arte Poet. 34. Patrimonii summa Hor. Serm. 2, 3, 90. Pacis Tac. Ann. 13, 38, 1. Promissi sui summam complere, *Promissum omnino absoluere* Cic. Verr. 5, 116. Ter.

Ter. Phorm. 2, 2, 3 Ad te summa solum Phormio Rerum redit. Summam Rerum administrare Cic. pro S. Rosc. Amer. c. 32. De Rerum summa dimicare Vell. 2, 68, 1. Rei summae periculum facere Tacit. Hist. 4, 71. Idem Hist. 5, 15. Ad maturandum summae rei discrimen. Cic. Fam. 13, 68 Ego ad te de reipublicae summa quid sentiam, non saepe scribam, propter periculum eiusmodi literarum. *Hic plane idem dixeris, siue rei summam dicas, siue rem summam.* Summa Reip. in huius periculo tentatur Cic. pro S. Rosc. c. 51. *Conf. Zinzering. Promuls. Crit. Iuven. c. 48. Bos. Ind. Nep. Parei Lex. Crit. p. 1012 Gronou. ad Cic. Phil. 3. c. 15.* Rerum et generum communes summae Cic. de Orat. 2, 135. Leges a me edentur non perfectae, sed ipsae summae Rerum ac sententiae Cic. de Legg. 2 c. 7 extr. Si tantummodo summam Attigero Nep. 16, 1, 1. Salutis summa Lucret. 2, 862. Quis postea ad summam Thucydidis processit? Petron. c. 3. *ubi conf. Erb.* Victoriae summa in eo constat Caes. Bell. Gall. 7, 21. Summa quadrans, *vid. QVADRO.* Brevis summa, *vid. BREVIS.* Dicere summam alicuius rei Cic. de Inuent. 1, 28 c. 20. *Alter (legatus) omnia agere ad praescriptum alter (imperator) libere ad summam rerum consulere debet* Caes. B. C. 3, 51. Quinctil. 1, 1 An Philippus Macedonum rex Alexandro filio suo prima literarum elementa tradi ab Aristotele summo eius aetatis philosopho voluisset, ac ille suscepisset hoc officium, si non studiorum initia a perfectissimo quoque optime tractari, et pertinere ad summam credidisset? Tacit. Ann. 13, 38, 1 Nihil in summam pacis profitebatur. *Al. Summa. Conf. Id. H. 2, 16, 2. ubi conf. Freins. 25 hem. Add. Liu. 31, . . .* Quinctil. 1, 1 Maiora tamen aliqua discet puer eo ipso anno, quo minora didicisset. Hoc per singulos annos prorogatum, in summam proficit. Summa illa sit. Quidquid officii, beneficii, honoris in Genucilium contuleris, id te existimabo in me ipsum atque in rem meam contulisse Cic. Fam. 13, 54 *Ultimum, quod reliqua comprehendat, ut in rationibus.* Summa fuit, ut ille quasi exitum quaerens ut deliberarem, non fuit negandum: ita discessimus Cic. Att. 9, 21. Summa illuc pertinet ut, etc. Idem Verr. 5, 24. Summa est in testibus Idem pro Flacc. 24. Summam cogitationum facere Idem Fam. 1, 9. *Illud quod rationibus ducendis efficitur, summum et ultimum est.* Haec est summa Plaut. Pers. 1, 1, 34. Summa est in quo mihi gratissimum facere possis, Si curaris ut Avianus, etc. Cic. Fam. 13, 76. *¶ 2 A rationibus numerorum est, ut Summa dicatur etiam de ipsa pecunia, cuius summa ratio collecta est.* Cic. Fam. 7, 24 Scilicet ista quidem summa nae ego multo libentius emerim diverforium. Actor summarum Suet. Domit. c. 11. *i. quae rationibus dispungendis praestit, sec. Torrent.* Cic. pro Rosc. Com. Non refert parva nomina in codices? immo omnes summas. Verane summa sit uniuscuiusque rationis Idem de Orat. 2, 158. Addendo, deducendoque videre, quae reliqui summa fiat Idem Off. 1, 59. Creditor totius summae Quinct. 5, 10. Quin ipsa pecunia, quae Staleno data est, numero ac summa sua, non modo quanta fuerit, sed etiam ad quam rem data fuerit, ostendat Cic. pro Cluent. 87. Plin. 9, 35 Quae summa quadringentes tertium colligebat. Concipere summam, *vid. CONCIPIO.* Conficere summam Cic. de Lege Agr. 2, 63. *Alii legunt Fecisset.* Idem Att. 7, 13 Reliqua patebant, et cum Terentiae summa congruebant. Decedet nihil de summa, *vid. DECEDO.* Detrahere de summa Cic. Att. 10, 5. Decessionem de summa facere Cic. pro Rabir. Post. 30. Cic. Verr. 2, 131 In censu habendo potestas omnis aestimationis habendae, summaeque faciundae censori permittitur. *Add. Verr. 3, . . .* Imminuere summam, *vid. IMMINVO.* Remittere alicui de summa vel de capite Cic. Verr. 3, 82. Subducamus summam Cic. Att. 5, 21. Lucr. 2, 339 Ut neque finis, uti docui, neque summa sit vlla. *¶ 3 Summa summarum non uno modo dicitur.* Lucret. 3, 813 Sicut summarum summa est aeterna, neque extra quis locus est, quo diffugiat, etc. *Sic vocat τὸ πᾶν hoc uniuersum, quod ex omnibus rerum summis in unam immensam summam collectis constat. Repetit eadem 5, 362.* Summa summarum in illa gloria fuit, Asiam ultimam prouinciarum accepisse, eandemque mediam patriae reddidisse Plin. 7, 26. *Sed al. in illo: ita iunguntur summa gloria. Forte optimum summa summarum in illo Pompeio gloriae.* Summa summarum haec erit, tardiloquum te esse iubeo Senec. Epist. 40. Plaut. Truc. 1, 1, 4 Venus, quam penes amantum Summa summarum redit. *Cum in rationibus multa nomina et capita in unam summam rediguntur, ac sic multis summis factis, omnia tandem in unum consummantur, ea summa summarum est. Nam ut capita in summam, sic summae in summam summarum religuntur.* *¶ 4 Formulae altae: Quinctil. 3, 2 Huic studium et incrementum dederit utilitas, summam ratio et exercitatio? Fastigium quoddam et perfectionem notat. Ita 5, 10 Habent omnia initium, incrementum, summam. Idem, Ex initiis summa colligitur: quum dicit, Non possum togam praetextam sperare, quum exordium pullum video. Et alibi, An ad initium summa referenda, nempe an ei caedes imputanda sit, a quo iurgium coepit. Id. Att. 10, 18 At ille perpauca locutus, hanc summam habuit orationis, ut sibi ignoscerem. Sed tamen haec est summa conclusionis meae Cic. Philipp. 2, 32. Quidquid dixi, ad unam summam referri volo, vel humanitatis, vel clementiae, vel misericordiae tuae Idem pro Ligar. 29. Efficere longam summam Quinctil. 4, 2. Ad summam tendere Idem in prooem. 1. Ad summam non possunt istaec sic abire Idem Att. 14, 1. In omni summa, me ad otium conuerto Idem Q. Frat. 3, 9. Idem Q. Frat. 2, 15 (16) Quo die haec scripti, Drusus erat de praeuaricatione Trib. aerarii absolutus, in summa quatuor sententiis cum Senatores et equites damnassent. Ad summam vox sumentis disputationem, ut denique, breuiter etc. Cic. Att. 7, 7 extr. Post longam dubitationem et rationes utrinque prolatas expensasque, fingit, *rem in senatu geri, Ad summam! DIC M. TVLLI, quasi haec referentis magistratus vox esset: et subiicit, Assentior Cn. Pompeio, id est, T. Pomponio, i. Pompeio, quia ita videtur Pomponio.* Cic. Off. 1, 149 c. 41 Ad summam, ne agam de singulis. Ad summam, sapiens vno minor est Ioue Hor. Epist. 1, 1, 106. *Conf. Sen. Ep. 20. Apul. Flor. p. 356. Ad summam Scribon. 40. i. in summa.**

SVMMLA, ae. f. Dimin. Veste mea, quamuis paruula, distracta, sufficientem corrahi summulam Apul. Met. 11 p. 271. Idem Met. 10 p. 248 Summulas diurnas corradere. Sen. Epist. 77 Minutas summulas distribuit flentibus feruis.

SVMMALIS, e. Ad summam pertinens. Tertull. adu. Hermog. c. 31.

SVMMATIM, Adu. [περὶ αὐτοῦ, ἀποδῶν] Per singulas summas, vel in summa, et breuiter, cum non singula aera rationum, sed summae tantum inspiciuntur. Varr. in praef. l. 2 de R. R. Qua de re pecuaria breuiter ac summatim percurrat. Cic. Att. 5, 16 Itaque subfedi in ipsa via, dum haec, quae longiorem desiderant orationem, summatim tibi percri-

- berem. A me pauca cognosces, et summam Cic. Fam. 10, 28. Attingere aliquid summam Lucret. 3, 261. Suet. Aug. c. 85 c. not. Casaub. Breuiter et summam describere Cic. in Orat. 10. Nunc exponamus genera ipsa summam Id. de Orat. 2, 247 c. 61. Narrare summam et particulatim Auctor ad Heren. 1, 14. Add. Quintil. 10, 1. Suet. Caes. c. 44. Solin. c. 23. Ammian. 20, 5. ¶ 2 Summam a Summus, vid. post SVMMS.
- SVMARIVM, i. n. Epitome, seu breuiarium. Sen. Epist. 39 pr. Vide ne plus profectura sit ordinaria oratio, quam quae nunc vulgo breuiarium dicitur; olim quum Latine loqueremur, summarium vocabatur. Conf. Salmaf. Proleg. ad Solin. p. 25.
- SVMANALIA, Liba farinacea in modum rotae ficta. Festus. Caes. Rhod. 9, 16 Sumenalia vocat a Sumine.
- SVMANVS, i. in. [Συμμενός] Deus, cui nocturna fulmina tribuebant. Plin. 2, 52 Diurna attribuentes Ioui, nocturna Summano. Augustin. de C. D. 4, 23 Romani veteres nescio quem Summanum, cui nocturna fulmina tribuebant, coluerunt magis, quam Iouem, ad quem diurna fulmina pertinebant. Sed postquam Ioui templum insigne ac sublime constructum est, propter aedis dignitatem sic ad eum multitudo confluit, ut vix inueniatur, qui Summani nomen, quod audire iam non potest, se saltem legisse meminerit. Potuit tamen meminisse aliquis illud. Diuersi tamen Martian. Cap. l. c. SVMANES, eorumque praestites Mana atque Manuana. Cic. de Diu. 1, 16 c. 10 Cum Summanus in fastigio Iouis optimi maximi, qui tum erat fertilis e caelo ictus esset, nec usquam eius simulacri caput inueniretur, etc. Summani nomine intelligendum esse Plutonem vult Capella de Nuptiis Philologiae 2 p. 40 qui ita dicitur, quasi summus Manium. Nec dubitat Arnobius, qui lib. 5 p. 183 ita de eo loquitur, ut Plutonem intelligat ab eo, apertum sit. Add. lib. 6 p. 191. Tamen addubitasse videtur Quindius Faust. 6, 731 Reddita, quisquis is est, Summano templa feruntur.
- SVMANO, Ære. Summani more rapere. Plaut. Curc. 3, 46. Conf. Taubm. ad b. l.
- SVMARIVS, SVMATES, SVMATVS, vid. SVMMS.
- SVMERGO, SVMMITTO et similia, vid. SVM.
- SVMOENIANVS, f. SVBMAENIANVS, Vox Martialis propria, qui summaenianas uxores 3, 82. et 12, 32 posuit pro pudoris prostituti feminis: eisdemque 11, 62 simpliciter summaenianas vocauit. Neque enim puto iungenda ibi esse Summaenianis buccis, sed Inquinatio buccis, quam sunt summaenianae aliis corporis sui partibus. Omnibus locis extremas sordes et inquinatissimam turpitudinem indicat. Sed solus etiam SVMMOENI fornicem memorat 1, 35: et mox in eadem re spurcas lupas nominat. Qui summoenium volunt dictum locum sub moenibus (ut suburbium) et inde dictas submoenianas, nescio an satisfacere possint quaerentibus, quod factum sit, ut eius nominis nullum aliud vestigium supersit? Qui sub Maenianis versatas esse dicunt mulieres impuras, auctore uti possunt Plauto, qui sub Basilica (ubi primum Maeniana) quaeri iubet scorta exoleta Curc. 4, 1, 12. Quid si Summenium (vel quacunque Vocati scribendum est) sit turpitudinis notae scorum, a qua, ut a capite sectas, aliis nomen?
- SVMOERIVS, i. m. Bosius legit ap. Cic. Att. 10, 1 et interpretatur Summoenianum. Libri omnes summarium habent.
- SVMMS, a, um. Adi. [ὑψος, ὑψιστος] Contractum ex supremus. Altissimus, extremus, perfectissimus. Virg. Aen. 4, 168 — Summoque vularunt vertice nymphae. Cic. Tusc. 2, 44 Summum, quo nihil sit superius. conf. Idem ap. Non. 4, 440. Imperator Plaut. Amph. 1, 3, 6. Summum et Profundum, contraria Cic. de Fin. 3, 48. Summa nauium tabulis augent Tac. Hist. 3, 47. Quod summo studio petatum est, Adscendit in summum Vell. 1, 17, 6. Euaudere in summum, vid. IN, Praepositionem. Inis permiscere summa Lucan. 3, 138. Facere paria omnia, infima summis Cic. de Legib. 3, 19. Sese de attributione omnia summa fecisse Idem Att. 15, 13. i. ad summum omnia. Summus, Extremus: Cic. in Hortens. ... Vixit ad summam senectutem valetudine optima, vid. Non. 4, 440. Virg. Aen. 2, 324 Venit summa dies, et ineluctabile tempus Dardaniae. Potentissima argumenta prima et summa ponantur: illa enim ad credendum praeparant iudicem, haec ad iudicandum Quintil. 6, 4 extr. Summus, Maximus, quo nihil sit maius: Ter. Phorm. 1, 1, 1 Amicus summus meus, et popularis Geta. Seueritatis, et munificentiae summus Tacit. Ann. 1, 46. Diuisio summa, i. Prima, generalior, praecipua l. 3 D. de stat. hom. l. j. D. de rer. diuis. Summus aliquando solum ponitur, et intelligitur Amicus. Ter. Eun. 2, 2, 39 Plurima salute Parmenonem summum suum impertit Gnatho. conf. Idem Adelph. 3, 2, 54. Concipere summa de aliquo Quintil. 6 Prooem. Summa Consecutus Vell. 2, 61, 1. Ad summum, vid. AD, Praepositionem. Biduo, ad summum triduo Cic. pro Quint. 78 c. 25. Summus, medius, infimus Cic. Philipp. 1, 37. ¶ 2 Substantia: Aestas summa, pro Ultima Cic. Verr. 7, 79. Amphoras complures complet plumbo: summas operit auro et argento Nep. 23, 9, 3. Amentia summa Cic. de Inuent. 2, 28. Aqua summa Idem Tusc. 1, 40. Artificium summum Idem Verr. 6, 46. Bellum Caes. B. G. 8, 6. i. quo summa rerum in discrimen venit. Beneficium summum Ter. Phorm. 2, 2, 22. Bonum illud summum, in animone sit an in corpore, virtute an voluptate definiatur Cic. de Orat. 1, 222 c. 51. Bonum summum aut solum esse id, quod honestum sit Idem Off. 3, 35. Bonum summum in cognitione et scientia ponit Herillus Idem Acad. 4, 129. Bonum summum in voluptate Epicurus ponit Idem Off. 3, 117. Cacumina summa Virg. Aen. 6, 678. Cibus summus, vid. CIBVS. Clamore summo Plaut. Merc. Prol. 49. Contumelia summa Cic. Verr. 5, 113. Culmina summa villarum Virg. Ecl. 1, 83. Desperatio summa Plin. 23, 1. Dies summa haec argento praestituta Plaut. Pseud. 1, 4, 40. Dolor summus Plin. 11, 37. Contra amici summam Exultationem venire Cic. Att. 1, 1. Fastigia summa rerum Virg. Aen. 1, 346. Fide summa Liu. 4, ... Fluctu in summo pendent Virg. Aen. 1, 110. Forma summa Ter. Eun. 2, 3, 74. Summa summorum in illo (Pompeio) Gloria fuit, Asiam ultimam Prouinciarum accepisse, etc. Plin. 7, 26 extr. Honore in summo vigere Lucret. 4, 1149. Hieme summa nauigare Cic. Fam. 13, 61. Imperator summus atque perfectus Idem pro Lege Manil. 28. Idem Acad. 4, 15 cap. 5 Nihilne tot saeculis summis Ingeniis, maximis studiis explicatum putamus? Inscitiae summae mihi videtur Idem de Fin. 2, 31. Iure summo agere cum aliquo Idem Verr. 7, 4. vid. IVS. Ius summum, summa iniuria Idem Off. 1, 32. Laboris summi dolor Idem Verr. 5, 113. Loco de summo, summoque genere captus Plaut. Capt. Prol. 30. Loco summo natus Cic. Fam. 2, 17. Malum sum-

summum dolorem dicere Idem Off. 3, 39. Materia summi mali au-
 rum Hor. Carm. 3, 24, 49. Magnitudinem ad summam perue-
 nire putantur decem annis delphini Plin. 9, 8. Moeror summus
 Cic. pro Quint. 8. Omnia summa in eo sunt: *b. e. Undecunque*
maximus et excellens est Cic. pro Lege Manil. 29 c. 17. Opes sum- 5
 mae Lucret. 2, 13. Otium summum Cic. Verr. 3, 63. Pax
 summa Lucret. 1, 58. Cic. de Orat. 2, 1 Si homines non eru-
 diti summam essent Prudentiam atque incredibilem eloquentiam
 consecuti, inanis omnis noster esset labor. Lepide Plaut. Mil.
 4, 4, 16 Non tu scis, cum ex alto puteo sursum ad summum escenderis, 10
 Maximum periculum inde esse, a summo ne rursus cadas? Nunc
 haec res apud summum Puteum geritur. Nihil nisi summa Ratione
 facere Cic. Att. 8, 15. Quinctil. 3, 11, 1 Quaestio latius intelligitur
 omnis, de qua in utramque partem, vel in plures dici credibiliter
 potest. In Iudiciali autem materia dupliciter accipienda est: al- 15
 tero modo, quo dicimus multas quaestiones habere controversiam, quo
 etiam minores omnes complectimur: altero, quo significamus sum-
 mam illam, in qua causa vertitur. Rector summus deum Ouid.
 Met. 13, 599. Sanctimonia summa Cic. pro Quint. 55. Se-
 nectute summa homo Idem Philipp. 8, 31. Studium summum lite- 20
 rarum erat in utroque Cic. de Finib. 1, 1. Stultitiae summae est
 Caelius Ciceroni Att. 10, 9. Vi summa hortari Liu. 23. Vig
 summus Plaut. Capt. 2, 2, 29. Cic. passim. Voce summa resonans
 Hor. Serm. 1, 3, 7. Voce summa pronuntiare versus Cic. de Orat.
 1, 261. Voluptas summa Hor. Serm. 2, 2, 20. Summa res, pro 25
 Summa rei, et pro tota Rep. Cic. Philipp. 2, 38. Virg. Aen. 9, 199
 Mene igitur socium summis adiungere rebus Nise fugis? Add. Aen.
 2, 322. Conf. Gronou. ad Liu. 26, 10. Summum Bellum Caes.
 Bell. Gall. 8, 6. — Tempus Cic. pro Flacco c. 3. — Con-
 silia Plaut. Truc. 2, 4, 34. ¶ 3 Summum, et Ad summum, 30
 [τὸ ὑψιστὸν] *Aduerbialiter*. Cic. Verr. 3, 183 Duo millia numism, aut
 summum tria pedisset. Idem Att. 13, 21 Expectabam hodie, aut
 summum cras ab eo tabellarios, *vid.* Ad summum in AD. *conf.* Idem
 Fam. 14, 3. et pro Mil. c. 5. Victor. ad Cic. Fam. 2, 1 *pr.* *Burm.* ad
 Quinctil. 5, 14 p. 480 Tres summum. Scies igitur fortasse cras, 35
 summum perendie Cic. Att. 12, 43. Ad summum, pro Optime:
 Cic. Fam. 16, 12 Fac plane ut valeas, nos ad summum. *scilicet,*
 Valemus. *Aliud exemplar legit* Adsumus. Quinctil. 8, 4, 6 Fit
 et aliter supra summum adiectio, etc. Idem 7, 1, 10 Primo fir- 40
 mum aliquid esse ponendum, summo firmissimum, imbecilliora me-
 dio: quia et initio mouendus sit iudex, et summo impellendus.
 SVMME. Adu. [ἄκρως] *Maxime, excellenter*. Plin. Epist.
 10, 11 Habui enim illum Quaestorem in Consulatu, mei summe obser-
 vantissimum. Adolescens summe decorus Apul. Met. 3 p. 136.
 Quod est mihi summe praecipuum Idem 1 p. 113. Ab aliquo pe- 45
 tere et summe contendere Cic. pro Quint. 77 c. 24. Hoc me so-
 licitare summe solet Idem de Orat. 1, 295 c. 72 *extr.* Summe mi-
 ser, Admodum Idem de Fin. 4, 7. Summe officiosus in aliquem
 Cic. Verr. 3, 63 c. 24. Summe iucundum Idem Fam. 13, 19. Lu-
 cret. 4, 1134 Atque in amore mala haec proprio summeque 50
 secundo Inueniuntur.
 SVMMOPĒRE. Adu. [μάλιστα] Cic. de Inuent. 1, 26-c. 18 Vi-
 tia vero haec sunt certissima exordiorum, quae summopere vitare
 oportebit. *Proprie duo sunt verba, summo opere, magno opere, etc.*
 SVMMARIVS, i. m. Cic. Att. 10, 1 Nisi forte iste summarius 55
 ei potest persuadere, ut dum Oratores eant et redeant, quiescat. *Sed*
neque de lectione satis conuenit, neque de interpretatione. Vid. Graeu.
p. 114. ubi satis sententiarum reperies, nihil quidem certi. Summarium
 posse dici eadem ratione, qua primarium, analogia suadet, et sic fuerit ho- 60
 mo summus in suo genere, a quo summa omnia expectes.
 SVMMYTAS, ātis. f. [ἐπιπολή, ὑπεροχή] *Altitudo*. Macro-
 b. Somn. Scip. 1, 6 Suae summitates. Summitates, *virtutes* in medi-
 tullio vitiorum sitae Apul. Doctr. Plat. p. 15. Pallad. 1, tit. 6 Sum-
 mitas vitis. Ammian. 14, 6 Ad perfectam non venerat summitatem.
 Vid. Cellar. Cur. Post. p. 155. 65
 SVMMAS, ātis. c. *Princeps*. Apul. Met. 11 p. 267 Praecepta
 summatis deae. Summas vir Ammian. 14, 6. Sidon. Epist.
 9, 6 Puella moribus natalibusque summas. Summates, [ἀριστοι]
 qui et Optimates et Primates appellantur. Plaut. Cistel. 1, 1, 27
 Vbi istas videas summo genere natas summates matronas. *conf.* 70
 Sidon. Epist. 3, 11. Plaut. Pseud. 1, 2, 90. et Stich. 3, 2, 34 et 36.
 Aufon. Epist. 1, 31. Viri summates Ammian. 26, 9. Sum-
 mates, *simpliciter* Idem 23, 6. et 27, 6.
 SVMMĀTVS, ūs. m. *Principatus, supremus gradus, supremus*
honor. Lucret. 5, 1141 Imperium sibi cum, ac summatum 75
 quisque petebat.
 SVMMĀTIM. Adu. [ἐπιπολή] *Per summum, vel A summa ex-*
tremitate. Columel. de Arboribus c. 6 Sin autem eousque exaruit
 (scilicet vineae truncus) ut curuari non possit, primo anno summatum
 ita ne radices eruas, aut laedas, ablaqueato. 80
 SVMMOTĒNVS. Adu. Floribus celeriter scissis ac floescentibus
 summotenus Apul. de Herb. c. 75. *conf.* Sidon. Epist. 4, 9.
 SVMMISSVS, *vid.* SVBMISVS.
 SVMMVSSO, āre. *Aliquantum mussare, submissa voce.* En-
 nius secundum Festum, Quintus in occulto summissabat. Accius, Non 85
 decet summissare.
 SVMMVSSI, alias ut Paullus notat, SVMMISSI, Murmuratores.
 Naeuius, Odi (inquit) summissos, proinde aperte dice, quid sit.
 SVMMVTO, vel SVBMVTO, āre. [ὑπαλλάττω] *Aliud pro alio*
mutare. Cic. in Orat. 93 c. 27 Hanc hypallagen rhetores, quia 90
 quasi summutantur verba pro verbis, metonymiam Grammatici vocant,
 quod nomina transferuntur. *Graecum ὑπαλλαγὴ Latine submutatio,*
dici potest, a verbo ὑπαλλάττω, submuto.
 SVBMVTATIO, onis. f. ὑπαλλαγὴ Gloss. Cyr.
 SVMO, sumsi, vel sumpsi, sumtum, vel sumptum, ēre. [ἀκρόμας, λαμ- 95
 βάνω] *Accipere, tollere.* Sallust. Iugurth. 71 Epistolam super caput
 temere positam sumit. Ter. Adelph. 5, 9, 20 Postremo a me ar-
 gentum, quanti est, sumito. Idem Heaut. 3, 1, 56 Sumat, con-
 sumat, perdat, decretum est pati. Cic. de Lege Agrar. 2, 15 Ita-
 que hoc animo legem sumsi in manus, etc. Idem Tusc. 2, 8 c. 3 100
 Epicurum autem et Metrodorum non fere praeter suos quisquam in
 manu sumit. Columel. 12, 24 Aqua marina quam longissime a li-
 tore de pelago sumenda est. Cic. Acad. 4 c. 31 Haec autem, quae
 iam dicam, sunt sumta de primo. Sumta est eo nauis Cic. Off.
 3, 89. Sumere sibi aliquid, *Multum et paene nimium sibi tribuere,*
arrogare, Cic. pro Planc. 3 c. 1 Quanquam mihi non sumo tantum iu- 105

dices. Quis sibi res gestas Augusti scribere sumit Hor. Epist. 1, 3, 7. Sumere sibi ut Cic. Att. 8 sub 11. Idem ibid. 16, 16 Tamen hoc pro coniunctione et benevolentia nostra mihi sumsi, ut id a te peterem. Vide quid mihi sumserim Idem Fam. 7, 5. Sumo mihi pro meo iure Idem de Orat. 2, 294 c. 72. Idem Fam. 13, 30 Tantum tibi sumito, pro Capitone apud Caesar. quantum ipsum meminisse senties. Ter. Phorm. 2, 1, 69 Non ratio, verum argentum deerat D. fumeret alicunde. *nempe mutuo.* Cic. Brut. 76 c. 19 Nec vero tibi (*Ennium alloquitur*) aliter videri debet, qui a Naevio vel sumfisti multa, si fateris: vel, si negas, surripuisti. Scaeuola in l. Vxori ita D. De dote relegata, Vxor mea quidquid ei comparavi, et quod mihi dedit, e medio sumat, *de communi massa.* Sumere in re aliqua, *Impendere* Plaut. Milit. 3, 1, 78

In mala vxore atque inimico si quid, sumas, sumtus est: In bono hospite atque amico quaestus est quod sumitur; Et quod in diuinis rebus sumas, sapienti lucro est.

Add. Trin. 2, 4, 12. *et quae mox damus in* Diem sumere. *Vtitur* *hisce Dauis.* ad illud veteris Poetae apud Cic. de Diuin. 1 c. 21 Curis sumtus suspirantibus, *i. consumtus, maceratus.* Idem Verr. 2, 179

Quod quum ita sit, nihil fingam tamen: meminero, me non sumfisse quem accusarem, sed recepisse quos defenderem. Sumere, *Emere*, Auct. ad Her. 4, 9 c. 6 Si quis purpuram — vendens dicat, Sume a me, etc. Cic. Fam. 7, 24 Sed essent mi Galle omnia facilia, si er ea mercatus esses, quae ego desiderabam, et ad eam summam quam volueram. *Paullo post,* Prorsus ex istis emtionibus nullam desidero, tu autem ignarus instituti mei, quanti ego genus omne signorum omnium non aestimo, tanti ista quatuor aut quinque sumfisti. *Et in fine,* Ut eam domum sume res, ut — mecum habitare posses. Sumere, *Eligere*: Sallust. in Iugurth. 85 Sumat aliquem ex populo monitorem officii sui. Imperatorem sibi Nep. 1, 1, 3. Sumere est subducere rationem, summam facere. *Sic interpretatur Gronovius illud Plauti Rud. 4, 8, 9 ubi cum Tractato aliquoties verbo cenfeo probasset, de quibus consulebatur a Pleudisippo, hic impatiens dicit,* At sume quidem, ne censionem semper facias. *Vid. Gronou.*

¶ 2 *Substantiua:* Animum sumere Ouid. Fast. 1, 147. Aquam sumere e fluuio Idem Amor. 2, 19, 32. Aquam e puteo sumere Plaut. Milit. 2, 6, 71. Arbitrum sumere Cic. pro Rosc. Com. 114. Argumenta sumere Idem de Pin. 4, 10. Arma sumere Idem Tusc. 1, 86. Nep. 14, 4, 5. Auctoritatem sibi sumere Caes. Bell. Gall. 2, 4. Bellum sumere Plin. 15, 18. Bellum sponte sumebant Tac. Hist. 3, 43. Bellum sumere pro aliquo Ouid. Epist. 16, 371. Al. Ferrum. Beneficium sumere Plaut. Perf. 5, 2, 10. Cibum sumere Plin. 21, 3. Nep. 25, 21, 6. Cibos minimos sumebant ora Ouid. Epist. 11, 28. Cochlearia tria sumere Scribon. 122. Colorem sumit, et capit faciem Idem Met. 13, 605. Al. Calorem. Confidentiam sumere Plaut. Capt. 4, 2, 25. Consilia sumere in aliquam rem Plin. Epist. 214. Consilia noua sumere Hor. Epist. 1, 18, 33. Contradictionem Quinctil. 11, 3, 163. *repetere id, quod nobis contradictum est, ut vulgo dicunt,* Assumere argumentum. Plin. in Paneg. 77, 6 Quis nostrum idem Curae idem sudoris sumit? *Sed Schwarz.* insumit ex MSS. Cyathus sumitur Scribon. 1. Diem hunc sumimus prothyme Plaut. Pseud. 5, 1, 23. Diem hunc sumamus hilarem Ter. Adel. 5, 3, 68. *i. impendamus hilaritati.* Et Phorm. 5, 5, 4 A senibus ut otium ad potandum habeam: nam aliquot hos sumam dies. *Sed Cic. pro Caecin. 19 Colloquuntur: Dies ex utriusque commodo sumitur.* Eruditionem ex conuersatione doctorum Quinctil. 6, 3, 17. Exempla ab aliquo sumere Cic. pro Lege Manil. 44. Ter. Adel. 3, 3, 62 Iubeo atque ex aliis sumere exemplum sibi. Exordia sumere Virg. Georg. 4, 284. Fastus sumuntur ab imagine speculi Ouid. Amor. 2, 17, 9. Hostes sumere Ouid. Ep. 12, 17. Al. Sentire. Ientaculum sumere Martial. 13, 31. Imaginem alicuius sumere Plaut. Amph. 1, 1, 124. Impetum repetito spatio Quinctil. 10, 3, 6. Impetus ex natura virtus dicitur Idem 12, 2, 1. In argumentum aliquid sumere Idem 7, 3. In conscientiam sumitur Eudemus amicus ac medicus Liuiuae Tacit. Ann. 4, 3. In optionem sumere Plaut. Afin. 1, 1, 88. Inimicitias sumere Cic. in Vatin. 28. Pseudo-Cic. in Sallust. 1 Quo me vertam P. C.? Vnde Initium sumam? Quinctil. 8, 6, 50 Sumere Initium ab aliqua re *Add. 12, 6 pr.* Iras nouas sumfit Ouid. Met. 2, 175. Iudicem sumere de controuersia Cic. ad Brut. 6. Iudicium sibi sumere Caes. Bell. Ciuil. 3, 12. Laborem sumere Idem Bell. Gall. 3, 14. Laudem sumere a crimine Ouid. Met. 6, 474. Literas commendaticias ad aliquem sumere ab altero Cic. Fam. 13, 27. Medicamentum sumere Scribon. 63. 70. 71 etc. *de externo pariter atque interno.* Mutuum sumere, *pro Mutuo accipere* Plaut. Amph. 2, 2, 187. Cic. Verr. 1, 28 c. 10 Quum per eos ipsos dies, per quos causam Dio diceret, reperiretur pecunias sumfisse Mutuas, nomina sua exegisse, praedia vendidisse. Nomen aliud sumere Ouid. Fast. 6, 544. Regium Ornatum Nomenque Nep. 18, 13, 3. Obsequium animo sumere, *Animo obsequi* Plaut. Bacch. 4, 10, 8. Operam sumere ad rem aliquam Idem Mercat. 5, 2, 94. Operam in re aliqua sumere Ter. in Prol. Hec. 25. Plaut. Mostel. 3, 4, 54 Quid ego huc recurfem? aut Operam sumam, aut conteram? Operam frustra sumere, Idem Ter. Haut. 4, 3, 15. Otium sibi sumere Cic. Off. 3, 1. Partes alicuius sumere Caes. Bell. Ciuil. 3, 51. Cic. Philipp. 10, 1. Quas enim Partes ipse mihi sumseram, eas praeoccupauit oratio tua. Periculum pauci sumfere Tacit. Histor. 3, 69. Personam magistri sumere Plin. Epist. 160. Cic. pro Planc. 100 abiecta Quaestoria Persona, comitisque sumta. Poenas sumere Virg. Aen. 2, 585. Praelium sumere Sueton. Caes. c. 60. *i. capere, vid. Casaub. ad h. l.* *Add. Petron. c. 122. Sallust. Fragm. c. 34. extr. Freinsb. Ind. in Flor.* Principium sumere a re aliqua Plin. 18, 4. Cic. de Diuin. 2, 104 Tantum sat est intelligi, id sumere istos Pro certo, quod dubium controuersumque sit. Res non concessas sumere, et ex illis efficere quod velis Cic. de Fin. 4, 49. Sermonem ex proximo Quinctil. 4, 1, 54. Simile sibi sumere Plaut. Mostel. 1, 2, 21. Socerum sumere Ouid. Met. 2, 526. Spatium ad cogitandum sumere Cic. de Fin. 4, 1. Speciem hominis sumit infans in aluo Ouid. Met. 7, 125. Spiritus sibi sumere, et arrogantiam Caes. Bell. Gall. 1, 33. Superbiam sumere Hor. Carm. 3, 30, 14. Supplicium sumere, *Punire* Plaut. Merc. 5, 4, 31 Supplicii sumat quod volt ipse ob hanc iniuriam. Supplicium de aliquo sumere Ter. Andr. 3, 5, 17. Cur non habeo spatium, ut de te sumam supplicium ut volo? Cic. pro Rosc. Amer. 70. Nep. 18, 12, 1. Tempus sumere ad rem aliquam Cic. de Legib. 1, 6. Idem Qu. Fratr. 2, 10 De interpellatione tantum sumam a vobis temporis ad scribendum, quantum dabitur. Tem-

pus colloquendi sumitur Nep. 14, 11, 1. Testimonium fumere in
 res aliquas Cic. pro Caecin. 23. Togam virilem fumere Liu. 26.
 Trepondo fumere Scribon. 271. Venenum Nep. 2, 10, 4. et 23, 12,
 5. Venustate iuuenis sumitur Pamphile Apul. Met. 1 p. 116, 40. *i. ca-*
pitur. Vestis mihi sumitur Ouid. Trist. 5, 5, 7. Vires sumunt 5
 incendia Hor. Epist. 1, 18, 85. Vitam fumere Idem Carm. 3, 5, 37.
 Quomodo autem fumis, ut si quid cui simile esse possit, sequatur, ut etiam
 difficulter internosci possit? Cic. Acad. 4, 46. Alterutrum fatearis
 enim sumasque necesse est Lucret. 1, 973. *Add.* Idem 5, 248. Sed
 quum bis sumit quod voluit, id tamen quod assumit, concedi nullo 10
 modo potest Cic. de Diuin. 2, 103. Vnum hoc fumo, quod mihi
 apertum scelus tuum resque manifestabat Cic. pro S. Rosc. c. 34. Lu-
 cret. 2, 547 Quippe etenim fumant oculi, finita per omne corpora ia-
 ctari vnius genitalia rei. *i. sumamus, fingamus.*
 SVMENS, entis. Part. Calceamenta fumens et regium vestitum 15
 Aur. Victor. Epit. c. 9. Semisomnos partim, alios arma fumens fu-
 gant Sallust. Iugurth. c. 21.
 SVMTVM, i. n. Sententia, cum concessa fuerit, sumtum di-
 citur Mart. Capella 4 p. 125. *Add.* Non. 8, 12. *Est λήμμα*
f. Lemma Graecorum. 20
 SVMTVS, a, um. Partic. [ληφθεῖς] Cic. de Amicit. 34 Sumta
 virili toga. Vide hos quasi sumtos dies ad labefactandum illius di-
 gnitatem Id. pro Rabir. Post. 44 c. 16. Figuras reponere sum-
 tas Ouid. Met. 12, 556. Eo laxamenti plebi sumto Liu. 6, 31. Que-
 rela alte sumta Lucret. 4, 1175. 25
 SVMTVRVS, a, um. *Aliud* Partic. [ληφόμενος] ut, Oscula sum-
 turus Ouid. Fast. 3, 691.
 SVMTITO, are. Frequent. Plin. 25, 5 Elleborum pleri-
 que studiorum causa ad pequidenda acrius, quae commentabantur,
 sumtitauerunt.
 SVMTVS, us. m. [δαπάνη, ἀνάλομα, χορηγία] *Dicitur Quod* 30
quis impendit, siue Impensa. conf. Salmas. in Spartian. p. 17 et 18. Ter.
 Phorm. 4, 3, 61 Opus est sumtu ad nuptias. Annuus sumtus, *vid.*
 ANNVS, in ANNVS. Dapsilis sumtus, *vid.* DAPSILIS in
 DAPS. Egentissimarum civitatum sumtus Cic. Fam. 3, 8. Epu- 35
 larum sumtus et magnificentia Idem Tusc. 5, 96. Exiguus sumtus
 Idem in Parad. 6. et Offic. 2 c. 17. Infinitus sumtus Idem Off. 2, 42.
 Liberales sumtus, *vid. h. l.* Legitimus et infinitus sumtus Cic.
 Fam. 3, 8. Sumtus Ciceroni pro *Luxurie fere accipitur: ut pro Cael.* 44
 Nulla luxuries reperietur, nulli sumtus, nullum aes alienum. Ibid. 40
 67 Vigeant apud mulierem venustate, dominantur sumtibus. Ab-
 ire in sumtus, Accommodare sumtus, Admittere sumtus, Afferre
 sumtum, *vid. hb. vv.* Decernere sumtum Cic. Fam. 3, 8. De-
 corare oppida publico sumtu Hor. Carm. 2, 15, 19. Dare sumtum
 Cic. de Inuent. 2, 87 c. 29. Dedit in sumtum dimidium minae 45
 Ter. Adel. 3, 3, 17. Effusus sumtus Cic. pro Rosc. Amer. 68. Ero-
 gare in sumtum Idem Att. 8, 5. Exercere sumtum suum Ter.
 Heaut. 1, 1, 91. *Serui dicuntur, qui efficiunt sua diligentia et lucris*
hero quaesitis, ut sumtum, quem in illos facit, foenerari videatur, ex-
ercitum et agitatum habere, non strangulatum et sine fructu. Sic I. F. 50
Gronov. Obj. Eccl. 1 p. 9. qui etiam monet, Ambrosium imitatione huius
loci non satis accurate aliquoties posuisse sumtum exercere suum pro vi-
ctum sibi quaerere. Sed Bentleius post Iac. Palmerium Terentio reddit
sumtum exsercirent f. exsarcirent, i. compensarent: cui et sententia
fauet, et illud, quod tum glossae quaedam Terentianae marginales, tum 55
Paulus in Epitoma Festi habent Exsercèrent, vel exercirent, sarcirent.
 Exhauriri sumtu provinciam Cic. Qu. Frat. 1, 1. Extenuare sum-
 tum Idem de Legib. 2. Ter. Adel. 5, 4, 11 Sibi vixit, sibi sumtum
 Fecit. *Conf.* Plaut. Asin. 1, 3, 65. Nullius teruncii sumtus Factus
 est Cic. Att. 5, 20. Facere ampliter sumtum, *vid.* AMPLVS. 60
 Facere sumtum in rem militarem Cic. Fam. 12, 29. Facere sum-
 tum pro quaestu Hor. Serm. 1, 2, 19. Fit sumtus in Quaestorem,
 etc. Cic. Att. 5, 16. Habere in sumtum Idem Fam. 9, 20, 5. Im-
 pendere laborem et sumtum ad incertum casum Idem Verr. 3, 227 c. 118.
 Impendent infiniti sumtus in hos exercitus, quibus nunc defendimur 65
 Idem ad Brut. 18. Infumere sumtum magnum, aut laborem in
 aliquam rem Idem de Inuent. 2, 113. Leuare sumtum, *vid.* LE-
 VŌ in LEVIS. Minuere sumtum in aliquem Cic. de Legib. 2, 22.
 Minuere sumtum, aut remittere Idem Fam. 3, 8. Mutuari in
 sumtum, *vid.* MUTVOR, in MUTVVM. Parcere sumtu, *vid.* 70
 PARCO. Ponere sumtum Cic. Qu. Frat. 3, 1. Prodire sum-
 tu extra modum Idem Off. 1, 140. Subsistere sumtibus Varro...
 Sufferre sumtus Ter. Heaut. 3, 1, 43. Suggestere sumtum Cic. de Inuent.
 1, 27. Cur tu his rebus sumtus Suggestis? Ter. Adelph. 1, 1, 37. Cic.
 Att. 5, 14 Aduentus noster minimi, nec minimo quidem Fuit sumtui. 75
 Suppeditare sumtus Cic. de Off. 2, 42 c. 12. — Sumtibus,
vid. SUPPEDITO. Cic. de Lege Agr. 2, 65 Non istorum pecuniis quid-
 quam aliud deesse video, nisi istiusmodi fundos, quorum subsidio fa-
 miliarium magnitudines, et Cumanorum, ac Puteolanorum praediorum
 sumtus Sustainere possint. Sustainere sumtum Idem Fam. 11, 14. 80
 Temperare sumtus Ouid. Amor. 1, 3, 10. Tolerare sumtus Ter.
 Heaut. 3, 2, 33. *Genitius Sumti, antiquus Cato c. 22* Eo sumti opus
 est. *Plura collegit Non. 8, 12. Nempe Plaut. Trin. . . .* Quod
 ebibit, quod comest, quod facit sumti. Turpil. Quia hos dies
 complusculos Intercapedo sumti faciendi fuit. Lucill. Quid da- 85
 re, quid sumti facere, ac praebere potisset. Caecil. Quid hoc
 futurum opsonio, et vbi tantum sumti factum? Varro, Quum no-
 vissime mutaret (*quid si mutitaret?*) quantum sumti fecerit. In
 edit. fragmentorum Varronis Dordr. p. 89, 36 Mitteret et in contextu, in
 marg. mutitaret. 90
 SVMTVARIVS, a, um. Adi. [δανηματωτικός] *Quod ad sum-*
tum pertinet. Cic. Att. 13, 7 Tu velim e Pollice cognoscas ratio-
 nes nostras sumtuarias. Sumtuaria lex, quae de moderandis
 sumtibus lata est, quam Cato Cibariam appellat. Cic. Fam. 7, 27
 Lex sumtuaria, quae videtur λητότητα attulisse, ea mihi fraudi fuit. 95
 Ibid. 9, 15 Domum si habebo in denos dies, singulos sumtuariae legis
 dies conferam. Sic Att. 12, 45. *conf.* Gell. 2, 24. Sueton. Caes.
 c. 43. et Aug. c. 34. Tac. Ann. 3. et 20, 1. 52, 3. ¶ 2
 Sumtuarius, qui sumtus facit, επαναλωτής, Gloss. Gr. Lat.
 SVMTVŌSVS, a, um. *Aliud* Adi. [πολυτελής] *Qui magnos* 100
sumtus facit. Splendidus, non sumtuosus Nep. 25, 13, 5. Cic.
 pro Cluent. 70 Quum esset egens, sumtuosus, audax, callidus, perfid-
 iosus. Sic de Orat. 2, 135 Quod sumtuosus, de luxuria: quod
 alieni appetens, de auaritia. Nil apud hunc lautum, nihil ele-
 gans, nihil exquisitum, ne magnopere quidem quidquam praeter libi- 105
 VOL. IV.

dines sumtuosum Cic. in Pison. 67. Adolescentiae sumtuosae homo, vid. ADOLESCENTIA, in ADOLEO. Coenae sumtuosae Catull. ad Fund. 42, 9. Cic. Fam. 9, 23. Reliquae sumtuosissimae Coenae Sen. Controv. 4, 25. Conuiuia sumtuosiora Martial. 1, 94 (100). Domus sumtuosa, Sumtuosa, familia Ter. Adel. 4, 7, 42. Funera magnifica et sumtuosa Caes. Bell. Gall. 6, 18. Homo magnificus et sumtuosus Ter. Heaut. 2, 1, 15. Hostia sumtuosa Hor. Carm. 3, 23, 18. Ludi sumtuosiores Cic. Qu. Frat. 3, 8. Resperio sumtuosa Idem de Legib. 2, 60.

10 SVMTVOSE. Adu. [πολυτελής] Cum magno sumtu. Colere aliquem sumtuose Traianus Plinio 10, 53. Plin. Epist. 9, 12 pr. Castigabat quidam filium suum, quod paullo sumtuosius equos et canes emeret. Catull. 48, 5 Vos conuiuia lauta sumtuose De die facitis. Iactare se sumtuosius et insolentius Cic. in Catil. 2, 20 c. 9. Add. 15 Varro R. R. 3, 17. Sueton. Claud. c. 16.

SVMTVOSITAS, ātis. f. Sidon. Epist. 9, 6 Quantum de bonuscullis auitis paternisque sumtuositas domesticae Charybdis abligurisset.

SVMTIFACIO. Vt Lucrifacio putant quidam dictum voce composita. 20 Quae huc referri possunt damus in SVMTVS n. 2. Non probabile est pro composito usum Lucilium, quia, i in sumti non corripuit. fēci, factum, ēre. Eodem modo ac Lucrifacio. Lucil. apud Non. 8, 12 Quid dare quid sumtifacere ac praebere potissit. Varr. ibid. Quantum sumtifecerim. Plaut. Caf. 2, 7, 1 Si nunc me suspendam, meam 25 operam luserim, et praeter operam restim sumtifecerim.

SVMTIO, ōnis. f. [λήμμα] Cic. de Diuin. 2, 108 c. 53 Sed demus tibi istas duas sumtiones, ea quae λήμματα appellant dialectici, sed nos Latine loqui malimus. Cato de R. R. 145 De lege oleae faciundae, Si fuerit, in singulas sumtiones, etc. Conf. Vitruu. 1, 2.

30 SVNIVM, i. n. [Σύνιον] Vicus et promontorium Atticae regionis, quod in extrema acie Helladis est, supra Athenas et Marathonem. Mercator hoc addebat, se e praedonibus, vnde emerat, audisse abreptam e Sunio Ter. Eun. 1, 2, 35. conf. Cic. Att. 3, 7.

SVNO, āre. Tribuitur Lucilio apud Non. 2, 771 sed rectius leg. simo, v. v.

S V O

40 SVO, sui, sūtum, ēre. [σάπτω] Proprie usurpari videtur de his, quae acu, magna parua, et filamento, tenui crasso, coniunguntur. Cic. de Nat. Deor. 2, 150 c. 60 Cultus dico agrorum, exstructionesque tectorum, tegumenta corporum vel texta, vel suta, omnemque fabricam aeris et ferri. Flor. 4, 12, 37 Vnius (causarum patroni a Germanis) os sutum, recisa prius lingua, quam in manu tenens barbarus, 45 Tandem, inquit, vipera, sibilare desiste! Os sutum est filo traiecto occlusum. Gell. 17, 3 Sed hi plerisque naues loris suebant. Aluearia suta lentis corticibus Virg. Georg. 4, 33. Pilea suta de lacernis caesis Stat. Silu. 4, 9, 24. Add. Pacuu. ap. Fest. in Serilia. Metaph. Suere aliquid capiti suo Ter. Phorm. 3, 2, 6.

50 SVENS. Partic. Vid. Festi locus, quem Namus infra in SVTELA. SVTOR, ōris. m. [σάπτης] Qui sūt: potissimum autem pro Calceario opifice sumitur. Plaut. Aul. 1, 1, 34 Quasi claudus sutor domi fedet totos dies. Add. ibid. 3, 5, 39. Cic. pro Flacc. 17 c. 7 Se velle dixit, id futores et zonarii conclamarunt. Martial. 2, 17 Argique letum multus obsidet sutor. Ne supra crepidam sutor iudicaret, vid. Plin. 35, 10. Bonus sutor Hor. Serm. 1, 3, 125.

55 SVTORIVS, a, um. Adi. [σάπτικός] Quod ad futorem pertinet. Cic. Att. 6, 1 Nostri enim credo graues habent Turpionem futorium, et Vecium maneipem. Plin. 20, 12 Verrucas misto atramento futorio tollit. vid. ATRAMENTVM.

60 SVTORICIVS, a, um. Atramentum Marc. Empir. c. 8. SVTVRA, ae. f. [σάψη, σάψια] Iunctura suendo facta. Liu. 38, 29 Sed triplex scutale crebris futuris duratum, ne fluxa habena volutetur in iactu glans. Metaphor. Corn. Cels. 8, 1 Raro 65 caluaria solida sine futuris est, et id caput firmissimum, atque a dolore tutissimum est: ex caeteris in quo futurae pauciores sunt, eo capitis valetudo commodior est. Sed proprie Idem 5, . . . De glutinatione vulnerum, Sutura oras iungit, quae ne ipsae quidem inter se contingere, ex toto debent.

70 SVTILIS, e. Adi. [σάπτος] Quod sutum est, vt, Enormitates sutilium atque textilium Capillamentorum Tertull. de Cultu Fem. c. 7. Martial. 9, 95 Sutilis aptetur decies rosa crinibus; vt sit, Qui posuit sacrae nobile gentis opus. Idem 5, 65 Pinguescat nimio madidus mihi crinis amomo, Lassenturque rosas tempora sutilibus. Add. 75 9, 91. Sunt eadem Coronae sutiles Plin. 21, 5 Summaque auctoritas patili coronae. Sutiles Saliorum sacris inuenimus et sollemnes coenis. Add. Ouid. Fast. 5, 335. Hyacinthis pingere sutilibus Prudent. Hamart. v. 268. Cyniba sutilis Virg. Aen. 6, 414. Apul. Met. 6 p. 180. Plin. 24, 9.

80 SVTRINA, ae. f. [συντρῖνον] Officina sutoris, in qua calcei fiunt. Liu. 23, 30. Plin. 35, 10 Tonstrinas, sutrinisque pinxit, et asellos, et opsonia ac similia. Add. Varro ap. Non. 2, 760.

SVTERNA, ae. f. Idem. vid. f. l.

SVTRIBALLVS, i. m. [παλαίστρα] Gloss. Gr. Lat. Qui calceos veteramentarios et ruptos concinnat. Vet. Scholiast. ap. Iuuen. 85 SVTRINVS, a, um. Adi. Tacit. Ann. 15, 34, 3 Sutrinae tabernae alumnus, Vatinius.

SVTRINVM, i. n. pro Arte sutrina. Senec. Epist. 91, (90) Non multum absuit, quin sutrinum quoque inuentum a sapientibus diceret.

90 SVOPTTE, Svo ipsius; vt Meopte, Meo ipsius; Tuopte, Tuo ipsius, Fest. vid. SVVS.

SVOVETAVRILIA, vid. SOLITAVRILIA.

S V P

95 SVPARVS, vid. SVPPARVM.

SVPAT, iacit; vnde Dissipat, Disiicit: et Obsipat, Obiicit; et In-

sipat, h. e. Iniicit. Paullus ex Festo, vid. INSIPO.

SVPELLEX, lectilis. f. Pl. SVPELLECTILIA, um. Abl.

100 sing. SVPELLECTILIB, vel SVPELLECTILI, cuius nonnulli Nominatiuum etiam formant supellectile: vid. Voss. de Vit. L. L. 1, 21.

[σκευός, κατασκευή, περιχρῖα, ἐπίπλαον] Domesticum patris familias in-

strumentum, quod neque argento, aurove factum, vel vesti adnumeretur, id est, res mouentes non animales. Supellectili legata haec 95 continentur, mensae, trapezophora, delphicae, subsellia, scamnia, lecti-

inargentati, culcitrae, toralia, vasa aquaria, pelues, aquimmaria, candelabra, lucernae, trullae. *Dedimus* l. 1. 2 et 3 D. de supellectile legata: unde possunt petere, quantum lubet, studiosi. *Vsum loquendi vulgarem satis ista instruunt: non item subtilitatem iuris, de qua, vid. v. g. l. 19 §. 8 et 9 de Auro, Argentio, Mundo, et conf. Bynkershoek Observ. 4, 6. Plin. 15, 8 Totam supellectilem ligneam. Cic. Verr. 2, 83 Supellex ex aere elegantior, et Deliaea et Corinthia. Hor. Serm. 1, 6, 118 Vilis cum patera guttus, Campana supellex. A supellectile Inscript. ap. Pignor. de Sôru. i. supellecticarius. Supellectilis nomenclatura unde ducta sit, monet Celsus l. 7 pr. De supellectili legata, Labeo ait originem fuisse supellectilis, quod olim his, qui in legationem proficiscerentur, locari solebant, quae sub pellibus vsui forent. *Turneb. Adv. 18, 23 a lectis originem habuisse credit, ut sic primo dicerentur, quae super lectos insternuntur, culcitrae, toralia etc. latius subinde significationem extendente vsu. Instrumentum et supellex Cic. Verr. 4, 97. Num ullam cogitationem habuisse videntur — aut auri et argenti ad auaritiam, aut amoenitatum ad delectationem, aut supellectilis ad delicias? Cic. in Parad. 1 c. 3. Idem de Amicit. 55 c. 15 Amicos non parare optimam et pulcherrimam vitae, ut ita dicam, Supellectilem? Barbarica supellex, vid. BARBARVS. Curta supellex, vid. CVRTVS. Quintil. 2, 2, 29 Supellex infelix, quae sicut apud pauperes ambitiosos pluribus et diuersis officiis conteritur. de locis communibus. Multa et lauta et magnifica supellex Cic. Philipp. 2, 66 c. 27. Munda supellex Hor. Epist. 1, 5, 7. Rustica Varro R. R. 1, 22. Virg. Georg. 1, 165 Virgea praeterea Celei vilisque supellex. In quem loc. sic Seru. Supellex vsurpatum est, h. e. improprie dictum: nam artis est supellectilis. Genitium enim aut par debet esse Nominatiuo, aut maior: ut Musae, doctoris. Si duabus maiorem inuenerimus, contra artem id esse manifestum est: ut Anceps, praeps, et pauca alia. Cic. de Orat. 1, 165 In Oratoris vero instrumento tam lautam supellectilem nunquam videram. Vid. Idem in Orat. 80 c. 24 Quo in loco Supellectilem Cicero vocat, Omne genus ornamenti, quo utuntur Oratores. Sic Sen. Epist. 58 med. Propria Platonis supellex est. Ideas vocat, ex quibus omnia, quaecunque videmus, fiunt.**

SPELLECTICARIVS, a, um. *Serui epitbeton: curantis supellectilem. Celsus apud Vlpian. l. 2 §. 30 D. de Instructo ait, fundo instructo legato etiam supellecticarios, et caeteros hoc genus seruos legato contineri. Conf. Petron. c. 34 ubi tamen al. lecticarius.*

SUPER. [*ὑπέρ, ὑπεράνω*] Praepositio lati admodum vsus, quae primo locum altiore notasse videtur, deinde omne genus accessionis, et excessus: denique non audemus ei (cum praesertim in necessariam festinationem incidat hic locus) generalem satis notionem assignare: sed exempla modo ponimus. Iungitur Accusatiuo et Ablatiuo, ea fere lege (sed quae non magis, quam reliquae Grammaticorum, perpetua est) ut cum quarto Casu motum, cum sexto quietem indicet. Fama super aethera notus Virg. Aen. 1, 383. Cic. de Legib. 2, 66 Demetrius super terrae tumulum noluit quid statui, nisi Columellam. Virg. Aen. 6, 794. Super et Garamantas et Indos Proferet imperium. conf. Cael. ad Cic. Fam. 8, 10. Apuleius, . . . iam enim super oppidum profectus, nos citra reliquerat. Studui super mediam noctem, bona locutio est, teste Seruio. Virg. Aen. 9, 61. hoc etiam per Ablatiuum dixit, Nocte super media. Suet. Augusto c. 35 Erant enim super mille, et quidam indignissimi, etc. Tacit. Ann. 13, 58 Quae super octingentos et quadraginta annos Remi Romulique infantiam texerat. Super omnem taxationem Plin. 7, 12. Super omnia Virg. Aen. 8, 303 et 9, 283. Ouid. Met. 6, 927. Cunctis super Vota fluentibus Tac. H. 3, 48, 4. Add. Sallust. Iug. c. 35. Liu. 31, 18. Super, pro Praeter. Suet. Vitell. c. 13 Famosissima super caeteras fuit coena ei data aduenticia a fratre. Sic in Tiber. c. 55 Super veteres amicos ac familiares, etc. Super ea, quae ipsi debeo Stat. Silu. 2 Praef. Super haec timor incessit Liu. 2, 27. add. Id. 30, 1. Colum. de Arb. c. 11. Punicum exercitum super morbum etiam fames affecit Liu. 28 extr. conf. Tac. H. 2, 44, 2. Suet. Aug. c. 59. Liu. 2, 51 Obfessaque vrbs foret, super bellum annona premente, ni Horatius Consul ex Volscis esset reuocatus. Sauia super sauia dare Plaut. Pseud. 4, 1, 38. Gratias aliis super alias epistolis agit Plin. Epist. 7, 8. Super coenam loqui, Tempore coenae Plin. Epist. 4, 22. Curt. 7, 4, 7 Debellaturus super mensam Alexandrum. Al. mensa. Sic Super vinum et epulas Curt. 8, 4, 30 h. e. Inter epulas, inter conuivandum. Super Numerum, militum genus ap. Suet. Claud. c. 25. i. ultra vid. Torrent. et Casaub. Hor. Serm. 2, 8, 23 Nomentanus erat super ipsum, Porcius infra. Suet. in August. c. 43 Superque se subfello secundo collocavit. Curt. 8, 5, 22 Polypercon, qui cubabat super regem, etc. Idem 6, 11, 3 Sed per dispositos, quos super somnum habebat. Sic laudatur h. l. sed Freinsb. ad somnum, et in Var. Lect. supra somnum. ¶ 2 Cum Ablatiuo, pro De, ubi de re reliqua mentionem facimus. Festus in Superescit, super — ponitur etiam pro De, Graeca consuetudine, ut illi dicunt ὑπέρ. Plautus in Milite. . . . Mea opera superhac vicina, quam ego nunc concilio tibi. In Phasmate. Tandem percipio, super rebus nostris loquite. Pacuu. Qui super re interfectum esse Hippolen dixisti. Cato, Nemo antea fecit super tali re cum hoc magistratu vtique rem. Virg. Aen. 1, 754 Multa super Priamo rogans, super Hectore multa. Cic. Att. 16, 6 Hac super re scribam ad te Rhegio. Pater familias vt super familia, pecuniae sua legauerit, ita ius esto Auctor ad Herenn. 1, 23. Plaut. Aul. 4, 7, 2 Super Euclionis filia. Super, pro Plusquam, Suet. in Augusto c. 38 Super triginta ducibus iustos triumphos, etc. i. pluribus quam. Sic Virg. Aen. 9, 61 Nocte super media: post mediam noctem. Proprie Virg. Ecl. 1, 80 Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte Fronde super viridi. Idem Aen. 6, 202 — Gemina super arbore sidunt. Idem fere quod propter significat. Virg. Aen. 4, 233 Nec super ipse sua molitur laude laborem. Vbi Seruius, Super laude sua, i. e. Pro sua laude: et Graecum est schema. Sic enim Demosthenes, ὑπέρ τῆς σφάνης, id est, pro corona, ὑπέρ ἐκείνης pro illo. Excessum et eminentiam notat in illo Sallust. in Iugurth. 35 extr. At Iugurtha manifestus tanti sceleris, non prius omisit contra verum niti, quam animaduertit super gratiam atque pecuniam suam, inuidiam facti esse. Sed al. etiam Cortius, supra. Super, i. Post: Super cibum dare Scribon. 52. ¶ 3 Super efficitur Aduerbum, ubi casum desit habere. Plaut. . . . Hinc atque hinc super, subterque premor angustiis. Cic. pro Rosc. Com. 11 c. 4 Satis superque habere dicit. Virg. Aen. 4, 494 Lectumque iugalem Quo perii, super imponas. add. Id. 2, 642. Aeterna crepido, quae super ingesti portaret culmina montis Stat. Silu. 1, 1, 58. Tunc

super insultans avidus languentia curru Membra terit Claudian. Gigantom. v. 83. Superque tegere Scribon. 43. Tum linteolum et super lana aequae deliganda Cels. 6, 18. Sibi multum superque vitae fore Tac. A. 4, 39, 5. Nec super existat Adon Venant.

5 Carm. 7, 12. i. *Supereff.* Super, pro *Desuper*: Virg. Aen. 9, 168 Et super e vallo prospectant Troës. Vid. Idem Aen. 10, 384. et Scribon. 84. Liu. 27, 20 Marcellus etiam aduerso rumore esse, super quam quod primo male pugnaverat. i. *Praeter quam quod.* Add. Id. 22, 3 fin. Poenas dedit vsque superque Quam satis est Hor. Sat. 1, 2, 65.

10 ¶ 4 Super, pro *Supereff.* Ut enim Graeci *Præpositiones pro Verbis interdum pereleganter ponunt, ut μέρα pro μίση, κάρα pro κάπεσι: sic et Valerius Super pro Supereff illo versu, 8, 485 Nec spes vlla super.* add. Id. 4, 344. Et ante eum Virg. Aen. 3, 489 O mihi sola mei super Astianactis imago: *quanquam aliter a Seruio explicatur.*

15 Vix oneri super illa suo Grat. Cynege. 287. Quid iam integri esse in corpore loci ad noua vulnera accipienda; quid super sanguinis Liu. 4, 58, sc. esse. vid. Grenou. Pro *Insuper et amplius*: Virg. Aen. 2, 71 Cui neque apud Danaos vsquam locus, et super ipsi Dardanidae infensi poenas cum sanguine poscunt. *Nonnulli legunt Insuper.* Add.

20 Idem Aen. 11, 226. Quod de gloria, de pecunia, ambitione, superque de morte non cogitant Plin. 2, 6. conf. Sarrnon. v. 989. ¶ 5 Super, pro *superus*. Vbi super inferque vicinus permittet Cato R. R. c. 149. Quam naturam habet super ignis Lucret. 1, 649.

SUPER A, pro SV PRA, vid. SV PRA.

25 SUPER A, ōrum. vid. SV PER VS.

SUPERABILIS, vid. SV PERO.

SUPERABLVO, ĩre. Caspinam late terram superabluit vnda Auien. Perieg. v. 881.

30 SUPERABVND O, ĩre. *Redundare.* Vlpian. in l. Non solent. D. De diuersis reg. iur. antiq. Non solent, quae superabundant vitiare scripturas. Qui diuitiis superabundant Modest. Dig. 27 t. 1 l. 6 §. 7. Gratiam superabundasse Tertull. de Refurr. Carn. c. 34. Deus superabundanti maiestatis foecunditate de se mentem creauit Macro. Somn. Sc. 1, 14.

35 SUPERABVNDANTER, Adu. Vulg. Ephes. 3, 20.

SUPERABVNDANTIA, ac. f. Vulg. Leuit. 25, 37. Ezech. 18, 17.

SUPERACCOMMOD O, ĩre. Ferulae superaccommodandae sunt; quae fissae circumpositaeque ossa in sua sede contineant Cels. 8, 10.

SUPERACERVO, ĩre. Vid. Tertull. ad Nat. c. 15.

40 SUPERADDO, ĩdi, ĩtum, ĩre. [*ἐπιπροσθήμι*] *Ultra addere.* Virg. Ecl. 3, 38 Lenta quibus torno facili superaddita vitis. Propert. 2, 13, 33 Et sit in exiguo laurus superaddita busto. Carmon superaddere tumulo Virg. Ecl. 5, 42.

45 SUPERADVCO, ĩre. Quin etiam superadducas, quae mihi comedint cibum Plaut. Truc. 2, 6, 53.

SUPERADIICIO, ĩre. Calcem minutim superadiicies Pallad. 1, 17. add. Id. 11, 14. Vbi offellae coctae fuerint, superadiicitur his in foco positis haec conditura Apic. 7, 4. Sed superadiecta est generi custodia sancto Prosp. Aquit. de Prouid. v. 340. conf. Macro. Sat. 1, 14. Th. Priscian. c. 30.

50 SUPERADIMO, ĩre. Post statuas deiectas superadimenda vita Ammian. 14, 7.

SUPERADORNO, ĩre. Nullum materiae superadornatae manet operimentum Sen. Qu. Nat. 4, 2.

55 SUPERADSPERGO, ĩre. Apium viride incisum superadsperges Apic. 7, 6 extr. conf. Id. 4, 2.

SUPERADSTO, stiti, ĩre. Manil. 1, 909 — lacerosque prius superadstitit artus. Male densatus agger pondere superadstantium in fossam procubuit Liu. 10, 5. Verticibus superadstantem, mediumque secantem Caelum Manil. 1, 637.

60 SUPERADVLTVS, a, um. Virgo Vulgat. 1 Corinth. 7, 36 *ὑπερακμύζουσα.*

SUPERADVOLO, ĩre. Trepidus superaduolat Idas Val. Flacc. 6, 343.

65 SUPERAEEDIFICO, ĩre. Si digna tanto monumento superaedificetur operatio Paullin. Nol. Epist. 28 n. 2.

SUPERAEEDIFICATIO, ōnis. f. Per ignem iudicatur vestra superaedificatio Tertull. adu. Marc. 5, 6.

SUPERAEQVANI, Populi in quarta regione Italiae, quos Sulmonensibus vicinos esse Plin. commemorat, 3, 12.

70 SUPERAEQVATIO, ōnis. f. Si quis deserta praedia superaequationis iure perceperit Impp. Cod. 11 t. 58 l. 15. Videtur respicere ad munus Peraequatorum, sc. ἐξισωτῶν, agros assignantium, desertos etiam aliis dominis, et ordinantium tributa.

SUPERAGO, ĩgi, actum, ĩre. Tibull. 4, 1, 158 Vbi non vnquam Titan superegerit ortus. Sic legit Ios. Scaliger ex MSS. al. Superingerit.

75 SUPERAGGERO, ĩre. Columel. 12, 44 Factae scrobi operculum imponitur, et palcato luto circumlinitur, eaque humus, quae fuerat egesta, superaggeratur.

SUPERALLIGO, ĩre. [*ἐπιδήω*] Plin. 30, 6 Caninus si viuenti eximatur, et in cibo sumatur, liberat eo vitio. Quidam recentem superalligant. de Dentibus.

80 SUPERAMENTA, vid. SV PERO.

SUPERANTEACTVS, a, um. Superanteacta aetas Lucret. 3, 673. alii diuidunt voces.

85 SUPERATTOLLO, ĩre. Sensim superattolle limen pedes Plaut. Caf. 4, 4, 1. i. Fer pedes trans limen.

SUPERATTRAH O, ĩre. Argo quod curuis puppim superattrahit oris, Tingitur Auien. in Arat. v. 1251.

90 SUPERARGVMENTOR, ĩri. Nunc video te ad aliam rursus rationem reuerti, et proinde superargumentans Tertull. adu. Hermog. c. 37.

SUPERAVRATVS, a, um. Et superaurata sparulus ceruice refulgens Ouid. Halieut. v. 106.

95 SUPERBIBO, bĩbi, bĩtum, ĩre. [*ἐπιπίνω*] Postea bibere. Plin. 23, 1 Itemque iugi superbibere ebrietati, quam quidem frigidae potus extemplo discutit. add. Tertull. adu. Gnost. c. 15.

SUPERBIO, ĩui, ĩtum, ĩre. [*ἀλαζονεύομαι, μεγαλοφρονέω, τυφθόμοι*] Compositum putant ex Super et Eo, is, B melioris soni gratia interposita: Est autem Superbire, vel Ipso incessu, vel fastu quodam sese extollere. Plin. 10, 63 Equae comantes gloria superbunt. Superbire, ad inanimata translatum. Idem 37, 7 extr. Hac certe gemma apud Menandrum Philomenem fabulae superbunt. i. haec gemma frequentius memoratur. Claud. de Rapt. Proserp. 3, 337

100 Phlegraeis silua superbit Exuuiis, totumque nemus victoria vestit. b. e. Nobilitatur, celebratur, illustratur. Si habes, quod liqueat, neque

- neque respondes, superbis Cic. Acad. 4 c. 29. Spoliare superbis
 Oenides Stat. Theb. 8, 588. *i. fastidit.* Patriis actis superbire
 Ouid. Epist. 8, 43. Forma superbire Idem de Medic. faciei 33.
 Nomine auti superbis ille Ouid. Met. 11, 218.
 SVPERBIENS, entis. Part. Superbiens honore diuinae domus
 Phaed. 5, 8, 38. Superbia in superciliis sedem habet, in corde nasci-
 tur Plin. 11, 37.
 SVPERBIA, ae. f. [*ὑπερηφάνια, ἀλαζονία, τύφος*] Est super-
 grediens elatio mentis. Cic. in Partit. 81 Magnitudinem animi su-
 perbia imitatur, in animis extollendis. Idem Verr. 6, 89. Do-
 micilium superbiae, et sedes luxuriae Idem de Lege Agr. 2, 96. Da-
 mnosa superbia in vultu Ouid. de Arte Am. 3, 509. Vbi regium
 imperium in superbiam dominationemque Conuertit Sallust. Catil. c.
 6. Abiicere superbiam Plaut. Merc. 5, 2, 10. Accipere aliquid
 in superbiam Tacit. Ann. 6, 3, 13. Facere aliquid in superbia et
 in humanitate Cic. de Orat. 1, 99. Vbi Lubido et superbia Inua-
 sere Sallust. Catil. c. 2. Heu nunquam stabilem Sortita superbia
 sedem Aufon. de cl. Urbib. in Capua v. 15. Plur. Secundas for-
 tunas decent Superbiae Plaut. Stich. 2, 1, 28. Superbiam, fastidium,
 arrogantiamque magnopere fugiamus Cic. Off. 1, 90 c. 26. Parere
 superbiam Quintil. 3, 6. Ponere superbiam Hor. Carm. 3, 10, 9.
 Excellentiam et summum alicuius rei gradum notare videtur, ut Superbus,
 Vitruu. 7, 3 Semper enim album opus propter superbiam candoris non
 modo ex propriis, sed etiam ex alienis aedificiis concipit fumum.
 SVPERBVS, a, um. Adi. [*ὑπερηφάνος, ἀλαζών*] Arrogans et
 festu tumidus. Virg. Aen. 3, 326 Stirpis Achilleae fastus, iuuenemque
 superbum. Vid. Idem Aen. 10, 514. Catullus in Iulium Caesarem f.
 27, 6 Et ille nunc superbus, et superfluens. Apud maiores super-
 bia ingens erat facinus, adeo ut Tarquinius pro multis sceleribus su-
 perbi nomen acceperit Seru. ad Aen. 11. conf. Cic. Phil. 3 c. 4. Hac
 Tarquini cognomen, a moribus ortum, ut verum et proprium nomen
 adhibuit Ouid. Fast. 2, 718 Brutus erat stulti sapiens imitator; ut esset
 Tutus ab insidiis, dire Superbe, tuis. Tarquinius execratione
 postrema hoc damnauerunt maledicto, et hominem libidine praecipit-
 em, auaritia caecum, immanem crudelitate, furore vecordem, voca-
 verunt Superbum, et putauerunt sufficere conuicium Pacat. Paneg.
 Theodof. c. 20. conf. Burm. ad Petron. c. 18. Superbus caede fe-
 rarum Ouid. Met. 2, 442. Pecunia superbus Hor. Epod. 4, 5.
 Est tamen etiam Superbus, Nobilis, magnificus, excellens, sec. Seru. Virg.
 Aen. 1, 25 Hinc populum late regem, belloque superbum. Plaut. 40
 Amph. 1, 1, 59 Magnanimi viri, freti virtute, et viribus superbi. Ce-
 ciditque superbum Ilium Virg. Aen. 3, 2. I, decus Ausoniae, quo
 fas est ire superbas Virtute et factis animas Sil. 10, 513. conf. Dra-
 kenborch. ad b. l. it. ad v. 504. Aiaci non est tenuisse superbum,
 Sit licet hoc ingens, quidquid sperauit Vlixes Ouid. Met. 13, 16. Virg. 45
 Aen. 7, 630. — Actina potens, Tyburque superbum. b. e. Alte ex-
 aedificatum, Magnificum. Idem Aen. 2, 504 Barbarico postes auro,
 spoliisque superbi Procubuere. Opibus superbi omnes Idem
 Aen. 5, 268. Idem ibid. 9, 324 — Simul ense superbum Rha-
 mnetem aggreditur. Idem Aen. 8, 118 Quos illi bello profugos 50
 egere superbo. *Lasciuia quadam comica* Plaut. Amphit. 1, 1, 203 Fa-
 ciam ego hodie te superbum, nisi hinc abis. SOS. Quonam modo?
 MERC. Auferere, non abibis, si ego fultem sumsero. *Nempe ordinarie*
Superbiae accusantur, qui alienis humeris gestari se volunt. Add. Non.
 2, 784. Achilles superbus, vid. ACHILLES. Ager superbus 55
 Martial. 1, 2. quem superbe sibi Nero vindicarat. Aures habere su-
 perbas Liu. 34. Coniugium superbum Virg. Aen. 3, 475. Cor-
 pus superbum Hor. Serm. 2, 2, 109. Curru superbo victor stetit
 Senec. Troad. 2. Cupiens variâ fastidia coena Vincere tangentis
 male singula Dente superbo Hor. Sat. 2, 6, 86. Dominis parere super- 60
 bis Virg. Aen. 12, 236. Familia superbissima Liu. 2, 56. et 9, 34.
 Fastidia superba Virg. Ecl. 2, 15. Forma superba Ouid. Epist.
 21, 33. Fortuna superba Hor. Epist. 1, 1, 67. Gentes frenare
 superbas Virg. Aen. 1, 527. Gressus glomerare superbos Idem
 Georg. 3, 117. Homines superbissimi Sallust. Iug. c. 31. Ho- 65
 nor superbus Stat. Achill. 1, 279. Insigne superbum belli Virg.
 Aen. 8, 683. Iudicium aurium superbissimum Cic. in Orat. 150
 c. 44. Ius superbum Cic. de Legib. 3, 13. Iuuenis superbus
 Virg. Aen. 3, 326. Merum superbum, Vinum pretiosum Hor.
 Carm. 2, 14, 27. Oculi superbi Ouid. Met. 6, 169. Palla su- 70
 perba Idem Amor. 3, 13, 26. Pyra superba Columel. 5, 10. Plin.
 15, 15. Regna superba Tibull. 1, 9, 80. Reges superbi Lu-
 cret. 5, 1221. Cic. Att. 6, 3. Scepra superba Idem 5, 1136. Se-
 des superbae Virg. Aen. 2, 785. Teeta superba Idem Aen. 7, 12.
 Triumphus superbus Hor. Carm. 1, 37, 32. Id. Carm. 1, 35, 4 Superbos 75
 vertere funeribus Triumphos. Verba superba Ouid. Trist. 5, 8, 8. Vi-
 ctor superbus Virg. Georg. 3, 226. Vultus superbissimus Plin. Paneg. c.
 52. Praebere se superbum in fortuna Cic. Att. 8, 4. Laudato pauone
 superbior Ouid. Met. 13, 802. Vtrum superbior te pecunia facit,
 an quod te imperator consulit? Cic. Fam. 7, 13. Quia super- 80
 bum videbatur, tantum loci detinere Colum. 1, 3, 11. Vid. Ager Su-
 perbus. Superbum est enim Iudices, et non ferendum, dicere
 Praetorem in prouincia homini honesto, locupleti, splendido, Vende
 mihi vasa caelata Cic. Verr. 4, 45.
 SVPERBA, ae. f. *Herbae genus.* Apul. de Herb. c. 23. 85
 SVPERBE. Adu. [*ὑπερηφάνως*] Elate, fastuose. Ter. Phorm.
 5, 8 (7) 22 Satin' superbe illuditis me? Conf. Caes. B. G. 1, 31. Liu.
 2, 45. Curt. 4, 1, 7. 4, 7, 1. 7, 11, 5. 8, 8, 11. Dictum superbe
 Lucret. 5, 1223. Superbe responsum reddere Liu. 1, 33. Su-
 perbius aliquem appellare Cic. pro Lege Manil. 11 c. 5. Accipere 90
 preces alicuius superbius Tacit. Ann. 2, 37, 1. Se contra aliquem
 superbissime agere Capitolin. in Gord. III c. 30. Suas virtutes
 superbissime iactant Lactant. 3, 29. Qui superbissime opinabantur
 Sidon. Epist. 8, 7. Superbissime decreta et preces repudiasti Cic.
 in Pis. c. 27. 95
 SVPERBITER. Adu. *Antiquum, idem quod Superbe.* Afran. Pan-
 taleont. Illa superbiter imperat. Nacuius, Superbiter contentim con-
 terit legiones. Vid. Nonium 11, 48.
 SVPERBILOQVENTIA, ae. f. *Elatius atque arrogans sermo.*
 Cic. Tusc. 4, 35 c. 16 Ob scelera, animique impotentiam et super- 100
 biloquentiam.
 SVPERBIFICVS, a, um. Adi. Senec. Herc. Fur. 58 Et su-
 perbifica manu atrum per vrbes ducit Argolicas canem. Idem fere
 quod magnifica.
 SVPERCAELESTIS, e. De supercaelestibus sedibus Tertull. de 105
 Anima c. 23. Add. Id. de Resurr. Carn. c. 49. et contra Marc. 5, 18.

SVPERCALCO, Ære. [*ἐπισβέω*] Columel. 12, 39 Vbi vnum tabulatum feceris, vinum vetus conspergito, postea alterum supercalcato, et item vinum conspergito. Deiectamque supercalcare ruina Prudent. Psychom. v. 257.

SVPERCERNO, crēui, crētum, Ære. [*ἐπεκρίνω*] Plin. 17, 10 Terraque cribris superceratur pollicis crassitudine.

SVPERCÏDO, cïdi, cāsum, Ære. [*ἐπιπίπτω*] Columel. 4, 9 Ne si transversa fuerit cicatrix, caelestem supercidentem aquam contineat. *Alia Exemplaria habent Superincidentem.*

SVPERCILIVM, i. n. [*ὀφθαλμὸς*] *Ima pars frontis, oculis imminens, et nominatim ciliis, unde nomen, pilis vestita.* Plin. 11, 37 Supercilia homini, et pariter et alterne mobilia, et in iis pars animi.

Negamus, annuimus. Haec maxime indicant fastus. Superbia aliubi conceptaculum, sed hic sedem habet. In corde nascitur, huc subit, hic pendet. Nihil altius simul abruptiusque inuenit in corpore vbi solitaria esset. Subiacent oculi, pars corporis pretiosissima, et qui lucis vsu vitam distinguant a morte. Quinct. 11, 3, 77 Supercilia oculos formant, aliquatenus, et fronti imperant. His attollitur, demittitur. Et mox Ira contractis, tristitia deductis, hilaritas remissis ostenditur. Supercilium dicitur quod supra cilium sit, id est, integumentum oculi superius. Festus. Supercilia in Iunonis tutela esse putabant, quod iis protegantur oculi, per quos luce fruimur, quam tribuere putabant Iunonem. Vnde et Lucina dicta est. Festus. Superciliorum remissio aut contractio, moestitia, etc. Vid. Cic. Off.

1, 146. Nubes supercilii Hor. Epist. 1, 18, 94. Abrasa supercilia Cic. pro Rosc. Com. 20. Probitas Censorio supercilio examinata est Val. Max. 2, 9 pr. Constricta supercilia Quinctil. 1, 11. Depressum et sublatum supercilium Cic. in Pison. 14 c. 6. Altero ad frontem sublato, altero ad mentum depresso supercilio. Vid. mox Tollere Superc. it. Niti. Dissidentia supercilia Quinctil. 1, 11, 79. Duris superciliis torua Ouid. Epist. 17, 16. Hirsutum supercilium Virg. Ecl. 8, 34. Inflexa iuxta tempora supercilia, vid. INFLECTO. Seueri supercilii matrona, Seueræ gravitatis. Ouid. Trist. 2, 309. Triste supercilium, Austera coperataque frons Lucret. 6, 1182. Adducere. . . Alleuare supercilia ad singulos vocis conatus Quinctil. 1, 11. add. 11, 3, 79. it. Interpp. ad 1, 11 p. 117 Burm. Contegit libidines fronte et supercilio Cic. de Provinc. Conf. 8. Decipere aliquem rugis et supercilio Idem Post. redit. in Senat. 14. Sic Vell. 2, 100, 5 Singularem nequitiam supercilio truci protegens. Demere supercilio nubem, vid. DEMO. Demittuntur supercilia Quinct. 11, 3, 79. Loqui vibrante supercilio Ouid. Amor. 2, 5, 15. Cic. pro Sext. 19 c. 8 Vt illo supercilio Respub. tanquam Atlante caelum Niti videretur. de Pifone. Auctor lasciuu illius carminis, quod positum est initio lusuum in Priapum, Carminis incomiti lusum lecture procaces, Conueniens Latio Pone supercilium. Sic, Carminis incomiti tenuem lecture libellum, Pone supercilium Aufon. Eidyll. 7 Praef. Tollere supercilia, signum hominis irati, et malum minantis: bis enim vultus indicis, animi sensus aperiantur. Catull. 65 (67) 46 ad Ianuam, sic ait, Praeterea addebat quendam, quem dicere nolo Nomine, ne Tollat rubra supercilia. Conf. Heinl. ad Petron. c. 30. Sic in Comoediis pater ille, cuius praecipuae partes sunt, quia interim concitatus interim lenis est, altero erecto, altero composito est supercilio etc. Quinct. 11, 3, 74. Supercilium, pro Nutu, Hor. Carm. 3, 1, 8

Reges in ipsos imperium est Iouis
Clari Giganteo triumpho,
Cuncta supercilio mouentis.

Supercilium, pro Superbia aliquando ponitur. Iuuen. Sat. 6, 167 si cum magnis virtutibus affers Grande supercilium. Cic. pro Lege Agr. . . Hunc Capuae Campano supercilio, etc. Martial. 1, 4 Terrarum dominum Pone supercilium. h. e. Imperatoriam gravitatem, Supercilium Salit Pseudolus Plauti 1, 1, 105. Sumtum a vulgari superstitione, qui futurorum auguria captat ex corporis affectibus: ut si quod membrum pruriat praeter euidentem causam: si dexter oculus saliat: si auris dextra tinniat.

Spero alicunde hodie me bona opera, aut hac mea
Tibi inuenturum esse auxilium argentarium.
C. At id futurum vnde? P. vnde dicam, nescio,
Nisi quia futurum est, ita supercilium Salit.

Ita constituit locum Erasm. in Chiliad. Supercilium montis, pro Summitate per translationem Liu. 27, 20 Ipse expeditos, qui pridie stationes hostium pepulerant, ad leuem armaturam infimo stantem supercilio ducit. conf. Hirt. B. Afric. c. 58. Collis Hieron. in Vita Hilarion. Plin. 6, 5 Inde promontorium Cronea, quo supercilium arduum tenent Toretæ. Munimenta superciliis imposita fluminis Mosae Ammian. 17, 18. conf. Id. 14, 32 pr. Mare angustum et par freto, curvansque subinde se, longo supercilio inflexum est Mela 3, 3 extr. Virg. Georg. 1, 108 Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam Elicit. Vid. Seru. ad h. l. Stat. Theb. 6, 63 Molle supercilium. de pyra erecta in funere pueri. Supercilia sunt loca ex plano in locis cliuo deuexo intra pedes latitudinis xxx; alioqui iam collis est Hygin. Gromat. conf. Sic. Flacc. de Condit. Agror. p. 7. Vitruu. 3, 3. et 4, 6 Superior rei s. structurae pars, supercilium dicitur. conf. Lex. Vitruu.

SVPERCILIÏSVS, a, um. Adi. Sen. Epist. 123 Tristes et superciliiosi alienae vitae censes. Sidon. 7, 9 Superciliosae frontis arbitrium. Me superciliofior increpabas Mart. Capella l. 8. i. irator, asperior.

SVPERCOMPONO, Ære. Pisces supercomponens Apic. 4, 2.

SVPERCONCÏDO, (penultima breui,) Ære. Idem 5, 5.

SVPERCONCÏDO, (penultima longa,) Ære. Coliculatorum minutias superconcidito Apic. 5, 5 extr.

SVPERCONTEGO, Ære. Cels. 4, 1 Renes vero diuersi, qui lumbis summis coxis inhaerent, parte earum resimi, ab altera rotundi, qui et venosi sunt, et ventriculos habent, et tunicis superconteguntur: ac viscerum quidem hae sedes sunt.

SVPERCORRVO, Ære. Valer. 5, 6, 5 Factaque ingenti strage tellis obrutus supercorruit.

SVPERCRESCO, Ære. [*ὑπερκερδίζω*] Cels. 6, 6 De oculorum vlcibus supercrefcentibus. Idem 5, 28, 2 De carcinomate, Si id nimium supercreuit, tentanda squama aeris est. Quinctil. Declam. 5. Ad carnem supercrefcentem exedendam Cels. 5, 22 pr.

SVPERCÛBO, Ære. [*ὑπερκαίω*] Superiacere, superdormire. Columel. 7, 4 Perforatis tabulis, quibus ouilia consternuntur, vt grex supercubet. Europam tauro supercubasse Apul. Met. l. 6.

SVPERCVRRO, ěre. Supercurrere *ager dicitur vectigali, quum habet ampliozem prouentum.* Plin. Epist. 7, 18 Et *ager ipse propter hoc quod vectigali longe supercurrit, semper dominum a quo exerceatur inueniet.*

SVPERDICO, xi, ctum, ěre. [*ἐπιλέγω*]. *Dictis addere. Dicere praeter id quod dictum est, Subiungere dictis.* Cic. de Legib. 2 c. 21 Superdicebant quidquid coepisset adstringi, rursus sacris liberantur. *al. superiores dicebant.* Superdici in l. 13. in fin. D. de iureiurando: *est Praeconis voce, et ut cum Apuleio loquar, boatu pronuntiari, et proclamari, ut et in l. 16. C. ex quib. causis infamia irrog.*

SVPERDIMIDIUS, a, um. Mart. Capella 7 p. 251 At vbi inter maiores minoresque numeros ratio membrorum est, maior aut superdimidio vincit, quem *ἡμιόλιον* (3, 2) aut supertertio, quem *ἐπιτρίτον* (4, 3) aut superquarto (5, 4) quem *ἐπιτέταρτον* Graeci vocant. Et sic ad superquintum, supersextum, vltioresque ratio procedit. Superdimidius est, qui ipsum aliquem numerum, et dimidium eius habet. Supertertius qui ipsum aliquem et tertiam eius etc. Contra ex eisdem numeris minor maiori aut subdimidius est, (2, 3) quem *ὑπόημιόλιον*, aut subtertius, (3, 4) quem *ὑπότρίτον* etc.

SVPERDO, dēdi, dātum, ěre. [*ἐπιτίθημι*]. Cels. 7, 2 Purgationis causa paullum mellis imponendum, dein glutinantia superdanda. Ibid. c. 7 n. 4. et 5, 28. 7, 30. 8, 4. Glutinantia superdare Colum. 7, 2.

SVPERDATVS, a, um. Oleum Cael. Aurel. Tard. 3, 17 n. 163.

SVPERDVCO, xi, ctum, ěre. [*ἐπισάγω*]. *Praeter iam adducta, alia adducere.* Plaut. Truc. 2, 6, 53 *Iam quintetiam superducas, quae mihi comedant cibum.* Superducere nouercam, *pater tum dicitur, cum priore uxore mortua, filiis prioris matrimonii nouercam inducit.* l. vlt. De bon. mater. in C. Theod. 381. Quinctil. Declam. Quidam filio superduxit nouercam, et ex ea aliam filiam suscepit. *conf. Capitolin. in Marco c. 29.* Plin. Epist. ad Romanum 6 Inducere nouercam eodem sensu dixit.

SVPERDVCTVS, a, um. Nouerca superducta adolescenti Donat. in Prolog. Eun. v. 9. *add. Sidon. Epist. 5, 17.*

SVPEREDITVS, a, um. Atque oriens (luna) obitus eius (solis) superedita vidit Lucret. 5, 707.

SVPERĒDO, ēdi, ēsum, ěre. [*ἐσθίω*]. *Postea edere.* Plin. 19, 6 Menander, e Graecis auctor est allium edentibus, si radicem bettae in pruna tostam superederint, odorem exstingui.

SVPEREFFLVO, ěre. Clausum scopulo supereffluit aequor Val. Flacc. 4, 688. *add. Paulin. de obitu Celsi v. 511.*

SVPEREGREDIOR, di. Superegrediamur plebeias opiniones Ambros. Epist. 6 p. 79 *Frob.*

SVPERELEVO, ěre. Ne supereleuent se iniquitates vestrae Vulg. Esdr. 4, 77.

SVPEREMICO, ui, ěre. Sidon. Carm. 15 Hinc fieri, vt terram lenior superemictet vnda.

SVPEREMINEO, ui, ěre. [*ὑπερῆζω*]. *Amplius eminere.* Columel. 12, 47 Vt oliuae premantur, et ius superemineat Virg. Aen. 6, 856 — victorque viros supereminet omnes.

SVPEREMINENS, entis. Part. Terra supereminente Sen. Qu. Nat. 5, 15. *add. Ammian. 22, 15.* Supereminens extra aquam Plin. 26, 8. *add. Cels. 5, 29.* Lactant. 4, 15. Sidon. Epist. 4, 3 et 9, 9.

SVPEREMENTIA, ae. f. Icti in Dig.

SVPEREMORI. Senescentem (aem phoenicem) casiae thurisque furculis construere nidum, replere odoribus, et superemori Plin. 10, 2.

SVPERENASCOR, fci. Superenato caule Plin. 19, 3.

SVPERENĀTO, ěre. Lucan. 4, 133
Primum cana salix madefacta vimine paruum
Textitur in puppim: caesoque induta iuueno,
Vectoris patiens, tumidum superenatat amnem.

Alii legunt, Superemicat. Caeso iuueno, i. Corio bubulo. Fluctus superenatat omnes Alcim. 4, 240.

SVPEREO, ěre. *Ire super.* Lucret. 3, 1044 Ac pedibus falsas docuit superire lacunas.

SVPERERECTVS, a, um. Nasci putatur, quum parua declinatione velut a perpendicularo supererectum gerit solem Ammian. 20, 3. *de luna.*

SVPERERŌGO, ěre. *Vltra quod requisitum est, facere. Proprie plus soluere quam debebas.* Si quid forte supererogasti Ict. 2 Cod. t. 19 l. 14. *conf. Vulg. Luc. 10, 35.*

SVPEREROGATIO, ōnis. f. Quinctil. Decl. Tribun. Marii c. 6 p. 858 *Obr. p. 80 Burm.*

SVPEREROGATOR, *apud Ecclesiast. scriptores.*

SVPERESSENTIALIS. Sic *ἐπισκοπῶν* in oratione dominica reddidit Amad. Lausan. Serm. 6 de B. Virgine.

SVPEREVŌLO, ěre. Lucan. 3, 299 Agmine nubiferam raptosupereuolat Alpem. *b. e. Celeriter ac raptim transcendit.*

SVPERESCIT, *significat Supererit.* Ennius, Dum quidem vnus homo Romae toga superescit, et Attius in Chryippo: *Quin hinc superescit, Spartam, atque Amyclas trado.*

SVPEREXALTO, ěre. Deo superexaltato in omnia saecula Augustin. Conf. 3, 2.

SVPEREXCELLENS, entis. Augmentum etiam et superexcellentem cumulum pollicetur Saluian. contra Auar. l. 3 p. 296.

SVPEREXEO, ěre. Ter binos deciesque nouem superexit in annos Auson. Eidyll. 18 *pr. Melius separatur, vt sit super Aduerbiū pro insuper.*

SVPEREXCVRRO, ěre. Vlpian. in l. 1 §. Si arbor. De arborib. caedendis. lib. 43. tit. 27. Si arbor (inquit) accidibus alienis impendat, vtrum totam arborem iubeat Praetor adimi, an vero id solum quod superexcurrit, quaeritur.

SVPEREXĪGO, ěre. *Supra quam oportuit exigo, aut iterato exigo, vt damna Cod. 1 t. 55 l. 4. vnde et SVPEREXACTORES in iure Ciuili dicti sunt, et SVPEREXACTIO.* Arcad. Si quis exactorum superexactionis crimine fuerit confutatus. et Rubrica de Superexactionibus lib. 10 C. tit. 21. *Nisi ibidem legendum putes de Superexactionibus. conf. Lex. Iur.*

SVPEREXSVLTO, ěre. Gemino affectus gaudio superexfulto Symmach. Ep. 5, 94.

SVPEREXTOLLO, ěre. Antichristus superextollitur in omne quod Deus dicitur Tertull. de Resurr. Carn. c. 24.

SVPERFĒRO, fers, tūli, lātum, ferre. [*ἐπιφέρω, ὑπερτίθημι*]. Plin. 32, 10 Sed si castoreum, fibrumue supergrediatur grauida, abortum facere dicitur, et periclitari partus, si superferatur. *Vid. Idem 28, 8.*

SVPERLATVS, a, um. Partic. [*ὑπερβολικός*] *Vt*, Superlata nomina, Superlata verba; *Quae augendi causa in oratione proferuntur.* Cic. in Partit. 53 c. 15 Illustis autem oratio est, si et verba gravitate delecta ponuntur, ac translata et superlata, et ad nomen adiuncta, et duplicata. *add.* Quinctil. 8, 3. *Proprie* Valer. Max. 8, 6 Caius autem Marius quum magnum et salutarem Reip. civem in L. Saturnino opprimendo egisset, a quo in modum vexilli pileum servituti ad arma capienda ostentatum erat, Lucio Sulla cum exercitu in Urbem irrum-pente, ad auxilium servorum pileo superlato confugit. Apul. de Mun-do p. 709, 11 *Flor.* Stellae vagae — gradatim fibimet superlatae, vt superior inferiore sit maior.

SVPERLATIO, ōnis. f. [*ὑπερβολή*] *Ipse superferendi actus.* *V. g.* apud Oratores. Superlatio, est Oratio superans veritatem, alicuius augendi minuendive causa Auctor ad Herenn. 4, 45 c. 33. Cic. de Orat. 3, 201 c. 53 Tum augendi, minuendive causa veritatis superlatio atque trajectio et rogatio, atque huic finitima quasi per-contatio, expositioque sententiae suae. *Sed Ipsa superlatio per se praelationem omnium significat* Charif. 1 c. de gradib. p. 90. *i. Superlatius gradus.* Sic Quinctil. 1, 10 Licet per comparationes et superla-tiones. Superlatio, pro Insigni cognomine a re aliqua sumto: vt quum aliquis Sapiens, per excellentiam vocatur. Valer. Max. 6, 9, 12 de Crasso, Quid? Crasso nonne pecuniae magnitudo locupletis nomen dedit? sed eidem postea inopia turpem decoctoris superlationem in-iunxit. Apul. de Habit. Doct. Plat. p. 613, 7 *Florid.* Sed eum pesti-mum videri, quem multa malignitatis superlatio pestit excedere.

SVPERLATIVVS, a, um. Adi. [*ὑπερβατικός*] *Vt*, Superlatius gradus: de quo abunde apud Grammaticos. *Vid.* Charif. 1 p. 90. Isidor. 1, 6.

SVPERFICIES, ēi. f. [*ἐπιβολή, ἐπιφάνεια*] quasi Superfacies, vel superior facies, superior pars cuiuscunque rei, quae supra fundum suum et aream eminet, a qua sic distinguitur. Liu. 5, 54 Adeo nihil tenet solum patriae — sed in superficiei tignisque caritas nobis pa-triae pendet? Cic. Att. 4, 1 extr. Qui si sustulerint religionem, aream praeclearam habemus, superficiem Consules ex Senatusconsulto aestimabunt. *Ita accipitur Superfacies Arboris* Plin. 17, 14 l. 24.

Vitis Colum. de Arb. c. 10. *Videtur haec vox reddenda Varroni apud Non. 6, 24* Item tragici prodeunt eum capite gibbero, quum antiqua lege ad frontem superficies (legitur Superfacies) accedebat. *Frontis est quasi area, cui inaedificatus est velut tutulus aliquis.* *Speciatim apud* Cic. de Damno infecto, in aedificiis dicitur, quatenus in alieno solo siue area aedificata est. *Itaque fieri potest, vt eiusdem domus duo sint domini: alter superficiei, alter soli.* Paul. in l. Damni infecto. §. Ei qui. D. de Damno infecto, Ei qui in conducto solo superficiem imposuit, domi-nus soli, quod vitio soli dampnum futurum sit, cauere non debet:

nec soli domino superficiarius. Iabolenus in l. eum qui. in prin. Quum aedes ex duabus rebus consent, ex solo et superficiei. Iulian. in l. Si quis testam. §. Qui fundum. D. de legatis primo. Appella-tione aedificii aut superficiem significat, aut solum quoque, cui aedifi-cium superpositum est. Vlp. in l. Hoc amplius §. Quaesitum est. D. de Damno infecto. Quaesitum est, si solum sit alterius, superficies alterius: superficiarius vtrum repromittere damni infecti, an satisfacere debeat? Et Iulianus scribit, quoties superficiaria insula vitiosa est, dominum et de soli et aedificii vitio repromittere: aut eum, ad quem superficies pertinet, de vtroque satisfacere. Pompon. in l. Inter quos §. Damni. eo. tit. Ei qui superficiariam insulam habet, utilis est ea-stipulatio, si quid in superficie damni datum fuerit: et nihilominus etiam soli domino utilis est, si solo damnum datum fuerit, vt si tota superficies tolleretur. fraudabitur enim dominus soli in pensione perci-pienda. *conf. t. ff. de superficiebus, quae in conducto solo positae.*

add. Parei Lex. Crit. p. 1206. Plin. 11, 48 *peculiariter adhibuisse vi-detur*, Solidipedum crura statim iusta nascuntur mensura: postea ex-porrigentia se verius, quam crescentia. *Itaque in infantia scabunt aures posterioribus, quod addita aetate non queunt: quia longitudo superficiem corporum solum ampliat, non item pedum.* *Hoc voluit ac-cedens aetas reliquum corpus auget pro portione, non item longitudinem pedum.*

¶ 2 Superfacies mathematicis est, Quae longitudi-nem, et latitudinem tantum habet. Cuius quidem termini, sunt lineae. Est igitur Superfacies plana ab una linea ad aliam brevissima extensio, in extremitates suas eam recipiens. Euclid. Elem. 1.

SVPERFICIVM, i. n. apud Pomponium legitur in hunc modum. Si ex lapidinis dotalis fundi, lapidem, vel arbores, quae fructus non essent; siue superficium aedificii dotalis, voluntate mulieris ven-diderit, numi ex ea venditione sunt dotis. Sic in l. j. D. de superfi-ciebus. Gaius lib. 2. Instit. tit. 1.

SVPERFICIALIS, e. Adi. Incredulitatis secreta superficialibus of-ficiis obumbrans Tertull. adu. Marc. 4, 28. *i. speciem aliquam habentibus.*

SVPERFICIARIVS, a, um. Adi. [*ἐπιπολαίος*] *Vt*, Superfi-ciariae aedes, Quae in conducto solo positae sunt, quarum proprietas et civili et naturali iure, eius est, cuius est solum. *Hactenus* Caius de superficiebus. l. Superficiarias.

Superficiarius, Qui in alieno solo superficiem habet, ita vt certam pensionem praestet. Auctor est Vlpian. Senec. Epist. 89 (88) Mathematica, vt ita dicam, superficiaria est, in alieno aedificat. Superficiaria praedia, Quae in conducto solo certa pensione annua habentur. l. 1. D. famil. erciscund. l. 29. D. de verb. sign. l. 16. in fin. D. de pignor. act. Superficiarias enim aedes in conducto solo positae dixit Gaius in l. vltima. D. de superfi. sic et Superficiaria insula, in l. 12 §. j. D. de publician. l. j. §. Et generaliter. D. de vi et vi armat. l. 9 §. Quaesitum l. 39. §. damni. D. de damno infecto. Et Superficiarius fundus. l. j. D. quib. mod. vfufr. amit. *Sub-stant.* Prouinciales quasi quidam superficiarii sunt Sarisb. 6, 1.

SVPERFICIO videtur contrarium significasse verbi Deficio, i. desum. *Certe*

SVPERFICIENS, tis. Partic. *Hoc sensu est* Vlpiani l. 1 §. 11 D. de aqua et aqua pluui. Idem aiunt, aquam pluuiam in suo retinere, vel superficientem ex vicini in suum deriuare, dum opus in alieno non fiat, ius esse. *Sic Gothofr. ex optimis quibusque libris.* Superfluentem, quod habet Haloander, ex coniectura vel glossa sumtum videtur. *Vid. statim SVPERFIO.*

SVPERFIO, eri. Superesse, restare, redundare, superfluere. Co-lumel. 12, 1, 6 Tum separare, quae consumenda sunt, et quae superfieri possunt custodire, ne sumtus annuus, mensurus fiat. Incipe: di-midium facti est, coepisse; superfit Dimidium: rursus hoc incipe; et efficies Aufon. Epigr. 81. *add.* Plaut. Stich. 4, 2, 12. Prudent. adu. Symm. 2, 982.

SVPERFLVVS, a, um. Superfixa capita hostium Liu. 42, 60. *sc. bastis.*

- SVPERFLECTO**, ěre. Superflexa crate Sidon. Ep. 8, 12.
- SVPERFLORESCO**, ui, ěre: [ἐπανθῆω] Plin. 19, 5 Particula-
tim cucumis floret, sibi ipse superflorescens.
- SVPERFLVO**, xi, xum, ěre: [περισσῶω, πλεονάζω, ὑπερεκπλύνω] Cic. de Clar. Orat. 316 c. 91 Is dedit operam, si modo id consequi po-
tuit, vt nimis redundantes nos, et superfluentes iuuenili quadam di-
cendi impunitate et licentia reprimeret, et quasi extra ripas diffuentes
coerceret. Quidquid aquarum caelestium superfluit Colum. 3, 18:
Plin. 31, 4 Apolloniae in Ponto fons iuxta mare, aestate tantum superfluit,
et maxime Canis ortu: parcius si frigidior sit aestas. Quoties ex
damnatorum bonis pecunia superflueret Suet. Aug. c. 71.
- SVPERFLVENS**, entis. Ille nunc superbus et superfluens Ca-
tull. 30, 7. *i. opibus abundans.* Quotidie magis magisque superfluen-
tia bona Petron. c. 125. Facultates superfluentes Quinctil. Declam.
15 *sub f.* Superfluens multitudo Tac. H. 3, 58, 3. Nilus Id. Ann. 2, 61, 3. 15
Superfluens pecunia Senec. de Benef. 1, 11.
- SVPERFLVITAS**, ātis, f. [περισσῶα, περισσῶμα] Plin. 14, 1 Aliae
improbo raptatu, pampinorumque superfluitate atria media complentes.
- SVPERFLVVS**, a, um. Adi. *Vt*, Fragmenta Iuuen. 3, 249.
Fructus superflui Pap. in l. Deducta. §. vlt. D. ad SC. Trebell. Su-
perfluum bonorum Ibid. *Add.* Sen. Ep. 46. *Proprie* Plin. in Paneg.
32 Quibus moris est eadem illa nunc rigentia gelu flumina, aut cam-
pis superflua, nunc liquida ac deferentia lustrare nauigiis.
- SVPERFLVE**. Adu. Superflue vni aut paucis scribitur, vbi est
causa cunctorum Saluian. ad Eccles. prooem. *conf.* Id. de Gubern. 25
Dei 6 p. 118 et 119. Augustin. de Gen. ad lit. c. 14 *extr.* et adu.
Manich. 2, 7. Oct. Horatian. 1, 1. Mart. Capella 3 p. 83.
Symmach. Ep. 10, 72.
- SVPERFLVO**. Adu. Mart. Capella 6 p. 189.
- SVPERFOETO**, vel **SVPERFETO**, āre. [ἐπικυῶω, ἐπικυῶσκω] 30
Superfoetare dicuntur animalia, cum post vnum foetum vtero conceptum et
incrementa habentem, alium concipiunt, ac diuersis temporibus edunt.
Plin. 8, 55 f. 81 Lepus omnium praedae nascens, solus praeter dasypo-
dem superfetat, aliud educans, aliud in vtero pilis vestitum, aliud im-
plume, aliud inchoatum gerens pariter. Id. 10, 63 Dasypodes super-
fetant sicut lepores. Idem 7, 11 Praeter mulierem, pauca animalia coi-
tum nouere grauida. Vnum quidem omnino, aut alterum superfetat.
- SVPERFORANEVS**, a, um. Adi. *Quod nihil ad forum, ad cau-
sam, ad id de quo agitur, facit.* Vid. Sauro ad illud Sidon. 1, 7 Tre-
pidatio superforanea p. 52. Symmach. Epist. 3, 48 Superforanei 40
laboris est commendare conspicuos. Super his plura replicare,
superforaneum statuo Sidon. Ep. 4, 11. *Conf.* Iuret. in
Symm. p. 105.
- SVPERFORE**. Nullam actionem superfore ad recipiendum
Scaeuola 12 D. t. 1 l. 60 §. 31
- SVPERFORO**, āre: Si superforatus casu fuerit vter Scribon.
Comp. 84. *H. Steph. diuise.*
- SVPERFRVTICO**, āre. Talia ingenia superfruticant apud illos
ex materni feminis abundantia Tertull. adu. Valent. c. 39.
- SVPERFVGIO**, ěre. Intactus leuis ipse superfugit vndas Valer. 50
Flacc. 3, 554.
- SVPERFVLGEO**, ěre. [ὑπερσελαγῶω] Stat. Silu. 1, 1, 33 Ipse
autem puro celsum caput aere septus Templata superfulges, et prospere
videtis.
- SVPERFVND O**, fūdi, fūsum, ěre. [ἐπιχύνω] De liquoribus pro-
prie dicitur, quum alicui rei superficiuntur. Columel. 12, 57 Hanc mi-
sturam, quum in catillo composueris, oleum superfundito. His
superfunduntur testacea pavimenta Pallad. 1, 40. Capita papaue-
ris aqua superfunduntur Scribon. 73. Rebus, quae sunt in mor-
tario, superfundi Idem 201. 208. Vno superfundi Id. 257. 60
Superfundens se laetitia, *per translationem*; pro *Vbertim sese ostendens*
Liu. 5, 7. Superfusis Tiberis, *Inundans* Idem 7, 3. *Metaph.* Sen.
de Tranquill. An. 8 *extr.* Habiliora sunt corpora in bello, quae in ar-
ma sua contrahi possunt, quam quae superfunduntur, et vndique ma-
gnitudo sua vulneribus obiecit. Superfunditur *proprie humor, quem vas* 65
non capit. Superfusa gens montibus Caucasii Plin. 6, 13. Su-
perfusi hostes Liu. 39. *Add.* Columel. 2, 4. et 7, 5.
- SVPERFVSIO**, ōnis, f. Ammian. 17, 15 Aquarum caelestium
superfusio. Pallad. 1, 17 Pavimenti superfusio.
- SVPERGĒRO**, gelli, gestum, ěre. [ἐπιχωρῶω] *Imponere, de ter-
ra imprimis.* Columel. 11, 3 Praedicti deinde funes de tabulato promti
explicantur, et in longitudinem per vtrumque sulcum porrecti obru-
untur, sed ita, vt non nimium supergesta terra semina spinarum quae
inhaerent toris funiculorum enasci possint. Apul. Met. 9 p. 310, 11
Floridi, Derepit hortulanus in quandam cistulam, et supergesto deli- 75
tescit orificio: *non modo clauso, sed pannis et variis nugis
superiectis tecto.*
- SVPERGRADIOR**, siue **SVPERGREDIOR**, ěris, gressus
sum, grēdi. [ὑπερβαδίζω, ὑπερβαίρω]. Super aliquid gressum facere. Al-
teram capram proculcatae supergressam Plin. 8, 50 f. 76. Id. 28, 7 80
Abortum facit illitus, aut si omnino praegnans supergrediatur.
Stat. Silu. 5, 3, 114 Ora supergressus Pylis senis. Supergredi omnem
laudem, *Excellere* Quinctil. 6 in prooem. *Conf.* Iustin. 42, 2, 3.
Sen. Ep. 52.
- SVPERGRESSVS**, a, utm. Part. Aetatis suae feminas pulchritu- 85
dine supergressa Tac. A. 13, 45, 3. *Conf.* Curt. 8, 2, 22. Val.
Max. 4, 3, 3. Suet. Claud. c. 14. Iustin. 44, 5, 6. Solin. c. 6
extr. Tertull. de Resurr. Carn. c. 40: et adu. Gnost. c. 13.
- SVPERGREDIO**, ěre. Duodecimum aetatis annum supergresserat
Apul. Met. 10 *pr.* *Conf.* Colu. not. p. 133. *Vnde Partic. Pass.* 90
Altitudine animalium supergressa Pallad. Nou. 4, 2. *i. superata.*
- SVPERGRESSVS**, ūs, m. Tertull. de Resurr. Carn.
- SVPERHĀBEO**, ūi, ūtum, ěre. Cels. 7, 20 Eodem tempore si-
perhabendum est cataplasma, *i. impositum habendum est.*
- SVPERHVMERALE**, *sc. vestimentum.* Hieron. Epist. 130. 95
Vulgat. Exod. 28, 4.
- SVPERI**, *vid.* **SVPERVS**.
- SVPERIACEO**, ěre. Cataplasma interdū superiacebit Cels. 8, 9.
- SVPERIĀGIO**, et **SVPERIĀCIO**, iēci, iactum, ěre. [ἐπιρρίπτω]
Columel. 2, 16 Quaeque temporibus Autumni frutetis et arboribus de- 100
lapsa folia superiaciebantur, mox conuersa vomeribus, etc. Te-
la superiaciebantur Ammian. 24, 2. Superiacere, *Addere*: Liu.
10, 30 Magna eius diei quo in Sentinati agro bellatum, fama est, etiam
vero stanti. Sed superiacere quidam augendo fidem, qui in hostium
exercitu, peditum quadringenta millia CCCXXX, equitum sex et XL 105

millia, mille carpentorum scripsere fuisse. *Haec est Hyperbole. Vid.*
SVPERIECTIO.

SVPERIACTVS, a, um. Part. Superiacti fluctus Sallust. Fragm. c. 12. Superiacta vt folido feruntur Tac. H. 2, 6, 6.

SVPERIACTVS, ūs. m. Solin. c. 42.

SVPERIACTO, āre. Frequent. [*ὑπερσπῆδαι, ὑπεράλλομαι*] Plin. 9, 15 Quod et alias faciunt, aliorum vim timentes, iugiles inaxime, tam praecipuae velocitatis, vt transuersa nauigia iuterim superiactent. *f. Transcendant. Conf. Val. Max. 9, 2, 4.*

SVPERIECTVS, a, um. Part. Superiecto Aequare natarunt da-
mae Hor. Od. 1, 2, 11. Arena Plin. 11, 51. Canalibus Sal su-
periectus Colum. 6, 23. Semina Idem 2, 18. Summa cutis
cum superiecta Tunica Cels. 7, 13.

SVPERIECTVS, ūs. m. [*ὑπερσπῆδαι*] Columel. 6, 36 Ita enim
efficitur, vt eius obiectu, quum mas etiam superiectu eblanditus est,
velut incensus et obcaecatus cupidine, subtrahita quam petierat, fasti-
ditae imponatur equae. *Loquitur de asino, cui obiecta erat asina, quam-
que ipse inscenderat.*

SVPERIECTIO, ōnis. f. Quinctil. 8, 6 *de hyperbole*, Est haec
ementiens superiectio. *Proprie*: Fluidarum vestium superiectio
Arnob. 3 p. 108. *Add. Tertull. de Pall. c. 4.*

SVPERILLIGO, āre. [*ὑπερσπῆδαι*] Plin. 29, 3 Eadem cum oleo
trita ignes sacros leniunt, betae foliis superilligatis. *Conf. Cels. 3,*
15. *et 6, 18. Plin. 22, 23. 30, 6. 33, 8.*

SVPERILLINDO, lini, liui, et leui, ūtum, ēre. [*ἐπιχρῆω*] Plin. 30,
12 Reduias, et quae in digitis nascuntur pterygia, tollunt canini capi-
tis cinis, aut vulua decocta in oleo, superillito butyro ouillo cum melle.
Totum corpus superillinendum est Cels. 3, 20.

SVPERILLINITVS, a, um. Part. Succis Apul. de Herb.
c. 74, 1 *et 7.*

SVPERIMMINEO, ēre. Ense sequens nudo superimminet Virg.
Aen. 12, 306. *Add. Aelian. Phaenom. Arat. v. 963.*

SVPERIMMITTO, ēre. Apic. 3, 1 Dein superimmittas secur, *f.*
post reliqua immittas.

SVPERIMPENDENS, entis. Partic. [*ἐπιπρομάμενος*] Catull.
Argon. f. 62 (64) 286 Confestim Peneo adit viridantia Tempe, Tem-
pe quae siluae cingunt, superimpendentes.

SVPERIMPONO, posui, positum, ēre. [*ἐπιτίθημι*] Vimineos
qualos superimponunt Colum. 8, 3. Superimponenda sunt cata-
plasinata Cels. 3, 10. *Add. Idem 6, 6, 1. Quinctil. 1, 1. Plin.*
31, 9 Phagedaenis vlcerum, tritus cum farina hordei, superimposito
linteolo madente vino. Manum pueri superimposita manu regere
Quinctil. 1, 1 p. 21 B. Liu. 21, 1 Et Sardiniam, inter motum Afri-
cae fraude Romanorum, stipendio etiam superimposito, interseptam.

SVPERINCENDO, ēre. Hanc superincendit Venus Valer.
Flacc. 2, 126.

SVPERINCIDO, cidi, casum, ēre. [*ὑπερσπῆδαι*] Ex Super et
Cado compositum. Liu. 23, 15 Vtique Cannensi pugna non prius praelio
abstiterit, quam prope exsanguis ruina superincidentium virorum,
equorum, armorumque sit oppressus. Columel. 4, 9 Ne si
transuersa fuerit cicatrix, caelestem superincidentem aquam conti-
neat. Liu. 2.

SVPERINCIDO, penult. prod. ēre. Cels. 7, 31 Cutis
superinciditur. (8, 10 *fin.*)

SVPERINCRESCO, ēre. Superincreuit nimius callus Cels.
SVPERINCUBO, āre. Substratus Numida mortuo superincu-
banti Romano viuus Liu. 22, 51, 9. *al. incubanti.*

SVPERINCUMBEO, ēre. Superincumbens refouisti pectora no-
stra Ouid. Her. 11, 57. *Conf. Lucan. 9, 939.*

SVPERINCVRVATVS, a, um. Apul. Met. 9 p. 220 *Elmenb.*

SVPERINDICO, ēre. Vlpianus in l. Si duo §. vlt. D. de iureiur-
tando, Imperator noster cum patre rescripsit, fustibus etiam castigatum
dimitti, et ita ei superindici προκεως μη ὀμνυε, id est, petulanter ne
iurato. *Emendatiores libri habent Superdici, de quo suo loco.*

SVPERINDICTIO, ōnis. f. Idem quod Superindictum. l. j. de
priuileg. domus Aug. l. ii Vnde superindictio tituli in l. vlt. eo tit.

SVPERINDICTVM, i. n. Extraordinarium munus ultra solitam
et canonicam collationem indictum significat. l. j. C. de Indictionibus l.
10. l. j. C. de superindict. l. 3 C. de excusat. muner. l. 3 C. de
silentiari. lib. 12.

SVPERINDVCO, xi, ūtum, ēre. [*ἐπιστάω*] Vnde
SVPERINDVCTVS, a, um. Part. Plin. 15, 17 Duum pedum ter-
ra superinducta. Quinctil. 5, 8 Nervis illis quibus causa contine-
tur, adiciunt superinducti corporis speciem.

SVPERINDVCTICIVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Marc. 5, 3.

SVPERINDVCTIO, ōnis. f. Vlpian. in l. 1 §. 1 D. de iis, quae in
testamento delentur, Lituras; inductiones; superinductiones ipse feci.
Sic habent Pandectae Florentinae, Haloander Superductiones.

SVPERINDVMENTVM, i. n. Coeleste et aeternum Tertull.
de Resurr. Chr. c. 42. *Add. Idem adu. Marc. 3, 24. et 5, 12.*

SVPERINDVO, ui, ūtum, ēre. [*ἐπεσπῆδαι*] Sueton. Neron. c.
48 Vt erat nudo pede, atque tunicatus, penulam obsoleti coloris su-
perinduit. *Add. Tertull. de Resurr. Chr. c. 42. Dei cultores*
superinduti substantia propria aeternitatis Idem Apol. c. 48.

SVPERINFVNDO, ēre. Cels. 8, 4 *sub fin.* Apic. 8, 7.

SVPERINFVSVS, a, um. Partic. Cels. 3, 20. *et 5, 25.*

SVPERINGERO, gessi, gestum, ēre. [*ἐπισπῆδαι*] Aggeratim,
vel acruatim superimponere. Plin. 18, 30 *sub fin.* Sunt qui leguminitum
aceruos superingerant. Illapsae superingeruntur escae Prud.
Cath. 8, 87.

SVPERINGESTVS, a, um. Adi. Superingesti culmina montis
Stat. Silu. 1, 1, 59.

SVPERINGRESSVS, a, um. Apul. Met. 6.

SVPERINIICIO, eci, iectum, ēre. [*ἐπιμβάλλω*] Cels. 5, 18 *de*
Curatione erysipelatum, Aut si durior locus est, Solani folia contrita
suillae adipi miscenda sunt, et illita linteolo superiniicienda. *Add.*
Idem 5, 26. 6, 6. 8, 7. Plin. 17, 9. Quo superiniicit textum
Ouid. Met. 8, 640. Quae in futuris superiniiciuntur Cels. 7, 13.

SVPERINSERO, ēre. Dictas superinsemit herbas Virg. f. Sept.
Seren. in Moreto v. 98. *al. superingerit.*

SVPERINSIDEO, ēre. Iam desiderium rerum superinsidet vna
103 Lucret. 3, 914. *Creech. aliter.*

- SUPERINSINVO**, Ære. Et pinguis fermenta fimi superinsinuat. Strabo Gall. Hort. præf.
- SUPERINSPICIO**, Ære. Ecclesiae Dei membra superinspicere Sidon. Epist. 6, 1. *Add.* 9, 3.
- SUPERINSTERNO**, Ære. Tabulas superinstruit Liu. 30, 10. 5
- SUPERINSTRATVS**, a, um. Pelle leonis superinstratos presserat ante toros Sil. 7, 28.
- SUPERINSTILLO**, Ære. Apic. 4, 2.
- SUPERINSTRVO**, Ære. Ordines vaforum superinstructos in altitudinem tres esse Colum. 9, 7. 10
- SUPERINSVLTO**, Ære. Tum superinsultans auidus languentia curru Membra terit Claudian. Gigantom. v. 83.
- SUPERINTËGO**, xi, etum, Ære. [ἐπεγκαλίπτω] Plin. 18, 6 Ora vtrinque lapidibus statuminari et alio superintegi.
- SUPERINTENDO**, Ære. Hieron. Ep. 85. *Hinc* 15
- SUPERINTENDENS**, entis. Augustin. C. D. 19, 19. *i. episcopus.*
- SUPERINTONO**, ui, Ære. [ἐπιβροντῶ] *Desuper tonare.* Virg. Aen. 9, 709 Dat tellus gemitum, et clypeum superintonat ingens.
- SUPERINVEHO**, Ære. Fluctigeni speciem monstri superinuehit auster Auien. in Arat. v. 1159. 20
- SUPERINVERGENS**, entis. Tum superinuergens liquidi carchelia Bacchi Ouid. Met. 7, 246.
- SUPERINVNO**, Ære. Eiusmodi eloquiis superinundare Tertull. de Resurr. Carn. c. 63 *extr.*
- SUPERINVNGO**, xi, etum, Ære. [ἐπαλείφω] Cels. 7, 7 *de oculorum vitiiis*, Dein superinungi collyrio debet ex his aliquo, quo lippientes oculi superinunguntur. *Quo loco alii tum Editi quam Scripti legunt, Superinungi Morgagn. Ep. 3 in Cels. Add. Scribon. 26. 27. Cels. 6, 6, 1.*
- SUPERIOR**, **SUPERIVS**, *vid.* **SVpra**. 30
- SUPERIRRVO**, Ære. Paruit, et dicto citius superirruit, ignes Victor. Pictau. de 7 Maccabæis v. 265. *potest etiam diuidi.*
- SUPERIVMENTARIVS**, i. m. Suet. Claud. c. 2 Quem barbarum, et olim superiumentarium ex industria sibi appositum, vt se quibuscunque de causis quam faeuissime coërceret, ipse quodam libello conqueritur. *Sabellicus intelligit Eum, qui iumenta egisset. vid. Casaub.*
- SUPERLABOR**, bi. In aperto iacentes sidera superlabebantur Sen. Epist. 90.
- SUPERLABENS**, entis. Sidon. Ep. 1, 2. *et* 3, 3.
- 50 SVPERPARTIENS, *entis.* De numero dicitur, quo alius continetur integer, et praeterea aliquot eiusdem partes. Vid. Martian. Cap. 7 p. 252 et 253. SVPERPARTICVLARIS, *e.* Idem. Mart. Capella c. 1.
- 55 SVPINVS, *a, um.* Adi. [*ὑπίωνος, ὑπίωνος*] Qui iacet ventre caelum versus: ab antiquo Supo, *are, i. Iacere.* Iuuen. Sat. 3, 280 Cubat in faciem, mox deinde supinus. Crines a fronte supini Stat. Theb. 8, 641. Plaut. Cist. 2, 3, 78 Quid nunc supina sursum in caelum conspicias? *Gestus admirantis. Hic gestus hominis inter standum* supini, *occasionem dedisse videtur, ut supina dicantur, quae acclinata, vel accliuia alias dicuntur, ad angulum recto plus minus minorem reclinata, et quidem in quantum ab inferiore loco considerantur.* Cursus supinus, *i. Qui retro fit aduerso cliuo* Ouid. ex Pont. 4, 5, 43. Digi- 60 titi supini Catul. Argon. f. 62, 312. Fluminaque in fontes cursu reditura supino. Liu. 30, 10 Ex rostratis, Poeni vana pleraque utpote supino iactu, tela in locum superiorem mittebant. Motus corporis pronus, obliquus, supinus Cic. de Diuin. 1, 120 c. 53. Ora etiam supina cernuntur depulsione luminum, *de speculari ratione* Idem de Vniuers. 42 c. 14. Ora supina delatorum, retortasque ceruices 70 Plin. Pan. 34, 3. Palmes supinus, *reflexus in arcum, ut fiat pergula.* Martial. 12, 31. Tellure supina quae proueniunt Plin. 23 pr. *i. in tergo quasi ipsius humi quae nascuntur: opponit Pomonam s. arborum fructus, quae pendentia appellat.* Venter supinus Hor. Serm. 1, 5, 85. Vultus supinus Quinctil. 1, 11, 9. *i. retro flexus.* Egistis praecipites supina valle Liu. 7, 24 Romani Gallos cliuum inuadere ausos. Plin. Pan. 30, 4 Supinum ac detinens solum respectu superioris, unde humor defluit. Eadem res sub eadem inclinatione deuexa vocatur ratione extremi superioris, supina respectu inferioris, quod liquido apparet ex Frontino de Aquaed. Art. 36 p. 103 Polen. Excipere aliquem supinis manibus velut dono deum oblatum Tranquil. in Vitel. cap. 7. Protendo igitur ad genua vestra supinas Manus Petron. 17. Add. c. 114. Orare manibus supinis Virg. Aen. 4, 205. Tendere manus supinas ad caelum Liu. 26, 9. Supinior arborum tonsura Plin. 17, 23 ad fm. Supinus, *in montis lateris ac decliuitate situs* Hor. Carm. 3, 4, 23 — 85 Seu mihi frigidum Praeneste, seu Tibur supinum. Vbi Acron: Supinum, Montuosum, ut Collesque supinos (Virg. Georg. 2, 276. et 3, 555) Situm autem ciuitatis descripsit, quia in ascensu montis est constituta, siue in latere montis, ut ait Porphyrius. Hinc Hor. Epod. 1, 29 legit Bentleius Neque ut supini villa candens Tusculi pro vulgato superni. Sic 90 Quinctil. 12, 10, 79 Si haec quoque iam lenius supina (*b. e. minus ardua ac praerupta*) perseuerantibus studiis euaseris. Vbi etiam legebatur superna. ¶ 2 *Ad vitia quaedam designanda hoc habitu corporis utuntur. Ignauiam exprobrat* Octauio Antonius apud Sueton. c. 15 Ne rectis quidem oculis eum adspicere potuisse instructam aciem: verum supinum, caelum intuentem, stupidum cubuisse, *etc.* Sic Iuuenal. Sat. 1, 66 Et multum referens de Maecenate supino, *i. ignauo, remisso.* Etiam Animus supinus Catullo 17, 25 est ignauus ac negligens. Hinc Aure supina audire Martial. 6, 42 est negligenter audire. Apud eund. 2, 6 sunt Deliciae supiniores. Et Vlpian. 10 l. 6 D. De iuris et facti ignorantia. Nec supina ignorantia ferenda est factum ignorantis, nec scrupulosa inquisitio exigenda. Sed etiam superbi sunt Supini, *i. caput fastidiose in ceruices reiciunt.* Vid. Casaubon. ad illud Pers. 1, 129 Italo quod honore supinus. Quinctil. 11, 3, 69 Capite deiecto humilitas, et supino arrogantia — ostendi-
- 95 tur. *vid.* SVPINITAS.

SVPINE. Adu. *Pro Negligenter Senec. de Benef. 2, 24 Alii beneficia supine accipiunt.*

SVPINVM, i. n. *Appellatio Grammaticorum, qua signant voces his similes, Amatum, amatu. Sed veteres aliter, ut etiam ea, quae Gerundia nunc vocantur, illa voce comprehenderent, vid. GERUNDIVM sub GERO. Add. Charif. 2 p. 153 post med. Verba supina sunt haec, Dicendi, dicendo, dicendum, doctum, doctum. De re ipsa toto sacco agit Voss. de Anal. 3, 11 sq.*

SVPINITAS, ātis. f. *Quinctil. 11, 3, 122 Pectus ac venter ne proiciantur, obseruandum. Pandant enim posteriora, et est odiosa omnis supinitas, quae nempe vel ignauiam vel arrogantiam indicare videatur, vid. SVPINVS n. 2. Videntur qui in statu vel incessu supini sunt, retro et sursum aēto corpore, contentis quae circa se sunt, sublimia tantum spectare et captare. Add. Firmic. Aitrol. 10.*

SVPINO, āre. [*ὑπρινόω*] *Retro flectere caput alterius, ut supinus fiat. Stat. Theb. 6, 786 Praecipitatque retro iuuenem, atque in terga supinat. Supinare, pro Erigere in arrogantiam. Senec. de Benef. 1, 13 Libet interrogare quid tantopere te supinet, quid vultum habitumque oris peruertat, ut malis habere personam quam faciem.*

SVPINOR, āri. Pass. [*ὑπρινόζουαι*] *Hor. Serm. 2, 7, 38 Nasum nidore supinor: captandi odoris culinarum causa supino cum naribus caput. Acron interpres; Nasum inquit, nidore supinatur, qui nimium delectatur, et inclinatur odoribus pulmentariorum. Accusatiuum addidit verbo passiuo, quemadmodum Virg. Aen. 7, 640 Lorica induitur, fidoque accingitur ense. Stat. Theb. 12, 245 Iam supinantur iuga fessis, i. ardua videntur.*

SVPINĀTVS, a, um. Partic. [*ὑπρινόμενος*] *Vt, Cornu supinatum Stat. Theb. 9, 870 de arcu loquitur, cui nervus fuerat incisus ab aduersario. Humi supinatus Apul. Met. 9 p. 236. Glebas supinatas Aquiloni ostendere Virg. Georg. 2, 261. Arcus Manil. 2, 852. Manus supinata Quinctil. 11, 3. Os supinatum Stat. Theb. 5, 525. Quadrupes toto tergo supinatus Apul. Met. 8 p. 203. Testudo Senec. Epist. 121.*

SVPO, āre. *Festus, Supat significat Iacit, unde Disspat et obsipat. Et Accius apud Non. 3, 66 Obtorque proram, et supra tortas copulas, vid. INSIPO.*

SVPACTVS, vid. SVPINGO.

SVPAR, āris. m. [*νόστος*] *Fere parem significat. Cic. de Clar. Orat. 29 c. 7 Huic aetati suppare Alcibiades, Critias, Theramenes, i. Prope pares, aequales. Alani Humnis per omnia suppare Ammian. 31, 7. Inter suppare et incongruas propositiones pugna diuidua est Apul. Doctr. Plat. 3 p. 37.*

SVPĀRO, āre. *Simile reddere. Tertull. adu. Valentin. c. 4 Lupae feminae formam quotidie supparare sollempne est. Add. ibid. c. 14. 2 Molli apparatu adiungere. Ne exuias alieni capitis, forsā immundi, nocentis, et gehennae destinati, sancto et christiano capiti supparetis Tertull. de Cultu Fem. c. 7 de calendis mulierum. Labem corpori et animae Idem de Anima c. 25.*

SVPARĀTVRA, ae. f. *Reparatio. Genetis Tertull. de Resurr. Carn. c. 61. ubi conf. Rhenan.*

SVPARĀSĪTOR, āri. [*ὑποπαράσιτος*] *Subseruire, obsequi tanquam parasitum Plaut. Amphit. 1, 3, 17. Accedam, atque hanc appellabo: et supparasitabor patri Id. ibid. 3, 4, 10. et Milit. 2, 3, 77. Vet. Inscr. in Ferret. Mus. Lap. p. 281.*

SVPĀRVVS, i. m. *vel SVPĀRVVM, i. n. *Festus: Supparum, vestimentum puellare, lineum, quod etiam subucula, id est, camisia dicitur. Afranius, Puella non sum, supparo si induta sum. Plaut. Rud. 1, 2, 91 Si tu de illarum coenaturus supparis. Lucan. 2, 363 — Humerisque haerentia primis Suppara nudatos cingunt angusta lacertos. Etiam Schol. ad Lucan. 5, 429 Camisiae, vnde siebant vela. Supparum Non. 14, 20 est Linteum femorale, vsque ad talos pendens, dictum quod subtus appareat Plaut. Epid. (2, 2, 48). Supparum aut subminium est, Basilicum aut exoticum. Vid. Plura apud Non. Add. Varr. L. L. 4, 30. Cuper. Obs. 4, 17.**

2 *Festus, uti nunc suppletus est, Velum omne quod ex lino est, dicitur supparum. Puniceum vestimentum ita vocat Naeuius de Bello Punico, et in Nautis vocat Neptuno vestem consecratam supparum. At nunc supparos vocamus vela linea in crucem expansa. Isid. Etym. 19, 3 Supparum (antiqua edit. Siparum) veli genus, vnum pedem habens, quo iuari nauigia solent in navigatione, quoties vis venti languescit. Repetit eadem Scholiastes ad Lucan. 5, 429 — Summaque pandens Suppara velorum perituras colligit auras. Ad quem locum alius Schol. Vela minora in modum deltae literae: intel- lige inuersae ∇, sic vnum tantum pedem habebit, quod alter ait Scholiast. quamquam sunt, quae suadeant habuisse communem antennam velo, et pedem vnum in altum versum, alligatum ad malum, qua ratione ordinaria forma Δ seruari potest. Conf. Scalig. ad Fest. Turneb. Adu. 21, 4. Lips. ad Sen. l. c. Barth. ad Stat. l. c. Et quae dedimus in CANTĀBRVM. vid. PES n. 8. Seneca Ep. 77 pr. de nauibus Alexandrinis, Solis enim licet supparum intendere, quod in alto omnes habent naues; nulla enim res aeque adiuvat cursum, quam summa pars veli: illinc maxime nauis vrgetur. Itaque quoties ventus increbuit, maiorque est quam expedit, antenna summittitur: minus habet virium status ex humili. Cum intrauere Capreas et promontorium, ex quo Alta procelloso speculatur vertice Pallas, caeterae velo iubentur esse contentae: supparum Alexandrinarum insigne est. Seneca alter Medea 325 Cum iam totos Auidus nimium nauita Optat et alto rubicunda tremunt Suppara velo. Stat. Silu. 3, 2, 27 Vos summis annectite suppara velis.*

SVPES, ēdis. *Sub pedibus: apud Petron. Fragm. p. 205 90 f. p. 674 Burm.*

SVPEDĀNEVM, i. n. [*ὑποπόδιον*] *Scabellum. Quoad vsque ponam inimicos tuos suppedaneum pedum tuorum Firmic. de Err. Prof. Relig. Add. Lactant. 4, 12, 17. Inscript. Vet. apud Borrich. Cogitat. p. 250.*

SVPEDĀMENTVM, i. n. *Laudatur Inscript. Grut. p. 1076. sed non inueniebam.*

SVPEDĪTO, āre. [*χορηγέω, ἐκπορίζω, ἐπαγνέω*] *Primaria notio est Pedibus subiicere: a Sub et Pes. Vetus Inscript. apud Reines. in Varr. p. 503 MORS OMNIA CALCAT SVPEDITAT RAPIT. 100 Sed frequentius denotat, Subministrare, suggerere. Ter. Eun. 5, 9, 46 Et necesse est multum accipere Thaidem, ut tuo amori suppeditare possit, sine sumtu tuo. Idem Heaut. 5, 1, 57 Nam si illi pergam suppeditare sumtibus Menedeme, mihi illac vere ad rastros res redit. Cic. Verr. 3, 172 Peculiarem habes aliquam Siciliam, quae tibi ex alio genere frumentum suppeditare possit? Ab aliquo sup-*

- peditare, *vid. A, vel AB.* Omnium rerum in contrarias partes facultatem ex iisdem suppeditari locis Cic. de Orat. 2, 215. Omnium rerum quas natura desiderat, abundantiam et copiam alicui suppeditare Idem de Amicit. 89 c. 23. Frumentum et merces suppeditare Idem Verr. 4 (2) 7. c. 2 *extr.* Vix satis otium studio suppeditare possumus Idem ad Heren. 1 c. 1. Tela suppeditare alicui Sil. 10, 137. Multam etiam casus nostri varietatem tibi in scribendo suppeditabunt Idem Fam. 5, 12. Idem de Fin. 2, 67 Nec vero quoniam haec nos tractare etiam coepimus, suppeditabit nobis Atticus noster e thesauris suis, quos et quantos viros habere testium fati esse. ¶ 2 Suppeditare, *neutrum absolutum, i. Sufficere, satis esse.* Plaut. Asin. 2, 4, 17 Clamore ac stomacho non queo labori suppeditare. Hoc modo naturae suppeditabit ut doctrina Auct. ad Herenn. 3, 34. Aristoteles dicitur dixisse, eius esse vitam beatissimam, cuius et fortuna sapientiae, et sapientia fortunae suppeditet Rutil. Lup. de Figur. Sent. l. 1 de Anaclasi. Cic. Off. 1, 12 c. 4 Ob easque causas studeat parare ea, quae suppeditent et ad cultum et ad victum. Liu. 1, 55 Itaque Pontinae manubiae quae perducendo ad culmen operi destinatae erant, vix in fundamenta suppeditauere.
- 20 Idem 28, 27 Apud vos quemadmodum loquar, nec consilium, nec oratio suppeditat. Publio neque animus in periculis, neque oratio suppeditavit Tac. Hist. 4, 40, 5. Obsessis adeo suppeditauisse rem frumentariam constitit, ne horreis ignem subiicerent Idem Ann. 15, 16, 1. Non suppeditant mihi chartae, *pro Desunt*, Cic. Fam. 7, 18, 5 An hoc significas, nihil fieri, frigere te, ne chartam quidem tibi suppeditari? Id. Philipp. 3, 15 Cuius etiam naturalis pater, si vita suppeditasset, Consul factus esset. *Add. Idem de Clar. Orat. c. 70.* ¶ 3 Suppeditator, *Passuum*. Cic. in Catil. 2, 25 c. 11 Sed si omissis his rebus omnibus, quibus nos suppeditamur, etc. *Al. suppeditamus.* Fistulis aqua suppeditabatur templis Idem pro Rabir. Perd. c. 11. ¶ 4 Suppeditator, *Deponens*. Cic. Att. 14, 18 De Patulciano nomine quod mihi suppeditatus es, gratissimum est, et simile tuorum omnium.
- SUPPEDITANS, *antis*. Cic. de Amic. c. 23.
- SUPPEDITATIVS, *a, um*. Frumentum Cic. pro Balbo c. 17.
- 35 SUPPEDITATIO, *onis*. f. [*χορηγία*] Cic. de Nat. Deor. 1, 112 c. 40 Quae ergo vita? Suppeditatio, inquis, bonorum, nullo malorum interuentu.
- SUPPÉDO, *ëre*. *Peditum tacitum, f. visionem emittere.* Cic. Fam. 9, 22 Quid? ipsa res modo honesta, modo turpis suppedit, flagitium est? iam erit nudus in balneo non reprehendes.
- SUPPENDEO, *ëre*. Ita colligare, ut solo vimine suppendeat Columel. 4, 26 *extr.*
- SUPPERNO, *äre*. *Pernas succidere, subneruare. Vnde*
- 45 SUPPERNATIVS, *a, um*. Catull. 17 (18) Velut alnus In fossa Liguri iacet suppernata securi, etc. Suppernati dicuntur, quibus femina sunt succisa in modum suillarum pernarum. Ennius in Annal. Is pernas succidit iniqua superbia Poeni, Festus. *Idem est Subneruare, de quo f. l.*
- 50 SUPPÉTO, *iui, itum, ëre*. [*ἰπνοῦτω*] *Rariore significatu est latenter seu per fraudem petere.* Vlpian. de Furtis l. Si quis uxori. Apud Labeonem relatum est, si filiginario quis dixerit, ut si quis nomine eius filiginem petisset, ei daret: et quidam ex transeuntibus, quum audisset, petiit eius nomine, et accepit: furti actionem aduersus eum, qui suppeditit filiginario competere, non mihi. Non enim mihi negotium, sed sibi filiginarius gessit. *Pandeftae Florentinae habent, Qui suppetet: Haloander, Qui sic petet.* ¶ 2 Suppetit, [*ἰπνοῦτω*] *in tertia persona, et Suppetunt, significat, In promptu est, sufficit et abundat.* Laudatur, metuo ut recte, Plin. . . Cui abunde suppetunt facultates. Plaut. Milit. 2, 2, 50 Femur tactu aegre suppetit. *b. e. Vix ferre potest percussione.* *Vid. mox Laborib. suppetere.* Hor. Epist. 1, 12, 4 Pauper enim non est, cui rerum suppetit vsus. Sed tamen si cui haec suppetant, adiuuant aliquantum ad caetera Cic. Off. 2, 30. Ut ambitioni et quotidianis sumitibus copiae suppetant Idem Tusc. 5, 89. Idem Verr. 1, 31 Credo si meis horis in accusando vsi voluissem, vererer ne mihi crimina non suppetent, ne oratio deesset. Alimenta tantae multitudini vel per biennium suppetunt Curt. 7, 11, 1. Suppetunt in hanc rem feliciter caetera Columel. 9, 1. Copia argumentorum
- 70 suppetit Cic. in Topic. Dum vires suppetent Caes. Bell. Gall. 7, 85. Consilium non suppetit Liu. 4, 48. Curt. 5, 9, 1. Cibus perpetuus mihi suppetit Plaut. Perf. 1, 1, 106. Id. Pseud. 1, 1, 106 Utinam quae dicis, dictis facta suppetant. *b. e. Utinam quod dicis, sic se haberet, vel faceres quod promittis.* Hor. Epod. 17, 64
- 75 Ingrata misero vita ducenda est in hoc, Nouis ut vsque suppetas Laboribus, *i. te praebas excruciantum: ut p. a. ex Plauto dedimus*, Femur tactu (*tactui*) aegre suppetit. Lingua non suppetit libertati, *Libere loqui non potest, et pro animi sententia* Liu. 2. Lucrum mihi suppetit Plaut. Amphit. prol. 14. Superstes vitae tuae suppetat Idem Trin. 1, 2, 19. *b. e. Post te viuat.* Res ita suppetit Idem Rud. 2, 4, 36. *Conf. Idem Epid. 3, 3, 16.* Cic. in Partit. 56 Ex quibus similibusque, si attendas, ad augendum permulta suppetunt. Idem Off. 1, 44 Illis ad largiendum suppetant copiae. Vires suppetunt Caes. Bell. Gall. 7, 85. Si vita suppetet Cic. de
- 85 Finib. 1, 11 c. 4. Mihi ad remunerandum nihil suppetat, praeter Voluntatem Idem Fam. 15, 13, 3.
- SUPPETIAE, et SUPPETIAS, *tantum habemus a Suppeto, [ἰπνοῦτω] Auxilium, subsidium, praesidium.* Plaut. Epid. 5, 2, 12 Quidquid ego male feci, auxilia mihi et suppetiae sunt domi. Idem Amph. 4, 4, 24 Blepharo suppetias mihi. *subaudi, Feras.* Plaut. Men. 5, 7, 31 Edepol here nae tibi suppetias tempore Adueni modo. Afferre suppetias, *vid. AFFERO.* Plaut. Epid. 5, 1, 52. Id. Amph. 5, 1, 54 Non metuo, quin meae uxori Latae suppetiae sient. Caes. Bell. Afric. 39 Atque suis fugientibus suppetias Ire contendit. Mittere suppetias, *vid. MITTO.* Occurrere suppetias, *vid. OCCURRO.* Proficisci suppetias alicui Hirt. Bell. Afric. c. 25. Id. ibid. cap. 5 Et nuntiabantur auxilia magna equitatus oppidanis suppetias Venire.
- 100 SUPPETIVM, *i. n. i. suppetiae.* Suppetium nullum erit Comodian. Instr. c. 43 p. 59 Petit suppetium Id. c. 70 p. 99.
- SUPPETIOR, *äri*. [*ἰπνοῦτω*] *Auxiliari, succurrere.* Apul. Met. 8 p. 210 At vobis facile est suppetiari miserrimo seni. *Conf. ibid p. 209. 4 p. 147. 6 p. 184. 7 p. 190. 9 p. 234.* Manut. ad Cic. Att. 14, 48.

- SVPPETIATVS**, ūs. m. Non. 2, 47 Auxiliatum vt Suppetiatum. Et laudat ex Lucretio, A pennis tremelūm petere auxiliatum.
- SVPPILO**, āre. [ἐπιπύλομαι] Rapere, inuolare cum fraude, et clanculum, cum Pilare et Compilare etiam ad apertas rapinas referatur. Plant. Truc. 2, 7, 15 Haec quum video fieri suffitor, suppilo, et de praeda praedam capio. Idem Afin. 5, 2, 38 Ille ecastor suppilabat me. Conf. Idem Menaech. 5, 1, 40. et Afin. 4, 2, 6.
- SVPPLĀTOR**, ōris. m. Labor. apud Non. 8, 56 Quenam mens, quae deliritas vos suppilatores facit cum cano eugio puellitari. Sed Gothofr. et Mercer. Suppilatores.
- SVPPLĀTIO**, ōnis. f. Digest.
- SVPPIŅGO**, aut **SVPPIŅGO**, ēgi, actum, ēre. [ὑποπίσω] A Pango. Suffigere, siue subaffigere, quomodo calceis suppingitur corium. Plaut. Bacchid. 2, 3, 98 NI. Sed diuesne est isthic Theorimus? CH. etiam rogas? Qui foccis habeat aurq suppaŅium solum. b. e. Cui tanta suppetit auri vis, vt pedibus calcet. Solum enim pro Infima crepidarum parte posuit. vid. SOLVM Vet. Gloss. SuppaŅta κακοσυμμένα. Fulmentas iubeam suppingi foccis Plaut. Trin. 3, 2, 94. vid. FVLMENTA sub FVLICIO. it. SVFFIGO.
- SVPPIŅVIS**, vid. SVBPPIŅVIS.
- SVPPLANTO**, āre. [ὑποκαλίω, περιπίω] A Planta pedis fit: et significat Supposito pede aliquem in terram deicere. Cic. Off. 3. 42 c. 10 Qui stadium, inquit, currit, eniti et contendere debet quam maxime possit, vt vincat: supplantare eum quicum certet, aut manu depellere, nullo modo debet. Vehemens aquae vis iniussa supplantauit futuras Vitruu. 10, 22. Supplantare, ait Non. 1, 157 dictum est quasi Pedem supponere. Lucil. lib. 29 Supplantare aiunt, Graeci ὑποκαλίω dicunt. Supplantare verba, per translationem, pro Supprimere et veluti strangulata voce efferre, quo suauiora videantur. Perf. Sat. 1, 35 Tenero supplantant verba palato. Plin. 27, 22 In pampinatione non hos detrahare pampinos, qui cum vua sunt. Id enim vuas supplantat praeterquam in nouella vinea, i. facit vt decidant. Plantis pedum subiicere et ita deprimere est. Columel. de Arborib. 7, 14 Sin autem ipsam vitem sternere voles, iuxta radicem ita, ne ipsam laedas, curiose fodito, et vitem ita supplantato, ne radicem abrumpas. Plin. 17, 23 Vnum etiamnum genus, est medium, inter hoc et propaginem totas supplantandi in terram vites.
- SVPPLANTATVS**, a, um. Part. Qui supplantatus aduersarium toto tulit corpore Sen. Epist. 13.
- SVPPLANTATOR**, oris. m. Rachel supplantatoris osculo saluatur Hieron. Epist. 83, 3 ad Ocean. i. Iacobi. Ille est supplantator, qui vsurarum captat emolumenta Ambros. Epist. 60. Conf. P. Chrysolog. Serm. 154. Interpr. Iren. 4, 38.
- SVPPLAVDO**, si, sum, ēre. [ὑποκροτέω] Significat Latenter plaudere. Tertull. de Idolol. c. 12. Conf. Idem de Pudic. c. 19.
- SVPPLEO**, ēui, ētum, ēre. [πληρώω, ἐκπλήρωω] In deficientis locum aliud ponere. Virg. Aen. 3, 471 Remigium supplet, socios simul instruit armis. Sueton. de Clar. Gramm. 12 Librum autem, quem Sulla nouissimum de rebus suis imperfectum reliquerat, ipse suppleuit. Ponite ante oculos M. Antonium Consularem: sperantem Consulatum Lucium adiungite, supplete caeteros, etc. Cic. Philipp. 12, 14. Virg. Ecl. 7, 36 Si foetura gregem suppleuerit, aureus esto. Vbi Seru. Si tot agnos habuero, quot oues: hoc enim est gregem per foeturam suppleri. Liu. 29, 24 In locum eorum subiecit, quos secum ex Italia adduxerat: suppleuitque ita eas Legiones, vt singulae sena millia et ducenos pedites, trecenos haberent equites. Cic. Philipp. 8, 27 c. 9 Cum sex legionibus inquit, hisque suppletis ex D. Bruti exercitu, non modo ex delectu suo. Remigio naues supplere Liu. 26, 39. Remis Zephyros supplere, i. Remigio adiuuare ventos in promouenda naue Stat. Achil. 2, 20. Cic. Qu. Fratr. 3, 4 De bibliotheca tua Graeca supplenda, libris commutandis, Latinis comparandis, valde velim ista confici, praesertim cum ad meum quoque vsū spectent. Idem Verr. 4, 9 Non enim te instruere domum tuam vulerunt in prouincia, sed illum vsū prouinciae, supplere. Id. pro Flacc. 40 c. 17 cum dixisset, Legatos causari Tabulas amissas, addit Quiescant igitur, et me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patiantur. Non sinunt: supplet enim (tabulas) ille nescio quis et priuatum dicit se dedisse. Vt referendis praeteritis verbis id scriptum, quodcumque defendimus, suppleatur Idem de Orat. 2, 110. Cato c. 88 Ibi fiscellam cum sale populari suspendito et quassato, suppletoque identidem: nempe liquefcentis in locum alium adde. Idem c. 66 Facito vt amurcam quotidie suppleas. Vulnere suppleuit lacrimis Ouid. Met. 4, 140.
- SVPPLEMENTVM**, i. n. [πλήρωμα] Quod suppletur. Cic. Fam. 3, 3 Censebant enim omnes fere, vt in Italia supplementum meis et Bibuli legionibus scriberetur. Caes. Bell. Gall. 7, 7. Liu. 22, 36. Caes. Bell. Gall. 7, 9. Sallust. Iug. c. 39. Iustin. 3, 4, 5. 3, 5, 6 etc. Supplemento veteres legiones expleuit et nouas scripsit Liu. 1, 30. Militum Curt. 5, 7, 12. 6, 6, 35 etc. Capita robustiora in supplementum gregis reseruantur Colum. 7, 6 de capris. Apes iuuentutis supplementis frequentatae Idem 9, 13.
- SVPPLETIVVS**, a, um. παραπληρωματικός Gloss. Gr. Lat.
- SVPPLEX**, vid. SVPPHICO.
- SVPPLICO**, āui, ātum, āre. [ὑπεινώω, ἀντιβολέω, λιτανεύω, λίσσομαι, γνάζομαι, προσλιπαρέω] Humiliter, et cum reuerentia flexis genibus, precari. Plaut. Curc. 4, 2, 41 Volo hic in fano supplicare. Cic. in Parad. 5, 3 Noctu venire donum ad eum, precari, denique supplicare. Non metuo, nec cuiquam supplico Plaut. Bacch. 2, 2, 47. Add. Idem Afin. 3, 3, 92. et Curc. 4, 3, 7. Neque enim iam filia Coei Supplicat indignis Ouid. Met. 6, 366. Implorare et supplicare Cic. de Orat. 1, 230. Supplicare alicui Aur. ViŅt. de Viris Illustr. 49. Ter. Andr. 2, 1, 14 Ipsum hunc orabo, huic supplicabo. Quum amici ac propinqui supplicent vobis, dubitabitis, etc. Cic. pro Font. 25. Prostrernere se, et fracto animo supplicare alicui Idem pro Planc. 50 c. 20. Idem pro Font. 31 c. 14 Praesertim quum tot res sint, quae vestris animis pro huius innocentis salute supplicent, etc. conf. Id. ad Quir. post Red. c. 3. Libentissime pro aliquo supplicare Cic. Fam. 6, 14. Supplicare deo ture et vino Plaut. Aul. Prof. 24. Sueton. in Claud. cap. 1 de Druso Claudii patre, Exercitus honorarium ei tumulum excitauit, circa quem deinceps stato die quotannis miles decurreret, Galliarumque ciuitates publice supplicarent. Sueton. August. c. 93 extr. Caium nepotem, quod Iudaeam praeteruehens; apud Hierosolymam non supplicasset, collaudauit. Impersonale, Plin. 13, 1 Iliacis temporibus non supplicabatur ture. Cic. pro Lege Agrar. 2, 32. Supplicassis, pro Supplicaueris, legitur 105

apud Plaut. in Afin. 2, 4, 61. Hercle istum dii omnes perdunt, verbo caue supplicassis.

SUPPLICANS, antis. Partic. [ἱκετεύων] Ter. Eun. 4, 7, 41. Iam haec tibi aderit supplicans vltro.

5 SUPPLICATIO, ōnis. f. [ἱκεσία, ἱκεσία, ἀντιβολή, ἀντιβόλησις, λιτή, λιτανία, ἱκετήρια] Caerimonia Populi Rom. qua vel DIIS gratias agerent pro magno beneficio, vel pacem illorum exposcerent. Qui habent bonum Indicem Livii, qualis est ille Clerici puichre auctus et emendatus a Drakenborchio, ii possunt facile longo ordine enarratas videre supplicationum occasiones et caerimonias v. g. Liu. 38, 44 Supplicatio inde ex decemvirore decreto pro valetudine populi fuit per triduum. Cic. in Catil. 3, 15 c. 6. Atque etiam supplicatio diis immortalibus pro singulari eorum merito meo nomine decreta est Quirites. Eo anno prodigia multa fuerunt: quorum auerruncandorum causa supplicationes in biduum senatus decrevit Liu. 10, 23 pr.

15 Perlaeta supplicatio, vid. PERLAETVS. Praerogatiua triumphī supplicatio Cic. Fam. 15, 5. Decernere supplicationem Caes. Bell. Gall. 2, 35, 4, 38, 7, 90. Decreta est supplicatio ad omnia puluinaria Cic. in Catil. 3, 23. Indicere supplicationem Caes. Bell. Gall. 4, 38. Merere supplicationes Quinct. 2, 16.

20 SUPPLICATOR, ōris. m. August. de Ciu. Dei 5, 23 extr. Supplicatores daemonum. Conf. Prudent. Hymn. Calagurr. v. 14. SUPPLICAMENTVM, i. n. Apuleius 11 p. 266 Quantoque sumtu deberem procurare supplicamentis, ipsumque mithram illum suum sacerdotem decernit. Nominē supplicamentorum, inquit Beroaldus, non tam supplicationes et caerimonias intelligere videtur, quam apparatus necessarium ad caerimonias, et religionem auspicandam. Supplicamenta diis praestare Arnob. 7 p. 227. Vanum Tertull. adu. Iud. c. 5. Conf. Id. de Fuga in Persec. c. 9.

25 SUPPLICANTER. Adu. Sedul. 1 Pasch. Op.

30 SUPPLEX, icis. Adi. [ἱκέσιος, ἱκέτης, ἱκετήριος, λιπαρής] Qui flexis genibus orat. Cic. Tusc. 3, 78 c. 32 Cum se Alcibiades affligeret, lacrimansque Socrati supplex esset, vt sibi, virtutem traderet, turpitudinemque depelleret. Plaut. Bacch. 4, 9, 101 Vt qui deliquit, supplex est vltro omnibus. Idem Cist. 1, 1, 34 Suique omnium rerum nos indigere (volunt) vt sibi sinus supplices. Liu. 7, 40 Deos immortales, vestros publicos, meosque ab vrbe proficiscens ita adorauit, veniamque supplex poposci, vt mihi de vobis concordiae partae gloriam, non victoriam, darent. Ablicere se supplicem, vid. ABILICIO. Nunquam putauit fore, vt supplex ad te venire Cic. Att. 16, 16 pr. Oro atque obsecro vos, quibus sigillatim saepe supplex ad pedes iacui. Pseudo-Cic. Anteq. iret in exil. 26 c. 11. Rogabo supplex Stat. Achil. 1, 50. Vobis supplex manus tendit patria communis Cic. in Catil. 4, 12. Profiteri se pro aliquo supplicem Idem in Pison. 20. Beneficentia versus supplices Utendum Tac. Ann. 14, 20, 4. Misericordia aduersus supplices Id. ibid. c. 23, 3. Captare misericordiam, et ablicere supplicem Cic. Philipp. 2, 86. Absterrere et excludere aliquem supplicem Pseudo-Cic. Anteq. iret in exil. 26. Lacrimae supplices Propert. 1, 16, 4. Martial. 8, 31 Sed iam supplicibus dominum lassare libellis Desine, et in patriam seruus ab vrbe redi.

40 Manu supplice praetendens velamenta Ouid. Met. 11, 279. Querelae supplices Tib. 1, 4, 72. Turba supplex Ouid. Met. 1, 93. Verbis supplicibus orare, b. e. Humilibus Cic. Att. 12, 31 (32) Verbis supplicibus placare aliquem Ouid. Fast. 4, 155. Cic. pro Muraen. 86 Vester est supplex iudices: vestram fidem obtestatur, misericordiam implorat. Vota supplicia Virg. Aen. 8, 61. Vox supplex Liu. 30. Voce supplex Tacit. Ann. 1, 57, 6. Voce supplice rogare Ouid. Met. 2, 396. Nos iacentes ad pedes supplicum, voce prohibebis? Cic. pro Ligar. 13.

45 SUPPLICITER. Adu. [ἱκετικῶς] Humiliter. Supplicem enim esse et genibus flexis orare, magnum humilitatis argumentum est. Caes. Bell. Gall. 1, 27 Qui quum eum in itinere conuenissent, seque ad pedes proiecissent, suppliciterque locuti flentes pacem petissent, etc. Ouid. ex Pont. 1, 10, 44 Suppliciter vestros quisque rogare deos. Homo ita natus vt b. andiri suppliciter possit. Cic. de Orat. 1, 90. Suppliciter ac demisse agere gratias Brut. ad Cic. in Cic. ad Brut. 16. Loqui suppliciter Caes. Bell. Ciuil. 3, 19. Mittere literas suppliciter Cic. Verr. 5, 47 Quas literas cum ad omnes ciuitates prope suppliciter misisset Metellus, tamen, etc. Orare suppliciter Liu. 4, 41. Petere suppliciter Idem 3. Postulare suppliciter Idem 2. Respondere suppliciter et demisse Cic. pro Flacc. 21. Venerans aram suppliciter Virg. Aen. 12, 220. Conf. Id. 1, 485. Liu. 33, 16. Sen. de Ira 2, 21. Petron. c. 80. Curt. 5, 10, 14. et 10, 4, 5. Iustin. 14, 2, 8. et 24, 8, 5.

50 SUPPLICIVE. Adu. Idem. Apul. Met. 11 sub fin. sec. Elmenb. et Pric.

55 SUPPLICIUM, i. n. Primo Supplicia veteres Supplicationes vocabant. Sallust. in Catil. 52 Non votis, neque supplicii muliebribus deorum auxilia parantur: sed vigilando, agendo, bene consulendo prospera omnia cedunt. Idem in Iugurth. 55 Itaque Senatus ob ea feliciter acta, Diis immortalibus supplicia decernere, etc. Conf. Id. ib. c. 66 c. not. Cort. et Catil. c. 9. Plaut. Rud. prol. v. 25. Tac. Ann. 3, 64, 3 Sed tum supplicia diis, ludique magni ab Senatu decernuntur. Liu. 22, 57 Quibus precibus supplicis deos possint placare. Sic legit cum Gronouio etiam Drakenb. quem vide.

60 signa supplicantium et pacem petentium, infulae, verbenae, rami oliuae. Sallust. Iug. 46 Legati cum suppliciis. vid. Cort. Festus: Supplicia sunt, quae caduceatores portant, ea sumebantur ex verbena felicis arboris: nec enim ex alia supplicia fas erat, quam de verbenis sumi. Siunius Capito ait, cum ciuis necaretur, institutum fuisse, vt Semoniae res sacra fieret veruece bidente, vt eo sacrificio poena solutis ciuibus, caput ipsum damnati, patrimoniumque cui delibatum esset id fieret sacrum Deo: indeque fuisse solitum, vt quia tunc in forum supplicandi causa prodiret rex sacrorum, vt id vocaretur supplicium, hoc vero semper relatum a multis, quo exemplo docet, supplicia dici supplicamenta. Nunc fere supplicia pro poenis dicuntur. Non poenituit longiusculum locum adscribere, et forte non satis sanum: sed qui hoc certe doceat, vnde factum sit, vt supplicium et rem sacram et poenam notet.

65 cium, [κόλασις, αἰσιμὸς] Poena, quae pro delicto commisso sumitur. Cic. in Pison. 43 Supplicium autem, est poena peccati. Non vbiurque poena, etiam supplicium est: Nomen hoc, est publicae animaduersionis nomen, exactae per magistratus poenae Quinctil. Decl. 272. Tamen de paterne animaduersione Ter. Andr. 5, 3, 32. Add. Tac. Ann. 15, 44, 4. Dira supplicia Virg. Aen. 6, 499. Miserabile vitae supplicium Stat. Theb. 1, 54. Miserrima et Crudelissima Cic. sub Att. 8, 11. Saeua supplicia Stat. Theb. 12, 460. Non minus principi Turpia sunt multa supplicia, quam medico multa funera Sen. de Clem. 1, 24. Addicere supplicio Pseudo-Cic. Anteq. iret in exil. 17. Adhibere supplicium, vid. ADHIBEO. Cic. in Pison. 43 Nullum est supplicium putan-

70

75

80

85

90

95

100

105

110

115

120

125

130

135

140

145

150

155

160

165

170

175

180

185

190

195

200

205

putandum, quo Affici casu aliquo etiam boni viri, fortesque possunt. Magicae artis conscios summo supplicio Affici placuit, id est, bestiis obii-
ci, aut cruci suffigi: ipsi autem magi viui exuruntur Paul. Rec. Sentent. l. 5
t. 23. Sent. II. *Add. ib. t. 21, 4 et t. 24, 1.* Coercere aliquem suppliciis,
vid. COERCEO. Coercere delicta suppliciis Hor. Serm. 1, 3, 79. 5
Constituere supplicium alicui maleficio Cic. pro Rosc. Amer. 70 c. 25.
Idem Verr. 5, 50 Includuntur in carcerem condemnati, supplicium con-
stituitur in illos. Constringere scelus ac fraudem nocentis suppli-
cio Idem de Orat. 1, 202. Constringere supplicio, Contine-
re se a supplicio, Dedere aliquem ad supplicium, vid. *hb. vu. 10*
Deposcere supplicia Stat. Theb. 12, 460. Pseudo-Cic. Anteq. iret.
in exil. 14 Quem virtutis gloria cum summa laude ad caelum extulit,
eundem inimicorum invidia indignissime oppressum deprimit ad sup-
plicium. Dare supplicium, Puniri Catull. ad Gellium f. 113, 8.
Ter. Eun. 1, 1, 24 Et te vltro accusabis: et ei dabis vltro supplicium: 15
poenam lues, quam ipsa constituet. Nisi tibi supplicium stimuleum
datur Plaut. Milit. 2, 6, 31. *i. puniris.* Dare aliquem ad supplicium
Neos 4, 5, 5. Domant impios saeva supplicia Sen. ad Herc. Fur.
749. Exsequi supplicia Sen. Theb. 1. Exercere supplicium
Stat. Theb. 3, 5. Expendere supplicia veterum malorum Virg. 20
Aen. 6, 640. Exposcere supplicium Catull. Argon. 62, 203. Ex-
quirere, excogitare, inuenire supplicium Cic. Off. 3. et pro Rosc. Amer.
42. Ferre supplicium Idem Att. 8, 15. Caes. Bell. Ciu. 1, 84.
Haurire supplicia, Soluere poenas Virg. Aen. 4, 383. Inferre sup-
plicia vrbibus hostium, vid. INFERO. Inhibere supplicia alicui, 25
vid. INHIBEO. Interfectus omni supplicio, vid. INTERFICIO.
Irrogare supplicium Afcon. Pedjanus. Luere supplicia Iustin. 2,
5, 6. Mactare summo supplicio, vid. MACTO. Merere sup-
plicium Ouid. Met. 5, 666. Mergere vltimis suppliciis, vid. MER-
GO. Necare aliquem vineulis et verberibus atque omni suppli-
cio excruciatum Cic. pro Lege Manil. 11. Pati supplicium, vid. 30
PATIOR. Pendere supplicia, vid. PENDO. Perferre suppli-
cia, vid. PERFERO. Cic. de Nat. Deor. 3, 81 Summo cruciato
supplicioque Q. Varius homo importunissimus Perit. Rapi ad
supplicium ob facinus Idem de Orat. 2, 238. Reciditur culpa sup- 35
plicio Hor. Carm. 2, 24, 34. Remittere et condonare alicui sup-
plicium, vid. CONDONO. Soluere supplicium alicui Cic. Philipp.
13, 21. Idem ad Brutum. . . Nihil avertitur quo minus summa suppli-
cia subeunda nobis sint. Sumere supplicium Plaut. Merc. 5, 4, 31.
Sumere supplicium de aliquo Cic. de Inuent. 2, 14. Vell. 2, 42, 3. 40
Sumere supplicium a seruo Vlp. in l. Magistratibus. D. de Iurisd. Pseu-
do-Cic. Anteq. iret in exil. 18 Serui qui ad supplicium caesi verberibus
Trahuntur. Idem Fam. 5, 10 Meam aninaduersionem et sup-
plicium, quo vsurus eram in eum, quem cepissem, remitto tibi, et condono.
S V P P L O D O, si, sumere. [*ὑποπορτώ*] Terram pede percutere, quod fa- 45
ciebant, qui vehementius dicerent, vel commoti videri vellent. Cic. de Orat. 1,
230 c. 53 Pedem nemo in illo iudicio supplot, credo, ne Stoicis renuntiaretur.
Conf. Sen. Ep. 75 pr. Calumniam supplotere Macro. 1, 2.
S V P P L O S I O, onis, f. [*ὑποπόσημα*] Cic. de Orat. 3, 44 c. 12 Supplo-
sio pedis in contentionibus aut incipiendis, aut finiendis. Conf. Id. in 50
Bruto c. 43. Rara supplotio Auctor ad Heren. 3, 27 c. 15.
S V P P L V I A L I S, e. Suppluiale tempus Sarisber. Policrat. 1, 13.
S V P P O E N I T E T, uit, ere. [*ὑποποενίτης*] Aliquantum poenitere.
Cic. Att. 7, 14 Spero etiam in praesentia pacem nos habere: nam et il-
lum furoris, et hunc nostrum copiarum suppoenitet. Caesari displi- 55
cere coepit impietas in temp. Pompeio paucitas, certe infirmitas copiarum.
S V P P O L I T O R, vid. S V P P I L A T O R.
S V P P O N O, sui, situm, ere. [*ὑποπίθημι, ὑποβάλλω, ὑπίνημι*] Subii-
cere. Columel. 12, 47 Postero die cribratur, et nouo fisco incluso
prelo supponitur, vehementerque premitur, vt exsudet, quantulumcum- 60
que habet amurcae. Aut igitur tectum lana supponis alumen Sam-
mon. v. 527. de suppositorio proprie dicto hodie medicis. Plaut. Poen.
5, 2, 65 Sub cratim vt iubeas sese supponi. Supponere cultros Virg.
Aen. 6, 248 pro mactare Dis inferis, in quorum sacrificiis prono collo et
capite hostiae mactantur supposito et sursum acto cultro, etc. Vid. Lacerda. 65
Cic. de Nat. Deor. 2, 124 Quin etiam anatum oua gallinis saepe sup-
ponimus, e quibus pulli orti primo aluntur ab iis, vt a matribus, a qui-
bus exclusi foetique sunt. Conf. Colum. 8, 5. Tauri supponunt
colla iugis Ouid. Amor. 3, 10, 13. Colla supponere oneri Idem
Rem. Amor. 171. Falcem supponere aristas Virg. Georg. 1, 348. 70
i. Demetere segetem, etc. Tumulo supponere aliquem, Sepelire Ouid.
Trist. 3, 3, 68. Humo supponere aliquem, Sepelire Idem Amor. 5,
9, 48. Pectora supponere fluminibus Idem Met. 13, 593. ¶ 2
Metaphorae: Cic. de Inuent. 1, 8 Nam ei tres partes, quas ante diximus,
supponemus, iudicialem, deliberatiuam, demonstratiuam, vt generi spe- 75
cies, toti partes. Aetheraque ingenio supposuere suo Ouid. Fast.
1, 306. Arbitrio alicuius supponere aliquid Ouid. Epist. 17, 120.
Exemplum supponere epistolae Cic. de Inuent. 2, 12 Atque vniuscui-
usque constitutionis exemplum supponere non grauaremur. Ma-
num supponere lucro Sen. Nat. Quaest. 4, . . . Rationem sub- 80
iicere et supponere Cic. de Inuent. 2, 63. ¶ 3 Supponere
substituere, praesertim Adulterinum loco veri subiicere. Substituere
et supponere aliquem in locum alterius Cic. Verr. 5, 72 c. 28. Plaut.
Truc. 2, 5, 9 Alienos dolores mihi suppositi, vt qui infantem alienum
clam pro suo tollunt. Cic. pro Deiot. 42 Hieras quidem causam 85
omnem suscipit, et criminibus illis pro rege se supponit reum.
Cic. pro Rosc. Amer. 111 Credo propterea quod quibus in rebus ipsi
interesse non possumus, in his operae nostrae vicaria fides amicorum
supponitur. Ter. Eun. 5, 3, 3 Qui referam illi sacrilego gratiam,
qui hunc supposuit nobis? Infantem Plaut. Cist. 4, 2, 49. *Add. ib. 90*
1, 2, 17. et 1, 3, 4. it. Epid. 3, 4, 58. Testamentum supponere, Falsum
testamentum supposita persona obfirmare, auctore Ciccone pro Cluent.
125 Qui supposita persona falsum testamentum obfirmare curarit. Idem
in Parad. 6 Si socios spoliatis, aerarium expilas, si testamenta amicorum
exspectas, aut ne exspectas quidem, at ipse supponis. Cic. de Legib. 1, 95
43 c. 16 Ius esset latrocinari, ius adulterare, ius testamenta falsa suppo-
nere, si haec suffragiis, aut scitis multitudinis probarentur. Obseru.
Supposuit pro supposuit Plaut. Truc. Arg. 4. et 2, 5, 9. 4, 3, 30.
S V P P O S I T V S, et S V P P O S T V S, a, um. Partic. [*ὑποβεβλημένος*]
Pro alio fraudulenter positus. Cic. Verr. 5, 66 c. 27 Et vt quiuis facile 100
perspiceret, id ab isto actum esse, vt ille suppositus facile et libenter se
illum, qui non erat, esse simularet. Suppositus in eius locum Cic.
Verr. 5, 74 c. 30. *Add. Nep. 14, 9, 4.* Supposita de matre Virg. Aen.
7, 283. Puer Plaut. Truc. 1, 1, 70. Supposita furto Pasiphae Virg. Aen.
6, 24. Paulus in l. Si is, qui. D. de acquir. her. Si is, qui bonis pa- 105

ternis se abstinuit, per suppositam personam emtoris bona patris mercatus probetur, etc. Hercule supposito sidera fulcit Atlas, *sibi substituto* Ouid. Her. 9, 18. Saxa supposita caelo, *i. Tantaе altitudinis, ut supposita caelo, caelumque sustentare videantur* Sil. 3, 90 *Intelligit* Alpes.

5 SVPOSITVRVS, a, um. Partic. [ὑποβαλῶν] Ouid. Fast. 5, 180 Ceruicemque polo suppositurus Atlas.

SVPOSITIO, ōnis. f. [ὑποθήκη, ὑποβολή] Columel. 8, 5 Semper autem quum supponuntur oua, considerari debet, vt luna crescente a decima vsque ad quintamdecimam id fiat: nam et ipsa suppositio per hos fere commodissima. Plaut. Capt. in grege 3 Nec pueri suppositio, nec argenti circumductio. Conf. Id. Truc. 2, 4, 83.

SVPOSTOR, ōris. m. et SVPOSTRIX, icis. f. [ὑποδολεῖς] Qui vel Quae alienum puerum supponit, et alienos pueros aliis tanquam suos nutriendos clam praebet. Plaut. Truc. 4, 2, 50 Venefica suppostrix puerum. Alii, de quibus Vet. Inscriptio apud Salmast. in Solin. p. 196

15 SIGNAT. SVPOSTORES. MALLIATORES. MONETAЕ.

SVPOSITORIVS, a, um. Cellae Vopisc. in Carino c. 17 *i. balnea tepidaria.*

SVPOSTORIVM, i. n. [ἔρεισμα Gloss. Gr. Lat.] *i. fulcrum ap. Medicos, pro glande ano immittenda.* v. Borrich. Cogit. p. 251.

SVPOSITICIVS, a, um. Adi. [ὑποβολιμαῖος Gloss. Gr. Lat.] Quod suppositum est, et alterius loco, vel pro vero et natius positum. Varro de R. R. 2, 8 Matri suppositiciae quoque interviunt, quo equa ad ministerium lactis cibum pullo praebere possit. Martial. 5, 25 Hermes suppositicius sibi ipsi [ἑφ᾽ ἑαυτὸν] *h. e. Qui ex omnibus gladiatoribus solus sibi ipsi succedit, quum alii fessis soleant succedere.* Conf. Plaut. Pseud. 4, 7, 71.

SVPORTO, āre. [ὑπάρχω] Subinde apportare, quo opus est. Caes. Bell. Gall. 1, 39 Aut rem frumentariam, vt satis commode supportari posset, timere dicebant. Cic. Fam. 12, 13 Nisi quid nauibus Laodiceorum supportarit, cito fame pereat necesse est. Omnia hic in castra supportabantur Liu. 41, 1. Adde Nepot. 25, 11, 2.

SVPOSITIO, SVPOSITVS, SVPOSTOR, vid. SVPPONO.

SVPPRIMO, essi, essum, ěre. [ἀποκρύπτω, ἀποκρύπτω] Occulere, abscondere. Abscondere atque suppressere Plin. 25, 1. Cic. Tusc. 3, 75 c. 31 Haec igitur officia sunt consolantium, tollere Aegritudinem funditus, aut sedare, aut detrahere quamplurimum, aut suppressere, nec pati manare longius, aut ad aliam traducere. Animus suppressitur cibus, pro Opprimitur Plin. 11, 37. Classen Nep. 13, 3, 3. *i. cobi-*

40 bere. Famam rei suppressere Liu. 5, 1. Fletum suppressere Propert. 4, 1, 113. Frena suppressere vindictae Ouid. ex Pont. 2, 8, 24. *al. Lora.* Habenas suppressere cursus, *Sistere cursum* Idem Met. 6, 709. Hostem insequentem Caes. Bell. Ciu. 1, 45. Impetum suppressere, *idem quod Reprimere* Liu. 7. Iram suppressere Ouid. ex Pont. 1, 8, 69. Iter

45 suppressere, *i. Retrahere se ab itinere* Caes. Bell. Ciu. 1, 66. Lacrimas suppressere Ouid. ad Liu. 427. Propert. 3, 10, 8. Naufragium suppressere. l. 3 §. Idem is, cuius D. ad leg. Cornel. de sicariis. Numos, vel pecuniam suppressere, *Celare, occultare, dissimulare se habere, vel dolo malo retinere.* Cic. pro Cluent. 68 Sexcentis millibus numum se iudicium corrupturum esse dixerat, quae quum accepisset a pupillo, suppressit, iudicioque facto, etc. Sic paulo post 71 c. 26 Capit hoc consilium, vt pecuniam quibusdam iudicibus leuissimis polliceatur, deinde eam postea suppressat. Querelas suppressere Ouid. Fast. 4, 83.

50 Sanguinem Scribon. 46, Cels. 5, 1. Senatusconsulta suppressere Liu. 3, 55. Testamentum suppressere Paullus Sentent. tit. 4. Isidorus Etymol. 5, 29. l. 2. D. ad leg. Corn. de fals. Ventrem et naturales exitus Scribon. 192. Vocem suppressere Ouid. Met. 1, 715. Vuam iacentem Scribon. 71.

SVPPRESSVS, a, um. Partic. [καταπεποντισμένος, ἀποκρυμμένος] 60 Vt, Suppressa nauis, *Confossa et submersa.* Iustinus 2, 9, 13 Victi Persae in naues confugerunt, ex quibus multae suppressae, multae captae. Dolor suppressus alta mente Lucan. 6, 228. Fontibus suppressis aret amnis Ouid. Met. 15, 280. Fuga suppressa, *Retenta, repressa* Idem Met. 11, 777. Lingua suppressa palato Idem Trist. 3, 3, 21.

65 Heinf. legit, Suppressio lingua palato; *Burm. vero, Sub fesso lingua palato.* Mentum suppressum, *Contractum, nec oblongum, sed breuis potius* Varro de R. R. 2, 9. Naufragus suppressus l. 3. D. de incend. ruin. nauis. Pars vocis suppressa in medio sono Ouid. Met. 5, 193. Pectora suppressa vitiiis, *Mentes calcatae et oppressae ab amore* Id. Rem. Amor. 73 Heinf. legit Dominis oppressa. Tabula suppressae. l. 10. D. Quemad. testam. aperiant. Sueton. in Calig. c. 16. Venter suppressus parum reddit Cels. 1, 3. Voce suppressa dicere, *Idem quod submissa* Cic. pro Sul. 30 c. 10 Qui cum suppressa voce de scelere P. Lentuli, de audacia coniuratorum omnium dixisset, tantummodo vt vos, etc.

70 Suppressior oratione Idem in Orat. 85 c. 25 Erit enim vt voce, sic etiam oratione suppressior. *De humili oratore loquitur.*

SVPPRESSE. Adu. Compar. apud Gell. 12, 11 Suppressius pudentiusque peccabitur. *Al. Repressius.*

SVPPRESSOR, ōris. m. Occultator. l. 6 §. 1 de seruo solicit. Hunc suppressorem non iure quis dixerit.

SVPPRESSIO, ōnis. f. [ἀπόκρυψις] Cic. pro Cluent. 68 c. 25 Statuit ad eandem sibi praedas ac suppressiones iudiciales reuertendum, vid. modo SVPPRIMERE Numos. Suppressiones nocturnae, *dicuntur quoties per somnum spiritus suppressitur, aut etiam ipsa vox, vt incerta indiscretaque edatur, quemadmodum in eo morbi genere accidere solet, qui Latinis incubus, Graecis ephialtes dicitur.* Plin. 27, 10 Grana nigra auxiliantur et suppressionibus nocturnis in vino pota, quo dictum est numero. *de Paeonia, de qua etiam* 25, 4 Haec medetur et Faunorum in quiete ludibriis. *Sunt igitur Faunorum in quiete ludibria, quae et suppressiones nocturnae.*

SVPPRIMO, promsi, promptum, ěre. Plaut. Mil. 3, 2, 12 Eho tu sceleste, qui illi suppromis, eho tu. *Al. Suppromus es.*

SVPPRIMVS, i. m. Plaut. Mil. 3, 2, 24 Bono cella suppromo credita. *Vicarius Promi.*

SVPPVDET, uit, ěre. [ὑπαιδέομαι] Aliquantulum pudere. Cic. Fam. 15, 16 Puto te iam suppudere, quum haec tertia iam epistola ante te oppressit, quam tu schedam, aut literam: sed non vrgeo. Suppudet me illius rei. Cic. Fam. 9, 1 Scito enim, me posteaquam in urbem venerim, rediisse cum veteribus amicis, id est cum libris nostris in gratiam, etsi idcirco eorum vsum dimiseram, quod iis succensere, sed quod eorum me suppudebat.

SVPPVRO, āre. [ἐμπυρόμαι, ἀφίσταμαι] Est Apostema fieri, nemp dum subtus pus includitur, vel quum sanies in pus conuertitur, et apostemata per corpus gignit. Cancer subtus suppurat sub carne Cato R. R. c. 157. Durities suppurat Scribon. 81. Gingiua Id. 61. Parotides Id. 45. Strig-
mae

mae 228. Columel. 6, 12 Hic idem sanguis, nisi emissus fuerit, saniem creabit: qui si suppuraerit, tarde procurabitur. Plin. 25, 11 Ossa fracta e capite extrahit, aut si quid in corpore suppurat, vel si calcata sunt ossa. Conf. Cels. 8, 8, 9. Sen. Epist. 59. et de Brev. Vit. c. 11. Scrib. Larg. Comp. 266.

SUPPURATIVUS, a, um. Partic. *Vt*, Senec. Epist. 81 Horum qui felices vocantur, aut ficta hilaritas est, aut grauis et suppurata tristitia.

SUPPURATIVUM, i. n. [*ἐμπύημα*] *Apostema*. Plin. 20, 4 Strumisque vel suppuratis alligat. Suppuratis triticea farina lenior Id. 22, 25. *Add.* Lamprid. Comm. c. 10.

SUPPURATIO, ōnis. f. [*ἐμπύημα*] *Apostema*. Erupit suppuratio Scribon. 66. Fit. Id. 40. Futura, Facta Id. 263. Columel. 6, 11. Plin. 20, 3 Caro eius interior sine semine, clavis pedum et suppurationibus, quae Graeci vocant apostemata. Incisa vel rupta suppuratio. Cels. 7, 2 *ad finem*. Caetera eadem, incisa suppuratio, facienda sunt, quae ubi per medicamenta rupta est facienda esse proposui. *Add.* Id. 2, 7. 3, 26. 8, 9. Colum. 6, 12. 6, 34. 8, 9. Plin. 20, 6. Sen. Ep. 14.

SUPPURATORIVS, a, um. Adi. [*πυροποιός*] Plin. 28, 4 Efficaciora ad eadem strigenda a balineis, et ideo miscentur suppuratoriis medicamentis. *i. Quae suppurare faciunt.*

SUPPUTO, āre. [*ὑποκλαδεύω*] *Subtus putare, vel leuiter et aliquantulum putare, hoc est rescare.* Plin. 27, 10 Praeterea semina ipsa fructificantiā supputare, ac falcem pati consuescere. ¶ 2 Supputare, [*λογίζεσθαι*] *pro Computare, et numeros facere.* *Vt*, Supputatio nem, apud Plantum in Aulul. 3, 5, 53 *Nunc tamen sic legitur*, Itur: putatur ratio cum argentario etiam plus ipse debet argentario. *Certius illud et sibi quid sit Vitale*, sollicitis supputat articulis Ouid. ex Pont. 2, 3, 18. *Et tamen al.* Computat.

SUPPUTATIVUS, a, um. Partic. Pallad. Ianuar. t. 12.

SUPPUTATIO, ōnis. f. [*ὑποψήφισις*, Gloss. Lat. Gr.] Vitruu. 2, 1 Cum ad supputationem crescat. Quibus istud rationibus colligi aut quibus supputationibus potest? Arnob. 2 p. 94. *Add.* Mart. Capella 3 p. 50. et 6 p. 198.

SUPPUTARIUS, a, um. Tertull. Apol. 19 Supputarii digitorum gesticuli. *Lud. de la Cerda leg.* supputatorii.

SUPPUTATOR, ōris. m. Firmicus 5, 8 Boni erunt supputatores, arithmetici, geometrac. *Paullo post*, Sortilegi, magici, supputatores. *Rursus c. 11* Diuites quoque ac locupletes, supputatores, arithmeticos. *Item 6, 26* Reddunt etiam acutissimos supputatores, et hac potissimum ex causa, regum ac principum scribas. *Et c. 28* Hos enim sapientes scribas, supputatores, ac principum faciunt negotia pertractantes.

SUPRA. [*ὑπέρ, ἄνω, ἔξωθεν, ἄνωθεν*] *Praepositio Accusatiuo casui seruit.* Virg. Aen. 3, 194 Tum mihi caeruleus supra caput adstitit imber. *Supra lunam sunt omnia aeterna* Cic. in Somn. Scip. 10 c. 4. *Supra volat ardea nubem* Virg. Georg. 1, 364. *Iniicere quempiam supra stercus* Cic. de Diuin. 1, 57. *Mare quod supra terram est* Idem de Nat. Deor. 2, 115. *Supra caput, Modus est loquendi, rem quae valde urgeat, et immineat significans.* Idem Q. Frat. 1, 2 Ecce supra caput homo leuis ac sordidus, sed tamen equestri censu Catienu. Cels. 4, 2 Caput atque os supra quinquages perfricandum, *i. saepius quam, plus.* Idem 7, 7 Vbi secta est, aliae futurae adiiciendae, quae supra tres esse non debent. *Caesa sunt supra millia viginti* Liu. 30, 35. *Supra tres cyathos, Plus quam tres cyathos* Hor. Carm. 3, 19, 15. *Supra aetatem, supra consuetudinem, supra etiam mortalitatem* Cic. ad Octau. *Quintil. 2, 10* Nunquam haec supra fidem poëtica (vt vere dixerim) themata iuuenibus pertractare putemus. *Ratio, quae supra hominem putanda est, deoque tribuenda* Cic. de Nat. Deor. 2, 34. *Potentia, quae supra leges esse velit* Idem ad Brut. 17. *Columel. 4, 27* Si supra Modum se numerus eorum profuderit. *Sic* Liu. 21, 7. *Ira supra Modum est illis* Virg. Georg. 4, 236. *Supra morem rarum* Idem Georg. 2, 227. *i. e. Abundanter, plus aequo.* Seruius. *Supra Numerum, i. Praeter vel ultra.* Plin. Epist. 10, 21. *Attollere aliquid supra quotidianum Sermonem* Quintil. 2, 4. *Supra Spem humanam* Liu. de Bell. Maced. . . . Hor. Epist. 1, 18, 22 *Gloria quem supra Vires et vestit, et vngit.* *Supra pro, post: Supra medicamentum* Scribon. 13. *Supra hereditates libertus* Scribon. 162. *officii nomen.* ¶ 2 *Supra, sine Casu, Aduerbium.* *Agrum fortasse trecentis aut etiam supra, numorum millibus emtum dixit* Hor. Epist. 2, 2, 165. *Cic. Acad. 4, 55* Et quum in vno mundo ornatus hic tam sit mirabilis, innumerabilis, supra infra, dextra sinistra, ante post. *Omnia haec quae supra et subter sunt, vnum esse* Cic. de Orat. 3, 20 c. 5 *fin.* *Draco subter, supraque reuoluens sese* Idem de Nat. Deor. 106 c. 42. *Toto vertice supra est* Virg. Aen. 7, 784 *de Turno.* *Liuius in concionibus supra, quam enarrari potest, eloquens* Quintil. 10, 1, 101. *Hoc est supra quam illud* Cic. in Topic. 39. *Nihil supra; quum quid efferre volumus:* Ter. Eun. 3, 1, 37 *Facete, lepide, laute, nihil supra.* Cic. Att. 13, 19 *Eos confeci et absolui, nescio quam bene, sed ita accurate, vt nihil posset supra, vid.* 80 *NIHIL.* Conf. Nep. 25, 4, 1. *Supra pro Ante, vel antea, aut superioris: hoc est verbis superioribus.* Cic. pro Caecin. 14 *Ille quem supra deformari.* Caes. Bell. Gall. 5, 19 *Supra demonstraui.* *De quo commemorauit supra Nepos* 10, 6, 2. *Supra repetere* Sallust. Cat. 5, 9. *i. altius: vid. Cort.* *Ille polliceor, quae supra scripsi* Cic. Fam. 6, 10. *Add.* 85 *Plin. Ep. 6, 27.* Tac. Hist. 4, 48, 1 *Ea de caede quam verissima expediam, si pauca super petiero etc. i. altius repetiuero.* ¶ 3 *Supera, pro Supra* *inquit Priscianus* 14 p. 980 *Sic enim antiqui protulerunt, vt Cicero, in Arato, Toruum draco serpit subter, supera que retorquens. Haestenus Priscianus.* Lucret. 1, 430 *Id quod iam supera tibi paullo ostendimus ante.* *Add.* Manil. 1, 638. *ubi tamen Bentl. v. 636* *Supra.* Conf. Lauremb. Antiquar. p. 448.

SUPRADICTIVUS, a, um. [*προλεγομένος*] Plin. 10, 63 Supradictorum plerisque feminae priores superueniunt. *Quidam scribunt separatim.* Hor. Serm. 2, 7, 78 *Adde supradictis quod non leuius valeat.* 95 *Conf. Quintil. 6, 1 et 2.* Macrob. 5, 20. Vopisc. Aurel. c. 36. Lamprid. Commod. c. 6. Pallad. Ian. t. 14. et Febr. t. 32.

SUPRADVCO, ēre. Quaelibet figura, si ei iacens recta linea supraducatur, tot significabit, millenarios, quot per se significat unitates Val. Prob. de not. num. 100

SUPRAFATIVUS, a, um. Suprafatus summus sacerdos Sidon. Epist. 5, 14.

SUPRANATO, āre. Limne Asphaltitis habet supranatans bitumen Vitruv. 8, 3.

SUPRAPOSITIVUS, a, um. [*προτεθειμένος*] Cic. in Topic. 68 c. 105

18 Reliquus est comparationis locus, cuius genus et exemplum supra-positum est. *Add. Cels. 6, 18, 2. Legitur et disiunctim.*

SUPRASCANDO, ère. Cum fines suprascendit Liv. 1, 32.

SUPRASCIBO, *vid. SUPRA.*

5 SUPRASCRIPTVS, a, um. [*προγεγραμμένος*] Cic. pro Cluent. 148 c. 54 Qui eorum? quorum? videlicet qui superscripti sunt. Sic Cato 112. *Quidam malunt seiunctim legere. Conf. Vitr. 2, 8, et 9, 9. Apic. 4, 5. Sidon. Ep. 5, 13.*

SUPREMVVS, *vid. SUPERVVS.*

10 SUPVVM, *vel SUPPVVM*, antiqui dicebant, quem nunc Supinum dicimus, ex Graeco videlicet, pro aspiratione, s ponentes literam. ut quum iidem *ἄλας* dicunt, et nos Siluas: item *ἕξ*, Sex; *ἑπτά*, Septem. Huius vocabuli meminit et Lucilius, Si vero das quod rogas, et si suggerit supus. Festus. *it. Iactus aliquis tesserae, suppus vocatur, sec.*

15 Isidor. 18, 65.

SUPRASOLARIS, e. *Vid. SUBSOLARIS.*

S V R

20 SVRA, ac. f. [*γαστροκνημία*] Posterior pars cruris, vel tibiae carnosa, quae tantum homini inesse dicitur: reliqua enim omnia animalia habent crura sine furis. Plaut. Pseud. 4, 7, 80 Suram ubi aspicias, scias eum posse gerere crassas compedes. *Add. ib. v. 117. Cic. Tusc. 4, 47 c. 21*

25 Quam gladium in stomacho, sura ac pulmonibus sisto, Ex Lucilio vox gladiatoris: *sed dubia lectio.* Tumentes furae Hor. Epod. 8, 10.

Teretes furae Idem Carm. 2, 4, 21. Teretes furae clementer exstantes, sensimque tenuatae Lactantius de Opific. Dei cap. 5. Sura, pro Toto crure Virg. Aen. 1, 341 Purpureoque alte furas vincire cothurno. Euncta furas cothurno Idem Ecl. 7, 32. *Add. Id. Aen.*

30 12, 430. Decoratam lumine suram erigit Cic. in Arat. 334 (399) *Conf. Cels. 8 I et II. Iuven. Sat. 16, 14 Calceus, et grandes magna ad subcellia furae, i. torosae, quales centurionum.*

SVRCVLVS, SVRCVLACEVS, *vid. SVRVVS.*

35 SVRDVS, a, um. Ad. [*κωφός*] Qui habet aurium meatus obtusos: forte ab aurium sordibus, quae in duritiem versae, marmora aurium dicuntur, nec sinunt audire. Tam passivae quam activae dicitur. Nam Surdus, et Qui non audit, et Qui non auditur, dici solet, ut Caecus, qui non videt, et qui non videtur. Ter. Andr. 3, 1, 5 Utinam aut hic surdus, aut haec muta facta sit. Vocum varietates aut modos noscere non potest surdus Cic. de Divin. 2, 9.

40 Aequoribus surdior Ovid. Met. 13, 804. in cantilena Polyphemi: ut Freto surdior, Mare enim non audit precantes. Ovid. Epist. 8, 9. Foribus surdior ipse tuis Idem Am. 1, 6, 62. Cic. Tusc. 5, 116 c. 40 In illis linguis, quas non intelligimus, quae sunt innumerabiles, surdi profecto sumus. Ad munera surdus, Qui non movetur muneribus.

45 Ovid. Epist. 7, 27. Surdo cantare Propert. 4, 8, 47. Surdo narrare fabulam Ter. Heaut. 1, 2, 48. Surdas aures pulsare Curt. 9, 2, 30. *Add. Plaut. Caf. 3, 3, 12. Ayres surdae Ovid. Amor. 3, 7, 61.*

Vereor, ne vana surdis Auribus cecinerim Liv. 40, 8. Buccina surda, Quae non auditur Iuven. Sat. 7, 71. Sed si surda mihi pugnabunt 50 Castra monenti Sil. 8, 347. i. non obtemperabunt mihi. Color surdus i. hebes. *vid. f. l. n. 2. Vid. etiam hic n. 2. Plin. 35, 2 Aerei ponuntur clypei, argenteae facies surdo figurarum discrimine, statuarum capita permutantur, vulgatis iam pridem salibus etiam carminum, adeo materias malunt conspici omnes quam se nosci. Fluctus surdi Ovid. Epist. 18, 211.*

55 Fores surdas tundere Ovid. Amor. 1, 6, 54. quae non aperiuntur, ut mox Ianua. Ovid. ex Pont. 2, 6, 32 Non erit officii gratia surda tui. i. non tacebitur a me gratia officii tui. Herbae surdae a Plinio dicuntur, Ignobiles, et quarum nomina saepe non audiuntur 22, 2. Sic Nomen. Ianua tua oranti sit surda Ovid. Amor. 1, 8,

60 77. Ictus surdi, qui non audiuntur Plin. 19, 1. Sic mox Verber. Cic. pro Font. 15 Profecto satis erit id, quod dixi antea, non surdum iudicem huic muneri atque officio praesse. Litora surda Propert. 4, 12, 6.

Locus surdus; In quo vox facile et clare non vagatur. Vitruv. 5, 3. Mens surda Ovid. Met. 9, 653. Nomen sur-

65 dum, Ignobile, non clarum Sil. 8, 248. ut Herbae. Curt. 5, 8, 10 Nulla erit tam surda Posteritas, nulla tam ingrata fama, quae non in caelum vos debitis laudibus ferat. Res surdae ac sensu carentes, inanimatae Plin. Prooem. 20. *it. 24, 1. Saxa surda mouere blanditiis Ovid. Amor. 3, 7, 58.*

70 conficia sceleris Iuven. Sat. 13, 194. quod alii non exaudiunt, sed sentiunt, qui eo pulsantur. Sic modo Ictus. Vota surda, A diis non exaudita Perf. Sat. 6, 28. *Conf. Drakenb. ad Sil. 6, 7. ¶ 2*

75 Observu. Surdum, Cuius odor non sentitur Perf. Sat. 6, 35. Vrnae ossa inodora dabit, seu spirent cinnama surdum. h. e. Oleant et fragrent, aut spirent, et odorem emittant, qui vix sentiatur. Sic Color sur-

75 dus, *vid. COLOR n. 2. Surdus, cum Genitivo: Columel. 3, 10 Idque nobis Poeta velut surdis veritatis, indulget dicendo. i. Qui veritatem non statim admittimus. Superlat. Augustin. Ep. 39 (41) ad Licent.*

80 SVRDE, Adu. Afran. apud Charif. 2 p. 194 Amentes, quibus animi non sunt integri, surde audiunt.

SVRDASTER, tra, trum. [*ὑπόκωφος*] Significat Diminutionem surditatis: non enim est plane surdus is, qui Surdaster dicitur, sed aliquantum. Cic. Tusc. 5, 116 c. 40 pr. In surditate vero quidnam est mali? Erat surdaster M. Crassus. Sed aliud molestius, quod male audiebat, 85 etiam si, ut mihi videbatur, iniuria.

SVRDITAS, atis. f. [*κώφωσις*] Cic. in exemplo proxime superiori. *Conf. Cels. 2, 8, et 6, 7, 7.*

SVRDIGO, inis. f. Idem Marcell. 9 Surdiginis molestiam pati. Surdiginem remediare Id. ib.

90 SVRDESCO, ère. Surdum fieri. Eugen. Tol. Carm. 5 Surdescunt aures.

SVRENA, Parthorum imperator, de quo v. g. Tac. An. 6, 42 extr. ¶ 2 Varroni nomen est Conchyliti. Vernacula, inquit, ad similitudinem, ut sirenae, pectunculi, vngues de L. L. 4, 12. Debet igitur in il-

95 la concha forte aliquid Surae simile esse. Plura de hoc nomine vide apud Turneb. Aduers. 20, 37.

SVRGO, surrexi, surrectum, ère. [*ἀνίστημι, ἐγείρομαι, ἀνορθώω*] Neutrum verbum, contractum a Survigo, i. Sursum et Rego; proprie significat Erigere, cum non sit diuersum prima origine a Subvigo, quod supra dedimus. 100 Sed usus illud fecit neutrum s. intransitivum, ut significet Erigere vel Subvigo se. Plaut. Asin. 5, 2, 71 Surge amator. Ter. Eun. 4, 5, 3 Postquam surrexi, neque pes, neque mens satis suum officium facit. Ille multo ante lucem surrexit Cic. de Inuent. 2, 15 c. 4. Ego potissimum surrexi, qui non sum cum iis, qui sedeant, comparandus Cic.

105 pro Rosc. Amer. 1. Surgere e lecto, surgere a mensa, aut ab alio loco.

loco. Ter. Adel. 4, 1, 4 Plaut. Pseud. 1, 3, 62. Cic. Verr. 1, 104 Qui
auspicato a Chelidone surrexisset. Surgere de cathedra Martial. 11,
93. De coena surgere Hor. Serm. 2, 2, 77. Surgit homo pi-
gre Ouid. Met. 2, 771. Surgere sella Sallust. Hist. 5. Cic.
Verr. 4, 147 c. 65 extr. Quum ad Praetorem in ius adissemus, etc.
antequam verbum facerem, de sella surrexit et abiit. Solio aureo
surgit Iupiter Virg. Aen. 10, 116. Strato surgere Idem Aen. 3, 513.
Surgere ex accusatorum Subsellis Cic. pro Flacc. 21. E Thalamo
surgere Propert. 2, 15, 14. Toro surgere Ouid. Met. 9, 701. De
Toro surgere Propert. 2, 26, 24. Cic. Verr. 2, 38 Iste postero die
mane, cum multo maturius, quam vnquam antea surrexisset, iudices
citari iubet. Properanter surgere Sil. 7, 747. Surgere cubi-
tu Cato c. 5. De nocte surgere Hor. Epist. 1, 2, 32. Ad aliquem
surgere Ouid. Met. 13, 2. Ad dicendum surgere Cic. de Orat. 2,
316. et pro S. Rosc. Am. pr. Cic. pro Cluent. 51 Hic ego cum ad
respondendum surrexi, qua cura dii immortales, qua sollicitudine ani-
mi, quo timore? Ex humili surgere Propert. 2, 10, 11. In arma
surgere Sil. 7, 591. Stat. Achil. 1, 485. Odrysiam in hastam surgit
mars, i. parat se ad pugnam. Valer. Argon. 5, 695 Surgitur in
fomnos, seque ad sua limina flectunt. i. Surgunt vt abeant ad dormi-
endum. Semel cecidi sciens, vt honestissime surgere possem Cic. Phi-
lip. 12, 24. ¶ 2 Surgere dicitur, quidquid in altum tollitur,
vel natura sua, et motu intestino, vel manu humana. Plin. Epist.
10, 58 Multo depressior est aedes eo opere, quod nunc maxime surgit.
Virg. Aen. 1, 370 — Surgentemque nouae Carthaginis arcem. Ae-
quora surgunt Idem Aen. 3, 196. Aqua surgit in modum tumuli
Ouid. Trist. 1, 10, 20. Arae surgunt de caespite Sil. 7, 747. Astra
ignea surgunt Virg. Aen. 4, 352. Astris surgentibus, Superuenien-
te nocte Idem Georg. 1, 441. Seruius. Aurora surgit Idem Ge-
org. 1, 446. Ceruus surgens in cornua Idem Aen. 10, 725. i. e.
Crescens, cornibus eminens. Seruius. Culmi surgentes in segetem
Lucan. 6, 109. Dies surgens in medium, Accedens proxime ad me-
ridiem Lucan. 4, 155. Fontes surgentes i. Scaturientes, vid. FONS.
Fruges nitidae surgunt Lucret. 1, 253. Frutex surgit in altitudinem
Columel. 6, 23. Herbae surgunt, dum crescunt Columel. 9, 4
ex Virg. Georg. 4, 12 — surgentes atterat herbas. Homo etiam
surgere dicitur, quum crescit. Idem Aen. 4, 274 Ascanium surgentem,
et spes heredis Iuli Respice. Ibid. 6, 365. Ignis surgit Ouid.
ex Pont. 4, 9, 53. Irae altius surgunt Virg. Aen. 10, 814. Iu-
gum montis a mari surgit Curt. 3, 4, 6. Limina surgunt gradibus
Virg. Aen. 1, 452. Luna surgens Tacit. Hist. 3, 23. Mare
surgit Ouid. Met. 15, 508. Messis surgit Virg. Georg. 1, 161. Moe-
nia surgunt Idem Aen. 1, 441. Propert. 4, 1, 67. de suo carmine,
quo Romanas res celebraturus erat, Roma faue, tibi surgit opus.
Pagina noua surrexit primo versu Ouid. Amor. 1, 1, 17. i. primus ver-
sus scriptus est: vt qui arant necessario quantum hinc deprimunt porcam,
tantum sulcum tollunt, ita qui in cerata tabula scribunt, ad fossas illas litera-
rum aggeres velut quosdam adiicient, necesse est. Partes surgentes
Tacit. Hist. 3, 4. Pilus surgit, vid. SVBVRO. Praelia sur-
gunt acerrima Lucan. ad Pison. 193. Pugna aspera surgit Virg.
Aen. 11, 635. et 9, 667. Regna surgunt Idem Aen. 4, 47. Ru-
mor surgit Tacit. Hist. 2, 42, 1. Sententia surgit animo, Oritur
Virg. Aen. 1, 586 Sic etiam Oriens loquitur: occasio formularum ea,
quod animae et cogitationibus sedem cor assignant, vnde surgunt subeunt-
que cogitationes in linguam. Sol surgens Virg. Aen. 12, 172. Hor.
Sat. 1, 4, 20. Telluris in altum surgentis tumulus Lucan. 3, 575.
Venti surgere dicuntur, quum flare incipiunt. Virg. Aen. 3, 481 Et fan-
do surgentes demoror Austros? Idem Aen. 3, 130 Prosequitur sur-
gens a puppi Ventus euntes. Sicut e contrario, quando flare desinunt, Ponere
ac residere dicuntur. Vespera surgens Hor. Carm. 2, 9, 11. Sen-
sim surrexit Virga per glebas Ouid. Met. 4, 255. ¶ 3 Ob-
seru. Surgitur imperfonale. Iuuen. Sat. 4, 144 Surgitur et misso pro-
ceres exire iubentur Concilio. Conf. Obsequ. c. 130. Surre-
xe, pro Surrexisset. Hor. Serm. 1, 9, 73 Hunccine solem Tam ni-
grum surrexe mihi. Add. Non. 4, 430. Mane surgendum cras
Hor. Serm. 1, 6, 120.

SVRGENS, entis. Part. Animi iuuenum ad magna surgentes Petron.
c. 2. Austri Virg. Aen. 3, 481. Conf. ib. v. 130. Bella Id. 4, 43. Pla-
tani Catull. 32, 13. Add. supra et Tac. H. 3, 23, 3.

SVRRECTIO, ōnis. f. Surrectio Christi vt furto celetur, emis
Arator Act. Apost. c. 4.

SVRRECTITO, āre. Cato ap. Gell. 10, 13.

SVRIA, vid. FORIA.

SVRIO, ire. Proprie suum feminarum est, marem appetentium:
siquidem in Vet. Gloss. illi respondet καμάρη, cuius haec est significatio. Sic
Salmaf. ad Solin. p. 661. Sed alii Subare feminas dicunt, mares Surire,
vid. SVBO. Sic et Arnob. Adu. Gent. 10, 3 pr. Animalia terris sueta,
atque in aquis degentia non suriunt, nec concipiunt? Sed patibico s. ci-
naedo aperte tribuit 5 p. 177 med. de Baccho. Lasciuia deinde surientis
affumta, huc atque illuc clunes torquet, et meditatur ab ligno pati,
quod iam dudum in veritate promiserat Profummo.

SVRPICVLVS, vid. SCIRPICVLVS sub SCIRPVS.

SVRREGIT, et SORCTVS, pro Surrexit, et eius Participio, quasi sit Sur-
rectus, quibus L. Liuius (Andronicus) frequenter vsus est. Festus.

SVRREMIT, Sumfit; Inque manum surremit hastam, Festus. vid.
Dacer. ad Fest. Voss. Etymol. p. 503.

SVRRENTVM. [Σύρροντον] Campaniae oppidum. Plin. 3, 5 Surren-
tum cum promontorio Mineruae Sirenum quondam sede. De eo et
Virg. Aen. 5, 864. Amoenum Surrentum Hor. Epist. 1, 17, 52.

SVRRENTINVS, a, um. Adj. [Σύρροντινος] Vt, Colles Surrentini
Columel. 3, 2. Palmite Surrentino generosi colles Ouid. Met. 15,
710. Praetoria Surrentina Stat. Silu. 2, 2, 82. Vina surrenti-
na Plin. 23, 1. Hor. Serm. 2, 4, 55.

SVRREPO, vid. SVBREPO.

SVRRIŪGO, vid. SVBRIGO.

SVRRIPIŪO, aut SVBRIPŪO, ripui, reptum, ēre. [ὑφαρπάξω,
ἐκκλέπτω, ὑφαίρω] Latenter rapere, suffurari. Plaut. Afin. 5, 2, 55 Sur-
ripiam in deliciis pallam quam habet. Idem Poen. 5, 2, 141 Qui filias
dicas tuas, surreptasque esse paruulas Carthagine. Idem Men. 1, 3, 17
Nimio ego hanc periculo surripui hodie meo animo, ab Hippolyta
subcingulum. Cato 67 In torculario et in cella caueat diligenter ne
quid olei surripiatur. Martial. 12, 29 Praetori mappam surripit Her-
mogenes. Cic. in Parad. 6 extr. Quanti est aestimanda virtus, quae
nec eripi (vi) nec surripi (dolo) potest: neque naufragio, neque in-
cendio amittitur: nec tempestatum, nec temporum permutatione mu-
105

- tatur? Cic. pro Lege Agr. 2, 46 Vtrum Populus Rom. eum, cui velit, deferat, an is imprudenter Populo Rom. per legis fraudem furripiatur. In vita sibi quemque petere quod pertineat ad vsum, non iniquum est, alteri surripere, ius non est Cic. Off. 3, 42 c. 10. *Al. deripere.* Ali-
- 5 quid ex priuato surripere, Cic. de Inuent. 2, 55. Plaut. Amph. 1, 3, 25 Clanculum abii a legione: operam hanc surripui tibi. *b. e. Clam aufugi, vt tibi hanc operam darem.* Idem Casin. 5, 2, 17 Cupio illam operam seni surripere. *i. Praeuenire eum in hac re.* Add. Id. Mil. 3, 1, 8. Basia surripere Catul. ad Iuuentium f. 96, 16. Ouid. ex Pont.
- 10 4, 2, 40 Surripimus diem, quum vacamus rei alicui iocosae, vt dies elabatur. Crimina sunt oculis surripienda patris Ouid. Epist. 11, 67. *i. Cauendum est, ne pater haec resciscat.* Aliquem captiuum ex alicuius custodia surripere Cic. pro Domo 66. Surripere se alicui, *Distrabere se ab alicuius conspectu* Plaut. Men. 3, 2, 26. Cic. Att. 5, 16 pr. Et si in
- 15 ipso itinere et via discedebant publicanorum tabellarii, et eramus in cursu: tamen surripiendum aliquid putavi Spatii, ne me inmemorem mandati tui putares. Tempus surripiebatur Sen. Epist. 1 pr. Surripere Viros male pubescentibus annis Petron. c. 119.
- 20 Surpere *contr. pro Surripere.* Lucret. 2, 314 Qua propter vbi illa (*pri-* *mordia, atomos:* Cernere iam nequeas, motus quoque surpere debent. Sic Hor. Serm. 2, 3, 283 — Vnum me surpente morti. Hor. Carm. 4, 13, 20 Quae spirabat amores, Quae me surpuerat mihi. Sic Plaut. Capt. 3, 5, 102. et 5, 4, 14.
- 25 SVRREPTVS, a, um. Partic. [*ὑφαρπαδὴς*] Vt, Parma surrepta Cic. Philipp. 14 c. 19. Idem Att. 10, 4 Cupiui, inquit, ex senatus consulto surrepto; etc. Add. Gell. 17, 7. Plaut. Poen. Prolog. v. 309. et Lucan. 10, 519.
- 30 SVRREPTIO, f. SVBREPTIO, ōnis. f. [*ὑφαρπαγή*] Ipse surripiendi actus. Non habere fructum per subreptionem eliciti l. 2 Cod. de Leg. furtum est occulta subreptio Non. 4, 203. Surreptio, Im-
- petratio, quae fit a principe, siue magistratu, per falsam rei narrationem. Chrysol. Serm. 45. Non est nostrum, fratres; inimici est ista surreptio, etc. Surreptionem facitare Apul. 10 p. 245.
- 35 SVRREPTICIVS, a, um. Adi. [*ὑφαρπαστὸς*] Quod clam fit, siue factum est, et surreptum. Plaut. Curc. 1, 3, 49 Inter nos amore vtimur semper surrepticio. Surrepticius puer, *Furtim sublatus.* Plaut. Men. Prolog. 68 Atque istic habitat geminus surrepticius. add. ibid. v. 60. Surptus, pro Surreptus posuit Idem Poen. 4, 2, 80. et 5, 2, 98. Postulatio surrepticia; *Litterae surrepticiae dici possunt,*
- 40 quae ad falsam alicuius suggestionem concessae sunt. Sed malunt alii a verbo SVRREPO vel SVBREPO deriuare
- SVBREPTICIVS, vel SVBREPTIVVS, a, um. Subreptiuam defensione muniri l. vii. Cod. Theod. de mancip.
- SVRROGO, vid. SVBROGO.
- 45 SVRSVM. Adu. [*ἄνω*] Superiorem partem vel locum aut regionem denotat. Ter. Adel. 4, 2, 36 Praeterito hac recta platea sursum. Plaut. Mil. 4, 4, 14 Non tu scis, quum alto ex puteo sursum ad summum descenderis, etc. Curritare deorsum sursum Ter. Eun. 2, 2, 47. Cic. de Nat. Deor. 2, 84 c. 33. Petron. c. 63. *vbi vid. Reinesf.*
- 50 Surfus enim versus gignuntur, et augmina sumunt, Et sursum nitidae fruges arbustaque crescunt Lucret. 2, 188. Ferri sursum Idem 2, 186. Nares et quod omnis odor ad supera fertur, recte sursum sunt Cic. de Nat. Deor. 2, 141. Sursum versus aut versus
- 55 pleonasmō quodam dicuntur. Idem in Partit. 24 Et idem quasi sursum versus retroque dicatur. add. Id. in Orat. c. 39. Cels. 8, 10. Cato de R. R. c. 32 Vites propages in sulcos sursum versus, quoad eius facere poteris, facito vti ducas. add. ib. c. 33. Varro R. R. 1, 31.
- 60 SVRVS, i. m. [*Φρύγανος*] Antiquis Palus dicebatur. Festus, Surum dicebant ex quo per diminutionem fit furculus. Ennius, Vnus Surus surum ferret, enem defendere posset. Sic Scal. *Comit. extr. qui laudat etiam Crebrifurum vallum Ennii, de quo f. l.*
- 65 Surus nomen elephantii. Plin. 8, 5 cum nomina nouisse elephantos dixisset, Certe Cato, cum Imperatorum nomina annalibus detraxerit, eum, qui fortissime praeliatus esset in Punica acie, Surum tradidit vocatum, altero dente mutilato. *Primae edit. Sutrum habent, vnde in Thejsaurum Stephani venit Satrus, quod interpretati sunt, victus, forte obuer-* *sante Graeco σαῦρος.*
- 70 SVRCVLVS, i. m. [*Φρυγανίονος, ὀρόδαυος*] Est in arboribus, quod simplex oritur, et frondes gerit, quale est praecipue germen annotinum, Graecis autem κλάδος dicitur, detrahaturque interdum et refecatur ab arbore, ad alias rursus producendas. Varr. de R. R. 1, 40 Est altera species ex arbore in arborem inferendi, nuper animaduersa in arboribus propinquis. Ex arbore enim, e qua quis vult habere furculum, in eam, quam inferere vult, ramulum traducit, et in eius ramo
- 75 praeciso, ac diuiso implicat, etc. Plin. 10, 2 Senescentem casta turisque furculis construere nidum. Virg. Georg. 2, 87. Quincil. 6, 3, 88 Rogo des mihi furculum ex ista arbore, vt inferam. Cic. de Orat. 2, 278 c. 69. Vsurpare possessionem amissam furculo defringendo Idem de Orat. 3, 108 c. 28. conf. Colum. 2, 11. Cels. 5, 80 17, 2. et 8, 10, 6. Suet. in Galba c. 1.
- SVRCVLA, ae. f. Idem. Apic. 4, 7. et 7, 2. etc. 7, 4. 8, 7.
- SVRCVLLVS, i. m. Dimin. Idem 4, 2.
- SVRCVLO, āre. [*Φρυγανίζω*] Surculos stirpibus vel caudicibus adimere, vt altius crescant, et uberius a terra nutrimentum accipiant.
- 85 Columel. 5, 9, II Atque etiam rigandae sunt plantae (olearum) quum siccitates inceserunt, nec nisi post biennium ferro tangendae, ac primo furculari debent, ita vt simplex stilus altitudinem maximi scrobis (vid. leg. bouis) excedat. Surculare vt Pampinare, *pampinos non necessarios detrahare, vt Ruscare extirpare ruscum.*
- 90 SVRCLO, āre. Surculo connectere et ligare. Vt, Decussatim furclare Apic. 7, 4. add. Id. 4, 5. 7, 2. 8, 8.
- SVRCVLARIVS, a, um. Adi. [*Φρυγανιστής*] Plin. 11, 26 de cicadis, Quidam duo alia genera faciunt earum: furculariam, quae sit grandior: frumentariam, quam alii auenariam vocant. Apparet enim simul cum frumentis arefcentibus. *i. quae in furculis viuit: siue quae eo tempore apparet, quum arbores surculos suos emittunt vel trudent.* Ager furcularius Varr. de R. R. 1, 2.
- 95 SVRCVLÖSVS, a, um. Adi. [*Φρυγανώδης*] Quod furculis abundat. Plin. 25, 5 Ramis hysopi furculosam. Radices Idem 18, 7. add. Id. 12, 19. 27, 6. Apul. de Herb. c. 113.
- SVRCVLÖSE. Adu. [*Φρυγανώδης*] Per furculos. Plin. 18, 16 l. 43 Arescit furculose.
- SVRCVLÄRIS, e. Adi. [*Φρυγανωρόκος*] Surculis aptus. Columel. 3, II Considerandum est, antequam pastinemus, furcularis necne sit terra: idque facillime exploratur per stirpes, quae sua sponte proueniunt.
- 105 SVRCV-

SVRCVLACEVS, a, um. Adi. [*Φρυγανώδης*] *Surculi simile*. Plin. 19, 7 Duritie surculacea in folliculo sunt raphano, sinapi, rapo. Subaud. Semina.

S V S

SVS, [*ἄνω*] pro *Sursum* accipitur in compositione, ut Suspicio. Vid. Taubm. ad Plaut. Gist. 2, 3, 78.

SVS, sa, sum: pro suis etc. it. pro is etc. Ennius posuisse videtur. Vid. SAS ex Festo: item SVM pro eum ante SVMEN.

SVS, suis. c. secundum Phocam p. 1690. [*σῦς, ὄσ, χοῖρος*] Porcum et porcā significat. Plin. 8, 51 Sues fere semel anno gignunt. Cic. de Finib. 5, 36 In quibus non corporum solum, vt in suis, sed etiam animorum. Subus pro suis, Lucret. 6, 974 et 977. Plin. 8, 51 Obnoxium genus morbis, anginae maxime et strumae. Amica luto sus Hor. Epist. 1, 2, 26. Fluminetus sus Stat. Achil. 2, 410. Grandinosi sues, vt ex Aristotelis *χαλαζώδεις* vertit Gaza, de Animalibus 8, 21 quorum cura, et collum et armi carne constant humidiorē, quibus partibus vel grandines plurimae inuascuntur, etc. Horrens Lucret. 5, 25. Horridus Virg. Georg. 4, 407. Prima Hostia, sus Ouid. Met. 15, III. conf. Id. Fast. 1, 349 seq. Immundi sues Virg. Aen. 1, 400. Inualida, vid. INVALIDVS. Ingens Virg. Aen. 3, 390. Laetus glande Idem Georg. 2, 520. Claud. in lib. de nupt. Honor. et Mar. 183

Continuo sublime volans, ad moenia Gallis

Condita, lanigerae suis ostentantia pellem

Peruenit.

Est autem periphrasis urbis Mediolani, Sidon. Apollin. Epist. ad Volu-
fianum 7 Rura paludicolae temnis populosa Rauennae, Et quae lanigero de sue nomen habet. Quum enim Gallis consilium foret urbem condere, ferunt effosso solo inuentam suam dimidiatim lanatam: a quo portento Mediolanum esse mox nuncupatum. Lutulenta Hor. Epist. 2, 2, 75. Magnorum suum horrentia terga Virg. Aen. 1, 639. Sicci terga suis rara pendentia crate Iuuen. Sat. 11, 83. Vulgaris sus, vt opponatur Apro Plin. 28, 15. Vulnificus sus Ouid. Met. 8, 359. Cic. de Nat. Deor. 2, 160 c. 64 Sus vero quid habet praeter escam? cui quidem ne putresceret, animam ipsam pro sale datam dicit esse Chryssippus. Docebo sus (vt aiunt) oratorem illum Idem de Orat. 2, 233 c. 57. Sus Mineruam. add. Id. Fam. 9, 18. Sus Mineruam; in prouerbio est, vbi quis id docet alterum, cuius ipse inscius est, quam rem in medio, quod aiunt, positam Varro et Euhemerus ineptis mythis inuoluere maluerunt, quam simpliciter referre. Festus.

¶ 2 Piscis genus, ap. Ouid. Hal. v. 130.

SVARIVS, a, um. Adi. Vt, Suarius negotiator Plin. 7, 12. Vlpian. in l. 1 §. Cura carnis. D. de officio praefecti vrbi. Cura carnis omnis, vt iusto pretio praebetur, ad curam praefecturae pertinet, ideo et forum suarium sub ipsius cura est. ¶ 2 Subst. Plin. 8, 51 Comperit agnitam vocem suarii furto abactis, interfoque nauigio inclinatione lateris vnus remeasse. Int. Pastor, Custos. ¶ 3 Suaria; pastura et negotiatio suum. Suariam facere Infer. Grut. p. 361 n. 1.

SVATIM. Adu. [*σνιζῶς*] Suis more. Nonius 1, 190 ex Nigidio: Canatim, suatim, bouatim.

SVINVS, a, um. Adi. [*ῥίνος* Onomast. Vet.] Quod est suis. Varr. 2, 4, 8 Hic enim conciliator suinae carnis datur populo. de lanio. Sic primae editt. et MS. Polit. Al. Suillae.

SVILLVS, a, um. Adi. [*σνιζῶς*] Dimin. a Suinus. Adeps Colum. 7, 5. Plin. 8, 52 At in Arabia Suillum genus non viuit in vlllo genere. Liu. 22, 10 Ex suillo, ouillo, caprino grege, etc. Boleti aut Fungi Plin. 16, 8. et 22, 23. Martial. 3, 60. Suilla elixa Cels. 5, 26, 30. sc. Caro. similiter, Suilla assa Id. 3, 9. Genus suillum inuisum Veneri prodiderunt Poetae, ob interfectum ab apro Adonim, quem diligebat Dea. Quidam autem quod immundissimi sint sues ex omni mansueti pecore, et ardentissimae libidinis, ita, vt opprobrium mulieribus inde tractum sit, cum subare, et subire dicuntur. Festus. Grex suillus Liu. 22, 10. Stercus Colum. 2, 15. Pecus suillum Idem 7, 9. Varro R. R. 2, 4, 1. conf. SVINVS.

SVILE, is. n. [*σνοςαία*] Stabulum suum. Columel. 7, 9, 14 Diligens autem porculator frequenter suile conuerat, et saepius harass, vid. HARA.

SVCERDA, χοιρέα κόπος Gloss. Lat. Gr. vid. SVCCERDA.

SVSA, ae. f. et SVSA, orum. n. [*Σῶσα*] Vrbs et metropolis Persidis. Propert. 2, 13, 1 Nota tot Achaemeniis armantur Susa sagittis, Spicula quod nostro pectore fixit amor. Haec Vrbs (vt scribit Plin. 6, 27) a Darío Hystaspis filio condita fuit. Ibi fuit regia Cyri, lapide candido et vario, columnis aureis et lacunaribus, gemmisque distincta, caeli continens simulacrum, stellis micantibus insignitum, et incredibilia multa. Pharetrata Susa Claud. de Bell. Gildon. 33.

SVSIS, Idis. f. Patronym. quae alias Susiana. Sidon. Epist. 7, 17, 7 Elapsus regi truculento Sufidis orae.

SVSIANA, ae. vel SVSIANE, es. f. [*Σουσιανή*] Regio Persidis. Plin. 6, 27 Susianem ab Elymaide determinat amnis Eulaeus, ortus in Medis: medioque spatio cuniculo conditus, ac rursus exortus per Mesobatenen lapsus: circuit arcem Suforum ac Dianae templum augustissimum illis gentibus.

SVSIANI, orum. m. [*Σουσιαι*] Qui Susianen incolunt. Plin. 6, 27 Susianis Orientem versus iunguntur Cosaei latrones.

SVSINVS, a, um. Adi. [*σνινός*] Vnguenti nomen: Quod ex suis suae liliis factum interpretantur, cum et urbem Persidis a liliis, nomen habere scribat Stephanus. Susa enim Persae vocant Lilia. Plin. 13, 1 de vnguentis et oleis, Sufinum tenuissimum omnium est. Constat ex liliis, balano, calamo, melle, cinnamomo, croco, myrto, aspalatho.

SVSINĀTVS, a, um. Idem. Vt, Oleum susinatum Marcell. Empir. c. 7.

SVSCIO, ire. [*ἴσκημι*] Tribuebant Plauto Men. 2, 3, 78 Eho Messenio accede huc. MES. quid negotii est susciri? i. sciri. Sed editur recte St! scire vis?

SVSCĪPIO, ēpi, eptum, ēre. [*δέχομαι, ἀναδέχομαι, ὑποδέχομαι*] Capere aliquid velut supposita manu: tam ad animum, quam ad corpus refertur, et habet magnam cognationem cum Subire: qui Subit onus, ille suscipit, et quod suscepit; si est constans, sustinet. Illud sus credo habere similitudinem cum Abs Praepositione, ad Ab comparata: dixerunt suscipio vt abscondo: sed in hoc retentum B frequentius, quod plane periit in asporto: Subs suum B plane perdidit. Nam in Subsisto et similibus non fuit subs. Sed fuit forte in Susque deque v. v. Haec ita disputata, pertinent etiam ad reliqua, Suscito, Suspendo, Sustineo, etc. iam suscipere quibus Substantiis iungatur, elementorum ordine persequemur. Actiones periculosas suscipere Cic. Off. 1, 83 c. 24. Idem Off. 2,

- 55 Qui suis facultatibus, aut captos a praedonibus redimunt, aut Aes alienum suscipiunt amicorum. Aliquem suscipere et tueri: *b. e. Amplecti et defendere.* Cic. Fam. 16, 11 Ego autem Varroni quem cum amantissimum mei cognoui, tum etiam valde tui studiosum, diligentissime commendavi, ut et valetudinis tuae rationem haberet, et navigationis, et totum te susciperet ac tueretur. Idem pro Cael. 37 Redeo nunc ad te Caeli vicissim: ac mihi Auctoritatem patriam, severitatemque suscipio. Idem Verr. 5, 151 Verres ille vetus proditor Consulis, translator quaesturae, auersor pecuniae publicae, tantum sibi Auctoritatis in Rep. suscipit. In Amicitiam suscipere Liu. 7. Balnea suscepta crepidine graminea Stat. Silu. 1, 3, 43. *i. fulta, substructa.* Vid. Domum suscipere. Cic. de Legib. 2, 34 Sequitur enim de iure Belli, in quo et suscipiendo et gerendo, et deponendo, ius ut plurimum valet. Idem de Diuin. 2 Non suscepisset Bellum civile Caesar. *add. Curt. 4, 1, 12.* Bellum suscipitur cum gente feroci Ouid. Met. 14, 451. Cic. de Finib. 1, 68 Nec tamen sua superiora illa tam magna nec tam praeclara ducebat, quam illum ultimum Casum, quem propter fidem constantiamque susceperat. Idem Prooem. Act. in Verr. 51 Suscipe Causam iudiciorum, suscipe Causam severitatis, integritatis, fidei, religionis, suscipe Causam Senatus, ut is hoc iudicio probatus, cum Pop. Rom. et in laude et in gratia esse possit. Causam libertatis Idem Fam. 12, 24. Causam contra aliquem suscipere Quinctil. 6, 1. Causam suscipere mandati Ouid. ex Pont. 2, 2, 45. Cicatrices pectore aduerso suscipere Quinctil. 2, 15.
- 25 Cic. de Legib. 2, 5 Ego mehercule et illi et omnibus municipibus duas esse censeo patrias: unam naturae, alteram civitatis: ut ille Cato, quum esset Tusculi natus, in Populi Rom. Civitatem susceptus est. Idem Att. 9, 8 De his rebus rogo vos, ut Cogitationem suscipiatis. *i. Cogitatis.* Idem Philipp. 2, 31 Attende enim paullisper, et Cogitationem sobrii ad punctum temporis suscipe. Idem Att. 14, 22 Quaeris ut suscipiam Cogitationem, quidnam istis agendum putem. Consilium Plin. Epist. 1, 22. Cic. de Nat. Deor. 2, 62 Suscepit autem vita hominum, Consuetudoque communis, ut beneficiis excellentes viros in caelum fama ac voluntate tollerent. Consulatum maiorem facere suscipiendo gerendoque Plin. in Paneg. 59 *pr.* Constantiam Cic. Att. 3, . . . Idem pro Rabir. 28 Ego autem, si mihi esset integrum, susciperem Crimen hoc, agnoscerem, confiterer. Plin. Epist. 9, 13, 13 Crimenque quasi in medio relictum, defensione suscipiunt. Cic. pro Sull. 68 Neque enim istorum facinorum tantorum, tam atrocium Crimen Iudices P. Sullae persona suscipit. Idem Verr. 5, 104 Tibi vni parcam, et totius istius culpae Crimen vituperationemque inconstantiae potius suscipiam, quam aut in te sum crudelis, aut tot tam graues testes viuos incolumesque esse patiar. *Sic mox Culpam, Facinus, Maculam, Parricidium, Scelus, Turpitudinem*
- 45 suscipere. Idem pro Cluent. 133 Caeterique huiuscemodi ordinis non fecerunt idem, quod nunc Cluentius, ut aliquid Culpae suscipere se putarent recusando, sed apertissime repugnarunt. Columel. 2 Praef. Ut ne lanificii quidem Curam suscipere dignentur, *etc.* Curam et cogitationem alicuius rei suscipere Cic. Att. 8, 24. Curam et intentionem Plin. Epist. 2, 10. Curationem et quasi Dispensationem regiam suscepisset Quinctil. 4, 2. Cursum tenere, quem a prima aetate susceperis Cic. pro Planc. 52. Idem Fam. 5, 8 Quae a me suscepta Defensio est te absente dignitatis tuae, in ea iam ego non solum amicitiae nostrae, sed etiam constantiae meae causa permanebo. Domum labentem Sen. de Benef. 6, 15. *i. fulcire.* Vid. Tecta, Latera, Theatrum. Vid. Ramires. ad Martial. 1, 1. Errorem et superstitionem suscipere Cic. de Diuin. 2, 83. Executionem eius negotii libens suscepit Tacit. Ann. 3, 31. Idem de Fin. 1, 32 Quis nostrum Exercitationem ullam corporis suscipit laboriosam, nisi ut aliquid ex ea commodi consequatur? Pseudo-Cic. Anteq. iret in exil. 21 Neque enim mors miseranda est, quae ob Remp. capitur, neque Exilium turpe, quod virtute suscipitur. Cic. pro Cluent. 170 Quo tandem Habitus metu adductus, tantum in se Facinus suscipere conatus est? *i. Admittere.* Famam et Pudorem defuncti
- 65 Plin. Epist. 2, 4. *i. tueri.* Idem Epist. 10, 21 Quas partes impleturum te secundum susceptam Fidem confido. *i. Secundum quod promissisti.* Fraudem suscipere Cic. in Pison. 43. Imperium suscipere Ouid. ex Pont. 4, 9, 60. Cic. Off. 1, 28 Nam aut Inimicitias, aut Laborem, aut Sumtus suscipere nolunt. Ter. Hec. 2, 1, 34 Cum puella
- 70 anum suscepisse Inimicitias non pudet? Inimicitias propter alicuius salutem suscipere Cic. de Arusp. Resp. 7. Idem ad Brut. 17 Qui valentissimum Antonium suscipere pro Rep. non dubitavit Inimicum? Idem in Parad. Hereditatis spes, quid Iniquitatis in seruiendo non suscipit? Idem de Inuent. 1, 4 Quibus rebus tantum Odii atque Inuidiae suscepit eloquentia, ut homines ingeniosissimi, quasi ex aliqua turbida tempestate in portum, sic ex seditiosa et tumultuosa vita se in studium aliquod traderent quietum. Idem Att. 4, 14 Iter Asiaticum puto tibi suscipiendum fuisse. Iudicium suscipere. Vlpian. in l. 16. Apud Iulianum. D. Depositi. Laborem aliquem Lucret. 3, 367. Cic. de Finib. 1, 24 Sed ut omit- tam Pericula, Labores, Dolorem etiam, quem optimus quisque pro patria et pro suis suscipit, ut non modo nullam captet, sed etiam praetereat omnes voluptates, dolores denique quosuis suscipere malit, quam deserere ullam officii partem. Laborem et periculum pro
- 85 salute alicuius suscipere Idem pro Muraen. 76. Latera puteorum structura suscipiat Pallad. Aug. 9, 2. Vid. Domum. Idem Philipp. 12, 5 Admirabantur boni viri, accusabant amici, quod spe pacis Legationem suscepissent. Cic. Verr. 3, 161 Susceperas enim Liberos non solum tibi sed etiam patriae. *ut Tollere v. v. Nempe qui alii vult pater ex se natos, humo eos tollit ac suscipit.* Idem Verr. 5, 122 Qui a parentibus spe nostri imperii, nostraeque aequitatis suscepti, educatione sunt. *add. Id. Fam. 5, 16. et Att. 11, 9 extr.* Liberos ex curiam filia suscipere Idem Philipp. 3, 17. Tac. A. 2, 37, 2 *de Hortato*, Illectus a diuo Augusto liberalitate decies Sestertium ducere
- 95 vxorem, suscipere Liberos. Cic. pro Font. 26 Magna mehercule causa Iudices absolutionis cum caeteris causis haec est, ne qua insignis huic imperio Macula atque Ignominia suscipiatur. *Sic Crimen, Culpam.* Mandatum suscipere Caius in l. Si quis alicui. §. Qui suscipit. D. Mandati vel contra. Membra collapsa famulae suscipiunt
- 100 Virg. Aen. 4, 391. Cic. Tusc. 3, 32 Si vero ne futurum quidem sit, frustra suscipi Miseriam voluntariam. Munera suscipere sanguinei Martis Ouid. Rem. Amor. 154. Negotium sine mora suscipere Cic. in Catil. 3, 5. Multum Negotii Idem Verr. 3, 1. Negotia atque controuersias alicuius Idem pro Caecin. 13. *Et Att. 12,*
- 105 20 Quod ad Tironem de Terentia scribis, obsecro te, mi Attice, suscipe

scipe totum Negotium. Obiurgationem Cic. Att. 4, 15. Idem Att. 6, 1 In quo, vt audio, magnum Odium Pompeii suscepistis. Plin. Epist. 2, 18 Non ignoro suscipiendas Offensas in eligendo praeceptore. Sed oportet me non modo offensas, verum similitates pro fratris tui filiis tam aequo animo subire, quam parentes pro suis. Officia 5 et partes pro aliquo Cic. Fam. 3, 10. Idem Off. 3, 6 c. 2 Suscepisti Onus praeterea graue, et Athenarum, et Cratippi. Onus atque munus suscipere et profiteri Idem de Orat. 1, 116. Suscipis Onus officii, quod te putas sustinere posse: quod minime videtur graue iis, qui minime ipsi leues sunt Idem pro Rosc. Amer. 112. Onus vrbis suscepit vna domus Ouid. Fast. 2, 197. Opus censorium obiurgandis moribus Columel. Prooem. 12. Cic. pro Cluent. 32 Caeteri non videntur in singulis hominibus multa Parricidia suscipere posse: Oppianicus inuentus est, qui in vno corpore plures necaret. Vt Crimen etc. Idem Att. 3, 21 Intellegoque multas partes meae salutis et suscipere, et posse sustinere, neque vt ita facias rogandum esse. Idem de Orat. 3, 60 Ex illis autem, quae remanent, ea philosophia, quae suscepit Patrocinium voluptatis, etsi cui vera videatur, procul abest tamen ab eo viro, quem quaerimus. Idem pro Muraen. 76 Istuc me rogari oportet abs te, an te potius a me, vt pro mea salute laborem, Periculumque suscipias. Idem pro Cluent. 100 Irridebatur haec illius reconciliatio, et Persona viri boni suscepta. Id. pro Lege Manil. 7 Non modo adhuc Poenam nullam suo dignam scelere suscepit, sed ab illo tempore annum iam tertium et vigesimum regnat. Idem ad Quir. post red. 1 Sin et ea, quae ante gesseram, 25 conseruandae ciuitatis causa gessissem, et illam miseram Professionem vestrae salutis gratia suscepissem, etc. Idem pro Flacc. 13 Quod vereor ne Laelius ex his Rebus, quas sibi suscepit gloriae causa, putet aliquid oratione mea Sermonis in sese aut inuidiae esse quaesitum. Id. ad Brut. 14 Quod ipsum, si Rempub. cui susceptus es respicis tibi iam iamque faciendum est. Sceleris aliquid suscipere Catull. 85, 4. Cic. Philipp. 11, 9 Miserior igitur qui suscipit in se Scelus, quam is, qui alterius facinus subire cogitur, vt Crimen etc. Sermones suscipere Quinctil. 2, 15. Theatrum suscipitur fulturis et substructionibus Plin. Ep. 10, 48, 2. Vid. DOMVM. Cic. Philipp. 3 Quod reliquum est, non est tertium: sed postremum omnium, maximam Turpitudinem suscipere cupiditate vitae. vt Crimen etc. Quod Turpissime suscepas, perseuerare et transigere non potuisti Idem pro Quint. 76. Idem de Fin. 5 Qui etiam nunc agendi aliquid dicendique causa prope contra naturam Vigiliis suscipere soleamus. Vin- 40 dictam suscipere Ouid. ex Ponto 4, 6, 33. Voluntatem hanc suscepisti diis immortalibus ducibus Cic. in Catil. 3, 22. Vota publica suscipere pro aliquo Ouid. Met. 7, 450. Vota suscipere Deo pro re aliqua vel pro aliquo, Vouere. Plin. Epist. 252 Sollemnia Vota pro incolumitate tua, qua publica salus continetur, et suscepimus domine pariter, et soluimus, precati deos. Liu. 27 Deos deasque precabantur, vt illis faustum iter, felixque pugna, matura ex hostibus Victoria esset, et damnarentur ipsi votorum, quae pro iis suscepissent. conf. Vell. 2, 48, 2. ¶ 2 Obseru. Suscipere, pro Excipere, et in vicem respondendi succedere. Virg. Aen. 6, 723 Dicam equidem, nec te suspensum nate tenebo Suscipit Anchises: atque ordine singula pandit. conf. Apul. Met. 5 p. 163. In disputando sumere defendendum. Istos, qui, quod tota in hac causa difficillimum est, suscipiant, posse animum manere corpore vacantem Cic. Tusc. 1 c. 32. Passiu. Idem de Arusp. Resp. 57 c. 27 Eodem enim tempore, et suscipimur in lucem, et hoc caelesti spiritu augemur. Pro illo quod est Lucret. 5, 403 Solque cadenti (Phaethonti) Obuius aeternam suscepit lampada mundi, Lambinus et alii legunt Succipit. Et sane rationes Grammaticae non minus admittant Succipio, quam succedo et similia. Verum vsus inuenitur etiam Asconii admonitionem in Cic. Diuin. in Caec. p. 27 Suscipitur totum, recipitur pars (nempe recipere interdum idem est, quod excipere) Suscipitur quod principale est, recipitur, quod hinc pendet. Suscipitur solum aliquod propter se, recipitur etiam propter aliud. Haec adfert Pedianus, ad declaranda illa verba Ciceronis 26 c. 8 Ego in hoc iudicio mihi Sicularum causam receptam, Populi Romani susceptam esse arbitror. Poterat etiam hoc discrimen dare, Recipiuntur delata, Suscipitur aliquid vltro: quod forte in h. l. optime conuenit. Sed latius ipsum verbum Suscipere patere, iam ostensum est. De fonte suscipere infantulum, i. Pro infantulo in Baptismo spondere, apud Scri- 70 ptores Ecclesiast. Vid. Vic. Vticenf. de Persecut. Vandal. et Gregor. Pap. Dial. 4, 32.

SVSCIPIENDVS, a, um. Partic. [δεύτος] Vt, Sacra sollemnia suscipienda Lucret. 5, 1162.

SVSCEPTVS, a, um. Partic. Pass. [δέδεγμένος] Vt, Fames vrbi suscepta Claud. in Eutrop. 1, 401. Flagitium ac Dedecus Cic. pro Mur. c. 5. Idem pro Lege Manil. 7 Delenda vobis est illa macula, Mithridatico bello superiore suscepta. Liberi ex variis matrimoniis suscepti Iustin. 9, 8, 3. add. Id. 11, 10, 2. Negotium susceptum transigere Cic. pro Quint. 76. Poenam sempiternam sustinerem mea voluntate susceptam Idem Post red. ad Quir. 1. Soboles suscepta mihi de te Virg. Aen. 4, 327. Cic. de Fin. 2 Sed te, vt dignum est, tua erga me et erga philosophiam Voluntate, ab adolescentulo suscepta, fac vt Metrodori tuare liberos. ¶ 2 Suscepti peculiariter sunt clientes. Ammian. Marc. 17, 20. et 30, 4. 85

Apud Paull. Receptar. Sent. 5, 15 Schultingius pulchre Susceptos mutauit in susceptos. Vid. ibi plura: it. Seru. ad Aen. 6, 609. Wower. et Element. ad Minuc. Fel. 28, 4. ¶ 3 Substantiue, vt Coepta, Incoepta etc. Ouid. Met. 11, 200 — Susceptaque magna labore Crescere difficili. h. e. Incepta grandia. 90

SVSCEPTIO, ōnis. f. [ὑποδοχή, ὑποδείξις, ἀντίληψις] Cic. de Fin. 3, 32 Sic ea, quae proficiuntur a virtute, susceptione prima, non perfectione recta sunt iudicanda. Idem pro Mur. 1 Et quoniam in hoc officio studium meae defensionis ab accusatoribus, atque etiam ipsa susceptio causae reprehensa est, ante quam pro L. Muraena dicere institutum, pro me ipso pauca dicam. conf. Id. Acad. 1 c. 6. 95

SVSCEPTOR, ōris. m. Qui suscepit, vt qui lusoribus domi suae ludendi dat locum: Vlpian. in l. j. De aleatoribus. Item notandum, quod Praetor susceptorem verberatum quidem, et damnum passum, vbicumque et quandocumque non vindicat. Susceptores etiam sunt, Qui annonis et tributis aerarii recipiendis praepositi sunt. Vid. tit. C. de suscept. et Iustin. 8, 3, 8 Susceptores sollicitare, i. Homines quaerere, qui opera facienda conducunt. 100

SVSCEPTIBILIS, e. Adi. Sarisb. Policr. 3, 2 An omnia susceptibilia contrariorum. 105

S V S C E P T O, Ære. Frequent. a *Suscipere*. Apul. Met. 2, 128 Vicariam pro me lanienam susceperat. *conf.* Id. ib. 11 sub f. *sec. Wower. et Iul. Flor.* p. 394

S V S C I T O, Ære. [*ἐγείρω, ἀνακινέω, ζυγπέω, ἀναζάω*] Plaut. Mostel. 2, 1, 25 Quis istic dormit? **PHIL.** Callidates. T. suscita istum, Delphium. Cic. Tusc. 4, 43 Noctu ambulabat in publico Themistocles, quod somnum capere non posset, quaerentibusque respondebat, Miltiadis trophæis se etiam somno suscitari. Plaut. Mil. 3, 1, 96 Quae me somno suscitet. E quiete suscitare aliquem Catull. ad Gell. f. 78 (81). 4. *Metaph. Hortari, impellere:* Virg. Aen. 12, 108 Aeneas acuit Martem, et se suscitatur ira. Idem 5, 454 Acrrior ad pugnam redit, et vim suscitatur ira. Aliquem suscitare ad suum officium, *Adhortari* Plaut. Rud. 4, 2, 17. Aliquem suscitare in praelia Virg. Aen. 11, 728. Bellum civile suscitatur ap. Cic. Fam. 15, 11, 3. Crepitum suscitatur pede Propert. 2, 4, 4. Ignis extinguitur suscitatur, *Amores remissos accendere* Ouid. de Arte Am. 3, 597. Ignis sopitos suscitatur Virg. Aen. 5, 743.

Quondam cithara tacentem

Suscitat Musam, neque semper arcum

Tendit Apollo Horat. 2, 10, 17.

Poenas suscitatur alicui Virg. Georg. 4, 456. Rationem novam qui suscitatur, veteres maiorum obtulerunt laudes Pseudo-Cic. Anteq. iret in exil. 15. Cic. de Divin. 1, 13 Qui sui quaestus causa fictas suscitatur sententias. Ex Ennio. Nescio, quae Te scelera suscitatur

Plaut. Mil. 2, 3, 59. Testem contra aliquem suscitatur Cic. pro Rosc. Com. 36. Vrbes Attonitas suscitatur Valer. Argon. 3, 209.

S V S C I T A B Ū L V M, i. n. Quod alios suscitatur. Varro ap. Non. 2, 826 Phoenicis adsum vocis suscitabulum, Cantantiumque gallus gallinaceus. *Prima vox incerta. Fouicia legit Merc. non explicat. Optimum forte Phonascus. Gallo gallinaceo uno canente, canunt reliqui.*

S V S C I T A M E N, inis. n. Idem. Apul. Met. 1.

S V S C I T A T I O, ōnis. f. Tertull. de Carne Christi c. 23 Ecce, hic positus est in ruinam et suscitationem multorum in Israël.

S V S C I T A T O R, ōris. m. Martial. 3, 82 Digni crepantis signa novit Eunuchus, Et delicatae Suscitator (sic Scriuer. ex libris, al. sciscitator) vrinae, Domini bibentis ebrium regit penem. Tertull. adu. Prax. 28 Si Christus, qui est mortuus, Pater est: alius erit suscitator, quam Pater mortuus. *add.* Id. de Carne Chr. c. 5. P. Chryso-

40 log. Serm. 75. Literarum sepulturarum suscitator Sidon. 8, 2.

S V S C V D I N E S, **S V S C V S**, *vid.* **S V B S C V S**.

S V S I A, **S V S I A N A**, **S V S I N V S**, *vid.* **S V S A**.

S V S P E C T O, *vid.* **S V S P I C I O**.

S V S P E C T V S, a Suspicor venit, et a Suspicio. Paullus ex Festo.

S V S P E N D E O, di, sum, Ære. [*ἐπιρρομαμα*] Sub aliqua re et ab illa pendere. Columel. 4, 26 *extr.* Saepe enim notavi per imprudentiam rusticos subiicere iugo palmam, et ita colligare, ut solo vimine suspendeat. *Legitur et suspendeat.*

S V S P E N D O, di, sum, Ære. [*ἀναρρέμνημι, αἰωρέω, ἀνώπτω, ἐξώπτω, κρημάω*] Aliquid sursum ligare, et vincire, ut inde, vel sub illo, pendeat: vel certe ita ponere aliquid, ut non tota sua basi nitatur, sed subtus cavum quid habeat, et sit pensile, ut balneae, ut horti pensiles etc. Columel. 7, 10 Deinde scissas taleas ferularum lineo funiculo religant, et ita collo suspendunt, ut strumae ferulis contingantur. Suspendere

55 ex certice Plin. 11, 28. Cic. in Topic. 22 c. 3 Omnibus est ius parietem directum ad parietem communem adiungere, vel solidum vel fornicatum. At si quis in pariete communi demoliendo damni infecti promiserit, non debet praestare, quod fornix vitii fecerit. Non enim eius vitio, qui demolitus est, damnum factum est, sed eius operis et vitio, quod ita aedificatum est, ut suspendi non possit. Ergo fornix suspenditur in pariete suo. Castra suspendunt saxi praeruptis Sil. 3, 556 *indicat non firma videri ut in planicie, sed ad latus saxorum pendere.* Tellurem suspendere tenui sulco Virg. Aen. 1, 68. Litora suspendere vomere, Arare litora Stat. Theb. 4, 118. Quia glebae post arationem

60 ubi sunt solidae, sed multum caui fit. Suspendit glebas lupinum robustius, facit raras Colum. 2, 16, 6. Suspendere vitem in summa terra, non satis profunde mergere, ut in summo haereat. Suspendere Dolia subiectis parvis lapidibus Colum. 12, 18, 6. Suspendere pavimenta cellae subiectis cuniculis Pallad. 1, 20, 2. Hoc itaque

70 studio paratur. Sed Pallad. Mai. 11, 1 Suspenduntur pavimenta glacie, i. vitiose tolluntur et a rudere subiecto separantur. Hinc suspendere Manum moderando Veget. Mulom. 2, 40, 3 in agendo illam sustinere, ne asperiori tactu dolorem excitemus, *vid.* mox Suspensa manu. Sic Gressum suspendere Idem Mulom. 2, 55, 2. Suspendi arduo locorum

75 situ ab humore Pallad. Nou. 5. Nouius apud Non. 1, 13 Dum istos inuitabis suffragatores, pater, Prius in capulo quam in curuli Sella suspendes nates. Comica et satirica formula suspendere nates in sella etc. Res summis digitis suspenditur Quinctil. 11, 3. Tellus ligneis columnis suspenditur Plin. 33, 4. *conf.* Id. 34, 8. Sen. de Benef. 6, 15. Nidum tignis suspendit hirundo Virg. Georg. 4, 307. Vestimenta

80 suspendere Hor. Carm. 1, 5, 15. 2 Suspendere, aliquando est Suspendendo strangulare. Cic. Att. 13, 38 Ita nuntiat Brutus illum ad bonos viros ἐναγγέλλει, sed ubi eos? nisi forte se suspendit. Suspendere se e fico Quinctil. 6, 3. — De arbore Cic. de Orat. 2 c. 69. Suspendere de ficu: Id. de Orat. 1, 278 Quum familiaris quidam quere-

retur, quod diceret vxorem suam suspendisse se de ficu: Amabo te, inquit, da mihi ex ista arbore quos feram furculos. Habet etiam Quinct. 6, 3, 88. Cic. Verr. 3, 57 Hominem corripit ac suspendi ius sit in oleastro quodam. Sen. de Ira 3, 23 Audita benigne legatione

90 Atheniensium Philippus, Dicite, inquit, mihi, facere quid possim, quod sit Atheniensibus gratum? Excepit Demochares legatus, Te, inquit, suspendere. Hoc vocat mandare laqueum Iuuen. 10, 53. *Vid.* **S V S P E N D I V M**. Vlpianus in l. Sacrilegii. §. j. D. Ad legem Iuliam peculatus, Et scio multos etiam ad bestias damnasse sacrilegos, nonnullos

95 et viuos exussisse, alios vero in furcas suspendisse. 3 Formulae aliae. Naso adunco suspendere aliquem Hor. Sat. 1, 6, 5 est suspendo et retracto naso deridere. Suspendere rem aliquam, Differre, prorogare. Liu. 39, 29 Mouit aliquantum oratio regis legatos, itaque medio responso rem suspenderunt. Veget. Mulom. 3, 65, 5 Suspendi possunt morbi quidam, non persanari. Varro apud Non. 2, 649

Vbi dicatur primus Zenon novam haeresin nouo paxillo suspendisse. Forte translatum ab his, qui mercimonia quaedam in columnis vel ad tabernas suas suspendunt, et ipsis clavis vel paxillis aliquid decoris addunt. Fletum suspendere, Lacrimas continere Ouid. Fast. 4, 849. Sic Plin.

100 28, 7 Misto praeterea quorum candido liquore, madidaque lana frontibus

tibus impositum fluxiones oculorum suspendit. *Quae suspensa sunt facilius in diuersis partes mouentur et impelluntur: hinc Suspendere est dubitatione excruciare.* Plin. Epist. 2, vlt. Diu miseram expectatione suspendit. Suet. in Tiber. c. 24 Nunc precantem Senatum, et procumbentem sibi ad genua, ambiguis responsis et callida cunctatione suspendens. Suspendere animos expectatione Curt. 9, 7, 20. *it. 7, 4, 14.* Quinctil. 1, 8 *de lectione loquens*, Sciat puer ubi suspendere spiritum debeat, quo loco versum distinguere, ubi claudatur sensus, ubi incipiat.

SUSPENSVS, a, um. Partic. [*παρακρημαδεις, μετρωπος*] Sen. de Benef. 4, 12 *Suspensum amici bonis (publice distrabendis) libellum deicio, creditoribus eius me obligaturus.* Nescio unde sit lectio *Tur- nebi hac relata alias*, suspensis amici bonis. *Certe non absurdum esset Suspensa dici bona, quorum libellus auctoris suspensus est, ut Suet. Claud. e. 9 venalem pependisse Claudium memorat.* Cic. Tusc. 2, 67 *Vel equi Pelopis illi Neptuni, qui per vndas currus suspensos rapuisse dicuntur, excipient te.* Suspensos in alto natantes non mersos. Suspendus recte, manibus se demisit Liu. 8, 16. Alis leuiter suspensis, vid. LENIS. Aulaea suspensa Hor. Serm. 2, 8, 54. Corpora suspensa mento, i. usque ad mentum defossa Hor. Epod. 5, 36. Lacrimae suspensae Ouid. Amor. 1, 7, 58. Rupes saxis suspensus Virg. Aen. 8, 190. Vestigium suspensum et instabile Plin. Pan. 22, 4. Volatus suspensus Stat. Theb. 3, 463. Suspensus, [*αιωρημενος*] Incertus, dubius. Virg. Aen. 6, 722 *Dicam equidem, nec te suspensum nate tenebo.* Vid. Idem Aen. 2, 114. Suspensus expecto Plin. Ep. 7, 6, 14. Cic. Fam. 15, 1 *His rebus allatis, etsi intelligebam socios infirme animatos esse, et nouarum rerum expectatione suspensos, sperabam tamen eos, ad quos iam accesseram, quique nostram consuetudinem, integritatemque perspexerant; amiciores Pop. Rom. esse factos.* Suspensus explicacione, *Propter explicacionem suae solutionem nodi Gordiani.* Curt. 3, 1, 17. *Sed expectatione al.* Detinere aliquem suspensum Cic. Att. 10, 1. Idem Att. 2, 18 *Accepi aliquot epistolas tuas, ex quibus intellexi, quam suspenso animo et sollicito scire aueres quid esset noui.* Animos ex leuibus fortunae momentis suspensos gerere Liu. 4, 32 *pr.* Suspensiore Animo Hirt. Bell. Afric. c. 40. Animus occupatus et suspensus Cic. de Orat. 1, 239 c. 56. Liu. 8, 13 *Tot populos inter spem metumque suspensos Animi habetis.* Civitatem sollicitam mihi suspicione, suspensam metu, etc. Cic. de Lege Agrar. 1, 23. Expectatio vestra ne diutius oratione mea suspensa teneatur Idem pro Cluent. 8. Gaudia suspensa Claud. Conf. Prob. et Olyb. 234. Mentem suspensam pertentant vicissim Gaudia Virg. Aen. 5, 827. Nox suspensa, i. dubiis periculis plena Plin. Ep. 6, 20, 19. Rationes habere suspensas Cic. Fam. 5, 13. Somnus suspensus leuis, qui facile cedit: Cic. Tusc. 1, 106 *Mater te appello, tu quae curam Somno suspenso leuas.* Sors suspensa dubio metu Stat. Theb. 1, 195. Munera suspensi plena Timoris Ouid. Her. 16, 84. Verba media et suspensa Quinctil. Declam. 18. Verba suspensa et obscura Tacit. Ann. 1, 11. Vultus incertus et suspensus Cic. pro Cluent. 54. In suspenso relinquere Plin. Ep. 10, 40, 4. Auribus suspensis bibere, ut substrictis, *Diligenter audire* Propert. 3, 4, 8. Cic. Brut. 200 c. 54 *Idem si praeteriens adspexerit erectos intuentes iudices* — aut, ut auem cantu aliquo, sic illos vident oratione quasi suspensos teneri. Gradu ire suspenso, *Placido et silenti.* Ter. Phorm. 5, 6, 27. Gradus suspensus digitis Ouid. Fast. 1, 426. Manu suspensa commendare Plin. Ep. 6, 12, 1. *i. caute, ut manum suspendere iubetur medicus.* Sic suspensa mola oliuam frangito Columel. 12, 52. *i. Non vehementer, et toto pondere conterente, quod subditum est.* Sic Vestigium suspensum. Fastinatum suspensissimum, verum, minime densum, a fossione Columel. 3, 13, 7. ut Terra 11, 3, 34. Suspensio poplite leuiter transire Stat. Silu. 5, 4, 19. Vestigium Plin. Paneg. c. 22. Apul. Met. 5 p. 138. Virg. in Ciri v. 212 c. not. *Lindenbrog. add. Drakenb. ad Sil. 15, 617.*

SUSPENSE, Adu. Compar. August. Confess. 10, 34 *extr.* Quia suspensus incideram.

SUSPENSURA, ae. f. Senec. Epist. 91 (90) *Vt suspensas balnearum, et impressos parietibus tubos per quos circumfunderetur calor.* conf. Vitruv. 5, 10. Pallad. 1, 40.

SUSPENSIO, onis. f. [*αιωρησις*] Hirt. Bell. Afric. 48 *Exercitus eius magis suspensione animi ante aduentum Iubae commouebatur.* Vitruv. 5, 10 *Flamma peruagabitur sub suspensione. i. cauo, fornicato opere.*

SUSPENDIUM, i. n. *Suspensio.* Suet. in August. c. 65 *Suspendio vitam finiuit.* Plaut. Aul. 1, 1, 11 *Vtinam me diui adassint ad suspendium: potius quidem, quam hoc pacto apud te seruiam.* Suspendio vitam amittere Gell. 15, 10. Cic. Verr. 3, 129 c. 56 *Non inquam peperere, ut homines iniuriae tuae remedium morte ac suspendio quaerent, nisi, etc.* *Superbissimae indignationis vox apud* Apul. Met. 9 p. 304, 9 *Suspendium sese et totis illis, et ipsis legibus mandare proclamans, ut Iuuenal. 10, 53.* Cum fortunae ipse minaci Mandaret laqueum. Martial. 1, 116 *Iam suspendia saeva cogitabas.* conf. Cass. Hemina ap. Seru. ad Aen. 12, 603.

SUSPENDIOSVS, a, um. Adi. *Qui suspensus est laqueo.* Plin. 28, 4 *Cardinibus ostiorum aceto affusis, lutum fronti illitum, capitis dolorem sedare: item laqueum suspensiosi circumdatum temporibus.* l. II. D. de iis, qui not. infam. Vid. Varro ap. Seru. ad Aen. 12, 603.

SUSPICIO, exi, ectum, ere. [*αναβλεπω*] *Sursum adspicere.* Virg. Aen. 1, 442 *Aeneas ait, et fastigia suspicit vrbs.* Cic. Tusc. 1, 63 c. 25 *Et Astra suspeximus, tum ea, quae sunt infixae certis locis, tum illa non re, sed vocabulo errantia.* Suspiciere in caelum Idem in Somn. Scip. 1. Suspiciere et circumspicere Idem de Diuin. 2, 72. Vid. Macrob. Sat. 2, 4 *quem damus in SUSPECTVS.* Suspiciere aliquem, *Admirari et venerari, quasi supra nos adspiciamus illum esse collocatum quem admiramur.* Cic. Off. 2, 23 c. 6 *Si cuius virtutem suspiciunt, quemque dignum fortuna quam amplissima putant.* I nunc argentum et marmor vetus, aeraque, et artes Suspice Hor. Epist. 1, 6, 17. Eloquentia, quam suspicerent omnes, quam admirarentur, quam se assequi posse diffiderent Cic. in Orat. 97. Honores et praemia suspiciere Planc. ad Cic. Fam. 10, 9. In hoc non minus eius Pietas suspicienda est quam Virtus bellica Nep. 17, 4, 2.

SUSPICIENS, entis. Partic. *Vt, Suspiciens bucula caelum* Virg. Georg. 1, 375. Deos caelumque suspiciens Tacit. Germ. 10, 2. Lunam altam suspiciens Virg. Aen. 9, 403. Suspiciens, *Occulte metuens, Suspectum habens,* Sallust. in Iugurtha Per Idem tempus Bomilcar, cuius impulsu Iugurtha deditioem, quam metu de-

seruit, incooperat, suspectus regi, et ipse eum suspiciens, nouas res cupere, ad perniciem eius dolum quaerere. Nonius 4, 438. *Add. Cort. ad Sall.*

SVSPICIENDVS, a, um. Eius totius est praeclara species: in primis suspicienda figura capitis Cic. N. D. 2 c. 42. Aeterna natura suspicienda admirandaque hominum generi Id. de Diuin. 2 c. 72.

SVSPECTVS, ūs. m. [*ἀνάβλεψις*] Plin. 21, 8 f. 22 cum dixisset, colorem rubentem esse in cocco, addit, qui a rosis migrante gratia idem trahitur suspectu et in purpuras. Idem 37, 9 f. 40 de amethystis,

quos ad purpureas gemmas refert, Praecellens debet esse in suspectu, velut ex carbunculo refulgens quidam in purpura leuiter roseus nitor. Nempe Sen. Qu. Nat. 1, 5 Purpura Tyria, quo melior saturiorque est, eo oportet altius teneas, vt fulgorem suum ostendat. Macrob.

Saturn. 2, 4 Augusti iocus ad Mercatorem, qui purpurae suae commendandae causa dixerat illi, Erige altius, ac suspice. Quid ergo, vt me Populus Rom. dicat bene cultum, in Solario ambulaturus sum. Ad suspectu et suspectu refulgens Plin. 9, 38. Suspectu vasto turris

Virg. Aen. 9, 530. Suspectus, Altitudo Idem Aen. 6, 579 Bis patet in praecipuum tantum tenditque sub umbras, Quantus ad aetherium caeli suspectus Olymnum. Suspectus, pro Admiratione: Senec. de

Benef. 2, 25 (26) Videndum est, quid maxime faciat ingratos: aut nimius sui suspectus, et insitum mortalitati vitium se suaque mirandi, aut audivitas, aut inuidia. Celebrare suspectu Id. ad Marc. c. 5. i. admirari, sec. Lips. Honorum suspectus Ouid. Fast. 5, 21.

SVSPECTVS, a, um. Adj. [*ὑποπτος, ὑπόψιος*] De quo est suspicio. Ter. Hec. 3, 3, 38 Scio nemini aliter suspectum fore. Cic. Fam. 13, 25 (24) Postea quam ex literis illius cognoui tibi eum falso suspectum fuisse, etc. Criminum capitalium suspectus Tacit. Ann. 3, 60. Spei suspectus Idem Ann. 3, 29. Habere suspectum

aliquid Virg. Aen. 4, 97. Videre se aliquibus suspectum Cic. in Catil. 1, 17. Super aliquo scelere suspectus Sallust. in Iugurth. c. 71. In aliqua virgine suspectus Sueton. de Clar. Gramm. 16. Suspectus cum Ablatiuo: Vt, Suspecta incestu Vict. de Vir. Ill. 46. Sed al. incestus. Curt. 8, 8, 3 In Calisthenem olim contumacia suspectum pernicioris irae fuit. Me nomine negligentiae tibi suspectum esse doleo Cic. Fam. 2, 1. Adiungitur Lic. Proculus, intima familiaritate suspectus, consilia eius fouisse Tac. H. 1, 46, 1. Suspectum est hoc mihi Martial. 2, 12. Cic. Att. 4, . . . Et si quaeris, omnia mihi sunt suspecta. Mutuo suspecti Nep. 10, 4, 1. Arua

suspecta linquimus Virg. Aen. 3, 550. Dona suspecta Idem Aen. 2, 26. Facultates suspectae, Paullus in l. quidem. D. ad SC. Velleian. Fides suspecta Stat. Silu. 5, 2, 40. Plin. Epist. 10, 91 Est tamen statim a capite paullo amplius mille passibus, locus suspectus et mollis. Respondet Traianus, Locus quem suspectum habes,

an scilicet recipere Aquaeductum possit. Cic. Tusc. 3, 1 Animi autem medicina nec tam desiderata sit antequam inuenta, nec tam culta postquam cognita est, nec tam multis grata atque probata, pluribus etiam suspecta atque inuisa? Pax suspecta Sil. 7, 266. Tumores suspectos sanat Plin. 20, 6. Suppuratio suspecta Scribon. 66. Tumor est suspectus Id. 20. i. expectatur, imminet. Vita aliquorum suspecta: Cic. de Amicit. 52 c. 15 Haec est enim Tyrannorum vita: nimirum in qua nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis benevolentiae potest esse fiducia, omnia semper suspecta atque sollicita sunt. Vomica Scribon. 265. Compar. Cic. Off. 2, 34 c. 9 Quo enim quis veritior et callidior est, hoc inuisior et suspectior, detracta opinione probitatis. Legibus boni quam mali suspectiores sunt, semperque his aliena virtus formidolosa est Sall. Catil. c. 7. Hoste suspectior Claud. de Conf. Hon. 6, 309. Superl. Vlpian. in l. 1 in princip. D. de quaestionib. A suspectissimo incipiendum. conf. Sen. Ep. 56. Suet. Tito c. 6. ¶ 2 Suspica. Suspectus caue sis, ne sis miser omnibus horis: Nam timidus et suspectus aptissima mors est Cato Dist. 4, 44. Suspectior de obscuris, nec referre gradum, nec ulterius ire tentauit Ammian. 16, 12. conf. Drakenb. ad Sil. 2, 98. Ipse Horat. Carm. 1, 17, 25 Nec metues proteruum suspecta Cyrum. Ponitur

65 nempe ut Cautus, Consideratus etc.

SVSPECTO, Adu. Vt, Mors libertorum suspecto decedentium, l. 2 ff. de his, quae vt ind. auf.

SVSPECTO, are. Frequent. [*ὑποβλέπω*] Sursum adspicere. Martial. Oculisque suspectans sidera. Vid. Plin. 8, 16. Et 11, 29.

70 Suspectare, [*ὑποψάω*] pro Suspectum habere. Tacit. Ann. 1, 5 Et quidam scelus vxoris suspectabant. Idem Ann. 4, 3, 6 Ne pellici suspectaretur. add. Id. A. 1, 13, 1. 13, 47, 1. Hist. 2, 27, 4. 3, 82, 3.

SVSPECTOR, ari. Depon. Ammian. 28, 1 Impetrarunt, vt hi, quos suspectati sunt, illico rapti compingerentur in vincula.

75 SVSPECTANS, antis. Partic. Sursum spectans. Vt, Leo suspectans Plin. 8, 16. Populi suspectantes Plin. 11, 29. Virgo suspectans tabulam pictam Ter. Eun. 3, 5, 36. Suspectans, Suspectum habens. Vt, Potentiam suspectans Tacit. Ann. 11, 16, 5. Fraudem suspectans Idem Ann. 13, 39, 1. conf. Apul. Apol. 332.

80 SVSPECTATIO, ōnis. f. Minus honestas suspectationes iniectas diluemus Cic. de Inuent. 1 c. 16. al. suspiciones.

SVSPICOR, ari. [*ὑπονοέω, ὑποπτεύω, ὑποψάμαι*] Occulta opinione aliquid, praesertim malum aliquid, imminere putare, dictum ab eo, quod subinde suspiciunt in locum altiore homines, unde metuunt ne quid de-

85 cidat. Ter. Heaut. 2, 3, 27 Falso suspicariet. Cic. Verr. 1, 64 Hospes ianitor, qui nihil suspicaretur, veritus ne quid in ipso se offenderit, hominem summa vi retinere coepit. Ter. Heaut. 4, 1, 49 Quid nunc suspicare, aut inuenis de illa? Scribe non modo si quid scies, aut audieris, sed etiam si quid suspicabere Cic. Att. 7, 12. Idem Fam. 1, 6 Quod valde suspicor fore vt infringatur hominum improbitas. Aliquid mali suspicari Idem pro Cluent. 27 c. 9. Aliquem abs se alienatum suspicari Idem Fam. 1, 7. De ingenio alicuius suspicari Idem de Clar. Orat. 55. Res nefarias suspicari Id. pro Milon. 64. Ad suspicandum duci Idem de Clar. Orat. 56.

95 Multi aliis ius peccandi suspicando fecerunt Sen. Ep. 3. SVSPICO, are. Idem. Plaut. Men. 5, 9, 22 Ne memores aut suspices.

SVSPICANS, antis. Partic. [*ὑποπτεύω*] Ter. Andr. 1, 1, 89 Nihil suspicans etiam mali. Add. Id. Hec. 3, 3, 5. Sallust. Catilin. 44. et Hirt. Bell. Afric. 37.

SVSPICĀTVS, a, um. Aliud Partic. Caes. Bell. Gall. 4, 32 Caesar, id quod erat, suspicatus, etc. Fore id suspicatus, quod accidit. Idem Bell. Ciuil. 1, 40. conf. Ter. Eun. 3, 1, 45.

SVSPICĀTRIX, icis. f. Varr. L. L. 6, 3 Mulieres Claudius scribit actiosas demonstrari suspicatrices.

SVSPICĀTOR, ōris. m. Vnde

SVSPICĀTOR, ōris. m. Vnde

SVSPICĀTOR, ōris. m. Vnde

SVSPICĀTOR, ōris. m. Vnde

SVSPICĀTOR, ōris. m. Vnde

SVSPICĀTOR, ōris. m. Vnde

SVSPICĀTOR, ōris. m. Vnde

SVSPICĀTOR, ōris. m. Vnde

SVSPICĀTOR, ōris. m. Vnde

SVSPICĀTOR, ōris. m. Vnde

SVSPICĀTOR, ōris. m. Vnde

SUSPICIO, ōnis. f. [*ὑποψία, ὑποπόνοια*] *Opinio occulta, incerta, plerumque mala, i. malarum rerum, metus o cultus.* Cic. de Fin. 1, 50. Plerumque improborum facta primo suspicio insequitur, deinde sermo atque fama. Suspicio in Fabium Plin. 7, 45. Affinis suspitionis Cic. pro Sull. 7. Sed Idem Fam. 1, 1. Quae res auget suspensionem Pompeii voluntatis — Gratiam nostram extinguit hominum suspicio, quod Pompeio se gratificari putant: *opinionem simpliciter significat, qui putat se gratificari Pompeio, is bene sibi ea re augurat, etc.* Pro coniectura simpliciter etiam A. ad Her. 2, 8 c. 5. Argumentum est, per quod res coarguitur certioribus argumentis, et magis firma suspitione — Cuius horum sensus potest conflare suspensionem. Quintil. 9, 2, 90. Fit ei spes aliqua clementiae, non palam, ne paciscamur, sed per quamdam credibilem suspensionem. Et ibid. 65. Iam enim ad id genus veniendum est, in quo per quamdam suspensionem, quod non dicimus, accipi volumus. Sic Cic. de Or. 2, 278 c. 59. Salsa sunt etiam, quae habent suspensionem ridiculi absconditam. Et Tusc. 1, 71. Vt ne minima quidem suspicio sensus relinquatur. Caeca suspicio, *vid.* CAECVS. Confirmata suspicio Auctor ad Herenn. 2, . . . Repentina suspicio Cic. pro Cluent. 174. Idem Verr. 5, 32. Iste motus servorum, bellique subita suspicio, vtrum tibi, etc. Tenuissima suspicio Idem de Lege Agrar. 2, 79. Ciuitas sollicita suspitione Idem de Lege Agrar. 1, 23. ¶ 2. Verba: Abhorrere a suspitione, *i. Remotum esse* Cic. pro Cael. 10. Absoluere suspitione, *vid.* ABSOLVO. Abesse a suspitione Cic. Verr. 4, 62. Abesse a conscientiae suspitione Idem pro Cael. 23 c. 10. Accepta fuerit suspicio mali medicamenti Scribon. 200. Adducere aliquem in suspensionem Nep. 23, 2, 2. Adduci in suspensionem, Afferre suspensionem, *vid.* *hb. vv.* conf. Nep. 18, 11, 1. Amouere suspensionem, Aspergere suspitione, Asequi suspitione, Attingere rem aliquam suspitione, Auertere rem a suspitione, *vid.* *ff. ll.* Augere suspensionem Ter. Eun. 3, 1, 46. *Vid.* AVGEO. Cadere in suspensionem, *vid.* CADO. Carere suspitione Cic. pro Rosc. Amer. 55. Carendum non solum crimine turpitudinis, verum etiam suspitione Quintil. 2, 2. Coargui ab aliquo suspitionibus et coniectura Cic. de Lege Agrar. 1, 27. Conferre suspensionem in aliquem, *vid.* CONFERO. Confirmare suspensionem Cic. Fam. 1. Conflare suspensionem Auctor ad Heren. 2, 8. Con- sistit in aliquo suspicio, *vid.* CONSISTO. Constituire suspitionem Cic. Verr. 2. Conuenit in eum haec suspicio, *vid.* CON- VENIO. Delere suspensionem Cic. pro Rosc. Amer. Depel- lere suspensionem Idem Philip. 10. Deponere suspensionem Idem Fam. 13, 1. Deuocari in suspensionem maleficii Auctor ad He- renn. 2, 4. Dimouere suspensionem Pseudo-Cic. Anteq. iret in Exil. 21 c. 8. Darelorum suspitioni Cic. pro Cael. 9 c. 4 *pr.* Dare suspensionem fide reconciliatae gratiae Idem Fam. 3, 12. Ducere suspensionem Idem de Inuent. 2, 29. Effugienda ergo in hac prae- cipue parte omnis calliditatis suspicio Quintil. 4, 2. Elabi suspi- cione Cic. Verr. 1, 102. Expurgare suspensionem, *Dimouere*, Pseu- do-Cic. Anteq. iret in Exil. 21. Extenuare suspensionem Cic. ad Heren. 2, 4. Fugere perfidiae suspensionem Idem Att. 8, 16. Ha- bere alicuius rei suspensionem Idem pro Plane. 53. *conf.* Nep. 15, 5, 5. Habere quasdam suspitiones periculi Cic. Att. 16, 4. *conf.* Cael. ad Cic. 8, 15 *pr.* Iacere suspensionem, *vid.* IACIO. Im- plere suspitione Plaut. Merc. 4, 4, 55. Cic. Fil. Fam. 16, 21. Ne mea nimia *σπαδη* suspitionem ei aliquam Importaret. Incensi su- spitione, rem in medium vocare coeperunt Idem pro Cluent. 127. Incidere in suspensionem regni appetendi, *vid.* INCIDO. Incidit suspicio de me Ter. Adelph. 4, 4, 6. Increpuit suspicio, In- ferre suspensionem, Iniicere suspensionem alicuius rei, *vid.* *hb. vv.* Iniecta suspicio rei atrocis Cic. pro Cluent. 182 c. 38. *conf.* Nep. 18, 9, 4. Insequitur quippiam suspicio, Infidet alicui suspicio, Interposita suspicio belli, *vid.* *hb. vv.* Leuare suspensionem Quint- il. 4, 2. Leuare suspensionem, atque ab se remouere, *vid.* LEVIS. Liberare suspitione Cic. Fam. 1. Manet suspicio, Minuere suspensionem, Mouere suspensionem, *vid.* *ff. ll.* Iudex esse bonus nemo potest, qui Suspitione certa non Mouetur Cic. Verr. 5, 64. Nasci suspensionem Idem Fam. 3. Necare aliquem pro- pter alicuius rei suspensionem Cic. Philipp. 2, 117. Parere Nep. 14, 11, 3. Peragrare omnes latebras suspitionum Cic. pro Cael. 53. Percussus sum hac suspitione Cic. . . Perstringere suspitione *vid.* PERSTRINGO. Per- tinere ad aliquem suspensionem Cic. pro Rosc. Amer. . . Ponere in suspi- cione Idem pro Cluent. 127 c. 45. Praebuit plerisque suspensionem con- scientiae Tacit. Hist. 1, 28. *add.* Nep. 14, 10, 3. Propulsare suspitionem Cic. Verr. 5, 140. Recipere suspensionem Idem pro Plane. 6. Idem Tusc. 1, 71. Dubitare non possumus, quin tantus interitus in mor- te sit, vt ne minima quidem suspicio sensus Relinquatur. Vt ne suspicio quidem vlla Relinquatur vitiis Scribon. 122. Residere in aliquo suspensionem Cic. Q. Frat. 1, 1. Remouere suspensionem Idem Verr. 5, 136. Segregare suspensionem ab se Plaut. Afin. 4, 1, 29. Spargere varie suspitiones Quintil. 7, 3. Est suspicio: Plaut. Epid. 3, 4, 53. Sic suspicio est. *b. e.* Ita omnes suspicantur. Ter. Eun. 3, 3, 8. Tam tum erat suspicio, dolo malo haec fieri omnia. *add.* Cic. de Cl. Orat. c. 11. Tollere suspensionem Cic. . . Omnem igitur suspi- cionem sustuli. Trahere suspensionem Idem de Inuent. 2, 29. Trans- lata suspicio amoris in eum Ter. Heaut. 4, 5, 51. *b. e.* Suspiciantur ho- mines eum amare. Vendicare ex suspitione Cic. pro Sull. 59. Ve- nire in suspensionem Idem Q. Frat. 1, 1. Vitare suspensionem Idem Philipp. 1, 33. Vocare in suspensionem Idem Verr. 7 (5) c. 4 *extr.* ¶ 3. De quantitate syllabae antepenult. disputant Sca- lig. Poët. 7, 2 p. 936. et Io. Pincier. Parerg. Otii Marpurgenf. 4, 1. Ana- logia certe corripit illam suadet. Martial. 11, 46. Oblinitur minimae si qua est suspicio rimae: Sunt qui suspectio dicant esse in MSS. v. g. Pareus ad Ter. Andr. 3, 2, 21. *vbi etiam in M. Palat. esse ait*, Renun- tiatum est: nam tibi qui tibi ista haec incidit. suspectio, *i. suspectio: ad quem locum est etiam Riuii Disceptatio. Atque in illo Terentii loco negari non potest, et postulari longam syllabam, et longe maximum numerum Co- dicum habere suspicio, quod Faernus etiam et Bentleius retinere. Non diffiteor, nomen suspectio ea occasione excogitatum mihi videri, vt illa syllaba produci possit.* Sic Phaedr. 3, 10, 36. *legi vult Gud. ex vet. Cod.* Maligna insontem deprimit suspectio. *Vbi tamen postea etiam Suspicio relictum est. Neque dissimulandum, quod Pareus in Lex. Crit. obseruat, syllabam Spi perpetuo in hac voce produci apud Plautum: laudatque P. Syri Mimun, Suspicio sibi ipsa riuales parit. Scaliger l. c. produci pu- rat posse, quia sit contractum ex Suspicio.*

¶ VSPECTIO, ōnis. f. [*ὑπόψις*] Idem quod Suspicio. *Vid.* 10.

modo dicta in SVSPICIO n. 3. et Burm. ad Quinctil. Decl. 1 p. 7, itemque viros doctos ad Frontin. Strateg. 1, 8, 5.

SV SPECTOR, ōris. m. Sidon. Epist. 3, 5 Susceptor admiratorque.

SV SPICIO SVS, a, um. Adi. [*ὑποψιασμένος*] Qui suspicione laborat, vel ea, quam concepit de aliis, vel quam alii habent de ipso. Et est passiva illa significatione non hominum modo, sed etiam rerum et actionum epitheton. Ter. Adelph. 4, 3, 15

Omnes quibus res minus secundae, magis sunt nescio quo modo Suspiciosi, ad contumeliam omnia accipiunt magis

Propter suam impotentiam, se semper credunt negligi.

Suspiciosi pauidique ad id subsistunt Sen. Ep. 8. Suspiciosum veteres dixere, Qui in suspicione sit. Cato de re Florian. Sed si qui palam corpore pecuniam quaereret, aut se lenoni locauisset, et si famosus et suspiciosus esset, vim in corpus liberum non aequum censuere

adferri. Ex Nonio 2, 763. Quod a vobis hoc pugnari video, suspiciosum est Cic. pro Rosc. Amer. c. 41. Ob suspiciosos iocos Suet. Domit. c. 10. Aliquid suspiciosum facere perspicuum Cic. pro Rosc. Amer. 18. Ciuitas maledica et suspiciosa Idem pro Flacc. 68. Crimen suspiciosum Idem in Partit. 114. Mula suspiciosa, credo,

nulla est: Columel. 6, 38, 1 Suspiciosae sanguis detrahitur. Res perspicua et suspiciosa Auctor ad Herenn. 2, 11. Cic. pro Flacc. 7 c. 3 Et is est reus avaritiae, qui in vberima re turpe compendium: in maledicentissima ciuitate, in suspiciosissimo negotio, maledictum omne, non modo crimen effugit. Idem Fam. 1, 7 Virum enim excellentem,

et tibi tua praestanti in eum liberalitate deuinctum, nonnihil suspicantem propter aliquorum opinionem suae cupiditatis, te abs se abalienatum, illa epistola retinuit: qui mihi quum semper tuae laudi fauere visus est, etiam ipso suspiciosissimo tempore Caniniano. Suspiciosissimus erat Lamprid. in Alex. Seu. c. 64.

SV SPICIOSE. Adu. [*ὑποψιασμένως*] Apte ad excitandam apud intelligentes suspicionem. Cic. pro Deiot. 16 Id vos et a viro optimo, et ab homine minime stulto cogitatum esse configitis: at quam non modo credibiliter, sed ne suspiciose quidem, nempe prorsus absurde et cum aperta calumnia. Cic. pro Rosc. Amer. 55 c. 20 Cum enim aliquid habeat, quod possit criminose ac suspiciose dicere, aperte ludificari et calumniari sciens non videatur. Narrare aliquid suspiciose Quint. 4, 2. Affectus efficaciter mouit, figurabat egregie; praeparabat suspiciose Sen. Controu. Prooem. 3 p. 221. Compar. Cic. de Clar. Orat. 131 c. 34 Qui suspiciosius aut criminosis diceret, audiuisse me

neminem. Conf. Augustin. Ep. 213 extr. ad Hermog. SV SPICITER. Adu. Idem. Non. 4, 337 Curiose et suspiciter circum adspicere.

SV SPICAX, ācis. Qui facile suspicatur. In rumore suspicax Quinctil. Decl. 18. Animus suspicax Tac. Ann. 1, 13, 4. Mari-

tus suspicax Quinctil. Decl. 18. Silentium suspicax Tacit. Ann. 3, 11, 4. Add. Sen. de Ira 2, 29.

SV SPICABILIS, e. Adi. Vt, Ars suspicabilis Arnob. 1 p. 28.

SV SPIRO, āre. [*σπένω, σπανάω, σπανάω, σπανάω*] Spiritum ab imo pectore trahere, et cum nisu quodam emittere, quod solitudinis aut doloris argumentum est. Plaut. Men. 5, 4, 8 Quin suspirabo plus sexcentum dies. Amore ficto suspirat mulier Lucret. 4, 1186. Conf. Id. 2, 1163. Cic. Att. 1, 18 Reperire ex magna turba neminem possumus, quicum aut iocari libere, aut suspirare familiariter possumus. Ingemit et tacito suspirat pectore Ouid. Epist. 21, 201. Ab imo suspirare Idem de Arte Am. 3, 675. subaudi, Pectore. Calorem suspirare Claud. in pr. Conf. Stilich. 1, 57. Flebile suspirare Id. in Eutrop. 1, 269. Iuuen. Sat. 11, 152^r Suspirat longo non visam tempore matrem. In aliquam suspirare Ouid. Fast. 1, 417. Add. Id. Met. 1, 707. et 2, 655. Pallad. Octob. t. 14. Ad honores suspirare Valer. Argon. 4, 532. Tib. 1, 7, 41 Te tenet, absentis alios suspirat amores. Multa similia ad h. l. congeffit Brouckhusius. Sed etiam eleganti metaphora, (an proprietate Stoica, cum ipsis animal sit mundus?) Lucan. 6, 370 Quique nec humentes nebulas, nec rore madentem Aëra nec ventos tenues suspirat Anauros.

SV SPIRANS, antis. Partic. [*σπανάων*] Vt, Suspirans, imoque trahens a pectore vocem Virg. Aen. 1, 375. Cic. de Diuin. 1, 42. — quo facto pater Rex ipse Priamus, somnio mentis metu Percussus, curis sumtus suspirantibus Exsacrificabant hostiis balantibus.

Puella suspirans in flauo hospite Catul. 65, 102. Tunc illa suspirans altius Apul. Met. 6 p. 185. SV SPIRANDVS, a, um. Partic. [*σπανάωντος*] Vt, Domus suspiranda Stat. Theb. 4, 20.

SV SPIRĀTVS, a, um. Imploratus, inuocatus. Sil. 15, 82 Quid suspiratos magno in discrimine nautis Ledaeos fratres referam? Proximitas suspirata Sidon. Epist. 1, 5.

SV SPIRĀTVS, ūs. m. [*σπανάωτος*] Ouid. Met. 14, 129 Respicit hunc vates, et suspiratibus hauitis, Nec dea sum dixit, etc. de Sibylla. Quem nemo adspicere sine suspiratu potest Cic. Att. 1, 18. Assiduus suspiratus Apul. Met. 5 p. 170.

SV SPIRATIO, ōnis. f. Senec. de Ira. . . Sentiet itaque suspirationes quasdam et umbras affectuum, ipsis autem carebit. Plin. in Praefatione, Inde illa nobilis Maeci Ciceronis suspiratio. Add. Quinctil. 11, 3.

SV SPIRĪTVS, ūs. m. Vehementior respiratio et anhelitus. Plaut. Merc. 1, 2, 4 Simul enecato suspiritus. Vid. Parei Lex. Crit. p. 1209. Liu. 30, 15 Quum crebro suspiritu et gemitu aliquantum temporis consumsisset, vid. ibi. Fr. Gronou. Crucibilis suspiritus Apul. Met. 1 p. 105. Conf. Id. 6 p. 185.

SV SPIRIVM, i. n. [*σπανάωμα, σπανάω*] Idem. Plaut. Cist. 1, 1, 58 Hoc sis vide; vt suspirium petiuit alte! et pallida es. Sine cura, sine suspirio Cic. Tusc. 72 c. 34. Conf. Id. Att. 1, 18. Aegra suspiria Stat. Theb. 6, 793. Muta suspiria Idem Theb. 11, 604. Praefaga luctus suspiria Ouid. Met. 2, 125. Ducere suspiria ab imo pectore Id. Met. 10, 402. Laxare suspiria Claud. de Rapt. Proserp. 3, 179. Mulcere suspiria alicuius Claud. in Conf. Stilich. 2, 211. Repetere suspiria tota nocte Tibull. 3, 7, 29. Rumpere suspiria in voces Claud. de Bell. Gildon. 235. Trahere suspiria magno motu Ouid. Met. 2, 753. ¶ 2 Suspirium, [*ἄσμα*] Suspirandi difficultas: morbus, qui ex pulmonis vitio, aut imbecillitate. Plin. 20, 9 Ad tormina, regios morbos, tussim veterem cum suspirio Columel. 6, 14 Interdum tumore palati cibos respuit, crebrum suspirium facit. Conf. Sen. Ep. 54.

SV SPIRĪOSVS, a, um. Adi. [*ἄσματικός*] Qui suspirio, i. spirandi difficultate laborat. Plin. 20, 2 Suspiriosis prodest. adde 23, 7. et 32, 8. et Columel. 6, 38, 1. Sidon. Epist. 1, 2.

SV SPIRĪOSVS, a, um. Adi. [*ἄσματικός*] Qui suspirio, i. spirandi difficultate laborat. Plin. 20, 2 Suspiriosis prodest. adde 23, 7. et 32, 8. et Columel. 6, 38, 1. Sidon. Epist. 1, 2.

SV SPIRĪOSVS, a, um. Adi. [*ἄσματικός*] Qui suspirio, i. spirandi difficultate laborat. Plin. 20, 2 Suspiriosis prodest. adde 23, 7. et 32, 8. et Columel. 6, 38, 1. Sidon. Epist. 1, 2.

SV SPIRĪOSVS, a, um. Adi. [*ἄσματικός*] Qui suspirio, i. spirandi difficultate laborat. Plin. 20, 2 Suspiriosis prodest. adde 23, 7. et 32, 8. et Columel. 6, 38, 1. Sidon. Epist. 1, 2.

SV SPIRĪOSVS, a, um. Adi. [*ἄσματικός*] Qui suspirio, i. spirandi difficultate laborat. Plin. 20, 2 Suspiriosis prodest. adde 23, 7. et 32, 8. et Columel. 6, 38, 1. Sidon. Epist. 1, 2.

SV SPIRĪOSVS, a, um. Adi. [*ἄσματικός*] Qui suspirio, i. spirandi difficultate laborat. Plin. 20, 2 Suspiriosis prodest. adde 23, 7. et 32, 8. et Columel. 6, 38, 1. Sidon. Epist. 1, 2.

SUSPIRIOSE. Adu. *Idem.* Columel. 7, 6 Suspiriose laborantibus auricularae ferro rescindendae.

SUSQUE DEQUE. [*ἀδιαφορῶν*] i. e. Plus minusue, inquit Festus. Susque deque habere siue ferrae, auctore Gel. 16, 19 Significat acquo animo esse, et quod accidit non magni pendere, atque interdum negligere et contemnere: et prope modum id valet, quod dicitur *ἀδιαφορῶν*. Laberius, Nunc tu lentus es, nunc tu susque deque fers, etc. M. Varro — Quod si non horum omnium similia essent principia ac postprincipia, susque deque esset. Lucilius, Verum hic ludus ibi susque omnia deque fuerunt: susque et deque fuere inquam, omnia ludus iocusque. *Sursum deorsum feratur res, paruifacere.* Plaut. Amph. 3, 2, 5 Atque id me susque deque esse habituram putat? *Vid.* Cic. Att. 14, 6 pr. Nam de Octauius susque deque: exspecto quid de Mario. Susque deque habeo, *vid.* HABEO.

SUSSILIO, *vid.* SVBSILIO.

SVSTENDO, di, sum, ēre. [*ὑπομένω*] Decipiendi gratia subdere aliquid aut machinari. Sallust. Dum sustendit insidias militi. *Non inveniebam, unde essent.*

SVSTENTO, āre. *vid.* SVSTINEO.

SVSTERNA Pars. *vid.* SAPINVS.

SVSTINEO, ui, entum, ēre. [*ὑψίσμι, ὑπέχω, ὑπομένω, βασάζω, ἀνέχομαι*] Tenere subeundo praesertim, et subiiciendo humeros. Cic. de Nat. Deor. 2, 28 Ex quo concluditur, quum omnes mundi partes sustineantur calore, mundum etiam, etc. Plin. 12, 25 Vineae sine adminiculis se ipsae sustinent. Nisi subsidium sibi mittatur, se diutius sustinere non posse Caes. B. G. 2, 6 extr. Liu. 5, . . . Compressique a Centurione, quem sibi ipsi praefecerant, rem in noctem sustinuerunt.

Ter. Phorm. 2, 1, 33 Prima coitio est acerrima: si eam sustinueris, post illa iam, ut lubet ludas licet. Sustinere ergo est impetum hostis excipere. *Sic* Cic. Ac. 4, . . . Philo, quod ea sustinere vix poterat, quae contra Academicorum pertinaciam dicebantur. *Vid.* Concursum sustinere n. 2. Plin. Epist. 1, 12 Et cur (inquit) me putas hos tantos dolores tamdiu sustinere? Ouid. Amor. 3, 9, 44 Quae tantum sustinere nefas, flammae quae offerunt hoc corpus. Cic. Fam. 9, 8 Exspectabam omnino iamdiu, neque sustinebam, ne ad te prius ipse quid scriberem, quam aliquid accepissem. *Hinc* Sustinere pro exspectare. *Vid.* Tert. Apol. c. 35 et de Poenit. c. 6 et adu. Iudaeos c. 6. et ad Mart. c. 2. Vulg. Iob. 5, 9. et Matth. 26, 5. *Inprimis de debitorum solutione.* Sustinenda solutio est nominis Caerelliani Cic. Att. 12, 51. Exspectes, et sustineas, Auguste, necesse est, Nam tibi quod soluat, non habet arca Iouis Martial. 9, 4. Quaedam nomina lentus ac sapiens creditor fecit, qui sustinuit, etc. Senec. conf. Cic. Acad. Qu. Praef. *Idem.* Acad. 4, 68 Sustinenda est potius omnis assensio, ne praecipitet, si temere processerit. Ab omni assensu se sustinere *Idem* Acad. 4, 48. *Id.* ibid. 4, 164 Quum se a respondendo ut aut approbet quid, aut reprobet, sustineat, ut neque neget aliquid neque ait. A lapsu sustinere se Liu. 21, 35. Non sustineo, pro Nequeo non audeo, nolo. Quintil. 2, 4 Nec enim huius rei iudicium differre sustineo Ouid. Fast. 4, 830 Nec iam suspendere sletum Sustinet. *Add.* *Id.* Amor. 2, 9, 39. Tu ne rogari quidem sustinuisi Plin. Paneg. c. 26. Curt. 6, 9 Sustinuit scribere mihi, i. ausus est. Sueton. Calig. cap. 30 Hanc ut crudelissimam caedem et defleuit edicto; et eos, qui spectare sustinuisent, execratus est. *Conf.* Iuuenal. 15, 88. Ouid. Met. 6, 563 Sustinet ad Procne post talia facta reverti. i. *Audet.* *Sic* Pontificatum maximum auferre non sustinuit Suet. Aug. c. 31. Aliquem sustinere, pro Eius preces differre, et postulata negare. Ouid. Fast. 5, 76 Et Numitor dixisse potest, Da Romule mensem Hunc senibus: nec avum sustinuisse nepos.

¶ 2 *Reliqua literarum ordine ponemus:* Acieni sustinere, *vid.* ACIES. Aestus sustinere Ouid. Met. 2, 228. Extremum Agmen Caes. Bell. Ciu. 1, 64. Tu interea, dum legit, Aquam sustine Apul. Apol. p. 298. Artus infirmos baculo sustinere Ouid. Met. 6, 27. Artus titubantes sustinere ferula *Idem* Met. 4, 27. Cic. ad Brut. 7 Apuleium vero tu tua Auctoritate sustinere debes. Castus fortuitos magno animo sustinere Columel. 1. Causam alicuius rei sustinere, cui imputatur Cic. Verr. 3, 53. *Id.* Att. 13 Nonne furor eius omnem Causam sustinet? *Conf.* *Id.* Acad. Qu. Praef. et Fam. 6, 6. Cic. Diu. in Caec. 27 In mentem tibi non venit, quid negotii sit Causam publicam sustinere, vitam alterius totam explicare? i. *tueri, ut qui personam sibi impositam perfert.* *Ibid.* Tamen esset magnum tantam Causam, tam exspectatam, et diligentia consequi, et memoria complecti, et oratione exponere, et voce et viribus sustinere. b. e. *Defendere.* Cic. pro Domo 142 c. 56 Reuocate iam animos vestros ab hac subtili nostra disputatione ad vniuersam Kemp. quam antea cum viris fortibus multis, in hac vero causa solis vestris Cervicibus sustinetis. Cibo aliquo sustineri Columel. 8, 4. Cognitiones i. differre Callistratus l. Iterdum D. de iudiciis. Concursum omnium philosophorum tanquam impetum hostis Cic. Acad. 4, 70. *Sic* Cic. pro Quint. 62 At quis erat procurator? credo aliquem eiectum hominem egentem, litigiosum, improbum, qui posset scurrae divitis quotidianum Conuicium sustinere. *Sic* *Id.* Verr. 5, 102 Videbat illis nauarchis testibus tantum hoc crimen sustinere se nullo modo posse. *Id.* Att. 7, 3 Ut iam ne istius quidem rei culpam sustineam, quod minus diu fuerim in prouincia, quam fortasse fuerit vtile. Cic. Att. 6, 15 Cum enim arderet Syria bello, et Bibulus in tanto moerore suo maximam curam belli sustineret, etc. *Idem* Fam. 10, 4 Interim hic maximam sollicitudinem curamque sustineo. Currum sustinere b. e. Retinere, et cohibere *Idem* Att. 13, 21. *Vid.* INHIBERE. *Idem* de Amicit. 64 Est igitur prudentis sustinere, ut cursum, sic impetum beneuolentiae: quo utamur quasi aquis tentatis, sic amicitias, aliqua parte periclitatis moribus amicorum. Diem extremum fati sustinet, Mortem suam differt in aduentum tuum, Moriturus te exspectat Ouid. Epist. 1, 114. Cic. Off. 1, 124 c. 34 Est igitur proprium munus Magistratus, intelligere se gerere personam ciuitatis, debereque eius Dignitatem et decus sustinere, seruare leges, iura describere. Caes. Bell. Gall. 4, 33 Ac tantum vsu quotidiano et exercitatione efficiunt, ut in decliu ac praecipiti loco incitatos equos sustinere, et breui moderari ac flectere didicerint. Cic. Acad. 4, 94 Ego enim, ut agitator callidus, prius quam ad finem veniam, equos sustinebo. *Idem* Off. 3, 6 Sustines enim non paruum expectationem imitandae industriae nostrae, magnam honorum, nonnullam fortasse nominis, sustinendam habes, ut aduersariam tibi propositam. Sed plus est. *Idem* Fam. 2, 1 Sic ad nos confirmatus reuertare, ut quam Expectationem tui concitasti, hanc sustinere ac tueri possis: i. excipere in quantum te premit ut onus, urget ut hostis, tueri, ut iudicium verum. *Idem* Att. 9, 9 De te et tua fide et pietate idem mehercule mi Cicero sentio quod tu, non posse tuam Famam et officium sustinere, ut contra eum arma feras, a quo tantum

- beneficiam te accepisse, praedices. Senec. de Ira 3, 20 Sustinebant Famem primo tenerrima frondium, et cacumina arborum: tum coria igne mollita, et quidquid necessitas cibum fecerat. Feras crudeles ferro sustinere Rutil. 1, 366 *i. exceperunt*. Gradum sustinere, Reprimere Ouid. Fast. 6, 398. Cic. Att. 11, 25 Iam enim corpore vix sustineo Gravitatem huius caeli, qui mihi laborem adfert in dolore. Idem pro Flac. 94 De summa Reip. taceo: quam vos universam in hoc iudicio vestris Humeris, vestris inquam, humeris iudices sustinetis. Caes. Bell. Gall. 1, 31 Hominem esse barbarum, iracundum, temerarium, non posse eius Imperia diutius sustineri. Id. B. G. 1, 24. Cic. Off. 3 Athenienses quum Perlarum Impetum nullo modo possent sustinere. Incursum alicuius Ouid. Met. 3, 82. *Vid. Concursum, Praelia, Pugnam, sustinere. Iniuriam sustinere dicitur fementis, quae illam non corrumpit, cui Perire opponitur* Columel. 2, 9. Labentem exceptit, corruere non fuit, fultit et sustinuit, re, fortuna, fide, hodieque sustinet Cic. pro Rabir. Post. 43. Labores Ouid. Met. 8, 500. Laborem propter ambitionem Cic. Att. 1, 14. Mali nihil est, quod non et sustineam et exspectem Idem Att. 11, 11. Idem Post red. in Senat. 9 Magnitudinem tanti imperii, nec intueri, nec sustinere, nec capere potuerunt. Manum suam sustinere dicitur deus, *Quando retrahit* Ouid. Fast. 5, 302. Idem de Arte Am. 2, 486 Sustinet immundum sima capella marem, ut Subire, subsidere. Molem huius invidiae vix sustinebo Cic. in Catil. 1, 23 c. 9. Multum furoris ille enim sustinuerat, hic erroris Idem pro Deiot. 36. Multitudinem tantam sustinere non possum solus cum ista copla Idem Att. 8, 19. Munera Idem de Senect. 34. Munus magnum de aliqua re sustinere Idem de Clar. Orat. 113. Idem Fam. 10, 12 Qui quod consulares aberant, consulare munus sustinebat more maiorum. Muneris aliquid in Rep. fungi ac sustinere Idem Verr. 3, 199. Negotia Hor. Epist. 2, 1, 1. Negotium totum gubernare, et suis humeris sustinere Idem pro Milon. 29 c. 9. Nomen civitatis sua auctoritate sustinere Idem pro Flacc. 34. Nomen publicani Idem Q. Frat. 1, 1. Obrectatores equidem facillime sustineo, sed impediunt tamen Idem Fam. 11, 14. Idem Fam. 2, 5 Totum negotium non est dignum viribus nostris, qui maiora Onera in Rep. sustinere et possum et soleam. Idem Fam. 2, 10. Idem lib. 5, 9 Hoc quidquid est Oneris ac muneris, pro mea dignitate tibi tuendum ac sustinendum puta. Onus Actna grauius Id. de Sen. c. 2. Onus suscipere quod sustinere non possis Idem pro Rosc. Amer. 112 c. 38 *extr.* Idem Att. 3 Intellegoque multas Partes meae salutis et suscipere et posse sustinere, neque ut ita facias rogandum esse. Tacit. Ann. 3, 53 Quia non Aedilis, aut Praetoris, aut Consulis Partes sustineo. Cic. de Orat. 2, 102 Tres Personas vnus solus sustineo summa animi aequitate, meam, aduersarii, iudicis. *Conf. Id. ad Quint. Frat. 1, 1. Personam magistri Suet. de Clar. Grammat. 24. Vid. simulationem sustinere. Poenam subire ac sustinere Cic. pro Domo 101. Poenam sempiternam sustinere Idem Post red. ad Quirit. 1. Sed Poenam sustinere etiam significat exsequutionem differre* Vlpian. l. Si quis filio. §. Qui tamen D. de iniust. testam. Tametsi prouocantis appellatio non fuerit recepta; poena tamen sustinenda est, quoad princeps rescripserit ad literas praesidis. Idem Fam. 9, 11 Quod scribis, praelia te mea causa sustinere, non tam id laboro, ut si qui mihi obrectent, a te refutentur quam intelligi cupio, quod certe intelligitur, me a te amari. Pugnam Liu. 3, 28. Remp. ceruicibus Cic. pro Domo c. 56. Cic. Fam. 15, 14 Absens hominum sermones facilius sustinebis. Seruitutem ferre et sustinere Idem Tusc. 5, 16. Idem Fam. 1, 9 Idque non solum fronte atque vultu, quibus Simulatio facillime sustinetur, declarant ii, qui tum nostro illo statu, (*tanquam Persona*) optimates nominabantur, sed etiam sensu saepe iam, tabellaque docuerunt. Idem Fam. 11, 10 Non si Varronis thesauros haberem, sustinere Sumtum possem. *Vetus exemplar habet Sumptui.* Plaut. Bacch. 3, 3, 32 Ille innocens, suspicionem hanc sustinet causa mea. *Vid. Idem Milit. 2, 4, 35. Liu. 31, 24 Sustinebant tela, ne in permistos hostibus suos conicerent i. non emittebant.* Vitam Maecenas ap. Sen. Epist. 101. Vultum Annibalis armati exercitus nequeunt sustinere Liu. 23, 9. ¶ 3 Sustinere, *Alere, reficere.* Alterius munificentia sustineri Liu. 39, 9. Tuae facultates me sustentant Cic. ad Quint. Frat. 1, 1. Necessitates aliorum Liu. 6, 15 *extr.* Curt. 7, 4, 24 Milites fluuiatili pisce et herbis sustinebantur. Virg. Georg. 2, 515 Hinc patriam, paruosque nepotes Sustinet. S V S T I N E N S, entis. Partic. Curt. 8, 2, 29 Ne illo quidem adimiculo sustentente. Sustinentium humeri Tac. Hist. 4, 15, 4. Nullo hostium sustentente nouum adspetum Tacit. Germ. 43, 6. S V S T I N E N T I A, ae f. *Vt, Caritatis sustententia* Vulg. Interp. 1 Thess. 1, 3. *Add. Sirac. 2, 13.* S V S T E N T O, are. [*ἀνέχω, βασίζω*] Frequent. Plaut. Capt. 5, 1, 4 Quumque ex miseris plurimis me exemerunt, quae (*pro quas f. quae mala*) adhuc te carens, dum hic fui, sustentabam. *i. tolerabam.* Aciem sustentare, *vid. ACIES.* Sustentare, *Alere, reficere:* Plaut. Stich. 4, 2, 8 Valuisti' bene? P. sustentavi sedulo. *b. e. Dedi operam, ut viuerem, et corpus sustentarem.* Ter. Adelph. 3, 4, 36 Vt captus est seruorum, non malus, neque iners alit illas: solus omnem familiam sustentat. Suet. de Clar. Grammat. 14 Defuncto eo, filiisque eius schola se sustentauit. Cic. Tusc. 1, 43 Eaque ei demum naturalis est sedes, quum ad sui similem penetrauit, in quo nulla re egens alitur, et sustentabitur iisdem rebus, quibus Astra sustentantur et aluntur. Id. Fam. 4, 13 Ipse enim pari fortuna abiectus, aliorum opibus Casus meos sustentabam. Domum et pacem sustentauit Tacit. Ann. 1, 4. Egestatem et luxuriam domestico latrocinio sustentare Cic. Post red. in Senat. 10. Famem sustentare Caes. Bell. Gall. 7, 17. Hostes Virg. Aen. 11, 873. Inopiam sustentat spes Idem Bell. Ciu. 3. Laborem spe otii sustentare Sallust. ad Caesar. de Rep. ordinand. Mentis hominum cogitationesque spes sustentat Cic. pro Flacc. 3. Morbum Sueton. Tiber. c. 72. Idem Att. 3, 22 Terrentiam vnam omnium aerumnosissimam sustententes tuis Officiis. Parsimoniam alicuius suis sumptibus sustentare Idem pro Cacl. 38. Sustententes Rem, dum Nero veniat Idem Fam. 13, 64. *i. serues integram differendo.* Non Scientia iuris, sed eloquentia sustentari Idem de Orat. 1, 239. Subsidiis et liberalitate aliquorum sustentari Idem de Prouin. Consul. 12. Idem Fam. 16, 21 Vt possum, ex meis angustiis illius sustentato Tenuitatem. Idem Fam. 7, 1 Tu modo istam imbecillitatem Valetudinis tuae sustentata et tuere. Valetudo sui corporis notitia et obseruatione sustentatur Idem Off. 2, 86 c. 24. Vitia alicuius sustentare Sallust. in Catil. c. 53. ¶ 2 Cic. Fam. 14, 4 Quod reliquum est, sustentata te mea Terentia ut potes: ne

iaceas nimis in luctu aut spem omnem abiicias. Me vix misereque sustentato Idem Att. 3, 6. Idem Acad. 4, 48 At enim ipse sapiens sustentat se in furore, ne approbet falsa pro veris, et alias quidem saepe. Idem Fam. 6, 4 Tu velim te, vt debes et soles, tua virtute sustentent. Idem Att. 10, 4 Praeclara igitur Conscientia sustentor, cum cogito me de Rep. aut meruisse optime quum potuerim: aut certe nunquam nisi diuine cogitasse. Idem Att. 4, 9 Sic Literis sustentor et recreor, maloque in illa tua sedecula, quam habes sub imagine Aristotelis, sedere, quam in istorum sella curuli. Idem de Clar. Orat. 330 Ea consolatione sustentor, quam tu mihi Brute adhibuisti tuis literis suauissimis. Sustentare aliquem, *Sustinere et fouere* Idem Q. Frat. 2, 3. Fide aliquos sustentare Idem pro Rabir. Post. 4. Sustentare, *pro Diferre.* Idem Q. Frat. 2, 9 Aedificationem Arcani ad tuum aduentum sustentari placebat. Sustentare malum, *Perferre* Liu. 2, . . . Quum sustentare vix posset moerorem tuum, doloremque decessionis Idem in Pison. 89. Sustentatum est, *impersonale*: Caes. Bell. Gall. 2, 6 Id ex itinere magno impetu Belgae oppugnare coeperunt. Aegre eo die sustentatum est. *de Bibracte, Rhemorum oppido, loquitur.*

SUSTENTANS, antis. Partic. *Vt*, Hostes legionum impetus sustentantes Hirt. Bell. Hisp. 17. Miles seque et arma sustentans Curt. 8, 4, 15.

SUSTENTATOR, oris. m. *Quintiliano usurpatum esse dicitur.*

SUSTENTATIVS, a, um. Sallust. Iugurth. 56 Milites paulisper a rege sustentati. Moles sustentata Lucret. 5, 96. Puppis sustentata Virg. Aen. 10, 304.

SUSTENTATIVS, us. m. Apul. Apol. p. 287 Sunt in vita humana tempestates: leuia sustentatui, grauia demersui. Cuius ille sustentatu ad vsque Phaeacum litus euadit Auson. Perioch. Odyss. Hom. 5.

SUSTENTATIO, onis. f. [*ἀνοχή*] *Sustentandi actus.* Cic. de Inuent. 2, 146 c. 49, Deinde ex lege vtrum statim fieri necesse, vtrum habeat aliquam moram et sustentationem. *Vid.* Quinct. 9, 2. Sustentatio corporis mortalis, Firmic.

SUSTENTABILIS, unde Insustentabilis, v. v.

SUSTENTACVLVM, i. n. *Fulcrum, seu quidquid id est, quod sustentat.* Tacit. Hist. 2, 28, 3 Sin victoriae sanitas, sustentaculum, columnen in Italia verteretur. *Pro Alimento posuit* August. de Morib. Eccles. Cathol. c. 33 Viliore victu viuere, placet, minimeque sumtuoso corporis sustentaculo aetatem tranquillam ducere. *Conf.* Id. adu. Iulian. l. 4 c. 14. *Barth. ad* Paullin. Petroc. 4, 430.

SUSTOLLO, sustuli, sublatum, ere. [*ἀνατίω, ἀνύπτω, ἐπαίρω*] *Pro simplici Tollere usurpatum fuisse, satis apparet, quod Sustuli Praeclitum assignant Grammatici verbo Tollo.* Virg. Aen. 2, 153 Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas. Plaut. Cist. 1, 1, 117 Amiculum hoc sustolle. *it.* Poen. 1, 2, 136. *et* 5, 3, 45. Haecine sunt meae filiae? Quantae quantillis iam sunt factae? AG. Scin quid est? Graecae sunt haec columnae, Sustolli solent. Lucret. 4, 904 Multaque per trochleas et tympana pondere magno Commouet, atque leui sustollit machina nisu. Catull. Epithal. f. 63, 235 Candidaque intorti sustollant vela rudentes. Cum magna omnium laetitia sustollit censum Laet. de Mort. Perf. c. 36. *i. aufert.* Qua semet sidera porro Sustollunt Auien. in Arat. v. 631 *i. extollunt. add. ib.* v. 577. Sustollere in equum Cic. pro Deiot. 28 c. 10.

Onus sustollere rerum aduersarum rigida ceruice Sen. Epist. 72. Plaut. Cist. 2, 3, 8 Dico ei, quo pacto eam viderim ab hippodromo herilem filiam nostram sustollere. *Sed Sustollere, Educare:* Cic. Tusc. 3, 28 c. 13 Ego cum genui, tum moriturum sciui, et ei rei sustuli. *Verum hoc Praesenti Tollo malim adscribere.*

SUSTOLLENS, entis. Partic. [*ἀνατίων*] Catull. Argon. f. 63, 210 Dulcia nec moesto sustollens signa parenti.

SUBLATIVS, a, um. *Aliud* Partic. *Vid.* TOLLO.

SUBLATE, **SUBLATIO**, *vid.* TOLLO.

SVSVM, et **SVSVS**, *pro* Sursum. *Antiquum.* Varr. . . Clius proximus a Flora, susus versus. *Conf.* Id. R. R. 1, 6, 3. *et ibi Victor.* Cato 157, 15 Ita subducito susum animam, quam plurimum poteris. *Add. Ios. Scalig. ad* Auson. p. 44.

SVSVRVS, i. m. [*ψιθύρισμός, ψιθύρισμα*] *Partium et summissum murmur, non hominum modo loquentium, sed etiam arborum et frondium.* Cic. Tusc. 5, 103 c. 36 Leuculus sane noster Demosthenes, qui illo susurro se delectari dicebat, aquam ferentis mulierculae. Hor. Serm. 2, 8, 78 Tum in lecto quoque videres Stridere secreta diuisos aure susurros. Iuuen. Sat. 4, 110 Tenui iugulos aperire susurro. Blandos audire susurros Propert. 1, 11, 13. Humiles susurri, *Murmura tacite precantium* Perf. Sat. 2, 6. Lenes susurri Hor. Carm. 1, 9, 19. Lewis susurrus Virg. Ecl. 1, 56. Occultus susurrus Claud. in Eutrop. 1, 36. *Al. Dolor.* Tacito susurro mala vota concipere Lucan. 5, 104. *i. cultis precibus.*

SVSVRVS, a, um. Adi. [*ψιθύρος*] Ouid. Met. 7, 825 Procrin adit, linguaque refert audita susurra, *vt sit lingua susurra, quod placet Burmanno: sed nec dissimulat, esse qui legant audita susurra, i. auditos susurros, vel adeo linguaeque r. a. susurra. Quin Gronouio placuit lenique refert audita susurro. Adeo nihil certi est.* Dubioque auctore susurra, *neutro plurali pro susurros sunt etiam qui legant* Met. 12, 61.

SVSVRRO, are. vel **SVSVRRO**, ari. [*ψιθύριζω, τονθύριζω, σποφονέω*] *Furtim et summissa voce loqui.* Ter. Andr. 4, 5, 49 Iam susurrari audio, ciuem Atticam esse hanc Martial. 2, 44. Aure susurrare, *In aurem* Ouid. Met. 3, 643. Tractimque susurrant Apes Virgil. Georg. 4, 260. Cum aliquo susurrare de aliquo Ouid. Ep. 19, 19. Secum susurrare Martial. 2, 44. Fama susurrat Ouid. Epist. 21, 233.

SVSVRANS, antis. Susurrantis vada lymphae Virgil. Cul. v. 118. Aura susurrantis venti Idem ibid. v. 111.

SVSVRATIM. Adu. Mart. Capell. 6 Alicui susurratim decenter arridere.

SVSVRAMEN, ynus. n. Idem lib. 7 Hilario susurramine respondere. *Et* Apul. Met. 1 p. 103 Magico susurramine.

SVSVRATIO, onis. f. [*τονθύρισμός*] Caes. ad Cic. Fam. 8, 1 Quod ad Caesarem attinet, crebri et non belli de eo rumores, sed susurrationses duntaxat veniunt. *Sunt qui legant* Susurratores.

SVSVRATOR, oris. m. [*ψιθύριστής* Gloss. Cyr.] Vulg. Eccles. 5, 17. *Conf.* SVSVRATIO.

SVSVRRO, onis. m. [*ψιθύριστής*] *Qui occulte male dicendo, odium in aliquem aut dissensionem molitur.* Sidon. Epist. 5, 7 Susurronum face

aures completas. Lingua fufurronis et bilinguis Pet. Chryfolog. Sermon. 53.

S V S V R R I O S V S, a, um. Adi. *ψιδυρισής* Cyrill.

S V S V R R V S, ūs. m. Vox hominis fistula fufurru iucundior
5 Apul. Flor. 3 p. 357.

S V S V R R I V M, i. n. Vulg. Iobi 4, 12.

S V T

S V T A T E S, dicuntur quasi Continue fuentes, vel stantes in sutrina.
10 Sic olim, cum legerent Plaut. Aul. 3, 5, 39 Sedentarii, futates, diabathra-
rii. Sed nunc est Sutores.

S V T Ē L A, ac. f. [*δολοπλάνια*] Dolosa astutia, a similitudine fuen-
tium dicta, auctore Festo. Plaut. Capt. 3, 5, 34 Atque ob futelas tuas
te morti misero, velte interiisse, vel periisse praedicent. Fulgen-
tius vero Sutelam dici putat, quasi Subtilem telam, assertque exem-
15 plum ex Plauti Caf. 1, 1, 17 Possis, necne, claru me futelis tuis praer-
ripere Casinam vxorem, proinde vt postulas?

S V T E L O S V S, a, um. *δικορράφος* Gl. Gr. Lat.

S V T E R N A, ac. f. [*σφαρία*] Sutura, siue opus futorium. Varro,
20 Quod futernas facere infcius nihil homo agis. Alii Sutrinās legunt.
Vid. Nonium 2, 760. Add. Apul. Flor. p. 346, 35 ubi similis varietas.

S V T I L I S, et S V T O R, vid. S V O, ěre.

S V T R I N A, S V T R I N V M, etc. vid. post S V T O R, in
S V O, ěre.

25 S V T R I V M, i. n. *Urbs mature socia Romanorum.* Plaut. Caf.
3, 1, 10 Sed facito dum memineris versus, quos cantat Colax, 'Cibo
cum suo veniant, quasi eant Sutrium. Festus: Sutrium quasi eant,
vtique in Prouerbiū abiit ex tali causa: Gallico tumultu quondam
edictum est legiones Sutrii vt praesto essent cum cibo suo, quod vsur-
30 pari coeptum est in iis, qui suis rebus opibusque officii id praestarent,
quibus deberent: et laudat versiculos Plauti, quos modo dedimus. Re-
spici aliis videtur ad eandem historiam, quam narrat Liu. 6, 3. ubi illud
certe apparet, summa celeritate et studio rem gestam, vt Sutrinis sua e ci-
uitate expugnatis, illa a solis Romanis militibus eodem die recepta ciuibus
35 restitueretur. Sed haec acta post tumultum Gallicum, tamen a Co-
millo. Colonia Romanam fuisse docet Vell. Paterc. 1, 14, 2.

S V T R I N I, ōrum. m. Pl. Incolae Sutrii Liu. 6, 3.

S V T R I V S, a, um. Adi. Vt, Sutria tecta Sil. 8, 492.

S V T V R A, vid. S V O, ěre.

S V V

S V V S, a, um. [*ἐὸς, ὀφός*] Pronomen reciprocum: sed quod rela-
tīui etiam vicem saepe sustinet, vid. S V I. Plaut. Merc. Prol. 88

Mihi talentum argenti ipse adnumerat sua manu. Ter. Phorm.

45 2, 4, 14 Suus cuique mos. Iucunda Pronominum coniunctio etiam cum
pleonasmō. Cic. Att. 14, 22 Suam cuique sponsam, mihi meam:
suum cuique amorem, mihi meum. Cic. pro Rosc. Am. c. 24 Sua

quemque fraus, suus terror maxime, suum quemque scelus agitat. Virg.

50 Ecl. 2, 65 Trahit sua quemque voluptas. Perf. 5, 52 Velle suum

cuique est. Cic. de Orat. 2 c. 85 Sua cuique laus propria debetur.

Liu. 3, 22, 6 Equites item suae cuiusque parti post principia collocat.

Multa hic similia Gronou. Duker. Drakēn. Suis eum certis propri-

isque criminibus accusabo Cic. Verr. 1, 43. Plaut. Capt. Prol. 5

Sed is quo pacto seruiat suo sibi patri. Et iterum 46 Sed in-

55 scientes sua sibi fallacia. Sic Ter. Adel. 5, 8, 35 Suo sibi gladio

hunc iugulo: est, Suo proprio gladio iugulo. Minerva patrem

dicitur interemisse, virginitatem suam violare conantem Cic. de

60 Nat. Deor. 2, 59. Ter. Heaut. 2, 3, 92 Cedo quid hic faciet sua

(amica) an ea quoque huius dicetur? Idem Hec. 4, 4, 38 Mater

quod suafit sua Adolescens mulier fecit. Cic. Att. 10, 11 Indulfit

illi quidem suus pater semper. Nep. 5, 3, 2 Incidit in eandem

inuidiam, quam pater suus. Idem 25, 10, 4 Antonius tanto odio

ferebatur in Ciceronem, vt non solum ei, sed etiam omnibus amicis

65 suis esset inimicus. Eius habent alii non minus boni libri: et sic dedit

etiam Heusingerus, qui tamen non negat, sic solere Cornelium, laudat-

que 1, 1, 1. 5, 3, 1. 6, 1, 2. 7, 2, 1. 23, 8, 4. Sic Ouid. Met. 8, 640 Quod-

que suus coniux riguo collegerat horto Truncat olus foliis, ubi poterat

70 eius vel ipsius ponere. Cic. Att. 3, 19 Lege enim collegii sui non

tenebantur. Eidem 6, 12 Non destiti rogare et petere mea causa,

suadere et hortari sua. Eidem 10, 4 Indulfit illi quidem suus pa-

ter semper. Suus proprius, vid. P R O P R I V S. Suae aetatis homo,

i. Maior viginti quinque annis: Modestinus in l. Ex duobus D. de ne-

got. gest. Ex duobus fratribus, vno quidem suae aetatis, alio vero mi-

75 nore annis. Suus heres, et Suum seruare, i. Proprium. Suum cuique

Petron. c. 40. Vt ad suum quisque perueniat Id. pro Quint. 14, 1.

Cic. pro Rosc. Amer. 67 c. 24 Sua quemque fraus, et suus terror ma-

xime vexat, suum quemque scelus agitat, suae malae cogitationes con-

scientiaequae animi terrent. Idem de Arusp. Resp. 8. Sua concio

80 risit hominem. Et Off. 1, 113 c. 31 Expendere oportebit, quid quis-

que habeat sui, etc. Id enim maxime decet, quod est cuiusque su-

um maxime. Alicui suorum negotium dare Nep. 10, 8, 2. Qui

optime suos nosse debet Idem 9, 4, 1. Add. Idem 8, 2, 1. 18, 10, 3.

23, 8, 4. Plautus Mercatore 4, 3, 14 Iubet saluere suus vir vxorem

suam, vrhani fiunt rustici. Plin. 22, 24 Mulso constant suae dotes.

85 Eicere e ciuitate ciues suos Cic. pro Sext. 141. Vti populo sane

suo Idem pro Quint. 29. i. propitio fauente. Sic Eos fecit suos

paullo sumtu Ter. Adelph. 5, 4, 21. Multos liberaliter deuinxer-

90 rat, plures etiam opera forensi suos reddiderat Nep. 7, 3, 4. Quam-

vis aliquo tempore populum suum habuerit Sen. Controu. l. 4 praef.

Vota suos habuere deos Ouid. Met. 4, 164. Naue mea vento

forsan eunte suo Idem Trist. 3, 5, 4. Ventis iturus non suis Hor.

Epod. 9, 29. Conf. Treb. Pollio in Valeriano c. 4. Cic. de Orat.

3, 109 c. 28 Placeatne a Carthaginensibus captiuos nostros, redditis

95 suis, recuperare. Qui profitetur esse suum facere aliquid Idem

ibid. 2, 66. De suo, vid. D E. Apponere de suo, vid. A P P O N O.

Suum Adimere alteri Plaut. Trin. 2, 2, 34. Perue-

nire ad suum Cic. pro Quint. c. 14, 1. Tenere suum Idem Att.

6, 1. Peculiarem vim habent ista: Suus in disputando Idem de

100 Finib. 4, 10. i. Non utitur alienis inuentis argumentorum. Vix sua,

vix sanae virgo Niseia compos Mentis erat Ouid. Met. 8, 35. Te-

cum tristisque hilarisque nec vnquam. Ille suus, vultumque tuo

fumebat ab ore Stat. Silu. 1, 6, 52. Conf. Heinf. ad Ouid. Met. 3, 689.

Aurum arrugia quaesitum, non coquitur, sed statim suum est Plin. 33,

4. i. cui nihil admixtum est alieni. Ita, Succus purus ac liquidus et

105 suae naturae Id. 11, 12. Suae venae arena Id. 33, 8. Sua sponte, [*ἐκωντί*]

Cact,

Caes. Bell. Civil. 2, 20 Hoc inuito consilio denuntiavit Gallonio, ut sua sponte, dum sine periculo liceret, excederet. Liu. 2, 8 Gratiae in vulgus leges fuere, quas quum solus pertulisset, ut sua vnus in his gratia esset. ¶ 2 *Vim illi addunt particulae encliticae pte et met.* Plaut. Merc. 5, 4, 9 Supte culpa ex genere capiunt genus. Et feroces suopte ingenio et pleni adhortantium vocibus Liu. 1, 25. Plin. 7, 40 Et suopte ingenio quisque terminet. Cic. Tusc. 1, 40 c. 17 Ut terrena et humida suopte nutu et suo pondere ad pares angulos in terram et in mare ferantur. Conf. Catull. 52, 9. c. not. Voss. In clientelam suopte patris Plaut. Rud. Arg. v. 4. Sususmet: Suimet sanguinis caede Sallust. Fragm. c. 6. Idem in Iugurth. c. 31 Necessè est suomet ipsi more praecipites eant. Plin. 10, 59 ad finem, Hunc suamet vi. Suomet opsonio discit Apul. Apol. p. 300. Ruunt suismet telis Sallust. Fragm. c. 16 pr. Sususmetipse: Plin. 17 Corellius Eques Romanus Atestae genitus, inseruit castaneam suometipsam furculo in Neapolitano agro. Suamet ipsum pecunia praecipitem casurum Sallust. Iugurth. c. 8. Neque suamet ipse scelera occultare, pensi habebat Id. Cat. c. 23. Suismet ipsis corporibus Liu. 2, 19. Gronou. ipsi. Add. Liu. 8, 25.

S Y B

SYBARIS, is. f. [Συβαρίς] *Vrbs Graeciae magnae, luxu deliciasque adeo notabilis, ut quidquid effeminatum, quidquid molle, quidquid accurata atque ambitiosa luxuria paratum esset, id vulgo Sybariticum diceretur.*

SYBARITA, vel SYBARITES, ae. m. [συβαριτης] *Civis eius urbis.* Quinctil. 3, 7, 24 Frugalitas apud Sybaritas forsitan odio foret, etc.

SYBARITANVS, a, um. Adj. [Συβαριτης] Plin. 8, 42 de equis, 30 Docilitas tanta est, ut vniversus Sybaritani exercitus equitatus, ad symphoniae cantum saltatione quadam moueri solitus inueniatur. Sybaritana praeda Varroni apud Nonium 15, 36 est *Lauta et elegans*, Ad Sybaritanam praedam, in qua sunt tripodes, craterae, anancaea pocula nobilium Tarentinarum. Mercer. Anancaea a populo nobilium (vrbium) Tarentinarum, vid. ANANCAEVS.

SYBARITICVS, a, um. Adj. Martial. 12, 97 Libelli Sybaritici; i. *Mollis et libidinosi argumenti, vid. statim SYBARITIS.*

SYBARITIS, idis. f. Patronym. [Συβαριτης] Ouid. Trist. 2, 417 Nec qui composuit nuper Sybaritida, fugit. Putant viri docti respici ad Hemiteonem Cinaedum Sybaritanum, cuius impuras Leges memorat Lucian. aduers. indoctum c. 23. Sed nihil firmi adhuc prolatum est.

SYBOTES, ae. m. [συβωτης] *Subulcus.* Manil. 5, 126 de Hydibus, quas Latini Suculae vocabant, quasi ab *βω* esset nomen, non ab *σω* pluo: Et fidem Laertiadae genere Syboten. q. d. subulci nascuntur sub sidere sucularum.

S Y C

SYCAMINON, [Συκάμινον] *Oppidum fuit in ora Phoenices, cuius sua aetate nihil praeter memoriam existisse; auctores sunt Plin. 5, 50 9 et Strabo lib. 16.*

¶ 2 Sycaminon item Graeci Morum appellant, arboremque ipsam Sycamineam, συκαμίνεον. Hieron. ad Amosi 7, 14 Pastor vellicans Sycomoros. Sycamina docet esse in Septuaginta Interpretum versione, et ait, Quidam ita edisserunt, ut Sycamina velint appellari genus arborum, quae Palaestinae nascuntur in campestribus, et agrestes afferunt ficus: quae, si non vellicentur, amarissimas cariculas faciunt, et a culicibus corrumpuntur. Nobis autem (quia solitudo, in qua morabatur Amos, nullam huiuscemodi gignit arborem) magis videtur rubos dicere, qui afferunt mora, ac pastorum famem et penuriam consolantur. Vlpianus l. 10 D. de Extraordinar. Criminib. Si quis arborem sycaminonem (Sycaminon Haloand. Sycomorum Vulg.) exciderit: nam et haec res vindicatur extra ordinem non leui poena, idcirco quod haec arbores colligunt aggeres Niloticos, per quos incrementa Nili dispensantur. Sycamini lacrimam fronti inducunt, etc. Cels. 3, 18.

SYCE, es. f. [Συχή] *Insula est Asiae adiacens non procul ab Epheso, cuius meminit Plin. 5, 31.*

SYCE, *Herba, alio nomine Peplos et Meconion aphrodes, ex vna radice tenui fructificat, foliis rutae paulo latioribus, semine sub foliis rotundo, minore, quam candidi papaueris Plin. 27, 12. Add. Idem 16, 11. et 20, 6.*

SYCHAEVS, vid. in SICHAEVS.

SYCITES, [συκίτης] *Gemma a fici colore dicta, de qua Plin. 37, 11.* ¶ 2 *Est item Sycites vini facticii genus, ex fico, quod alii palmiprimum, alii Cotorchiten appellant, singulis modis in aquae congiis tribus maceratis, ut docet idem Plin. 14, 16. et 27, 12.*

SYCOMORVS, i. f. [συκόμορος] *Arbor a Ficu et Moro sic dicta. Vulg. Int. Luc. 10, 4. Celsus morosycon appellat 3, 18. et 5, 18, 7.*

SYCOPHANTA, ae. m. [συκοφαντης] Sycophanta, calumniator Gloss. Gr. Lat. Observator et delator eius, qui ficos furto sustulisset. παρὰ τὸ σῦκα φοίνειν, id est, ab indicando ficos. Sycophanta, calumniator: hoc verbum est ab his, qui Athenis accusabant eos, qui cum ficu frumenta extra ciuitatem ferebant Eugraph. ad Ter. Andr. 5, 4.

Festus, Sycophantas appellatos hac de causa dicunt, Atticos quosdam iuuenes solitos aiunt in hortos irrupere ficosque deligere: quam ob causam lege est constitutum, ut qui id fecisset, capite truncaretur: quam poenam qui persequerentur ob paruula detrimenta, sycophantas appellatos. Nugas alias Graeculas hic non persequimur. Satis est, Sycophantam apud Latinos dici calumniatorem, vel si in re minus seria peruertat corrumpatque interpretando dicta aut facta Cauillatorem. Clauit. me sycophantam hereditatem persequi Ter. Andr. 4, 6, 19.

De quouis mendace, apud Plaut. Trin. 3, 3, 86. Sic Plaut. Amph. 1, 3, 8 Nimis hic scitus est sycophanta, qui quidem sit meus pater. i. adulator. Conf. Idem Men. 2, 1, 34. Pergraphicus sycophanta, vid.

PERGRAPHICVS. Vid. de hoc vocabulo Pollet. Histor. Fori Rom. 4, 1. 95. A. Alciat. Parerg. 11, 4.

SYCOPHANTIA, ae. f. [συκοφαντία] *Calumnia, delatio, falsa accusatio. Fallacia.* Plaut. Mil. 3, 1, 17 Nam ego inueni lepide sycophantiam. Sycophantias struere, Machinari Idem Afin. 1, 1, 56. Add. Idem Bacch. 4, 4, 88. et Poen. 1, 3, 16. et Trin. 4, 2, 100.

25. Gell. 14, 1.

SYCOPHANTOR, ari. [συκοφαντήτω] *Falso accusare, cauillari,* Plaut. Trin. 3, 3, 57 Quanquam hoc me aetatis sycophantari pudet. Ibid. 4, 2, 116.

SYCOPHANTIÖSE. Adu. [συκοφαντικώς] *Comice dictum pro* 105

Dolose, per calumniam. Plaut. Pseud. 4, 7, 113 Ego nec sycophantiose quidquam ago, nec malefice.

SYCOPHYLLON, i. n. *Herba. al. hibiscus.* Apul. de Herb. c. 83.

SYCOSIS, is. f. [*σύνκωσις*] Sycosis, caro excrefcens (palpebrarum) Scribon. 37. *Conf.* Celf. 6, 3.

SYCORIS, vid. SICORIS.

SYCOTVM, i. n. [*σικωτόν*] *Esca ex ficibus parata.* Apic. 7, 3.

SYCVSSA, ae. f. [*Συκῆσσα*] *Insula in mari Aegeo, ante Ephesum, de qua Plin. 31, 5.*

S Y D et S Y E

SYDERIS, is. m. [*Σύδρις*] *Fluuius in finibus Caspiorum et Hyrcanorum, a cuius ostio Caspium mare nomine amisso, Hyrcanum incipit appellari.* Plin. 6, 16.

SYDVS, vid. SIDVS.

SYENE, es. f. [*Σύνη*] *Urbs in confinibus Aethiopiae atque Aegypti.* Plin. 2, 73 Simili modo tradunt, in Syene oppido, quod est supra Alexandriam quinque millibus stadiorum, Solstitii die medio nullam umbram iaci: puteumque eius experimenti gratia factum totum illuminari. Ex quo apparere, tum solem illi loco supra verticem esse. *Est itaque Solstitii descriptio.* Lucan. 2, 587 Umbras nusquam flectente Syene. Atra Syene Claud. de Nilo 19. Calida Syene Ouid. ex Pont. 1, 5, 79. Eoa Syene Stat. Silu. 2, 2, 86.

SYENITES, ae. m. *Marmor circa Syenem.* Plin. 36, 8. *Vid.* Ouid. Met. 5, 74.

S Y G et S Y L

SYGAROS, i. [*Σύγαρος*] *Insula est in sinu Arabico, in qua nulli sunt canes, atque aliunde importati circa litora errantes moriuntur.* Plin. 6, 28.

SYLA, ae. per simplex L. [*Σύλα*] *Mons Lucaniae, et silua in illo.* Sallust. de Fugitiuis, In silua Sylva fuerunt, apud Seru. ad Virg. Aen. 12, 715 Ac velut ingenti Sylva. *Al.* Sila.

SYLLA, vel SVLLA, ae. m. [*Σύλλας*] *Cognomen gentis Corneliae, quod nobilitauit Faustus ille f. Felix [*ἑκαφρόδιτος*] agnominatus L. Cornelius Sulla Dictator.* A Sura pedis enormiter vel

parua, vel magna, Surulam et contracta voce Sullam dictum putabam, cui fauet origini, quod in numis perpetuo, nisi fallor, Sulla non Sylla scribitur. Sed intercedit Macrob. Sat. 1, 17 Bello Punico hi Iudi (Apolinares) primum sunt instituti suadente Cornelio Rufo decemuiro, qui propterea Sibylla cognominatus est, et postea corrupto nomine primus

Sylla coepit vocitari. L. Cornelii Syllae vitam descriptam habemus a Plutarcho. Innumerabilis eius mentio apud Ciceronem et caeteros. Homo a populi causa remotissimus L. Sulla Cic. pro Cluent. Municipiis ciuitatem ademit L. Sulla Idem pro Domio. Magister sce-

rum Sulla Lucan. 1, 3 6. Emisti bona Sex. Alpheni L. Sulla Dictatore vendente Cic. pro Quint. 76. Pro P. Sulla coniurationis

Catilinariae reo causam dixit Cicero. Sunt et plures sub Imperatoribus.

SYLLANVS, vel SVLLANVS, a, um. Adi. [*Συλλανός*] Cic. Att. 10, 7 Non fuisset — tam dirus ille dies Sullanus callidissimo viro C. Mario, si nihil vtrumque eorum fefellisset. Idem de Lege

Agrar. 3, 7 Qui nos Sullanos in inuidiam rapit? Cadavera Sullana Lucan. 2, 210. Ferrum Sullanum Id. 1, 330. Manes Sullani Id. 1, 576.

SYLLATVRIO, ire. *Syllam imitari cupere.* Cic. Att. 9, 10 Hoc turpe Cn. noster biennio ante cogitauit, ita syllaturit animus eius, et proscripturit diu, vid. PROSCRIBO. Quinctil. 8, 3 et 6.

SYLLABA, ae. f. [*συλλαβή*] *Comprehensio literarum, vel vnus adeo Vocalis enuntiatio, temporum capax.* Diomedes 2 p. 423 Syllabae, vt ait Varro, aliae sunt asperae, aliae lenes, procerae aliae, aliae retortae, aliae Barbarae, aliae Graeculae, aliae durae, aliae molles.

Asperae sunt, vt crux, trux, trans. Lenae, vt lana, luna. Procerae sunt, quae Vocalem longam habent in penultima, vt facultas. Retortae sunt, quae mutam habent extremam, vt hic, haec, hoc. Barbarae sunt, vt gaza. Graeculae, vt Hymnos, Zenon. Durae, vt Ignotus. Molles, vt aedes. Si versus pronuntiatu est syllaba vna breuior aut longior Cic. Parad. 3 fin. Mus, est syllaba Sen. Epist. 48. Clarae

syllabae, vid. CLARVS. Auiceps leguleius syllabarum Cic. de Orat. 1, 236 c. 55. Cadunt verba in syllabas, vid. CADO. Coeuntes inter se syllabae Quinctil. 1, 1. Verba distorques, et syllabas Digeris Sen. Epist. 48. Peccare in syllaba Cic. in Parad. 3. Terminare clausulam longa syllaba Idem de Orat. 3, 181.

Syllabae, pro Versibus hendecasyllabis. Martial. 1, 62 Verona doctri syllabas amat vatis: Marone felix Mantua est. Doctum vatem appellat Catullum. Add. Sidon. Epist. 9, 7. Plin. praef. Apul. de Mundo p. 248.

SYLLABATIM, Adu. [*κατὰ συλλαβὰς*] *Per singulas syllabas.* Cic. Att. 13, 25 extr. At ego, ne Tironi quidem dictaui, qui totas periochais persequi solet, sed Spintharo syllabatim. Idem Acad. 4, 119 c. 38 Quum enim tuus iste Stoicus sapiens syllabatim tibi ista Dixerit. Add. Sidon. Epist. 9, 14.

SYLLABVS, vid. SILLIBVS.

SYLLABIRO, are. Sarisbr. Policr. 5, 16 Qui syllabirare non nouit. *Al.* syllabizare.

SYLLABICVS, a, um. vt, Adiectio, apud Grammat.

SYLLACEVS, a, um. i. purpureus Vitruu. 7, 5. sed rectius legitur filaceus.

SYLLEPSIS, is. f. [*σύλληψις*] *Dici potest Conceptio: ab σύν con, λήψις acceptio: quae fit, quum pluralis dictio singulari verbo copulatur; vt, Virg. Aen. 1, 557 — Sociis et rege recepto. Aut singularis plurali verbo connectitur; vt, Virg. Ecl. 1, 82 — Sunt nobis mitia poma, Castaneae molles, et pressi copia lactis. Aut quum*

pro multis vnus ponitur; vt, Idem Aen. 2, 20 Armato milite complent. Item pro uno multi; vt, Idem ibid. 9, 525 Vos, ó Calliope, precor adspirate canenti. Quem versum qui emendare volunt, gratiam illius miram corrumpunt. Sic Syllepsis est Liu. 30, . . . Magna pars faucii. Ibidem. Vitur eo nomine Seruius tum alias, tum ad

Georg. 2, 17.

SYLLOGISMVS, i. m. [*συλλογισμός*] *Computatio, conclusio. Ratiocinatum vel collectiuum statum vertit Quinctil. 3, 6, 45. Id. 3, 7 In syllogismo tota ratiocinatio ab eo est, qui intendit. Conf. Idem 5, 10. et 14, 7, 8. Syllogismi circumscripti, et effecti Plin. Epist. 2, 3. Circumscripti, id est breues effecti, id est elaborati, et arte*

perfe-

perfecti. Conf. Sen. Epist. 108. Gell. 15, 26. Tertull. de Praecript. c. 51. Sidon. Epist. 4, 3. et 9, 9.

SYLLOGISTICVS, a, um. *Vt, Status syllogisticus Quintil. 5, 10.*

SYLLOGISMATICVS, a, um. *Idem. Fulgent. Mythol. i Aristotelis syllogisticum verbiloquium.*

SYLLOGIZO, Ære. *Quintiliano adscribitur.*

SYLVA, f. **SILVA**, ac. f. [*ύλη, δρυμός*] *Generale nomen est, proprie arborum multitudo, quae caedua est, hoc est, quae habetur in eum usum, ut ex ea caedatur materia: deinde generatim multitudo quaedam inordinata, et velut sponte nata, e qua aliquid deligi effigie potest, quam significationem etiam Graecorum ύλη habet. Est ergo ab ύλη, et tamen ideo non verior ea ratio, quae per Graecam litteram Sylva scribitur: cum quae antiquitus translatae Latini, in iis litteraturam mutauerint, ut, ne longe abeamus, in stipēs, frigo, lacrima, ex ύπος, Φρύγω, δάκρυον, factum est. Certe optima quaeque monumenta Siluam et Siluanum, etc. agnoscunt. Locum ergo hic seruet antiquum: sed meminimus melius esse Silua.*

Seruius ad Aen. 1, 318 Quam Graeci ύλην vocant, Poetae nominant siluam, id est, elementorum congeriem, vnde cuncta procreantur. Virg. Aen. 3, 681 — Silua alta Iouis, lucusue Dianae. 20

Locus in media silua maxime opacus et frigidus Cic. de Orat. 1, 18.

Brachia siluarum, Rami Stat. Theb. 1, 362. Comae siluarum, Frondes Idem Silu. 3, 3, 98. Filia siluae pinus Hor. Carm. 1, 14, 12. Gloria siluarum pinus Stat. Silu. 5, 1, 151. Agrestis Ouid. Met. 7, 142. Alta Idem ibid. 14, 364. Antiqua Virg. 25

Aen. 6, 179. Ardua Ouid. Fast. 1, 243. Al. Incaedua. Arens Virg. Aen. 12, 522. Barbarica, vid. BARBARVS. Caedua vid. CAEDO.

Cannabiae Grat. Cyneg. v. 47. Comata Catul. 4, 11. Conseminea, vid. CONSEMINEVS. Densissima Virg. Georg. 2, 17. Formidolosis siluis latent ferae Hor. Epod. 30

5, 55. Frequens trabibus silua Ouid. Met. 8, 329. Frondiferae Lucret. 1, 257. Glandaria, vid. GLANDARIVS, in GLANS. Immensa Virg. Aen. 6, 186. Incidua silua Stat. Theb. 6, 90. Incidua silua per multos annos Ouid. Amor. 3, 1, 1. Ingentes silvae Lucret. 5, 1242. Iugosae siluae Ouid. Epist. 4, 85. Magna 35

Virg. Georg. 3, 219. Nemorosae Ouid. Met. 10, 687. Nigræ Hor. Carm. 1, 21, 7. Opacae Ouid. Met. 6, 687. Palaris silua, vid. PALARIS, in PALVS, pali. Pascua silua est, Quae pascuis pecudum destinata est Paull. in l. Silua D. de verbor. signific.

Pineae Virg. Aen. 9, 85. Procerae Ouid. Epist. 16, 107. Pro-fundae Lucret. 5, 42. Rudes, h. e. Materia nondum caesa, nec dolata Claud. de Rapt. Proserp. 3, 366. Rusticae Ouid. Epist. 4, 102. Salubres Hor. Epist. 1, 4, 4. Secretae Ouid. Rem. Amor. 591. Steriles Virg. Georg. 2, 440. Vernantes Senec. Herc. Oct. 4. Vetustae Ouid. Met. 6, 521. Virentes Catull. 45

32, 10. Viridicatae Cic. Qu. Fratr. 3, 17. Virides Ouid. Met. 3, 324. Umbrosae Id. Met. 1, 693. ¶ 2 Cum verbis:

Abstrusi mane me in siluam densam et asperam, non exeo inde ante vesperam Cic. Att. 12, 16. Ambire siluas plagis Ouid. Met. 2, 499.

Aucta silua sororibus Idem ibid. 2, 372. Canit silua aubus Lucret. 1, 257. Caedere siluas, vid. CAEDO. Conuellere viridem siluam ab humo Virg. Aen. 3, 24. Ducere siluas Quintil. 1, 1. de Orpheo. Decutere honorem siluis Virg. Georg. 2, 404. Erue-re siluas Idem ibid. 4, 329. Excidere siluas Lucret. 5, 1265. Exe-derat ardor flammeus siluas Idem 5, 1252. Ministrat alta silua tae-das Virg. Georg. 2, 431. Nutat obscura silua Senec. Thyest. 8.

Nudata cacumina siluae Ouid. Met. 1, 346. Pacantur incultae vomere siluae, Domantur aratro, Fiunt noualia Hor. Epist. 1, 2, 45. Re-boant siluae Virg. Georg. 3, 223. Rotat siluas amnis Stat. Silu. 4, 3, 79.

Silua vetus nulla Violata securi Ouid. Met. 3, 28. ¶ 3 Ob-feruatt. Per metonymiam pro feris in silua agentibus, ut Grat. 80 Turbat Odor siluas. Vid. Burm. ad Val. Fl. 3, 531. Siluae mater herba Periclymenum Scrib. 129. Silua, de Herbis Virg. Georg. 3, 385 Subit aspera silua Lap-paeque, tribulique. Conf. l. 17 §. 1 ff. si seruit. vindic. Burm. ad Grat. v. 47. Virg. Georg. 2, 26 Siluarumque aliae pressos propa-ginis arcus Exspectant. Silua de unica arbore: vid. Passerat. ad Propert. 1, 14, 5. Barth. ad Stat. Theb. 2, 248. et 6, 280.

Metaphor. Iuuen. Sat. 9, 13 Horrida ficcae Silua comae, nullus tota nitor in cute. ¶ 4 Ex illa generali significatione, de qua initio dictum, Medicinae silua, est Copia atque congeries eiusmodi rerum, unde medicamenta parari possint. Plin. praef. 35. Reliquit non mediocrem siluam Observationum antiqui sermonis Suet. de Ill. Gramm. c. vlt. Cic. de Orat. 3, 101 c. 26 Primum silua rerum ac sententi- arum comparanda est, qua de parte dixit Antonius. h. e. Maxima con-geries et vbertas. Cic. in Orat. 12 Platonis et aliorum philoso- phorum disputationibus et exagitatus maxime orator est, et adiutus. Omnis enim vbertas, et quasi silua dicendi, ducta ab illis est. i. Omnis copia, et dicendi materia. Nihil est enim, de quo Philosophi non loquan- tur, quum res omnes diuinas atque humanas sibi tractandas sumant. Quintil. 10, 3, 17 Diuersum est huic eorum vitium, qui primo decur- rere per materiam siluam quam velocissimo volunt, et sequentes calorem atque impetum, ex tempore scribunt. Hanc siluam vocant: repe- tunt deinde, et componunt, quae effuderant. Hinc etiam Poetae extem- poralia carmina Siluas dixere, ut Statius, de quo genere vid. Scal. Poët. 3, 9. Geuart. Lectr. Papin. 1, 2. Voss. Instit. Orat. § p. 278.

*SYLVVLA, vel SILVULA, ac. f. Dimin. [*δρυμυλδιον*] Columel. 8, 15 Sunt enim quibus cordi est vel in siluulis tamaricum, aut sir-porum fructibus immorari: nec ob hanc tamen causam totus locus siluulis occupetur. Conf. Sidon. Carm. 9, 230.*

*SYLVESTER, et SYLVESTRIS, melius SILVESTER, et SILVESTRIS, e. Adj. [*άγριος*] Quod est siluae. Virg. Ecl. 1, 2 Siluestrem tenui musam meditaris auena. Idem Georg. 2, 51. Cic. de Amicit. 70 c. 19 Quum locis etiam ipsis delectemur montuosis et siluestribus. h. e. In locis, qui in montibus sunt, et siluis. Fe- stis Siluester Aëdon Petron. c. 131. Agrum siluestrem mitigat flammis Hor. Epist. 2, 2, 186. Antra siluestria Ouid. Met. 13, 47. Arbor siluestris Virg. Ecl. 3, 70. Coitio siluestris Cic. pro Cael. 26. Dona siluestria Catull. Argon. 62, 279. Homines silue- stres Hor. de Arte Poët. 391. i. Rudes. Cic. de Nat. Deor. 2, 131*

Arborum autem confectioe omnique materia et culta et siluestri, par- tim ad calfaciendum corpus igni adhibito, et ad mitigandum cibum vitur, partim ad aedificandum, vt tectis septi frigora caloresque pel- lamus. Montes vestiti atque siluestres Cic. de Nat. Deor. 2, 132 c. 53. Numina siluestria Ouid. Fast. 3, 302. Siluestris Regio in aruorum formam redigenda Colum. 2, 11. Saltus siluestris Curt. 4, 3, 21. Sepibus siluestribus loca densa Cic. de Nat. Deor.

- 1, 120. Cic. de Inuent. 1, 2 Qui dispersos homines in agris et in Tectis filuestribus abditos, ratione quadam compulit in vnum locum et congregauit. Tumulus filuestris Liu. 27. Via inculta et filuestris Cic. de Clar. Orat. 59. Vita filuestrium Idem de Nat. Deor. 2, 99. Compar. Plin. 16, 27 Siluestriora omnia tardiora.
- 2 Ex notione Graeci nominis ὑλικός idem est, quod materialis, corporeus. Macrobi. in Somn. Scip. 1, 6 p. 20 Anima enim aliena a filuestris contagione materiae tantum se auctori suo et sibi debens, simplicem sortita naturam.
- 10 SYLVATICVS, melius SILVATICVS, a, um. Adi. [ὕλαϊος] Quod ad siluam pertinet; ut, Siluaticus mus, apud Plin. 30, 9. habitans in siluis. Falces siluaticae Cato c. 11. Laurus siluatica, Crescens in siluis Idem c. 8. Laetuca Apul. de Herb. c. 30. Pirus Varr. R. R. 1, 40. Add. Cels. 5, 27. Pallad. Aug. t. 8.
- 15 SYLVICOLA, f. SILVICOLA, ae. m. [ὕλαϊότης] Qui siluam incolit. Propert. 3, 13, 34 His tum blanditiis furtiua per antra puellae Oscula filuiculis emta dedere viris. Add. Virg. Aen. 10, 551.
- SYLVICVLTRIX, f. SILVICVLTRIX, icis. f. [ὕλαϊώτης] Catull. 61 (64) 72 Vbi cerua filuicultrix, vbi aper nemoriuagus?
- 20 SYLVIFRAGVS, f. SILVIFRAGVS, a, um. Adi. Siluas frangens: qualis est ventus, a quo arbores in siluis et franguntur et eruantur. Lucret. 1, 276 Montesque supremos Siluifragis vexat flabris. De vi et impetu ventorum.
- SYLVI GER, melius SILVIGER, era, erum. Adi. [ὕληφόρος] 25 Vt, Siluigeri montes Plin. 31, 3. de montibus Hircanis.
- SYLVOSVS, f. SILVOSVS, a, um. Adi. [δρυμώδης, ὕλας, ὕλῳδης] Vbi multae siluae sine arbores sunt. Arbores crebrae et filuosae Vitr. 8, 1. Liu. 9, 2 Saltus duo alti, filuosique sunt, montibus circa se perpetuis inter se coniuncti. Plin. 12, 5 Superiores 30 eiusdem rami in excelsum emicant filuosa multitudine.
- SYLVESCO, f. SILVESCO, ere. [ὕλομανέω, ὕλημανέω] In siluam redigi, seu filuestris, aut infructuosas arbores sarmentae fieri. Cic. de Senect. 52 c. 15 Ne siluescat sarmentis, et in omnes partes nimia fundatur. Columel. 4, 11. et 5, 6. Mart. Capella 3 p. 59.
- 35 SYLVESCENS, f. SILVESCENS, entis. Partic. Arnob. 3 p. 109 Capilli filuescentium crinium velleribus inuoluti.
- SYLVANVS, f. quod optima monimenta habent, SILVANVS, i. m. [Συλβάνος] ut ait Seruius, Deus est siluarum. Hic amavit puerum Cyparissum nomine, qui habebat mansuetissimam ceruam. Hanc 40 quum Siluanus nescius occidisset, puer est extinctus dolore, quem amator deus in cupressum arborem eius nominis vertit, quam pro solatio portare dicit Virg. Georg. 1, 20 Et teneram ab radice ferens Siluane cupressum. Varro apud Augustin. de C. D. 6, 9 Mulieri foetae post partum tres deos custodes commemorat adhiberi, ne Siluanus 45 deus per noctem ingrediatur et vexet, eorumque custodum significandorum causa tres homines noctu circumire limina domus, et primo limen securi ferire, postea pilo, tertio deuerrere scopis: ut his datis culturae signis, Deus Siluanus prohibeatur intrare: quia neque arbores caeduntur ac putantur sine ferro, neque sar conficitur sine pilo, 50 neque fruges coaceruantur sine scopis. Ab his autem tribus tres nuncupatos Deos, Intercidonam (al. Intercidonem) a securi intercisione, Pillumnum a pilo, Deuerram a scopis; quibus Diis custodibus contra vim Dei Siluani foeta conseruaretur. Conf. SILANVS. Vet. Auctor de Limit. p. 294 Gies. Omnis possessio quare Siluanum colit? Quia primus in terram lapidem finale posuit. Nam omnis possessio tres Siluanos habet. Vnus dicitur domesticus, possessioni consecratus: alter dicitur 55 agrestis, pastoribus consecratus: tertius dicitur Orientalis, qui est in confinio lucus positus, a quo inter duo pluresue (intell. possessores) fines oriuntur. Huius Siluani domestici sunt plures tituli antiqui.
- 60 V. g. Reines. Inscr. Cl. 1, 102 et 103. Ipse Reinesius ad 1, 101 Siluanum etiam Larem esse ostendit. In Diis vialibus etiam cultum demonstrat Otto de tutela viarum P. 1 c. 12. De Siluanis et Faunis vid. Plin. 12, 1. Arbitrator umbrae Siluanus Stat. Theb. 6, 111. Deus aruorum pecorisque Siluanus Virg. Aen. 8, 600. Horridus Silvanus Hor. Carm. 3, 29, 23. Potentes nemorum Siluanum 65 Lucan. 3, 403.
- SYLUIA, melius SILUIA, ae. f. [Συλβία] Nomen, quo Ilia, Romuli mater, vocata est. Virg. Aen. 7, 487. Ouid. Fast. 2, 383 Siluia Vestalis caelestia semina partu Ediderat, patruo regna tenente suo. al. 70 Ilia Vestalis.
- SYLUIVS, f. SILUIVS, i. m. [Συλβίος] Aeneae filius: a quo postea omnes Albani reges, Siluii dicti sunt ab huius nomine: sicut hodie Romani imperatores Augusti vocantur: Seruius enarrans hunc locum Virg. Aen. 6, 763 Primus ad auras Aetherias Italo commistus sanguine surget Siluius. Ab hoc alii quoque Albani reges Siluii dicti. Vid. Festus.

S Y M

- 80 SYMAETHIS, idis. Ouid. Met. 13, 750 Acis erat, Fauno Nymphaeque Symaethide cretus.
- SYMAETHVS, i. m. [Σύμαεθος] Fluuius Siciliae, non longe ab Aetna, qui, ut ait Strabo in agrum Cataneum influit. Vid. Plin. 3, 8. Sil. 14, 231 Rapidique colunt vada flata Symaethi. Est etiam Nomen 85 Viri apud Sil. 9, 410.
- SYMAETHIVS, a, um. Attributum. Virg. Aen. 9, 584 Eductum Martis luco Symaethia circum Flumina.
- SYMBOLIA, ae. f. et SYMBOLVM, i. n. et SYMBOLVS, i. f. eiusdem originis et significationis generalis nomina, [συμβολή, σύμβολον, σύμβολος] a Graeco συμβάλλειν ducta, quod significat conferre, coniicere, comparare. Symbola est collatio pecuniae vel ciborum inter amicos vna epulari volentes: Symbolum est signum conferendum cum sua parte vnde defractum est, cum suo typo etc. et generatim deinde signum: Symbolus signum literatum, libellus. Haec nunc se 95 paratim considerabimus. Igitur Symbola est collatio, ut diximus, ad epulas communes. Ter. Eun. 3, 4, 1
- Heri aliquot adolescentuli coiimus in Piraeo, In hunc diem ut de Symbolis essemus: Chaeream ei rei Praefecimus: dati annuli: locus tempus constitutum est. Praeteriit tempus, quo in loco dictum est parati nihil est. 100 Idem Andr. 1, 1, 61 Eho quid Pamphilus? Quid? Symbolam dedit, coenauit. Sic Plaut. Curc. 4, 1, 13. Symbolarum collatores apud forum piscarium, ubi opsonant pisces, etc. Gell. 6, 13 extr. de sermonibus conuiualibus, Tales erant apud Taurum Symbolae, taliaque 105 erant secundarum mensarum, ut ipse dicere solitus erat, τραγήματα. Plaut.

Plaut. Epid. 1, 2, 22 *seruus cur minatus plagas fuerat suus herus*, Sine meo sumtu paratae iam sunt scapulis Symbolae. Forte alludit etiam ad etymon, in quantum plures lorarii conferunt in tergum unius plagas. Sed proprie Plaut. Stich. 3, 1, 28 *Eo condixi in Symbolam ad coenam*. Et v. 34 *Eadem Symbolam dabo, et iubebo ad Sangarinum coenam coqui.* 5

S Y M B O L V M est signum, proprie quod collatis frustis stipulae, annuli, numi agnoscitur. Pertinet huc Isid. Orig. 5, 24 ubi stipulationem declarat: Veteres enim quando sibi aliquid promittebant, stipulam tenentes frangebant, quam iterum iungentes, sponiones suas agnoscebant. Habet institutum Germania huic rei declarandae velde aptum. Duabus taleis ligneis, aequalibus, sibi admotis, uno cultri ductu inciduntur notae numerales I. V. X. Alteram deinde seruat creditor, caupo, ut hoc utar, alteram habet debitor, et mittit, quoties augeri vult sibi creditum etc. est enim res nota omnibus. Tales taleae (Kerboelzer) Symbolorum nomen, quod pulchre declarant, gerere possunt merito: tota enim probatio, quid debeatur, inest in collatione, *συμβολή*, talearum. Porro Symbola commoda praestant annuli signatorii, eorumque ἀποσφραγίσματα s. expressi in cera vel cretula characteres. Hinc Plin. 33, 1 Et ideo miror Tarquinii eius statuam sine annulo esse. Quamquam et de nomine ipso ambigi video: Graeci a digitis appellauere [*δακτύλιον*] apud nos prisca ungulum vocabant, postea et Graeci et nostri Symbolum. Plaut. Pseud. 2, 2, 53

Tu epistolam hanc a me accipe, atque illi dato

Nam istuc Symbolum est inter herum meum et tuum de muliere.

PS. Scio equidem, ut qui argentum afferret, atque expressam imaginem

Suam huc ad nos, cum eo aiebat velle mitti mulierem.

Nam hic quoque exemplum reliquit eius. HAR. Dato ergo istum Symbolum illi.

Symbolum est inter herum meum et tuum. i. conuenit inter eos de signo etc. Symbolus est cera vel creta, epistolaque adeo, quae habet illud ἀποσφραγίσματα s. signum annuli expressum. De hoc in argumento fabulae, Simul consignat Symbolum, ut Phoenicium (puellam) ei det leno, qui cum cum reliquo (pecuniae) afferat. Apertissime autem res apparet collatis 1, 1, 51 sqq. quae non piget adscribere, ex epistola puellae ad suum amatorem,

Leno me peregre militi Macedonico

Minis viginti vendidit, voluptas mea,

Et priusquam hinc abiit, quindecim miles minas

Dederat, nunc vnae quinque remorantur minae:

Ea causa miles hic reliquit Symbolum.

Expressam in cera ex annulo suo imaginem,

Vt qui huc afferret eius similem Symbolum,

Cum eo simul me mitteret.

Et 4, 7, 104 Ego tibi argentum dedi, Et — Heri imagine obgnatam epistolam (hic est Symbolus) hic ante ostium.

Symbolum Christiani dixerunt formulam fidei, qua se nimirum mutuo velut tessera quadam agnoscerent: ratione petita vel a re militari, vel si proximam originem spectes, a Graecorum mysteriis, in quibus Symbola quaedam usurpabant, id est, vel verba vel ritus, quibus se inuicem agnoscerent etc. Vid. Auct. Hist. Symboli Apostol. c. 1 §. 5 sq. ex Rufini Expos. Symb. Apost. §. 2 p. 565. etc. Hinc Ambros. de Cain et Abel 1, 9 Caue ne incaute Symboli vel Dominicae orationis diuulges mysteria. Add. Isid. 6, 19 p. 974, II Gothofr. Nostrum non est, latius ista persequi. Addimus modo illud ex usu Graecorum Symbola Pythagorae dicta praecipua quaedam breuia, obscura, signa occulta plane aliarum rerum, quam quas prae se ferrent ipsa vocabula: unde tractum illud, ut Symbola vocentur sententiae, quas quis frequentat, quas ad nomen suum solet adscribere, etc.

S Y M B O L V S, i. m. Idem fere quod Symbolum, nempe character aliquis s. typus, qui cum alio collatus rem indicet. Praeter ea, quae modo e Plauto allata sunt, add. Plaut. Bacch. 2, 3, 31 *Debitum repetere iussus erat Mnesilochus ab Archidemide: hic debere se negat,*

Continuo antiquom hospitem nostrum sibi

Mnesilochus aduocauit Pelagonem senem:

Eo praefente homini extemplo ostendit Symbolum,

Quem tute dederas, ad eum ut ferret filio.

NI. Quid? ubi ei ostendit Symbolum? CH. Infit dicere,

Adulterinum, et non eum esse Symbolum etc.

Peculiaris est locus Iustin. 2, 12, 2 Atheniensium dux Themistocles, quum animaduertisset Ionas, propter quos bellum Persarum rex susceperat, in auxilium regis classe venisse, sollicitare eos in partes suas statuit: et quum colloquendi copiam non haberet, quo applicituri erant, symbolos proponi, et saxis proscribi curat, Quae vos Iones dementia tenet? quod facinus agitis? Bellum inferre olim conditoribus vestris, nuper etiam vindicibus cogitatis? An ideo moenia vestra condidimus, ut essent qui nostra delerent? etc. Quo in loco Symbolos non pro Literis ipsis poni videntur, quae separatim memorentur, sed pro signis et notis, quas Themistocles proposuerat, ut Iones his notis procul admoniti eo naues appellerent, appulsique ea verba legerent, quae in saxis proscribi curarat: nec referenda ea verba, Saxi proscribi, ad symbolos, sed ad ea, quae sequuntur, Quae vos Iones etc. Herodotus 8, 22 in loco, ubi aequatio esset, τὰ ποτιμα ἔδατα, in saxi perscripsisse ait Themistoclem. Apertissima etiam narratio Plutarchi in Themistocle, sed nulla Symbolorum mentio.

S Y M B O L I C E. Adu. [*συμβολικῶς*] Gell. 4, 11 Operte atque Symbolice, de Symbolis, quae vocari solent Pythagorae, i. praecipis aliud significantibus, quam verba prae se ferre videntur.

S Y M B O L I V M, i. n. Hieron. Ep. 28.

S Y M M A C H V S, i. m. [*Σύμμαχος*] Romanus orator, nomen cui respondet Latinum Auxilius. Citatur a nobis interdum Q. Aurelius Symmachus, Vir Consularis, aeuo Theodosii, cuius exstant Epistolarum libri ad imitationem Plinii scripti, sed impari successu: est in his 10, 61 relatio ad Theodosii filios imperatores, de ara Curiae restituenda, et honoribus Vestalium, aduersus Christianos, cui respondit duabus epistolis S. Ambrosius.

S Y M M E T R I A, ae. f. [*συμμετρία*] Commensuratio s. Commensus Latinis dicitur, et conuenientia mensurarum, seu proportio. Symmetria est ex ipsius operis membris conueniens consensus, ex partibusque separatis ad vniuersae figurae speciem, ratae partis responsus Vitr. 1, 2. Aedium compositio constat ex symmetria Idem 3, 1. Symmetriarum ratiocinatio Idem 1, 2. Plin. 34, 8 Primus hic multiplicasse varietatem videtur, numerosior in arte quam Polycletus, et symmetria diligentior. Symmetriam diligenter custodiuit Id. 34, 8. 105

SYMMETRVS, a, um. Adj. *Laudatur Vitruu. 1, 2 p. 6 ubi statim post definitionem Symmetriae modo propositam additur, Vt in hominis corpore e cubito, pede, palmo, digito, caeterisque partibus Symmetros est, sic est in operum perfectionibus. Sed desse videtur Substantiuum nomen. Cod. Arundel. apud Laet. Symmetros est eurhythmiacae qualitas.*

SYMMONIANVM, i. n. *Trifolium, vel (ut Ruellio placet) SYMMONIA CVM, [ἀσφάλτιον] Herba, quam describit Columel. 6, 17, 2. Editur Simonianum. Vid. Viri docti ad locum.*

SYMMYSTA, f. **SYMMYSTES**, ae. m. [*συμμύστης*] *Secretorum sacrorum conscius, ut apud Orig. interpretem: Sicut Ioannes symmysta pronuntiat dicens: Quia si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Deum Iesum Christum. Apul. Apol. p. 310 pr. Liberi patris Symmystae, qui adestis, scitis, quid domi conditum celetis, i. orgiis f. mysteriis mecum initiati.*

SYMPATHIA, ae. f. [*συμπάθεια*] *Latine Compassio dici potest, et naturalis consensus vel conuenientia. Cic. de Nat. Deor. 3, 28 Illa vero cohaeret et permanet naturae viribus, non deorum. estque in ea iste quasi consensus, quam συμπάθειαν Graeci vocant. Quam sympathiam lumbi ad oculum haberent Varro ap. Non. 6, 57. Plin. 28, 7 Supposita tantum calici lacinia tali, statim metum eum discuti, videlicet praevalente sympathia illa Graecorum, quum rabiem canum eius sanguinis gustatu incipere dixerimus. de menstruis. Continuatio coniunctioque naturae, quam ut dixi vocant συμπάθειαν eiusmodi, vt thesaurus ex ouo intelligi debeat Cic. de Diuin. 2, 124. Conf. Gell. 19, 7 tit.*

SYMPERASMA, ätis. n. [*συπέρασμα*] *Conclusio, connexio. Mart. Capell. p. 98 et 127. Conf. Quintil. 5, 14.*

SYMPHONIA, ae. f. [*συμφωνία*] *Consonantia, muscus concentus. Cic. pro Cael. 35 c. 15 Accusatores quidem, libidines, amores, adulteria, Bais acta conuiuia, comissiones, cantus, symphonias, navigia iactant. Idem Verr. 2, 31 Curritur ad Praetorium, quo istum e conuiuio illo praeclearo reduxerant, paullo ante mulieres, cum cantu atque symphonia. Discumbens inter choros ac symphonias Suet. Calig. c. 47. Plin. 10, 29 Visum iam saepe, iustas canere coepisse, et cum symphonia alternasse. Hor. de Arte Poët. 374 Vt gratas inter mensas symphonia discors. Cic. Verr. 3, 105 Cum in eis conuiuio symphonia caneret, maximisque poculis ministraretur. Ad symphoniam canere Sen. Ep. 12. Cic. Verr. 5, 51 c. 13 Non iudicia fieri: lucum illum litoris percrepare totum mulierum vocibus, canique symphoniae, etc. Malit, quisquis vir est, sonitum suum classico quam symphonia rumpi Sen. Ep. 51. Symphoniae modulis dulcissimis Personabant Apul. Met. 11 p. 261. Add. Petron. c. 33 et 36 etc. Plin. 9, 8. Idem 8, 42 Ad symphoniae cantum saltatione quadam moueri.*

SYMPHONIA, ae. f. [*συμφωνία*] *Consonantia, muscus concentus. Cic. pro Cael. 35 c. 15 Accusatores quidem, libidines, amores, adulteria, Bais acta conuiuia, comissiones, cantus, symphonias, navigia iactant. Idem Verr. 2, 31 Curritur ad Praetorium, quo istum e conuiuio illo praeclearo reduxerant, paullo ante mulieres, cum cantu atque symphonia. Discumbens inter choros ac symphonias Suet. Calig. c. 47. Plin. 10, 29 Visum iam saepe, iustas canere coepisse, et cum symphonia alternasse. Hor. de Arte Poët. 374 Vt gratas inter mensas symphonia discors. Cic. Verr. 3, 105 Cum in eis conuiuio symphonia caneret, maximisque poculis ministraretur. Ad symphoniam canere Sen. Ep. 12. Cic. Verr. 5, 51 c. 13 Non iudicia fieri: lucum illum litoris percrepare totum mulierum vocibus, canique symphoniae, etc. Malit, quisquis vir est, sonitum suum classico quam symphonia rumpi Sen. Ep. 51. Symphoniae modulis dulcissimis Personabant Apul. Met. 11 p. 261. Add. Petron. c. 33 et 36 etc. Plin. 9, 8. Idem 8, 42 Ad symphoniae cantum saltatione quadam moueri. ¶ 2 Cic. Fam. 16, 9 Symphoniam Lysonis velim vitasses, ne in quartam hebdomada incideres: ubi obscurum quae sit Symphonia Lysonis? Vid. an hoc faciat η διεσπασμένη συμφωνία Medicorum, de qua Gell. 3, 10. ¶ 3 Symphonia, Herba. Plin. 26, 7 Symphonia, vel gromphena, alternis viridibus roseisque per caulem foliis, in posca sanguinem reicientibus medetur.*

SYMPHONIACVS, a, um. [*συμφωνιακός*] *Vnde Symphoniaci ferui. Sic Ascon. Pedian. auctor est, cani remigibus celeuma per symphoniacos seruos solitum olim fuisse, et per assam vocem, id est, ore prolatam et (vt in Argo naui) interdum per citharam, ad Cic. Diuin. in Caec. 55 c. 4 Ab hac muliere Praefectus Antonii quidam symphoniacos seruos abducebat per iniuriam, quibus se in classe vti velle dicebat. Addit Asconius, Postumus intelligere ad hoc symphoniacos seruos capi solere, vt in classe pugnantibus classicum canant, vnde ipsi tubae classis nomen est positum classicum. Cic. Verr. 5, 64 c. 25 Symphoniacos homines sex cuidam amico suo Romam munerimisit. Ducere pueros symphoniacos Cic. pro Milon. 56 c. 21. Tibiae Petron. c. 28. Artes symphoniacas agere Arnob. 2 p. 73. ¶ 2 Symphoniaca herba eadem, quae et Symphonia dicitur. Pallad. Oct. t. 12 Si cerasus aestu Canicularum fatigetur, herbam symphoniacam circa arboris truncum torqueri in coronam iubet, vel ex ea iuxta vnum caudicem cubile fieri. Conf. Apul. de Herb. c. 4.*

SYMPHRATIDAE, [*συμφρατίδαι*] **SYMPHRATORES**, [*συμφρατορες*] **SYMPHREATIDAE**, [*συμφραετίδαι*] *Nomina, quae Critici tribuerunt Ciceroni de Legib. 2, 5 c. 2 pro quo Sunii editur hodie: Vt vestri Attici, priusquam Theseus eosdem migrare ex agris, et in astu, quod appellatur, omnes se conferre iussit, et Sunii erant iidem et Attici. Variant libri et sententiae. Caeterum Symphratidae et Symphratores fuerint tribules, vid. PHETRIVM. Symphreatidae, qui puteum communem habent.*

SYMPHYTON, i. n. [*σύνφυτον*] *Herba. Scribon. 83 Ad sanguinis eruptionem bene facit Symphyti radix, quam quidam Inulam rusticam vocant, quidam autem Alum gallicum dicunt. Herbariis et vulgo consolida maior vocatur. Vid. Plin. 27, 6. 14, 16. Apul. de Herb. c. 59. Laudat etiam Veget. Mulom. 3, 6, 511. et aliis locis, in quibusdam Codd. ubi Anagallicum in aliis legitur.*

SYMPLEGADES, [*Συμπληγάδες*] *Insulae duae sunt contra Bosporum Tracium, quae et Cyancae dicuntur. Vid. Mela 2, 7. Plin. 4, 13. Symplegades porro dictae sunt, quod fabulis tradatur, eas inter se aliquando concurrisse, quoniam paruo discretas intervallo, ex aduerso intrantibus geminae cernebantur, paulumque deflexa acie coeuntium speciem praebebant. Ouid. Met. 15, 338. Eaedem Planetae dictae, id est errantes, Plinio. Valer. Argon. 4, 221 Hinc iter ad Ponti caput: errantesque per altum Cyancae, etc. Instabiles olim Symplegades Claud. in Ruff. 1, 173. Superbae Symplegades Idem de Bell. Get. 9. ¶ 2 Turpi metaphora Poetae transtulere ad vitia ani ex attritu, ubi coalescunt, cohaerescunt quidem partes, quae deinde non sine dolore diuelluntur. Martial. 11, 100 Si confringantur gemina symplegade culi. Luteae symplegadis antrum Auson. Epigr. 108, 9. i. podex. Conf. Vinet. ad b. l. Sed ¶ 3 Praebente algam densi symplegade limi Rutil. Itin. v. 461. i. coalitu.*

SYMPLEGMA, ätis. n. [*σύνπλεγμα*] *Amplexus, Complicatio, De monstrosa turpitudine Martial. 12, 43 Praestent et taceant quid exoleti, Quo symplegmate quinque copulentur. Symplegmatibus plurimis intermixtos esse Arnob. 7 p. 239.*

SYMPLOGE, es. f. *Figura rhetorum. Vid. Mart. Capell. 5 p. 175 Incipit saepius ab vna parte orationis, et toties in vnam eandemque definit.*

SYMPOSIUM, i. n. [*συμπόσιον*] *Mere Graecum, quasi tu Comibium dicas, significat Conuiuium. Cic. Fam. 9, 24 Sapientius nos quam Graeci, illi symposia, aut syndipna, id est, computationes, aut*

concoenationes: nos conuiuia, quia tum maxime simul vliuitur. *Conf. Idem Att. 2, 12. It. Platonis Opus, ap. Nep. 7, 2, 2. et Gell. 1, 9. 17, 20. in quo enarrantur sermones in conuiuio habiti. Libellum aenigmatum, cui auctor vulgo adscribitur SYMPOSIUS, Symposium simili ratione dicendum putabat editor Heumannus.*

SYMPOSIACVS, a, um. Adi. *Coniuualis.* Plutarchus in libro *Symphiacorum Gell. 17, 11. Plutarchus in Symposiacis dicit Id. 4, 11. Quaestiunculae Gell. 6, 13. in lemmae.*

SYMPOSIASTES, ae. m. [*συμποσιαστής*] *Coniuuii dominus, Coniuuantes SYMPOTAΕ, συμποταί, dicuntur. Cuius Femininum est SYMPOTRIA, συμποτρία, compotrix. Sed omnia Graeca, Latina auctoritate carent.*

SYMPTOMA, ātis. n. *Accidens. Symptomata, Accessiones, seu accessoria mala, quae ad iustum morbum συμπίπτουσιν, hoc est accidunt. Vid. Cels. 3, 1 et 10.*

SYMPVVIVM, vid. SIMPVIVM.

S Y N

SYNAGOGA, ae. f. [*συναγωγή*] *Congregatio, vel coetus, ἀπό τῶν συνάγειν, quod est congregare. Conuentus religiosus, et locus, in quem conuenitur. Res Iudaica. Apud ecclesiasticos scriptores accipitur pro Ecclesia Iudaica vel Christiana. Vid. Tertull. adu. Iud. c. 8 et 13. it. adu. Marc. 3, 22.*

SYNALLAGMA, ātis. n. [*συνάλλαγμα*] *Sic appellant ICTi, quidquid datur vel fit ideo, ut vicissim aliquid vel detur, vel fiat. Est enim a συναλλάττεν permutare. Vlpian. l. 7 § 2 D. de pactis, Dedi tibi rem, ut mihi aliam dares: dedi, ut aliquid facias: hoc συνάλλαγμα esse, et hinc nasci ciuilem obligationem. — Esse contractum illud, quod Aristo συνάλλαγμα dicit. Non dicit, Synonyma esse contractum, et συνάλλαγμα: non dicit συνάλλαγμα est contractus; sed συνάλλαγμα contrahitur, qua ipsa re pactum non amplius nudum est, sed oritur ille quem contractum ICTi vocant. Sed l. 19 de V. S. Labeo contractum finit vltro citroque obligationem, quod Graeci συνάλλαγμα vocant, velut emtionem venditionem etc. Vid. ICTi.*

SYNALOEPHE, es. f. [*συναλοιφή*] *Quasi tu coëxstinctionem dicas, cum ob concursum Vocalium una velut extinguitur: fit enim quum de fine dictionis Vocalis abiicitur, sequente dictione quae a Vocali incipit, ut Iuuen. Sat. 1, 1 Semper ego auditor tantum? Vid. Charif. p. 249. Valer. Prob. p. 1439 pr.*

SYNANCHE, es. f. [*σνάγχη*] *Morbus in faucibus spiritum suffocans, Latinis Angina dicitur. Ex σύν, et ἄγχω, ango. Cels. 4, 4 Vt hoc autem morbi genus circa totam ceruicem, sic alterum acque pestiferum acutumque in faucibus esse consuevit: nostri anginam vocant: apud Graecos nomen prout species est. Interdum enim neque rubor neque tumor vllus apparet, sed corpus aridum est, vix spiritus trahitur, membra soluuntur, id σνάγχην vocant. Interdum, etc. Vid. Apul. de Herb. c. 29. Gell. 11, 9 narrat ex Critolao, Demosthenem a Milesiis Legatis corruptum, ne contra illos diceret, Lana multa collum ceruicesque circumuolutum ad populum prodisse, et dixisse, se σνάγχην pati: eo contra Milesios loqui non quire: tum e populo vnum exclamasse, Non σνάγχην, quod Demosthenes pateretur, sed ἀργυρονάγχην esse, quasi tu dicas anginam ab argento ortam.*

SYNANCHICVS, a, um. Adi. *Passio Apul. de Herb. c. 109. Synanchicos efficere Theod. Priscian. 1, 17.*

SYNATHROESMVS, i. m. [*συναθροισμός*] *Figura, quae et singulis verbis, et plurium verborum coniunctione fieri potest. Singulis, hoc modo, Sed quum ad supplicium sumendum se confirmaret, multa simul eum reuocabant officia, consuetudo, tempus, existimatio, periculum, religio: quae singula proprias ei cogitationes ad remouendum subiiciebant. — Plurium verborum coniunctione: Nemo enim nocens sine summo moerore est, Iudices, sed multa simul eum perturbant, quod adest, solitudinis plenum; quod futurum est, formidolosum: lex paratum supplicium ostentans: vitia ex vitiis coacta, occasionem arguendi maleficii captans inimicus: quae quotidiana, vehementer eius animum excruciant. Ex Rutilio Lupo 1, 1.*

SYNCERASTVM, i. n. [*συγκεραστόν*] *Quasi tu commistum dicas, ita explicat Varro de L. L. 6, 3 p. 75, 37 In Phagone (Plauti) Honos Syncerasto perit. Synceraston est omne edulium antiquo vocabulo Graeco. Sic Scal. Alii pro edulium, habent medullium, Syncerastus est etiam nomen serui, cuius occasione etiam de edulio an medullio Syncerasto disputant viri docti ad Poenuli 4, 2, 64 Continuo is me ex Syncerasto crurifragium fecerit. Quin etiam Exsyncerastum hinc exsculpunt, de quo h. v.*

SYNCERVS, vid. SINCERVS.

SYNCHRONVS, a, um. Adi. [*σύνχρονος* Coaeuus Vet. Gloss.] *Contemporaneus. Vnde scribit Hieron. Ozeam prophetam fuisse synchronum Isaiae. Et Varro, cum ait, . . . Non esse dubium, quin aliquo tempore eodem vixerint Homerus et Hesiodus, eos synchronos fuisse testatur.*

SYNCHRONISMVS, i. m. *Graece legitur ap. Gell. 17, 21. i. temporis conuenientia et concursus.*

SYNCHYSIS, is. f. [*σύνχυσις*] *Confusio. Est enim, ut scribit Donatus hyperbaton vndique confusum, ut illud Virg. Aen. 1, 112 Tres Notus abreptas in saxa latentia torquet: Saxa vocant Itali mediis quae in fluctibus aras. Est autem hic ordo. Tres naues abreptas Notus torquet in saxa: quae saxa in mediis fluctibus latentia, Itali vocant aras.*

SYNCOPA, f. SYNCOPE, ae. f. [*συνκοπή*] *Concisio: κόπτω enim incido significat. Figura est, quum litera vel syllaba e medio dictionis tollitur: ut, Charif. 4 p. 248 extr. συνκοπή est, cum mediae parti dictionis aliquid subducitur, ut Exstincti te meque foror, pro exstincti. ¶ 2 Deliquium animi a medicis ita vocatur, quod velut intercitur commeatus ille spiritus.*

SYNCOPEO, āre. *Deficere animo. Si quod iumentum syncopaue- rit Veget. de Re Veter. 1, 56.*

SYNCOPTVS, a, um. Veget. ibid. 1, 53.

SYNCRISIS, is. f. [*σύνκρισις*] *sive Antithesis. Comparatio rerum atque personarum inter se contrariarum. Cic. pro Muraen. (22 c. 9) Vigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas, ille, ut eo quo intendit mature cum exercitu perueniat, etc. Item Verr. 1, 70 Iste multo sceleratior et nequior quam ille Adrianus, aliquanto etiam felicior fuit, etc. Iulius Rufinianus p. 29 Pith.*

SYNDICVS, i. n. [*σύνδικος*] *Aduocatum in iudicio ad verbum significat. Sed ita vocant actorem vniuersitatis, collegii, societatis etc. ut l. 1 §. 1. it. l. 6 §. 1 et 3 D. quod cuiusque vniuersitatis nomin. li-*

dem qui Defensores alias ciuitatum dicuntur. Vid. l. 1 §. 2. et l. ult. §. 13 D. de munerib. et honor. Add. l. 5 §. 10 D. quod vi aut clam. Vet. Gloss. Syndicus, actor et administrator.

SYNECDÖCHE, es. f. [συνεδοχή] Tropus est, quum una exci-
5 pitur, vel intelligitur aliquid: nam ut ait Quinctil. 8, 6, 19 Variare
fermonem potest, vt ex vno plures intelligamus, parte totum, specie
genus, praecedentibus sequentia, vel contra. vid. locus. Donatus,
Synecdoche est significatio pleni intellectus capax, quum plus minusue
pronuntiat. Aut enim a parte totum ostendit, vt Virg. Aen. 1,
10 403 Puppisque tuae, pubesque tuorum. Aut contra pars a toto;
vt Idem Aen. 1, 119 Ipsius ante oculos ingens a vertice pontus In pup-
pim ferit. Et Aen. 12, 119 Fontemque ignemque ferebant. Me-
minisse autem debemus, quando sit a parte totum, faciendum ab infi-
gniori parte. Grammatici Synecdochen vocant, cum Accusatiuus

15 ponitur omisso secundum, vt Os humerosque deo similis etc.

SYNECHES, is. [συνεχής] Continuus, frequens. Mart. Ca-
pella 9 p. 331.

SYNECHVNTES loci Vitr. 5, 8. i. consonantes. συνεχῆρες.
SYNEDRIA, ae. f. Legebatur Vlp. in l. 1 §. Nauem D. de exer-
20 cit. Nauem accipere debemus, siue marinam, siue fluuiatilem, siue
in aliquo stagno nauiget, siue synedria sit. Sed vid. SCHEDIA.

SYNEDRIVM, i. n. Confessus iudicialis et Senatorius, vt Syne-
drium magnum et paruum ap. Iudaeos: de quo Selden. singulari lib.

SYNĒDRVS, i. m. [συνεδρος] Latinis Confessor, affessor, consilia-
25 rius dicitur. Liu. 45, 32 His rerum externarum cognitionibus inter-
positis, Macedonum rursus aduocatum concilium: pronuntiatum
quod ad statum Macedoniae pertinebat: Senatores quos synedros vo-
cant, legendos esse, quorum consilio Resp. administraretur. Add.
Lucan. 8, 259.

SYNEMMENON, i. n. [συνήμενον] Inter sonos refertur a Vitr.
5, 4 Coniunctum s. connexum ad verbum significat. ¶ 2 Gell.

16, 8 Quod Graeci συνήμενον ἀξιωμα dicunt, id alii nostrum adiun-
ctum, alii connexum dixerunt. Id connexum tale est, Si Plato ambulat,
Plato mouetur. Si dies est, sol super terras est.

35 SYNEPHĒBI. m. Pl. [συνεφηβοί] Dicuntur Adollescentes simul
pubescentes. Quod nomen inditum est comoediae Staii Caecilii. Cic.
de Finib. 1 Synephebos ego inquit, potius Caecilii, aut An-
driam Terentii, quam vtramque Menandri legam? Conf. Idem
de Opt. Gen. Orat. c. 6. Ait Staius in Synephebis Cic. de
40 Senect. 18 c. 7.

SYNEPHĪTES, aut SYNNEPHITES, is. m. [συνεφεῖτης] Gem-
ma est lactei coloris, alio nomine Galactites. Plin. 37, 10 Galactites ex
vno colore lactis est, eandem dicunt Leucogeam, et Leucographiam.
Appellant et Synephiten, lactis succo et sapore notabilem. Συνεφεῖς
5 apud Graecos nubilum significat.

SYNESIS, is. f. [σύνεσις] Aeon Valentini: Tertull. adu. Va-
lent. c. 8. it. Figura Grammatica, cum ad intellectum, (nam hoc signi-
ficat σύνεσις) non ad vocis rationem Grammaticam refertur constructio.
Vid. SYNTHESIS.

50 SYNGRĀPHA, ae. f. et SYNGRĀPHVS, i. m. vel SYN-
GRĀPHVM, i. n. [συγγραφή] Scriptura, siue schedula, libellus, scri-
ptum, quod sit manu eorum, qui paciscuntur in alicuius rei fidem. V. g.
Syngrapha est cautio et conscriptio ob locationem facta: vt et conductori
merces in rato sit, et locatori cautum sit a redemptore et conductore operis.

55 Plaut. Afin. 4, 1, 1 Agedum istum ostende, quem conscripsi syngra-
phum inter me et amicam et lenam: leges pellege. Et v. 51 Sci-
tum syngraphum Plaut. Add. ibid. 1, 3, 83. Cic. Fam. 7, 17

Tanquam enim syngrapham ad imperatorem, non epistolam attulisses:
sic pecunia ablata, domum redire properabas. Idem Verr. 4, 30

60 Cybaram cum inanibus syngraphis venerat. Agere ex syngrapha,
vid. AGO. Ius ex syngrapha Dicere Cic. Att. 6, 2. Postu-
lare ex syngrapha Idem ibid. 5, 21. Conscribere syngrapham, vid.

CONSCRIBO. Cic. de Arusp. Resp. 20 c. 13 Alterum putabo re-
gem, si habuerit vnde tibi soluat, quod ei per syngrapham credidisti.

65 Facere syngraphas cum aliquibus Cic. pro Domo 20 c. 50. fit de
Arusp. Resp. 34. Syngrapha HS centies Cic. Phil. 2, 95 c. 37.
¶ 2 Plaut. Capt. 2, 3, 90 Eadem opera a Praetore sumam Syngra-
phum. TY. Quem Syngraphum? HE. Quem hic ferat secum ad le-
gionem, hinc ire huic vt liceat domum. Sunt ergo literae vel

70 tessera comneatus.

SYNNĀDA, ae. f. SYNNADA, orum. n. Pl. et SYNNAS,
adis. f. Vrbs Phrygiae, de qua Plin. 29, 1 Alter conuentus a Synnada
accipit nomen. Cic. Fam. 3, 8 Idque, ait, me arbitror Synnadis
pro tribunali multis verbis disputauisse. Ibid. Quum enim Lao-
diceae, quum Synnadis; quum Philomeli, quum Iconii essem, etc.

75 Paulo post, Quod iisdem diebus meus conuentus erat Apameae, Syn-
nadis, Philomeli, tuus Tarfi. Sidonius Apollinaris in Panegyrico
Maioriani, Iungitur hic Synnas, Nomadum lapis additur istis. i. Mar-
mor Synnadicum, et Numidicum. Stat. Silu. 1, 5, 37 de Balneo

80 Etrusci,
Sola nitet flauis Nomadum decisa metallis
Purpura, sola cauo Phrygiae quam Synnados antro
Ipse cruentauit maculis lucentibus Atys.

Ibid. 1, 5, 41 Viridis cum regula longo Synnada distinctu variat.

85 Nullum marmor illic est, nisi variatum maculis purpureis, vt Numidicum,
et Synnadicum: quod quidem distinctum est maculis purpureis, quoniam
Atys puer, quum in Phrygia Cybelen fugeret, abscissis genitalibus lapidem
hunc cruentauit guttis manantibus. Plin. 35, 1 ad finem, Neronis prin-
cipatu inuentum, maculas quae non essent, in crustis inferendo vnita-

90 tem variare, vt oratus esset Numidicus, vt purpura distingueretur
Synnadicus, qualiter illos nasci optarent deliciae. Stat. Silu. 1, 2,
148 Hic Lybicus, Phrygiusque flix, hic dura Laconum Saxa virent.
Libycus flix dicitur marmor Numidicum, vt Phrygius Synnadicum.

SYNOCHĪTIS, idis. f. [συνοχῆτις] Gemma, qua in necroman-
95 tia dicunt euocatas inferorum vmbas teneri Plin. 37, 11.

SYNODIA, orum. n. Pl. [συνωδία] Conuentus, ex σύν et ὄδῆς.
Cic. Att. 10, 7 Iniecta autem mihi spes quaedam est, velle mecum Ser.
Sulpicium colloqui: ad eum misi Philotinum libertum cum literis,
si vir esse volet, praeclara συνωδία: sin autem, erimus nos qui sole-

00 mus. Vid. SYNODVS.

SYNŌDVS, i. f. [σύνωδος] Idem, nisi quod Synodia, vt modo vi-
dimus, etiam de duorum congressione adhibetur; Synodus vix aliter quam
de pluribus ponitur. Locis suis a suae dioeceseos synodis audiantur
l. 23 C. Theod. de Episc. Vterius synodo neque se permiscuit

05 infons Fortun. Mart. 4, 385. Add. Anūnian. 15, 7. et 21, 16.

SYNODĪCVS, a, um. Adi. [*συνόδισ*] *Quod ad synodum pertinet.* Hieronym. . . Ante annos plurimos, cum iurare Damalium Romanae urbis episcopum, et Orientis atque Occidentis consultationibus synodicis responderem.

¶ 2 *Alio significatu* Iul. Firmic. 3, 6 Si in octavo loco Sole posito, in diametro eius luna fuerit constituta, nondum soluta coniunctione, sed plena lumine: vel si cum synodica fuerit inuenta, etc. Synodica vocatur luna, *Quum luminis universitate priuatur, filereque dicitur, velut cum sole commensans, ut tradit Theon.* Tunc synodica dicitur, *quum est in coniunctione, opponiturque plenae.*

SYNODITA, ae. et **SINODITAE**, arum. m. pl. sunt *Clientuli monachorum, seu comites: oditis enim viatorem significat.* Solent autem monachi ex collegii sui inferiori ordine quempiam deligere, qui eos comitetur: *Adnotat Hotomanus.* Videnda l. 6 De episcopali audient. lib. 1. C. Addictos supplicio (*inquunt Honor. et Arcad.*) et pro criminum immanitate damnatos, nulli clericorum, vel monachorum, eorum etiam, quos Synoditas vocant, per vim atque usurpationem vindicare liceat, ac tenere. *In quibusdam Codicib. est Lex 7. Eadem l. 57 C. Theod. de appellat.*

SYNODVS, ontis. *Genus piscis a continuitate dentium dicti.* Plin. 37, 10. Ouid. Halieut. v. 107.

SYNODONTĪTES, Gemma, e cerebro piscium est, qui Synodontes vocantur Plin. l. c.

SYNOECEŌSIS, is. f. [*συνοικέσις*] Figura, quae docet diuersas res coniungere, et communi opinioni cum ratione aduersari: et habet magnam vim vel ex laude vitium, vel ex vitio laudem expriment. Hyperidis exemplum, Nam hominis auari atque aforti, vnum atque idem vitium est. Vterque enim nescit vti, atque vtrique pecunia dedecori est: quare merito vtrique pari poena adficiuntur, quos pariter non decet habere. *Ex Rutilio Lupo. conf. Quincil. 9, 3, 64.*

SYNOECIVM, i. n. *Contubernium.* Aliquis ex his, qui in eodem synoecio potant Petron. c. 93.

SYNONETVM, Publicam comparationem specierum, quae in commune fiebat, Imp. appellant. l. 1. De public. comparat. in C. Theod. quam coemtionem appellari in l. 2. C. de frumento vrb. Constan. et in rubric. Vt nem. lic. in coem. spec. se excusar.

SYNONYMON, i. n. *Idem significans vocabulum, quod alterum.* Vid. Charif. p. 129.

SYNONYMIA, ae. f. [*συνωνυμία*] Figura, quae Communio nominis reddi potest. Vtatur autem eo genere elocutionis, quoties vno verbo non satis videtur dignitatem, aut magnitudinem rei demonstrare. Ideoque in eandem significationem plura conferuntur: vt si dicamus, Prostrait, afflixit, perculit Aquila Rom. p. 21 *Pith.* Vid. Quincil. 8, 3. Mart. Capella 5 p. 175.

SYNOPE, vid. **SINOPE**.

SYNOPSIS, is. f. [*σύνopsis*] *Conspectus: et deinde perscriptio, repertorium, seu inuentarium: deducto nomine ex eo, quod quae late patebant, in unum contracta simul omnia conspici cernique possint.* Vlp. in l. 5 §. 7 De reb. eor. qui sub tut. vel cur. sunt. Aut si nemo (*inquit*) inueniatur, aut suspecti sunt, qui inueniuntur, iubere debet edi rationes: itemque synopsis bonorum pupillarum, aduocatumque pupillo dare. *conf. Cuiac. Obs. 8, 1. Synopsis pro descriptione aedificii, ap. Frontin. de Limit. agror.*

SYNTAGMA, atis. n. [*σύνταγμα*] *Ad verbum coordinatio, et apud Graecos ad rem militarem pertinet.* Sed librum s. opus coordinatum et constructum, apud Cic. Fam. 8, 3 Illud nunc a te peto, si eris (vt spero) otiosus, aliquid ad nos *σύνταγμα* conscribas. Duo magna syntagmata absolui Idem Att. 12, 45. *add. ib. 16, 3.*

SYNTAXIS, eos. f. [*σύνταξις*] Constructio et series, *τάξις* enim series et ordo dicitur. Vid. Grammaticos. *Pro compositione libri, ap. Cic. Att. 13, 16. et 15, 14.*

SYNTEXIS, is. f. [*σύντηξις*] *Colligefactio ad verbum. Metaphor. Coalitus, et arcta coniunctio animorum, ap. Cic. Att. 10, 8. Tabes, et velut colligatio, Extenuatio prae macie.* Plin. 22, 25 Tali forbitionis genere emendantur syntexes, id est, defectiones ex longis morbis sumtae.

SYNTECTĪCVS, a, um. Adi. [*συντηκτικός*] *Morbo confectus, exhaustus aegritudine.* Plin. 22, 23 Praecordium vitiis syntecticis, comitialibus in vino, in aqua mulsa linguae paralyfi. Vid. Idem 28, 8 et 9.

SYNTHEMA, atis. n. [*σύνθημα*] *Compositio, vel aliquid, de quo conuenit inter plures, vt Signum bellicum, Tessera vigiliarum, tessera epistolaris, commendatrix eius, qui eam reddebat.* In Pandectis item Graecis Synthemata vocantur Diplomata, quae his dabantur, qui cursu publico utebantur. Item breues quaedam et obscurae sententiae, et quaedam quasi aenigmata altiore quendam et reconditum sensum occultantia, cuiusmodi sunt Pythagorae symbola. Sed haec apud Graecos. Synthema pro vestium aliquarum compositione, ap. Hieron. Ep. 34.

SYNTHEŌSIS, eos. f. [*σύνθεσις*] Latine Compositio dicitur. Synthetica figura, quae commodius vocatur Synesis v. v. V. g. Virg. Aen. 1, 216 Pars in frustra secant, quia illa pars plures continet. Liu. 2, 20 Secuti et pedestris acies pro Secuta, vt quidam legunt. Idem 1, 37 Maxima pars in flumen acti. Item Synthesis vel synesis esse dicitur Virg. Aen. 12, 899 Vix illud lecti bis sex ceruice subirent, Qualia nunc hominum producit corpora tellus.

¶ 2 Synthesis Vestis peculiare genus esse placet viris doctis: et videtur fuisse delicatius et tale, vt plures demum iunctae s. compositae vnde nomen est contra frigus satis munirent. Martial. 5, 80

Vndecies vna surrexti, Zoile, coena,
Et mutata tibi est Synthesis vndecies,
Sudor inhaereret madida ne veste retentus,
— Et laxam tenuis laederet aura cutem.
Quare ego non sudo, qui tecum, Zoile coeno?
Frigus enim magnum synthesis vna facit.

Saturnalibus sumere solebant. Martial. 14, 1 Synthesibus dum gaudet eques, dominusque Senatus. *Suspiciatur Lips. Sat. 1, 2 extr. Coenatoriam purpuream vel coccinam, proprie Synthesin dictam.* Iterum Martial. 2, 46 Sic micat innumeris arcula synthesibus. Praefina synthesis, i. porracei coloris eid. 10, 29. Multitia Tertull. de Pall. c. 4.

i. coloribus variegata, vt explicat Iunius. Itaque indecens erat extra Saturnalia hic vestitus. Suet. in Neron. c. 51 Ac plerumque synthesin indurus, ligato circum collum sudario prodierit in publicum sine cinctu et discalceatus. Editur Synthesinam indutus. Placet coniectura Heinsii synthesin vnam, quod esset leuitatis insignis, vt paene nudus videretur. Vid. Heins. ad Petron. c. 30 p. 116. Torrent. ad Suet. l. c.

¶ 3 Proprius maxime Synthesis intellectus ille videtur, vt notet compo-

fitionem, et velut systema quoddam vestium, colore, formaque inter se vel congruentium, vel quomodocumque respondentium, ut plures unum quiddam viderentur efficere. Hanc significationem solam veram esse, defendit Bynckersb. *Obsf. Iur. Rom.* 4, 24 p. 437 post *Alciatum Parerg.* 2, 21. Certe huc facit Scaeuola in l. Titia 38 §. 1 De auro et argent. leg. Semproniae coopertoria tabiana, et tunicas tres cum pallioli quae elegerit, dari volo. Quaero an ex vniuersa veste, id est, ex synthesi, tunicas singulas, et palliola Semproniana eligere possit? Respondi: si essent tunicae singulae cum pallioli relictæ, ex iis duntaxat eligi posse. Quod si non essent, heredem vel tunicas et palliola ex synthesi praestaturum, vel veram aestimationem earum. *Add. Vopisc. in Bonoso* c. 25.

Sed ¶ 4 late sic patet et de plurium rerum vnius generis et vsus compositione accipitur. *V. g.* in l. 30 *Alumnae.* §. 1 Titia, De adimendis leg. Synthesium, i. e. Omnem possessionem praediorum. conf. l. 34 §. 1 ff. de Legat. 2. Ita Synthesis, Vasorum compositio, qua multa eiusdem generis vasa in se inuicem includuntur. *Stat. Silu.* 4, 9, 45 Aut vnam dare synthesium, quid horres? Alborum calicum atque cacaborum? Talis est Septenaria Synthesis Sagunti, Hispaniae luteum rotae toreuma, i. septem pocula figlina Sagunti facta, apud *Martial.* 4, 46.

Similiter de compositione medicamenti, ap. *Sammon.* v. 1069 seqq. SYNTHESISINVS, a, um. *Vt,* Vestis synthefina, absolute synthefina dicta *Suet. Ner.* c. 51.

SYNTOMIA, ae. f. [*σύντομία*] quam latine Concisionem vertere possumus: Figura est, qua res quantumuis magnae breui et compendio so verborum ambitu redduntur. *Nempe*

SYNTOMOS [*σύντομος*] Concisus a *σύντομος*. *Quinctil.* 4, 2, 42 Graecorum aliquid aliud circumcisam expositionem, id est, σύντομον, aliud breuem putauerunt: quod illa superuacuis careret, haec posset aliquid ex necessariis desiderare. Nos autem breuitatem in hoc ponimus, non vt minus, sed ne plus dicatur, quam oportuit.

SYNTONVS, a, um. [*σύντονος*] Syntonorum modis saltitantes *Quinctil.* 9, 4, 42 Nihil puto melius allatum interpretatione *Salmastiana*, qui Syntom ait esse scabilla *lymphoniacorum.* *Vid. mox SYNTONARIVS.*

SYNTONARIVS, i. m. Qui scabilla pede percutit. *Vid. Salmast. ad Hist. Aug.* p. 502. *f. ad Vopisci Carin.* 19 p. 840 *Hack.*

SYNTONATOR, oris. m. *Idem.* *Inscript. ap. Spon. Misc. Erud. Ant.* p. 234.

SYNTROPHVS, i. m. [*σύντροφος*] Connutritus. *Tertull. adu. Valent.* c. 8.

SYNTROPHION, i. m. *Herba.* *Apul. de Herb.* c. 87.

SYPHAX, acis. *Pen. prod.* [*Σύφαξ*] Numidarum rex a *Scipione Afr. deuictus.* *Ouid. Fast.* 6, 769 Postera lux melior, vincit *Masanissa Syphacem,* Et cecidit telis *Hasdrubal ipse suis.* *Intelligit VIII Calend. Iulii.* Sed *Claud. de Bell. Gild.* 92 Haurire venena *Compulimus dirum Syphacem,* ut penultima corripitur: et alioquin historiae repugnat: itaque suspectus est hic locus eruditiss. *Victi monumenta Syphacis Propert.* 3, 11, 59.

S Y R

SYRACVSÆ, arum. f. Pl. [*Συρακῶν*] Ciuitas Siciliae, sub *Pachyno monte sita, ubi fons Arethusa.* *Cic. Verr.* 4, 115 *Laudat Syracusas,* urbem maximam Graecorum urbium, pulcherrimamque, quae ex quatuor quasi urbibus maximis constare videbatur: quarum vna, *Insula nominatur, altera Achradina, tertia Tyche, quarta Neapolis.* *Idem Verr.* 2, 4 vbi de Marcello agit, ait urbem pulcherrimam *Syracusas:* quae quum manu munitissima esset, tum loci natura terra ac mari claudabatur. *Syracusani multos claros principes habuerunt, sed clarissimum Dionysium seniore.*

SYRACVSANVS, vel SYRACVSIVS, vel SYRACOSIVS, a, um. Possess. [*Συρακῶσιος*] *Virg. Ecl.* 6, 1 *Prima Syracosio dignata est ludere versu.* *Ouid. in Ibin* 551 *Vtque Syracosio, praestricta fauce, Poetae,* Sic animae laqueo sit via clausa tuae. *Idem Fast.* 6, 277 *Arte Syracosia suspensus in aëre clauso, Stat globus, immensi parua figura poli.*

SYREON, i. n. [*σύρεον*] *Plin.* 24, 19 *Tordyle herba per se, quam et Syreon vocauerunt.*

SYRIA, ae. f. [*Συρία*] *Regio Asiae clarissima, quae Phoenicem, Palaestinam, interdum etiam Assyriam complectitur.* *Sic v. g. Plin.* 5, 12 *Syriae totius Assyriam partem facit. Multi confundunt, vt Herodotus, qui Syros a Graecis dictos, Assyrios a Barbaris dici scribit, et illis Chaldaeos adnumerat.* *Tanto minus mirum, si Poetae interdum his nominibus abutuntur. Qui proprie loquuntur Amano monte, Euphrate, tum Libano et mari illam includunt.* *Populi Syriae Lucan.* 3, 214. *Decora Syria Claud. in Eutrop.* 2, 570. *Opima et fertilis Syria*

Cic. pro Domo 23. SYRVS, vel SYRIVS, a, um. *Adi.* [*Σύρος*] *Qui ex Syria est.* *Cic. de Nat. Deor.* 3, 39 *Piscem Syrii venerantur.* *Ouid. Fast.* 2, 474 *Inde nefas ducunt genus hoc imponere mensis, Ne violent timidi piscibus ora Syri.* *Agmina Syrorum Stat. Silu.* 1, 6, 72 *Cic. de Orat.* 2, 265 c. 66 *Ex persona Iulii, Vt illud M. Cicero senex huius viri optimi nostri familiaris pater, nostros honores similes esse Syrorum venalium: vt quisque optime Graece sciret, ita esse nequissimam.*

Palaestinus Syrus Tibull. 1, 7, 11. *Columel.* 5, 10, 18 *Ea sunt Crustumina regia, Signina, Tarentina, quae Syria dicuntur, de piris.* *Munere Syrio plenus Onyx Propert.* 2, 13, 30. *Tumores Syrii, vid. b. v.* *Vina Syra Hor. Carm.* 1, 31, 12. *Syri pretiosi lecticarii; Martial.* 9, 3 *Octo Syris suffulta datur lectica puellae.*

SYRIACVS, a, um. Possess. [*Συριακός*] *Vt, Syriaci boues, i. Qui sunt in Syria.* *Plin.* 8, 45. *Mala Syriaca Colum.* 5, 10, 19. *Forte eadem quae Syrica a colore nomen habere ait Plin.* 15, 14 s. 15. *Practor Cilicensis et Syriacus Cic. Q. Frat.* 1, 2. *Radix Syriaca, pro Silphio, et quod Latini Laserpitium vocant; quia, vt inquit Dioscorides, ex Syrii et Media optima huiuscemodi radix adferretur.* *Columel.* 11, 13, 16 et 59 *Nec minus si vernum et aestiuum fructum volēs habere, Syriacae radice et rapae napique semina obrues.* *Assyriana vocat 10, 114 Sollemni horum nominum confusione.* *Ros Syriacus, pro Succo radice silphii, qui Graecis ὄνος Κυρηναϊκός etiam dicitur: hoc est succus Cyrenaicus, quod in Cyrenaica prouincia quemadmodum et in Syria, optimus nasceretur in silphio.* *Columel.* 12, 41 *Tres heminae roris Syriaci contriti super omnia adiiciuntur.* *Add. Idem* 9, 13, 5. *Pall. Mart.* 15, 1.

SYRÏCVS, a, um. Possess. [*Συριακός*] *Syrica mala, vid. modo SYRIACA.* *Syricum atramentum Plin.* 35, 6. *Idem* 33, 7 *Sublini (interpolari, adulterari) autem Syrico minium, compendii ratio demonstrat. Quo loco Hermolaus, Syricum, inquit, ficticius colos est ex sinopide ac sandyco mistis, quo minium adulteratur. Vetus codex Scyrico.*

T t t t

a verbo τρηῶν putabat Rutgerf. V. Lect. 5, 17 ut significet τρηῶνδέννα, ser-
uatum. Lipsius de recta Pronunc. L. L. legi vult V quod viuum notet.
Illi fauere potest videri ordo apud Pet. Diaconum: est enim ea, quam at-
tulimus, nota ultima in T, quam statim sequitur V solitariū: solet au-
tem a solitariis literis incipere. Reinesio V. L. 1, 7 probatur T Graecum, a
quo incipit ὕμνος saluus. Poteras etiam suspicari Z ex ζῶν vita etc. Cae-
terum quae hic de T monuimus, illa videntur occasionem dedisse Colero,
ut ad Val. Max. 2, 2, 7 scriberet, T esse illam literam salutarem, abso-
lutionis notam, de qua Cic. pro Milon. 15 c. 6. Denique inter notas Vr-
sati studio collectas est T. A. III. M. X. D. XXII quam explicat vixit An-
nis tribus etc. Et sane ita legitur Grut. p. 863, 13 ex Apiano: sed eadem
inscriptio ex Mazochio producta p. 706, 4 habet V. A. III. etc. T.
pro Tantum, Taurus, Tempus, Ter, Terra, Testamento, Testis,
Tibi, Triarius, Turma, Tutela, Tutor. T. A. Taurum Album.
Tutoris Auctoritate. T. AVG. Tutela Augusti. TA. 15
Taurum. TAB. Tabula, vel Tabularius. TB. Tiberius,
Tibi, Tribunus. TB. D. F. M. AD. Tibi Dulcissimo Filio Meo
Adoptato. TB. PL. Tribunus Plebis. T. C. Testamento
Cauetur, Constituit, Titulum Curauit. T. CA. Titus Cari-
sius. TERentina Tribu, Terentius, Tercenarius, Termina- 20
lia, Tertia, Tertium. T. F. Titus Flavius. T. F. I. Ex. V.
H. Testamento (Titulum) Fieri Iussit Ex Voluntate Heredis.
T. F. L. (M) Testamento Fieri Legauit (Mandauit) T. H. R.
Testamento Heredem Reliquit. Tiberius. T. M. Titulum Mo-
numenti, Testamento Mandauit. T. P. Terminum (Ti- 25
tulum) Posuit, Tribunicia Potestate. TP. B. Tempus Bo-
num. T. P. I. EX ARG. P. C. Testamento Poni Iussit Ex Argenti
Pondo Centum. TRIBuni AERarii. TRIumviri CAPitales.
T. R. E. S. P. R. Terra Regesta Ex Sua Pecunia Restituit. TRO-
mentina Tribu. TREuiris Percussa, TRIBunus Plebis, TRIBuniciae 30
Potestatis. T. R. T. H. Tuas Res Tibi Habeto. TRIum Viri Mone-
tales. T. T. F. V. Testamento Titulum Fieri Voluit, TiTulum Fecit Vi-
uens. T. V. Titulo Vfus, Testamento Vouit. TVBilustrium. TVTela.

T A B

TABĀNVS, i. m. [ὄϊσπος, μύψ] Genus vermis, a quibusdam
Afilus dictus. Plin. II, 28 Reliquorum quibusdam aculeus in ore,
ut afilo, siue tabanum dici placet, etc. Varr. de R. R. 2, 5 Itaque
quod eas aestate tabani concitare solent, et bestiolae quaedam minutae 40
sub cauda, etc. Vid. Rutgerf. Var. Lect. 3, 16.

TABELLA, et TABELLARIVS, vid. TABVLA.

TABEO, vid. TABES.

TABERĒNI, vid. TIBARENI.

TABERNA, ae. f. [ὀκνημα] dicitur quasi Trabena, a validio- 45
ribus trabibus, quibus superiora sunt suspensa, ut ait Donatus ad Ter.
Adel. 3, 3, 5. Accipitur pro omni Aedificio quod est vtile ad habitan-
dum, ex eo, quod taberna tabulis claudebatur, siue cooperiebatur, ut
ait Vlpianus l. 183 de V. S. ubi tamen Florentinus liber, non ex eo quod
etc. quod ita interpretatur Fornerius, ut non neget ICTus etymon; sed di- 50
cat latius patere usum vocis. Addamus l. 184 de V. S. Vnde taberna-
cula et contubernales dicti sunt. Et l. 185 Instructam autem tabernam
sic accipiemus, quae et rebus et hominibus ad negotiationem paratis
constat. Nempe proprius hic usus est, ut taberna sit locus expositus mul-
titudini, ubi efficitur aliquid mercede vel venditur. Taberna cum 55
coenaculo Scaeu. D. 33 t. 7 l. 7. Cic. Att. 14, 9 Tabernae mihi
duae corruerunt. Vid. Idem Q. Frat. 3, 7, Iuuen. Sat. 3, 304 Fixa
catenatae siluit compago tabernae. Arcana taberna Propert. 4,
8, 19. Diuersoria taberna Plaut. Truc. 3, 2, 29. Instructa et
ornata taberna Cic. pro Cluent. 178 c. 63. Meritoria taberna, 60
vid. MEREQ. Obscurae tabernae Hor. de Arte Poet. 229. Salax
taberna Catul. 35, 1. Vinaria, ubi vinum venit Varro L. L. 7, 30.
add. Apul. Apol. p. 311. Claudere tabernas Cic. pro Domo 54.
Liu. 4, 31 extr. Diuertere in tabernam Idem de Inuent. 2, 14 c. 4.
Exercere Vitr. 2, 8. Duas tabernas eiusdem negotiationis exer- 65
cere. Vlpian. in l. Procuratoris. D. de Tribut. action. Taberna
[ἔργαστήριον] Vbi opera ipsa, caeteraque merces venditantur. Hor.
Serm. 1, 4, 71 Nulla taberna meos habeat neque pila libellos. Li-
braria taberna, vid. LIBER.

TABERNŪLA, ae. f. Dimin. Apul. Met. 7 p. 190 Tabernula 70
quaedam litori nauique proxima. add. Id. Apol. 1 p. 314. Ta-
bernulam conduxit Vlpian. l. 19 §. 2 D. de iudic. Tabernulas ef-
fringere et expilare Suet. Ner. c. 26.

TABERNARIVS, i. m. [καπηλός] Qui in taberna aliquid vel
operis sui vel operae venditat. Cic. pro Flacc. 18 c. 8 Opifices et 75
tabernarios, atque illam omnem faecem ciuitatum quid est negotii concit-
itare? Clodius concitator tabernariorum Cic. pro Domo 13.
Cael. ad Cic. Fam. 8, 6 Nisi ego cum tabernariis et aquariis pugnarem,
veternus ciuitatem occupasset. Firmic. 3, 7 Erunt caupones, vel ta-
bernarii. Idem 4, 15 Faciet hospites, popinarios, tabernarios. 80
Apul. Flor. p. 344, 34 Quis ex rupiconibus, baiulis, tabernariis, tam
infans est.

TABERNARIVS, a, um. Adi. [καπηλειός] Ut, Comoediae
tabernariae, In quibus non Magistratus, sed humiles personae indu- 85
cuntur Diomed. 3 p. 487. Apul. Apol. p. 329 pr. Absurdae et taber-
nariae blanditiae, qualibus Tabernarii utuntur.

TABERNACŪLVM, i. n. [σκήνος, σκηνώμα] Tectum castrense,
quod veluti taberna quaedam sit. Militare tabernaculum Cic. de
Clar. Orat. 37 c. 9. Collocare sibi tabernaculum in aliquo loco
Cic. in Pison. 61 c. 25. Non Egredi tabernaculo Suet. Aug. c. 91. 90
Perpotare totum diem in aliquo loco posito tabernaculo Idem Verr.
5, 86 c. 34. Add. Tac. A. 1, 26. et 2, 13, 1. Curt. 3, 6, 6. 9, 6, 1. Plin.
6, 28. Sidon. Epist. 7, 9. ¶ 2 Tabernaculi mentio fit in
augurali disciplina. V. g. Liu. 4, 7 de tribunis mil. consulari potestate,
Non tamen pro firmato iam stetit magistratus eius ius: quia tertio 95
mense quam inierunt, augurum decreto perinde ac vitio creati, hono-
re abire: quod C. Curtius, qui comitiis eorum praefuerat, parum
recte tabernaculum cepisset. De simili re Cic. de N. D. 2 c. 4 Gracchus
litteras ex prouincia ad collegium (augurum) misit, se, cum le-
geret libros, recordatum esse, vitio sibi tabernaculum captum fuisse:
quod cum pomoerium postea intrasset, habendi Senatūs causa, in red-
eundo cum idem pomoerium transfret, auspiciari esset oblitus: itaque
vitio creatos consules esse etc. De eadem historia agens de Diuinat. 2
c. 35 Quid enim scire Etrusci aruspices aut de tabernaculo recte capto,
aut de pomoerii iure potuerunt? Dilectissime hoc explicat Plutarchus 100

in Marcello p. 300 sed paullo aliter quam Cicero, ἔταν ἀρχῶν ἐπ' ὄρεισι καθεζόμενος ἐξω πόλεως οἰκόν ἢ σκηνὴν μεμιασμένην, ὑπ' αἰτίας τινὸς ἀνοργασίας μίψω γεγονότων σημείων βεβαίων ἐκανελεθῆν εἰς πόλιν, ἀφ' αἰνῶν ἐχρῆν τὸ προμεμιασμένον οἰκημα, καὶ λαβῆν ἕτερον ἐξ ἧ ποιεῖται τὴν θείαν αὐδῆς ἐξ ὑπαρχῆς. τῆτο ἔλαθεν, ὡς εἶοικε, τὸν Τιβεῖον, καὶ διὰ τῆ αὐτῶ χρησάμενος ἀπέδειξε — ὑπάτης. Apparet ergo Tabernaculum fuisse locum proprium, ex quo auspiciū caperetur, centrum quasi Templi auguralis, de quo f. l.

TABERNACVLARIVS, i. m. *Artifex tabernaculorum.* Inscript.

10 Grut. p. 642. n. 8. it. Fabrett. p. 42.

TABES, is. f. [Φθῶν, Φθῆσις, τηκεδῶν, μαρμασμός] *Morbis est, cuius tres species sunt.* Una, qua corpus non alitur, et naturaliter semper aliquibus decidentibus, nullis vero in eorum locum subeuntibus, summa macies oritur, et nisi occurritur tollit: Atrophiam hanc Graeci nominant. — Altera species est, quam Graeci καχεξίαν appellant, ubi malus corporis habitus est, ideoque omnia alimenta corrumpuntur: quod fere fit, quum longo morbo vitata corpora, etiam si illo vacant, refectioem tamen non accipiunt. — Tertia est — species, quam Graeci Phthisim nominauerunt. Oritur fere a capite,

20 inde in pulmonem destillat, ex hoc exulceratio accidit, et febricula lenis fit, quae etiam quum quieuit, tamen repetit. In ea quoque frequens tussis est, et pus excreatur etc. Haec Celsus 3, 22. Festus: Tabem eam, quae faceret tabescere apud antiquos usurpatum. Sallust. Histor. 4 Qui quidem mos, ut tabes in urbem coniectus. Et Coruini

25 pro Liburnia, Propter hanc tabem atque perniciem domus totius. Haec Festus. Tanta vis auaritia in animos eorum veluti tabes inuaserat Sall. Iug. c. 32. add. Id. Cat. c. 36. Virg. Aen. 6, 442 Hic quos durus amor crudeli tabe peredit. Vbi Seru. Tabe, Corpore defluente paullatim. Per tabem quasi phthisici consumuntur

30 Scribon. 186. ¶ 2 Tabes interdum aliquid cruentum significat, quod proprie Tabum nominant, licet tantum Tabi et Tabo adhuc inuenta sint, estque sanies et sanguis corruptus. Virg. Aen. 3, 29 Et terram tabo maculant. Vbi Seru. Tabo, Corrupto sanguine. Et est nomen casus septimi tantum, ut Sponte, Natu. Quod si velis delinare, haec

35 Tabes, huius Tabis dicis. Idem Aen. 8, 487 Et sanie taboque fluentes. Seru. Sanies mortui est: tabo, viuentis scilicet sanguinis. Cic. Tusc. 1, 107 Saxa spargens tabo, sanie et sanguine atro. Ex Poeta. Nigrumque per artus stillantis tabi saniem, virusque coactum Sustulit Lucan. 6, 547. Ouid. Met. 2, 760 Protinus inuidiae nigro

40 squalentia tabo Tecta petit. Vbi interpres, Diptotum nomen est et duorum casuum. Nam Tabi et Tabo solum inueniuntur. Turpi dilapsa cadauera tabo Virg. Georg. 3, 557. Atro tabo fluentia membra Id. Aen. 3, 626. Crasso tabo oblita cuncta rubent Stat. Theb. 5, 311. Infecit pabula tabo Virg. Georg. 3, 481. Mortifera tabe tineta sagitta Ouid. ex Pont. 3, 1, 26. Putri tabo liquentia cadauera Sil. 13, 487.

45 ¶ 3 Tabes etiam dicitur Vis corrumpendi putrefaciendique, omnemque adeo consumptionem corruptionemque significat. Sic Sil. 17, 455 de serpente, Lateque per auras Vndantem torquet perfundens nubila tabeni. Ouid. Her. 9, 144 Deianira loquitur, scribendi nuntia venit Fama, virum tunicae tabe perire meae. Funesta tabes Veneri Ouid. Met. 3, 49. Id.

50 Met. 2, 807. de inuidia, Lentaque miserrima tabe Liquitur, ut glacies incerto faucia Sole. Pulchre incerto: ut lentor et tarditas illius tabis exprimitur. Sic Met. 9, 175 Caeca liquefactae tabe medullae. Liu. 40, 29 Arca altera inanis inuenta sine vlllo vestigio corporis humani aut

55 vllius rei, per tabem tot annorum omnibus absumtis. Corpora siue rogos, flamma, seu tabe vetustas Abstulerit Ouid. Met. 15, 156. v. Burm. ad Quinctil. Decl. 6, 3 p. 130. Plin. 17, 24. de vitis et morbis arborum, Quaedam temporum causae aut locorum non proprie dicuntur morbi, quoniam protinus necant: sicut tabes cum inuaserit arbo-

60 rem, aut vredo vel flatus alicuius regionis proprius, etc. Quae verba Plinii ad verbum fere ex quarto Theophrasti, de plantis transcripta sunt, qui hanc tabem πλῆξιν τῶν δένδρων vocat, quasi percussioem arborum, quum stirpes arescunt tabido morbo exusti, eo modo, quo homines aegri longa tabe emaciati defectique. Tacit. Ann. 11, 6, 3 Et quomodo vis

65 morborum pretia medentibus, sic fori tabes pecuniam aduocatis ferat. Pallida tabes lucri Lucan. 4, 96 auaritia. Lucret. 1, 806 Et nisi tempestas indulget tempore fausto Imbribus, et tabe nimborum arbutta vacillant. Tabes nimborum dicitur, ut tabes niuis, cum densa nubes soluitur in imbrem. Plin. 9, 35, 58 Ex praecepto ministri vnum tantum vas

70 ante eam posuere acetii, cuius asperitas visque in tabem margaritas resoluit, i. iquefacit, dissoluit ut calcem. de Cleopatra. De niue liquefcente, Liu. 21, 36 Fluentem tabem liquefcentis niuis ingrediebantur. Et Lucan. 10, 225 Prima tabes niuis. i. Solutio. Conf. Gronou. ad Liu. l. c. Etiam Liu. 30, 34 Itaque qui primi erant hastati, per cumulos

75 corporum armorumque et tabem sanguinis, — sequentes hostem dedit Gron. Alii labes, i. ἔλαδος, quod praetulerim Verum est, pro tabo tabes ponitur, quod monet vir Jummus hic et ad 4, 30. Et audiui-mus Seruium, qui idem esse nomen tabum et tabem monuit. Sed hic tabem Sanguinis non intelligo, cum non de liquefactione, ut in niue, quod

80 genus est tabis, nec de corruptione sermo sit, agitur enim de ipsa pugna et strage recenti: nec tabum s. cruor intelligi potest, nisi pleonasmō satis duro, cum adiunctum sit sanguinis. Verum simpliciter indicat Liuus difficultatem progrediendi in solo ob sanguinem fusum lubrico. Alia ratio Liu. 41, 21 Cadauera intacta a canibus et vulturibus tabes absumebat. Add.

85 Heinsf. ad Sil. 3, 342. Tabem menstruum muliebri dixisse Solin. c. 1. nec audiendos codices, in quibus labes, monet Heinsf. ad Ouid. Her. 9, 144. TABITVDO, inis. f. [τῆξις] Idem quod Tabes. Plin. 22, 25 Peculiariter tamen longo morbo ad tabitudinem redactis subuenit. de alica.

90 TABIDVS, a, um. Adi. [τηκεδῶν, μαρμασμώδης] *Corruptum, quod tabem patitur.* Martial 1, 79 Indignas premeret pestis quum tabida fauces. Lues tabida Virg. Aen. 3, 137. Mens tabida facta Aegra et tristis Ouid. ex Pont. 1, 1, 67. Nix tabida, quum iam consumitur. Liu. 21, 36. Vetusta tabida consumit ferrum, Loginquitas temporis, quae

95 omnia putrescunt Ouid. ex Pont. 4, 8, 49. TABIDVLVS, a, um. Dimin. Virg. Ciri 182 Tabidulamque videt labi per viscera mortem.

TABIFICVS, a, um. Adi. [Φθοροποιός, Φθισικός] *Quod tabem inducit.* Vnde a Cic. Tusc. 4, 36 c. 16 Aegritudo et metus, tabificae mentis perturbationes dicuntur, quoniam mentem lacerant, tabem, cruciatum et afflictionem inferunt. Plin. 8, 10 Et terram edisse iis tabificum est, nisi saepius mandant. Aër tabificus, Pestilens, infectio aëris Lucan. 5, 111. Lucret. 6, 737 Tabiticis subigit radiis Sol omnia

lustrans. Saniem tabificam expirat serpens Sil. 6, 276. Livor, tabificum malis Venenum Vet. Poeta de Liore. Plin. 29, 4

Non enim est tabifica vis: itaque occisa morfu earum animalia cibis innoxia sunt. *Add. Suet. Tib. c. 73.*

TABIFICABILIS, e. Adj. [*μαρναντός*] Accius *apud Non. 2, 852 Pars neci orbificor liberorum letho tabificabili.* Tabificabile, *τηκεδονικόν* Gloss. Vet.

TABIFLVVS, a, um. Adj. Venant. Fortunat. in vita Martini 4, 430 Cunctaque tabiflvus penetrasset acumine morbus. Hospitium cratis tabiflvae Prudent. Apoth. v. 890. *i. corpus hominis.*

TABEO, ēre. *sive,*

TABESCO, ēre. [*τήνομαι, μαρμίνομαι, ἀτροφῶ*] *Sensim velut liquefcere et consumi.* Gell. 7, 8 Delphinus amans desiderio tabuit, exanimatusque est. Plaut. Capt. 1, 2, 31 Ego qui tuo moerore maceror, macesco, confenesco, et tabesco miser. Anima tabescens Tertull. adu. Iud. c. 11. Artus tabentes Virg. Aen. 1, 173. Cerae tabuerant Ouid. Met. 8, 227. Corpora tabent Id. Met. 7, 541. Dies tabescit, *Quae ad occasum tendit* Plaut. Stich. 5, 1, 8. Galea tabescens Claud. de Conf. Hon. 6, 344. Humor calore tabescit Cic. de Nat. Deor. 2, 26. Tabuit in calido vulnere Mucro tener Martial. 4, 18. Nives tabescunt Sen. Qu. Nat. 5, 11. Crescere itemque dies licet et tabescere Noctes, *i. minui* Lucret. 5, 679. Cato de R. R. 88 Id aliquoties in die quotidie facito vsque adeo, donec sal desierit tabescere. Conf. Cels. 6, 15. Colum. 12, 17. Pallad. Febr. t. 30. Lactant. 7, 12, 8. Animus tabescit assiduus curis Ouid. Trist. 5, 1, 77. Desiderio alicuius tabescere Cic. in Catil. 2, 6 c. 4. Ipsi ita acerba, vt tabescat dolore Cic. Att. 2, 21. Dolore ac miseria tabescere Ter. Adel. 4, 3, 12. Luminina tabescunt fletu Catull. 66, 55. Luctu aeterno tabescere Lucret. 3, 924. Molestiis et morbo tabescere Cic. Tusc. 4, 34 c. 17. Et de Nat. Deor. 3, 84. Otio tabescere Idem Att. 2, 14.

TABEFACTVS, a, um. Partic. Solin. c. 8 Tabefactis niuibus et liquentibus. *Add. Prudent. Cathem. 10, 19.*

TABIDOSVS, et TABIOSVS, a, um. Cadaver immunditia recuperabili tabidosum Tertull. de Pudic. c. 14. Enecta et tabiosa et scabiosa quaeque macetatis Id. Apol. c. 13.

TABLIVM, f. TABVLIVM, i. n. [*χαρτοφυλάκιον*] *Vnde contractum est, locus in atrio Romano, latere eius brevior, ianuae opposito (ubi et lectus aduersus, vt in ATRIVM ostendimus) cuius vsus declarat Plin. 35, 2 ubi de atrio et imaginibus atque stemmatis, Tablina codicibus implebantur, et monumentis rerum in magistratu gestarum. Rationem eius instituendi et mensuras declarat Vitruv. 6, 4. De hoc Varro ap. Non. 2, 112 Ad focum hieme et frigoribus coenitabant, aestiuo tempore in propatulo, rure, in corte, in vrbe, in tabulino. Addit de suo, puto, Nonius, et parum accurate, quod moenianum possumus intelligere, tabulis fabricatum. Quin in atrio ad tablinum, ad lectum aduersum et genialem coenasse aliunde constat. Cato apud Seru. ad Aen. 1, 730 Et in atrio, et duobus ferculis epulabantur antiqui. Rectius ergo Festus, Tablinum proxime atrium locus dicitur, quod antiqui magistratus in suo imperio tabulas rationum ibi habebant, publicarum rationum causa factum locum. Erat ergo partes aduersus ianuae armariis elegantibus vestibis, supra quae dispositae imagines, priuatum quoddam tabularium: quod nomen seruat, etiamsi ad quiduis potius quam ad tabulas asseruandas adhibeatur. Apul. Flor. p. 364, 14 Medici cum intrauerint ad aegrum, vti visant, nemo eorum quod perpulchra tabulina in aedibus cerulant, et lacunaria auro oblita, etc.*

TABRACA, ae. f. [*Τάβρακα*] *Oppidum est Africae, simiarum patria.* Iuuenal. 10, 194

Pendentesque genas, et tales adspice rugas,
Quales umbriferos vbi pandit Tabraca saltus,
In vetula scalpit iam mater simia bucca.

Claud. in Eutrop. Praef. 2, 71 Inclyta captiuo memoratur Tabraca Mauro.

TABVLA, ae. f. [*πίναξ, δέλτος, πλαξ, σάβις*] *Lignum aut saxum in latitudinem non profundam formatum, pingendi, scribendi, aedificandi causa, etc. Imago alicuius in tabulis Cic. de Fin. 5, 3 c. 1. Tabula literaria Vid. Varro R. R. 3, 5, 10. Incisa tabula his literis, vid. INCIDO.*

Imprimere tabulas parieti, vid. IMPRIMO. Hor. Carm. 1, 5, 13 Me tabula facer Votiuia paries indicat vuuda Suspendisse potenti Vestimenta maris Deo. Naufragi euadentes, pictas claudibus suis tabulas praeferunt, et cum quibus euaserint vestimentis ad Neptuni templum suspendunt. Iuuen. Sat. 14, 302 Et picta se tempestate tuetur. Et Virg. Aen. 12, 768 Seruati ex vndis vbi figere dona solebant. *Add. Iuuen. Sat. 12, 27. Sed Arripere tabulam de naufragio, i. nauis fractae partem, cuius ope enates Cic. Off. 3, 89 c. 23. E naufragio tabula, vid. post NAVIS.* Laceratae tabulae Ouid. Met. 11, 427 de eadem re. *Redimus ad tabulas, in quibus aliquid depictum est. Pictae tabulae Hor. Epist. 1, 2, 52. Cic. pro Rosc. Amer. 133 Quid praeterea caelati argenti? quid itragulae vestis? quid pictarum tabularum? quid signorum? quid marmoris apud illum putatis esse? Credite, Pisones, isti tabulae fore librum Perillimem Hor. Art. Poet. v. 6 i. picturae. In Veneris tabula summam sibi ponit Apelles Propert. 3, 9, 11 Qualis Apelleis color est in tabulis Id. 1, 2, 22. Tabulae antiqui operis Suet. Caes. c. 47. Tabulae Corinthiae Flor. 2, 16, 6. Propert. 4, 3, 35 Cogoret e tabula pictos ediscere mundos, de iis, quae hodie chartae vel mappae geographicae vocantur.*

2 Nobiles in primis ceratae tabulae vel tabellae, in quibus, tumultuaria praesertim opera, scribebant, quae vel simpliciter mox delebant, vel inde in operosiorum scripturam referrent. *Vid. dicta in STYLVS. Sic rationes domesticae et publicae scribebantur. Plaut. Asin. 4, 1, 18 Nec epistola quidem vlla sit in aedibus, Nec cerata adeo tabula. Tabulas rationum s. accepti et expensi, diligenter faciebant Romani, adeo ut Alfenus dicat l. 203 de V. S. Constitutum est eam domum vnicuique nostrum debere existimari, vbi quis sedes et tabulas haberet, suarumque rerum constitutionem fecisset. Vid. Cic. Verr. 1, 61. Id. pro Rosc. Com. c. 1 Si tabulas C. Fannius accepti et expensi profert suas in suam rem, suo arbitrato scriptas, quo minus secundum illum iudicetis, non recuso. Moris fuit, inquit Pedian. in Verr. 1, 60 vnumquemque domesticum rationem sibi totius vitae suae per dies singulos scribere: in quo appareret, quid quisque de redditibus suis, quid de arte, foenore, lucroue seposuisset quoque die, et quid item sumtus damniue fecisset. Sed postquam obsignandis literis reorum ex suis quisque tabulis damnari coepit, ad nostram memoriam tota haec vetus consuetudo cessauit. Nempe si quis quem reum faceret, ante omnia curabat, vt tabulae ipsius obsignarentur, vt integrae manerent, atque ex illis conuinci posset quid accepisset, erogasset, etc. Hoc vocat Cic. Conficere tabulas Att. 12, 4 sub finem, et pro Cael. 17. Et Sueton. Iul. c. 47 scribit, eum Seruitia politiora comparasse immenso pretio, et cuius etiam ipsum puderet, sic, vt rationibus vetaret inferri. Ad illam rationem tabulis ipsius rei vtendi aduersus reum pertinet illud Cic. Tusc. 5, 33 Tu quidem tabulis ob-*

signatis agis mecum, et testificaris, quid dixerim aliquando aut scripserim: et in Pison. . . . de Pisonē Epicuri dogmata arripiente, Iste claudus, quomodo aiunt, pilam retinere, quod acceperat testificari, tabulas obsignari velle. Cic. in Verr. 1, 102 An tuis solis tabulis causam

5 te diciturum existimasti? Nouae tabulae, appellantur, quando debitorēs creditas pecunias cum usuris persolvere non coguntur, et abolitis prioribus debitis nouae tabulae conficiuntur. Cic. Off. 2, 83 c. 23 Tabulae vero nouae quid habent argumenti, nisi vt emas tibi mea pecunia fundum, cum tu habeas, ego non habeam pecuniam? Vindicem enim tabularum nouarum nouam tabulam vidimus Id. Philipp. 11, 14. i. eius bona in tabula proscripita, qui tabulis nouis creditores cuperet in calamitatem conuicere. Ipse vocatur tabula, vt pendere dicitur debitor, cuius bonorum tabula pendet. Tabulae, scripta, quae fidem publicam habere debent, certe publice, in iudicio proponi. Has conficiunt scribae, qui Tabulam ponunt Liu. 9, 46 cum scriptu se abdicant. Cic. de Orat. 2, 18 Nam pro tabulis et contra tabulas, et pro testibus et contra testes — agere solemus, etc. Quinctil. 3, 7 Testimonia dicuntur aut per tabulas aut a praesentibus. Vid. Quinctil. 5, 5 init.

¶ 3 Tabulae etiam dicuntur iudicum, et suffragia ferentium in comitiis, quae frequentius 20 Tabellae vocantur. V. g. Cic. in Pison. 11 Cui primam comitiis tuis dederas tabulam praerogatiuae, quem in senatu sententiam rogabas tertium. Sed Hor. Sat. 2, 1 extr. Soluentur risu tabulae. Subsellia iudicum intelligit. Vet. Schol. eorum risu soluenda, et frangenda. Censoriae tabulae, vid. h. v. Idem Fam. 14, 2 Quemadmodum a Vesta ad tabulam Valeriam ducta esses. Idem in Vatin. c. 9. Locum ita signari apparet. Hotom. ad Cic. pro Caecin. c. 5 Argentarii Valerii tabulam auctionariam intelligit, ad quam venderentur bona Ciceronis. Abramus ad Cic. in Vat. c. 9. Tabulam qua lex Valeria de prouocatione fixa erat. Nihil certi.

¶ 4 Tabulae XII legum apud Romanos dicebantur, non quod XII leges essent, sed quod XII tabulis conscriptae fuerint. Aes enim, in quod leges incidebantur, in tot tabulas, quot commodum erat, secabatur. Vid. Anton. August. de Leg. 16. Leges duodecim tabularum. Flor. 1, 24, 1. Bibliothecas omnium philosophorum vnus mihi videtur XII tabularum libellus, et auctoritatis 35 pondere, et vtilitatis vbertate superare Cic. de Orat. 1, 193 c. 44. Sunt et aliarum legum tabulae. Cic. Philipp. 12, 12 Num figentur rursus hae tabulae, quas vos decretis vestris refixistis? Simile est illud Virg. Aen. 6, 622 Fixit leges pretio, atque refixit. Cic. Fam. 12, 1 Tabulae figuntur, immunitates dantur. Et paullo post, Cuius aera refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus? Leges intelligit Caesaris, de quibus fusissime Philipp. 1.

¶ 5 Tabulae siue, Tabellae, dicebantur Testamenta, non minus quam aliae publicae scripturae, cuiuscunque materiae essent. In tabulas multis haec via fecit iter Ouid. A. A. 2, 332. Vlp. in l. 1 D. de bonor. poss. secund. tabul.

45 Tabulas testamenti accipere debemus omnem materiae figuram. Siue igitur tabulae sint lignae, siue cuiuscunque alterius materiae: siue chartae, siue membranae sint, vel si corium alicuius animalis: tabulae recte dicuntur. Quinctil. 6, 3, 92 De Domitio Afro, Vetus habebat testamentum: et vnus ex amicis recentioribus sperans aliquid ex mutatione tabularum, falsam fabulam intulerat, consulens eum, an primitari seni testato suaderet ordinare suprema iudicia. Noli, inquit, facere: offendis illum. Primae tabulae testamenti sunt, in quibus heredes primo loco instituuntur: secundae sunt in quibus substitutiones sunt, si instituti hereditatem non adierint. Tabulae etiam dicuntur folia singula 55 la testamenti. Quae et primae et secundae tabulae intelligi possunt prima et secunda charta testamenti, quae etiam primae et secundae cerae dicuntur.

¶ 6 Varia: Caius, quemadmodum test. aper. l. Sed si quis, et si forte omnibus absentibus causa aliqua aperire tabulas vigeat, etc. Conficere tabulas int. rationum, vid. CONFICIO. Configere tabulas, vid. CONFIGO. Eximere alicuius nomen de tabulis proscriptionis Cic. pro Rosc. Amer. 26. Inferre in tabulas aliquod commodum Idem pro Flacc. 20. Obsignare tabulas, vid. OBSIGNO. Id. Qu. Frat. 2, 6 Proscripsit tabulam familiam Catonianam se venditurum. Signatae tabulae Quinctil. 5, 11. Tabulae supremae, Testamentum Martial. 5, 33. Quadrantem Crispus tabulis Faustine supremis 65 Non dedit uxori; cui dedit ergo? sibi. Crispus hic omnia luxu perdidit, moriens itaque nihil reliquit uxori, quoniam omnia dederat sibi, id est, ventri suo. Tabula qua proscribitur auctio, in ipso loco habendae Auctionis. Cic. pro Caecin. 16 c. 5 Adest ad tabulam, licetur

70 Ebucius, deterrentur emtores multi, partim gratia Caesenniae, partim etiam pretio. Fundus addicitur Ebucio. Idem Qu. Frat. 2, 5 Sensit Milo, dedit cuidam non familiari negotium, qui sine suspitione emeret eam familiam a Catone. Quae simul abducta est. Racilius qui vnus est hoc tempore Trib. pleb. rem patefecit, eosque homines 75 sibi emtos esse dixit: et tabulam proscripsit, se familiam Catonianam venditurum. In eam tabulam magni risus conuequebantur. Idem Att. 12, 40 De hortis Scapulanis hoc videtur effici posse, aliud tua gratia, aliud nostra, vt praeconi subiiciantur. Id nisi fit, excludemur. Sin ad tabulam venimus, vincemus facultates Othonis nostra cupiditate. h. e. Sin praeconi subiiciantur, et auctio fiet. Haec tabula etiam Titulus dicebatur et Libelli. Vid. suis locis, vid. etiam Auctionariae tabulae in AVGEO. Ludere tabulam, s. ad tabulam . . . i. aled. Vid. Salmas. ad Vopisc. Procul. Tabula i. agri modus ap. Pallad. Ian. 10, 2. Feb. 9, 9 etc. Vid. Lex. Russ. Gesneri.

85 TABELLA, ae. f. [πίναξ] Parua tabula. Plin. 16, 39 Inuentum est pictorum tabellis immortale Cic. Fam. 7, 24 (23) Ea volebam tabellis ornare. Tabellam motam ventos facere puellae Ouid. Am. 3, 2, 37. Blandae densaeque tabellae Iuuen. Sat. 9, 56. Cautionum, Contractuum tabellae Sen. de Const. Sap. c. 6. Conf. Lips. ad h. l. 90 Legitimis tabellis tibi iuncta mulier Iuuen. Sat. 6, 199. Pictae tabellae Hor. Serni. 1, 1, 72. Pictorum tabellae Plin. 16, 39. Rasis tabellis infusa cera Ouid. de Arte Am. 1, 437. Votiuua tabella Iuuen. Sat. 12, 27. Committere verba tabellis Ouid. Met. 9, 585. Exornare aliquid, vel locum aliquem tabellis Cic. Fam. 7, 23. Tabellae Epistolae dicebantur, quod in breuibus tabulis scriberentur Plaut. Epid. 2, 2, 66. Idem Pseud. 1, 1, 25 Tace dum perlego tabellas. Duplices, triplices, quintuplices: vid. Burm. ad Ouid. Am. 1, 12, 27. Croceae membrana tabellae Iuuen. Sat. 7, 23. Laureatae tabellae, vid. LAVRVS. Lepidae tabellae vid. LEPIDVS. 100 Verba dedit ferenda tabellis Ouid. Met. 14, 707. Properatae tabellae, Celeriter scriptae Idem Met. 9, 586. Arcanas signare tabellas Idem Amor. 2, 15, 15. Conf. Id. de Art. Am. 2, 395. Consignare tabellas Plaut. Curc. 2, 3, 86. ¶ 2 Tabellis ferebant sententias post Leges Tabellarias de quibus statim. Sunt autem hae tabellae vel iudicum, de quibus Acon. in Diuin. in Caecil. 24 c. 7. et in Verr.

26 c. 9 *posteriorem locum ponemus*: Cum condemnandi nota esset C litera, absolventi A, ampliandi signum NL dabant, quo significabant Non Liquere. In Comitibus, quibus magistratus crearentur, scriptum habet unusquisque in tabella nomen Candidati, cui fauet. Vid. quae disputavimus ad Varr. de R. R. 5, 3, 18. In legum denique ferendarum comitiis, qui probaret rogationem, huius tabella habebat V. R. i. Vti rogas. Vid. ROGO n. 4. qui autem antiquaret, illius in tabella signatum fuisse A, non est dubium. Ne in tabellae quidem latebra fuisse absconditam malevolentiam Cic. Fam. 3, 12. Tabella est, quae dat potestatem, occultat libidinem Idem pro Rab. Post. c. 5. Idem Diu. in Caec. 24 Ceratam unicuique tabellam dari cera legitima, non illa infami ac nefaria. Idem Verr. 4 c. 47 De quo vos sententiam per tabellam feretis? De tabellis vide Vti rogas, in ROGO et PONS. Sueton. in August. c. 33 Non tantum duas tabellas, damnatoriam, et absolutoriam, simul cognoscantibus dedit; sed tertiam quoque, qua ignosceretur iis, quos fraude ad signandum, vel errore inductos constitisset. De falso loquente testamento Suetonius. Videtis in tabella iam ante quanta facta sit labes Cic. de Amicit. 41. Idem de lege Agr. 2, 4 c. 2 Quod meis comitiis non tabellam indicem tacitae libertatis, sed vocem vivam prae vobis indicem vestrarum erga me voluntatum ac studiorum tulistis. Alii legunt Vindicem libertatis. Add. Id. pro Sext. c. 48. Grata tabella Idem pro Planc. 16. ¶ 3 Sed Tabella dimidiata Varr. 3, 2, 1 Vis potius villae publicae utamur umbra, quam privati candidati tabella dimidiata aedificemus nobis? h. e. Vis ingrediamur potius villam publicam, quam in angustum tabernaculum candidati nostri nos constipemus? Nam Dimidiatam tabellam dixit, Exiguam tabernaculi partem multis hominibus referti: aedificat autem sibi, qui tanquam aedificium sibi parat et locum. Sic Turneb. Aduers. 8, 7. Est igitur haec Tabella potius diminutum nomen ex Taberna, quam ex Tabula.

TABELLARIUS, i. m. [ἑβλιωφόρος, γραμματοφόρος] A Tabellis rationum tractandis, plerumque vero a tabellis s. literis ferendis dicitur. Ex priori genere laudatur Sidon. 4, 11 Sed et ille suscipiebat hunc granditer, habens in eo consiliarium in iudiciis, vicarium in ecclesiis, procuratorem in negotiis, villicum in praediis, tabellarium in tributis, in lectionibus comitem, in expositionibus interpretem, in itineribus contubernalem. His tamen nonnulli legunt, Tabularium. Locuples tabellarius, vid. LOCUPLES in LOCUS. Sed ordinarie Tabellarius, qui literas perfert. Cic. Fam. 14, 22. Idem Fam. 9, 15 Duabus tuis epistolis respondebo: vni, quam triduo ante acceperam a Zeto: alteri quam attulerat Phileros tabellarius. Fidelis tabellarius Idem Att. 1, 13. Deprehendere tabellarios Idem Fam. 12, 12. Excutere tabellarios Idem Fam. 10, 31. Mittere tabellarios, vel remittere Idem Fam. 12, 12. Subministrare tabellarios vel praebere Idem Q. Frat. 2, 12. Scrutari tabellarios Idem Fam. 10, 31.

TABELLARIUS, a, um. Adi. [πρωτοκόπος] Vt, Lex tabellaria a Tabellis, de quibus n. 2. Cic. pro Sext. c. 58 Tabellaria lex ab L. Cassio ferebatur: populus libertatem agi putabat suam: dissentiebant principes, et in salute optimatum temeritatem multitudinis et tabellae licentiam pertimescebant. Asconius in secundam Verrinarum, L. Cassius, Inde, inquit, sunt leges Cassiae tabellariae de suffragiis libere ferendis, non voce, sed tabella. Vid. Idem de Legib. 3, 35 c. 16 Sunt enim quatuor leges tabellariae, etc. Nempe ille locus est, in quo dedita opera de utilitate aut noxa tabulariarum legum disputatur. Vid. Suffragia quomodo ferri solerent, in SUFFRAGIVM. Vid. Sall. Or. ad Caes. 2 c. 18. Plin. Ep. 3, 201 et 4, 25. Tabellariae naues, Quae praemittebantur in portum, ad nuntiandum aduentum proximae classis Senec. Epist. 78 (77)

TABELLIO, ōnis. m. [ἀγρόκοπος νομικός Gloss. Lat. Gr.] Scribae, qui tabulis scribendis adhibentur. Firmic. 5, 2. et 8, 28. Idem 4, 5 Tabelliones publicos facit, et qui ex literis quaerant vitae subsidia. Conf. Capitolin. in Macrino c. 4. Vlpian. l. 9 §. 4 D. de poenis.

TABVLĀRIS, e. Adi. [πρωτοκόπος] Quod ad tabulas pertinet, et in tabularum ornatum accommodatur. Plin. 34, 9 Aes omne frigore magno melius fundi. Sequens temperatura statuaria est, eademque tabularis. Claus tabularis Petron. 75.

TABVLARIA, ium. n. Species tormenti. Senec. de Ira 3, 19 Torserat per omnia, quae in rerum natura tristissima sunt, fidiculis, tabularibus, equuleo, igne, vultu suo.

TABVLARIA, ae. f. Idem quod tabularium ap. Non. 3, 110.

TABVLARIVM, i. n. Locus destinatus seruandis instrumentis, tabulis, literisque publicis, in quibus omnia pascua, praedia, vectigalia, portoria, ciuitates, redemptiones publicanorum, perscripta erant. Tabulas desideras Heraclensium publicas, quas Italico bello, incenso tabulario interisse scimus omnes Cic. pro Arch. c. 4. Id. de N. D. 3. c. 30. et Apul. Apol. p. 324 et 330. Erant Romae in atrio Libertatis. Lilius 43, 16 Censores ex templo in atrium Libertatis ascenderunt, et ibi signatis tabellis publicis clausoque tabulario et dimissis seruis publicis, negarunt se prius quidquam negotii publici gesturos, quam iudicium populi de se factum esset. De eo Virgil. scripsit Georg. 2, 502 Infanumque forum populi et tabularia vidit. Turnebus tabularia idolorum Tertull. de Idol. c. 10.

TABVLARIVS, i. m. Supputator, ratiocinator. Vlp. in l. vlt. D. Si mensor falsum modum dixerit. Ego et aduersus tabularium puto actiones dandas, qui in computatione sefellit. Tabularii, inquit Antonius August. sunt, Qui magistratibus, in publicis, aut priuatis negotiis cautiones, acta et rationes conscriberent. Hos seruos publicos appellatos scimus, quod serui fuissent, antequam id fieri Arcadius vetaret constitutione 3. De tabulariis, scribis, holographis, et censualibus, quae in Theodosiano quoque libro exstat. Hodie Tabelliones appellantur: sed iis rationum tabulae nullae committuntur, ut tabulariis. Haec ille. Vetus inscriptio apud Gruter. p. 632. n. 4. M. LIVIO. CELSO. TABVLARIO. SCHOLAE. MEDICORVM. Sen. Epist. 88 Cuius patrimonium tabularios lassat, qui Inuentarium scribant. Conf. Capitolin. in Anton. Phil. c. 9. Ammian. 28, 1. Tertull. Apol. c. 39. Sidon. Epist. 5, 7. Symmach. 9, 10. Isidor. 5, 24. Casaub. ad Suet. p. 192. Tabularii, [πρωτοκόποι] Obsignatores tabularum, siue hae ad testamentum, siue ad aliud pertineant. Tacit. Ann. 14, 40 Igitur Fabianus tabulariis quos memorati, et aliis minus illustribus obsignat.

TABVLINVM, vid. TABLINVM.

TABVLO, aere. [συνιδωμα] Tabulis aliquid construere. Certe hinc

TABVLĀTVS, a, um. Partic. [συνιδωτός] Ex tabulis factum. Vt,

Tabulatus transitus, Tabulis ubique interpositis confectus. Plin. Epist.

2, 17 Aedificia tabulata Fest. in Adtubernalis. ¶ 2 Subst.

Tabulatum, [συνιδωμα, δρύπαντος, υπερωον] Plana in aedificiis superfi-

*cies, quadratis lapidibus, vel etiam tabulis constrata et parietibus undecun-
 que suffulta.* Foenum in tabulata componere Colum. 2, 22. *Conf.*
 Id. 2, 18, 2. Ligna in tabulato condere Cato R. R. c. 55. Vocibus
 vrgent interea, et pedibus pulsant tabulata frequenter Val. Flacc. 8,
 305. *denauibus.* *Add.* Lucan. 4, 432. Cato 3 Si in terra, vel tabulato olea
 nimium diu erit, putrescet, oleum foetidum fiet. Caes. Bell. Gall. 6, 28
 In extremo ponte turrim tabulatorum quatuor constituit, praesidium-
 que cohortium duodecim pontis tuendi causa ponit. Iuuen. Sat. 10,
 105 — numerosa parabat Excelsae turris tabulata. Virg. Aen.
 2, 464 Summa tabulata. *Conf.* Curt. 4, 3, 4. Destruit tabulata Stat.
 Theb. 10, 872. Strata solo tabulata Idem Silu. 1, 5, 57. ¶ 3
Metaphor. Tabulata dicuntur uti Strata rerum quae sibi, lata superficie,
 inuicem imponuntur. Colum. 12, 48 Alterna tabulata oliuarum et salis
 vsque in summum componant. *Add.* ibid. 39, 3. Scribon. 60 Salis
 15 quasi tabulata interponunt. ¶ 4 Tabulata, in arboribus
 sunt, Rami effusiores in plana tendentes, non in altiora cre-
 scentes, *inquit* Seru. ad Georg. 2, 361. Plin. 17, 23 Et vlmus detrun-
 cata a media in ramorum scamna digeritur, nulla fere viginti pedum
 altiore arbore: tabulata earum ab octauo pede altitudinis dilatantur
 20 in collibus, siccisque agris. Virg. Georg. 2, 361 — summasque
 sequi tabulata per vltimos. Columel. 5, 6, 11. *it.* 23 et 24.

TABVLATIO, ōnis. f. [*συνιδωαις*] Ipsa tabularum constructio.
 Caes. Bell. Ciuil. 2, 9 Centonesque insuper iniecerunt, ne aut tela tor-
 mentis missa tabulationem perfringerent, aut saxa ex catapultis
 25 lateritium excuterent. Theatra tabulationes habent complures
 Vitr. 5, 5.
 TABVLAMENTVM, i. n. *Idem ac Tabulatio.* Frontin. Strat. 1, 1, 1
 Iunxit dolia, constrauitque tabulamentis.
 TABVLATIM. *Adu. Distinctione tabulis facta.* Pallad. 3, 9 Pla-
 30 cet genera vitium tabulatim disponi.
 TABVM, *vid.* TABES.
 TABVRNVS, i. m. Mons Campaniae, oliuetis abundans. Virg.
 Georg. 2, 38. — iuuat Ismara Baccho Conferere, atque olea
 magnum vestire Taburnum.

T A C

TACEO, uī, ūtum, ēre. [*σιγάω, σιωπάω, ἠσυχάζω*] Vocem nullam
 emittere, non loqui, etc. Ter. Eun. 3, 2, 23 Numquid habes quod con-
 40 temnas, quid tu autem Thraso? tacent, satis laudant. Quis minor
 est autem quam tacuisse labor? Ouid. Amor. 2, 2, 28. Enuntiabo
 apud homines familiarissimos, quos semper tacui, et tacendum putauī
 Cic. de Orat. 1, 119 c. 26. Ante expectatum tacuit Ouid. Met. 4,
 789. Tacere aliquid, *Reticere* Ter. Eun. 1, 2, 23. Nep. 10, 2, 5:
 45 Arcana Curt. 6, 10, 7. Callide quid tacere Quinctil. 5, 13. Ta-
 ceo te Plaut. Mil. 4, 1, 100. Vlcisci se tacendo Ouid. Rem. Amor.
 645. Tacere de, Plin. 13, 16 De mensis tamen tacuit. De
 re aliqua tacere Quinctil. 1, 2. Nimium diu de rebus alicuius ta-
 cere Cic. Att. 1, 16 (19). In his saltem rebus, in quibus de se ta-
 50 ceri velit, tacere Cic. de Lege Agrar. 3, 4. An me tacitum tan-
 tis de rebus existimauistis Cic. 2 (Act. 1) Verr. 27 c. 9. Tace-
 cere, *Securum esse: quoniam qui securi sunt, nullam interrogandi causam
 habent.* Ter. Adel. 2, 4, 16 Tace modo, ac sequere. Ibid. 2, 2, 1
 Tace, egomet conueniam iam ipsum. Tacere etiam dicuntur, *Quae
 sine voce sunt.* Virg. Aen. 4, 363 — Totumque pererrat Lumi-
 55 nibus tacitis. Et Aen. 4, 525 Quum tacet omnis ager, nulla vox
 in eo auditur, mediae noctis designatio. Amor tacetur in medio
 Marte Ouid. Amor. 2, 18, 36. Iurgia turbida tacuerant Lucan.
 ad Pison. 74. Oculi tacent Ouid. Amor. 2, 5, 17. Pleetra
 60 dolore tacent Idem Epist. 15, 170 Tacitum est, impersonale: Ter.
 Adel. 3, 4, 38 Ignotum est, tacitum est, *creatum.* Martial. de
 Spectac. 28. Fucinus et pigri taceantur stagna Neronis.

TACENS, entis. Partic. [*κατασιωπῶν*] Aquae tacentes Propert. 4,
 4, 49. Plaut. Rud. 4, 4, 72 Quia enim neque loquens es, neque tacens vn-
 65 quam bonus. Oratio tacens Quinctil. 2, 28. Fluius tacens, *Sine mur-
 mure, et quasi imperceptibiliter fluens* Sen. Herc. Fur. 9, 713. Loci ta-
 centes Tac. Hist. 3, 85, 3. *i. solitudo.* Vento tacente tumuit mare,
 Non flante Sen. Med. 10.
 TACENDVS, a, um. Partic. [*σιωπητέος*] Martial. 1, 5 Vir Cel-
 70 tiberis non tacende gentibus, Nostraeque laus Hispaniae. Lo-
 qui tacenda Ouid. de Arte Am. 2, 604.

TACITVS, a, um. [*σιωπηλός, ἐχέμενος, σέφανος*] Qui tacet: qui se-
 cretum tenet apud se. Plaut. Rud. 4, 3, 88 Tu abi tacitus tuam viam.
 Ter. Eun. 3, 5, 23 Quid est? C tacitus, citius audies. Idem Hec. 4, 1,
 75 3 Ita corripuit derepente tacitus sese ad filiam. Assentitur taci-
 tus Cic. (Diuinat.) Verr. 1, 22 c. 7. Accepit hanc plagam tacitus
 Idem Verr. 5. Arguit tacitus Liu. 1, . . . Cic. Pr. A. 1, in Verr.
 34 Id enim consilii mihi profecto taciti dabitis, quod egomet mihi ne-
 cessario capiendum intelligo. Perspicere voluntatem tacitorum Id.
 80 in Catil. 1, 20. ¶ 2 Tacitus, *passiue* Virg. Aen. 6, 841
 Quis te magne Cato tacitum, aut te Cossē relinquit? Cic. Fam. 3, 8
 Sed prima duo capita epistolae tuae tacita mihi quodammodo relin-
 quenda sunt. Vulgator taciti Ouid. Amor. 1, 7, 51. Si vo-
 85 luntas tacitis verbis intelligi posset, verbis omnino non vteremur Cic.
 pro Caecin. 53 c. 18. Nihil me mutum delectat, nihil tacitum Idem
 in Catil. 3, 26 c. 11. ¶ 3 *Iam ponamus Substantiua, ubi ple-
 rumque potest et actiua tacentis et passiua occultati ratio, diuerso tamen
 respectu locum habere.* Accessus tacitus, *vid.* ACCEDO. Affectu
 tacito laetari, *Amare occulte* Ouid. Met. 7, 147. Annis tacitis se-
 90 nescimus, *Tacite fluentibus* Idem Fast. 6, 771. Assensio tacita et
 occulta Cic. pro Milon. 12 c. 5. Caelo tacito labentia sidera.
 Virg. Aen. 3, 515. *i. Nocturno, per quod tacetur, vel quia caeli motus a
 nobis non auditur.* Cogitationes tacitae Quinctil. 6, 1. Com-
 mendatio tacita Idem 4, 1. Cursus tacitus fluminis Ouid. Met. 14,
 95 601. Dignitas nostra in id tacita esse poterit? pati poterunt ocu-
 li me cum Gabinio sententiam dicere? Cic. Att. 10, 5. Dolor taci-
 tus Ouid. Fast. 1, 356. Dulcedine tacita tangere pectus Lucret.
 3, 909. Existimatione tacita reprehendi Cic. de Prouinc. Conf.
 40. Expectatio vestra tacita iamdudum alio me vocat Idem
 00 pro Cluent. 63. Figura corporis tacita Idem pro Rosc. Com. 20.
 Furtum tacitum Ouid. Fast. 1, 549. Incessus tacito progressus
 Virg. Aen. 12, 219. Inimicitiae occultae et magis tacitae
 timendae sunt, quam indictae et apertae Cic. Verr. 7 (5),
 181 c. 71. Ira tacita exaestuare, *Tecta, occulta* Ouid. Met. 6,
 05 623. Mente tacita gerit vulnus inconsolabile. *b. e. Maximum do-
 lorem.*

lorem Idem Met. 5, 428. Liu. 1, 29 Sed silentium triste ac tacita moestitia ita defixit omnium animos. Murmure tacito venerantur numen, *Voce submissa* Ouid. Met. 6, 203. Nox tacita, *In qua omnia tacent animalia* Ouid. Met. 9, 473. Nutus taciti Id. Am. 3, 11, 23. Officium et studium tacitum Cic. pro Quint. 78. Os tacitum praebere alicui Idem Verr. 5, 36. Pallore tacito fateri animum Ouid. Fast. 6, 19. Passu tacito praeterire Claud. Conf. Hon. 6, 509. Pectus tacitum pertentant gaudia Virg. Aen. 1, 509. Pisces taciti, *Muti* Ouid. Met. 4, 50. Senatus consultum, v. v. Signo tacito exercitum adduxerunt Liu. 29, 30. Timor tacitus Lucret. 6, 1177. Vias tacitas hostibus monstravit Martial. 13, 60. *de cuniculo*. Vis tacita Quinctil. 3, 5. Voce tacita dicere aliquid, *Sufurrare* Ouid. Met. 9, 300. Vultus taciti Idem Amor. 1, 7, 21. Iudicium tacitum, *vid. IVDICIUM*. Add. Cic. Off. 3, 24. Quamuis enim demersae sint leges alicuius opibus, quamuis tremefacta libertas, emergunt tamen haec aliquando aut iudiciis tacitis, aut occultis de honore suffragiis. Tacitum, *substantive pro arcano, quod taceri volumus*. Senec. Epist. 84. Falsum ergo est hoc, quod patrocini loco ponitur, ei qui soleat ebrius fieri, non dari tacitum. Vulgator taciti Ouid. Amor. 3, 7, 51. *Aliter*, Nullis nota Quiritibus Aetas, per tacitum fluat Sen. Thyeste v. 396. **Cognomen gentis** Corneliae, ex qua in primis nobilitatem consecutus est C. Cornelius Tacitus, Eques Romanus, gener Cn. Iulii Agricolae, sub Vespasianis, Domitiano, Nerua, et Traiano varios honores gessit; scriptis vero suis prudenti et arguta breuitate disertis immortalis sibi laudem et gloriam comparavit, aequalis ac familiaris Plinii Iunioris etc. Scribit Flavius Vopiscus in vita Taciti Imperatoris 10 libros huius historici tanquam e suis progenitoribus, Tacitum imperatorem quotannis decies describi, ne opus periret, idque in omnibus bibliothecis apponi, iussisse.

TACITE, *sive TACITO*. Adu. [*ἀγνῶ, ἀγνῶ*] h. e. *Secrete, et submissa*. Plaut. Poen. Prolog. 32. Matronae tacitae spectent, tacite rideant. Idem Asin. 3, 2, 42. Tacite auscultemus. Tacite dare potestatem Cic. pro Milon. Tacite, obscureque concedere Idem pro Quint. 50 c. 15. Tacite praetereuntem execrari Liu. 2. Tacite rogare Cic. pro Lege Manil. 13 c. 5. Annus tacite labens Ouid. Fast. 1, 65. Tacito intelligere Cic. Verr. 2, 180 c. 73. Tacito molitur fugam Iustin. 18, 4, 9. Liu. 42, 16 Et quanquam dissimulare, et tacite habere id, patique statuerat.

TACITVLVS, a, um. Dimin. Varro apud Non. 1, 234. Nouus maritus tacitulus taxim vxoris soluebat cingulum. Conf. ib. 17, 3.

TACITABVNDVS, a, um. Adi. Donat. in Virg. Ille saepe tacitabundus discedebat.

TACITVRIO, iui, ire. Sidon. Epist. 8, 16 Taciturire deliberauimus.

TACITVRNVS, a, um. Adi. [*σιωπηρὸς, σιγηλὸς, σιγηρὸς*] Qui facile tacet. Delia taciturna Tibull. 1, 2, 33. Flumen taciturnum Sil. 4, 224. Conf. Drackenb. ad h. l. Obstinatio taciturna Nepos 25, 22, 2. Ripa taciturna caret ventis Hor. Carm. 3, 29, 24. Silentia taciturna Ouid. de Arte Am. 2, 505. Statua taciturnius Hor. Ep. 2, 2, 83. Ostium taciturnissimum, apud Plaut. Curc. 1, 1, 20.

TACITVRNVLVS, a, um. Adi. Dimin. [*ὀπισσιγηρὸς*] Apul. Blanda mulier, et taciturnula.

TACITVRNITAS, atis. f. [*ἀφασία, ἀφωσία, ἐχεμυδία*] Observantiae et fidelitatis genus in silentio constitutae, interdum etiam stulta potius tacendi vel consuetudo vel obstinatio. Ter. Andr. 1, 1, 7 Sed his, quas semper in te intellexi-sitas, fide, et taciturnitate. Cic. Fam. 1, 5 Sed nosti hominis tarditatem et taciturnitatem. Annua taciturnitas Idem in Pison. 32. Taciturnitas interdum eloquentiam potior Nep. 15, 3, 2. Taciturnitas optimum est et tutissimum rerum gerendarum vinculum Val. Max. 2, 2. Inuida taciturnitas Hor. Carm. 4, 8, 29. Perpetua taciturnitas, *vid. PERPETVVS*. Suspicionem mihi maiorem tua taciturnitas attulerat Cic. Att. 7, 8. Experiri taciturnitatem alicuius Idem de Clar. Orat. 231. Taciturnitas imitatur confessionem Idem de Inuent. 1, 54 c. 32.

TACTICE, es. f. [*τακτική*] Ars instruendae aciei.

TACTICVS, i. m. Huiusce artis peritus.

TACTVS, *vid. TANGO*.

T A E

TAEDA, ae. *vid. TEDA*.

TAEDET, taedebat, taeduit et taesum est, ere. [*ἰζαπορεῖται, ἀκηδία-ζω*] Molestiam ex diurnitate praesertim rei ingratae, vel sensus externi offensione ortam indicat. Plene dices, Taedet me taedium huius rei. Sed omittitur Substantiuum, ut fiat Verbum impersonale. Terent. Eunuch. 1, 1, 27 Et taedet, et amore ardeo. In locum Nominis succedit Infinitiuus, Ter. Phorm. 3, 2, 2 At enim taedet iam audire eadem milles. Alias per dictam ellipsin cum Genitiuo construitur v. g. Plaut. Cas. 1, 54 Abeo intro, taedet sermoneis tui. Subaudi Me. Ter. Eun. 2, 3, 6 Taedet harum quotidianarum formarum. Cic. Att. 2, 24 Prorsus vitae taedet, ita sunt omnia omnium miseriarum plenissima. Taedet nemorum Stat. Theb. 4, 263. Quid quaeris? taedet omnium nos vitae Cic. Att. 5, 16.

TAEDESCO, ere. [*σιχαίνουμαι* Gloss. Gr. Lat.] Minuc. Felix in Oct. 28, 11 Prius taedescit impudentiae, quam pudescit.

TAEDIO, are. [*ἀθυμῶ* Gl. Lat. Gr.] Lamprid. in Alex. Sen. 29 Neque vnquam taediauit, aut morosus ac iratus resedit. *Vid. Casaubon. ad loc. qui hanc vocem tanquam elegantissimam laudat.* Bos taedians Veget. de Re Veter. 3, 1. Cor taedians Tertull. adu. Iud. c. 11.

TAEDITVDO, inis. f. [*σιχασία* Gloss. Gr. Lat.]

TAEDIVM, i. n. [*ἀκηδία*] Molestia sensum externum vel internum afficiens. Plin. 19, 6 de allio, Taedium huic quoque habitui, ut cepis, nullum tamen coctis. Laboris taedium Quinctil. 2, 2. Laudis taedia Virg. Georg. 4, 331. Sollicitum taedium Hor. Carm. 1, 14, 17. Adducere taedium Plin. 30, 15. Afferre taedium Liu. 34, 34. Cepit taedium Liu. 8, 2. Capere taedia coepti Ouid. Met. 9, 615. Deorare taedium, *vid. DEVORO*. Dictare taedium lucis Quinctil. 1, 3. Idem 4, 2 Nam debet esse quam purissimus sermo, et qui varietate taedium effugiat, et mutationibus animum leuet. Ferre taedia Iunen. Sat. 16, 44. Ferenda taedia alicuius Ouid. Met. 14, 718. Leuare taedium lectionis Quinctil. 2, 12. Parere taedium Idem 2, 21. 9, 4, 43. Subire longa taedia Claud. in Eutrop. 2, 99. Taedia subeant animos Iunen. Sat. 7, 34. *Metonym. pro re taedium et molestiam afferente dixit* Plin. 34, 18 c. 50 Non sunt ea taedia in metallis, de muscis et culicibus.

TAEDVLVS, a, um. *Adi.* Festus: Taedulium antiqui interdum pro fastidioso, interdum quod omnibus odio esset, ponere soliti sunt.

TAEDIOSVS, a, um. [*ἀηδής, σικχός* Gloss. Lat. Gr.] *Molestus.* Firmic. 1, 3 Ille inuisus longam ac taediosam lucis sustinet farcinam.
 5 *Lucis. i. Vitae. De sene loquitur inualido et mori cupiente.* Haec taediosa mente dum recogito Eugen. Toletan. Carm. 12.

TAEDIOSE. *Adu.* [*ἀηδώς* Gloss. Lat. Gr.] Taediose ventis abnudentibus Apul. de Deo Socr. p. 51.

10 **TAENARVS**, i. m. [*Ταινάρως*] *Locus umbrosus in radice Maleae promontorii Laconiae iuxta Spartam ciuitatem. In quo quia hiatus magnus est, et strepitus progredientium percipiuntur, dixerunt veteres per hunc esse descensum ad inferos.* Virg. Georg. 4, 467 Taenarias etiam fauces alta ostia Ditis. *Ibi erant λατομῖαι, hoc est lapicidinae lapidum pretiosorum, qui et Laconica marmora, et Taenarei lapides vocantur.* Propert. 3, 2, 11 Quod non Taenareis domus est mihi fulta columnis. *Et in Singulari g. m. est, in Plurali neutrius.* Graece *Ταινάρως*: a quo Taenarum oppidum dictum est: de quo sic Suidas, Taenarum promontorium Laconiae, in quo fauces erant ad inferos deducentes, ubi et Neptuni praefidis templum: illic supplicantes in sacello Neptuni Helotes nihil veriti Lacedaemonii interfecerunt. Inuisi Taenari horrida sedes Hor. Carm. 1, 34, 10. *Operta umbris Taenarus* Lucan. 9, 36. *Spartanus Taenarus* Sen. Herc. Fur. s. 7. *Taenara et aspero regnum sub domino* Sen. Troad. 402.

25 **TAENARIVS**, a, um. *Adi.* [*Ταινάριος*] *Vt, Luci Taenarii* Stat. Theb. 1, 355. *Marita Taenaria, Helena* Ouid. Epist. 13, 45. *Taenarii lapidis meminit* Plin. 36, 22. *Tenarias fauces, alta ostia Ditis* Virg. Georg. 4, 467.

30 **TAENARIS**, idis. *f. Patronym.* [*Ταινάρης*] *Vt, Ora Taenaris* Ouid. Epist. 17, 6.

TAENARIDES, ae. m. *pro Lacone.* Ouid. Met. 10, 183.

TAENIA, ae. f. [*ταυνία*] *Fascia, vitta.* Virg. Aen. 7, 352 *Fit tortile collo Aurum ingens coluber, fit longae taenia vittae.* Virg. Aen. 5, 269 *Puniceis ibant euincti tempora taenis.* A taena, non

35 *taenia. Nam et taena et taenia dicitur. Seruius. Taenia proprie dicitur Fascia, inquit Festus. Graeca enim dictio est, ταυνία, quam sic interpretatur Verrius, vt dicat onamentum esse lancum capitis honorati, vt fit apud Caecilium in Androgyno, Sepulcrum plenum taeniarum, ira vt solet. Et alias, Dum taeniam qui vulnus vinciret*

40 *petit. Ennius in Alexandro, Volans de caelo cum corona et taeniis. Haestenus Festus. Vid. Plin. 13, 12. Petron. c. 29. Conf. Barth. ad h. l. p. 105. Tertull. de Cor. Mil. c. 7.*

Taeniae, sunt in mari Candicantes cautes longo tractu fasciam imitantes, a quibus taenienses purpurae vocantur, quae in illis degunt locis. Meminit

45 **Plinius in praef. l. 3 apud quem Taenei maris perperam, pro Taeniis maris scriptum est. Turnebus. Taeniae, Lumbrici ventris, lati quidem illi, sic dicti, quod instar fasciarum sint lati ac longi. Vnde proditum est a**

Plin. 11, 33 Intra hominem taenias tricenum pedum, aliquando et plurimum longitudine nasci. Add. Idem 23, 5. et 27, 9. Sammon.

50 **v. 564. c. not. Keuchen. Taenia, Genus piscis apud Plin. 32, 7.**

TAENIENSIS, e. *Vt, Purpurae taenienses* Plin. 9, 37 *pr. de qua re modo dictum in TAENIA n. 2.*

55 **TAENIOLA**, ae. f. *Dimin.* [*ταυνίολον*] *Fasciola. Columel. 11, 3. Brassica, quum sex foliorum erit, transferri debet, ita vt radix eius liquido fimo illita, et inuoluta tribus algae taeniolis pangatur, hoc est quasi Fasciolis.*

TAENIOSVS, a, um. *Adi. Taeniis plenus.* *καριώτης*, Gloss. Gr. Lat.

60 **TAEPOCON**, i. n. Sic appellarunt Gracci Genus scribendi deorsum versus, vt nunc dextrorsum scribimus. Festus. *Vid. Voff. Etymol. h. v. qui deriuat ex ἑρῆον quod conuersum notat. Sed multo probabilius Io. Croius Obsf. in N. T. c. 9 p. 71 interpretatur τὰ ἐπ' ὄρθον vel τὸ ἐπ' ὄρθον, in versus scripta. Nempe ὄρθος idem quod σίχος est,*

65 **versus s. series in profundum, ζυγῶ, i. iugo opposita. Multa ibi erudite Croius: cuius sententiam Oedipo, quem hic desiderabat Scaliger, dignam iudico, multo certe probabiliorem ea, quam Sam. Petitus protulit ad LL. Att. 2, 1 p. 105 τὰ ἐπ' ὄρθον, quae sub oculum.**

T A G

TAGASTA, ae. f. [*Τάγαστα*] Plin. 5, 4 *Ciuitas Africae, a qua Tagastensis. Vnde qui Aurelii Augustini vitam scripsere, Tagastensem eum fuisse memorant.*

75 **TAGAX**, acis. *Adi. Furunculus, a tangendo, quod videlicet alienas res tagat, hoc est tangat. Veteribus enim Tagit, pro Tangit vsitatum fuit. Vid. mox TAGO. Vnde Plauti illud in Epid. 5, 2, 58 Ne attigas. Ex Festo. Lucilii versus apud Non. 1, 8 Et mutone manum perfcabere posse tagacem. Sic legit Dacerius et interpretatur*

80 **de Priapo. Quaeftor leuis, libidinosus tagax** Cic. Att. 6, 3. *Sic emendauit Cuiacius ex MSS. vid. eius notas in loc.*

TAGENIVM, i. n. *Piscis genus. Plaut. apud Fest. in Narica. Turneb. Adu. 4, 6.*

85 **TAGES**, is. et etis. m. [*Τάγης*] *Aruspicinae inuentor, Cicerone teste de Diuin. 2, 50 Tages quidam dicitur in agro Tarquinienfi, cum terra araretur, et fulcus altius esset impressus, exstitisse repente, et eum affatus esse, qui arabat, etc. Omnem autem orationem fuisse eam, qua aruspicinae disciplina contineretur, eam praeterea creuisse rebus nouis cognoscendis, et ad eadem illa principia referendis. Ouid.*

90 **Met. 15, 558 Indigenae dixerunt Tagem, qui primus Hetruscum, Edocuit gentem casus aperire futuros.**

TAGO, ere. [*τάγω*] *Dixerunt veteres, quod nunc Tangere dicimus. Pacuuius in Teucro, Vt si quisquam me tagit et tagam. Id. in Hermiona, Aut non cernam nisi tagam. Festus. Sine dubio id antiqua consuetudo vsurpauit. Nam nunc sine dubitationibus non*

95 **effertur, vt Contigit, Attigit: quae secundum aliquos idem sunt quod Tagit. Festus. Add. Gell. 4, 3. Ne me attigas: si me tagis, etc. Plaut. Afin. 2, 2, 106.**

100 **TAGVS**, i. m. [*Τάγος*] *Hispaniae fluvius, in Lusitania aureis arenis celebratur. Plin. 3, 3 Nunc vulgo dicitur Taio, vt in Melam scribit Oliuarius. Amnis aurifex Tagus* Catul. in Iulium Caes. 27, 19. *Auriferi ripa beata* Tagi Ouid. Amor. 1, 15, 34. *Opacus* Tagus Iuuen. Sat. 3, 55.

105 **TARGETVS, vid. TAYGETVS.**

TALARIS, *vid.* TALVS.

TALASIO, onis. m. [*Ταλασιος*] Virginitatis deus: et apud Romanos, *inquit*, Seruius, inuocatur, *vid.* THALASSIO.

TALEA, ae. f. [*Φυτευτήριον*] Ramus arboris praecisus ex utraque parte, ut in terra inseratur. In taleas breues diuisa cerui cornua Scribon. 122. *Vid.* Non. 4, 473. ex Varron. R. R. 1, 40, 4. Plin. 17, 17 Myrtus et taleis seritur: morus talea tantum: quoniam ramum eam feri religio fulgurum prohibet. Quapropter de talearum satu nunc dicendum est, *etc.* Cato de R. R. c. 45 Taleas oleaginas, quas in serobe faturus eris, tripedaneas decido. Viridem taleam oleatri in foramen demittere Colum. 5, 9. Fraxinea in flammis quem fudit talea succum Sammon. c. 13. Talea, *Instrumentum bellicum; ut Vineā* Caes. B. G. 7, 73 Ante haec taleae pedem longae ferreis hamis infixis totae in terram defodiebantur. *Add.* Vitruu. 8, 1. Veget. 4, 8. *conf.* CLAVA. A talea ut sentit Non. 4, 473. dicitur Inter taliare, v. v. Et quum romus ex utraque parte aequabiliter complanatur, ut numerus aliquis in eo describatur vulgo dicitur talea.

TALĒOLA, ae. f. Dimin. Columel. 3, 17 Complures taleolas terrae mandauerunt. Idem 12, 33.

TALENTVM, i. n. [*τάλαντον*] Ex generali nomine librae, ponderis, ut apud alias quoque gentes factum est, Graecis certum modum ponderis et pretii senotauit, sed pro ciuitatibus diuersum, quod v. g. Budaus et alii de pecunia vetere qui scripsere, docent. Apud Latinos fere intelligitur Talentum Atticum, de quo Gell. 3, 17 Emissione Talentis Atticis tribus. Ea summa fit numi nostri HS. duo et septuaginta millia. Ergo talento cedunt XXIV millia HS. quae sunt 2400 librae Turonenses, imperiales 800 *etc.* Sed illa computatio pinguior, et Romanis fauens. Ex veris ponderum rationibus, ab Eifenschmidio explicatis, cedunt Talento HS. 2700, librae 270, imperiales 900. Hor. de Arte Poët. 238 Pythias emuncto lucrata Simone talentum. Argenti aurique talenta Virg. Aen. 5, 112. *Add.* ibid. v. 248. Cic. Tusc. 5, 91 c. 32 Cum legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta attulissent, quae erat pecunia temporibus illis Athenis praesertim maxima, *etc.* Duo magna talenta auri Virg. Aen. 9, 265. *Add.* Liu. 1, 55. Plaut. Most. 1, 3, 150. et Rud. 5, 2, 43. Id. Rud. 3, 4, 72 Nam promissimus carnifici aut talentum magnum, aut istunc hodie sistere.

TALENTARIVS, a, um. Sisenna ap. Non. 18, 22 Balistae quatuor talentariae, talentum iaculantes.

TALGA, [*Τάλγα*] *inquit* Pomponius 3, 6 Insula in Caspio mari sine cultu fertilis, omni fruge ac fructibus abundans: sed vicini populi, quae gignuntur attingere nefas et pro sacrilegio habent, diis parata existimantes, diisque seruanda. *Haecenus Mela. Ptolemaeo* 6, 9 Talca dicitur. Plin. 6, 17 In Caspio mari vulgatam insulam Tazatam esse scribit.

TALIO, ōnis. f. [*ἀμοιβή*] Vindicta aequalis, hostimentum, ut si qui manum alicui amputauerit, illi manus lege amputari debeat. *Vnde Retaliare formauit Gellius. Festus: Talionis mentionem fieri in XII Tab. ait Verrius hoc modo. Si membrum rapit, visum cum eo pacit, talio esto. Neque id quid significet indicat, puto quia notum est. Permittit enim lex parem vindictam. Add. Gell. 16, 10. et 20, 1. Culpa talionem reponere Symmach. 5, 13. Plin. 7, 54 Sicut in Cornelia familia nemo ante Sullam dictatorem traditur crematus. Idque voluisse, veritum talionem, eruto C. Marii caduere. Conf. Tull. ap. Augustin. C. D. 21, 11. Isidor. 5, 21. Gen. Mase. Talione opposito Tertull. adu. Marc. 4, 16.*

TALIS, e. Adi. [*τοῖος, τοίσαδε, τοῖατος, τηλικός, τηλικῆτος*] Respondet ad interrogationem Qualis? et similitudinem indicat. Talis iste meus stupor nil videt Catull. 17, 21. Ter. Heaut. 5, 3, 19 Tum praeterea talem, nisi tu, nulla pareret filium. Cic. pro Quint. 42 c. 13 Tot talesque viri. Idem Fam. 15, 4 Sed tale ac tantum. Quales sumus, tales esse videamur Idem Off. 2, 44 c. 13. Talem te esse oportet, qui primum te seingas Id. Fam. 10, 6. Poterat eodem sensu dicere eum vel illum. Sic Talis, pro hic. Tali modo custodia liberatus Nep. 5, 2, 1. Tale initium fuit simultatis Idem 10, 3, 1. Talia fatur Virg. Aen. 5, 79. Meritis pro talibus Idem 1, 78. Vereor, ne talium personarum minuan gloriam Cic. Acad. 4, 5. Tali Tempore, de tristi ac luctuoso casu: *vid. Drakenb. ad Sil. 8, 112. Cic. Att. 16, 8 Non equidem hoc diuinavi, sed Aliquid tale putavi fore. Idem de Legib. 2, 11 Omnem eam legem, etc. esse laudabilem Talibus quibusdam argumentis docent. Quum haec talia sint, quo minus, quod ad me pertinebit, homines interpellent, ut supra scripsi, non impedio Cic. Fam. 11, 10. Id. in Vatin. 10 c. 4 Honos talis Pop. Rom. voluntate paucis est delatus ac mihi. Idem Off. 1, 91 Tales enim nos tunc putamus esse, ut iure laudemur. Idem de Amicit. 12 Quamobrem vita quidem talis fuit vel fortuna vel gloria, ut nihil posset accedere. Et Acad. 4, 77. Idem de Orat. 1, 67 Et ipsis apud quos ageret, Talis qualem se ipse optaret videretur. Idem de Inuent. 2, 176. et de Senect. 26 c. 8. Qui sunt tales, qualis pater tuus fuit Cic. pro Sext. c. 47 In te talis erit, qualem te senserit alter, apud Quinctil. ¶ 2 Talis interdum laudes complectitur vel memoratas modo, vel quas aliunde notas sic significant. Plaut. Merc. 3, 1, 3 Ne plora, nimis stulte facis, oculos corrumpis tales, i. tam pulchros. Ter. Hec. 4, 2, 26 Quam fortunatus caeteris sum rebus — Hanc matrem habens talem, illam autem vxorem. Sic Cic. Att. 8, 7 Deferet igitur talenti ciuem? Et 8, 9 Si quidem etiam vos duo tales ad quintum milliarium. Et mox, Tamen hoc quod talibus viris non subuenit, laudare non possum. Sallust. Iugurth. 63, 6 de Mario, cuius laudes commemorauerat, Tamen is ad id locorum talis vir, (nam post ambitione praiceps datus est) petere (consulatum) non audebat. Et 10, 8 Colite obseruate talem hunc virum. Et 112, 3 Cum talem virum in potestatem habuisset. Cic. Epist. 3, 13 Talium virorum tanta studia assequi sola virtus potest. Et 13, 73 Mibi certe persuadeo, te, talenti virum, nihil timere fecisse. Nepos Themist. 10 pr. Huius rex animi magnitudinem admirans, cupiensque talem virum sibi conciliari, veniam dedit. Cic. pro Cluent. 147 Vir tali dignitate praeditus. Virg. Aen. 1, 610 Qui tanti talem genuere parentes? *vid. Burm. ad Petron. c. 61.**

TALISCVNQVE, TALECVNQVE. Auct. Priap. n. 15 Quilibet Hippomenes rapuit Schoeneida pomis, *etc.* Taliaecunqve puer dominus florentis agelli Imposuit mensae nude Priape tuae, i. ta-

lia omnino, vel ex omni parte: perfectam similitudinem indicat, et nequiter interpretatur fabulam Hippomenis et Atalantae.

TALITER. Adu. [τοιότης] Cic. Att. 10, 51 Etenim audieram nemini taliter licere. Vetus codex legit Aliter. Martial. ad

5 Vulcanum 5, 7

Qualiter Assyrios renouant incendia nidos,

Vna decem quoties saecula vixit auis:

Taliter exuta est veterem noua Roma senectam,

Et sumsit vultus praesidis ipsa sui.

10 Plin. 35, 11 Nec cameras ante eum taliter adornari mos fuit. Coepit Euangelus Vettium taliter compellare Macrobi. Sat. 3, 1. add. Pallad. 2, 21. Tertull. adu. Marc. Carni. 4. Alc. Auit. 1, 188. et 3, 55.

15 TALITRYM, i. n. Percussio quae ungue fronti infringitur. Suet. in Tiber. Caes. c. 68 Sinistra manu agiliore, ac validiore. Articulis tam firmis, vt recens et integrum malum digito terebraret, caput pueri vel etiam adolescentis talitro vulneraret. Conf. Gonsal. ad Petron. c. 96.

20 TALLA, siue THALLA, ae. f. [προμυίς λεύκον Gloss. Lat. Gr.] Cepae cortex, putamen, apud Festum scribitur Talia. Add. Voss. Etymol. p. 510. Salmaf. ad Solin. p. 823. Conf. Tertull. de Pallio c. 4. ubi tamen al. tiliias. Lucil. apud Non. 3, 67 Flebile cepe simul lacrimosaeque ordine tallae. Conf. THALLVS.

TALPA, ae. m. et f. [ἀσπάλαξ] Animal notum, quod oculis carere dicitur et visu, muri simile. Virg. Georg. 1, 183 Aut oculis capti fodere cubilia talpae. Vbi Seruius, Oculis capti, h. e. Oculis debiles. Quum enim talpae caeci nascantur, quomodo capti oculis? Illi enim Capti dicuntur, qui aliquando viderunt. Et mutauit genus, nam haec Talpa dicitur. Vid. Quincil. 9, 3, 6. Cic. Acad. 4, 81 c. 125 Quid talpam? num Desiderare lumen putas? Add. Sen. Qu. Nat. 3, 16 extr.

35 TALPANVS, a, um. Talpana vitis Plin. 14, 3.

TALVS, i. m. [ἀσπράγαλος, σφυρόν] Pars pedis, Os prope calcaneum quod extuberat. Plin. 26, 11 Talis vero tumentibus, linus aquaticus cum oleo subaestus, mire prodest. Dum desilit, talum intorsit Aur. Victor de Vir. Ill. c. 65. Hor. Serm. 1, 9 11 Quum

40 sudor ad imos Manaret talos: A vertice ad talos imos Idem Epist. 2, 2, 4. Talus fit per contractionem a Taxillus Cic. in Orat. 153 c. 45. vid. AXILLA. Vnda contingit talos Ouid. Amor. 3, 6, 6. Indumenta in talos demissa Aur. Victor de Caes. c. 21. Purpura vsque ad talos demissa Cic. pro Cluent. III c. 40.

45 Vestigia tingit in vndis talo tenuis Ouid. Met. 4, 343. Conf. Cels. 8, 1. Columel. 7, 5. Senec. Controu. 5, 53. Iactus talorum Ouid. de Arte Am. 3, 353. Admouere talos, vid. ADMOVEO. Talorum Ducere iactus Ouid. A. A. 3, 353. Iacere talos, vid. IACIO. Iactare talos, vid. IACTO, in IACIO.

50 Cic. de Orat. 3, 55 c. 23 Libet autem semper discere, vt si velit, ego optime talis Ludere, aut pilae studio teneat, et iam fortasse si assequi non possim: aut alii quia praeclare faciunt, vehementius quam causa postulat, delectantur, vt Titius pila, Brulla talis. Mittere talos, vid. MITTO. Ex multis lusionibus nobis talos

55 relinquunt et tesseras Cic. de Senect. 58. Regna vini talis fortiri Hor. Carm. 1, 4, 18. Sed nec absurde, qui talis δειπτικῶς accipiunt, talis, tam boni, quale hoc est. Hor. Epist. 2, 1, 172 Securum, cadat, an recto stet fabula talo. i. Placeat, nec ne.

DISSERTATIO DE TALIS,

ex Stephano Londinensi huc translata, vt erat:

Talus est apud Latinos, quem Graeci vocant Astragalum. Plin. 34, 8 de Polycleto verba faciens: Fecit, inquit, et distringentem se, et nudum talo incessentem. Duosque pueros, item talis nudos ludentes, qui vocantur Astragalizontes, et sunt in Titi Imperatoris atrio: quo opere nullum absolutius plerique iudicant. Est autem Talus proprie

70 bifulcorum in suffragine pedum posteriorum ossiculum, non rotundum plane, sed rotunditatis tamen parte magna particeps. Etsi vero bifulca pleraque talum habeant, non habent tamen omnia. Quin et nonnulla quae minime bifulca sunt, talo tamen a natura honestantur. Nam et leoni talum tribuunt sane tortuosum in anfractum, et in morem Labyrinthi conuolutum, vt testatur Aristoteles Histor. Animal. 2, 1. Sex vero

75 sunt tali latera, etsi quatuor tantum in usu ludentium sint. nam duo sunt ita incurua, vt illis talus vis possit consistere: has κεραίας, id est antennis videtur Aristoteles appellasse. Proinde sciendum, in talo binarium et quinarium, qui duo numeri sunt in tesserae oppositi desiderari. Ex reliquis tali partibus, vna supina, altera prona dicitur: quae duae

80 ternarii et quaternarii vices obeunt. Vnitatem autem et senio duabus reliquis partibus tribuuntur. Senionem vero Coum: vnitatem Chium vocabant. Plinius Aristotelis de talo verba sic interpretatur II,

46 Talos asinus Indicus vnus solidipedum habet. Nam siues ex vtroque genere existimantur, ideo foedi earum. Hominem qui existimarunt habere, facile conuicti. Lynx tantum digitos habentium, simile quiddam talo habet: Leo etiamnum tortuosus. Talus autem

rectus est in articulo pedis ventre eminent, concauo in vertebra ligatus. Haec Plin. Theodorus autem sic: Talum etiam asinus ille Indicus solus in solidipedum genere possidet. Sus enim ambiguus

90 est: quo fit etiam, vt talo careat probiore. Permulta ex bifulcorum numero talum habent. At vero multifidum nullum adhuc talum eiusmodi habere cognitum est, vt ne hominem quidem habere certum est. Sed Lynxi femitalo simile quiddam: leoni autem tortuosum in anfractum est, quale effingunt. Omnia vero quibus datus est talus, cruribus cum posterioribus continent: ita, vt erectus in

95 suffragine parte sui prona foras, supina introrsum spectet: Et quae Veneres vocantur, intus aduersae sibi positae sint: quae Canes, foris: quae Antennae, supra habeantur. Haec ex Aristotele Theodorus. Hominem vero talo carere, hinc certum est, quod neque pedes habeat post-

100 teriores: et malleoli qui humano pedi inhaerent, non in suffragine, sed in laterum vertebra inserantur: quorum vtrumque ab Aristotele tributum est talum habentibus. Vnde mirari subit Galenum in tertio eius libri volumine, quem περί χρείας τῶν ἐν ἀνθρώπῳ σώματι μορίων. conscripsit, constanter talum homini tribuere: et, quod admirationem auget, de Aristotelis sententia nihil meminisse: cui tamen in eo libro solet frequenter

105 magna

magna cum libertate repugnare. Talum autem siue astragalum adscribit humani pedis suffragini, medium scilicet inter tibiā et calcaneum: utpote cui tibia ac fibula, quae duo a recentioribus illiterata voce Focile maius et minus dicuntur, impacta sit: quum ipse πτέρων, id est calcaneo incumbat: cuius finis ossi inseritur, quod a Graecis σκαφοειδές, a nostris nauiforme dicitur. Tria enim haec ossa posteriori pedis parti adscribuntur a Galeno, πτέρων, ἀσράγαλος, καὶ σκαφοειδές. Sed neque illud dissimulandum, hunc ipsum Galeni astragalum cum bisulcorum astragalo, quem unum Aristoteles probat, nihil omnino habere commune: ne quis forte suspicetur, ab illius imagine nomen inuenisse. Talarius ludus, ut ex Eustathio Homeri interprete colligitur, talis quatuor exercebatur, quorum quisque lapsus quatuor habebat, non Sex, quemadmodum cubi seu tesserae. Sed omnes casus talorum ex consuetudine ludentium annumerati erant quinque et triginta, quorum quidam a Diis, alii ab Heroibus, alii a claris hominibus aut a meretricibus nomen accipiebant: nonnulli vero ab euentibus, qui cum laude aut probro acciderant, denominabantur. Inter eos enim caltus quidam Stesichorius dicebatur, quippe octonarium significans: quod sepulcrum Stesichori, quod erat in Himera urbe Siciliae, octo fuerit angulorum. Alius Euripidius, quippe quadraginta significans. Nam Euripides vnus fuisse traditur e quadraginta praefectis post triginta tyrannos Athenis expulsos. Qui autem sex continebat, Kῶος dicebatur, et ἐξίρης, qui Latine Senio dici solet. Qui vero unum, Chius dicebatur, et κῶων, id est, canis. Ex quo prouerbiū, Χῖος παρὰ τὸν Κῶον ἐκ ἐᾶ λέγειν, At Chius adstant non linit Coum loqui. De iis scilicet, qui quum multo inferiores sint, eos tamen, qui maiores superioresque sunt, compefcunt. De celebri autem illo ac felici iactu Veneris, est illud Plaut. in Afin. 5, 2, 65 Hoc Venerium est. Pueri plaudite, et mihi ob iactum, cantharo mulsū date. Augusti epistolae caput ad Tiberium exstat apud Sueton. in hunc modum: Inter coenam lusimus γερωντικῶς et heri et hodie. Talis enim iactatis, ut quisque Canem, aut Senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat: quos tollebat vniuersos, qui Venerem iecerat. Est et adagium illud antiquis frequens, quo Themistius utitur in libello de Diuinatione per somnium: Si saepe iactaueris, aliquando Venerem iacies. Porro dignum scitu est, Venerem non vnus tali faciem fuisse, ut Canis, et Senio: id quod plerique tradiderunt, parum memores Augusti epistolae, in qua Senio a Venere nuncupatim separatur. Sed quoties tali quatuor ita excidebant, ut diuersa esset omnibus facies: qui iactus inter eos, quos quinque et triginta Eustathius dixit, ultimus numerabatur: tum felix ille casus, qui Veneris nomine censebatur, affulgebat. Hoc significat Martial. 14, 14 his verbis, Quum steterit nullus vultu tibi talus eodem, Munera me dices magna dedisse tibi. Cic. de Diuin. 1, 23 Itane vero quidquam potest esse casu factum, quod omnes habet in se numeros veritatis? Quatuor tali iacti, casu Venerem efficiunt! Num etiam centum Venericos, si quadringentos talos ieceris, casu futuros putas? In hanc ferme sententiam exit illud Propert. 4, 9, 17 Me quoque per talos Venerem quaerente secundos, Semper damnosi subfluere Canes. Latus unitatem habens Canis siue Canicula vocabatur, et quia minimus is numerus, idcirco damnosus. Ouid. de Arte Am. 2, 205 Seu iacies talos, victam ne poena sequatur, Damnosi facito stent tibi saepe Canes. Pers. Sat. 3, 49

— Quid dexter Senio ferret,

Scire erat in voto, damnosa Canicula quantum

Raderet, angustae collo non fallier orcae.

Erāt autem Orca, Vasculum aleatorium, quo coniecti agitatie tali in abacum seu tabulam lusoriam emittebantur, ad euitandas aleatorum fraudes et imposturas, qui subdola manu uti callent, de qua sic Pomponius Poeta Bononiensis, Dum contemplor orcam, taxillos perdididi. Ea Pyrgos quoque Graeca voce, sed Latinis vsitata, dicitur, Hor. Serm. 2, 7, 17

Scurra Volaneriū, postquam illi iusta chiragta
Contudit articulos, qui pro se tolleret, atque
Mitteret in pyrgum talos, mercede diurna
Conductum pauit.

Pyrgi effigies in modum est turricalae, unde nomen mutuatur. Pyrgos enim Graece, turris Latine dicitur. Martialis verbo Latino uti maluit, Turricalam appellans, nam in Apophoretis 16 lemma est, Turricala, quae in eodem significato accipitur, quo Pyrgum accepit Horatius: sic enim ipsa loquitur, Quaerit compositos manus improba mittere talos: Si per me misit, nil nisi vota facit. Quo in loco legunt nonnulli, Quae scit compositos, etc. Gloriatu rurricala, quod dolosae manus fraudes compefcant, videlicet ne lusoris fraude compositi tali, optato puncto consistenterent. Manus enim talos per turricalam iaciens, nil nisi vota facit, hoc est, nihil aliud quam optare bonum punctum potest, certum praestare non potest. Talorum iactu Venerio, quod laetissimus foret, Archiposiam, id est in computatione principatum, sortiebantur veteres. Hoc est quod dixit Hor. Carm. 1, 4, 18 Nec regna vini sortiere talis. i. Non accipies per sortem regna vini. In Graecorum symposiis mos erat, talis sortiri quempiam, qui conuiuio praesideret, ac decreta conuiuialia praescriberet, quae νόμοι; id est leges appellabant, praefectum autem βωσιδέα, hoc est regem. Hunc Plutarchus Symposiarchon vocat. et Varro apud Non. Modiperatorem a Latinis vocatum scribit, quasi modum imperantem, ne quis aut plus satis, aut parum biberet. Idem Hor. Carm. 2, 7, 23 — Quem Venus arbitrum Dicet bibendi? Venus, h. e. Venerius talorum iactus. Arbitrum bibendi, Modiperatorem, siue conuiuii regem. Quo loco Acron Tesseras cum Talis confundit, magno sane errore. Praeterea quatuor talos in ludo talario consuetos ex Eustathii sententia diximus, in quibus missus quinque supra triginta numerabant: utpote quatuor simplices eadem omnes facie, geminatos duodeuiginti; triplices duodecim, unum vero quadriformem ultimum omnium, quippe quo nullus numerosius accreuit. Vnde facile est Aeronis locum castigare, qui Venerio iactu tricenarium numerum contineri tradidit, quum quinarium et tricenarium plane sit substituendum.

Tali, siue astragali, plane rotundi non sunt, perfecta scilicet et absoluta rotunditate, sed parte sui leuiter pressa. Non etiam sunt quadrari, quales tesserae, id res ipsa indicat: ossiculum scilicet in posteriorum pedum articulo bisulcorum animalium plerumque positum. Talis quatuor ludebant. Vnusquisque talus quatuor habebat facies. Ex horum vario iactu proueniebant sequentes 35 varietates, Binarius et Quinarium non erat in ludo talorum. 1. siue Vnitas, Chius, Canis, vel Canicula damnosa. 3. Ternio. 4. Quaternio. 6. Senio, seu Coum.

Missus, seu iactus, seu casus XXXV.

	I	1. 3. 4. 6.	Venus, iactus felicissimus: omnibus talis inaequalibus.	14	
5	II	1. 1. 1. 1.	Onnibus talis aequalibus.	4	
	III	3. 3. 3. 3.		12	
10	IV	4. 4. 4. 4.		16	
	V	6. 6. 6. 6.		24	
	VI	1. 1. 1. 3.		Tribus talis aequalibus, vno inaequali.	6
15	VII	1. 1. 1. 4.		7	
	VIII	1. 1. 1. 6.		9	
20	IX	3. 3. 3. 1.		10	
	X	3. 3. 3. 4.		13	
	XI	3. 3. 3. 6.	XII.	15	
25	XII	4. 4. 4. 1.		13	
	XIII	4. 4. 4. 3.		15	
30	XIV	4. 4. 4. 6.		18	
	XV	6. 6. 6. 1.		19	
	XVI	6. 6. 6. 3.		21	
35	XVII	6. 6. 6. 4.		22	
	XVIII	1. 1. 3. 3.		Duobus talis aequalibus, reliquis duobus mutuo aequalibus.	8
40	XIX	1. 1. 4. 4.			10
	XX	1. 1. 6. 6.			14
	XXI	3. 3. 4. 4.	VI.	14	
45	XXII	3. 3. 6. 6.		18	
	XXIII	4. 4. 6. 6.		20	
50	XXIV	1. 1. 3. 4.		Duobus talis mutuo aequalibus, reliquis duobus inaequalibus.	9
	XXV	1. 1. 3. 6.		11	
	XXVI	1. 1. 4. 6.	12		
55	XXVII	3. 3. 1. 4.		11	
	XXVIII	3. 3. 1. 6.		13	
60	XXIX	3. 3. 4. 6.	XII.	16	
	XXX	4. 4. 1. 3.		12	
	XXXI	4. 4. 1. 6.		15	
65	XXXII	4. 4. 3. 6.		17	
	XXXIII	6. 6. 1. 3.		16	
70	XXXIV	6. 6. 1. 4.		17	
	XXXV	6. 6. 3. 4.		19	

Haec illa dissertatio.

TAXILLVS, i. m. Diminut. Cic. in Orat. 153 c. 45. Vitruv. 10, 13. Nisi malis hoc prius fuisse, et inde contractum Talus. Similis ratio in Mala, Palus, Velum.

TALARIS, e. Adi. [ποδηνεκής, τερμίσος] Quod ad talum pertinet: ut, Talaris tunica, Quae demissa est usque ad talos. Cic. Verr. 5, 85 Stetit soleatus Praetor Pop. Rom. cum pallio purpureo, tunicaque talaris, muliercula nixus in litore. Ibid. 31 c. 13 Per eos dies, cum iste cum pallio purpureo, talarique tunica versaretur in conuiujs muliebribus, etc. Conf. Suet. Calig. c. 54. Lactant. 4, 14. Isidor. 19, 34.

TALARIVS, a, um. Adi. [πεσοικός] Ut, Lex talaria aduersus eos, qui talis lufitant. Legi talariae fraudem facere Plaut. Mil. 2, 2, 9. Conf. Gronou. ad b. 1. Cic. Off. 1, 150 c. 42 Adde huc, si placet, vnguentarios, saltatores, totumque ludum talarium. Conf. Casaub. ad Cic. Att. 1, 16 p. 99.

TALARIA, um. n. Pl. [πέδιλα Gloss. Lat. Gr.] Alata Mercurii calceamenta. Virg. Aen. 4, 239

— Et primum pedibus talaria necit Aurea, quae sublimem alis, siue aequora supra, Seu terram rapido pariter cum flamine portant.

Cic. de Nat. Deor. 3, 59 c. 23 Cui pinnarum talaria affigunt. Ouid. Met. 4, 667. Et 2, 736. Diuersosque pedes vincios talaribus aptis Cic. in Arato 24.

Talaria induere; prouerbialis allegoria, pro eo quod est Fugam adornare, quasque velle quopiam auolare. Cic. Att. 14, 21 Nemo est istorum, qui otium non timeat: quare talaria induamus. Erasmus.

Talaria, Metaphorice vocat Seneca Tumores, quos in talis generat podagra Epist. 53 Dubio et incipiente morbo quaeritur nomen: qui coeperit talaria intendere, et utrosque dextros pedes fecerit, necesse est fateri podagram. An iocose talaria vocat emplastra, fomenta etc.

TALIPĒDO, ĩre. *inquit* Fest. antiqui dicebant, pro Vacillare pedibus lassitudine, quasi quis trahat pedes, et talis videatur insistere, aut identidem pedes tollere. Lucret. 3, 503 Tum quasi talipedans primum consurgit, etc. Sic restituit Lambinus ex libro veteri.

T A M

TAM, et QVAM. [*τόσον, ὡς ὅσον*] Aduerbia sunt, quae Positio, Comparatio, et Superlatiuo adiiciuntur, quum duo vel plures Positui, Comparatui, vel Superlatui diuersae significationis positi inter se aequantur: vel iidem geminantur. Positio: Plaut. Capt. 2, 2, 60 Tam ego fui ante liber, quam gnatus tuus. Cic. Fam. 5, 2 Tam enim sum amicus Reipubl. quam qui maxime. Subaudi, Amicus. Idem de Fin. 5, 31 Tam valde perhorrescere. Virg. Aen. 1, 609 Quae te tam laeta tulerunt Saecula? Comparatio: Cic. pro Deiot. 8 15 Istam inquam dexteram, non tam in bellis et in praeliis, quam in promissis et fide firmiorem. Tam, pro Tanto, Comparatio iungitur, sed raro. Virg. Aen. 7, 788 Tam magis illa fremens, et tristibus effera flammis, Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnae. Superlatiuo: Sallust. in Iugurth. c. 31 Quam quisque pessime fecit, tam maxime tutus est. Ter. Heaut. 5, 2, 45 Namque adolescens quam minima in spe situs erit, tam facillime patris pacem in leges conficiet suas. Quam acerbissima olea oleum facies, tam optimum erit Cato R. R. c. 65. Conf. Voss. de Construct. c. 17. Ordinarie tamen Positios comparat. Sen. de Benef. 2, 27 Ingenii fuit tam sterilis, quam pusilli animi. Ouid. ex Pont. 4, 14, 43 Tam felix utinam, quam pectore candidus essem. Tam, verbis iunctum: Ter. Eun. 4, 4, 51 Parmenonis tam scio esse hanc technam, quam me viuere. Cic. Fam. 9, 25 extr. Non me hercule tam praescribere possum, quam mihi gratum feceris, si otiosum Fabium reddideris. Tam ego homo sum, quam tu Plaut. Afin. 2, 4, 83. Tam, Adverbis iunctum: Ter. Heaut. 1, 1, 15 Nunquam tam mane egredior, neque tam vesperi domum reuertor, quin, etc. Cic. Diu. in Caec. 22 Equis vnquam tam palam de honore, tam vehementer de salute sua contendit, quam ille atque illius amici, vt ne haec mihi dilatio detur. Nihil tam valde vulgare est, quam nihil sapere Cic. de Diuin. 2 c. 39. Tam modo vitiosa ratio loquendi derisa a Plauto Trin. 3, 1, 8 Quamduum istuc, aut vbi actum 'st? ST. illico hic ante ostium. Tam modo, inquit Praenestinus. Festus, Tam modo antiqui ponebant pro modo. Tam consimilis est atque ego Plaut. Amph. 1, 1, 287. Tam, diminutiuus additum, cum uehementia. Ter. Adolph. 2, 4, 12 Tam ob paruulam rem paene ex patria; turpe dictu.

TAMDIU vel TANDIU. Adu. [*ἐν τῷ τόσῳ χρόνῳ*] Tanto tempore. Cic. Verr. 5, 21 Nam tamdiu fuit in carcere Apollonius. Ego te abfuisse tamdiu a nobis doleo Cic. Fam. 2, 1. Id. Verr. 2, 67 c. 27 Ignominia autem illa grauis tamdiu in illo homine fuit, quamdiu iste in prouincia mansit. Cic. Verr. 1, 25 Deum atque hominum fidem implorabis circumueniri Verrem, quod accusator nolit tamdiu quamdiu liceat dicere. Columel. 12, 12 Itaque subinde alium salem tamdiu ingeret, donec in sporta permaneat integer. Cic. Off. 2, 43 Tiberius enim Gracchus Publii filius tamdiu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit. Corpus tamdiu gaudet dum sentit voluptatem. Cic. Tusc. 5, 96 c. 33. Idem de Clar. Orat. 4 Vixitque tamdiu, quam licuit in ciuitate bene beateque viuere. Vlpian. in l. Haec autem §. 1 D. Quib. ex caus. in possess. eat. Si autem negent se defendere, aut non negent, sed taceant: tunc praeter possessionem dabit tamdiu scilicet, quoad non defendatur.

TAMNE. Adu. interrogandi. Tamne arcula tua plena est aranearum. Afran ap. Fest.

TAMQVAM, vid. TANQVAM.

TAMA, dicitur (*inquit* Festus) Quum labore viae, sanguis in crura descendit, et tumorem facit. Lucil. Inguen ne existat, papulae, tama ne boa noxio.

TAMARICE, es. f. vel TAMARICVM, i. n. et TAMARIX, ĩcis. f. [*μυρική*] Genus fruticis. Plin. 24, 9 Myricen quam et tamaricen vocat Lenaeus, similem scopis aenrinis dicit. Et paullo post, Vulgus infelicem arborem eam appellat, vt diximus, quoniam nihil ferat, nec feratur vnquam. Corinthus, et quae circa est regio, bryoniam vocat: eiusque duo genera facit, filuestem plene sterilem, alteram mitiorem. Haec fert in Aegypto Syriaque etiam abundanter lignosum fructum, maiorem galla, asperum gustu, quo medici vtuntur vice gallae, et in compositionibus quas antheras vocant. Et lignum autem et flos, et folia, et cortex in eodem vsus adhibentur, quamquam remissiora. Add. Plin. 13, 21, et 30, 1. Tamaricum, Nomin. Scribon. 128. 132. Et tamarix non laeta comis Lucan. 9, 917. Conf. Cels. 2, 33 (ubi al. tamaris) Columel. 7, 9. et 8, 15.

TAMARISCVS, i. m. Apes ex tamarisci floribus mella conficiunt Pallad. Nou. t. 8.

TAMDE, pro tam. Lucil. ap. Fest. in Icadius. vt Quamde.

TAMEN. Coniunctio. [*ὅμως, ἕμνης, μέναξ*] Nihilominus significat. Plaut. Epid. 3, 3, 45 Sine tuo labore quod velis actum est tamen. Ter. Eun. 1, 2, 90 Tamen contemptus abs te, haec habui in memoria. Tamen saepius subiicitur particulis Quamuis, Licet, Etſi, etc. nec tamen semper. Cic. Fam. 4, 12 Etſi scio non iucundissimum nuntium me vobis allaturum esse, tamen quoniam casus et natura in nobis dominantur, visum est faciendum. Vt desint vires, tamen est laudanda voluntas Ouid. ex Pont. 3, 4, 79. Ter. Andr. 1, 4, 3 Nec satis digna cui committas primo partu mulierem: tamen eam adducam. Et tamen: vid. ET. Tamen, i. autem, ap. Vopisc. in Aurel. c. 30. Vid. Casaub. ad h. l. Salmaf. ad Spart. Adrian. c. 2. Add. Virg. Aen. 2, 185. Sed tamen Idem Ecl. 1, 19. Tamen, aliquando inceptiua videtur. Cic. Fam. 9, 19 Tamen a malitia non discedis. Nempe refertur ad aliquid cogitatum: Putabam te verum bonum, candidum, etc. vt Ego vero in responsionibus. Add. Idem pro Cluent. c. 3. Virg. Ecl. 9, 62 Hic haedos depone, tamen (etſi hic paulum moremur) veniemus in urbem. Plaut. Rud. 2, 6, 50 Utinam fortuna nunc ego anthracina vterer, vt postquam exiuissem ex aqua, arerem tamen. Ita legit Nonius: alii legunt, Fortuna anantina. Cic. Att. 12 De Balbo et in codicillis scripseram, et ita cogito simul ac redierit. Sin ille tardius, ego tamen triduum. Sensus est; Quum primum Balbus redierit, Romam me conferam; sin ille tardius, ego quod optavi, tamen assequar, vt hic triduum etiam manere possim. Hac voce Tamen desiderium rusticandi declaratur.

- Plaut. . . . Ita faciam, ita placet: quid tum tamen? *Vid. Id. Bacch. 4, 9, 67.* Virg. Ecl. 1, 28 Libertas quae fera, tamen respexit inertem, *i. Sera quidem, sed tamen respexit.* Ter. Hec. 3, 4, 33 Quod potero faciam, tamen ut pietatem colam. *Vbi Donat.*
- 5 Deest Ita: ut sit Tamen pro duntaxat: ut sit, Ita ut pietatem colam. Plaut. Afin. 3, 3, 128 Licet laudem Fortunam, tamen ut ne Salutem culpem. Plin. Epist. 3, 1 Liber legitur, interdum etiam praesentibus amicis, si tamen illi non grauantur. *Conf. Hor. Od. 1, 3, 24.* Si a consilio tamen Cels. 1 praef. Plin. 12, 21 Peruenit tamen aliquando Serichatum. *Reditum a parenthesi indicat.* Cic. Acad. 4, 17 c. 6 Propterea, quod nihil esset clarius *εναργεια* (ut Graeci: perspicuitatem aut euentiam nos — putet foli) sed tamen nullam orationem putabant illustriorem ipsa euentia reperiri posse. *Scaevol. in l. Cum quis decedens §. Pater D. de legatis tertio. Respondi:*
- 15 etsi neque hereditatem adisset, neque bonorum possessionem petisset, et nihil ex hereditate possideret: tamen nihilominus et ex stipulatu ab heredibus patris, et fidei commissio ab his quorum interest, quasi debitorem conueniri posse. *Pandectae Florentinae habent, Tamen nihil minus, etc.* Tamenne? interrogatiuum, Cic. Verr. 5, 19 Quid? si ab Apollonio aliquid commissum est, quamobrem iure in eum animaduertetur: tamenne hanc rem sic agemus, ut crimini aut inuidiae reo putemus esse oportere, si quo de homine seuerius iudicauit? *Idem pro Quint. 79 Veruntamen, quid si, inquit, habes eiusmodi causam, ut hoc tibi planum sit faciendum, neminem esse, qui possit biduo, ad summum triduo, septingenta millia passuum ambulare: tamenne veneris, ut possis haec contra Hortensium contendere?* Ter. Eun. 3, 5, 29 Commendat virginem. A. cui? tibine? C. mihi. A. Satis tuto tamen. Ter. Andr. 3, 2, 40 Tu tamen idem has nuptias perge facere ita ut facis. *Etiam ubi abundare videtur, tamen relationem quandam propositionum indicat.* V. g. Sulpicius Ciceroni Fam. 4, 12 *indicare vult, se non aegre tulisse, quod Athenienses Marcello sepulcrum in urbe negassent, Impetrare, inquit, non potui, quod religione se impediri dicerent, neque tamen id antea cuiquam concesserant. Poterat dicere, neque tamen irasci eis potui, nam antea id nemini concesserant.* Sic Virg. Ecl. 3, 7 *Licet habeas forte quod irascaris, Parcius ista viris tamen obicienda momento.* *Talia sunt et superiorum quaedam, et Plaut. Capt. 2, 3, 33 et 44.* Ter. Andr. 1, 1, 67. et Heaut. 1, 1, 67. *Abesse potest in talibus Tamen: et tamen si adest moratum quiddam, et suauitatem ex nexu enuntiationum addit. Contra nonnunquam omittitur. vid. Curt. ad Sallust. Jug. 35, 9.*
- 40 TAMENETSĪ, *i. tametsi. Quo vsi sunt Cic. Caes. Lucan. Sen. ut Muret. Var. Lect. 11, 17. Manut. ad Cic. Fam. 4, 15. it. Plaut. vid. Parei Lex. Crit. p. 1216.*

TAMESIS, vel THAMESIS, is. m. *Fluuius in Britannia celeberrimus, Londinum Angliae metropolim interueniens, a mari Britannico contra portum Iccium excipitur.* Caes. Bell. Gall. 5, 11 Cuius fines a maritimis ciuitatibus flumen diuidit, quod appellatur Tamesis, a mari circiter M. passuum LXXX.

- TAMETSĪ, [*ταυ, ταυ ε καιτοι*] *Coniunctiua particula, Etiam si denotans: nunc Indicatiuo, nunc Subiunctiua gaudet.* Ter. Phorm. 2, 3, 81 Metuit hic nos, tametsi tedulo dissimulat. *Idem Andr. 2, 2. 11 Obtundis, tametsi intemigo.* Cic. Att. 1, 9 Tametsi iactat ille quidem illud suum arbitrium. *Idem Verr. 3, 62 c. 25 Non me hircule quae loquor crederem Iudices, tametsi vulgo audirem.* Ter. Eun. 2, 1, 10 Memini: tametsi nullus moueas. *Idem Andr. 5, 2, 23 Ego tam te commotum reddam. D. tametsi hoc verum est.* Cic. Verr. 4, 19 Verum fac te impetrauiste, fac aliquid grauius in Heium statuiste Mamertinos: quantam putas auctoritatem laudationis eorum futuram, si in eum, quem constat virum pro testimonio dixisse, poenam constituerent? tametsi quae est ista laudatio, quum laudator interrogatus laedat necesse est? *Ipse se corrigit.* Cic. pro Quint. 13 Verum his de rebus non necesse habeo dicere ea, quae me P. Quintius cupit commemorare: tametsi causa postulat: tamen quia postulat, non flagitat, praeteribo. *Idem Verr. 2, 15 Id tametsi priore actione ex Heraclii Syracusani testimonio cuiusmodi esset, cognouistis, tamen vobis alio loco, ut se tota res habeat, quod ad ciuitatem attinet, demonstrabitur. Conf. Idem pro Rosc. Am. c. 27. Tametsi tuti sint, nihilo minus Scribon. 22.*

TAMIACVS, a, um. Adi. *Vt, Praedia tamiaca, de quibus peculiaris exstat tit. Cod. i. quae omni supellectile, seruis etc. instructa sunt.* Tamiacus et tamiaca ib. l. 1 dicuntur seruus et ancilla, qui cubiculo et cellario principis addicti sunt.

TAMINIA, *Vna siluestris generis videtur Verrio dicta, quae tam mira (rubra f. leg.) sit, quam minium. Fest. Vna taminia Cels. 3, 21. 6, 6, 15. Apul. de Herb. c. 66. Conf. Plin. 23, 1. Meurf. Exerc. Crit. Part. 2, 2.*

- TAMNACVM, i. n. *Herba, al. parthenium.* Plin. 21, 30.
- TAMVS, vel TAMNVS, i. m. *P. ontiae nomen. Columel. 10, 374. Iam tami sponte virescunt. Al. rhamni. Plin. 21, 15 In Italia paucissimas nouimus, fraga, tamum, rusum. Hard. Tamnum. Sic 19, 12 Acuti tami, cunilae. Hard. Thymi. Excuditur etiam Tani, et Tanus; sed mendose, ait Turnebus.*

T A N

- 85 TANAGER, gri. m. [*Ταναγρος*] *Fluuius Lucaniae, qui est inter Campaniam et Calabriae.* Virg. Georg. 3, 151 Et sicci ripa Tanagri.
- TANAGRA, ae. f. [*Ταναγρα*] *Boeotiae mediterraneae oppidum nobile, ut auctor est Plin. 10, 21 Gallis gallinaceis ad bella tantum et praelia assidua qui in eo nascuntur.*
- TANAGRAEVS, a, um. Adi. [*Ταναγραῖος*] Stat. Theb. 9, 745 Phoea tunc Cydona, Tanagraeumque Phalantum. *Cic. pro Domino III Tanagraea quaedam meretrix fuisse dicitur, eius non longe a Tanagris simulacrum e marmore in sepulcro positum fuit.*
- 95 TANAGRICI galli Varro R. R. 3, 9, 6. *it. Gallinae Tanagraeae Columel. 8, 2, 4 et 13.*
- TANAIS, is. m. [*Ταναις*] *Scythiae fluius, qui diuidit Asiam ab Europa. Tartari et Moicouitae vocant Don. Flumen Tanais Hor. Carm. 4, 15, 22. Extremus Tanais Idem ibid. 3, 10, 1. Nivalis Tanais Virg. Georg. 4, 517.*

TANAQVIL, ilis. f. [*Τανακίλη*] *Tarquinii Prisci uxor. De qua Plin. 36 c. vlt. Non praeteribo et vnum foci exemplum, Romanis literis clarum, Tarquinio Prisco regnante tradunt repente in foco eius comparuisse genitale e cinere masculini sexus: eamque quae infederat ibi, Tanaquilis reginae ancillam Ocrisiam captiuam, consurrexisse gravidam.*

vidam. *Ponitur et pro quavis Vxore imperiosa.* Aufon. Epist. 23, 31
Tanaquil tua nesciat istud. *Vid. Scal. Aufon. Lect. 2, 6.* Sil. 13,
818. et Iuven. Sat. 6, 566. Sidon. Apoll. 5, 7 fin. Temperat
Lucumonem nostrum (*Cbilpericum regem, quem laudat*) sua Tanaquil,
auresque mariti, virosa fulurronum facce completas opportunitate falsi
sermonis eruderat.

TANDEM. Adu. [*τάως, ὑσάτιον, ὀφέκωρε*] *Postremum, post longam
moram, et saepe uehementiam orationi addit.* Ter. Eun. 1, 2, 74 Eu!
noster, laudo, tandem perdoluit. *Vbi Donat.* Tandem quasi qui
nimis patiens fuit. Virg. Aen. 3, 612 Deposita tandem formidine

fatur. *conf. 2, 76.* Vtrum hic tandem disceptationem et cogni-
tionem veritatis, an innocentiae labem aliquam aut ruinam fore puta-
tis? Cic. pro Flacc. 24. Perficere, vt iam tandem aliqui fate-
antur Idem de Lege Agrar. 2, 102. Ter. Adel. 4, 5, 51 In qua ci-
uitate tandem te arbitrare viuere? virginem vitiaisti, quam te ius

non fuerat tangere. Idem Andr. 5, 3, 4 Ain' tandem, cuius Gly-
cerium est? P. ita praedicant. Ter. Phorm. 2, 1, 1 Itane tan-
dem vxorem duxit Antipho iniussu meo? Cic. in Catil. 1, 1 Quò-
usque tandem abutere Catilina patientia nostra? Ter. Heaut. 5,
2, 1. Valla l. 6 Dicitur in huiusmodi locutionibus Tandem habe-
re vrgens quiddam et accelerans, quasi responsum accelerent. Virg.

Aen. 1, 373 Sed vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris? Quod
genus tandem est istud ostentationis et gloriae? Cic. pro Rabir. Post.
98. Quanto tandem illum moerore afflicto esse et profligatum
putatis? Idem in Catil. 2, 2. Caecinna vtrum noluit tandem, an
non potuit accedere? Cic. pro Caecin. 48. Quorsum tandem,
aut cur ista quaeris? Cic. de Legib. 1, 1. Quonam tandem modo?
Idem Tusc. 3, 8. Idem in Partit. 12. Hoc per ipsos deos de qui-
bus loquimur, quale tandem est? Id. de Nat. Deor. 1, 106. Idem
in Catil. 1, 25 c. 10 Ibis tandem aliquando quo te iampridem tua ista
cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat. Sic ibid. 18. et Fam. 16, 9.
Tandem aliquando impartiendo plebi honores Liu. 4, 54. Ali-
quando tandem posse consistere Cic. pro Quint. 94 c. 30. Tandem pro
Perpetuo: Lucret. 5, 138 Tandem in eodem homine atque in eodem
vase maneret. Vix tandem Ter. Phorm. 2, 1, 4. Vix tan-
dem sensi stolidus Idem Andr. 3, 1, 12. Ter. Eun. 5, 9, 25 Per-
fice hoc precibus, pretio, vt haeciam in parte aliqua tandem apud
Thaidem. Plaut. Curc. 1, 1, 7 At tandem tandem. PH. tandem
es odiosus mihi.

TANGO, tetigi, tactum, ère. [*ἄπτω, δίγω, ψάω, ἄπτομαι*] Cor-
pus unum tangere dicitur alterum, cum ita prope admouetur, vt nullum in-
terstitium relinquatur. Lucret. 1, 304 Tangere enim et tangi, nisi
corpus, nulla potest res. Virg. Aen. 12, 201 Tango aras, medi-
osque ignes et numina testor. Ex antiquitate est repetitum. Nam
cum ad aras bellum in Titanas suscepturi dii iurassent, obtinuit, vt postea
religio iurisiurandi eius tactu et ignis testatione sanciretur. Verba
sunt Theonis in Aratum de ara illa loquentis, καὶ τοῖς ὀμνύων δίδουαι βε-
λομένους, ὡς διακοσμήσειεν τῆσσι, καὶ τῇ κείρι ἐφάπτοντο δακνύντες ἐγγυ-
μοσύνης μαγύριον τὸ πῦρ. Annotauit Turnebus 19, 19. Sed nihil opus
est vanitate mythologica. Qui tangit aram, deum praesentem sibi pro-
ponit, etc. Tangere terram, genus quoddam venerationis et cae-
rimoniae superstitionisque antiquae. Plaut. Most. 2, 2, 37 Tangite
vos quoque terram. Varr. R. R. 1, 2 Hoc ter nouis cantare
iubet, terram tangere, despuere, ieiunum cantare. Macrob. Sat.
3, 9 Cum tellurem dicit, manibus terram tangit. Simile est illud
Ciceronis de Arusp. Resp. 23 Aut puer ille patrimus, aut matrimus si
terram non tenuit, etc. Cic. Tusc. 2, 57 c. 24 Genu mehercle M. Anto-
nium vidi, quum contente ipse pro se lege Varia diceret, terram
tangere. Armis tangere Hor. Carm. 3, 3, 54. Baculo tetigit
iuuenem Ouid. Met. 14, 38. Tunc ero bis consul, tunc tangam
vertice Caelum Aufon. Eid. 8 extr. felicitatis symbolum. Flagello
tangere aliquem Hor. Carm. 3, 26, 12. Conf. Marci. ad b. l. Voff.
Inj. Orat. 5 p. 44. Muret. ad Catull. 21, 8. Manu sanctissi-
mum corpus tangere ac violare Cic. post Red. in Senat. . . Matro-
nam nullam ego tango Hor. Sat. 1, 2, 54. Pede pedem tangere Ouid.
de Arte Am. 606. Propert. 4, 8, 72 Vix tangendos praebuit illa
pedes, supplici et deprecanti, vid. GENV. Sidera tangere, vid.
SIDVS. Tangere terram regionis, Appellere Plaut. Amph. 1, 1, 48.
Cic. Verr. 3 (1) 27 c. 10 Verres simul ac tetigit prouinciam. Por-
tum tetigere carinae Virg. Georg. 1, 303. Solum mento Hor.
Od. 2, 7, 12. Cic. pro Rosc. Amer. c. 7 Fundos decem et tres re-
liquit, qui Tiberim ferè omnes tangunt. Villa tangit Viam Cic.
pro Mil. c. 19. Conf. Rutil. It. 1, 337. Sauar. ad Sidon. Epist. 1, 10.
Vulnera quae melius non tetigisse fuit Ouid. ex Pont. 3, 7, 25. Tan-
gere interdum ponitur pro linere, tingere. Fimo bubulo ima planta
tangenda est Pallad. Ian. t. 16. Conf. Gronou. ad Sen. Epist. 86 p. 255.
it. Obseru. 3, 18. N. Heins. ad Ouid. Fast. 4, 740. Burm. ad Cal-
purn. Ecl. 5, 54. et ad Sammon. v. 69. 2 Translationes
babet varias: Tangere aliquem, pro Ludere et fatigare, inquit, Do-
natus. Vid. Plaut. Poen. Pro. 101. Idem Epid. 5, 2, 40 Te
istam ob rem tetigi triginta minis. Cic. de Or. 2, 25 Sentin' fe-
nem esse tactum triginta minis? Ter. Eun. 3, 1, 30 Quo pacto
Rhodium tetigerim in conuiuio numquid tibi dixi? Tangere ho-
minem vult bolo Plaut. Poen. Pro. v. 101. Conf. Idem Pseud. 1, 1,
118. Parei Lex. Crit. p. 1217. Tangere ferro arborem, pro Ex-
purgare Columel. 3, 9. Cic. Acad. 4, 136 Sed vbi Xenocrates,
vbi Aristoteles ista tetigit? Carmina tangere Ouid. Amor. 3,
12, 17. Non omnia dicere, et leuiter vnumquodque tangere
Cic. pro Rosc. Amer. 83 c. 30. Verba alicuius tangere suis ver-
bis Ouid. Fast. 1, 184. Cic. de Lege Agrar. 2, 66 Idcirco, inquit,
agros nominare non possum, quia tangam nullum ab inuito. Acu
rem tetigit; Prouerbiu vbi quis recte coniecit. Plaut. Rud. 5, 2, 19
Vlcus tangere, Mouere dolorem, eius rei facere mentionem, quae nos magno-
pere urat Ter. Phorm. 4, 4, 9. Tangere curas Virg. Aen. 4, 55t.
Tetigit, Peruenit Plaut. Bacch. 3, 5, 3 Nam illud animus miratur meus,
si a me tetigit nuntius, quid remoratur. Tetigit vox aures meas,
i. Peruenit ad aures. Idem Rud. 1, 4, 14. Metam tangere vitae
Ouid. Trist. 1, 9, 1. Tetigit industria Finem Grat. Cyneg. v. 12.
Tangere, Mouere Lucret. 1, 62 Nec bene pro meritis capitur, nec tan-
gitur ira. Cic. Att. 2, 19 Caetera in magnis rebus, minae Clodii
contentionesque, quae mihi proponuntur, modice me tangunt, vid.
MODVS. Amore tituli tangebatur Ouid. Trist. 1, 1, 53. Ani-
mum tangit memoria earum rerum, Commouet, excitat Liu. 1, 5. Con-
temptus vos tangit Ouid. Met. 2, 527. Cor alicuius tangere que-
rela Hor. de Arte Poët. 98. Cura tangit me campi Propert. 2, 109.

- 16, 34 — Miseri te si qua parentis Tangere cura potest. Virg. Aen. 12, 933. Cura nulla vestri vos tangit Liu. 3. Columel. 3, 21 Potes iam (si te cura pomorum tangit) vltimis ordinibus in ea vineti sine, etc. Fata impia te tangunt Virg. Aen. 4, 569.
- 5 Gratia Ouid. Met. 2, 393 Quod si nec fratris, nec te mea gratia tangit. Honos tangit animum, *Commouet* Virg. Aen. 12, 57. Honos tangit nos Ouid. Fast. 5, 297. Inuidia alicuius tangi Lucan. 9, 1055. Mentem mortalia tangunt; Aduersa, quibus constat subiacere mortales. Seruius *ad* Virg. Aen. 1, 466. Odore tangi Plin. 17, 24. Peccatus tangere dulcedine Lucret. 3, 909. Vota tetigere deos, *Preces commouerunt deos* Ouid. Met. 4, 164.
- TANGENS, entis. Part. Mus tangens male singula dente superbo in coena Hor. Sat. 2, 6, 87. Cubito stantem prope tangens Id. Sat. 2, 5, 42. Tangentia ora relinquere Ouid. Met. 1, 538. Templa tangentia litus Idem *ibid.* 15, 721.
- 15 TACTVS, a, um. Partic. [*τεττυμενος*] Vt, Calda tactus Scribon. 130. Epiphora medicamento tacta Idem 20. Nares tactae per pinnam Idem 51. Tacta specillo naribus iniiciantur Idem 10. Tactus spiritu diuino Liu. 5, 22. Cupidine laudis
- 20 tactus Ouid. Trist. 4, 5, 11. Dolore tactus amissae coniugis, *Commotus* Idem Met. 7, 688. Tactus fulmine Plin. 14, 19. Tactus de vel e caelo, *Fulmine ex caelo delapso percussus*. Tactus, *νεγανυωδεις* Gloss. Vet. Cic. de Diuin. 2, 47 Nattae vero statua, aut aera legum de caelo tacta, quid habent obseruatum ac vetustum. Plin.
- 25 36, 4 Fuere autem simulacra ea Apollinis, Dianae, Herculis, Minervae, quod e caelo postea tactum est. Liu. 27, 7 Tacta de caelo multa. *Add.* Virg. Ecl. 1, 17. Sueton. Domit. c. 15. Taubm. *ad* Virg. l. c. Tacta loqui Manil. 3, 23. *i. vulgi sermone celebrata. Sed pulchre Bentleius* Quam sint acta.
- 30 TACTVRVS, a, um. Aliud Partic. [*αφόμενος*] Cic. Fam. 2, 16 De praeda mea praeter Quaestores vrbanos, id est Pop. Rom. teruncium nec attingit, nec tacturus est quisquam.
- TACTVS, us. m. [*αφή, ἀπαφή, τήξιν*] Tangendi sensus, vel actus. Plin. 10, 69 pr. Ex sensibus ante caetera homini tactus.
- 35 Duorum inter se coniunctorum corporum tactus Sen. Qu. Nat. 2, 2. Plin. 8, 55 Necnon et vestes leporino pilo facere tentatum est, tactu non perinde molli vt in cute. Tactu vitanda, et adspectu fugienda Lucret. 6, 779. Aspera tactu Idem 6, 777. Interior tactus, *vid.* INTRA. Leuis tactus, *vid.* LEVIS. Mollis tactus Virg. Aen. 2, 683. Mollissimus tactus corporis, *vid.* MOLLIS. Abstinere tactu Virg. Aen. 7, 618. Cognoscere corpora tactu Lucret. 2, 741. Percipitur tactu Scribon. 182. Resistere ad tactum Virg. Georg. 3, 502. Sentire aliquid tactu Lucret. 4, 268. Quam tactus sustinere potest Scrib. 66.
- 45 TACTIO, onis. f. [*αψιν*] Idem. Plaut. Aulul. 4, 10, 14 Quid tibi ergo meam me inuito tactio est? Cic. Tusc. 4, 20 c. 9 Et qualis est haec aurium, tales sunt oculorum, et tactionum, et orationum et saporum. *Conf.* Plaut. Poen. 5, 5, 29.
- TACTILIS, e. Adi. Quod tangi potest. Lucret. 5, 152 Tactile
- 50 nil nobis quod sit contingere debet.
- TANGIBILIS, e. Adi. Lactant. 7, 11 sub f. Tangibilia manu. *Add.* *ibid.* c. 12 sub in. Hieron. Epist. 61, 9.
- TANIACAE, arum. f. Pernae e Gallia Romam apportatae Varro de R. R. 2, 4, 10. *Sed nihil, puto, neque de lectione, neque de*
- 55 *interpretatione certi est.*
- TANIS, [*Τάνιν*] Ciuitas Aegypti, a qua Tanicum siue Taniticum Nili ostium dictum. *vid.* Plin. 5, 9.
- TANOS aut TANVS, i. m. Gemma, Plin. 37, 5. *it.* Herba, Idem 21, 15.
- 60 TANQVAM, s. TAMQVAM: est certe plane eius significationis quom pariunt illae particulae separatim positae. Nempe est similitudinis Aduerb. [*ως, ὡσαν, ὡσανει, ὡτε, καὶ ὅ, οἷα, οἷαδὴ*] Plin. 2, 63 Tanquam nesciamus hanc esse solam, quae nunquam irascatur homini, *i. Quasi nesciamus.* Gloria virtutem tanquam umbra sequitur Cic. Tusc. 1, 104 c. 45. Tanquam ad aliquem libidinis scopulum appellere Cic. de Orat. 2, 154. Oratorem in iudicia et conciliunculas, tanquam in aliquod pistrinum detrudi et compingi videbam Idem de Orat. 1, 46. Apud eum sic fuit tanquam domi meae Idem Fam. 13, 70. Repente enim te, tanquam serpens e latibulis intulisti Idem in Vatin. 4 c. 21. Idem Fam. 2, 16 De Dolabella quod scripsi, suadeo videas tanquam si tua res agatur. *Add.* Idem pro Rosc. Amer. c. 32. et pro Caec. c. 21. et ad Qu. Fratr. 3, 2. Tanquam si claudus sim, cum fusti est ambulandum Plaut. Afin. 2, 4, 21. Ter. Phorm. 1, 2, 15 Senis nostri Daue fratrem maiorem Chremem nostine?
- 75 D. quidni? G. quid eius natum Phaedriam? D. tanquam te. Idem Eun. 2, 2, 32 Tanquam philosophorum habent disciplinae ex ipsis vocabula. Plin. 9, 36 Vt tanquam in vita frugum noscitur ratio: si omnes, qui istis gaudent, praemia vitae suae calleant. Video tibi etiam nouum accidisse tanquam mihi. Cic. Att. 6, 1 Ex vita ita
- 80 discedo tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo Cic. de Sen. 84 c. vlt. Idem Fam. 12, 9 Tanquam enim si clausa sit Asia, sic nihil perfertur ad nos praeter rumores de oppresso Dolabella. Idem Qu. Fratr. 1, 1 Quamobrem hoc te primum rogo, ne contrahas, aut demittas animum, neue te obrui tanquam fluctu, sic magnitudine negotii sinas. *Conf.* Idem ad Quir. post red. c. 1 extr. Tanquam, pro, Verbi gratia, vel Qualia sunt Scribon. 200. Tanquam de regno dimicaretur, ita concurrerunt Liu. 40, 6. *Add.* Cic. Off. 2 c. 13. et pro Domo c. 2. et de Fin. 5, 42 c. 15. Virg. Ecl. 10, 59. Ouid. Met. 2, 360. Tanquam illi ipsi acerbitatis aliquid acciderit, angimur Cic. de Clar. Orat. c. 1. *Add.* Idem Verr. 3 c. 28 pr. et de Fin. 5, 42 c. 15. Liu. 28, 43. et 41, 24.
- 90 TANTALVS, i. m. [*Τάνταλος*] Vt est auctor Lactantius, Iouis ex Plote nympha filius. Seruius: Tantalus Corinthiorum rex, amicus numinibus fuit: qui quum frequenter deos susciperet, et quodam tempore defuissent epulae, filium suum Pelopem occidit, et diis epulandum apposuit. Tunc abstinentibus cunctis Ceres humerum eius exedit. Et quum eum dii per Mercurium reuocare ad superos vellent, eburneus ei est humerus restitutus Virg. (Georg. 3, 7) Humeroque Pelops insignis eburno Acer equis. Hac lege autem Tantalus apud inferos dicitur esse damnatus, vt in Eridano inferorum stans, nec vndis praesentibus, nec vicinis eius pomariis perfruatur. Per haec autem auaritia significatur: vt etiam Hor. (Serm. 1, 1, 70) — Quid rides? mutato nomine de te Fabula narratur. *Haestenus* Seruius *enarrans* illud Virg. Aen. 6, 603 de Tantalo,
- 105 Lucent genialibus altis, etc. *Eusebius*, Tantalum Iouis ex Plote nympha

pha filium, regem Phrygiae cum Troë Davdaniae rege bellum gessisse, quod Ganymedem rapuerit, Agamemnonis et Menelai auum. Vnde et Tantalides dicti sunt. Hic ob suum interfectum detrusus ad inferos siti torquetur et fame. Plato in Cratylo scribit, Tantalum dictum esse, quasi τάλαντα hoc est infelicissimum. Hor. Epod. 17, 66 Optat quietem Pelopis infidus pater Egens benignae Tantalus semper dapis. Poëtae impendere apud inferos saxum Tantalum faciunt Cic. Tusc. 4, 35. Mento summam aquam attingens siti enectus Tantalus Idem ibid. 1, 10. Fallax Tantalus Stat. Theb. 1, 247. Superbus Tantalus Hor. Carm. 2, 18, 37. ¶ 2 Tantalus etiam puer Thyestae ex Micrope fratris uxore epulandus patri appositus.

TANTALEVS, a, um. Possess. [*Ταντάλιος*] Propert. 2, 1, 68

Tantalea poterit tradere poma manu. Mensa Tantalea Stat. Theb. 11, 128.

TANTALICVS, um. Adi. [*Τανταλικός*] Claud. de Rapt. Prof. 336 Non aqua Tantaliceis subducitur inuida curis.

TANTALIS, idis. f. Patronym. [*Τανταλῖς*] *Dicta est Niobe Tantalii filia. Fratres Tantalidae, Agamemnon et Menelaus Ouid. Fast. 2, 627.*

TANTILLVS, **TANTISPER**, **TANTOPERE**, **TANTVNDEM**, *vid. TANTVS.*

TANTVS, a, um. [*τόσος, τοσῶτος, τηλικῶτος*] *A Tam deduci videtur, quantitatemque significat, quasi Tam multus, vel Tam magnus.*

Plaut. Poen. 5, 4, 105 Quum hac me laetitia tanta, et tantis affecistis gaudiis.

Ter. Heaut. 4, 1, 17 Tantam inesse animo inscitiam? Idem

Andr. 5, 2, 29 Tantum laborem capere ob talem filium? Tantus

natu, Adeo prouecta aetate Plaut. Bacch. 1, 2, 16. Sexcenta tanta b. e.

Sexcentis tantum vel totidem Idem Pseud. 2, 2, 37. Idem Trin. 2,

4, 128 Post id frumenti quando alibi messis maxima est, tribus tantis

illi minus reddit, quam obseueris. Sol maiorne quam terra sit,

an tantus quantus videatur? Cic. de Diuin. 2, 10. Tantus homo, 30

Tam magni pretii Ter. Eun. 4, 7, 32. Cic. ad Brut. 9 Est alienum

tanto viro vt es tu. Virg. Aen. 1, 37 Tantae molis erat Roma-

nam condere gentem. Et Georg. 3, 112 Tantus amor laudum, tantae

est victoria curae. Quae tanta animum dementia cepit? Virg. Aen. 5,

465. Tantus ergo imperator in omni genere belli fuit, praeliis, 35

oppugnationibus, naualibus pugnis, etc. Cic. Acad. 4. In his tot

et tantis malis Idem Tusc. 5, 26. Tanta est inter eos, Quanta ma-

xima potest esse morum studiorumque distantia. Idem de Amic. c. 20.

Amicitia tantas opportunitates habet, Quantas non queo dicere Id. ib.

c. 6. Concio tanta, Quantam meminisse non video Id. Phil. 4 c. 1. 40

add. Id. de Sen. c. 12. et **QUANTVS**. Tantus pro tam cum aliis

Adiectiuus. Tanta erat summa rerum expectatio Caes. B. C. 1,

21. Tanta est in quouis genere herbae materiai Dissimilis ratio,

tanta est in flumine quoque Lucret. 2, 665. Tanta mira facta

sunt in aedibus Plaut. Amphit. 5, 1, 5. et Id. saepius. Ter. Andr. 45

1, 5, 18 Ah! tantamne rem tam negligenter agere? Vrbs tanta

atque talis Cic. de Nat. Deor. 3, 92 c. 38 extr. Tantus etiam pro

Tam parvus: Idem Fam. 8, 10 Nouis magistratibus autem, si Parthi-

cum bellum erit haec causa primos menses occupabit. Sin au-

tem aut non erit, istuc bellum: aut tantum erit, vt vos, aut successio-

res paruis additis copiis sustinere possint, Curionem video se duplici-

ter iactaturum. Idem Fam. 15, 14 Sed si quae sunt onera tuorum,

si tanta sunt, vt ea sustinere possis, nihil tibi erit lautius, nihil glorio-

sus: sin maiora, considera ne in alienissimum tempus cadat aduentus

tuus. Tantam vim habet auctoritas Idem Fam. 1, 7 pr. conf. 55

Manut. ad b. l. ¶ 2 Tanti et Quanti, [*περί τοσῶτα, περί*

ὄσα] Genitiui, cum eorum compositis, Tantidem, Quantilibet, Quan-

ticumque, similiter Totidem, Pluris, Minoris iunguntur verbis pre-

tium significantibus, qualia sunt, Emo, vendo, vaeneo, mereor, com-

paro, aestimo, constat, conduco, loco, foeneror, pacifcor, pago, pepigi, 60

condemno, postulo, et si qua sunt similia. Plaut. Merc. 2, 4, 22

Tanti quanti poscit vin' tanti emi illam? Ter. Adel. 2, 1, 49 Vbi me

dixero dare tanti, testes faciet illico. Idem Eun. 1, 1, 30. Tanti

me fugacem, mercenarium patronum hi aestimauerunt Pseudo-Cic. in

Sallust. 10. Cael. ad Cic. Fam. 8, 14 Tanti non fuit Arsacem ca-

pere, Seleuciam expugnare, vt earum rerum, quae hic gestae sunt,

spectaculo careres, i. illae res non meruerunt, vt propter eas hoc specta-

culum negligeres: nedum tua latrunculorum expugnatio. Cic. Verr.

4, 28 Hic tibi in mentem non venit, iubere haec quoque vt referret,

etc. fuit tanti, mihi crede: haberes quod defenderes. Eodem intellectu 70

dixisset, operae pretium erat. Cic. in Catil. 2, 22 c. 7 Est mihi

tanti Quirites, huius inuidiae falsae atque iniquae tempestatem subire:

quomodo a vobis huius horribilis belli periculum depellatur: Inuidia

est velut pretium quo emta est periculi depulsio. conf. Id. Catil. 1 c. 9.

Idem Att. 2, 13 Nunc nihil mihi tanti est: faciam quod volunt. Id. 75

ad Brut. 16 Nihil tanti fuit, quo venderemus fidem nostram. Quint-

til. 7, 3 An etiam tanti putauerit poenam subire. Bis quingenti

dedit marito uxor: Tanti vocat ille pudicam Iuuen. Sat. 6, 1, 6. Tan-

ti, pro Tam paruo: Cic. Att. 12, 30 De Siliu voluntate vendendi, et

de eo quanti tu vereri videris, primum ne nolit, deinde ne tanti. 80

Sicca aliter, sed tibi assentior. Scire Tullius auebat, num Silius hortos

vellet vendere, et quanti vellet. Cui Atticus rescribens vereri se dixerat,

primum ne Silius nollet vendere, deinde ne nollet eo pretio, quo Tullius

emere voluisset. Videris, inquit, vereri, ne Silius tanti nolit vendere,

quanti nos vellemus. Et dixit Tanti, pro tam paruo. Idem modo de 85

Tantus obseruatum est. Tanti, quanti, pro Tot quot. Manil. 5,

170 de pilario, vt teneat tantos orbes, sibi que ipse reludat. Tertull.

de Idol. 6 Potes vnum Deum praedicare, qui tantos efficit? Caius

in l. Si ita legatum sit. D. de legatis primo. Si ita legatum sit, Seio

feruos decem do, praeter eos decem quos Titio legau: si quidem de- 90

cem tantum inueniantur in hereditate: inutile est legatum. si vero am-

pliores: post eos quos Titius elegit, in caeteris valet legatum: sed

non in ampliores quam decem, qui legati sunt, Quod si minus: in

tantos, quanti inueniantur. Vbi etiam notabis, Ampliores accipi pro

Plures. Quin Tantis postea rebus nouis Cic. Fam. 9, 2. alii aliter: 95

Vid. Ant. Augustini Emend. l. 2. Vid. **QUANTVS** n. 2.

TANTIDEM, Genitiuus, qui verbis pretii solet adici. Ter.

Adel. 2, 1, 45 Ob malefacta haec tantidem emtam postulat sibi tradier.

Voluntatem decurionum tantidem, quanti fidem suam fecit Cic. pro

Rosc. Amer. c. 39. i. non pluris. Cogere aliquos ab aliquo tanti- 100

dem accipere Cic. Verr. 3, 83. Emere aliquid tantidem, quanti,

etc. Idem Verr. 3, 192 c. 83. Vid. **TANTVSDEM**. Tantidem

quasi feta canes sine dentibu' latrat Enn. ap. Varr. L. L. 6, 3. i. aequae

sine effectu. add. Plaut. Perc. 1, 2, 19. Pompon. l. ult. D. de Prae-

script. verb. Si tibi scyphos dedi, vt eosdem mihi redderes: com- 105

modati actio est. Si vt pondus argenti redderes, quantum in illis esset: tantidem ponderis petitio est per actionem praescriptis verbis.

TANTISPER. Adu. [*τάσπερα, ἐντέτω*] Significat *Tamdiu cum imminutione quadam, ubi non velis diu dicere, et indicare, interim modo ad tempus aliquod debere fieri, non perpetuo.* Plaut. Aul. 4, 5, 6 Tantisper hic ego ad ianuam concessero. Cic. Att. 12, 15 Totos dies scribo: non quo proficiam quid, sed tantisper impediatur. Quid.

in Ibin 641 Haec tibi tantisper subito sunt missa libello, Immemores ne nos esse queraretui. Cogitare tantisper de aliquo reo Cic. pro

Caecin. 30 c. 10. *conf.* Liu. 1, 3 et 22. Plaut. Bacch. 2, 3, 106. et Poen. 5, 6, 26. Ter. Adel. 1, 1, 45 Dum id refectum iri credit, tantisper cauet. *conf.* Id. Heaut. 1, 1, 53. Cic. Fam. 9, 2 Habes rationem mei consilii: tibi igitur hoc censeo, latendum tantisper ibidem, dum effervescit haec gratulatio, et simul dum audiam quemadmodum negotium

15 confectum sit. Ulpian. in l. 3 §. Hoc autem. D. de itiner. actuque priuat. Qui vult ire agere tantisper, quoad de seruitute constet, non debet de suo iure docere.

TANTO. Adu. [*τόστω, τόσῳ*] cui respondet Quanto. Ter. Andr. 4, 5, 35 Tanto hercle magis dabit. Plaut. Pers. 1, 3, 73 Ter

20 tanto peior ipsa est. Tanto impensius Virg. Aen. 12, 20. Id factum eius tanto intolerabilius est visum Suet. Caes. c. 78. *add.* Colum. 3, 3. Tac. H. 2, 30, 2. Tanto ante: Cic. Verr. 5, 88 c. 34

Quod si Cleomenes non tanto ante fugisset, aliqua tamen ad resistendum ratio fuisset. *conf.* ib. c. 30. Post tanto Virg. Georg. 3, 476.

25 Doctrinis tanto antecessit condiscipulos, vt Nep. 15, 2, 2. Cic. Verr. 3, 226 c. 97 Reperietis quinquies tanto Iudices amplius istum, quam quantum ei in cellam sumere licitum sit, ciuitatibus imperasse. Vices tanto addito aquae Plin. 15, 4.

Tantone minoris decumae venierunt, quanto fuerunt? Cic. Verr. 5, 106. Plin. 9, 38 Quippe

30 maior vis tanto, quanto recentior. Quanto quis audacia promptus, tanto magis fidus Tacit. Ann. 1, 57. Et Ann. 6, 45, 2 Tanto acceptius in vulgum, quanto modicus priuatis aedificationibus. *add.* Id. Ann. 4, 48, 4. Cels. prooem. l. 1. Virg. Aen. 12, 20

— Quantum ipse feroci

35 Virtute exsuperas, tanto me impensius aequum est Consilere.

TANTOPERE. Adu. [*τόσῳ, τηλικῶτον*] significat *Tantum, tam vehementer.* Ter. Phorm. 5, 8 (?) 16 Postquam tantopere id vos velle, animum aduorteram. Idem Andr. 5, 2, 27 Ah, ne facui tantopere.

40 Cic. Acad. 4, 132 Non potest igitur vterque sapiens esse, quoniam tantopere dissentiunt, sed alter. Istud nescio quid, quod tantopere didicisti Idem pro Muraen. 23. Quies tantopere ei grata fuit, vt Nep. 25, 7, 4. Cic. de Orat. 1, 164 Neque enim tantopere hanc a Crasso disputationem desiderabam, quantopere eius

45 in causis oratione delector. In MSS. aliquando diuise legitur, tanto opere. Et pulchre per *Imesin* separantur. Vid. OPVS n. 7.

TANTVM. Adu. [*μόνον, μόνης*] Tam multum, et quidem vt excessus excludatur. Qui enim dicit, Tantum est, ille negat plus esse. Plaut. Most. 3, 1, 121 Quatuor quadraginta illi dederunt minae, et

50 fors, et foenus, tantum est. Sic Merc. 2, 2, 12. Ter. Eun. 5, 6, 26 Numquid est aliud mali, damniue quod non dixeris, reliquum? P. tantum est. Ter. Hec. 5, 3, 15 Scio, tantumne est? B. tantum. Hinc est quod saepe significat *Solum, et Positiuis iungitur.* Plaut. Capt. Acrost. 4 Tantum studens vt natum recuperet. Virg.

55 Ecl. 6, 16 Serta procul tantum capiti delapsa iacebant. Seruius: Tantum capiti delapsa, vt ostenderet, non longius propositam esse coronam. Nihil dicam arrogantius, tantum dicam Cic. pro Muraen. 78 c. 37. Non tantum parum commode, sed etiam turpiter Idem de Orat. 1, 227. Patriam non vt patriam tantum, verum vt altricem amare discunt

60 Plin. Paneg. c. 28. Tantum interest, quod tu quum es commotus, acquiescis, assentiris, approbas, etc. Cic. Acad. 4, 141. Tantum non, *Rei non plane peractae aduerbium, Ferme, fere, propemodum.* Suet. in Tiber. Caes. c. 11. Tantum non aduersis tempestatibus Rhodum enauigauit. *add.* Id. ib. c. 52 et 66. *it.* Vit. c. 14. et Domit. c. 15.

65 Liu. 37 Vt vidit non posse aequare ordinem Romanos, et tantum non iam circumiri a dextro cornu, concitat naues. Idem 4, 2 Et quum hostes tantum non accersierint. Tantum non [*μόνον ἄχι*] fere, paene, cum hoc solum desit. Liu. 4, 2 *extr.* Et cum hostes tantum non arcessierint, exercitus conscribi aduersus hostes non patiantur. Id.

70 37, 29 *extr.* Quod vbi Eudamus vidit, non posse exaequare ordinem Romanos, et tantum non iam circumiri a dextro cornu, *i. et parum abesse, vt non iam circumueantur.* Sueton. Tib. c. 52 Tantum non statim a funere filii ad negotiorum consuetudinem rediit. Cic. Verr. 1, 116

Tantum quod hominem non nominat. *i. Nisi quod hominem non nominat.* Lucret. 2, 220 Tantum quod nomen mutatum dicere possis. Tantum quod, *pro Aduerbio Commodum.* Cic. Fam. 7, 23 Tantum quod ex Arpinati veneram, quum mihi a te literae redditae sunt. Sic legendum esse annotat P. Victorius: cum alii tantum omittunt. Sueton.

in Neron. c. 6 Nero natus est Antii post nouem menses, quam Tiberius

80 excessit, X. III Cal. Ianuar. tantum quod ex oriente sole, paene vt radis prius quam terra contingeretur. Quo in loco, pro Tantum quod, Beroaldus audaciter reposuit, iam tum quidem. Donatus in illud Ter. Eun. 2, 3, 49 Illa sese interea commodum huc aduorterat. sic exponit, Commodum, Tantum quod, vel Ipso eodemque tempore. Sic et in

85 illud Phormionis 4, 3, 9 Cum hoc id agebani commodum. Cic. Att. 15, 7 (13) *extr.* Haec quum scriberem, tantum quod existimal am ad te orationem esse perlata. Paullus exponit, Commodum, Vix tantum. Tantum quod inposuerat victimam bello manum, cum funestae ex Germania epistolae Vell. 2, 117, 1. *add.* Nep. 14, 5. c. not.

90 Lamb. Liu. 33, 4. c. not. Gronou. Suet. Aug. c. 63 c. not. Torrent. ¶ 2 Tantum, tam multum, tam magnum, tam vehementer, non excludendi causa, sed augendi. Plaut. Bacch. 2, 3, 38 Vi coactus reddidit ducentos et mille Philippum. N. tantum debuit? Ter. Hec. 3, 4, 3 Non hercle Parmeno verbis dici potest tantum, quam re ipsa

95 vigare incommodum est. Cic. Fam. 10, 18 Mihi enim si contigisset, vt prior Antonio occurrerem, non mehercules horam constitisset: tantum ego et mihi confido, et sic percussus, etc. Virg. Aen. 5, 162 Quo tantum mihi dexter abis? In tantum, vt vid. IN Praepositionem. Tantum, et plus etiam Cic. Att. 7. Plaut.

100 Most. 2, 2, 94 Tu vt occoepisti, tantum, quantum quis, fuge. Virg. Georg. 4, 101 — nec tantum dulcia, quantum Et liquida. Quantum me diligis, tantum fac vt valeas Cic. Fam. 16, 4. *add.* ib. Ep. 7. Tantum quantum fac est Idem de Senect. 48 c. 14. Tantum Bel-

lorum Iustin. 2, 2, 12. Quis tantum Fati credat habere locum

105 Ouid. Fast. 1, 518. Tantum Hostium intra muros est Liu. 3, 17. *add.*

X X X X 2

add. Id. 40, 19. et 44, 42. Sen. c. 13. **Tantum** Licentiae dabat gloria Cic. de
 Sen. c. 13. ¶ 3 **Tantum** abest, eandem vim in oratione ha-
 bet, quam Non solum. Huic autem interdum geminum vt postponitur,
 interdum unum tantum. Cic. de Amicit. 29 **Tantumque** abest, vt
 amicitiae propter indigentiam colantur, vt ii, qui opibus et copiis, 5
 maximeque virtute praediti (in qua plurimum est praesidii) minime
 alterius indigeant. Idem de Offic. 1, 43 c. 7 **Tantum** abest ab officio,
 vt nihil officio magis possit esse contrarium. b. e. Non modo officium
 non est, verum etiam nihil magis officio potest esse contrarium. Idem
 Acad. 4, 28 c. 9 **Tantum** abesse dicebat, vt id consentaneum esset, vt ma- 10
 xime etiam repugnaret. Corn. Nep. Frag. 5, 1. ex Laet. 3, 15 **Tan-**
tum abest, vt ego magistrum esse putem vitae philosophiam; vt nullis
 magis existimem opus esse magistris viuendi, quam plerisque, qui in
 ea disputanda versantur. Brut. ad Cic. Fam. 11, 10 **Tantum** abest,
 vt meae rei familiaris liberum sit quidquam, vt meos iam omnes ami- 15
 cos aere alieno obstrinxerim. Vid. ABSVM. Cic. Orat. 229 c. 68
Tantumque abest, ne, (quod ii, qui aut magistrorum inopia, aut in-
 genii tarditate, aut laboris fuga non sint affecti, solent dicere) ener-
 vetur oratio compositione verborum, vt aliter in ea nec impetus vllus,
 nec vis esse possit. Videtur Cicero, cum ista scriberet (nec enim varia- 20
 tur, vt librarios accusare possis) metuendi verbum in mente habuisse, quasi
 dixisset, **Tantum** abest, vt metuendum sit, ne eneruetur oratio. Ita-
 que notandus hic locus, non temere imitandus, dum aliis quoque praesi-
 diis ista muniatur constructio. Hirt. Bello Alex. 22 Hoc detri-
 mento milites nostri tantum abfuerunt vt perturbarentur, vt incensi 25
 potius atque incitati, magnas accessiones fecerint in operibus hostium
 expugnandis. Graeca haec est phrasıs, τοσόντων ἀποδείω τῆ ἐνοχλαΐσαι.
 ¶ 4 **Alia.** Cic. Acad. 4, 92 Sed quoniam tantum in ea arte ponitis,
 videte, ne contra vos tota nata sit, quae primo progressu festiue tradit
 elementa loquendi. Idem Fam. 7, 3 Postea autem quam alicuius 30
 culpa tantum valeret vnus, vt oblitıi non posset, etc. Rex tan-
 tum (tam vehementer) eius auctoritate motus est Nep. 9, 4, 1.
 Plin. 12, 1 **Tantumque** postea honoris increuit, vt mero infuso enutri-
 antur. Idem 11, 53 **Tantum** insidiarum est vitae. **Tantum,**
 pro Tam parum. Ter. Heaut. 4, 3, 40 Vnus est dies, dum argen- 35
 tum eripio. CH. **Tantum** sat habes? Tam parum tibi sufficit? Caes.
 Bell. Gall. 6, 34 Praesidii tantum est, vt ne murus quidem cingi pos-
 sit, neque quisquam egredi extra muros. Idem Bell. Ciuil. 3, 2
 Sed tantum nauium reperit, vt anguste quindecim millia legionario-
 rum militum, et quingenti equites transportari possent. Tan- 40
 tum duntaxat, quomodo dicitur Tantummodo, pro Tantum. Cic. Att.
 2, 9 **Tantum** duntaxat nos defendere cogitamus.

TANTVM MODO. Adu. [μόνον, μόνως] Idem quod tantum, i.
 solum, sed cum vehementia. Ter. Phorm. 1, 2, 92 Posthac si quidquam
 nihil precor: tantummodo non addas. Cic. Fam. 2, 9 Velles enim, 45
 ais, tantummodo vt haberem negotii, quod esset ad laureolam satis.
 Ouid. ex Pont. 4, 16, 49 Omnia perdidimus, tantummodo vita relicta
 est. Ille tantummodo, satis, inquit, scita est Ter. Phorm. 1, 2,
 59. **Tantummodo** priuatus Vell. 2, 49, 5. Arbores tantum-
 modo per stirpes alantur suas Cic. de Nat. Deor. 2, 81. Neque eum 50
 oratorem tantummodo, sed hominem non putant Idem de Orat. 3, 49.

TANTVNDĒM, s. TANTVMDĒM. Vt p. a. Tantidem. Est
 enim reuera Adiectiuum Tantus, a, um, ad quod illa productio dem ad-
 iecta est, vt ad Pronomen Is, ea, id. Sed vsitati tantum Casus in VM et I:
 nisi quod ICI etymologiam secuti sibi aliquid indulserunt. Vlpian. in l. 55
 Si pro patre. D. de in rem verso. Si decem in rem domini verterit,
 et postea tantandem summam a domino mutuatus sit, etc. conf. Labeo
 32 ff. l. 29 §. 1. Gaius 2 ff. t. 14 l. 30 §. 1. **Tantundem,** pro illo
 Medicorum Ana Scribon. 153. 167. Plaut. Poen. 3, 3, 20 Malo be-
 nefacere tantundem est periculum, quantum bono malefacere. Et in 60
 Masc. Truc. 2, 5, 7 **Tantundem** dolum aggrediar. Vid. Taubm. ad
 b. l. Ter. Phorm. 5, 6, 6 Num tu intelligis quid hic narret? P.
 num tu? A. nihil. P. tantundem ego. Idem Eun. 2, 3, 29 Quid
 virgo, cuius est? CH. nescio hercle. P. vnde est? CH. tantundem.

Plin. 5, 1 Volubile oppidum tantundem a mari vtroque distans. Se- 65
 pionı tantundem solum est Cic. Q. Frat. 1, 3. **Tantundem** est
 mihi Plaut. Perf. 4, 4, 36. Idem Merc. 2, 2, 43 Nam meo quidem
 animo vetulus, decrepıtus, senex tantundem est, quasi sit signum pi-
 ctum in pariete. **Tantundem** omnia sentiens Quam si Catull.
 17, 20. add. Hor. Sat. 1, 1, 56. Sen. Ep. 3. Cic. Tusc. 1 c. 43 70
 Nihil necesse est, inquit: vndique enim ad inferos tantundem viae est.
 Add. Id. Fam. 6, 19. et 15, 11. **Tantundem,** quantum Plin. Epist.
 8, 14, 17. Cic. Verr. 3, 202 Magistratibus tantundem detur in cellam,
 quantum semper datum est. Quae morte testamentouae eius tan-
 tundem capiat, quantum omnes heredes Id. de Legib. 2, 48 c. 19. 75

TANTVLS, a, um. Dimin. pro Tam paruus. Plaut.
 Truc. 2, 7, 48 Tum tantuli doni causa, etc. Idem Poen. 1, 2, 61
 En monstrum mulieris, tantula tanta verba funditat. Cic. pro Rosc.
 Amer. 114 Si ex eo negotio tantulum in rem suam conuertisset, etc.
 Lucret. 4, 897. Hor. Sat. 1, 1, 59. Cic. Att. 4, 8 Diceb 80
 tantulane in causa? Epistola tantula Idem Att. 1, 14 pr.
 Malum tantulum Idem Tusc. 2, 66. Sol tantulus Idem Acad. 4,
 82. Statura tantula Caes. Bell. Gall. 2, 30. Cic. Verr. 4, 169
 Et vendidisset, si tantulum morae fuisset, quo minus ei pecunia illa
 numeraretur. Idem pro Rosc. Amer. 130 Deinde cur tantulo venierint. 85

TANTVLM. Adu. Tum parum. Cic. Verr. 5, 175 c. 68 De
 omnibus nobis si quis tantulum de recta regione deflexerit. Idem
 Verr. 5, 180 c. 71 Si tantulum oculos deiecerimus, praesto esse insidias,
 etc. Is discipulus magistro tantulum de arte concedit Idem pro
 Rosc. Amer. 118 c. 40. **Tantulum** peccaui, i. Paullum Plaut. 90
 Caf. 4, 4, 6. **Tantulum** commotus Cic. Verr. 2, 144 c. 50. Nec
 quidquam posthac non modo tantum, sed ne tantulum quidem praeter-
 ieris Idem Att. 15, 10 (29) conf. Mamert. c. 14.

TANTILLVS, a, um. Dimin. a Tantulus. Plaut. Trin. 1, 2,
 22 Faxo haud tantillum dederis verborum mihi. Ter. Adel. 4, 95
 2, 25 Quem ego modo puerum tantillum in manibus gestauı meis.
 Cic. de Senect. 52 c. 15 Omitto enim vim ipsam omnium, quae gene-
 rantur e terra, quae ex fici tantillo grano. Vetus exemplar legit Tan-
 tulo. Plin. 32, 1 Haec tantilla est satis contra tot impetus, vt vetet ire
 nauigia. add. Catull. 100, 6. Plaut. Stich. 4, 2, 40. 100

TANTILLVM. Adu. Plaut. Rud. 4, 4, 106 Si hercle tantillum
 peccassis. Catul. ad Iuuenium l. 96, 6 — nec possum fletibus vllis
 Tantillum vestrae demere saeuıtiae.

TAOS. Gr. Gemma. Taos pauoni est similis Plin. 37, 11. Nempe
 τῶν παυόνων est. 105

TAPANTA. Gr. Vxor Trimalchionis Tapanta est Petron. c. 37. Vid. Burm. ad h. l. Graecum simpliciter τὰ πάντα: nostri Fac totum iocose interdum dicunt.

TAPĒTVM, i. n. vel TAPES, ētis. m. vel TAPĒTE, is. n. [τάπης] Tegmen ingeniose pictum variis coloribus, quo equi, mensae, lecti, pavimenta sternuntur. Tapetum δὲ τὰπης Gloss. Vet. conf. Non. 3, 251. et 14, 34. Plaut. Pseud. 1, 2, 14 Neque Alexandrina belluata, confutaque tapetia. conf. Id. Stich. 2, 2, 54 quae a Nomin. Tapete derivat: Charif. 1 p. 45. Sed Nominativum Tapes negat a se inuentum. Virg. Aen. 9, 358 Armatae, craterasque simul, pulchrosque tapetas. Sil. 17, 64 — Nullo decorare tapete Cornipedem Nomias affictus. Alti tapetes Ouid. Met. 13, 638. Belluata tapetia, vid. BELLUATA. Incubat tapetis Stat. Theb. 10, 101. Sed Virg. Aen. 9, 325 Qui forte tapetibus altis Exstructus toto proflabat pectore somnum. Pictis tapetis instrati alipedes Virg. Aen. 7, 277. Tapetes pulchros Idem Aen. 9, 358.

TAPHIAE, arum. f. Pl. [Ταφίων νήσος] Insulae in mari Ionio, quas prope Echinadas Strabo lib. 10 ponit: quarum caput Taphus. Vid. Plin. 4, 12.

TAPHIVSA. Plin. 36, 21 Locus est iuxta Leucadem, in quo Taphiusus lapis nascitur.

TAPHVS, i. m. [τάφος] Sepulcrum. Inscriptt. Martialis, a Grutero edit. Vid. Barth. Adu. 5, 12 p. 233.

TAPINŌSIS, is. f. [ταπεινότης] Latine Humilitas dicitur. Virg. Aen. 1, 118. Apparent rari nantes in gurgite vasto. Servius: In gurgite vasto, Tapinosis est: i. rei magnae humilis expositio. Prudenter tamen Virgilius humilitatem sermonis epitheto subleuat: ut hoc loco, Vasto addidit.

TAPINOMA, atis. n. [ταπεινότητα] Idem. Eloquium, quod nec per scaturigines hyperbolicas intumescit, nec per tapinomata depressa tenuatur Sidon. Epist. 4, 3.

TAPINOPHRONESIS, is. f. [ταπεινοφρονέσις] Demissio animi. Tertull. adu. Psych. c. 12.

TAPROBANE, es. f. [Ταπροβάνη] Insula in Mari Indico amplissima, de qua multa Solin. 56 et Plin. 6, 22 qui inter alia refert, legatos ex Taprobane, quum ad nos venissent, miratos esse Septentriones et Vergilias, veluti in nouo caelo: Lunam vero apud ipsos non nisi ab octava die, ad quintam decimam supra terram adspici. Vid. Pomponium Melam 3, 7 Lucet ibi Canopus sidus clarum et amplissimum. Homines corporum magnitudine alios antecellunt, caeruleis oculis, atroci visu, terrifico sono vocis. Viuunt ultra annos centum. Nascuntur in ea berylli et hyacinthi, ut Ptolemaeus 7, 4. Plin. l. c. scribit, in ea quingenta oppida comperta fuisse. In ea (sicut Geometrae scribunt) sunt duae aestates. Taprobane nostro aevo putatur Sumatra.

TAPSIA: Tapisiae radix Scribon. 230. Vid. THAPSIA.

TAPSVS. [τάπος] Peninsula est Siciliae non procul a Syracusis, Megarensium sinum a meridie definiens. Virg. Aen. 3, 689 — viuo praeteruehor ostia saxo Pantagiae Megarosque sinus, Tapsumque iacentem. it. herba, ap. Lucan. 9, 919.

TAPVLLVS, al. TAPVLVS, a, um. Conuiuialis. Sic Lex tapulla, a Tabula dicta; ex Valerio et Lucilio ap. Festum.

T A R

TARACINA, vid. TARRACINA.

TARACO, vid. TARRACO.

TARANDVS, i. m. Animal Scythicum. Plin. 8, 34. Solin. c. 43.

TARAS. [Τάρας] Neptuni filius, quem Tarentum aedificasse quidam existimant. Vid. TARENTVM.

TARATANTARA. [ταρατάνταρα] Vox tubae ab Ennio ficta. Et tuba terribili sonitu taratantara dixit. Servius in nonum Aeneidos 509 At tuba terribilem sonitum procul aere sonoro, Hemistichium, inquit, Ennii: nam sequentia iste mutauit. Ille enim ad exprimentum tubae sonum ait taratantara: et multa huiusmodi Virgilius quum aspera inuenerit, mutat.

TARBIDOLOPIVM, i. n. Quo nomine arnoglossa ap. Gallos appellatur. Apul. de Herb. c. 1. Dioscorid. noth.

TARCHON, is. m. [Τάρχων] Hetruscorum dux, qui ut ex Virgilio notum est, Aeneae supplicias tulit aduersus Turnum et Rutulos. Dicitur et Tarcho abiecta N. litera. Virg. Aen. 8, 603 Haud procul hinc Tarcho, et Tyrrheni tuta tenebant Castra locis. Superbus Tarchon Sil. 8, 474.

TARDA, ae. f. Auis. Potest a tarditate nomen habere. Plin. 10, 22 f. 29 ubi de anserini generis cuius loquitur, memorat, Quas Hispania aues tardas appellat, Graecia Otidas, damnatas in cibis. Emissa enim ossibus medulla odoris taedium extemplo sequitur.

TARDVS, a, um. Adi. [βραδύς, ἀργός] Celeri et alacri vel acuto etiam opponitur, quatenus nempe acutus est celer ad cogitandum. Cic. de Senect. 21 c. 7 Nisi exerceas eam, aut etiam si sis natura tardior. Plaut. Merc. 3, 4, 10. Cic. de Inuent. 1, 35 Formosus an deformis, velox an tardus sit, etc. At si tardus eris, errabis, transiet aetas Tibull. 1, 4, 23. Tardus incessu filius Plin. 7, 16. Aetate tardus Ouid. Met. 8, 686. Aetate tardiores Plaut. Poen. 3, 1, 6. Cic. de Fin. 2, 39 Contraque ut tardam aliquam et languidam pecudem ad pastum, et procreandi voluptatem, hi hoc diuinum animal esse voluerunt. Idem Off. 1, 34 Atque haud scio an fatis sit eum, qui lacesserit, iniuriae suae poenitere, ut et ipse, ne quid tale posthac committat, et caeteri sint ad iniuriam tardiores. Ad referendam gratiam tardiozem esse Pseudo-Cic. Anteq. iret in exil. 6 c. 2. Tardus in cogitando Cic. de Clar. Orat. 216 c. 59. Plin. 23, 1 Vini genera, differentiasque perquam multas exposuimus, et fere cuiusque proprietates. Neque est vlla pars difficilior tractatu, aut numerosior: quippe quum sit tardum dictu, pluribus profit, an noceat. Tarde nec nisi post longum examen dici potest. Agmen tardum Virg. Aen. 9, 47. Amicus Plaut. Poen. 3, 1, 1. Afellus tardus Virg. Georg. 1, 273. Auis, vid. TARDA. Tardiores quam Corbitae in tranquillo mari Plaut. Poen. 3, 1, 4. Corpora tarda Virg. Aen. 6, 720. Fuga tarda Ouid. Trist. 1, 2, 84. Gradibus tardis errare Idem Met. 11, 357. Grauitas tarda Idem Met. 11, 618. Homo tardus, Hebes, obtusi ingenii. Cic. de Orat. 3 Namque aut senes ad eas accesserunt, aut vsque ad senectutem studiis detinentur, aut sunt tardissimi. Idem pro Lege Agr. 3, 6 c. 2 Sed quem vestrum tam tardo ingenio fore putauit, cui post eos Consules, Sullam dictatorem fuisse in mentem venire non posset? Ingenium tardum in

85 de Senect. 21 c. 7 Nisi exerceas eam, aut etiam si sis natura tardior. Plaut. Merc. 3, 4, 10. Cic. de Inuent. 1, 35 Formosus an deformis, velox an tardus sit, etc. At si tardus eris, errabis, transiet aetas Tibull. 1, 4, 23. Tardus incessu filius Plin. 7, 16. Aetate tardus Ouid. Met. 8, 686. Aetate tardiores Plaut. Poen. 3, 1, 6. Cic. de Fin. 2, 39 Contraque ut tardam aliquam et languidam pecudem ad pastum, et procreandi voluptatem, hi hoc diuinum animal esse voluerunt. Idem Off. 1, 34 Atque haud scio an fatis sit eum, qui lacesserit, iniuriae suae poenitere, ut et ipse, ne quid tale posthac committat, et caeteri sint ad iniuriam tardiores. Ad referendam gratiam tardiozem esse Pseudo-Cic. Anteq. iret in exil. 6 c. 2. Tardus in cogitando Cic. de Clar. Orat. 216 c. 59. Plin. 23, 1 Vini genera, differentiasque perquam multas exposuimus, et fere cuiusque proprietates. Neque est vlla pars difficilior tractatu, aut numerosior: quippe quum sit tardum dictu, pluribus profit, an noceat. Tarde nec nisi post longum examen dici potest. Agmen tardum Virg. Aen. 9, 47. Amicus Plaut. Poen. 3, 1, 1. Afellus tardus Virg. Georg. 1, 273. Auis, vid. TARDA. Tardiores quam Corbitae in tranquillo mari Plaut. Poen. 3, 1, 4. Corpora tarda Virg. Aen. 6, 720. Fuga tarda Ouid. Trist. 1, 2, 84. Gradibus tardis errare Idem Met. 11, 357. Grauitas tarda Idem Met. 11, 618. Homo tardus, Hebes, obtusi ingenii. Cic. de Orat. 3 Namque aut senes ad eas accesserunt, aut vsque ad senectutem studiis detinentur, aut sunt tardissimi. Idem pro Lege Agr. 3, 6 c. 2 Sed quem vestrum tam tardo ingenio fore putauit, cui post eos Consules, Sullam dictatorem fuisse in mentem venire non posset? Ingenium tardum in

90 de Senect. 21 c. 7 Nisi exerceas eam, aut etiam si sis natura tardior. Plaut. Merc. 3, 4, 10. Cic. de Inuent. 1, 35 Formosus an deformis, velox an tardus sit, etc. At si tardus eris, errabis, transiet aetas Tibull. 1, 4, 23. Tardus incessu filius Plin. 7, 16. Aetate tardus Ouid. Met. 8, 686. Aetate tardiores Plaut. Poen. 3, 1, 6. Cic. de Fin. 2, 39 Contraque ut tardam aliquam et languidam pecudem ad pastum, et procreandi voluptatem, hi hoc diuinum animal esse voluerunt. Idem Off. 1, 34 Atque haud scio an fatis sit eum, qui lacesserit, iniuriae suae poenitere, ut et ipse, ne quid tale posthac committat, et caeteri sint ad iniuriam tardiores. Ad referendam gratiam tardiozem esse Pseudo-Cic. Anteq. iret in exil. 6 c. 2. Tardus in cogitando Cic. de Clar. Orat. 216 c. 59. Plin. 23, 1 Vini genera, differentiasque perquam multas exposuimus, et fere cuiusque proprietates. Neque est vlla pars difficilior tractatu, aut numerosior: quippe quum sit tardum dictu, pluribus profit, an noceat. Tarde nec nisi post longum examen dici potest. Agmen tardum Virg. Aen. 9, 47. Amicus Plaut. Poen. 3, 1, 1. Afellus tardus Virg. Georg. 1, 273. Auis, vid. TARDA. Tardiores quam Corbitae in tranquillo mari Plaut. Poen. 3, 1, 4. Corpora tarda Virg. Aen. 6, 720. Fuga tarda Ouid. Trist. 1, 2, 84. Gradibus tardis errare Idem Met. 11, 357. Grauitas tarda Idem Met. 11, 618. Homo tardus, Hebes, obtusi ingenii. Cic. de Orat. 3 Namque aut senes ad eas accesserunt, aut vsque ad senectutem studiis detinentur, aut sunt tardissimi. Idem pro Lege Agr. 3, 6 c. 2 Sed quem vestrum tam tardo ingenio fore putauit, cui post eos Consules, Sullam dictatorem fuisse in mentem venire non posset? Ingenium tardum in

TEGO, xi, etum, ere. [καλύπτω, στεγάζω, ἐρέθω, κατερέθω, στέπω, σκεπάζω] Operire, vel muniendi vel occultandi causa aliquid imponere. Caligine terras nox texit Lucret. 6, 852. Fronde teguntur aues Ouid. de Arte Am. 1, 58. Galea caput texit Propert. 4, 3, 44. Humo ossa Tac. Ann. 1, 62, 1. Sepulcro tegi Lucan. 2, 548. Somno tegere lumina Virg. Georg. 4, 414. Tenebris teguntur omnia Ouid. Fast. 4, 489. Tunica tegi Ouid. Amor. 1, 5, 14. Veste corpus tegere Tibull. 2, 3, 82. Conf. Ouid. Met. 6, 298. Metaph. Tegere, Celare: Martial. 3, 42. Quod tegitur, maius creditur esse malum. Ter. Hec. 1, 2, 91. Incommoda atque iniurias viri omnes ferre, et tegere contumelias. Virg. Georg. 3, 454. Cic. Qu. Fratr. 1, 11. Multis enim simulationum inuolucris tegitur, et quasi velis quibusdam obtenditur vniuscuiusque natura. Idem in Pison. 16. Triumphum nomine tegere ac velare cupiditatem suam. Id te admisisse concedis, quod ne mendacio quidem tegere possis. Idem pro Quint. 81 c. 26. Idem pro Rabir. Post. 42. His ipsis diebus hostem persequi: tum cum etiam ferae latibulis se tegant, atque omnia bella iure gentium conquiescant. Commissa tegere Hor. de Arte Poet. 38. Consilium vultu tegit Virg. Aen. 4, 477. Animi Dolorem vultu tegere Cic. Verr. 2 c. 8. Facta tegenda loqui Tibul. 1, 9, 28. Ignorantiam suam tenebrarum ac parietum custodiis tegere Cic. pro Rabir. 21 c. 7. Lacrimas tegere Ouid. Epist. 12, 145. Nomen tyranni sua humanitate Nep. 10, 1, 4. Prudentiam summam simulatione stultitiae tegere Cic. de Clar. Orat. 53 c. 14. Rem turpissimam tegere honesta praescriptione Caes. Bell. Ciuil. 3, 32. Cic. Tusc. 5, 95 II c. 4. E quibus nos id potissimum consecuti sumus, quo Socratem usum arbitramur, ut nostram ipsi Sententiam tegeremus, errore alios leuaremus: et in omni disputatione, quid esset simillimum veri, quaeremus. Ad securitatem et tutulam pertinet Cic. Fam. 13, 67. Etiam atque etiam te rogo atque oro, ut eum et in reliquiis veteris negotiationis colligendis iuues, et caeteris rebus tegas atque tuerare. Familiares eius, vrbe profugientes, quantum potuit, texit; quibus rebus indiguerunt, adiuit Nep. 25, 9, 3. Cic. pro Caecin. 60. Arma esse suis nominibus, alia ad tegendum, alia ad nocendum. Aliquem armis suis tegere Idem Fan. 3, 10. Armis parentes tegere Sallust. 105

in Bell. Catil. 5. Alicuius salutem et vitam sua benevolentia, praesidio et custodia tegere Cic. pro Planc. 1. Latus alicui tegere est ire comitem. Vtne tegam spurco Damae latus Horat. Sat. 2, 5, 18. conf. Stat. Silu. 5, 1, 26. vid. LATVS. Confunditur cum Regere, v. v.

5 TEGENS, entis. Part. Tegens lanugine malas Ouid. Met. 9, 398. Priuatum odium falsis criminibus tegens Tac. Ann. 2, 80, 3. Dira tegens supplicia Virg. Aen. 6, 498. Terga tegentes Idem 11, 630.

TECTVS, a, um. Partic. [καλυμμένος, ἔλυδεις, κατεργής] Ter. Hec. 3, 3, 28 Aduersa eius per te tecta, tacitaque apud omnes fient.

10 Antrum tectum arboribus Ouid. Met. 12, 212. Plaustra Coriis tecta Iustin. 2, 2, 4. Caligine picea tectus Ouid. Met. 2, 233. Lanugine tectus malas Idem ibid. 12, 291. Cic. pro Lege Manil. Propterea quod pericula facile, vt hominem praestare oportet, Innocentia tecti pellemus. Tenebris tectus Columel. 7, 12. Tectum, Genus ouium, sic dictum, quod operimentis tegetur. Plin. 8, 47 Ouium summa genera duo, tectum et colonicum: illud mollius, hoc in pascuo delicatius. Varr. de R. R. 2, 2 Similiter faciendum in ouibus, pellitis: quae propter lanae bonitatem, vt sunt Tarentinae, et Atticae, pellibus integuntur, ne lana inquinetur. Cic. Fam.

20 9, 22 Itaque tectis Verbis ea ad te scripsi, quae apertissimis agunt Stoici. Via Sen. de Morte Claud. c. 16. Martial. 8, 75. ubi conf. Scriuer. Metaph. Amor tectus Ouid. de Arte Am. 1, 720. Sermone tecto dicere aliquid Id. ib. 1, 569. Legationis iure satis tectum se arbitrabatur Nep. 16, 5, 1. i. tutum, munitum. Sic Cic. pro Rosc.

25 Amer. 116 c. 40 Ea sunt animaduertenda peccata maxime, quae difficillime praecautentur: tecti esse ad alienos possumus: intimi multa apertiora videant necesse est: socium vero cauere qui possumus? Is, qui occultus et tectus dicitur, tantum abest, vt se indicet, etc. Idem de Fin. 2 c. 17. Tectusque recusat Prodere voce sua quenquam aut

30 opponere morti Virg. Aen. 2, 125. Tectiora Flagitia Plin. Epist. 1, 5. Cic. pro Rosc. Amer. 104 c. 36 Huc accedit, quod paullo tamen occultior, atque tectior vestra ista cupiditas esset. Idem in Orat. 146 Ac fortasse caeteri tectiores: ego semper me didicisse prae me tuli. Tectiores, i. Magis dissimulantes se artem didicisse.

35 Quis consideratior illo, quis tectior, quis prudentior Cic. pro Deiot. c. 6 pr. Idem de Orat. 2, 296 c. 73 Ego me hercule, inquit, Antoni, semper is fui, qui de te oratore sic praedicarem, vnum te in dicendo videri tectissimum. Tectissimum, qui quasi tectus et tutus loqueretur, nec quidquam diceret, quod causae posset obesse, quae enim apud

40 Ciceronem verba sequuntur hoc explicant. Tectissimum, igitur minime apertum vulneribus aduersarii, et eum qui minime detegeret id, quod in causa sua lateret mali. Tecta et texta confundi in MSS. obseruat

Drakenb. ad Sil. 14, 309.

TECTVRVS, a, um. Partic. [καλυφόμενος] Ouid. Met. 4, 159.

45 TECTE. Adu. [κρυφίως] Cui contrarium est Aperte. Cic. Att. 1, 11 (14) Hic dies me valde Crasso adiunxit, et tamen ab illo aperte, tecte quidquid est datum, libenter accepi. Quod tu in epistola appellas suo nomine, ille tectius penem Idem Fam. 9, 22.

TECTVM, i. n. [τέγος, τέγη, ὄροφος, τέγερρον] Pars domus superior, qua ipsa domus tegitur: interdum autem totum illud quod aedificamus et tegimus, vt nos eo tecti simus. Porticus reficiebatur, et ad tectum paene peruenerat Cic. Att. 4, 3. Culmen tecti Ouid. Met. 12, 480. Virg. Aen. 2, 695. Domorum tecta Id. Aen. 8, 98. Fastigia summi tecti Idem ibid. 2, 302. Firma tecta in domiciliis habere

55 Cic. de Clar. Orat. 257. Nudare tecto culmen, vid. NVBVS. Pectinatum tectum, vid. PECTINO in PECTEN. Pro Domo frequenter poni solet: Ter. Heaut. 5, 2, 15 Victus, vestitus, quo in tectum te receptes. Liu. 1, 29 Romanus passim publica, priuataque omnia tecta adaequat solo. Conf. Tac. Histor. 1, 81, 3. Urbis tecta

60 Ouid. Met. 4, 86. Absonum tectum, vid. ABSONVS. Agrestia tecta Ouid. Fast. 4, 803. Altum tectum caeli Hor. Serm. 1, 5, 103. Ardua tecta Virg. Aen. 7, 160. Augustum tectum Idem Aen. 7, 170. Etiam de magnificis aedibus adhiberi, docet Brouckhus. ad Tibull. 3, 3, 3. Aurea tecta Virg. Aen. 6, 12. Bipartientia tecta Idem ibid. 10, 5. Caeca tecta, Obscura, occulta, Labyrinthum intelligit Ouid. Met. 8, 158. Caelata tecta, vid. CAELO. Candida tecta Ouid. Trist. 1, 8, 7. Cubantia tecta, Quae videntur velle subsidere, aut in alterutrum latus magis inclinant Lucret. 4, 520. Deformia tecta nigro fumo Ouid. Fast. 5, 505.

70 Densa ferarum tecta, Siluae densae Virg. Aen. 6, 7. Fumosa tecta Idem Georg. 2, 244. Hospita tecta Valer. Argon. 2, 651. Humile tectum Senec. Hippol. f. 11. Immane tectum capax turbae Idem Thyest. 8. Ingentia tecta Virg. Aen. 2, 489. Ingens tectum Idem ibid. 7, 170. Inhospita tecta, vid. INHOSPITVS.

75 Intecta stramento tecta, vid. INTEGEO. Laqueata tecta, vid. LAQUEAR. Marmorea tecta auro et ebore fulgentia Cic. in Parad. 6. Obsoleti tecti sordes Hor. Carm. 2, 10, 7. Parua tecta Sen. Hippol. 2. Paupere sub tecto Hor. Epist. 1, 10, 32. Pineae tecta, Naues Ouid. Met. 14, 530. al. Texta. Placida tecta

80 Idem Fast. 1, 121. Praua tecta Lucret. 4, 520. Prona tecta, Quae a fronte magis propendent Lucret. 4, 520. Pulchra tecta Hor. Carm. 3, 10, 6. Recuruum tectum Ouid. Epist. 10, 71. Regalia tecta Idem Met. 6, 614. Regia tecta Virg. Aen. 1, 636. Rustica tecta Catul. in Carm. Saecul. 32, 9. Saxea tecta Ouid. Epist. 10, 128. Solida tecta Idem Met. 3, 696. Squalentia tecta Id. ibid. 2, 760. Stellantia tecta summi patris, Caelum Valer. Argon. 5, 622. Sublime tectum centum columnis Virg. Aen. 7, 170. Superba tecta Idem ibid. 7, 12. Supina tecta, Quae retro veluti in tergum curuantur Lucret. 4, 520. Tepidum tectum Hor. Serm. 2, 2, 10. Umbrosa tecta Tibull. 1, 4, 1. Arcere aliquem tecto Tac. Germ. 21, 3. Claudere sua tecta Ouid. Met. 5, 287. Credere se tectis alicuius, vid. CREDO. Fremunt tecta vlulatu femineo Virg. Aen. 4, 667. Incumbunt tecta centenis columnis, vid. INCUMBO. Inire tectum Ouid. Met. 14, 752. Nouare tecta

95 Virg. Aen. 4, 260. Procumbit tectum Ouid. Fast. 4, 233. Recipere aliquem tectis ac sedibus suis Cic. de Lege Agr. 2, 89 c. 33. Replere tectum gemitu Virg. Aen. 2, 679. Subire tecta alicuius Idem ibid. 3, 83. Succedere tectis alicuius Idem ibid. 1, 631. In MSS. permiscetur Tecta et Tempia, v. v.

100 TECTVLVM, i. n. Hieron. Epist. 47, 4 Sub vno tectulo manentes.

TECTORIUM, i. n. [κονίαμα] Illinimentum quoddam est, a tegendo dictum, et quasi pavimentum parietis, atque incrustatio: quod fit, quum calce aut gypso ad maiorem spectantium gratiam et decorem, parietem inalbamus, quae ideo etiam albatio appellatur, sicut albarium: quanquam

quoniam albarium (inquit Budaeus) ex pura calce fiat, ut hodie est in usu. Tectorium autem continet arenatum, hoc est quod fit ex calce et arena: marmoratum quod ex calce et marmore iusto triplici varietate comminuto, prout trium coriorum exigebat usus. continet et trullificationem, quae ex gypso, ut hodie quoque, antiquis fiebat, quod fusissime docet Vitruvius 7, 3. Plin. 38, 23 Ideoque nulla tectoria eorum rimae foedaueret. Tectoriumque nisi ter arenato, et bis marmorato inductum est, non satis splendoris habet. Cic. Verr. 1, 145 c. 55 Atqui in illis columnis dico esse quae a tuo redemptore cominotae non sint, dico esse ex qua tantum tectorium vetus delitum sit, et nouum inductum. conf. 10 Varr. R. R. 3, 8. Sen. Epist. 86. Plin. 11, 16. Columel. 1, 6. Pallad. 1, 11. Villae tectorio praelitae Gell. 13, 22. Cubilia tectoriis expolita Colum. 8, 15, 5. Translate de Fucis, quo mulieres facies suas pingunt. Iuuen. Sat. 6, 466 Tandem aperit vultum, et tectoria prima reponit, Incipit agnosci, i. Fucum muliebrem. 15 Pictae tectoria linguae, Dolosa et simulata linguae fucatae et adulatoricis oratio Perf. Sat. 5, 25. Cic. Att. 1, 8 Praeterea typos tibi mando, quos in tectorio Atrio possim includere, et putealia sigillata duo. Concinnum tectorium, vid. CONCINNO. Proculus in l. Quidam D. de seruitutibus vrbano- rum praediorum. Non plures, quam Vulgaria 20 tectoria, debent aestimari: quod obseruari et in incrustatione oportet. Exornare domum tectoriis Vlpian. in l. 3 §. Proinde D. de in rem verso. Idem in l. fundi §. Quae pictae D. de actionibus emti et venditi, Quae pictae tabulae pro tectorio includuntur, item crustae marmoreae, aedium sunt. Neratius in l. Vsfufruarius nouus 25 D. de vsufructu Vsfufruarius nouum tectorium parietibus, qui rudes fuissent, imponere non potest. ¶ 2 Tectoria, i. opercula, apud Caton. R. R. 11, 2.

TECTORIVS, a, um. Adj. [*κονιαματιος*] *Vt, Tectoria calx, qua fit tectorium. Plin. 36, 22 Sed cura tuentur picando parietes, quoniam et tectoria calx roditur. Vetus exemplar habet Tectorii calce. Opere albario s. tectorio polire Vitruu. 5, 10. Conf. Idem 7, 2 et 3. Tectorium opus ad ornamentum aedificii, id est, sub quo et marmoratum, et arenatum opus, et trullisatio intelliguntur. Varro de R. R. 3, 1 Quum enim villam haberes opere tectorio, et intestino, 35 ac pauimentis nobilibus lithostrotis spectandam, etc. Cic. de Legib. 2, 65 c. 26 Neque id opere tectorio exornari, nec hermas hos, quos vocant, licebat imponi. Add. Plin. 35, 16. Colum. 8, 3 et 8.*

TECTOR, oris. m. [*σκεπαστης, κωνιατης* Gloss. Gr. Lat.] *Qui opus tectorium facit. Varr. de R. R. 3, 2 Non minus villa tua erit ad 40 angulum Velini, quam neque pictor, neque tector vidit vnquam. Graecorum tectores quomodo opera firma fecerint Vitruu. 7, 3. Scit albarius tector et tecta sarcire et tectoria inducere Tertull. de Idolol. c. 8. In re militari etiam Tectores fuisse, docet Vet. Inscript. Laetitia sign. C. Domitius C. F. Bassus coh. III leg. III Italicae praefect. 45 mil. et fabrorum tector. Conf. Cuiac. Obs. 10, 9.*

TECTORIOLVM, i. n. Dimin. [*κωνιαματιον*] *Paruum tectorium. Cic. Fam. 9, 22 Bella tectoriola, dic ergo etiam pauimenta isto modo: non potes.*

TECTVRA, ae. f. Pallad. R. R. 1, 15 *Parietum tectura fortis et 50 nitida. Add. ibid. t. 17.*

TEGMEN, inis. n. [*σκέπη, σκέπας, κάλυμμα, σκέπασμα*] *Quidquid aliquid tegit: ex Tegmen vel Tegumen contractum. Cic. Tusc. 5, 90 c. 32 Mihi amictui est Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra. Cic. de Diuin. 2, 63 Qui platani in ramo 55 foliorum tegmine septos Corripuit pullos. Detrahete tegmen corpori Tac. Ann. 4, 56, 3. Add. Idem ib. 1, 18, 1. Recubans sub tegmine fagi Virg. Ecl. 1, 1. Ingenti tegmine clepit se Senec. Herc. Fur. f. 9. Cruda tegmina bouum, Vestimentum e duro bouum corio factum Stat. Theb. 6, 730. Fuluum tegmen lupae, Indu- 60 mentum ex pelle lupae Virg. Aen. 1, 279. Caputum tegmina picto nutantia cono Ouid. Met. 3, 108. Consertum tegmen spinis, vid. CONSERO. Nexilis ante fuit vestis, quam textile tegmen Lucret. 5, 1349. i. Vestimentum textum. Cic. de Nat. Deor. 2, 112 Inde est ales auis lato sub tegmine caeli. Conf. Lucret. 2, 661. Sub 65 tecta nervis tegmina Sil. 4, 293. Al. Subtexta. Tegmina pedum Columel. 1, 8. Add. Catull. 65, 129. Apul. Met. 10 p. 248.*

TEGVMEN, inis. n. [*σκέπας*] *Idem. Liu. 1, 20 Et super tuni- cam acneum pectori tegumen, caelestiaque arma, quae ancilia appel- lantur, ferre Idem 4, 39. Tegumen omnibus sagum Tac. Germ. 70 17, 1. Testudo collecta in suum tegumen Liu. 36, 32.*

TEGVIMEN, inis. n. [*σκέπασμα*] *Idem. Ouid. Met. 3, 52 Tegimen direpta leoni Pellis erat. Vid. Liu. 36, 32. Remouere tegimen Ouid. Met. 1, 674. Add. Sen. Qu. Nat. 6, 25. Tac. Ann. 2, 21, 4. Apul. Met. 9 p. 232.*

TEGVMENTVM, vel **TEGVMENTVM**, i. n. [*κάλυμμα*] *Idem. Liu. 1, 43 Tegumenta corporis. Caputum tegumenta Sen. Conf. ad Helu. c. 8. Add. Idem Epist. 90. Equorum tegumenta Sue- ton. Calig. c. 55. Add. Curt. 4, 9, 3. Pennarumque contextu cor- pori tegumenta faciebat Cic. de Finib. 5, 31. Palpebrae sunt te- 80 gumenta oculorum Idem de Nat. Deor. 2, 141 c. 57. Quaerere flagitiorum tegumenta Idem pro Cael. 47 c. 20. Tegumentum testudinis Plin. Valer. 2, 50. Tegumentum pro Praesidio, vel tutela Plaut. Trin. 2, 2, 32.*

TEGVLVN, i. n. [*τέγος*] *Pro Tegmine, vel Tegula potius. Plin. 16, 36 Tegulo enim carum domus suas Septentrionales populi operiunt. de arundinibus. Ibid. c. 37 Scirpi fragiles palustresque ad tegulum tegetesque.*

TEGILLVM, i. n. Dim. [*σκέπασματιον*] *Paruum tegmen. Varro Sesquiulyffe ap. Non. 2, 846 Ob aquam e nubibus tortam indicat fore, 90 vt tegillum pastor sibi sumat. Plaut. Rud. 2, 7, 18 Tegillum cho illud mihi vnum arefcit: id si vis dabo. Conf. Fest.*

TEGVLA, ae. f. [*τέγαιος, στέγη*] *Tabula parua siglini operis, vel lapidea adeo, dicta, quod domos tegat. Plaut. Milit. 2, 6, 23 Quod meas confregisti imbrices et tegulas. Ter. Eun. 3, 5, 40. Cic. Att. 9, 7 95 De isto licet bene speres: promitto tibi, si valebit, tegulam illum in Italia nullam relicturum. Cato 14, 2 In tectum sic numerabi- tur: tegula integra quae non erit, vnde quarta pars aberit, duae pro vna: conciliares quae erunt, pro binis putabuntur: in aliis (intelligo fractis) quot erunt (partes) in singulas quaternae numerabuntur. 100 Quaternae fractae tegulae a quibus plus abest quam vna quarta, procedunt pro singulis integris. Primam syllabam praeter naturam primitiui pro- ducit, vt Rēgula a Rēgo. Ouid. Fast. 6, 316 Strataque erat tepido tegula quassa solo. Idem ibid. 2, 537 Tegula porrectis satis est ve- lata coronis. Conf. Idem de A. A. 2, 262. Martial. 7, 35. Ad- 105*

mitti per tegulas, *vid.* ADMITTO. Decidere de tegulis, *vid.* DECIDO. *Aliquem demittere per tegulas.* Cic. Philipp. 2, 45 c. 18 Quum tamentu nocte socia hortante libidine, cogente mercede, per tegulas demitterere. In extrema tegula stare Sen. Epist. 12. *i. lapsui proximum esse.* Lips. praefert regula. Furius Bibaculus apud Sueton. Gramm. 11 de Valerio Catone,

Quem tres cauliculi, selibra farris,

Racemi duo, tegula sub vna

Ad summam prope nutriant senectam.

10 *Aut hoc indicat sub ipso tecto ita anguste habitasse, ut ipsius cellam vna tegula tegeter: aut si nimis hoc hyperbolicum, emendari potest cum Heinsio apud Burm. tegula sub vda, quae perpluat.*

TEGLARIVS, i. m. [*κεραμειός* Gloss. Gr. Lat.] Figulus, qui tegulas facit.

15 TEGVLARIVM, i. n. *Vbi multitudo est tegularum.* In l. 180 §. de verb. sign. Tugurium a tecto tanquam tegularium est dictum. Tegularia maleficia, eo quod supra tegulas sacrificent Vet. Gloss. apud Scalig. in Cirin.

TEGLITIVS, a, um. *Ex tegulis factus.* Inscript. apud Gru-
20 ter. p. 54 DEO MERCVRIO ALTEGIAM TEGVLITIAM COMPOSITAM SEVERINVS SATVLLINVS C. F. EX VOTO POSVIT L. M. *sed quaerere iam non vacat, quid rei sit Altitia?*

TEGES, etis. f. [*Φορμὸς, Φορμῖος*] *A Tegendo dicta: Straguli genus ex vluva, siue scirpo aut sparto, in lodicis similitudinem factum, quo viliores vtuntur, florea.* Varro de R. R. 1, 22 Sicque fiunt de canabi, lino, iunco, palmo, scirpo, vt funes, restes, tegetes. Iuven. Sat. 6, 117 Ausa Palatino tegetem praeferre cubili. Columel. 5, 5, 15 Sub ortu Cuniculae palmeis tegetibus vineas adumbrabat, *i.*

30 *Tegminibus.* Idem 12, 50 Canneae tegetes, quibus oliua excipitur. Huiusmodi simile quiddam straminibus, et libris arborum quarundam concinnatur. Iuven. Sat. 9, 140 Quando ego figam aliquid, quo sit mihi tuta senectus A tegete et baculo? Pars tegetis dimidio breuior Iuven. Sat. 5, 8. Occulta tegetes Idem ibid. 9, 101.

35 TEGETICVLA, ae. f. Dimin. [*Φορμίσκος*] Varro de R. R. 3, 8 Sed pro columbariis in pariete mutulos, aut palos in ordinem, supra quos tegeticulae canabinae sint impositae. Colum. 8, 9. Varro R. R. 2, 11. Dat tibi securos vilis tegeticula somnos Martial. 9, 94. *Al. lecticula.*

40 TEGETARIVS, i. m. [*ψιαδοποιός, ψιαδοπλόνος*] Gloss. Gr. Lat. *Qui concinnat, vel plicat tegetes.*

TEGILE, is. n. *Subligaculum, tegmen.* Apul. Met. 9 p. 222.

TEGV8, oris. n. Varr. de L. L. 4, 22 Tegus suis, ab eo quod tegit; vt Perna a pede, etc. Apparet deriuatione Varronis veteres non tantum Tergus, sed etiam Tegus dixisse. Certe apud Plautum in Captiuis (4, 3, 2) hic versus trochaicus Tegoribus postulat, Dii immortales, vt ego callos detruncabo tegoribus. Attamen si in Varro-
45 *ne Tergus placet, detracta litera deductio eius fiet.* Turnebus 22, 6. In edit. Durdr. p. 28, 28 Tergus est sine varietate: Apud Plautum Tegoribus editur: sed obseruat Lambinus esse in MS. Tegoribus.

T E I

TEIVM, i. n. [*Τειῖον*] *Vrbs in Paphlagonia, e qua ortus Anacreon.*
55 *In hac fuit templum Apollinis, vnde Apollo Teius.*

TEIVS, a, um. Possess. trium syllabarum. [*Τειῖος*] Ouid. Trist. 2, 364 Quid nisi cum multo Venerem confundere vino, Praecepit lyri-
60 *ci Teia Musa fenis? Anacreon Teius Hor. Epod. 14, 10. Fide Teia dicere aliquid, i. Lyrica Hor. Carm. 1, 17, 18.*

T E L

TELA, ae. f. [*ἰσὸς*] *Contractum e Texela, id quod textitur, vid.*
65 *TEXO.* Ouid. Met. 6, 127 Vltima pars telae tenui circumdata limbo. Idem Epist. 1, 10 Lassaret viduas pendula tela manus. Arane-
nearum telae Plaut. Stich. 2, 3, 24. et Afin. 2, 4, 19. Tela ingalis Cato R. R. c. 10 Iugo imposita in quo textitur, ad aliarum telarum dis-
70 *crimen, quae pinguntur acu, textuntur radio, pectine, aut alio genere, sine iugo tamen.* De iugo telarum Ouidius Met. 6, 55 Tela iugo iuncta est, etc. Conf. Brouckhus. ad Tibul. 2, 1, 66. Salmas. ad
Capitol. Pertin. c. 8 p. 126 seq. Domus plena telarum Cic. Verr. 6, 59. Discreuerat telas tenui auro Virg. Aen. 4, 264. Per-
currere pectine telas Idem ibid. 1, 294. Intertextas telas retexere
75 *Stat. Silu. 3, 5, 9. Penelopes telam retexere, prouerbialiter dictum, pro Inanem operam sumere. Vid. Cic. Acad. 2 c. 29. Stat. Silu. 3, 5, 9. Telam exordiri, prouerbialiter dictum, pro Rem aliquam incipere et ag-
gredi Plaut. Bacch. 2, 3, 116. vid. ORDIOR. Cic. de Orat. 3, 224*
Quanquam ea tela textitur, et ea incitatur in ciuitate ratio viuendi, ac
80 *posteritati ostenditur, vt eorum ciuium quos nostri patres non tulerunt, iam similes habere cupiamus.* ¶ 2 Tela est etiam
instrumentum textorium. Val. Flacc. 3, 341 Dat pietas auro atque ar-
denti murice vestes, Quas rapuit tela festina vocantibus austris Hypsi-
pyle: *i. celeriter de iugo et instrumento textorio abstulit: vel rapuit tela est celeriter perfecit.* Certe tela instrumentum videtur.

85 TELAMON, onis. m. [*Τελαμών*] *Aeaci filius, Pelei, patris Achillis, frater et Aiakis pater.* Creatus Telamone Ouid. Met. 12, 624. Telamones, dicuntur a statuariis Signa in muris, quae mu-
tulos vel coronas, aut similia sustinent: quae Graeci ἀτλάνας vocant
Vitruv. 6, 9 ad fin. Sic Seru. ad Aen. 1, 745 Ennius dicit, Ni-
90 *lum Melonem vocari, Atlantem vero Telamonem.*

TELAMONIÄDES, ae. m. Patronym. [*Τελαμονιάδης*] Ouid. Met. 13, 231. *i. Ajax.*

TELAMONIVS, a, um. Adi. *Vt, Telamonius Ajax Ouid. Met. 13, 231.*

95 TELCHINES, [*Τελχῖνες*] *Idem, qui alias Curetes.* Strabo lib. 10 Sunt, qui memorent Telchines in Rhodo nouem fuisse, Rhae comites in Cretam: qui quoniam Iouis atendi curam gesserunt, Curetes nomi-
nati sunt. Ouid. Met. 7, 365

Phoebamque Rhodon, et Ialysios Telchinas,

Quorum oculos ipso vitiantes omnia visu

Iuppiter exofus, fraternis subdidit vndis.

100 *Idaeis Telchines in antris Stat. Silu. 4, 6, 47. Vid. illustrans ex Graecis Telchinas Spanb. ad Callim. p. 348.*

TELVHIVS, et Amphitus. [*Τελχίος ἡμ' Ἀμφίτος*] Plin. 6, 5 Ca-
105 *storis ac Pollucis aurigae, a quibus vera gens Heniochorum orta est.*

Strabo tamen circa initium undecimi Rhœcam et Amphistratum nominatos dicit, ut in alterutro mendium sit. Sed fieri potest, ut horum fratrum plures fuerint aurigae. Supradicto Strabonis loco historiam reperies.

TELEBŌAE, arum. m. Pl. [Τηλεβόαι] *Populi, de quibus Aristoteles in Politicis, In Acarnanum politia, quandam Acarnaniae partem Curetes habent: spectantem vero in occasum plagam Leleges tenent: reliquam inde Teleboae.* Plaut. Amphit. Prol. 10 Nam cum Telebois bellum est Thebano populo. *de colonia horum.* Virg. Aen. 7, 735 Oebale, quem generasse Telon Sobethide nympha Fertur, Teleboium Capreas quum regna teneret. Seruius: Teleboae Caprearum sunt populi, quos Telon suo regebat imperio. Capreae vero sunt insula contra Neapolim sita. Domus Teleboium Stat. Silu. 3, 5, 100.

TELEGŌNVS, i. m. [Τηλέγονος] *Filius Vlyssis ex Circe, qui patrem interfecit spina piscis. Vid. quos laudat Barnef. ad Odyss. A, 133. Telegoni iuga parricidae Hor. Carm. 3, 29, 8. de agro Tusculano.*

TELEMACHVS, i. m. [Τηλέμαχος] *Filius Vlyssis ex Penelope, quem ad Troiam pergens, cum uxore parvulum reliquit. Vid. Ouid. Epist. 1, 68. Telemachus proles patientis Vlyssæi Hor. Epist. 1, 7, 40. Penelopeus Telemachus Catul. Epithal. Iuliae l. 59, 229.*

TELEMVS, i. m. [Τηλεμος] *Teste Homero in Odyssæa, et Theocrito in Bucolicis, Eurymi filius et inter Cyclopas vates egregius, qui Polyphemo praedixit quaecumque ab Vlyssæ passus est. Huius et meminit Ouid. Met. 13, 770 Telemus Eurymides, etc.*

TELEPHVS, i. m. [Τηλεφος] *Herculis filius, ex Auge vel Auga, qui aui Alei iussu expositus in silvis, a cerua nutritus est. Vid. Hygin. f. 99 et 100. ubi haec etiam, Ab Achille in pugna Chironis hasta percussus dicitur — Responsum est, ei neminem mederi posse, nisi eandem hastam, qua vulneratus erat, etc. Hor. A. P. 96 Telephus et Peleus cum pauper et exul uterque, etc. Cic. pro Flacc. 72 Longe omnino a Tiberi ad Caicum, quo in loco etiam Agamemnon cum exercitu errasset, nisi ducem Telephum inuenisset. Hor. Epod. 17, 8 Mouit Nepotem Telephus Nereium, etc. Ouid. Tr. 5, 2, 15 Telephus aeterna consumtus tabe perisset, Si non quae nocuit dextra tulisset opem. Siue illa hasta ipsa Achillis fuit, quae vim medicam haberet: quod arripiunt sympatheticarum (ita enim vocant) curationum promissiores, quos iuuat Propert. 2, 1, 63 Myfus et Haemonii iuuenis qui cuspide vulnus senserat, hac ipsa cuspide sensit opem. Siue verbis usus est Achilles, quas a suo Praeceptore Chirone didicisse potuit, qua de re Claud. Epigr. 1, 46 Sanus Achilleis remeavit Telephus herbis. Fauet huic famae herba Telephium, de qua statim.*

TELEPHIVM, i. n. *Herba. Plin. 27, 13. Apul. de Herb. cap. 123.*

TELETA, ae. f. [τελετη] *Sacrificium initiationi destinatum. Ad usum teletae necessario praeparanda Apul. Met. 11 p. 268. Add. ibid. p. 270 et 272.*

TELETVS, i. m. *Nomen alicuius aeonis, apud Tertull. adu. Valent. c. 8. Conf. Pamel. ad h. l.*

TELIRRHIZOS, i. m. *Gemma. Plin. 37, 10.*

TELIS, is. f. *Herba, foenugraecum dictum. Plin. 13, 1. et 24, 19.*

TELETHŪSA, ae. f. *Vxor Lyæti, mater Iphidis puellae, quae in puerum mutata fuit. Ouid. Met. 9, 766.*

TELICARDIOS, *Gemma colore cordis, Persis maxime grata, quam et Maculam appellant Plin. 37, 10.*

TELINVM, i. n. [τηλινόν] *Unguentum quod commendatur a medicis. Plin. 13, 1 Telinum fit ex oleo recenti, cypero, calamo, meliloto, foeno graeco, melle melino, maro, amaraco. Hoc erat celeberrimum Menandri Poetae comici aetate, vid. TELOS, insula.*

TELLVS, i. m. [Τέλλος] *Vir Atheniensis, qui quum pauper esset, sum tamen Croeso feliciorum Solon dicebat esse. Plutarchus in Solone. et Herodotus lib. 1.*

TELLVS, ūris. f. [γῆ] *Mater illa omnium, Dea hoc nomine celebrata. Cic. de Nat. Deor. 3, 52 Iam si est Ceres a gerendo, ita enim dicebas: terra ipsa Dea est, et ita habetur: quae est enim alia Tellus, nisi terra? Cic. Qu. Fratr. 3, 1 Reddita etiam mihi est peruerus epistola, sed sero allata, in qua de Aede Telluris, et de porticu Catulli me admones. Add. Varro R. R. 1, 1. Ad Telluris quidem etiam tuam statuam locavi Cic. Qu. Fratr. 3, 1, 4. Proprie Plin. 2, 5 Cum quarto aquarum elemento, librari medio spatio tellurem. Virg. Aen. 1, 175 — Ac magno telluris amore Egredi, optata potiuntur Troës arena. Vbi Seruius: Tellurem pro terra posuit, quum Tellurem deam dicamus, terram elementum. Non tellus eadem parit omnia: vitibus illa Conuenit, haec oleis; hac bene farra virent Ouid. de Art. Am. 1, 757. Triste solum sterilis sine fruge, sine arbore tellus Idem Met. 8, 789. Gentibus est aliis tellus data limite certo Romanae spatium est vrbis et orbis idem Ouid. Fast. 2, 683. Hiatus telluris Idem Epist. 3, 63.*

¶ 2 *Epitheta: Abrupta tellus Stat. Theb. 3, 597. Alma, vid. ALMVS.*

ALMVS. *Apta armis Propert. 3, 22, 19. Barbara Ouid. Met. 80, 7, 54. Benigna, vid. BENIGNVS. Bruta Hor. Carm. 1, 34, 9. Daedala, vid. DAEDALVS. Dives tellus et nunquam mentita colono Sil. 7, 160. Dura Ouid. Met. 9, 649. Effoeta Lucret. 2, 1149. Ferax Cereris Senec. Herc. Fur. 9. Fertilis Hor. in Carm. Saecul. 29. Foecunda Virg. Georg. 1, 67, 85. Foeta Stat. Theb. 1, 184. Grauida Ouid. Met. 7, 128. Habitabilis Idem ibid. 8, 624. Inarata Idem ibid. 1, 109. Infelix frugibus Virg. Georg. 2, 239. Iustissima Idem ibid. 2, 460. Laeta Senec. Octau. 7. Lubrica Stat. Theb. 9, 200. Lutulenta Ouid. Met. 1, 434. Mauortia Virg. Georg. 4, 462. Parca, Non admodum foecunda Stat. Silu. 4, 5, 13. Pinguis Virg. Georg. 2, 248. Prodigia Ouid. Met. 15, 81. Salsa Virg. Georg. 2, 238. Sicca Idem Georg. 1, 214. Solidissima Ouid. Met. 15, 262. Tenuis Ouid. Epist. 4, 106. Torrida Lucret. 5, 1219. Victa Ouid. Fast. 2, 137.*

¶ 2 *Verba et Participia: Adoperta tellus marmore Ouid. Met. 8, 701. Aggeritur ingens tellus tumulo Virg. Aen. 3, 63. Aret tellus succis ademptis Ouid. Met. 2, 211. Cavare tellurem Virg. Georg. 3, 88. Concussa tellus agmine cornipedum Sil. 8, 355. Dehiscit tellus ima Virg. Aen. 4, 24. Excita tellus pulsu pedum Idem Aen. 12, 445. Exercere tellurem aratro Idem Georg. 1, 99. Est infima tellus Cic. in Somn. Scip. 10 c. 4. Humida tellus pudorem nata est Lucret. 2, 872. Perreperere tellurem genibus Tibul. 1, 2, 87. Regnata tellus ab aliquo Ouid. Epist. 10, 69. Reuulsa tellure fodiens Claud. Conf. Prob. et Olyb. 49. Rupta tellus Ouid. Fast. 4, 127. Scissa Stat. 105*

- Theb. 1, 70. Sollicitanda tellus Virg. Georg. 2, 418. Subacta tellus, *Victoria* Sil. 7, 575. Torpet foeda tellus Senec. Herc. Fur. 9. Vacillat sub pedibus tellus Lucret. 5, 1235. *Patriam significat in illo* Clarus tellure Phocaica Coroneus Ouid. Met. 2, 569.
- 5 TELLVSTRIS, e. Adj. Mart. Capel. 7 p. 237 Nonnulli tellustres filvicolaeque Diui. *Formatum Africana lasciuia ad analogiam Terrestris.* TELLVRVS, i. m. *Deus telluris.* Mart. Capel. 1 p. 16. TELLVMO, ōnis. m. *Deus, idem qui tellurus, apud Augustin.* C. D. 7, 23 extr.
- 10 TELMĒSVS, vel TELMESSVS, [Τελμησσός] *inquit* Cic. de Diuin. 1, 91 In Caria est, qua in vrbe excellit Aruspicum disciplina. Hanc religiosissimam vocat Plin. 30, 1. *Est et alia eiusdem nominis vrbs, in confiniis Lyciae* Plin. 30, 1. Fluius item Lyciae sic dictus, in Glaucum se exonerans Idem 5, 28.
- 15 TELONIVM, i. n. [τελώνιον] *Graece, Mensa publicanorum, ubi vectigal exigitur. Vtitur praeter Vulg.* Interpr. Luc. 5, 27. Tertull. de Idol. c. 12. et de Bapt. c. 11. TELONARIVS, i. m. [τέλων] *Publicanus, et tributorum collector.* Cod. Theod. 1.3. de indulg. deb. Conf. Non. 1, 95.
- 20 TELOS, i. n. [τέλος, τέλος] *Latine Finis dicitur.* Cic. de Fin. 3, 26 c. 7 *Sentis enim credo, me iamdiu quod τέλος Graecus dicat, id dicere tum extremum, tum vltimum, tum summum: licebit etiam finem pro extremo aut vltimo dicere.* Add. Id. ib. 1 c. 13. et ad Att. 12, 16. *Iussit, et hanc vitam dixit habere τέλος* Petron. c. 132.
- 25 TELOS. [Τήλος] *Insulae nomen vnius ex Sporadibus, in qua conficiebatur unguentum praestantissimum, quod ab ea Telinum dicebatur.* Plin. 4, 12 *Telos unguento nobilis, a Callimacho Agathusa appellata.* TELVM, i. n. [βέλος, βολον] *Dicitur proprie, quidquid nocendi causa iaci potest: quo nomine lapis, lignum, plumbum, ferrum continetur.* Dictum ab eo, quod in longitudinem mittatur: nam apud Graecos τήλη siue τηλῆ longe significat. Festus, Tela proprie dici videntur ea, quae missilia sunt: ex Graeco videlicet translato eo nomine, quia illi τηλῆθεν missa dicunt, quae nos eminus: sicut arma, ea quae ab humeris dependentia retinentur manibus. *Sed latius patet, ut telum sit, quidquid est quo alius potest vulnerari.* Quinctil. 10, 1 Per abusionem scarios etiam omnes vocamus, qui eadem telo quocunque commiserint. Conf. 6. 5 Instit. de publ. iudic. *Interim Tela etiam Lapides dici posse auctoritas docuit, et omnia quae iaciuntur.* Sifenn. Histor. 3 *Manuales lapides dispartit, propterea quod is ager omnis eiusmodi telis indigebat.* Haec Nonius 6, 5. Add. Graeu. ad Iustin. 2, 5. Custos telorum, *Phaetra* Ouid. Met. 8, 321. Tacit. Ann. 13, 40 *Assultare ex diuerso Tyridentes, non vsque ad iactum teli.* Seges ferrea telorum Virg. Aen. 3, 46. *Telum, pro Gladio posuit* Idem Aen. 9, 747 *An non hoc telum mea quod vi dextera versat* Effugies.
- 45 Quod gladius ei erat subductus, familiaris sui telum eripuit Nep. 7, 10, 5. add. Id. 14, 11, 4. *De securi voce teli usus est* Liu. 1, 40 extr. ¶ 2 *Metaph.* Homines nos esse meminerimus, ea lege natos, ut omnibus telis Fortunae propofita sit vita nostra Cic. Fam. 5, 16. *Latissime autem patet illa translatio. Telum est omne incitamentum, adiumentum.* Nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium Cic. de Amic. c. 17. *Vet. Poëta apud Eundem* Fam. 7, 16 *Vsque quaque sapere oportet, id erit telum acerrimum.* Liu. 3, 69 *Detrectatio militiae telum acerrimum aduersus patres.* Sic Linguae tela Ouid. ex Pont. 4, 6, 36. *Pauoris tela gelida* Lucret. 3, 306. *Necessitas, vltimum ac maximum telum est* Liu. 4, 28. *At iuuenis, cui telum ingens accesserat ira* Sil. 16, 62. *Vid. Gronou. Obs.* 3, 8. *Vorst. Latin. Select.* p. 93. *Sciopp. de stilo histor.* p. 198. ¶ 3 *Epitheta:* Acutum telum, vid. ACVO. *Anfatis concurrunt vndique telis* Ennius ap. Macrobr. 6, 1. *Sed probabilior est lectio* Hastis anfatis, concurrunt vndique telis: *ut alias dixit Anfatas mittunt e turribus hastas, i. amentatas.* Densissima tela Virg. Aen. 9, 555. *Non euitabile telum* Ouid. Met. 6, 234. *Exitabile telum* Idem Met. 6, 257. *Fera tela* Lucret. 2, 48. *Fortia tela diuim* Stat. Theb. 9, 753. *Hebetiora atque leuiora tela* Cic. de Arusp. Responf. 2. *Tamen non dubito, quin ea tela, quae coniecerit inimicus, quam ea, quae collega patris emisit, leuiora atque hebetiora esse videantur.* Iacabile telum Ouid. Met. 7, 841. *Igneum telum* Senec. Oedip. 5. *Illita tela dolis, i. Veneno.* Lucan. 8, 382. *Inbelle telum* Virg. Aen. 2, 544. *Immane telum* Stat. Theb. 9, 802. *Inmedicabile telum* Virg. Aen. 12, 858. *Indeuittatum telum* Ouid. Met. 2, 605. *Inertia* Senec. Thyest. f. 4. *Infesta* Virg. Aen. 5, 582. *Inhabile imperitis telum ad remittendum, vid. INHABILIS.* *Insuperabilia* Valer. Argon. 3, 12. *Inuicta* Senec. Octau. f. 5. *Martia* Virg. Ecl. 9, 12. *Mediocria, vid. MEDIOCRIS.* *Missilia* vid. MITTO. *Noxia* Stat. Theb. 11, 630. *Penetrabile* Ouid. Met. 5, 67. *Pennatum, vid. PENNA.* *Saeua tela* Ouid. Met. 12, 381. *Secunda tela* Idem Met. 3, 307. *Stridula tela* Lucan. 8, 304. *Syluestria tela, Quibus capiuntur ferae.* Stat. Theb. 9, 720. *Temeraria tela* Ouid. Met. 2, 616. *Trabale telum* Virg. Aen. 12, 294. *Valer. Argon.* 8, 301. *Trifulca tela Iouis* Ouid. Amor. 2, 5, 52. *Trunca tela* Virg. Aen. 11, 9. *Cic. pro Quint.* 8 *Et qua in re, id quod parati sunt facere, falsum crimen, quasi Venenatum aliquod telum, iniecerint, medicinae faciendae locus non erit.* *Violenta tela* Ouid. Met. 11, 382. *Volatile telum* Idem de Arte Am. 1, 169. *Volucre telum* Valer. Argon. 2, 524. *Vulnificum telum* Ouid. Met. 2, 504. ¶ 4 *Verba:* *Accingi telis* tanquam in aciem, vid. ACCINGO. *Accingitur vnco telo* Ouid. Met. 4, 665. *Sic vocat harpen Persei.* *Adigere telum* Caes. saepe. *Adactis telis mori* Ouid. in Ibin 305. *al. Iaculis.* *Agere telis* aliquem, *Vrgere, persequi.* Virg. Aen. 4, 71. *Aptare tela* Stat. Theb. 11, 500. *Armari leui telo* Senec. Herc. Oeth. 7. *Audiit stridorem teli* Virg. Aen. 11, 863. *Bibunt tela cruorem* Sil. 15, 632. *Cadere telo alicuius* Virg. Aen. 11, 689. *Cingi telis* Idem Aen. 2, 520. *Confringere tela* Lucan. 6, 160. *Congerere tela, vid.*
- 95 CONGERO. *Coniicere tela, vid. CONICIO.* *Contorsit telum in hostes* Virg. Aen. 12, 266. *Contorquere tela caeca et improuida* Plin. Epist. 87. *Defendere se telis* Virg. Aen. 2, 447. *Deiicere aliquid telo* Idem Georg. 1, 332. *Depromere tela pharetris* Idem Aen. 5, 501. *Eiicere tela* Cels. 7, 5. *Elapsus telis* hostium Virg. Aen. 2, 318. *Euellere tela membris* Lucan. 6, 255. *Exsaturare tela* Stat. Theb. 9, 14. *Cic. de Prouinc. Consul.* 23 *Quum omnia tela vndique esse intenta in patriam viderem, subire coëgit, atque Excipere vnum pro vniuersis.* *Excussa tela* Senec. Herc. Fur. f. 6. *Exire tela corpore, Declinare ictus telorum.* Virg. Aen. 105 5, 438. *Exercere telum* Lucret. 2, 1102. *Expedire tela* Liu.

38. Ferire aliquem telo Virg. Aen. 12, 294. Fundere crebra
tela Idem Aen. 11, 610. Hebetata tela Sil. 16, 105. Cic. pro
Cael. 20 Non enim ab iisdem accusatur M. Caelius, a quibus oppugna-
tur: palam in eum tela iaciuntur, clam subministrantur. Irrita
tela iactare Virg. Aen. 2, 459. Iaculari corusca tela Senec. Oedip. 5
f. 14. Cic. pro Domo 39 Neque enim mea iam quidquam inter-
est exceptis his telis, quae ex eius actionibus in meum corpus Immissa
sunt. Infecta tela sanguine Stat. Theb. 9, 187. Infigere telum
pectore Senec. Oedip. 14. Ingerere tela, *vid.* INGERO. In-
hibere tela, *vid.* INHIBEO. Infedit telum non alte Celf. 7, 5. 10
Instat telum, *vid.* INSTO. Intendere telum in iugulum innocen-
tis, per translationem, pro Ad confutationem rationes apparare Plin.
Epist. 3, 9. Intenta iugulis tela, *vid.* IVGVLVV. Intorquere
telum in aliquem, *vid.* INTORQVEO. Librat telum in ictus
obliquos Ouid. Met. 8, 757. Librare telum ab aure Virg. Aen. 14
9, 417. Maclare aliquem telis Senec. Oedip. 10. Medicata
tela veneno Sil. 7, 453. Obrui telis Virg. Aen. 2, 410. Per-
cussus venenato telo Scribon. c. 176. Prostravit virum celeri telo
Valer. Argon. 3, 185. Regerere tela neruo Senec. Hippol. 2. Cic.
pro Domo 63 In me vno Consulares faces iactae manibus tribuniciis, 20
in me omnia, quae ego quondam Retuderam coniurationis nefaria tela
adhaeserunt. Idem in Pison. 25 De corpore Reip. tuorum sce-
lerum tela reuellentur. Rotare telum Stat. Theb. 9, 802. Spar-
gere tela Quintil. 4, 5. Stringere tela Claud. de Rapt. Proserp.
1, 98. Subministrare tela ad manum Quintil. 5, 7. Succum-
bere telis Ouid. Epist. 8, 38. Torquere telum in aliquem Virg.
Aen. 5, 497. Traiecta velut telo interanea Scribon. 194. Celf.
7, 5 Sed si non alte telum infedit, et in summa carne est, aut certe ma-
gnas venas, et loca neruosa, non Transiit, nihil melius est quam qua
venit id euellere. Transfixus telo Sil. 15, 689. Versari inco- 30
lumem inter hostium tela Cic. de Orat. 1, 202 c. 46. Vibrare te-
lum Lucan. 4, 40. Volant lucida tela Lucret. 4, 843. 5
Observat. Tela diei, pro ipsius luminis Radiis, quos caelum sol et
stellae huc eiaculantur. Lucret. 1, 148 Non radii solis, non lucida tela
diei. Sic pro Radiis solis, Solis spicula dixit non ineleganter Pruden- 35
tius, Hymn. Matutin. v. 5 Caligo terrae scinditur Percussa solis spi-
culo. Apollini quoque, qui sol est, arcum et sagittas gestamen tribuit an-
tiquitas. Ex Turnebo 17, 10. Telum, inquit Isidorus 4, 6 Lateris
morbus: dictum autem ita est a medicis, quod dolore corpus transuer-
beret, quasi gladius. Haec lucem afferent Sereno scribenti, v. 402 Est 40
ea vis morbi, quod telum commemoratur, Cum subito dolor infanus
furit incitus ictu. Turneb. 10, 26.

TELIFER, era, erum. Adi. [*βελτοφόρος*] *Vt*, Puer telifer, apud
Senecam Herc. Oct. 543. al. Teliger.

T E M

TEMENITES. Apollo dictus fuit a loco quodam Siciliae, nomine TE-
MENOS, qui adiunctus Epipolis erat prope Syracusas, ut scribit Stephanus.
Sueton. Tiber. c. 74 Supremo natali suo Apollinem Temenitem, et ampli-
plitudinis et artis eximiae, aduectum Syracusis, vt in bibliotheca noui
templi poneretur, viderat per quietem affirmantem sibi, non posse se
ab ipso dedicari. Add. Cicero Verr. 4, 119 c. 53 ubi Temenites Apollo
restitutus primum coniectura Turn. 8, 12 deinde ex MSS. pro Thesmote.
TEMERE. Adu. [*εἰκῆ, ἀπερισκέπτως, ἀλόγως, παράλογως*] Casu,
item stulte, inconsulte. Ter. Phorm. 5, 1, 30 Di vestram fidem, 55
quam saepe forte temere eueniunt, quae non audeas optare. Virg.
Aen. 9, 329 — Temere inter tela iacentes, ut casus illos strauerat,
sine ordine aut decore. Temere incassum Lucret. 5, 1000. Te-
mere et nullo consilio administrare Cic. de Inuent. 1, 58 c. 34. Non 60
enim temere nec fortuito fati et creati sumus Idem Tusc. 1, 118 c. 49.
Audacler hoc dico, non temere confirmo Idem pro Font. 1. Incon-
sulte ac temere dicere aliquid Idem de Nat. Deor. 1, 43 c. 16 Ter.
Phorm. 5, 9 (8) Non pol temere est, quod tu tam times. Idem
Heaut. 4, 1, 7. Vid. Virg. Aen. 9, 375. *Burm. ad* Quintil. Decl. 13, 18 65
p. 293. Idque euenit non temere, nec casu Cic. de Nat. Deor.
2, 6. Temere et imprudenter facere aliquid Caes. ad Cic. Att.
30, 9 (sub 8) Non temere fama nasci solet Auctor ad Heren. 2,
32 c. 8. Plaut. Bacchid. 1, 2, 52 Rapidus fluius est, non hac te-
mere transiri potest, i. non facile, circumspectione opus est, si transire 70
velis. Cic. ad Brut. 1 Non soleo, mi Brute, temere affirmare de
altero. Temere, pro Fere Quintil. 1, 3 Illud ingeniorum velut
praecox genus, haud temere vnquam peruenit ad frugem. Cic.
Q. Frat. 1, 1, 4 Qui hoc non in beneficii loco, sed in laboris ac muneris,
non temere nisi libertis suis deferebant. Add. Liu. 30, 30. Nep. 7
25, 20, 2. *conf. Marci. ad* Horat. l. c. Charif. 2 p. 196. *Linden-
brog. ad* Ammian. p. 10. Temere pro Vulgo, passim. Hor. Carm.
1, 12, 7 Vnde vocalem temere infecuta Orphea siluae. Ex
Turnebo. Compar. Accius, Seu Euripidis, qui choros teme-
rius in fabulis, etc. apud Nonium 2, 841. Sed temerius lulisse pu- 80
temus Cic. Tusc. 3 c. 18.

TEMERARIUS, a, um. Adi. [*ἀεταλος, ἀπερισκέπτως*] Prouido,
cauto, consulto opponitur. Qui plus audet quam oportet, Qui facile nullo
adhibito consilio credit etc. Ter. Andr. 1, 4, 2 Sane pol temu-
lenta est mulier et temeraria. Planc. ad Cic. Fam. 10, 21 Indicabo 85
temerarium meum consilium tibi. Martial. 6, 60 Abstulerat totam
temerarius institor urbem. Idem 6, 25 Ne te temerarius ardor
In medios enses, faeuaque tela ferat. Haud temerarium est, Non
ineptum Plaut. Afin. 2, 1, 14. Temerarium magis, quam audax
consilium Liu. 25. Omnia turbulenta et temeraria et pericu- 90
losa Cic. pro Caccin. 34 c. 12. Arbitr temerarius Stat. Achil. 1,
67. Coepta temeraria Sil. 16, 654. Cupiditas caeca et teme-
raria Cic. de Inuent. 1, 2. Dextra temeraria Ouid. ex Pont. 2, 2,
13. Error temerarius Idem Met. 12, 59. Honor temerarius
Quintil. in Prooem. l. 1. Iudex temerarius Ouid. Met. 7, 824. 95
al. Index. Ille temeraria vsus Ratione Nep. 13, 3, 4. Turba
temeraria Ouid. Met. 10, 574. Virtus temeraria, Inconsiderata for-
situde Idem Met. 8, 407. Vox temeraria Idem Met. 2, 50.

TEMERVS, a, um. i. Temerarius. Acc. ap. Non. 2, 841. Ab hoc
obsoleto Adiectiuo videtur ortum Aduerbiu Temere.

TEMERARIE. Adu. Nuda plane fronte temerarie Tertull. de
Vel. Virg. c. 3. add. Iust. Cod. 9 t. 11. 18.

TEMERITER. Aliud Adu. [*ἐμπαλήθην*] Idem. Accius Am-
phitryone, Hoc in re est, quod tu tam temeriter meam beneuolen-
tiam interiisse es ratus ap. Non. 11, 54. *conf. Enn. ap. Priscian. l. 15 p. 1010.* 100

TEMERITVDO, inis. f. [*περιπέτεια*] *pro Temeritate*. Pacuvius Duloreste, Egon' tyranni noui temeritudinem? *apud* Non. 2, 867.

TEMERITAS, atis. f. [*ἀεθλία, περιπέτεια, θρασύτης, ἀλογία*] *Cui opponitur Sapientia*. Cic. *pro M. Marcell.* 7. Nunquam enim temeritas cum sapientia commiscetur, nec ad consilium casus admittitur. Idem *Acad.* 1, 44. Ab omni lapsu continere temeritatem: quae tum esset insignis, quum aut falsa, aut incognita res approbaretur. Omnibus in rebus temeritas in assentiendo, errorque turpis est. Idem *de Diu.* 1, 7 c. 4. Temeritas, quae a sapientia dissidet plurimum. Id.

10 *Off.* 2, 8 c. 2. Temeritas est videlicet florentis aetatis, sapientia, senescentis Cic. *de Sen.* c. 6. Fortuna ab inconstantia et temeritate se iungi non potest. Idem *de Nat. Deor.* 3, 61. Temeritate enim remota, gratissima est liberalitas. Idem *Off.* 2, 62. Accessit meae temeritati, *vid.* ACCEDO. Multi enim faciunt multa,

15 temeritate quadam sine iudicio vel modo. Cic. *Off.* 1, 49 c. 15. Populus non delectu aliquo aut sapientia ducitur ad iudicandum, sed impetu plerumque et temeritate quadam. Idem *pro Planc.* c. 4. Vir plenus inconsideratissimae ac dementissimae temeritatis. Idem *de Arusp. Resp.* 55. Sall. *Iug.* 94 *extr.* Sic forte correcta Marii temeritas gloriam ex culpa inuenit. Incauta temeritas Firmic. 1, 3. *Plur.* Non offert se ille istis temeritatibus. Cic. *pro Sext.* c. 28.

TEMERO, are. [*βεβήλω*] *Proprie est Temere aliquid agere, vel tractare*. Val. Flacc. 1, 627. Hoc erit illicitas temerare rudentibus vindas. *Conf.* *Drakenb.* ad Sil. 2, 472. et 3, 501. *Brouckkus.* ad Propert. 2, 15, 21. Violare sacra (*inquit* Festus) et contaminare: dictum videlicet a temeritate. Liu. 26, 13. Sepulcra maiorum temerata ac violata. Corpora temerare, nefandis dapibus. Ouid. *Met.* 15, 75. Cubile alicuius temerare *i. stupro polluere*. Ouid. *Met.* 15, 501. Fluvios temerare venenis, *Corrumpere, insicere*. Ouid. *Met.* 7, 535. Le-
30 ctum temerare alicuius. Ouid. *de Arte.* Am. 1, 743. Tacit. *Hist.* 4, 53. Iniectae fundamentis Capitolii argenti aurique stipes, et metallorum primitiae multis fornacibus victae, sed vt gignuntur. Praedixere haruspices, ne temeraretur opus saxo aurove in aliud destinato. Coniugale Praeceptum. Apul. *Met.* 5 p. 163. Sacra temerare. Ouid. Epist. 17, 3. Temerando rumpere pacem. Sil. 1, 11. Tacit. Ann. 1, 53, 4. Eandem Iuliam in matrimonio M. Agrippae temerauerat. *adulterio corruperat.* *add.* Sidon. Ep. 3, 12.

TEMERANDVS, a, um. Partic. [*βεβηλωτός*] *Lucan.* 1, 147. Et nunquam temerando parcere ferro. *h. e. Temere cruentando.*
40 **TEMERATVS**, a, um. Aliud Partic. [*βεβηλωθείς*] *Vt, Amicus temeratus*. Ouid. *Amor.* 3, 8, 63. Castra infausta temerataque. Tacit. *Ann.* 1, 30, 4. Sacra hospitii temerata. Ouid. Epist. 17, 3. Templata temerata. Virg. *Aen.* 8, 840. Voluntas nostra temerata est. Ouid. *Met.* 9, 626.

TEMERATOR, oris. m. [*βεβηλωτής*] *Castimoniae tantum reverentiae deferebant maiores nostri, vt bellum aduersum temeratores pudicitiae suscipiendum putarent*. Ambros. Ep. 65 *post pr.* *Pro Falsario*, Modestinus in l. Si quis obrepserit, ad Legem Corneliam, de fals. Horrei l. 3 C. Theod. de cond. in horr. publ. Legis l. 2 C. Iust. de apparit. *pr.* Apollineae temerator matris. Stat. *Theb.* 11, 12. *Tityus, stuprum Latonae offerre ausus.*

TEMESA, ae. f. [*Τέμεσα*] *Oppidum in Cypro, aerifodinis nobile*. Stat. Achil. 1, 413. Aera domant Temesae, etc.

TEMESAEVVS, a, um. Possess. [*Τεμεσαίος*] Ouid. *Fast.* 5, 445. Rursus aquam tangit, Temesaeaque concrepat aera.

TEMETVM, i. n. [*μέθυ*] *Pro Vino accipitur*. De Corcyraea temetum duxerat vrna. Iuuenal. 15, 25. Plaut. *Aul.* 2, 6, 5. Caeterin' Strobile has facturi nuptias? STR. qui? STA. quia temeti nihil allatum intelligo. Plin. 14, 13. Cato ideo propinquos feminis osculum dare iussit, vt scirent an temetum olerent. Hoc tum Vino nomen erat, vnde et Temulentia appellata. Hor. Epist. 2, 2, 163. Pullos, oua, cadum temeti: nempe modo isto, etc. *Conf.* Quinctil. 1, 7. Gell. 10, 23. *Taubm.* ad Plaut. *Aul.* 2, 6, 6. *Voss.* de *Arte Gramm.* 2, 37. et *Inst. Or.* 1 p. 169. *Pincier Parerg. Ot. Marp.* 3, 4.

TEMVLENTVS, a, um. Adi. [*μέθυσος*] *Vinolentus, ebrius, ebrius*. Ter. *Eun.* 4, 3, 13. Temulenta es. P. vtinam sic sint, qui mihi male volunt. *Prima perperam corripitur a Prudent.* adu. Symm. 1, 135. Sopor temulentus. Quinctil. 4, 2. *Add.* Curt. 5, 2, 3 et 5. Vox temulenta. Cic. *Post. redit. in Senat.* 12 c. 6. *Comp.* Temulentior, an facinorosior. Sidon. Ep. 3, 13.

TEMVLENTER. Adu. [*μεμεθυσμένως*] Columel. 8, 8, 10. Iam nunc Gangeticas et Aegyptias aues temulenter eructant.

TEMVLENTIA, ae. f. [*μέθυσμα*] Plin. 14, 2. Siquidem temulentiam sola non facit. *Add.* Id. ib. c. 13. et 5. et 22.

TEMNO, si, tum, ere. [*καταφρονέω*] *Spernere*. A τέμνω *ducunt, quod Incido, refecoque significat; quoniam quae spernimus, ea amputare et refecare consueuimus*. Cic. *Att.* 13, 17 (20). Id ago scilicet; vt iudicia videar temnere. *Vetus exemplar legit Tenere*. Virg. *Aen.* 6, 620. Discite iustitiam moniti, et non temnere diuos. Idem *Aen.* 1, 542. Si genus humanum, et mortalia temnitis arma. Hor. *Serm.* 2, 2, 38. Ieiunus stomachus raro vulgaria temnit. Ouid. *de Arte.* Am. 3, 299. Est et in incessu pars non temnenda decoris. *conf.* Tac. *A.* 3, 4, 2.

TEMNENS, entis. Part. Praeteritum temnens. Horat. *Sat.* 1, 1, 116.

TEMTOR, oris. m. [*καταφρονήτης*] *Vt, Deorum temtor*. Seneca *Agamemn.* 7 v. 595. *i. Contemptor, sicut etiam al. legunt.*

TEMNOS, i. [*Τήνος*] *Stephano et Straboni, Vrbs est Aeolidis, Hermogenis rhetoris patria*. Cic. *pro Flacc.* 98. Temni vsque ad illam aetatem in Senatum venire non potuit: et qui se artem dicendi traditurum etiam caeteris pollicebatur, ipse omnibus iudiciis turpissimis conuictus est.

TEMNITES. Gentile. [*Τημίτης*] Cic. *pro Flacc.* 42. Heraclides ille Temnites homo ineptus et loquax.

TEMO, onis. m. [*πηδάλιον, οἶαξ, ῥυμός*] *est, Qui rectus continet transversum iugum in curru vel plaustrato*. *Vid.* Varr. *L. L.* 6, 4. Aurigam Excutit, et longe lapsum temone relinquit. Virg. *Aen.* 12, 412. Ouid. *Met.* 2, 107. Aureus axis erat, temo aureus, aurea funnae. Curvatura rotae, radiorum argenteus ordo. Columel. 6, 2. Cui ramus illigatur et temonis vice trahitur, interdum et pondus aliquod iungitur. Cic. *de Nat. Deor.* 1, 109. Arctophylax vulgo qui dicitur esse Bootes; Quod quasi temone adiunctum prae se quatit Arctum. *conf.* Sen. *Herc. fur.* v. 129. Aereus temo. Virg. *Georg.* 3, 175. Obliquo temone plaustrum flectere. Ouid. *Met.* 10, 447. Reuulsus temone axis. Idem *Met.* 2, 316. *conf.* Curt. 4, 9, 5. Pallad. *Iun. t.* 2. Temones posuit Columella, *pro lignis transversariis et longuriis*, 6, 19.

105 Huic soli septenium pedum stipites recti ab utroque latere quaterni appli-

plicantur. Ii autem in ipsis quatuor angulis affixi sunt, omnesque transuersis sex temonibus quasi vacerrae inter se ligantur. ¶ 2

Vid. statim TEMONARIVS.

TEMONARIVS, a, um. Adi. Onera l. i Cod. de Palat. sacr. largit. Temonarius Subst. significat eum, qui pecuniam exigit vice tironum: Vid. Iac. Gotthofred. ad l. 7 C. Th. de tironib. Itemque ad l. 3 C. Th. de Priuil. eor. qui in S. Pal. mil. qui putat Temonarios quasi Timonarios ἀπὸ τῆς τιμῆς dictos, a pretio, quo se redimerent tirones. Add. l. 14. 15. 18 C. Th. de extraord. munerib. ubi Temonaria functio, item Temonis onera et necessitas Temonis memoratur. Vid. CAPITVLVM IO n. 7. et CAPITVLARII.

TEMPE. [Τέμπε] Neutro genere et Numero Plurali, proprie Thessaliae loca, quinque milia passuum longitudine, et ferme sex latitudine, pulcherrimus ager, amoenus gramine, refertus arboribus, canorus auium concentu, iugis dextera laeuaque leniter sese tollentibus, media interfecat Peneus amnis, cuius ripas arbores vestiunt. Plin. 31, 2 Circa Thessalica Tempe. Ouid. Met. 1, 569 Est nemus Haemoniae, praerupta quod vndique claudit Silua, vocant Tempe etc. Sunt et Tempe in Boeotia, quae Teumesia dicuntur, a Teumessio monte Bueotiae, et ab Quidio Cygneia dicta Met. 7, 371. Sunt in Sicilia a nomine amnis Heloria. Abusue, Quaecunque loca amoena, nemora praesertim atque aquas habentia, Tempe vocamus. Virg. Georg. 2, 469 Speluncae vique lacus, ac frigida Tempe. Heliconia Tempe Ouid. Amor. 1, 1, 15. Opaca Tempe Seneca Troad. 9. Peneia Tempe Virg. Georg. 4, 317. Tenebrosa Tempe Stat. Theb. 10, 113. 25 Thessala Tempe Hor. Carm. 1, 7, 4. Umbrosa Tempe Stat. Theb. 6, 88.

TEMPICVS, a, um. A Tempe. Amoenus: ut tempicus ager Th. Priscian. 1, 1.

 poribus geminis canebat sparsa senectus. Nam primo tempora cane-
 scunt, cauanturque magna diuturnitate temporis: vnde quidam tempora
 in capite ob id dicta putant, quod ab iis indicia petamus senectutis. Co-
 lumel. 6, 29, 5 Decimo tamen anno tempora cauari incipiunt, superci- 100
 lia nonnunquam canescere, et dentes prominere. *Conf.* Pallad. Mart.
 13, 9. Virg. Aen. 5, 856. Ibid. 71 Ore faucte omnes et cingi-
 te tempora ramis. Vbi Seru. Cingite ramis tempora, Ex more Ro-
 mano; nam festis ludis omnis aetas coronata spectabat. Add. Isidor.
 11, 1. Ardua tempora Stat. Theb. 6, 918. Caua tempora Virg. 135
 Aen. 10, 891. Flauentia tempora Ouid. Amor. 1, 1, 29. Trunca

tempora, *Quibus detracta sunt cornua* Ouid. Epist. 9, 14. Turgentia tempora Stat. Theb. 5, 268. Aduelat tempora viridi lauro

Virg. Aen. 5, 246. Cinge tempora floribus Catul. 59, 6. Cingere tempora myrto Virg. Georg. 1, 28. Euincti tempora puniceis

5 taeniis Idem Aen. 5, 269. Oblinere utraque tempora Scribon. 4. Praedura tempora fregit nodoso robore Ouid. Met. 12, 349. Percutere tempus Auctor ad Heren. 4, 69. Populata tempora raptis

auribus Virg. Aen. 6, 496. Praecingens roseo tempora vinculo Sen. Med. 2. Protecta tempora fulua capillo Ouid. Met. 12, 273.

10 Redimitus tempora lauro Virg. Aen. 3, 81. Religata tempora foeno Ouid. Met. 14, 645. Sparsus tempora canis Idem Met. 8, 567.

Tegere tempora vitta Virg. Aen. 4, 637. Velare tempora myrto Idem Aen. 5, 72. Vincti tempora verbena Idem Ibid. 12, 120.

Umbrata tempora quercu Idem Aen. 6, 772. Tempus *singulariter* Catul. 62 (60) 162. Vsque dum tremulum

15 mouens Cana tempus anilitas Omnia omnibus annuit. Rostri, et capitis tempus dextrum Vitruv. 9, 6. Ille Graccho percutit tempus A. ad Her. 4 c. 55. Recreatus ex vulnere in tempus

Flor. 4, 12, 44. Dum trepidant, ita hasta Tago per tempus utrumque Virg. Aen. 9, 418. Per geminum transcurrit tempus arundo Sil. 12, 414.

¶ 8 In MSS. inuicem permutantur Tempora et Pectora: *Drakenb. ad Sil. 16, 122.*

TEMPORO, ÆRE. Accepisti dentes ad pulsus lingue temporandos Tertull. de Resurr. Carn. c. 61 *i. temperandos. Alternantibus etiam hic*

2; E et O, ut in Tempori de quo statim.

TEMPORI, f. TEMPERI. [*ἐν κοινῷ, ἐνωπίως, κατὰ κοινόν*] *Tempestive, ad tempus. In media Syllaba alternant E et O, quod non solis librariis debetur, sed diuersae loquentium et scribentium rationi: ut nempe et fenoris et fenceris dicebant etc. Estque Ablatiuus Tempore i. in*

30 tempore. E et I variant, ut in Here et Heri. Plaut. Men. 2, 3, 90 Scquimini: ut quod imperatum est, veniam aduersum tempori. Cato R. R. 2 Satisne tempori opera sient confecta. *Add. ib. c. 3. Vigilare oportet hominem, qui vult sua tempori conficere commoda Plaut. Rud. 4, 2, 16. Quin potius vicinos nostros oramus, ut allint cras tempori ad metendum Gell. 2, 27. Temperi legitur Plaut. Perf. 5, 16. et Trin. 3, 2, 66. Tempore pro Tempori, Donat. ad Ter. Andr. 4, 5, 19 Veni in tempore, id est, opportune: nos sine Praepositione dicimus tempore, tempori. Hinc muli Capuae clientellas tempore ponunt Horat. Sat. 1, 5, 47. *Add. Plaut. Epid. 3, 3, 25. Ouid. Heroid. 4, 109. Plaut. Afin. 3, 3, 143**

40 Ut tempore, opportuneque attulisti. Cic. Verr. 2, 128 Satis putabat se ad comitia tempore venturum, si pridie venisset. Aduenire tempore, *Vid. ADVENIO.*

TEMPORATIM. Adu. Idem Tert. de Pallio c. 2. et de Anima 28.

TEMPORIVS, f. TEMPERIVS. *Aduerbiu deductum a Tempori, quod significat Celerius, quasi ante tempus. ἐναγύρερον Gloss. Lat. Gr. Conf. Manut. Epist. 9, 16. Colum. 8, 4 Esca bis diuidenda, ut mane non protinus a cubili laxius euagentur, et ante crepusculum propter cibi spem temporius ad officinam redeant. Temporius discumbere Suet. in vita Terentii. Masculus temporius effingitur Tertull. de Anima c. 36. Temporius quieti recedere Apul. Met. 9 p. 229. Temporius et Serius contraria Columel. 6, 18. Ouid. Met. 4, 198. Temperius fiat Cic. Fam. 9, 16. Rosam temperius habere Pallad. Feb. 1, 21.*

TEMPORARIVS, a, um. Adi. [*πρόκαιρος*] *Quod non est perpetuum, sed ad tempus durans. Plin. in Paneg. c. 91 Non ergo temporarium et subitum est, quod uterque collegae Consulatu tanquam iterum suo gaudet. Plin. 16, 33 Quaedam temporaria vis. Amicitiae Sen. Ep. 9. Liberalitas Nep. 25, 11, 3. Ingenia Graecorum temporaria Curt. 4, 5, 11. *Vid. Boecler. ad Vell. 2, 21, 2. Rana, v. v. 60 Sedes Apul. Met. 7 p. 190. i. instabilis. Vlpian. in l. 1 §. 1. D. de effractor. Expilatores in opus publicum, vel perpetuum, vel temporarium dari solent. Conf. Plin. 34, 7. Suet. Caes. c. 10. Vlp. in l. Aut damnum, in fine. D. de poenis. Siue in perpetua Vincula fuerit damnatus feruus, siue in temporaria.**

65 TEMPORARIE. Adu. Saluian. de Gub. Dei l. 5 p. 179. et 7 p. 290.

TEMPORALIS, e. Adi. [*χρονικός temporalis, ὀλιγοχρόνιος Gloss. temporale, πρόσκαιρον Onomast.*] *Ad tempus durans. Quintil. 6, 2 Adiciunt quidam peritorum πάρος temporale esse. Causa Sen. Qu. Nat. 7, 29. Temporale, Quod ad tempus fit. ut, Damnum temporale. Vlp. in l. 2 ad finem. D. de iudiciis. Temporalibus Laudibus decorare Tac. Agric. 46, 2. Sed locus corruptus est. Exilium temporale, Hermogenianus in l. De iniuria D. De iniur. et famosis libel. Temporalis vocis Oratio Tertull. de Idol. c. 23. Ut vita haec*

75 temporalis est certosque terminos habet, sic et Mors aequae temporalis est, certumque habet finem Lactant. 7, 10. Vitia omnia temporalia sunt: ad praesens enim commouentur Id. ib. *Add. l. 50 D. de minorib. it. l. 3 de except. praeser. Temporalis, pro Inconstanti, Curt. 4, 5, 11. Ut sunt Graecorum temporalia ingenia. Alii legunt*

80 Temporalia. ¶ 2 Venae temporales Veget. 2, 16. i. quae per tempora capitis distributae sunt. ¶ 3 Ap. Grammaticos etiam huius vocabuli usus est. Declinatum species vna dicitur temporalis Varro L. L. 9, 1 extr. Temporale nomen, e. c. mensis, annus, ap. Priscian. 2 p. 581.

85 TEMPORALITER. Adu. Lex temporaliter obseruata Tertull. adu. Iud. c. 2. i. ad tempus. Temporaliter mori Paullin. Nol. Epist. 23, 15. *Add. Sarsib. 2, 2.*

TEMPORALITAS, atis. f. Vita transferatur a temporalitate in aeternitatem Tertull. de Resurr. Carn. c. 6. *Add. de Pall. c. 1. Philastr. Haer. 71.*

TEMPORANEVS, a, um. *Tempestiuum. Patienter ferens, donec accipiat temporaneum et serotinum Vulg. Iac. 5, 7. Conf. Augustin. Conf. 13, 18.*

TEMPESTAS, atis. f. [*χρόνος*] *Tempus ipsum aliquando significat. 95 Plaut. Mostel. 1, 1, 17 Cis hercle paucas tempestates Tranio augebis ruri numerum. Sall. Iug. 96, 1 Rudis antea et ignarus belli sollertissimus omnium in paucis tempestatibus factus est. Sallust. in Iugurth. 8 Ea tempestate in exercitu nostro fuere complures noui et ignobiles. Liu. 1, 5 pr. Propert. 4, 10 pr. Tac. Curt. vid. PRAEIVDICI. ¶ 2*

00 Tempestas, Caeli et aeris constitutio, in quantum serena, tranquilla, pluvia, procellosa, sicca, humida est, etc. Virg. Aen. 5, 20 — vnde haec tam clara repente tempestas. Cic. Fam. 14, 4 Quas ego expectatam Brundisii, si esset licitum per nautas, qui tempestatem praetermittere noluerunt. Cic. Q. Frat. 2, 2 Tu si ita expedit, velim quamprimum bona et certa tempestate conscendas, ad neque venias. Egre-

gia

gia tempestas Cic. Att. 9, 15. Ex tempestatibus optimae aequales sunt, siue frigidae siue calidae: pessimae, quae variant maxime Cels. 2, 1. Fortuitae, *Statae tempestates* Plin. 2, 39. Idonea tempestas, *vid.* IDONEVS. Liquidissima tempestas caeli Lucret. 4, 170. Mala tempestas Cato de R. R. Salubris tempestas Claud. de Phoenice 99. Secunda tempestas Tac. in Vita Agric. 38. Serena tempestas Cic. de Diuin. 2, 94. Arridet tempestas Luc. 2, 32. Captare tempestates, *vid.* CAPTO, in CAPPIO. Ridet tempestas Lucret. 5, 1394. ¶ 3 *Speciatim* Tempestas [*χαμῶν, ζάλη, καταιγίς*] *Procella, nubilum et procellosum tempus.* Plaut. Mostel. 1, 2, 27 Tempestas venit, confringit tegulas, imbricesque. Plin. 18, 28 Ante omnia autem duo genera caelestis iniuriæ meminisse debemus: Vnum quod tempestates vocamus, in quibus grandines, procellae, caeteraque similia intelliguntur: quae quum acciderint, vis maior appellatur. Imbres, nimbi, procellae, turbines, reliquaeque tempestates Cic. de Nat. Deor. 3, 51 c. 20. Procella, tempestas, naufragium, ruina, incendium Idem Off. 2, 19. Illa tempestate et tempore Catul. Argon. 62, 73. Transitum tempestatis exspectare Idem Att. 2, 21. Aeolus, rex tempestatum Virg. Aen. 10, 37. Diæ tempestatum potentes Idem Aen. 3, 528. Adversa tempestas, *vid.* ADVERSVS. Animosa tempestas Stat. Theb. 9, 20 459. Atra tempestas Virg. Aen. 2, 516. Atrox tempestas Claud. de Bell. Get. 112. Fera tempestas Ouid. Fast. 1, 495. Foeda tempestas cum grandine ac tonitribus caelo deiecta. Liu. 2, 62 Horrida tempestas caelum contraxit, et imbres Nivesque deducunt Iouem. Immoderata tempestas, *vid.* IMMODERATVS. Maior Suet. Aug. 25 c. 90. *i. quae cum tonitru defaevit.* Vlp. in l. 2. D. Si quis caution. Tempestatem intelligere debemus, siue marina, siue terrestris sit. Miseranda tempestas, *vid.* MISERANDVS, in MISER. Naufraga tempestas Valer. Argon. 1, 584. Notabilis tempestas Tacit. Hist. 1, 38. Perfrigida tempestas Cic. Verr. 6, 86. Placida, Violenta Gell. 14, 1. Iuuen. Sat. 12, 23 — Omnia fiunt Talia, tam grauitur, si quando Poëtica surgit Tempestas. *i. Omnia nobis ita contigerunt, quemadmodum a Poëtis referri solet, si quando tempestatem describunt, summaque contentione omnia exaggerant.* Saeuae tempestates Tacit. in Vita Agric. 22. Sonorae tempestates Virg. Aen. 1, 57. Spurca Cic. ap. Non. 4, 425. Turbida tempestas Virg. Aen. 12, 284. Caes. B. C. 2, 22. Turbulenta tempestas Cic. Verr. 5, 26 c. 10. Violenta tempestas Senec. Herc. Fur. 11. Aëtus pelagi tempestatibus Virg. Aen. 3, 708. Auertere tempestates Plin. 37, 10. Commoventur saepe tempestates certo aliquo caeli signo Cic. pro Muraen. 36. Cominotus subito magnis tempestatibus fluius Eurotas Idem de Inuent. 2, 96. Cominotata tempestas Idem de Inuent. 2, 154. Continet me tempestas, *vid.* CONTINEO. Contraxit caelum, *Aërem in nubes condensauit* Stat. Theb. 9, 523. Contraxit tempestas horrida caelum Hor. Epod. 13, 1. Coorta tempestas, *vid.* COORTVS in COORIOR. Coortae tempestates caelo terraque Lucret. 6, 957. Demissa tempestas ab Euro Hor. Carin. 3, 17, 11. Eo, ut, Saeuior It trucibus tempestas acta procellis Sil. 3, 228. Fulget tempestas tremulo impete Lucret. 6, 173. Glomerant nubes tempestatem foedam Virg. Georg. 1, 323. Horrescit nimbis turbida tempestas Sil. 1, 134. Incubuit filius tempestas Virg. Georg. 2, 310. Lenire tempestates, *vid.* LENIO in LENIS. Refedit tempestas Stat. Theb. 9, 524. Sedare tempestates Plin. 37, 10. Serenare tempestates Virg. Aen. 1, 253. Columel. de Arboribus 16 Sulcum in quatuor pedes longum, in tres altum, in dupondium et semissem latum quum feceris, patièrè minime duobus mensibus eum tempestatibus Verberari. ¶ 4 *Ad alia saepe transfertur, ut,* Pernicies, et tempestas, barathrumque macelli Hor. Epist. 1, 15, 31. Repentina tempestas popularis Cic. pro Cluent. 96. Procella, turbo et tempestas pacis Idem pro Domo 137 c. 53. Seditionum ac discordiarum tempestas Idem pro Sext. 46 c. 20. Cruenta tempestas Claud. Conf. Hon. 3, 75. Ferrea tempestas, *Milites* Sil. 15, 630. Cic. in Catil. 1, 22 c. 9 Tametsi video, si mea voce ire in exilium animum induxeris, quanta tempestas inuidiae nobis si minus in praesens tempus recenti memoria scelerum tuorum, at in posteritatem impendat. Cic. de Orat. 1, 2 Nam qui locus quietis et tranquillitatis plenissimus fore videbatur, in eo maximae molestiarum et turbulentissimae tempestates exstiterunt. Huius magnitudini animi, grauitati, sapientiae tempestas est oblata formidolosissimi temporis Cic. Philipp. 7, 7. Tempestates alicuius subire, *i. Pericula.* Cic. Fam. 15, 15 Mitto quod inuidiam, quod pericula, quod omnes meas tempestates et subieris, et multo etiam magis, si per me licuisset, subire paratissimus fueris. Defendere aliquem in tempestate Idem pro Domo 108. ¶ 5 *Obseruatt.* Tempestas, *pro die in illo* Ciceronis *versu,* de Diuin. 1, 52 Tertia te Phthiae tempestas laeta locabit. *Id versus Homericus,* Il. 1. v. 363. *docet, quem expressit,* "Ἡκατὶ κεν τριτάτῳ Φθίην ἐρίβωλον ἴκουμην." Tempestas apud Romanos inter Deos habita est. Sic Ouid. Fast. 6, 193 Te quoque, Tempestas, meritam delubra fatemur, Cum paene est Corfis obruta classis aquis. *Huic agnam vel nigramouem immolare sollemne fuit.* Virg. Aen. 5, 772 Tris Eryci vitulos, et Tempestatibus agnam Caedere deinde iubet. Idem Aen. 3, 772 Nigram Hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam. Conf. Hor. Epod. 10 extr. *Dalechamp. ad* Plin. 2, 49.

TEMPESTVOSVS, a, um. Adi. [*χαμῶνῶδης*] *Procellosum.* Gellius, Mare saeuum ac tempestuosum erat. Sidon. Epist. 4, 6 Tempestuosi hostium incurfus.

TEMPESTVOSE. Adu. Apul.

TEMPESTIVVS, a, um. Adi. [*καίριος, ἐπίκαιρος, ἐπικαιρίος, πρόσκαιρος, εὐκαιρος*] *Opportunum, et quod suo tempore sit.* Fructus tempestiui, *i. maturi suo tempore* Cic. Off. 2, 14 c. 4. Homo tempestiuus Plin. 7, 53. Hora tempestiua narratibus Ouid. Met. 5, 500. Mare tempestiuum ad nauigandum Cic. pro lege Manil. 34 c. 12. Maturitas Cic. de Sen. 5. Oleae tempestiuae Cato de R. R. c. 58. Sementes tempestiuiores Gell. 2, 29 citius maturefcentes. Vinetia tempestiua Columel. 11, 2. Virgo viro tempestiua Hor. Carm. 1, 23, 12. Concedere pueris ludum tempestiuum Hor. Epist. 2, 2, 142. Euertere pinum tempestiuam Virg. Georg. 1, 256. Multa mihi ipsi ad mortem tempestiua fuerunt, quae vtinam potuissent obire Cic. Tusc. 1, 109. Colum. 1, 8 Sed illa meminert, quum e ciuitate remeauerit, deos penates adorare: deinde si tempestiuum erit, confestim: si minus, postero die fines oculis perlustrare. Sed ¶ 2 Tempestiua conuiuia, *quae librariorum et correctorum opera in tempestiua saepe mutata fuere, vindicauit et interpretatus est Lipsius ad Tac. Ann. 14, 2. f. Excurfu A. ac Salmaf. ad Vopisci Florian. 6 p. 631 seqq.* 10.

Sunt autem ea, quae tempore f. tempestiue, h. e. mature et de die ineuntur, cum moderati homines vesperi demum, hora decima, coenare solerent. Cic. pro Muraen. 13 c. 6 Tempestiui conuiuii — comes est extrema fatio. Id. pro Arch. 13 c. 6 Quantum alii tribuunt tempestiuis conuiuiis, quantum denique aliae, quantum pilae. *Vtrogue loco praeter MSSorum auctoritatem tempestiua intempestiue irrepperant.* Idem Verr. 3, 62 c. 25 Statuitur Lollius in illo tempestiuo gladiatorum conuiuiio. Idem de Sen. 46 c. 14 *ex persona Catonis, Ego vero propter sermonis delectationem tempestiuis quoque conuiuiis delector.* Et Att. 9, 1 *non sine ironiae quadam acerbitate, Audio enim, bonis viris — hanc cunctationem nostram non probari, multaue in me et seuerè in conuiuiis, tempestiuis quidem, disputari.* Sen. de Ira 2, 28 Inde est, quod tempestiua filii conuiuia pater deterior filio castigat. Apul. Apol. p. . . Nuptiae illae fuerunt, an aliud celebratum officium, an conuiuium tempestiuum? Suet. Calig. c. 45 Senatum populumque obiurgauit edicto, quod Caesare praeliante et tantis discriminibus obiecto tempestiua conuiuia — celebrarent. *Placent hic viris quibusdam doctis intempestiua i. importuna, tempore alieno celebrata. Sed pronuntiat Burmannus, hodie de hac lectione, tempestiua, eruditum dubitare neminem.* Etiam Curt. 6, 22 Intempestiua conuiuia, quae in uniuersum displicent Lipsio, Salmasio, Graeuio, retinuit eo, quo modo dictum est sensu, Freinshemius: quem tamen libellus Variar. lect. traducere in sententiam Lipsianam poterat. Itaque nec Is. Vossium moramur, qui ad Caull. p. 109 Tempestiua conuiuia interpretatur iusto ac solito tempore inita, contraria intempestiua. Com-
parat. Quintil. Decl. 260 p. 485 Ille ductus aequalitate cum sodalibus in paulo tempestiuiora conuiuia.

TEMPESTIVE. Adu. [*ἐπιαισχος*] Opportune. Plaut. Truc. 1, 1, 41 Qui nostrae aetati tempestiue temperant. Cic. de Nat. Deor. 2, 156 c. 62 Tempestiue demetere. Vti versibus tempestiue fati Suet. Vesp. c. 23. Sepultus tempestiue Ouid. Trist. 4, 10, 81. Comp. Tempestiuius comitari Horat. Od. 4, 1, 9 quod ex tempestiui conuiuii significatione interpretandum videtur. Add. Gell. 1, 3.

TEMPESTIVO. Adu. Plaut. Truc. 1, 1, 41 Nostrae aetati tempestiuo temperant.

TEMPESTIVITAS, aetis. f. [*ἐπιαισμία*] Opportunitas. Plin. 10, 34 Columbae praeparantes tempestiuitatem cibo. Add. Id. 16, 39. Cic. de Senect. 33 c. 10 Sua cuique parti aetatis tempestiuitas est data. Praetermissa rei tempestiuitas reuocari nequit Colum. 4, 3. Tempestiuitas stomachi totiusque corporis Plin. 29, 6.

TEMPESTVS, a, um. Adi. Antiqui dicebant pro Tempestiuus: unde intempestus, pro Intempestiuus: vt Nox intempesta, quod minime tempestiua sit rebus agendis. vid. Festum.

TEMVLENTER, TEMVLENTIA, TEMVLENTVS, vid. TEMETVM.

45

T E N

TENASMVS, i. m. [*τεναςμός*] Plin. 28, 14 Tenasmus, id est crebra et inanis voluntas egerendi, tollitur potio lacte asinino. Idem 20, 6 Tenasmo in pulte medetur. de allio. Quidam scribunt, Tenesmus, vt ap. Nep. 25, 21, 2. vbi conf. Comment. Cels. 4, 18. Plin. 32, 6, 33, 6. 34, 18.

TENAX, TENACITAS, vid. TENEQ.

TENDICVLA, vid. TENDO.

TENDO, tetendi, tensum et tentum, ere. [*τείνω, τεταίνω*] Longitudinem, vel Latitudinem rei augere. Virg. Aen. 3, 268 Tendunt vela Noti. Arcus tendere Virg. Aen. 7, 164. Musculi tensi sunt Scrib. 101. Oculos pariter, telumque tetendit Virg. Aen. 5, 508. Vterum mihi grauitas tendebant, i. moles fetus concepti Ouid. Met. 9, 287.

Ter. Phorm. 2, 2, 16 Quia non rete accipitri tenditur, nec miluio. Casses mihi tenduntur Tibul. 1, 6, 5. Dolos tendere alicui Hor. Epod. 2, 34. Hinc metaph. Sallust. in Catil. c. 27 Interea Romae multa simul moliri, Consuli insidias tendere, parare incendiã, etc. Cic. de Legib. 1, 47 Animis omnes tenduntur insidiae vel ab iis, quos modo

enumeravi, qui teneros et rudes quum acceperunt, inficiunt. Opus tendere ultra legem alia Metaphora dixit Hor. Serm. 2, 1, 1 Sunt quibus in satyra videar nimis acer et ultra Legem tendere opus. Contrarium deinde ponit, Sine neruis scribere. Cic. Off. 3, 68 c. 17 Suntne igitur insidiae, tendere plagas, etiam si excitaturus non sis, nec agiturus? Retia tendere ceruis Ouid. de Arte Am. 1, 45. Vincula tendere capto Virg. Georg. 4, 400. Tendere, Conari: Virg. Aen. 2, 220 Ille simul manibus tendit diuellerè nodos, Tenditque discretus haberi; i. Contendit Hor. Epist. 1, 9, 16. Vasto certamine tendunt Virg. Aen. 12, 553. Nempe Tendere in talibus intransitiue ponitur, quasi tendere se, vt comparetur voluntas cum arcu se ipsum tendente, et intendente s. collineante. Sic Liu. 25, 27 Postquam tendere ad se Romanas naues vidit. Conf. Vell. 2, 70, 2. Ad limina cursu tendit Virg. Aen. 2, 321. Ad mortem tendere Lucan. 4, 272. Cic. de Diu. 2, 4 Ad reliqua acri tendebamus animo, sic parati, vt nisi quae

causa grauior obstitisset, nullum philosophiae locum esse pateremur, qui non Latinis literis illustratus pateret. Ad caelum lumina tendens Virg. Aen. 2, 405. Manus supplices ad caelum tendere Sallust. Virg. Aen. 3, 176. Ad caelum palmas tendit Idem Aen. 10, 845. et 1, 97. — ad deos Tac. Ann. 12, 65, 5. Ad altiora tendere Liu. 4, 13. Ad maiora tendere incipiet Quintil. 2, 4. Ad eloquium tendere, Studere eloquentiae Ouid. Trist. 4, 10, 17. Ad summam tendere Quintil. in Prooem. 1. Ad consulatum tendere Liu. 2, 32. Idem 42 Quum aduersus tendendo nihil moueret socios. Add. Virgil. Aen. 6, 634. Aduersus auctoritatem tendere Senatus, nefas est Liu. 5. Contra tendere Tacit. Ann. 3, 10. et 4, 3, 2. Tendere in, Virg. Aen. 209. — per tot discrimina rerum Tendimus in Latium. Conf. Curt. 8, 2, 27. In campum tendit Virg. Aen. 5, 286. In verticem tendere Quintil. 1, 11. Tendit in stomachum, vel in ventrem: h. e. Protenditur aut vergit, siue extenditur. Plin. 11, 37. Animum autem vt in eius medio collocavit, ita per totum tetendit Cic. de Vniuers. In quemcunque casum Liu. 4, 39. i. conari et urgere, quidquid euenit. In diuersum tendunt sententiae Liu. 36, 10. Idem 37, 53 Quod ad me attinet, in aliis rebus cessisse intra finem iuris mei cuiuslibet videri malim, quam nimis pertinaciter in obtinendo eo tetendisse. Certamine vasto tendunt Virg. Aen. 12, 553. Dixerat praecedenti versu, Summa nituntur opum vi. Miles tendere inde ad iurgium Ter. Eun. 4, 1, 12. Proprie dixit tendere: quod significat pertinacem contentionem Donat. ad l. c. Quid furitis? quae vos infania tendere ius-
fit? Calpurn. Ecl. 6, 89. Virg. Aen. 12, 938 Viterius ne tende
odiis.

105

odiis. Liu. 10, 6 Minus tetendere, assueti iam tali genere certaminum vinci. Ope summa tendere vt: *h. e. Conari, et dare operam* Liu. 38, 45. Cic. Att. 16, 5 Itaque dubito an Venusiam tendam, et ibi expectem Liu. 24, 30 Salapiam tendit. *Al. vt venit.* Ultra tendere Liu. 40, . . . Surfum tendit palmas: *h. e. Erigitur, ascendit.* Columel. 5, 6. Cursum aliquo tendere Liu. 23, 34. Gressum tendit ad moenia Virg. Aen. 1, 414. Iter tendebat ad naues, *Ibat ad naues* Virg. Aen. 1, 660. Iter tendere pennis Virg. Aen. 6, 240. Tendere, *Offerre, quod protendendo manus fieri solet.* Virg. Aen. 2, 674 Paruumque patri tendebat Iulum. Cic. de Orat. 1, 184 Haec igitur et horum similia iura suae ciuitatis ignorantem, etc. et prope cunctis ciuibus lucem ingenii et consilii sui porrigentem atque tendentem. Brachia tendere Ouid. Epist. 4, 153. Cic. pro Font. 38 c. 17 Tendere ad vos virgo Vestalis Manus supplices easdem, quas pro vobis diis immortalibus tendere consuevit Idem in Catil. 4, 18. Metum aut spem alicui tendere Cic. pro Font. 26 c. 12 *Vetus exemplar legit Ostendere, et sic a Grutero inde editur.* Plaut. Pseud. 1, 2, 81 Tenes haec quorsum tendant. Cic. ad Brut. 17 Atqui eo tendit, id agit, ad eum exitum properat vir optimus, vt sit illi Octavius propitius. In diuersum disciplinae tendunt Quinctil. 1, 20 12. Tendere *intell.* Tentoria, *i. ponere ea et habitare.* Val. Max. 2, 7, 15 Ne quis eorum intra castra tenderet. Virg. Aen. 2, 29 Hic Dolopum manus, hic saeuus tendebat Achilles. Liu. 37, . . . Vt qui sub vallo tenderent mercatores, recipiendi sui non haberent facultatem Caes. Bell. Ciuil. 3, 82. Conf. Suet. Galb. c. 12. Tac. Ann. 1, 39, 4. et Hist. 4, 50, 5. *Lindenbrog. ad Ammian. p. 8.* Tendere in campis Curt. 10, 7, 20. *Add. Id. 3, 8, 18. et 7, 3, 37.*

TENDENS, entis. Part. Manus inermes tendens Virg. Aen. 1, 491. Discordes et sibi quisque tendentes Tac. Hist. 1, 13, 2. Nunquam idem ac vnum tendentes Curt. 9, 9, 14 Agmen cursu ad eum tendentium Vell. 2, 70, 2.

TENSVS, siue TENTVS, a, um. Partic. [*τετάμενος*] Hor. Serm. 2, 5, 40 Seu pingui tentus omaso Furius, etc. *i. Distentus.* Arcus tensus Stat. Silu. 3, 1, 51. et Phaedr. 3, 14, 10. Sidon. Epist. 1, 2. Ammian. 24, 2. Cornu Ouid. Met. 6, 243. Mentula Priap. 35 n. 19. et 75. Neruus tentus Ouid. Met. 6, 242. *Al. Cornu.* Poplite tenso saxa tenet Stat. Theb. 9, 473. Tenta spiritu Praecordia Hor. Epod. 19, 26. Stomachus tentus Scribon. 186. Vbera tenta, *Distenta et lacte plena* Hor. Epod. 16, 50. Compar. Tensior Priap. n. 5 et 69.

TENTVM, i. n. Pro Tentorium. Flor. 2, 12, 11 *Emendante Salmafio.* Conf. Horat. Epod. 12, 12. Catull. 81, 6 Grandia tenta viri.

TENTORIVM, i. n. [*κλισία, αἰλίς, σκῆνος*] Tabernaculum militum, quod tendunt, vt se defendant ab iniuria caeli. Lucan. 1, 396 Deseruire cauo tentoria fixa Lemano. Candida tentoria Ouid. Met. 8, 45. 45 Ponere tentoria Idem Fast. 3, 527. *Add. Id. Met. 13, 249.* Tac. Ann. 1, 17, 4. Sidon. Ep. 4, 8.

TENTORIOLVM, i. n. Dimin. [*κλισιδιον*] Hirt. Bell. Afric. 47 Reliqui ex vestimentis tentoriolis factis, ex arundinibus coactis intextis permanebant.

TENTORIVS, a, um: Adi. Trebell. Claud. c. 14 Pelles tentoriae. *i. Quibus tentoria faciunt.*

TENDICVLA, ae. f. [*κωνιδιον*] Laqueus, quem auibus et feris proponimus tendimusque, ad eas decipiendas. Sunt etiam Tendiculae, *Quibus aliquid distenditur, vt apud textores panni, vel telae.* Senec. Nat. Quaes. 1, 3 Idem licebit videre, si quando volueris. obseruare fullonem quum os aqua impleuit, et vestimenta tendiculis diducta leuiter impluit. *Hinc tralate pro Fraude ponitur* Cic. pro Caccin. 65 c. 23 Tum aucupia verborum et literarum tendiculas in inuidiam vocant.

TENSIO, onis. f. Scribonius Largus 101 Neruorum tensionibus mirifice conuenit. *Add. Tensio neruorum 255. 267 sq. Add. Cael. Aurel. Acut. 3, 2, 7. et Tard. 5, 4, 72.* Brachia, quae in eas tensiones includuntur Vitruu. 1, 1. Praecordiorum tensiones Scribon. 260. 258. Sentire tensionem Idem 227.

TENSVRA, ae. f. Idem Veget. 1, 25.

TENTIGO, inis. f. *Membri pudendi erectio et tensio.* Iuueni. Sat. 6, 128 Ardens rigidae tentigine vuluae. *de Messalina.* *Add. Hor. Sat. 1, 2, 118. Priap. n. 22 et 33. Lactant. 2, 4, 2. Cael. Aurel. Acut. 3, 18, 182.*

TENDOR, oris. m. *Extensio.* Apul. Met. 4 p. 153 Faucium tendor.

TENDO, onis, et inis. m. [*τένων*] Tendones vel Tendines a recentioribus medicis appellantur motus instrumenta, in capite musculorum ex neruis et ligamentis conflata, eosque ossibus annectentia. Graecorum nonnulli, quod ex neruis oriantur, *ἀπονευρωσες* appellant. Veteres neruorum appellatione complectuntur.

TENEBRAE, arum. f. *Tantum pluraliter.* [*σκοτος, σκοτία, ἀχλὺς, κνίφας*] Priuatio luminis: *dictae quod teneant, id est impediunt oculos, et visum prohibeant.* Cic. de Nat. Deor. 2, 96 Nos autem tenebras cogitemus tantas, quantae quondam Aetneorum ignium finitimas regiones obscurauisse dicuntur. Caeca tenebris via Senec. Herc. Fur. f. 9. Caecae Lucret. 2, 55. Crassae, *vid. CRASSVS.* Fallaces 80 Valer. Argon. 3, 186. Marcentes quae actum omnem impediunt Lucan. 6, 646. Nigrantes Stat. Theb. 12, 254. Pruinosae tenebrae Ouid. Met. 5, 443. Primis tenebris mouit Liu. 31, 23. Turpestenebrae Senec. Herc. Fur. f. 10. Abstulit nox lucem tenebris Lucan. 8, 58. Discutiunt solis radii tenebras Lucret. 2, 147. Virg. in Moret. pr. 85

Membra leuat vili sensim demissa grabato Sollicitaque manu tenebras Explorat inertes, Vestigatque focum. *Inertes, ad nullam artem utiles.*

Fugatis tenebris dies pulcher Hor. Carm. 4, 4, 40. Incedebant tenebrae Tacit. Ann. 15, 37. Inducere tenebras terris Ouid. Met. 2, 395. Inhorruit vnda tenebris Virg. Aen. 3, 195. In-

fungunt tenebrae campis Idem Aen. 9, 384. Laxabant astra tenebras Stat. Theb. 12, 254. Natant tenebrae ante oculos Ouid. Met. 12, 136. Omnia nigrescunt tenebris Virg. Aen. 11, 824.

Obortae tenebrae oculis Ouid. Met. 2, 182. Obscurantur subitis tenebris oculi Scribon. 99. Remotae tenebrae Lucan. 8, 45. Resoluit tenebras Lucifer Virg. Aen. 8, 591. ¶ 2 Tenebrae

de loco tenebricoso et obscuro, Oramus, si forte non molestum est, Demonstres, vbi sint tuae tenebrae Catull. 56, 1. *i. angulus, in quo delitescis.* Conf. Vulg. Matth. 22, 13. Tenebrae, *per translationem, pro*

Cuiuscunque rei obscuritate: vt, Cudere alicui tenebras Plaut. Epid. 3, 4, 40. Offundere tenebras alicui rei Cic. Acad. 4, 61 c. 19. Quinctil. 10, 1 Menander omnibus eiusdem operis auctoribus abstulit nomen, et fulgore quodam suae claritatis tenebras obduxit, *obscurauit*

illas. Sic apud Cic. Acad. 4, 16 c. 5 Obducere tenebras rebus clarissimis

- mis. Cic. Att. 7, 11 Quaeſo quid hoc eſt? aut quid agitur? mihi enim tenebrae ſunt, *i. ego nihil video, nihil diuinare poſſum.* E tenebris in lucem vocare Id. pro Deiot. 30 c. 11. Id. pro Roſc. Am. 91 Qui tanquam ſi offuſa Reipub. ſempiterna nox eſſet, ita Ruebant in tenebris, omniaque miſcebant. *Confuſione et perturbatione rerum abutebantur ad ſpem impunitatis.* Id. pro Arch. 14 Quae iacent in tenebris omnia, niſi literarum lumen accederet, *vid. IACEO.* In tenebris ſe ceiare Virg. Aen. 9, 425. In tenebris vitam trahere Id. ibid. 2, 92. *i. In obſcuritate.* Cic. Fam. 12, 13 Nunc ergo viuemus liberi: nunc te omnium maxime ciuis, et mi cariſſime, id quod maxime Reip. tenebris comperiſti. Tenebras ſibi ſuas imputet Virtus iacens Pacat. Paneg. Theodof. c. 17. Cic. pro Domo 24 c. 10 Quid tandem? ſi quae tuum in illis Reip. tenebris, caecisque nubibus et procellis, quum Senatum a gubernaculis deieciſſes, populum e nauis exturbare ipſe archipirata cum grege praedonum impuriſſimo pleniffimis velis nauigare. Qualibus in tenebris Vitae, quamſique periculis Degitur hoc aeuſi, quodcumque eſt! Lucret. 2, 15. *Caligo et tenebrae anni:* Cic. poſt Redit. in Senat. 5 Ex ſuperioris anni Caligine et tenebris lucem in Repub. Calend. Ianuarii deſpicere coepiſti. *Pro morte, quae orientaliſſima ratio eſt, poſuit* Plaut. Pſeud. 1, 1, 88 Reſtim mihi volo emere, qui me faciam penſilem. Certum eſt mihi ante tenebras (*noctem*) perſequi tenebras (*mortem*). Singul. Lamprid. Commodo 16 Repentina caligo ac tenebra in Circo Calend. Ianuariis oborta.
- TENEBELLAE**, arum. f. Plur. Dimin. Claud. Mamert. de Animi ſtatu 2, 9.
- TENEBRŌSVS**, a, um. Adi. [*σκοτεινός, σκοτεινός*] *Plenum tenebris.* Varro de R. R. 3, 9 Eas includunt in locum tepidum et anguſtum et tenebroſum. *de gallinis.* Aër tenebroſus Virg. Aen. 5, 839. Ambiguitates tenebroſae Arnob. 5 p. 183. Tenebroſus et ſordidus Egreſſus Petron. c. 91. Palus tenebroſa Virg. Aen. 6, 107. Scientia tenebroſae Rei Arnob. 2 p. 78. Sedes tenebroſa Ouid. Met. 5, 359. *Comp.* Tenebroſior carcer ſaeculi Tertull. de Anima c. 1. Nox tenebroſior Hieron. in Vita Malchi f. 99. *Superl.* Tempus incunſtae actatis tuae tenebroſiſſimum Cic. in Vatin. 11 c. 5 *pr.* *Alii legunt* Tenebricoſiſſimum. Error tenebroſiſſimus l. 3 §. 2 Cod. Commun. de Legat.
- TENEBRICVS**, a, um. Adi. [*δυοφρεός*] *Offuſum tenebris.* Cic. Tuſc. 3, 22 c. 9 Haec a Tartarea tenebrica abſtractum plaga, Tricipitem eduxit hydra generatum canem. *ex Poëta.* Tenebrica veſtis Tertull. de Pollio c. 4. *conf. Rigalt. ad h. l.*
- TENEBRICŌSVS**, a, um. *Aliud* Adi. [*ἀχλυσώδης*] *Quod tenebras inducit et facit.* Obſcurus et tenebricoſus Cic. Acad. 4, 73 c. 23. Iter tenebricoſum Catull. de paſſere Lesbiae 3, 11. Tu ex tenebricoſa popina Conſul extractus Cic. in Piſon. 18 c. 8. Libidines tenebricoſae Id. de Prouinc. Conſ. 8 c. 4.
- TENEBRICOSITAS**, atis. f. Cael. Aurel. Tard. 1, 4 Tenebricoſitate vexari.
- TENEBRICO**, aere. *Obſcurum eſſe.* Tertull. adu. Iud. 13 Sol media die tenebricauit.
- TENEĀRO**, aere. *Tenebras inducere.* Mart. Capell. 6 p. 193 Cunctas tenebrare terras. Lactant. 4, 19, 3 Tenebrabitur dies lucis Ammian. 19, 17 Tenebrante veſpera. Apul. Met. 8 p. 208 Veſpera ſemitam tenebrante. O ſi nebulae fumus mulieris tenebraſiet adſpectum P. Chryſolog. Serm. 74. *i. obſcuraffet.*
- TENEBRARIVS**, a, um. Homo tenebrarius Vopiſc. in Firm. c. 2. *i. dolum regens.*
- TENEBRATIO**, onis. f. Cael. Aurel. Tard. 1, 2. et 1, 4, 66.
- TENEBRIO**, onis. m. [*ἀπατεών*] *Tenebriones, mendaces et doſoſi, Qui mendaciis et aſtutiis ſuis nebulam quandam et tenebras obiciunt.* *Alii* Tenebriones interpretantur Lucifugos, quaſi in tenebris deliteſcentes. Varro, Si et accuſator et reus erunt tenebriones, vterque vtrumque vituperato. Ex Nonio 1, 67. *ubi plura.*
- TENEBRESCO**, ere. Auguſtin. de Gen. ad lit. 1, 1. Tenebreſcit veſper, non luceſcit P. Chryſolog. Serm. 74. *Conf.*
- TENĒDOS**, i. f. [*Τένεδος*] *Infula in mari Aegaeo, inter Mitylenem et Halleſpontum contra Troiam prope Sigeum, ab oſtiis viginti millibus paſſuum diſtat.* Ab eſt a Leſbo CVI millia paſſuum. Haec prius Leucophrys appellabatur, quam alii Calydnam dixerunt. In hanc ex Troade nauigauit cum nouis colonis Tenes Cycni filius, conditaque ex ſe urbe Tenedon vocauit, a qua et infula denominata eſt. *Vid. Cic. Verr. 1, 49.* Id. de Nat. Deor. 3, 39 Iam vero in Graecia multos habent ex hominibus deos, Alabandum Alabandi, Tenedi Tenem, etc. Virg. Aen. 2, 22 Eſt in conſpectu Tenedos notiſſima fama Infula.
- TENEDIVS**, a, um. Adi. [*Τενέδιος*] Cic. Qu. Fratr. 2, 9 Tenediorum igitur libertas, ſecuri Tenedia praeciſa eſt, etc. *Prou. Securis in numis Tenediorum conſpicitur, monente Erneſto Clauſi Cic. voce SECVRIſ.*
- TENEO**, tenui, (tetini, Praet. *vid. infra f. l.*) tentum, ere. [*κράτειν, κρέττω*] Idem fere ſignificat, quod habere, ſed paullo vehementius verbum eſſe videtur, quam habere: cum tenere ſit, id quod habemus, velut manu prehenſum vindicare ſibi, et alios omnes excludere. *Aſſinitatem habet cum verbo tendere, ut intentionem quandam neruorum videatur primum indiçaſſe.* Sed vſus ita multiplex eſt, quem difficile ſit aliter quam multitudine exemplorum comprehendere. V. g. Dido ad Aeneam Virg. Aen. 4, 380 Neque te teneo, neque dicta reſello. Tene me, amplectere ergo Plaut. Curc. 1, 3, 16. Teneone te, Antiphila, maxime animo exoptatam meo? Ter. Heaut. 2, 3 *extr.* Chryſis interuenit, amplexuque effuſiſſimo me inuaſit, et, teneo te, inquit, qualem ſperaueram Petron. c. 139. Teneo te, teneo meum palumbulum, meum paſſerem Apul. Met. 10 p. 249. *Add. ibid. 5 p. 165. Taubm. ad Virg. p. 9. et ad Plaut. p. 855. Similiter Caſar naue elapſus, teneo te, inquit, Africa apud Sueton. c. 59. Charitem non tenebis, nuptiis non frueris Apul. Met. 8 p. 206. Addictum atque mancipatum tenere volentem Idem 3 p. 138. Arma tenenda digitis Ouid. Faſt. 2, 102. Arcius tenere aliquem Idem Epift. 16, 225. Dextra tenens baculum Idem Faſt. 1, 99. In manu poculum tenere Cic. Tuſc. 1, 7. In ſinu tenere aliquem Ouid. Epift. 13, 157. Tene, Habitare, poſſidere Virg. Georg. 4, 321 — Quae gurgitis huius Ima tenes. Plin. Epift. 4, 2 Tenet ſe trans Tiberium in hortis. Tyrii tenere coloni Virg. Aen. 1, 12. Qui Cataoniam tenebat Nep. 4, 4, 1. Cic. Off. 2 Propterea quod tam longo ſpatio multa hereditatibus, multa emtionibus, multa dotibus tenebantur. Tenebamur Bononiam — totam Galliam Idem Fam. 12, 5. Tene nere in medio, eſt Non ſuum, neque proprium poſſidere, ſed commune. Lucan.*

Lucan. 1, 88 Quid miscere iuuat vires, orbemque tenere In medio?
 Orbis enim Romanus inito triumuiratu neque Caesaris erat, neque Pompeii,
 neque Crassi: sed consortium eorum trium commune. Sic Virg. Georg. 1, 128 In medium quaerebant, ipsaque tellus Omnia liberius
 nullo poscente ferebat. Cic. Fam. 14, 15 Tulliam adhuc mecum teneo. ¶ 2 Sed melius varietatem omnem inspicie-
 mus Substantiis ordine elementorum propositis. Aciem tenere, vid. ACIES.
 Agnatione et gente decorum, siue cognatione teneri pro Contineri Cic. de Legib. 1, 23. Id. de Diuin. 1, . . . Aliena tenere
 Idem Off. 2, . . . Aliquem tenere per Ambages Virg. Georg. 10 2, 46. Remorari Amnis — abundans — obducto late tenet
 omnia limo, i. Occupat. Id. ibid. 1, 116. Amor tenet me Ter. Hec. 3, 3, 44. Amore alicuius magno teneri Virg. Aen. 1, 675. Me vis Amoris,
 quo tibi teneor, indicare compellit Apul. Met. 3 p. 136. Angustis teneri Cic. Tusc. 3, 16. Animos suspensos tenere Liu. 5, . . . 15
 Animos metu tenere, et acerbitate poenarum Id. 34, . . . Animos tenere dulci nouitate Ouid. Met. 4, 284. Cic. in Orat. 100 c. 29
 Redeoque ad illam Platonis de qua dixeram, rei formam et speciem, quam etsi non cernimus, tamen Animo tenere possumus. Animo tenere
 comprehensa Cic. Acad. 4, 22 c. 7. Orantem Arasque tenentem audiit omnipotens Virg. Aen. 4, 2, 19. In armis tenere milites Liu. 5, . . . 20
 Te non alius belli tenet aptius Artes Tibul. 4, 1, 82. Attentos tenere, vel attentos animos Cic. Verr. 5, 158. Sic Off. 1, 132. Quo
 responfore, et quo Causae teste tenentur Hor. Epist. 1, 16, 43. i. obtinentur vincuntur. conf. Torrent. ad h. l. Causam tenere Sueton. 25
 in Domit. c. 9. Liu. 39, . . . Cui, vt cognosceret, statueretque, Senatus permiserat magno certamine cum Praetore habito, tenuerunt cau-
 sam, i. Obtinuerunt. Quin Causam tenere apud Iudices ipse etiam Cic. pro Caecin. 67. Ciuitatem oppressam seruitute tenere Id. pro
 Domo 129 c. 51. Clausa stabulis armenta Virg. Georg. 3, 352. Clausum rectum tenere Quinctil. 2, 17. Complexu suo aliquid tenere,
 Amplecti Cic. in Pison. 10. Concionibus tenere populum Cic. Off. 1, 121. Consensum aliquorum complecti et tenere Plin.
 in Paneg. ad fin. Consilium alicuius tenere intelligere Plaut. Mil. 2, 2, 102. Consuetudinem suam tenere, vt custodire, Obseruare Cic. 35
 de Diuin. 2, 151. Idem Philipp. 1, 27 Si Consuetudinem meam, quam semper in Repub. habui, tenuero. Consuetudo tenuit, quae
 quotidie magis inualefcit, vt praeceptoribus eloquentiae discipuli serius quam ratio postulat, traderentur Quinctil. 2, 1. Tenuit, dixit, pro Ob-
 tinuit. Conf. Burm. ad h. l. Conturbatum tenuit me haec res 40
 Cic. Att. 15, 10. Alterum tenere Cornu Nep. 16, 4, 3. i. praefectum esse in acie. Crimen alicuius tenere argumento aliquo Idem
 pro Cluent. . . . Liu. 5, 41 Eos plebis aedificiis obseratis, patentibus atris principum, maior prope Cunctatio tenebat aperta quam
 clausa inuadendi. Cupiditas dimicandi cum Annibale tenet illum 45
 Liu. 27, 28. Sic Cic. Att. 7, 2 De triumpho autem; nulla me Cupiditas vnquam tenuit Ante Bibuli impudentissimas literas, quas, etc.
 Cic. de Nat. Deor. 3, 83 c. 34 Isque quum secundissimo vento Cursum teneret ridens, Videtisne, inquit, etc. Virg. Aen. 3, 686 Ni teneant
 Curfus. Cursum tenere aliquo Virg. Aen. 4, 46. Sed Cursum alicuius tenere, Nauigationem impedire Ouid. Epist. 2, 14. Con-
 tra Cic. in Orat. 4 Quod si quem aut natura sua, aut illa praestantis ingenii vis forte deficiet, aut minus instructus erit magnarum artium
 disciplinis, teneat tamen eum Cursum, quem poterit, viam persequatur, pergat. Decorum tenere Cic. Off. 1, 128. Decus tenere Id. 55
 ibid. 1, 142. Delectum rerum tenere Idem de Finib. 1, 33. Desiderio magno alicuius teneri Plin. Epist. 4, 2 pr. Cic. de Senect. 33
 c. 10. Dextrâ dextram tenens Hirt. B. Alex. c. 24. Dignitatem tenere, quod et Retinere dicitur, et seruare Cic. Fam. 4, 9. Id.
 Fam. 12, 25. Disciplinam tenere Id. de Legib. 2. Id. Att. 12, 37. 60
 O hominem cauendum: quanquam mihi quidem, sed tenendus Dolor est, i. reprimendus, vt mox Dolorem tenere. Dominatu alterius
 teneri Id. Off. 2, 3. Errore aliquo teneri Ouid. Fast. 6, 255. Exercitum Nep. 10, 6, 3. i. ei praesse. Add. Liu. 28, 14. Expectatio tenet me Cic. Att. 3, 9. Expectatio suspensa tenetur Id. pro 65
 Cluent. 8. Liu. 38, 13 Famaque ita tenet: Celaenis Marsyam cum Apolline tibiaram cantu certasse. Famam et opinionem hominum tenere
 Caes. Bell. Ciuil. 3, 56. i. Retinere. Famam tenere sine labe Ouid. Epist. 17, 69. Fidem tenere Cic. Philipp. 12, 27. Fides eum
 non tenet, sed merces Liu. 30 . . . Finem aliquem tenere Cic. de Fin. 4, 25. Finem Britanniae non fama, nec rumore, sed castris et ar-
 mis tenemus Tac. in Vita Agric. Firmum aliquid tenere Cic. in Orat. 237. Flagitiis teneri Tacit. Ann. 3, 50. Fletus tenere
 Ouid. de Arte Am. 3, 432. vt p. a. Dolorem, Iram, Lacrimas. Foederibus alienis teneri Liu. 24. vt Iuretur. Formam principis 75
 figuramque non aurum melius vel argentum, quam fauor hominum exprimat teneatque Plin. Pan. 93. Lucan. 3, 701 Hi ratiū te-
 nuere fugam, i. retinere, impediere. Fugam tenere per medios hostes Virg. Aen. 3, 283. i. persequi, continuare. Gentes tenuit in
 pace fideli Ouid. ex Pont. 4, 9, 77. Gratiam alicuius tenere, pro 80
 Esse in gratia Cic. Qu. Fratr. 2, 15. Grauitatem tenere Id. Att. 9, 22. Gubernacula Reip. tenere Id. de Diuin. 2, 2 c. 1. Hereditatem te-
 nere Id. de Finib. 2. Imperium in suos tenere Id. de Senect. 37. Imperii summam tenere Caes. Bell. Gall. 2, 23. Imperio Romano
 teneri, Subiici Cic. Qu. Fratr. 1, 1. In opere et labore reficiendae vrbs teneri, Occupari Liu. 6, 1. Incendio teneri Quinctil. 2, 13. Infamia tenet,
 illum, Infamus est Plaut. Capt. 3, 4, 89. Cic. Tusc. 4 Sed defendat quod quisquam sentit, sunt enim iudicia libera, nos Institutum te-
 nebimus. Institutum suum tenere in omnibus rebus Cic. Verr. 4, 47. i. retinere, custodire. Insulam Cythnum tenuit, i. appulit ad illam 90
 Tacit. Histor. 2, 9, 1. Cic. in Parad. 5 Refrenet primum libidines, spernat voluptates, iracundiam teneat, coërceat auaritiam Liu. 8. Ne-
 que ira, neque gratia teneri Cic. de Nat. Deor. 1, 45. Irretitum tenere Id. de Orat. 1, 42. Iter tenere Virg. Aen. 9, 377. Iucunditatem perpetuam vitae tenere Cic. de Finib. 1, 67. Iudicia tenere 95
 Id. Verr. 2, 20. Iunctione aliqua teneri Id. Tusc. 1, 71. vt Agnatione. Iureiurando teneri Cic. Off. 3, 100 c. 27. vt Foederibus, Legibus. Plaut. Amph. 1, 1, 32 Iusta autem ab iniustis petere, insipientia est: quippe illi iniqui ius ignorant, neque tenent Idem Epid. 2, 2, 107. Cic. pro Caecin. 35 Hancputo me habere actionem, vt
 per interdictum meum ius teneam, atque iniuriam tuam persequar, i. defendam et tuear. Lacinia tenere, vid. h. v. Lacrimas tenere, Continere, cohibere Cic. Verr. 4, 39. Historiae per se tenent Lectores Vitruu. 1. 5 praef. Ter. Adel. 1, 2, 6. Neque metuit, neque legem putat tenere se vllam, i. a lege se teneri. Lege aut interdicto 105

- teneri quis dicitur, quum per legem, vel ex legis statuto obligatus et obstrictus est ad aliquid agendum. Cic. pro Caecin. 40 Hoc interdicto Ebutius non tenetur. Id. Att. 3, 19 Lege enim collegii sui non tenebantur. Add. Id. pro Arch. c. 8. *Burm. ad Quinctil. Decl. 270 p. 514.*
- 5 Quod quoniam fatali Lege tenemur: Semper eris mecum Ouid. Met. 10, 203. Leges nos tenent, Iulian. in l. de quibus D. de Legib. Nam quum ipsae leges nulla alia ex causa nos teneant, quam quod iudicio populi receptae sint: merito et ea, quae sine vilo scripto populus probavit, tenebunt omnes. Legibus teneri, et solui Cic. Philipp. 11.
- 10 Id. Qu. Fratr. 3 Nec si vllam partem Libertatis tenebo, proficiet. Linguam tenere Ouid. Fast. 2, 602. *continere.* Sub Lingua tenere Scrib. 74. Cic. de Finib. 4, 37 c. 14 Quia virtus, vt omnes fatemur, altissimum Locum in homine, et maxime excellentem tenet. Locum honestum feruitatis tenere Cic. in Parad. Locum aliquem cum ali-
- 15 quo tenere Id. de Clar. Orat. 81. Locum tenere, *pro Non moueri loco.* Id. pro Cluent. 128 Nam miles qui locum non tenuit, qui hostium impetum, vimque pertimuit, potest idem, etc. Locum aliquem tenere, *pro Inhabitare* Liu. 1, 5. Sed Scribon. 173 Locum morsum a rabioso cane, vel a serpente oportet diu tenere in exulcerationem. Ludis,
- 20 pompa, spectaculis teneri Cic. de Finib. 5, 48. Lumina immota tenebat Virg. Aen. 4, 331. Mandatum tenere memori mente Lucret. 1, 582. Manu tenens Lentulum, in senatum perducit Sallust. B. Catil. c. 146. In Manibus tenere Cic. Philipp. 12. Id. Att. 2, 2. Mare tenere, *pro Occupare* Id. Att. 10. Virg. Aen. 5, 159 Iamque propin-
- 25 quabant scopulo, metamque tenebant. Sed Cic. Fam. 16, 2 Septimum iam diem Corcyrae tenebamur. *retinebamur a vento.* Mediocritatem tenere Id. Off. 1, 83. Cic. de Orat. 3, 175 Itaque tum graues sumus, tum subtiles, tum medium quiddam tenemus. *vid. MEDIVS.* Memoria tenere rem aliquam, *Reminisci* Id. de Senect. 12. et Catil. 3 c. 8. Memoriam alicuius rei tenere: *h. e. Aliquam rem in memoria habere* Cic. de Senect. 37. Me tui Memoriam cum summa beneuolentia tenere Id. Fam. 6, 2. Memoria mei tenet vos Cic. ad Quir. post Redit. 1. Memoria ac animis tenere Id. pro Corn. Balb. Metu teneri, *h. e. Praepediri* Liu. 25, . . . *vid. Religione teneri.* Modum tenere vel
- 35 custodire: *cui Excedere modum opponitur* Plin. Epist. 55. Id. Ep. 102. Mora nulla tenuit vocatos Ouid. Met. 1, 167. Morbus tenet eum Plaut. Men. 5, 4, 3 Num eum veteris aut aqua intercus tenet? Sallust. in Iugurth. Forte apud illum, quem inhonesta et perniciofa libido tenet potentiae. Morbo perpetuo teneri Paullus in l. Neque femina D.
- 40 de procuratoribus. Mordicus teneri, *vid. MORDEO.* Morem tenere, *Obferuare* Cic. Tusc. 5, 11. Virg. Aen. 3, 408. Nomen aeternum tenere Id. Aen. 6, 235. Nomen legum tenere Cic. de Legib. 2. Obsidione teneri Virg. Aen. 10, 109. Obstrictum teneri foedere Cic. in Pison. 29 c. 13. Occasionem tenere Id. de Legib.
- 45 1, 4. Occupatum et impeditum tenere Id. pro Cael. 44. Oculos tenebat sub astra Virg. Aen. 5, 853. Oculos artificum pictura tenet: *i. In contemplationem sui adducit* Plin. Epist. 50. Cic. Acad. 4, 20. *vid. OCVLVS.* In Oculis, auribus, complexu, aliquem tenere, etc. Cic. Philipp. 3, 18. Odium vestri ordinis tenet eos Id. Verr. 1, 23.
- 50 In Officio tenere aliquos Caes. Bell. Gall. 5, 52. Omnia tenere, *pro Habere in potestate* Cic. Qu. Frat. 2, 11. Ad Opes tuendas ac tenendas nihil aptius est, quam diligi Id. Off. 2, 23. Oppidum tenere, *Occupare* Caes. Bell. Ciuil. 1, 18. Oppressos tenere, *Detinere* Cic. Att. 2, 16. Ordine rem tenere, *vid. ORDO.* Ora tenere, *Tacere* Cic. de Diuin. 1, . . . *ex Ennio. Vetus codex legit* Ore timebant. Virg.
- 55 Aen. 2, 1 Conticuere omnes, intentique ora tenebant. *quem attente audimus ab eo vultum non dimouemus.* Ita Ora tenet obtutu defixa Virg. Aen. 7, 250. Palman tenere, *victorum signum fuit antiquis* Plin. 35, 10. Partem tenere in re aliqua Cic. Qu. Frat. 1, 1. Idem
- 60 Att. 3, 2 Et simul intelligebam, ex eo loco si te haberem, posse me Brundisium referre, sine te autem non esse nobis illas Partes tenendas propter Antonium. Pecus omne tenendum est in stabulis Virg. Georg. 2, 371. Percepta et comprehensa tenere Cic. Acad. 4, 22. Id. de Orat. 3, 51 Neque adhuc quam personam teneant, aut quid profiteantur, intelligere potuerunt: *quam personam agere velint.* Planta tenet, *pro Radicatur* Columel. 5, 6 Nam si radicibus vimi iunxeris, male vitis comprehendet: et quum tenuerit, incremento arboris opprimetur. *Hic Comprehendit et Tenet idem significant, nempe Terram, et cum ea coalescere.* Poena aliqua teneri, *pro Obnoxium esse*
- 70 Cic. Qu. Fratr. 2, 3. Portum tenere, *Appellere, vel portum occupare* Liu. 37, 11 Vento aduerso ante lucem Pygela portum tenuit. Virg. Aen. 9, 98 Immo vbi defunctae finem portusque tenebunt Ausonios. In sua Potestate tenere, *pro In potestate habere et moderari* Cic. Qu. Frat. 1, 1. Primas Id. de Clar. Orat. c. 95. *int. partes.* Id. Tusc. 1, 19 Aliis
- 75 pars quaedam cerebri visa est animi Principatum tenere. Nep. 25, 5, 4. Principatum sententiae tenere Cic. de Senect. . . . Promissum tenere, *i. Praestare* Id. Off. 3, 95. Caes. Bell. Ciuil. 3, 42 Pompeius interclusus Dyrrachio, vbi Propositum tenere non potuit, secundo vsu consilio, etc. *i. obtinere, efficere quod cogitarat.* Cic. Off. 1, 36
- 80 Pompilius imperator tenebat Prouinciam, in cuius exercitu Catonis filius Tyro militabat. Ramum tenens oliuae Ouid. Met. 7, 498. Papinian. in l. 29 Iudicatae D. de except. rei iudic. Alterum ex coheredibus in officiosi Quaestio tenuit. Cic. Qu. Fratr. 1, 1, 25 Suos coercere, et iuris aequabilem tenere Rationem, facilem se in rebus, etc. Rationem numerorum in oratione tenere Idem de Orat. 3, 199. Tum
- 85 Thraces eas Regiones tenebant Nep. 1, 1, 2. Regna tenere Ouid. Met. 5, 276. Religione teneri, *Obstringi, detineri:* Cic. Verr. 4 c. 34 Illi vero dicere, id sibi nefas esse, seque cum summa Religione, tum summo Metu legum et iudiciorum teneri: *ut Foederibus, etc.*
- 90 Teneri aliter Res non potuit Cic. Fam. 1, 1. Tam claram tamque testatam Rem non tenebimus Id. Att. 12, 14. *i. obtinebimus, vincemus.* Id. pro Cluent. 20 Et Res non coniectura, sed oculis ac manibus teneretur: neque in causa vlla dubitatio posset esse. Id. Offic. 3, 68 Sed aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias. Leges,
- 95 quatenus Manu tenere possunt: philosophi, quatenus ratione et intelligentia. Id. Bruto 276 Manu tenere indicia mortis, *i. plane comperta habere.* Id. Fam. 1, 9 Ergo si ab improbis et perditis ciuibus Remp. teneri viderem, sicut et meis temporibus, scimus, etc. Rebus et studiis aliquibus teneri Hor. Epist. 1, 1, 81. Cic. in Vatin.
- 100 Illi autem, quibus eras in deliciis, vix Risum tenebant. *Sic Spectatum admissi Risum teneatis amici?* Hor. A. P. pr. Rura tenere Ouid. Met. 3, 2. Scenam Sueton. Tit. c. 7. *i. principem in scena locum inter histriones.* Scholam Cic. . . . Sceptra tenens Virg. Aen. 1, 61. Qui profitentur, tenere se medicinae Scientiam Seru. Sul-
- 105 pic. ad Cic. Fam. 4, 5. Se intra grauitatem tenere Plin. Epist. 200.

TESELLA, ae. f. [ἐμβληματίον] Dimin. a Tessera. Tessellae, βόλοιαι καὶ ψήφοι Gloss. Plin. 37, 10 Andromachus argenti nitorem habet ut adamas, quadrata, et semper tessellis similis. Plin. 17, 16 modo dedimus, voce TESSERA. Add. Sen. Nat. Quaest. 6, 31. Apic. 2, 1. Pallad. Mai. t. II.

TESELLA, ae. f. [ἐμβληματίον] Dimin. a Tessera. Tessellae, βόλοιαι καὶ ψήφοι Gloss. Plin. 37, 10 Andromachus argenti nitorem habet ut adamas, quadrata, et semper tessellis similis. Plin. 17, 16 modo dedimus, voce TESSERA. Add. Sen. Nat. Quaest. 6, 31. Apic. 2, 1. Pallad. Mai. t. II.

TESELLA, ae. f. [ἐμβληματίον] Dimin. a Tessera. Tessellae, βόλοιαι καὶ ψήφοι Gloss. Plin. 37, 10 Andromachus argenti nitorem habet ut adamas, quadrata, et semper tessellis similis. Plin. 17, 16 modo dedimus, voce TESSERA. Add. Sen. Nat. Quaest. 6, 31. Apic. 2, 1. Pallad. Mai. t. II.

omnes Arte pauimento atque emblemate vermiculato. Ex Lucilio.

TESSERARIUS, i. m. *Qui tesseram nunciant per contubernia militum, quae definitio est Veget. 2, 7. et ex illo Modestini. de Vocab. rei milit. Tacit. Hist. 1, 25* Barbium Proculum, tesserarium spiculatorem, et Veterium optionem eorumdem memorat. *Plutarchus de eadem re Ουετίριος καὶ Βρόβιος, ὁ μὲν Ὀπτιῶν, ὁ δὲ τεσσεράριος ἔτι γὰρ καλῶνται οἱ διαγγέλων καὶ διοπτῶν ὑπηρεσίας τελεῶντες.* Testera porro, ut ex Veget. 2, 7 monuimus, dicitur Praeceptum ducis, quo vel ad aliquod opus, vel ad bellum mouetur exercitus. Tesserarium peculiarem singulas centurias habuisse ab inscriptionibus veteribus liquet. *Gruter. p. 550 n. 2* TESSERARIUS IN LEG. III. ITAL. COH. XI. PR. *Et p. 753 n. 4* PER OFFICIUM TESSERARIORVM. Tesserarii, Ludentes tesseriis. *Ammian. 28, 4* Aleatorum vocabulum declinantes, ideoque se cupientes appellari tesserarios.

TESSERARIUS, a, um. *Adi. Amnian. 14, 6* Artem tesserariam profiteri.

TESTA, ae. f. [*κόχλος, ὄστρακον, λέπυρον, κρούμιον*] Vas figlinum igne decoctum, quasi tosta: quod e molli creta fabrefacta torreatur, dein de coquatur. *Tibull. 1, 10, 50* Funderet ut nato testa paterna merum. *Conf. Amnian. 22, 4. Plin. 26, 23* Si et testae tusae

tertia pars addatur, melior materia erit. *Vid. Vitruu. 2, 5. Hor. Epist. 1, 2, 69* Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem Testa diu. *Alta testa* paretur *Iuuen. Sat. 4, 131. de magna patina. Apta mero testa* *Ouid. Trist. 2, 490. Curta testa* *Idem Fast. 2, 645.*

Lubrica testa, *Glacies* *Ouid. Trist. 3, 10, 38. Pia testa* *Hor. Carm. 3, 21, 4. amphora vini somnum conciliantis. Samiae testae, vid. SAMOS. Super testam vsta* *Scribon. 21. Ambulare cum*

testa *Auctor ad Heren. 4, 10. Speciatim Lateres igne fornacis cocti Testae vocantur. Vitruu. 2, 8 fin. Summis parietibus structura testacea sub tegula subiiciatur* — De ipsa autem testa, si sit optima, seu vitiosa ad structuram, — Nam quae non fuerit ex creta bona aut parum erit cocta etc. *Satis apparet conferendis omnibus, laterem esse crudum, vel solum in sole siccatum; testam coctam fornace.*

Testa, Fragmentum ossis, Cels. 7, 12 Protinus autem ubi plus sanguinis profluit, scire aliquid ex osse fractum esse. Ergo specillo conquirenda est testa, quae recessit, et velsella protrahenda est. Si non sequitur, incidi gingiua debet, donec labans ossis testa recipiatur. *Add. Idem 8, 3. Testa, de Lucerna testacea, Virg. Georg. 1, 392*

Testa quum ardente viderent Scintillare oleum, et putres concrefcere fungos. *Vbi Seruius: Testa quum ardente, propter vilitatem noluit dicere lucernam: sed nec lychnum, quemadmodum in Heroico carmine, Dependent lychni, dixit. Medius enim in his stylus est libris. Testae, de Calculis, quos Graeci Ostracos vocant. Vnde*

Testarum iudicium, suffragia: *vid. Nep. 2, 8, 1. et 5, 3, 1. Testa oui vel limacis* *Plaut. Poen. 5, 3, 49. Natiuae testae, vid. NASCOR. Testae, intelliguntur omnes Pisces, qui duriori cortice teguntur. Hor. Serm. 2, 4, 31* Sed non omne mare est generosae fertile testae. *Testa etiam Celerrimum nauiculae genus significat, Cic. Att. 16, 4*

Tamen arbitror esse commodius tarde nauigare, quam omnino non nauigare: et si quum processerimus, exploratiora videbuntur, et testis vtemur. *Sic quidem legit et interpretatur Paullus Manutius. Iuuen. Sat. 15, 128*

Haec saeuit rabie imbelle et inutile vulgus: *Paruula fistilibus solitum dare vela phaelis, Et breuibus pictae remis incumbere testae. De Aegyptiis.*

Testae, crotala saltatorum. *Testarum crepitus* *Iuuenal. 11, 170. Testa pro Testo, vid. TESTVM.*

TESTULA, ae. f. *Dimin. [ὄστράκιον]* *Columel. 11, 3* Tum testulae vel conchae quasi sedes in singulis subiectae seminibus adobruuntur, ut fiant capita latioris incrementi. *de capitatis porris. Testulae in sitellam coniectae* *Liu. 25, 3. Testula collabesceri, de ostracismo* *Nep. 3, 1, 2. Add. Plin. 36, 25. Arnob. 6 p. 203.*

TESTACEUS, a, um. *Adi. [ὄστρακινός]* *Quod e testa fit. Ut, Lorica, it. Structura testacea* *Vitruu. 2, 8 ad fin. i. ex latere cocto. Testaceum operimentum* *Plin. 11, 37. Idem Epist. 10, 46* Ad Traianum *de aquaeductu Nicomediensium; Aliqua pars ut mihi videtur, testaceo opere agenda erit. Pauimentum* *Pallad. 1 t. 9. Trullifatio* *Vitr. 7, 4. Testaceis puluinis fibulari* *Colum. 1, 6. Testacea pira, quae etiam Signina dicebantur* *Plin. 15, 15.*

TESTATIM. *Adu. Minutim. Pompon. Verr. aegroto, Iam istam colaphis comminuissem testatim tibi. Nonius 2, 842. Add. Iuuenius ap. Charif. p. 196.*

TESTAMENTVM, *vid. TESTOR, in-TESTIS.*

TESTEVS, a, um. *Adi. Macrob. Saturn. 7, 15* Corpora testea.

TESTICVLOR, ari. *Sic Festus exponit, lumentis maribus feminas, vel mares feminis admouere. Ambiguo sensu per iocum vsus est* *Plautus Amph. 2, 2, 193. Mihi quoque adfunt testes. AM. qui testes? quid testiculari? i: testes crepas: verbum nugax, credo, ad indignationem ridicule exprimendam.*

TESTICVLĀTVS, a, um. *Testiculis praeditus* *Laudatur* *Veget. de Re Vet. 7. Herba testiculata* *Apul. de Herb. c. 82.*

TESTICVLVS, i. m. [*ὄρχις, αἰδοῖον*] A Teste Diminutiuum quatenus illa virilitatis signa et instrumenta significat, tam in homine, quam in brutis. *Auctor ad Heren. 3, 33 c. 21* Medicus testiculos arietinos tenens. *Crocodili testiculus* *Scribon. 14. Tumor testiculi* *Idem 232. Pers. 1, 103* Haec fierent, si testiculi vena vlla paterni Viueret in nobis? *i. si quid roboris virilis haberemus. Iuuen. Sat. 11, 157* Nec pugillares desert in balnea raucus Testiculos. *Leporinus, herba ap. Apul. de Herb. c. 15.*

TESTIS, is. c. [*μάρτυρ, ἴσως, μάρτυρ, μάρτυρος*] *Qui testimonium fert. i. siue in iudicio s. priuatim indicat quid viderit, audierit etc. Iungitur quoque Nominibus non Masculini gen. testis* *Metaurum flumen* *Hor. Od. 4, 4, 38. Testibus argentariorum tabulis* *Quinctil. 11, 2, 24. Etiam Testis, a quo Testiculus, et sic dictus, quod virilitatis testis sit. Plin. 12, 49* Testes pecori armentoque ad crura deicidui. *Conf. Priapei. n. 14. Caeterum Testis est omnis arbiter, qui praesens cum fuerit, potest, si opus sit, testimonium perhibere. Testibus praesentibus aliquid facere: cui contrarium, Clam et furtim* *Plaut. Curc. 1, 1, 31. Teste* *Herodoto, Quemadmodum refert Herodotus* *Plin. 12, 17. Martial. 1, 17* Non luget, quisquis laudari Gellia quaerit; Ille dolet vere, qui sine teste dolet. *Testis et conscius alicuius rei* *Cic. pro Font. 6. Idem Fam. 1, 7* Praeterea quidem *de Consularibus nemini possum, aut studii erga te, aut officii, aut*

- amici animi esse testis. Idem Post redit. ad Quirites, Sed etiam rerum mearum gestarum auctores, testes, laudatores fuerunt. Cic. de Prouinc. Conf. 43 c. 18 Cn. Pompeius idem mihi testis de voluntate Caesaris, et sponfor est illi de mea. Tam facile et proum est superos contemnere testes, Si mortalis idem nemo sciat Iuuenal. 13, 75. Peccaturis testis adsistat Sen. Ep. 11. Nullum teste me fiat nefas Sen. Theb. v. 412. Paucis consciis testibus Apul. Apol. Add. Poëta Phallic. Carm. 1. Cic. Verr. 1, 36 Non suspicabatur id quod nunc sentiet, satis multos ex illa calamitate Ariminensium, testes nobis in hanc rem reliquos esse. ¶ 2 Sollemnior tamen notio est testis, pro eo, qui in iudicio, quid uiderit, audierit etc. proferre cogitur. Acerrimi testes, vid. ACER, Adiectiuum. Classici testes Festus. Comicus testis Cic. Fam. 2, 13 Mea uero officia ei non defuisse, tute es testis: quoniam *κακίως μίτρον* (ut opinor) occidit Phania. Quae Erasmus in Prouerb. Domesticus testis, Caes. Rhodig. 6, 17 et alii ad h. l. disputarunt, ea fere hodie queunt compendi fieri. Optima est lectio et interpretatio prolata ac defensa a I. F. Gronouio Obs. ad Eccl. c. 2. Quoniam perit Phania libertus tuus, conscius officiorum nostrorum, quem Comicum uocare solebam, quod saepe persona huius nominis apud Menandrum inducitur. Locus similis est pro Caec. 27 c. 10 ubi inter testes quos reprehendit est Sextus Clodius, cui nomen est Phormio, non minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus est Phormio. Cupidus testis, qui prae cupiditate uerum non dicit Cic. pro Font. 8. Diobolares testes, dicere forte liceat, qui diobolo possunt emi, ut apud Festum sunt Meretrices diobolares. Falsus testis Iuuen. Sat. 14, 218. Quinctil. 2, 17. Fictus testis Cic. pro Caecin. 71. Grauis et Leuis testis, contraria Eidem pro Quint. 75. Humiles testes Quinctil. 5, 7. Idoneus testis Cic. pro Font. Incorruptus atque integer testis Idem de Finib. 1, 77 c. 21. Ingens testis factus inimici, vid. INGENS. Locuples testis, vid. LOCUPLES, in LOCVS. Locupletissimus et certissimus testis Cic. Verr. 5 (3) 136 c. 59. Mercenarii testes, vid. MERCES. Oculatus testis, vid. OCVLVS. Cic. Fam. 5, 5 Pro iis rebus nullam mihi abs te relatam esse gratiam, tu es optimus testis. Potentes testes Quinctil. 5, 7. Religiosus testis, h. e. Fidelis, qui nihil praeter ea, quae uidit aut audiuit, refert Cic. in Vatin. 2 c. 1. Nocte dieque Suum gestare in pectore testem Iuuenal. 13, 197. de conscientia. Viuus et praesens testis Cic. de Orat. 2, 9. Voluntarius testis Quinctil. 5, 7. ¶ 3 Verba: Abducere a testibus, vid. ABDVCO. Abest testis somno Ouid. Met. 9, 480. Accommodare testes ad rem aliquam, Adhibere testes, Caedere testibus, vid. hb. vv. Cic. Verr. 2, 146 Primum igitur in hanc rem totam Siciliam citabo: quae mihi vna uoce statuarum nomine magnam pecuniam per vim coactam esse demonstrat. Citeturque Salamis clarissimae testis uictoriae Cic. Off. 1, 75. Colligere testes stultitiae suae quam plurimos domestico praeconio Idem de Orat. 2, 86. vid. COLLIGO. Comperire testibus, vid. COMPERIO. Conducti uendunt periuria testes Ouid. Amor. 1, 10, 37. Constituere testes uel testem, vid. CONSTITVO. Constituere aliquem testem et spectatorem aliquarum rerum Cic. de Orat. 1, 112. Dare testes producere Cic. Verr. 4, 48. Ouid. Amor. 1, 8, 21 Fors me sermoni testem dedit. i. Forte fortuna interueni illorum sermonibus, et audiui loquentes. Editis testibus; i. Productis Liu. 3, 71 pr. Excitare testes ex monumentis annalium Cic. de Finib. 2, 67. Id. pro Quint. 36 Id testibus me pollicitus sum planum facturum, qui et scire deberent, et causam cur mentirentur, non haberent. Habere testem Cic. Off. 3, 44. et de Prou. Conf. c. 18. Iacere testibus, Imponere testem, Infirmare testes, vid. hb. vv. Producere testes Quinctil. 5, 7. Cic. Verr. 1, 13. Proferre testes Idem pro Corn. Balb. Recitare suum codicem loco testis Cic. pro Rosc. Com. 35. Subornare testes Idem pro Rosc. Com. 52. Vacillat testis, vid. VACILLO. Cic. de Diuin. 2, 27 Hoc ego Philosophi non arbitror testibus Vti, qui aut casu veri, aut malitia falsi fictique esse possunt.
- 65 TESTIMONIUM, i. n. [*μαρτύριον, μαρτυρία*] Oratio s. relatio testis. Euripidi quantum tu credas, nescio: ego certe singulos eius versus, singula eius testimonia puto Cic. Fam. 16, 8. Testimoniorum modus est duplex, Manifestus et Caecus. Manifestus est, qui certos testes habet, et praesentes: Caecus, in quo multitudinem aut ciuitatem dicimus scire. Haec Donatus in Andr. 5, 4, 28. Cic. pro Font. 20 Ille Iupiter, cuius nomine maiores nostri sanctam testimoniorum fidem esse uoluerunt. Estne ille Dius Fidius? Sic puto equidem. Amplissimum testimonium Plin. 7, 30. Diuina testimonia Quinctil. 5, 7. Publicum testimonium Idem 5, 3. Accipere publicum testimonium, vid. ACCIPIO. Vbi rerum testimonia Adfunt, quid opus est uerbis? Cic. in Sall. c. 4. Afferre testimonium, vid. AFFERO. Cic. Fam. 5, 12 De tuo autem filio uereor, ne si nihil ad te scripserim, debitum eius uirtuti uidear testimonium non Cepisse. Confirmare aliquid testimoniis Quinctil. 1, 8.
- 80 Denuntiare testimonium, vid. DENUNTIO. Dicere testimonium de ambitu Cic. pro Planc. 55. Idem Acad. 4, 11 Non tu uerum testem habere, sed eum non sine causa falsum testimonium Dicere ostenderis. Cic. pro Sull. 83 c. 30 Qui testimonium de coniuratione Dixi in alios. Et pro Planc. vid. DICO. Dicere testimonium in aliquem Quinctil. 7, 2. Dicere testimonium in aliquem et contra aliquem Cic. Verr. 1, 94. et de Nat. Deor. 3, 83 c. 34. Idem pro Sull. c. 17. Quinctil. 7, 2. Cic. Att. 1, 13 Neque Dixi quidquam pro testimonio, nisi quod erat ita notum atque testatum, vid. Praepositionem PRO. Idem pro Rosc. Com. 17 c. 6 Dabit enim nobis iam tacite uita acta in alterutram partem firmum et graue testimonium. Dare testimonium mutuum Cic. pro Flacc. c. 4. Conf. Bynkersh. Obs. 3, 21 p. 312. Dare testimonium per tabulas Quinctil. 5, 7. Cic. Fam. 13, 17 Testimonium meum de eo iudicii, quod et ipse magni aestimabat, et ego apud te ualere eram expertus, ei libenter dedi. Eleuare testimonia Quinctil. 5, 7. Pompei ad Domit. sub Cic. Att. 8, 12 Cui rei testimonio sunt literae quas Bussenius ad me misit. Habere testimonium alicuius rei Cic. Fam. 10, 9. Et pro Rosc. Com. 36 Alia certiora et clariora testimonia in causa haberem. Perhibere testimonium alicuius rei Columel. 3, 9. Praebere Schol. Iuuenal. 16, 31. Vlp. Fragm. t. 20 §. 9. Reddere testimonium, pro Perhibere et dicere Quinctil. 11, 1. Tribuere testimonium uirtutis alicuius Cic. Philipp. 5, 52 c. 19.
- TESTIMONIALIS, e. Adj. Ut, Literae testimoniales, quibus milites completis stipendiis dimissi fuerunt Veget. 2, 3. Comparatio testimonialis Tertull. adu. Psych. c. 16.

TESTITRAHVS, a, um. Adi. [*ἀρχαῖος*] *Epitheton Arietis testes magnos non tam gerentis, quam prae pondere trahentis. ex Laberio apud Tertull. de Pall. c. 1. Conf. Salmaf. p. 128.*

TESTO, are. *Actiue pro Testor apud Priscian. p. 797. Unde et Gell. 15, 13 Testor inter verba communia numerat. Add. Idem 5, 13.*

TESTOR, ari. Dep. [*μαρτυρῶ, μαρτυρομαι*] *Testimonium perhibere: Fidem facere, manifesto ostendere. Cic. de Nat. Deor. 2, 138 Vtraeque autem crebrae, multaeque toto corpore intextae vim quandam incredibilem artificiosi operis diuiniq. testantur. de ventis et arteriis. Testata est gaudia cantu Ouid. Met. 8, 420.*

Idem ex Pont. 1, 9, 43. Plin. 8, 16 f. 21 Testatur hunc casum pietura.

Val. Max. 3, 4, 3 Unde processerit, aut quo peruenerit, statuae ipsius titulus abunde testatur. Idem ibid. 5, 6, 1 Quid attinet verbis ista complecti? quorum tanta vis est, vt aliqui ea salutis suae impendio testati sint.

Idem 3, 2 ext. 1 Qui suorum ac sua cedere testari voluit, se — maluisse. Plin. Ep. 3, 7, 14 Relinquamus aliquid, quo nos vixisse testemur.

¶ 2 Testari, Testem inuocare. Cic. Qu. Fratr. 1, 2 Sed testor omnes deos, me hac vna voce a morte esse reuocatum. Ter. Hec. 3, 5, 26 Neque culpa hoc euenisse dissidium mea, id testor deos.

Testor deos deasque immortales, vestrasque maxime mentes Cic. anteq. iret in exil. 28.

Superos testatus Ouid. Met. 2, 304. Sidera testor Virg. Aen. 9, 429. Add. Idem 2, 154. ubi conf. Seru. Plaut. . . .

Ipfus tete per superos omnes testatur. Virg. Aen. 3, 599 Per sidera testor, Per superos, atque hoc caeli spirabile lumen.

pro Cluent. 194 Preces et nefaria vota cognouimus, quibus illa deos immortales de suo scelere testatur. *i. testes facti, dum illud ab iis adiuuari petit.*

Idem Philipp. 2, 28 Vide ne illa causa fuerit appellandi me: quod cum rem gessisset confimilem rebus iis, quas ipse gesseram, me potissimum testatus est, se aemulum mearum laudum existitisse.

Testari, Denuntiare, ac palam edicere: et nunc absolute, nunc cum Accusatio iunctum legitur. Cic. pro Muraen. 78 c. 37 Ego quod facio, etc. me omnium vestrū causa facere clamo atque testor.

Idem Philipp. 7 c. 7 Monebo, praedicabo, denuntiabo, testabor semper deos hominesque quid sentiam. Voluntatem suam testari, eodem refertur.

Florentinus in l. Diuus Traianus D. de militari testamento, Si ergo miles, etc. conuocatis ad hoc hominibus, vt voluntatem suam testaretur.

Tranquillus Claud. II Ne Marcum quidem Antonium inhonoratum transiuit: testatus quondam per edictum tanto impensus petere se, vt natalem patris sui Drusi celebrarent, quod idem esset et aui sui Antonii.

Cic. pro Flacc. c. 16 Vociferarer, et quantum maxime possem, contenderem, testarer publicanos, excitarer negotiatores: vestram etiam conscientiam implorarem.

Uniuersos esse pares aiebat, dispersos testabatur perituros Nep. 2, 4, 2. Cic. pro Sull. 64 Implorarem sensus vestros, vniuscuiusque indulgentiam in suos testarer.

Vlpian. in l. Pro herede in princ. D. de acquirenda hereditate, Caeterum si quid pietatis, si quid custodiae causa fecit, si quid non quasi heres egit, sed quasi alio iure dominus: apparet, non videri pro herede gessisse. et ideo solent testari liberi, qui necessarij existunt, non animo heredis se gerere quae gerunt: sed aut pietatis, aut custodiae causa, aut pro suo.

Id. hodie malunt dicere protestari. ¶ 3 Hinc, et quod publice in comitijs testarentur et proclamarent, quem sibi heredem esse vellent, interdum simpliciter Testari, est Testamentum facere. Liu. 1, 34 Qui cum ignorans nulum ventrem ferre, inmemor in testando nepotis decessisset, puero post aui mortem in nullam fortem bonorum nato, ab inopia Egerio inditum nomen.

Plene locutus est Florentinus in l. Diuus Traianus D. de milit. testam. Id priuilegium, quod militantibus datum est, vt quoquomodo facta ab his testamenta rata sint, sic intelligi debet, etc. Si ergo miles, de cuius bonis apud te quaeritur, conuocatis ad hoc hominibus, vt voluntatem suam testaretur, ita locutus est, vt declararet quem vellet sibi heredem esse, etc.

TESTANS, pro Testatore. Vlp. in l. Cum res §. sed si id petatur D. de leg. 1 Nisi alia mens fuerit testantis. Sed et Calumniam testante animo suo ferre de aliquo, *i. damnare illum suo iudicio* Cic. in Sall. c. 1.

Testantia Litora curas Propert. 3, 6, 20. Stigmata ingratum hospitem testantia Sen. de Benef. 4, 37. Verba nos testantia gratos Ouid. Met. 14, 307.

TESTATVS, a, um. Partic. Pass. [*μαρτυρημένος*] Cic. Verr. 4, . . . Quod quia vidisti plures scire, cogitasti, si ei reddidisses, te minus inuidiae habiturum: rem nihilominus testatam futuram. *i. Notam et compertam.*

Cic. Verr. 4 (2) 2 c. 76 Vt res quam maxime clara atque testata esse posset, in ius ad Metellum Carpinatium voco, tabulasque societatis in forum defero.

Iouis testatum Dedecus Ouid. Met. 2, 473. Abicere rem testatam Cic. pro Muraen. 45. Amor testatus populo Ouid. Trist. 3, 6, 5. Nisi ista Pecunia grauissimis esset certissimisque monumentis testata Cic. Fam. 5, 20. Probitas testata in omne tempus Ouid. ex Pont. 3, 1, 93.

Cic. Verr. 2 c. 42 Quae cum ita essent, tantane auentia praeditus, atque audacia fuisti, vt in re tam clara, tam testata, tam abs te ipso peruulgata, tabulas publicas corrumpere auderes? Si testata dici videbuntur Id. in Partit. 32. *i. Testimoniis firmata.*

Cic. Pr. A. I in Verr. 48 Postremo ego causam sic agam Iudices, eiusmodi res, ita notas, ita testatas, ita magnas, ita manifestas proferam, vt nemo a vobis vt istum absoluatis, per gratiam conetur contendere.

Actis Populi Rom. testatum Plin. 8, 40. Potius Clementiā quam Saecutiā velle esse testatum Curt. 3, 12, 25. Cic. pro Flacc. 26 Nihil religione testatum, nihil veritate fundatum, nihil dolore expressum.

Quinctil. 2, 15, 8 Seruium Galbam — elapsum esse cum aliorum monumentis, cum Catonis oratione testatum est. Redigere in testatum. Tabulas de re aliqua conficere. Vlpian. in l. D. Vfruct. quemadm. cau. Recte autem facient heres et legatarius, qualis res sit quum incipit frui legatarius, si in testatum redegerint: vt inde possit apparere, an et quatenus rem peiorem legatarius fecerit.

Cic. Fam. 2, 3 Istim rationem meam dicam, vt aut te in meam sententiam adducam, aut certe testatum apud animum tuum relinquam, quid fenserim, vt solent, qui cum vinci se numero suffragantium sentiunt, curant, vt scripto comprehendatur sua sententia, quo appareat, suas nullas partes fuisse in decreto, quod publice noxium putent. Hoc protestari nunc vocant.

Item actiue. Ouid. Met. 2, 486 — Suos gemitu testata dolores. Add. Hor. Od. 1, 28, 12. Ea, quae accidere testatus, antea Sallust. in Fragm. c. 27. A testato: cui opponitur Ab intestato, vid. INTESTATVS.

Sed Testator, Comparatiuum, Magis certus. Cic. pro Cael. 64 c. 27 Nam necesse est fuisse non paucos, vt et comprehendendi Licinius facile posset, et res multorum oculis esset testator. Memoria Nep. 7, 4, 5. Poena improborum Caes. 105

B. G. 8, 44. Notior testatorque Virtus Idem ibid. c. 42. Superl. Stupebamus audientes testatissima mirabilia tua Augustin. Conf. 8, 6.

TESTATIO, ōnis. f. [*μαρτυρία*] Testimonium scripto comprehensum, vel per tabulas dictum, uti loquitur Quinct. 5, 7, 1. Idem Quinctil. 5, 13, 49 Si quid ab aduersario, testationibus comprehensum, etc. Idem 5, 7, 33 Saepe inter se collidi solent, inde testatio, hinc testes: locus vtrinque. Haec enim se pars iureiurando, illa consensu signantium tuetur. Paullus in l. Lucius Titius D. de iis,

qui notantur infamia, Lucius Titius crimen intendit C. Seio, quasi iniuriam passus: atque in eam rem testationem apud praefectum praetorio recitauit. Praefectus fide non habita testationi, nullam iniuriam L. Titium passum esse a C. Seio pronuntiauit. Quaero, an testes quorum testimonium reprobatum est quasi ex falso testimonio

inter infames habeantur? Vlpian. in l. Moris est §. 1 Solet et ita interdicti, ne instrumenta omnino forment, neue libellos concipiant, vel testationes consignent. Huiusmodi autem testationes olim non a personis publicis, id est, tabulariis seu tabellionibus, sed a priuatis hominibus signabantur. Cic. pro Quint. 25 Amicos — corro-

gat, vt ad tabulam Sextiam sibi adsint — Testificatur iste, P. Quintium non stitisse, et se stitisse (vadimonium) tabulae maximae signis hominum nobilium consignatur. Ibid. 45 Eius rei conditionis-que tabellas obsignauerunt viri boni complures; res in dubium venire non potest. Idem Verr. 5, 101 Iste in tabeilas refert: ob-

signat signis amicorum prouidens homo, vt contra hoc crimen, si quando opus esset, hac videlicet testificatione vteretur. De hoc Quinctil. 5, 5 Contra tabulas quoque saepe dictum, saepe dicendum est: quom sit autem in his aut scelus signatorum, aut ignorantia: tutius

ac facilius id quod secundo loco diximus tractatur, quod scilicet pauciores rei sunt. Hae testationes dicuntur etiam Consignationes. Quinctil. 12, 8 Optimus est in dicendo patronus incredulus. Promittit enim litigator omnia, testem populum, paratissimas consignationes, ipsum denique aduersarium quaedam non negaturum. Ideoque

opus est intueri omne litis instrumentum, quod videre non est satis: perlegendum erit. Quinctil. 12, 3, 5 Itaque eum nec inutilem, si ad horam forte constiterit, nec in testationibus faciendis esse imperitum velim. Vid. Bynkersb. Obseruatt. 3, 18. Alioqui late patet hoc nomen, et significat quidquid valet ad testandum, et fidem faciendam rei, de qua quaeritur. V. g. Nitet nostris testatio factis Iuuen. Euang. 2, 675.

In testationem redigere Tertull. adu. Marc. 4, 21. Add. Idem de Poenit. c. 7. et de Anima c. 17. Add. l. 9 §. 5 ff. de poenis. Notat etiam denunciationem, quae fit interpositis testibus: L. 5 §. 10 ff. de admin. et peric. tut. Conf. Modest. l. 2 ff. de testib.

45 Florent. l. 24 ff. qui testam. fac. poss. TESTATOR, ōris. m. Qui testamentum condit. Vlpian. in l. Cum res in princ. D. de leg. 1 Constat, rem ibi esse praestandam, vbi relicta; nisi alibi testator voluerit. Nam si alibi voluit, ibi praestanda est, vbi testator voluit. Conf. l. 3 §. 3 ff. de admin. et peric. tut. Lactant. 4, 20.

TESTATRIX, icis. f. Quae testamentum condit. Paullus in l. Titia. in princ. D. de legatis secundo, Quom Seius viua testatrice testeram frumentariam ex causa lucratua habere coeperit. Ibid. §. Qui vltima, Paullus respondit: testatricem videri in eo fideicom-

55 misso duos gradus substitutionis fecisse. Scaeuola in l. Pater filium §. Quindecim D. de legatis tertio, Quibus permiserat testatrix venundari. Vlpian. in l. Iuniano D. eod. tit. Si modo hoc sensit testatrix. Conf. Dig. 26 t. 5 l. 21 §. 1. 29 t. 2 l. 98. 33 t. 7 l. 6.

TESTATO. Adu. Coram testibus. Literas testato descripsimus Apul. Apol. p. 324. Vlp. in l. Si procuratorem §. Si ignorantes D. Mandati, vel contra, Sed et si testato conuenerunt debitorem, vt si ipse putaret, appellaret, etc. Denuntiare alicui testato praesentibus Vlpian. in l. 1 §. Licet autem D. de periculo et ration. rei vend. Sed Testato et Intestato decedere, contraria, i. testamento facto vel non

65 facto Paullus in fraudem §. 2 D. de iure fisci. it. l. 7 ff. de diuers. reg. iur. TESTABILIS, e. Adi. Qui ius habet testimonii praebendi Gell. 6, 7 Tarratiam virginem Vestae fuisse, lex Horatia testis est, quae super ea ad populum lata, qua lege ei plurimi honores sunt, inter quos ius quoque testimonii dicendi tribuitur, testabilisque vna omnium

70 feminarum vt sit, datur: id verbum est ipsius legis Horatiae. TESTAMEN, inis. n. Testimonium. Tertull. Carm. adu. Marc. 4, 4 Hoc testamen erat virtutis. TESTAMENTVM, i. n. [*διαθήκη*] Extrema voluntas, quam primi Romani testando, id est aduocando ad testimonium populo, declarabant in comitiis. Vlpian. in l. 1 Qui testamentum fac. poss. Testamentum est voluntatis nostrae iusta sententia de eo, quod post mortem fieri voluerimus. Id. in Titulis 20, 1 Testamentum est mentis nostrae iusta contestatio, in id sollempniter factum, vt post mortem nostram valeat. Testamentorum genera fuerunt tria. Vnum, quod calatis comitiis: alterum quod in procinctu: tertium, quod per aes et libram fit, id est, per mancipationem imaginariam: in quo testamento libripens adhibetur, et familiae emtor, et non minus quam quinque testes, cum quibus testamenti factio est. Qui in potestate testatoris est, aut familiae emtoris, testis ad librae pensa adhiberi non potest: quoniam familiae mancipatio inter testatorem et familiae emtorem fit, et ob id domestici testes adhibendi non sunt. Et §. 9 In testamento quod per aes et libram fit, duae res aguntur, familiae mancipatio, et nuncupatio testament. Nuncupatur testamentum in hunc modum: Tabulas testamenti testator tenens ita dicit, Haec vt in his tabulis ceterisue scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor. Itaque vos Quirites testimonium praebitote. Quae nuncupatio et testatio vocatur. Haec ille et plura: quae ad ICtos pertinent. Libertas testamentorum Quinctil. 3, 6. Subiector testamentorum Cic. in Catil. 2, 7 c. 4. Improbum testamentum, Inofficiosum testamentum, vid. hb. vv. Adoptare testamento Nepos 25, 5, 2. Apertum est testamentum Vell. Patere. 2, 59, 1. Cauere testamento, vid. CAVEO. Componere testamentum, Facere, et in ordinem redigere Cic. Att. 15, 15. Vetus exemplar legit Testimonium. Cic. de Arusp. Resp. 42 c. 20

100 In qua prouincia mortuorum testamenta conscripsit. Deducta in testamento scripta non sint Cic. de Legib. 2, 50. Idem Verr. 1 c. 43 Multi testamenta eodem modo fecerunt. Facere testamentum irritum Cic. Philipp. 2, 109 c. 42. Habere factionem testamenti Cic. Fam. 7, 22. Improbare testamentum, vid. IMPROBVS. Institui tutorem testamento Liu. 1, 34. Mutare testa-

testamentum Cic. pro Cluent. 31 c. 11. Nuncupare testamentum
 Plin. 24, c. 22. Nuncupatum testamentum, *vid.* NUNCUPO. Cic.
 pro Milon. 49 Una sui, testamentum simul obsignavi cum Clodio.
 Idem Off. 3, 93 c. 24 Quum et testamento tertium millies relinqua-
 tur. Resignare testamentum Hor. Epist. 1, 7, 9. Cic. de Orat. 1, 5
 173 c. 38 Testamentorum Ruptorum, aut ratorum. Dolabella
 video Luiviae testamento cum duobus coheredibus esse in Triente
 Idem Att. 7, 8. Idem in Parad. 6 Si testamenta amicorum exspe-
 ctas: aut ne exspectas quidem, at ipse Supponis. Et Philip. 14, 7
 c. 3 Subiicere testamenta. Supponere falsa testamenta Idem de 10
 Legib. 1, 43. Testamentum vetus et nouum *de libris sacris passim*
scriptores Ecclesiastici v. g. Hieronymus ad Lucinium fol. 88, 13 Froben.
etc. Nempe Διαθήκη Graecis et Foedus est, et Testamentum.

TESTAMENTARIUS, a, um. Adj. [*διαθετικός*] Quod ad te-
 stamentum pertinet: Plin. 35, 2 Quum Scipionis Africani transisset 15
 atrium, vidissetque adoptione testamentaria Salutionis (hoc enim ei
 fuerat cognomen) Africanorum dedecore notam irrepentem Scipio-
 num nomini. Negotium Sidon. Ep. 6, 3. *conf.* Viplan.
 Dig. 50 t. 16 l. 130.

TESTAMENTARIUS, i. m. [*φιδιουργός*] Qui testamenta fal- 20
 sa conficit et supponit. Cic. Off. 3, 73 c. 18 Neque enim de sicariis, ve-
 neficis, testamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco differendum
 est. *Vid.* Idem pro Sext. 39 c. 17. Testamentarius, *item* [*διαθη-*
κόγραφος] Notarius, Confector et scriptor testamentorum. Callistratus
 ad legem Corneliam de falsis, l. Diuus. Si quis duobus heredibus in- 25
 stitutis adiecerit, ut si alter heres sine liberis decessisset, ei qui super-
 esset, et liberos haberet hereditas redderetur, vel si sine liberis vter-
 que decessisset, ut hereditas deinde alia manu scriptori testamenti re-
 stitueretur, placet testamentario poenam legis Corneliae remitti. *Ibid.*
 Paullus l. Impuberem, Si testamentarius seruo suo fidelcommisariam 30
 libertatem dederit, videamus ne id extra poenam sit. *Vid.* Dig. 48 t.
 30 l. 15 §. 6. 46 t. 3 l. 14 §. 5. l. 6 §. 1 ff. de hered. instit.

TESTIFICOR, ari. [*διαμαρτυρέω*] Testari, q. d. testes facere,
 qui audiunt et vident. Cic. Tusc. 4, 55 Nos autem, ut testificor
 saepe, de sapiente quaerimus. Testificor me a te rogatum Idem 35
 in Orat. 35. Testificor me expertem belli fuisse Idem Att. 8, 9.
 Testificari sententiam suam Idem Att. 8, 1. Testificari aliquid
 cum summa hominum frequentia Idem Verr. 5, 17. Cic. Att. 10, 9
 Nam Deos hominesque, amicitiamque nostram testificor, me tibi praedi-
 dixisse, neque temere monuisse. *conf.* Tac. A. 11, 16, 5. 13, 11, 2. 14, 40
 12, 5. Colum. 1, 4. Lactant. 4, 14.

TESTIFICANS, antis. Part. Haud desuere vi acturos testificantes
 Tac. A. 12, 7, 1. *add.* 16, 12, 2.

TESTIFICATUS, a, um. Partic. [*μαμαρτυρημένος*] Cic. Att.
 1, 14 (12) Illud inest tamen commodi, quod et mihi et caeteris ami- 45
 cis tuis nota fuit, et abs te aliquando testificata tua voluntas omitten-
 dae provinciae. Lingua testificata deam; Quae deam iuravit Ouid.
 Epist. 21, 134. Edicto testificatus, fore etc. Tac. A. 15, 36, 2.
 Statim testificati discederent Cic. pro Caecin. 45. *Pass.* Ouid. Fast.
 4, 326 Mira, sed et scena testificata loquor, i. a multitudine spectatorum. 50

TESTIFICATIO, ōnis. f. [*διαμαρτυρήσις*] Testatio. Cic.
 de Clar. Orat. 176 Quin etiam memini, quum accusatione sua Quinto
 Gallio crimini dedisset, sibi eum venenum parauisse, idque a se esse de-
 prehensum, seseque chirographa, testificationes, indicia, quaestiones,
 manifestam rem, deferre diceret. Idem Fam. 1, 1 Cum summa testi- 55
 ficatione tuorum in se officiorum. *add.* Tertull. de Idolol. c. 21. Ar-
 nob. 1 p. 40.

TESTV. n. Indecl. *conf.* tamen TESTVM et TESTVS. [*κλι-*
κωνος] pro Testa posuit Varro de L. L. 4, 22. Charisius 1 p. 23 pr. Sunt
 quaedam nomina tantum monoptota, ut genu, testu ὄσρανον. Sed Vir- 60
 gilius haec testa in Georg. Rursus libro eodem p. 49 v litera neutra
 tantum terminantur, et fere haec, veru, gelu, genu, cornu, tonitru, et
 quidam volunt testu, quod e numero horum separandum est, quod au-
 ctiores testam potius dixerunt, ut Virg. (Georg. 1, 392) Testa quum ar-
 dente viderent Scintillare oleum. et Hor. Carm. 3, 14, 20 Spartacum 65
 si qua potuit vagantem Fallere testa. Alii separantes, amphorae
 quidem testam dicunt, testudinis vero testu, sed frustra: nam Graeci
 ὄσρανον sine distinctione dicunt, tam amphorae, quam testudinis.
 Idem p. 118 Testu, ut genu, Flavius Caper veteres ait dicere solitos.
 Mummius in Atellana, Iunius ad spectacula est videre in testu, quan- 70
 tum sit caput. Afranius, Indignum vero dici solet testu. At Maro tes-
 tam dixit. Haec Charisius. Ouid. Fast. 2, 645 Ara sit hic, ignem cur-
 to fert rustica testu. Sic legitur in codice manuscripto. Et Fast. 5, 510
 Stant calices, minor inde fabas, olus alter habebant, Et fumant testu
 pressius vterque suo. *Vid.* Heins. ad Ouid. Fast. 2, 645. *add.* 75
 Cato R. R. c. 75.

TESTVATIVUS, vel TESTVACEVS, a, um. Adj. Varro de
 L. L. 4, 22 Quod in testu calido coquebatur. Panes testuacei, κλιβα-
 νίται Gloss.

TESTVDO, inis. f. [*χελών*] Animal amphibium tardigradum, sic 80
 dictum, ut ait Varro L. L. 4, 13 p. 21, 34 quod testa tegatur. Mascula
 testudo Scribon. 16. Marinae testudinis sanguis aridus 177. *conf.*
 Plin. 32, 2 et 4. Testudo palustris Pall. 1, 35. In testudinis corio
 siccare femina Pallad. 1, 35, 5. Plin. 9, 10 Dentes non sunt testu-
 dini, sed rostri margines acuti, superna parte inferiorem claudente, 85
 pyxidum modo. In mari conchyllis viuunt, tanta oris duritia, ut la-
 pides comminuant. In terram egressae, in herbis pariunt oua, auium
 ovis similia ad ducenta numero. Eaque defossa extra aquas et coo-
 perta terra, ac pauca corpore, et complanata, incubant noctibus.
 educant foetus annuo spatio. Testudinem, ubi collecta in suum 90
 gimen est, tutam ad omnes ictus video esse Liu. 36, 32. *Vid.* Cic. de
 Nat. Deor. 2, 125 c. 48. et 129 c. 52. *it.* de Divin. 2 c. 64. Colum.
 6, 5.

¶ 2 Testa qua tegitur animal, polita et culta ad usum lautiorum
 hominum. Celsus l. Labeo. D. de supellect. leg. Nam fictili, aut
 lignea, aut vitrea, aut aerea denique supellectili utebantur: nunc ex 95
 ebore atque testudine et argento, iam ex auro etiam atque gemmis
 supellectili vtuntur. Virg. Georg. 2, 463 Nec varios inhiant pul-
 chra testudine postes, Ouid. Met. 2, 737 Pars secreta domus ebo-
 re et testudine cultos Tres habuit thalamos. In lectorum ornatu
 adhibebatur. Iuuenal. 11, 92 Nemo apud antiquos inter curas et se- 100
 ria duxit habendum Qualis in Oceani fluctu testudo nataret, Clarum
 Troiugenis factura ac nobile fulcrum. Tib. 3, 4, 37 Artis opus ra-
 rae, fulgens testudine et auro. *Vid.* Brouckb. ¶ 3 Te-
 studo, Pars citharae caua illa. Nempe testae testudinis pellem bubulam in-
 tendis inuentor Mercurius, et cornua bubula accommodauit, quae iugo 105

coniunxit, a quo chordarum fila tenderet. Cic. de Divinat. 2, 133
 c. 64 Nam Pacuvianus Amphio,
 Quadrupes tardigrada, agrestis, humilis, aspera,
 Capite breui, ceruice anguina, adpectu truci,
 Euiscerata, inanima, cum animati sono,
 cum dixisset obscurius, tum Amici respondent, Non intelligimus, nisi
 aperte dixeris. At ille vno verbo, Testudo. Non potueras hoc igitur
 a principio, Citharista, (sic Amphionem alloquuntur) dicere?
 unde simul discimus, Chelyos, Citharae, Lyrae, Testudinis nomina pro-
 miscue usurpari: cum hic Citharista sit, qui testudineum tractat etc.
 Testudineam lyram statim videbimus. Cic. de Nat. Deor. 2, 144
 Quocirca et in fidibus testudine resonatur, aut cornu: et ex tortuosis
 locis et inclusis soni referuntur ampliores. Ipse caua solans aegrum
 testudine anorem Virg. Georg. 4, 464. Blanda testudo Claud.
 Conf. Mall. Theod. 252. Callida testudo resonare septem nervis
 Hor. Carm. 3, 11, 3. Caua testudo Hor. Epod. 14, 11. conf. Id. Art.
 Poët. v. 395. ¶ 4 Martial. 13, 86 Iste licet digitos testu-
 dine pungat acuta, Cortice deposito mollis echinus erit. Testudine:
 quia in orbem voluitur echinus. Acuta: quia spinas habet pro pilis.
 ¶ 5 Testudo, Machina bellica. Erat autem fabrica tabulis contexta,
 et coriis Ciliciis aut centonibus, et aliis, quae difficulter comburi possunt,
 contexta. Haec intrinsecus habebat orietes, falces, musculos muris euer-
 tendis aptos, tegebat eos, qui cuniculos agere inciperent, verbo accessum
 ad hostes tegebat. Nomen non a tecto modo meruisse videtur, sed ab orie-
 tibus, terebris et machinationibus id genus, quae velut caput testudinis
 nunc protruderentur, nunc celeriter reducerentur. Vid. Lips. Pollorcet.
 1, 8. Sil. 1, 365 Tandem condensis aëtae testudinis armis, etc. Caes.
 Bell. Gall. 5, 41 Reliquisque diebus turres ad altitudinem valli, falces,
 testudinesque, quas iidem captiui docuerant, parare ac facere coepe-
 runt. Virg. Aen. 2, 441 Obsessumque aëta testudine limen.
 Lucan. 3, 474 Vt tamen hostilis densa testudine muros Tecta subit
 virtus, etc. Stat. Theb. 10, 525 Scrutanturque cauas caeca testudine
 turres. add. Virg. Aen. 9, 504. Hinc Testudo, interdum dicebatur
 Quam faciebat exercitus se tegumentis scutorum undique operiens, ut te-
 studo sua obducta est testa, eaque specie referebat tectum aedificiorum. Sic
 autem se operiebant crate perpetua chypeorum aduersus sagittas, et aduersus
 omnia missilia superne cadentia, cum urbem oppugnabant. Caes.
 Bell. Gall. 2, 6 Testudine facta portis succedunt. Liu. 44, 9 Quum
 alios decursus edidissent motus: quadrato agmine facto, scutis super
 capita densatis, stantibus primis, secundis summillioribus, tertiis magis
 et quartis, postremis etiam genu nixis, fastigiatam sicut tecta aedi-
 ficiorum sunt, testudinem faciebant. conf. Id. 34, 39. Caes. B. G. 2, 4.
 Tac. H. 3, 27, 4. Lips. Pollorc. 5, 1. ¶ 6 Testudines,
 [ἀψιδωτός, δόλοι, σοαί] ut describit Non. 1, 286 Loca dicuntur in aedificiis
 camerata ad similitudinem aquatilium testudinum, quae duris tergo-
 ribus sunt et incuruis. Laudat auctoritatem Sisennae, et Virg.
 Aen. 1, 509 Tum foribus diuae, media testudine templi. Varro
 de R. R. 3, 5, 1 Igitur testudo (ut peristylum tectum tegulis, aut rete)
 fit magna, in qua millia aliquot turdorum ac merularum includere
 possint. Hanc testudineum explicare forma depicta studuimus post alios,
 adh. c. conf. Vitruu. 7, 3 et 30, Varro L. L. 4, 33. Sedul. in Ioh. 4, 8. ¶ 7
 Ratio quaedam ornatus muliebris in coma struenda: et alliganda. Ouid.
 A. A. 3, 147 Hanc placet ornari testudine Cylenea, Sustineat similes
 fluctibus illa sinus.

TESTVDINĀTVS, aut
 TESTVDINEĀTVS, a, um. Adi. [ἀψιδωτός] Quod conca-
 uum et incuruum est, testudinis more. Aedificium testudinatum Vitruv.
 6, 1. Tectum Columel. 12, 15. Conf. Vitruv. 2, 1.
 TESTVDINEVS, a, um. Adi. [καμαρωτός] Testudine cultum,
 inductum. Testudineum Hexaclinum Martial. 9, 60. lectus sex con-
 uuias capiens laminis testudineis cultus. Testudineus gradus, i.
 Tardus Plaut. Amphit. 4, 3, 53. et Auf. 1, 1, 10. Aut testudineae
 carmen inermis lyrae Propert. 4, 6, 52. Plin. 33, 11 Repositoria testudi-
 nea. Add. Solin. c. 56.
 TESTVDINO, are. Qua cauis exosum pumex testudinat
 antrum Politian.
 TESTVLA, vid. TESTA.
 TESTVM, s. TEXTVM, i. n. quod quibusdam librariis placuit,
 [κλίβανος] Furnus. Plin. 32, 7 Sub aereo testo. Plin. 32, 7 f.
 26 Ranarum corda in olei veteris sextario sub aereo testo discoxere.
 Sic libri omnes typis expressi: unus MS. ap. Hard. aerea testa. Sed et-
 iam Isid. 20, 2 Panis Clibanitius explicatur in testa coctus. Add. Id.
 30, 13. Non. 3, 253. Catoni videtur operculum esse quod imponitur
 v. g. placenta in foco vel catino iacenti, et supra prunis operitur, ut
 nempe superius etiam crustam placenta accipiat. Sic enim in R. R. 84, 85
 Catinum testo operito. Et deinde; Sub testum subde. conf. c. 74 et
 76, 4 c. not. Gesn. ¶ 2 Pro figlino opere siue testa Sulp.
 Seu. Hist. S. 2, 2, 5 de Nebucadnezaris statua, Sed ferrum atque testum
 inter se confusum coire non poterat. Testum ignis plenum Pe-
 tron. c. 136. add. Id. c. 33 c. not. Gonsal.
 TESTVS, sive m. pro Testa. Sed in Ablatio solo usurpatur; et ad
 Testu, n. indecl. referri potest. Vid. TESTV.
 TESTVACEVS, Adi. vid. TESTV.

T E T

TETANVS, i. m. [τῆτανός] Morbus, quo muscoli, qui secundum
 spinam sunt, rigent ita, ut se inflectere non possint. Locum Celsi de tri-
 bus eius generibus, damus in OPISTHOTONOS. Add. Cels. 2, 1
 et Plin. 23, 1. et 32, 8. Cael. Aurel. 3, 6.
 TETANICVS, a, um. [τῆτανικός] Qui Tetano laborat. Plin.
 23, 7 Datur tetanicis et spasticis. Scribonius Largus 101 Facit et hoc
 medicamentum ad eos, quorum muscoli maxillares cum maximo do-
 lore tensi sunt; adeo ut aperire os nullo modo possint. Tetanon hoc
 vitium Graeci dicunt. Tetanici Scribon. 170.
 TETANŌTHRA, oruſa. n. Pl. dicuntur, Quae vim habent eru-
 gandi et leuigandi cutem, tentipellia. Plin. 32, 7 f. 24 de ichthyocolla,
 Vitalem eam in capitis doloribus affirmant, et tetanothis.
 TETARTAEVS, a, um. Adi. [τεταρταίος] Quartanus, et est
 epitheton febrium. Laudatur etiam Columel. 3, 20, 3 Quod deinde pro-
 ximum a primo, tum quod est tertiae notae vel quartae, quodque eate-
 nus velut lectarum quoddam contenti finis tetartaeo. de generibus
 vitium. Sed merito praefertur altera lectio, Tetradio: Nam Tetra-
 dium quaternio est.

TETARTEMORION, (TETARTEMORIA, ae. f. Mart. Ca-
 pella 9 p. 315.) [τεταρτημόριον] Quadrantem significat. Hygin. de
 Limitib.

Limitib. p. 173 Cum sol orbem medium conscendit (*in aequatore est*) umbras omnium rerum in hoc nostro tetartemorio meridiano axi facit ordinatas. Mox aperte quartam partem vocat. Sed etiam hac divisione utuntur Genethliaci. Plin. 7, 49 Durat et ea ratio, quam Ptolemaeus ac Necepsos tradiderunt, et tetartemorion appellant, a trium signorum portione, qua posse in Italiae tractu CXXVI annos vitae contingere apparet. Vide haec declarantem Scalig. ad Manil. 2 p. 263. Caeterum relatus hic est locus ex Budaeo de Assē 1 p. 10 sq. quem relinquitur, cum de re alioqui merito suo obsoleta agat, et bonam partem nomenclaturae illius complectatur. Est, inquit, Tetartemorion Graece, qui Latine Quadrans dicitur, id est, quarta pars signiferi circuli, hoc est tria signa. Ad cuius rei intelligentiam sciendum, quod numerus duodenarius et Astronomicis et Genethliacis familiaris et accommodatus est: unde et adspetus quadrantales obseruant, et trientales, sextantesque. hos duos extremos trinos et sextiles vulgo vocant. Quadrantalē adspetus, qui quadrans etiam appellatur, fit per trium signorum interstitium, et gradus nonaginta: ob id nonagenarius appellatur. Plin. 2, 15 Martis stella, ut propior, etiam ex quadrato sentit radios ab nonaginta partibus: unde etiam nomen accepit is motus, primus et secundus nonagenarius dicitur ab utroque exortu. Trientalis est adspetus, qui in quatuor fit signis, hoc est in tertia parte signiferi, quae constant centum et viginti gradibus. Hunc triquetrum Plinius vocat. Sextans autem fit in sexta parte signiferi, hoc est sexaginta gradibus, et signis duobus: ob id sexagenarius dicitur. Semillis adspetus est, qui fit per diametrum, id est, per lineam circuli dimetientem. Hanc radiationem Mathematici, id est Chaldaei, minacem malignamque esse dicunt. Haec fit a signo uno ad aliud signum, quod ab eo ordine sit septimum: ut ab ariete ad libram. Triquetrus adspetus, id est trigonus, qui trientem signiferi capit, quinto signo fit: ut (verbi gratia) in duobus signis, quae tantum inter se distent, quantum aries et leo. Huiusmodi radiatio laeta felixque esse dicitur. Tetragonus, id est quadratus, fit in quarto ab eo, a quo inchoatur signo, id est ab horoscopo, ut ab leone in scorpium. Hanc radiationem tristem putant. Hexagona est quam sextantem diximus, quae fit in tertio signo, eadem benignitate cum trigono praedita. Propterea Plin. 2, 17 de sexagenario adspetu loquens, Hic numerus, inquit, sexangulas mundi efficit formas. Antedictis quatuor, Genethliaci etiam cardines quatuor addunt, ortum scilicet et occasum, et meturanium, quod et mesiranema dicitur, (vocabulum ubique in Firmico deprauatum) hoc est locus medii caeli, et huic appositum locum quod Hypogeon dicitur, hoc est punctum subterraneum inter ortum occasumque medium. Ut autem as ipse Mathematicus impleatur, et omnes suas partes habeat, addunt et alia quatuor loca, quae pigra delectaque esse dicunt: quod nullo ferme radiationis foedere cum ortu, id est cum horoscopo, coniungantur. Haec sunt in secundo, sexto, octavo et duodecimo ab horoscopo signo. Horoscopus est ea pars caeli, quae geniturae tempore ab orientali parte caeli emergit in hemisphaerium nostrum, et ortus appellatur: quam ex Cicerone natalem horam et natalitiam appellare possumus: ex cuius obseruatione natalitia praedicta fiunt, ut ipse loquitur de Diuinatione 2, 91 Possumus etiam Exortiuam horam vocare. Graeci horoscopum ab horae natalis notatione appellauerunt. Huic pars per diametrum opposita in septimo (ut diximus) signo in occidua caeli parte, occasus appellatur. Ea autem pars caeli, quae triginta partibus ab horoscopo distat, in secundo signo existens ab eo, in qua horoscopus inchoatur, Anaphora appellatur, et interdum Epanaphora, quasi pars iam iam emersura. Quae autem pars signiferi totidem partibus in demersu occiduum punctum signiferi praecesserit, quot partibus in emersu anaphora ab horoscopo relinquitur, ea pars caeli a Mathematicis Epicataphora dicitur: quod significat praecipitem locum caeli in octavo ab horoscopo signo. Reliqua duo loca nomina habent Malae fortunae et Cacodaemonis. Haec Budaeus.

TETER, tra, trum. Adi. [βδελυκτός] Quidquid vel externis sensibus valde ingratus est, vel horrorem mouet animo; malum, in quantum ut foedum, horridum, abominabile, despuendum, nostro vel sensui vel cogitationi offertur. Plaut. Most. 3, 1, 28 Nullum edepol hodie genus est hominum tetrius. Omni diritate atque immanitate teterimus Cic. in Vat. c. 3 extr. Absinthia tetra, vid. ABSINTHIVM. 65 Aqua teterrima, quam os et nares respuunt Hor. Serm. 1, 5, 7. Cic. Tusc. 4, 44 c. 20 Ipsam aegritudinem quam nos ut tetram et immanem beluam fugiendam esse diximus, non sine, etc. Bellum teterrimum Idem Fam. 10, 14. Cadauera tetra, Putrida et tabida Lucret. 2, 415. Causa teterrima belli abominabilis Hor. Serm. 1, 3, 70 107. Colores tetri foeda specie, Quos oculus auerfatur Lucret. 2, 421. Comes teterrima mortis, fames Columel. 2, 2. Cic. de Finib. 2, 94 Cui viperino morsu venae viscerum veneno imbutae, Tetros cruciatus cient. ex Poeta. Damnatio tetrrior Tertull. Apol. c. 5. Discordia tetra Hor. Serm. 1, 4, 60. Error teterrimus Prudent. adu. Symmach. 1, 38. Facinus tetrum Sen. Thyest. 8. Cic. Fam. 4, 12 Ita vir clarissimus ab homine teterrimo acerbissima morte est affectus. Vetus codex habet Deterrimo. Idem Fam. 8, 15 Nunc tibi nostri milites, qui durissimis et frigidissimis locis teterrima hieme bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis esse pasti viderentur? Quis tetrrior Hostis huic ciuitati? Cic. pro Cael. c. 6. Libido tetra, Obscena Hor. Serm. 1, 2, 33. Magia tetra et horribilis Apul. Apol. p. 304. Morbus teter Catul. de Lesbia 74, 25. Nox tetra nimborum, Nigra et picea caligo atque densitas nimborum Lucret. 4, 173. Odor teter Columel. 7, 5. Virg. 85 Aen. 3, 228. Ore tetro spirans flammam Lucret. 2, 704. Sanguinis tetri profluuium, Corrupti, purulenti Idem 6, 1203. Sapor teter Idem 6, 21. Sententia tetra Cic. Q. Frat. 2, 5. Spiritus teter, Halius venenosus. Hor. Carm. 3, 11, 19. Tenebrae tetrac Cic. de Lege Agr. 2, 43. Ulcera tetra Lucret. 5, 993. Vultus teter Senum ap. Iuuenal. Sat. 10, 191. Perditorum teterrimus Cic. Tusc. 1, 71. Teter in aliquem Idem Tusc. 1, 96.

TETRV M. Adu. Tetrum flagrat enim vapore crasso conscius horror Prudent. Cath. 4, 22.

TETRE, tetrius, teterrime. Adu. [ἔλαστρον] Cic. de Diuin. 1, 95 60 c. 29 Multaque facere impure ac tetre cum temeritate et impudentia. Idem pro Domo c. 39 extr. Quod seuerē de religione decerneret, impurissime teterrimeque violasti? add. Id. Att. 10, 12. Claud. de Laud. Stil. 2, 135 Blanda quidem vultus, sed qua non tetrius vlla Ultrices fucata genas.

TETRITVDO, inis. f. Acc. Philoct. Quod te obsecro, ne haec asperabilem tetrītudo mea in occulto faxit Nonius 2, 854.

TETRO, āre. Foedare, horridum obscurumque facere. Pacuvius Periboea, Beluarum ac ferarum aduentus ne tettet loca. Nonius 2, 837.

TETHALASSOMENVS, a, um. Vinum tethalassomenum Plin. 14, 8. *i. cui aqua marina permixta est. Mere Graecum est τεθαλασσωμένον.*

TETHEA, ae. f. (*f. Plur. Tethya, orum. n. Purgamenta maris.*) *Piscis marinus.* Plin. 32, 11 (6) *al. Tethya.*

TETHYS, Gen. Tethys et Tethyos. Dat. Tethyi. [*Τηθύς*] *Caeli et Terrae f. Vestae filia, coniunx Neptuni et Nympharum mater. At Ouid. Fast. 5, 82. Titani filiam facit, qui fuit Saturni frater, natu maior. At enim, Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn. Haec ergo minor Tethys fuerit: maior autem filia Caeli et Terrae. Catul. de coma Berenices 65, 70 Me nocte premunt vestigia diuūm (inter sidera versor) Luce autem canae Tethyi restitutor, i. occido, mari mergor. Virg. Georg. 1, 31 Teque sibi generum Tethys emat omnibus vndis. Aequora Tethyos Lucan. 3, 233. Antra sonantia Tethyos Stat. Achil. 1, 541. Ouid. Fast. 2, 191 Canamque petit Saturnia Tethyn. et propter colorem spumosi maris et quod antiquissima Dea. Grandae-va Tethys Valer. Argon. 2, 36. Reciproca Tethys Sil. 3, 60. Vaga Tethys Lucan. 6, 62.*

TETINI, Tetinerim, Tetinisse: praeterita antiqua et obsoleta pro Tenui, Tenuerim, Tenuisse. Pacuu. Medo, Crede, quorsum iter tetinisse aiunt. Acc. Clytemnest. Vt quae tum absentem rebus dubiis coniugem tetinerit, nunc prodat vltorem. Ex Nonio 2, 238. et Fest.

TETRA, a tettara [*τετράρα*] Attico, quod quatuor significat, in compositis Graecis dictionibus reperitur.

TETRACHORDVM, i. n. Instrumentum quatuor chordarum. Vitruu. 5, 4 Tetrachordorum dispositiones sunt dissimiles. Add. Id. 10, 13. Mart. Capella 2 p. 43. et 9 p. 317. Anni tetrachordum Varro appellauit quatuor anni tempora: vid. Non. 2, 22. Turneb. 29, 3.

TETRACOLOS. [*τετρακόλος*] Quatuor membrorum epitheton stropharum, periodarum, cum illae quatuor versus, hae tot membra s. cola habent. Sunt autem Tetracola, Conuersiones quatuor membris comprehensae, vt Tricola tribus: quae tum sunt elegantissima, cum paria paribus relata habent. Senec. Controu. 4, 25 Et illud tetracolo: seruiebat forum cubiculo, praetor meretrici, carcer conuiuio, dies nocti. Iterum Contr. 5 Praef. Hanc ideo sententiam retuli, quia et in tricolis, et in omnibus huius generis sententiis, curamus vt numerus constet, non curamus vt sensus. Idem Contr. 5 pr. Nulli non post primum tetracolum praefereudus. Add. Sen. Excerpt. Contr. 9, 2.

TETRADORON. [*τετραδωρον*] Quatuor palmorum. Plin. 35, 14. Vitruu. 2, 2 Ita quod est quoquoque quinque palmorum, pentadoron, quod quatuor, tetradoron dicitur.

TETRADRACHMA, ae. f. vel **TETRADRACHMVM**, i. n. [*τετραδράχμων*] Numus quaternas valens drachmas. Liu. 34, 5 Ad hoc clypei argentei decem, signati argenti octaginta quatuor millia fuere Atticorum, tetradrachmam vocant, trium fere denariorum in singulis argenti est pondus. Idem 37, 46 Praelata sunt in eo triumpho signa militaria ducenta triginta: et argenti infecti tria millia pondus, signati tetradrachmum Atticum centum tredecim millia. Cic. Fam. 12, 13 Nam iam ternis tetradrachmis triticum apud Dolabellam est, nisi quid nauibus Laodicenorum supportarit, cito fame pereat necesse est.

TETRAGNATHVS, i. m. Aranei genus. Plin. 29, 4.

TETRAGONVS, i. m. siue **TETRAGONVM**, i. n. [*τετραγώνος*] Quadrangulare, siue quadratum. Auson. Ecl. 2, 42 Penultimam corripit, Tetragono absoluet dubiarum vincula morarum. De eius licentia, vid. Scal. Lect. Auson. 2, 21. conf. Sidon. Ep. 8, 11. Frontin. de Colon. Mart. Capella 6 p. 229.

TETRAGONVS, a, um.

TETRAGRAMMATON, i. n. [*τετραγράμματον*] Quatuor literarum, vt Nomen tetragrammaton apud Hebraeos est nomen Dei, יהוה vid. Hieron. in lib. Reg. Praef.

TETRAMETER, tri. m. Versus dicitur tetrameter, qui quatuor habet mensuras, hoc est pedes octo. Vnde et Octonarius dicitur ab Latinis, et Quadratus, et longissimus. Haec ratio in Iambicis et Trochaicis versibus dimetiendis per dimodias i. metra. Vid. METRVM. Sed Tetrameter Heroicus ex inferiore parte Hexametri apud Diomed. 3 p. 506 extr. est, Fulmina nubibus obuia torques. Sic etiam Ter. Maurus p. 2430 pr.

TETRANS, f. **TETRAS**, antis. m. Vox hybrida, Quadrans, quarta pars. Vitruu. 10, 11 In capitibus circino diuiduntur circinationes eorum tetrantibus in partes quatuor, vel octantibus in partes octo ductis lineis: etc. In tetrantes et octantes dicuntur diuidi circinationes, siue rotundationes, quum in partes quatuor, aut octo diuiduntur, ductis a centro ad circumferentiam comparibus lineis, vt aequalia relinquuntur spatia. Tetrantorum, pro tetrantium Vitr. 4, 3. Hygin.

de Limitib. p. 164 Goeß. In castris groma ponitur in tetrantem, i. ita constituitur, vt ostendat quatuor plagas, ad quas et cardo directus, et transuersus limes dirigi possint, qua ratione tota castra ex centro suo in quatuor partes aequales distribuuntur. Interdum ita loquuntur agrimensores, vt ipsum illud centrum, vel lapidem ibi positum pro signo, Tetrantem appellent, sitque ipsis Tetrans locus ubi se secant duo rigores (i. lineae rectae) decussatim acti. Vid. Goeß. in Indice. ¶ 2 Tetras, ädis

Martian. Cap. 7 p. 239 simpliciter quaternarius est, vt Monas, Dyas, Trias.

TETRAO, onis. f. [*τετράων*] Auis in deliciis habita. Suet. Calig. c. 22 Hostiae erant patrones, tetraones, etc. conf. Plin. 10, 22. Tertull. contra Marc. 1, 13. Casaub. ad Suet. l. c.

TETRAPHARMACON, i. n. [*τετραφάρμακον*] Cibi genus, quod ex quatuor pretiosis opsoniis constabat, phasiano, sumine, perna, et crustulo. ap. Spartian. in Adrian. c. 21. it. in Aelio c. 5. Meminit et Lampr. Alex. Seu. 30. Tetrapharmacum emplastrum Scribon.

211. Cels. 5, 19 Puri autem mouendo non aliud emplastrum melius, quam quod expeditissimum est, tetrapharmacum a Graecis nominatur. Habet pares portiones cerae, picis, resinae, seui taurini: si non est, vitulini. Dicitur et Basilicum emplastrum, teste Galeno 3, 1 de compositione pharmacorum secundum locos. Basilicum quidem, siue regium, quod apud maximos et praestantissimos quosque homines in usu esset. conf. Cels. 5, 15, 9. 5, 28, 4. 6, 3 et 18. Veget. 3, 21.

TETRAPHORVS, i. m. Phalangarii tetraphori Vitr. 10, 8. i. quatuor coniuncti baiuli.

TETRAPLAVIS, is. f. Mart. Capella 9 p. 322. Sed leg. in tetraplasia ratione, vt sunt 12 ad 3.

TETRAPLO, äre. Quadruplico. Mart. Capella 9 p. 322.

TETRAPTOTVM, i. n. [*τετραπτότων*] Nomen dicitur, quod per quatuor Casus variatur: vt Spes, spei, spem, spe. Vid. Diomed. 1 p. 288. Priscian. 6 p. 672. Isidor. 1, 6.

TETRARCHA, ae. m. [*τετραρχης*] primario, Qui partem regni quorsam

quartam obtinet, instituto forte Gallograecorum: quod Romani imitati sunt in maioribus regnis in particulas veluti dispergendis, quo minus formidanda essent. Cum autem satis ea res frequentata esset, poni coepit Tetrarcha pro quouis regulo: unde Hor. Seren. 1, 3, 12 — modo Reges atque Tetrarchas Omnia magna loquens. Lucan. 7, 226

— sicci sed plurima campi Tetrarchae Regesque tenent, magnique tyranni. Tetrarches Hirt. B. Alex. c. 67. Cic. Att. 2, 9 Qui regna, qui praedia tetrarchis, qui immanes pecunias paucis dederunt. Add. Sallust. Catil. c. 20. et Hist. Fragn. c. 29. Hirt. B. Alex. c. 27 seqq.

TETRARCHIA, ae. f. [τετραρχία] Huiusmodi principatus. Cic. de Diuin. 1, 27 Tetrarchiae regno pecuniaque multatus. Idem pro Deiotaro c. ult. Negat vnquam se a te in Deiotari tetrarchia pedem discessisse. add. Sall. Hist. Fragn. c. 27. Hirt. B. Afr. c. 78.

TETRASEMVS, a, um. Quaternarius, quatuor velut punctis, hoc enim σημα s. signum est, constans. Vid. Mart. Capella 9 p. 330 seq.

TETRASTICHON, i. n. [τετραστίχον] Graecis dicitur, quum quatuor versibus sententia, certe strophe in carmine, comprehenditur, ut Distichon, quum duobus. Martial. 7, 14 Quod non infulse scribis tetrasticha quaedam, etc. Epigrammata nec breuius disticha, nec longius tetrasticho finiebantur. Sidon. Epist. 3, 11.

TETRASTVLVS, i. m. Quatuor habens columnas a fronte Vitruv. 3, 2. et 6, 3.

TETRVCVS, i. m. vel TETRICA, ae. f. [Τέτρικος] Mons in Sabinis asper atque arduus. Virg. Aen. 7, 713 Qui Tetricae horrentes rupes, montemque Seuerum, Casperiam colunt. conf. Sil. 8, 419. Voss. Etymol. p. 518. A quo monte

TETRVCVS, a, um. Adj. [τετρικος] Tristis et seuerus. Martial. 6, 10 At quam non tetricus, quam nulla nubilis ira, Quam placido nostras legerat ore preces? Tetrica et tristis Disciplina Sabinorum Liu. 1, 18. Pauonum educatio magis vrbani patris familiae, quam tetrici rustici curam poscit Columel. 8, 11. Lustra tetrica, Seuera, siue horribilia explicat Lactantius apud Stat. Theb. 9, 615. Puellae tetricae Ouid. de Arte Am. 1, 721. Add. Sen. Ep. 36. Varro ap. Non. 2, 865.

TETRICITAS, atis. f. [τετρικωπασμός] Lucan. ad Pison. 91 Talis inest habitus, qualem nec dicere moestum, Nec fluidum, laeta sed tetricitate decorum, Possumus.

TETRINNIO, ire. Auctor. Philomel. 2, 2 In fluuiisque natans forte retrinnit auis.

TETTIGOMĒTRA, ae. f. [τεττιγομήτρα] Cicadarum matrix, ut Ortygometra coturnicum Plin. 11, 26. Nempe Tettix cicada est.

TETTIGONION, i. n. f. TETTIGONIA, ae. f. Parua cicada. Plin. 11, 26.

TETVLI, Praeteritum antiquum pro Tuli. Acc. Andromed. Donec tu auxilium Perseu tetulisti mihi. Vid. Nonium 2, 839.

T E V

TEVCA, ae. f. [Τεύχη] Regina Illyricorum, quae castitate meruit, ut longo tempore vixis fortissimis imperaret, et Romanos saepe frangeret. Haec, ut auctor est Plin. 34, 6 P. Iunium et T. Coruncanum, legatos summa Romanorum iniuria interemit.

TEVCER, vel TEVCRVVS, i. m. [Τεύκρος] Scamandri Cretensis filius, in Troade una cum Dardano genero regnavit, unde Iliensium regum fluxit origo; et a quo Troia vocata est Teucra. Maximus pater Teucrus Virg. Aen. 3, 108. Alter fuit Telamonis filius, ex Hesperia Laomedontis regis filia, et Priami sorore. Is Salamina Cyprae condidit, ut testatur Iustinus 44. Hor. Carm. 4, 9, 17 Primum Teucer tela Cydonio Direxit arcu. Idem Carm. 1, 7, 21 — Teucer Salamina patremque Cum fugeret, etc. Hic ab Homero sagittis peritissime vsus, ut inquit Acron, inducitur.

TEVCER, a, um. Possess. [Τεύκρος] Idem quod Troianus, ut saepe Virgilius. Campi Teucris Stat. Achil. 1, 86.

TEVCRIA, ae. f. [Τευκρία] Troia sic dicta a Teucro. Virg. Aen. 2, 26 Ergo omnis longo soluit se Teucra luctu.

TEVCRIS, idis. f. Teucris filia. Cic. Att. 1, 9 Teucris illa lentum sane negotium. hoc est, ut volunt viri docti, C. Antonius collega meus, olim cum L. Catilina ita coniunctus, ut illi regnum Consul non aliter, quam Teucris filia Dardano, comparare posse crederetur: ita porro libidinosus, ut Teucris potius quam Teucer sit appellandus.

TEVCHITES, is. m. [τευχίτης] Iunci odorati species. Plin. 21, c. 18 Laudatissimus ex Nabathaea iuncus, cognomine Teuchites, proximus Babylonius, pessimus ex Africa, ac sine odore. Est autem rotundus, vinosae mordacitatis ad linguam. Sincerus in confricando odorem rosae emittit, rubentibus fragmentis. Dioscorides τευχίτην appellat feminino genere, respiciens nimirum ad nomen generalius ροίως, quod etiam in feminino genere ab eodem usurpatur.

TEVCRION, vel TEVCRIS. [Τεύκριον] Herba. Teucra legitur etiam a nonnullis ap. Plin. 26, 7. Idem 25, 5 Inuenit et Teucer eadem aetate teucrion, quem quidam hemion vocant, spargentem iuncos tenues, folia parua, asperis locis nascentem, austero sapore, nunquam florentem: Neque semen gignit. Medetur lienibus. Constatque sic inuentam: Quum exta super eam proiecta essent, adhaesisse lienibus, eumque exinanisse. Ob id a quibusdam splenion vocatur. Narrant sues qui radicem eius edunt, sine splene inueniri. Idem 24, 15 Chamaedrys herba est, quae Latine tristago dicitur. Aliqui eam chamaedropem, alii Teucrion appellauerunt. Folia habet magnitudine mentae, colore et diuisura quercus. add. Apul. de herb. c. 24 et 56.

TEVMĒSVS, i. m. [Τευμασσός] Mons Boeotiae, non recte scribitur cum adspiratione.

TEVMĒSVS, a, um. Pro Thebano ponere solet Staius, ut Arva Teumessia Theb. 2, 383. Annis Idem Theb. 9, 462. Cornus i. hasta Idem Theb. 2, 624. Leo ab Hercule interfectus Idem Theb. 4, 86.

TEVTĀTES, ae. m. [Τευτάτης] Lingua Gallia dictus est Mercurius, qui ab illis humano sanguine placabatur. Hunc Plato inuentorem fuisse Geometriae et Astronomiae atque talorum scribit. Lucan. 1, 444 Et quibus immitis placatur sanguine diro Teutates, horrensque ferisque altaribus Hesus. Vid. Lactantium 1, 21 pr.

TEVTHA, [Τεύθη] vid. TEVCA.

TEVTHĀLIS, idos. f. [τευθαλῖς] Herba, quam alii a frequentia genicularum Polygonaton appellant, alii Polygonon Plin. 27, 12.

TEVTHRANIA, ae. f. [Τευθρανία] Plin. 5, 3 Regio est supra Aeolida et partem Troadis in mediterraneo, quam Mysi antiquitus tenuere. Stephanus Teuthraniam a Teuthrante dictam esse censet. Nempe

VOL. IV.

TEVTHRAS, antis. m. [Τειθρας] Rex Mysiae, quem Stephanus et Eustathius patrem Theopii dicunt, filium Pandionis: quorum sententiam Ovidius secutus videtur, quum TEVTHRANTIAM turbam Theopii quinquaginta filias ab Hercule compressas innuit, Epist. 9, 51. Vid. Burm.

5 TEVTHRANTĒVS, a, um. Adi. [Τειθραντιεύς] Ouid. Met. 2, 243 Penesque senex, Teuthranteusque Caycus.

TEVTHRION, i. n. Herba. Plin. 21, 7.

TEVTONI, orum. m. [Τευτόνοι] Qui et Teuthones et Teutonici dicuntur. Plin. 4, 14 Germaniae populi, sic dicti a Teutone Deo, quem terra ortum existimabant. Lucan. 6, 259 Cantaber exiguis aut longis Teutonus armis.

TEVTONICVS, a, um. Adi. [Τευτονικός] Vt, Teutonici capilli, quales Teutones gestare solent, hoc est flauis. Martial. 14, 26.

Propert. 3, 3, 44 Et Teutonicas Roma refringat opes. Furor

15 Teutonicus Lucan. 1, 256. Manubiae Teutonicae Gruter. In-

script. p. 436. n. 3. Vomer Teutonicus Claud. in Eutrop. 1, 406.

TEVTOSAGI, vid. TECTOSAGES.

T E X

20 TEXO, texui vel texi, textum, ère. [ἔφαίνω] Proprie fila sibi decussatim implicare, ut vestis vel pannus, fiat: deinde struere, componere, concinnare, construere. Ter. Heaut. 2, 3, 44 Textentem telam studiose ipsam offendimus. Ouid. Met. 6, 54 in certamine Mineruae et Arach-

25 nes, Et gracili geminas intendunt stamine telas

Tela iugo vincita est: stamen secernit arundo:

Inferitur medium radiis subtemen acutis;

Quod (subtemen) digiti expediunt, atque inter stamina ductum

Percussio feriunt infecti pectine dentes.

30 Sen. Epist. 90 med. Quemadmodum alia torqueantur fila (ad stamen) alia ex molli solutoque ducantur: deinde quemadmodum tela suspensis ponderibus rectum stamen extendat: quemadmodum subtemen in-

sertum, quod duritiam vtriusque comprimentis tramae remolliat, spatha coire cogantur et iungi. Vid. leg. Cogatur: refertur enim ad sub-

35 temen. Caeterum ex his Ovidii ex Senecae locis diligenter consideratis, iisque additis, quae in LICIVM, STAMEN, SVBTEMEN, TRAMA dicimus, spero, lucem addi posse maiorem Texturae veteri, quam est illa, quam accenderunt magna doctrina, successu non usque quaque felici, Cas-

40 jaubonus ad Pers. 6 p. 509 sq. et Salmaf. ad Capitolin. Pertin. 8 p. 545 itemque ad Vopisci Aurel. 46 p. 563 sqq. Nostra lucem accipiant quoque e loco Theophylacti in Iohannem de tunica Christi, quem laudant Cas-

40 jaub. ad Baron. 16, 84 p. 560 et Salmaf. ad Vopisc. l. c. neuter, credo, intellexit. Metaph. Cic. Att. 4, 15 Paullus in medio foro basilicam iam paene texuit iisdem antiquis columnis. Carina textitur suis

45 costis Ouid. Epist. 16, 110. Fiscellam textit hibisco Virg. Ecl. 10, 71. Flores texere Ouid. Met. 10, 123. Horrea floribus de apibus Virg. Georg. 4, 250. Naues Idem Aen. 11, 326. Nauigium texere Plin. 13, 11. Nidos texere Quintil. 2, 16, 16. Se-

pes texendae Virg. Georg. 2, 371. Trabibus Spectacula textis

50 Calpurn. Ecl. 7, 23. Cic. Fam. 2, 15 Sed tamen togam praetextam texti Oppio. Interpretes Texi, Ornauit interpretatur. Vasa ex ferulis Columel. 9, 6. Vestes texere Tibul. 2, 3, 57. add. Ouid. ex

Pont. 1, 3, 30. ¶ 2 Ad multa alia transfertur, ut, Causas texere lethi Propert. 3, 7, 29. Cic. Fam. 9, 21 Epistolas vero quotidianis verbis texere solemus. Orationem Aufon. Prof. v. 12. conf.

55 Brouckbus. ad Tibull. 4, 1, 211. Cic. Q. Frat. 3, 5 Sane texebatur Opus luculente, hominumque dignitas aliquantum orationi ponderis adferebat. Idem Acad. 4, 147 Vt quum plus vno verum esse non possit, iacere necesse sit tot, tam nobiles disciplinas, quam de oculorum sensuumque reliquorum mendaciis, et de sorte, aut pseudomono, quas Plagas ipsi contra se Stoici texuerunt i. retia, quibus ipsi capiuntur. Ea tela textitur, et ea viuendi ratio incitatur in ciuitate, Prouerbialiter a Cicerone dictum, pro, Id iam in ciuitate passim fieri conspicitur. Cic. de Orat. 3, 224 c. 60 Ego vero, inquit Crassus, ac

60 dolco quidem illos viros in eam fraudem in Rep. esse delapsos, quamquam ea tela textitur et ea incitatur in ciuitate ratio viuendi, ac posteritati ostenditur, ut eorum ciuium, quos nostri patres non tulerunt, iam similes habere cupiamus.

65 TEXENS, entis. Part. Aranea texens telam Catull. 69, 49.

70 TEXTVS, a, um. Partic. [ἔφασμένους] Virg. Aen. 2, 186. Adamas textus, vid. ADAMAS. Iter textum caecis parietibus Virg. Aen. 5, 589 de Labyrintho; caeci parietes, qui dignosci non possunt.

TEXTVS, ūs. m. [ἔφασμα] Plin. 9, 35 Alterno textu fulgentibus, toto capite crinibus, etc. Idem 18, 7, 11 Grana in stipula crinito textu spicantur. Viminum textus Tacit. Ann. 2, 14. Metaphor. Textus, pro contextis scriptoris verbis. Ammian. 15, 7

Rem breui textu percurram. Idem 15, 8 Vt ostendit textus superior. Vid. plura ap. Borrich. Vindic. p. 229.

75 TEXTVM, i. n. [πλέγμα] Opus quodcumque texendo factum. Martial. 3, 58 Et dona matrum vimineo ferunt texto. i. corbe. Quintil. 9, 4 Neque illud in Lysia dicendi textum tenue atque rasum laetioribus numeris erat corrupendum. Illustre textum coronae, Corona e lauro contexta Stat. Theb. 6, 366. Mirabile Idem

80 Theb. 10, 56. Purpura nempe mihi, pretiosaque texta dabuntur

85 Ouid. Epist. 17, 223. Calumniae textum Apul. Apol. p. 313. Pinea texta carinae Catul. Argon. 62 l. 10. et 54, 10. Clypei non enarrabile textum Virg. Aen. 8, 625. Vid. Stat. Theb. 7, 652. Thoracum texta Id. ib. 5, 534. De Homini structura usurpatur Prudent. Hymn. Exsequ. v. 16. conf. Solin. c. 8. Lucret. et Acc. ap.

90 Non. 3, 243. Textum esse interdum in libris pro Testo, iam s. l. obseruatum est.

TEXTYLIS, e. Adi. [ἔφαντός] Quod textum est. Cic. Tusc. 5, 61 c. 21 Collocari iussit hominem in aureo lecto strato pulcherrimo, textili stragulo, magnificis operibus picto. Virg. Aen. 3, 485

95 Textilibusque onerat donis. Textilia ferta Martial. 6, 80. Lucret. 5, 1349 Nexilis ante fuit vestis, quam textile tegmen. Auro textili fulgens monile, Auro intertexto Sen. Medea f. 7. Pictura textilis, Quae in tapetis fieri aut tela solet. Cic. Verr. 4, 1 Nego vllam picturam neque in tabulis, neque textilem fuisse, quin quacsi-

100 rit, inspexerit, etc. Pellis textilis Cic. Tusc. 2, 20 c. 8 Tunicam intelligit sanguine Centauri tinctam, quam Deianira Herculi dedit. Umbra palmitis textilis, Quae multis palmitibus intertextis fit Martial. 12, 31. ¶ 2 Substantiue: Liu. 45, 35 Naui regia onerata Macedonicis spoliis, non insignium tantum armorum, sed etiam regionum textilium.

105 Ibid. Tabulae pictae, textilia: tantum argenti, caelati tantum auri, etc.

TEXTOR, ōris. m. [ὑφάντης, ἱσχυρὸς] Qui textit. Cic. pro Planc. 62 c. 25 Si pro fabro, aut pro textore emimus. Iuuen. Sat. 9, 30

— Pingues aliquando lacernas
Munimenta togae, duri, crassique coloris,
Et male percussas textoris pectine Galli.

Textores limbularii apud Plautum in Aul. 3, 5, 45 qui limbos ad vestium ornatum texunt.

TEXTORIVS, a, um. Adi. Sen. Epist. 114 (113) Textorium, inquis, totum me hercule istud est, quod cum maxime agitur, dissilio risu. Opus textorium Columel. 9, 6.

TEXTRIX, icis. f. [ὑφάντρια] Quae textit. Tibul. 2, 1, 65 Atque aliqua assidue textrix operata Mineruam Cantat. Textricum ars inuenta Sen. Ep. 90. add. Apul. Met. 6 p. 180.

TEXTERNA, ae. f. Vestem de texterna emere Apul. Flor. p. 14. Elmenhorst. p. 346 legit textrina: vid. eius Emendd.

TEXTRICŪLA, ae. f. Dimin. Puellae textriculae Arnob. 5 p. 166. TEXTŪRA, ae. f. [ἱσχυρία] Opus textorium, siue Actus ipse textoris vel textricis. Tenuis textura Lucret. 3, 210. Araneorum textura Plaut. Stich. 2, 2, 24. Coae textura Mineruae Propert. 4, 5, 23. Texturae dissimiles inter se Lucret. 6, 776. add. Tertull. de Refurr. c. 34.

TEXTRĪNA, ae. f. [ἱσχυρεῖον] Locus, in quo textitur. Cic. Verr. 4, 58 c. 26 Nulla domus in Sicilia locuples fuit, vbi iste non textrinam instituerit. Al. Textrinum.

2 Textrina, [ὑφάντησις] Ars seu scientia texendi. Plin. 11, 24 Quam non ad hoc videtur pertinere cribratae pexitas telae, et quaedam politura artis ipsa per se tenax ratio textrinae. Vetus exemplar sic habet, Et quadam politurae arte, ipsa per se tenax ratio tramae.

TEXTRINVS, a, um. Textrinae artis magistra Firmic. de Err. Prof. Relig. c. 17.

TEXTRĪNVM, i. n. [ὑφάντησιν] Locus in quo textitur. Cic. Verr. 4, 103 Quod tamen isti textrinum per triennium ad muliebrem vestem conficiendam fuit. Add. Tertull. adu. Gent. c. 1. Sidon. Ep. 2, 2. Item, Ipsa ars. Sueton. de illustr. Gramm. c. 23 Palaemon primo textrinum, deinde literas didicit. Item, Locus in quo na-

ves fiunt Seru. ad Virg. Aen. 11, 326.

TEXTIVILITIVM, vid. TITIVILLITIVM.

T H A

THAIS, idis. f. [Θαῖς] Alexandrina, nobilis meretrix fuit, quae Atticam iuventutem in sui amorem pellexit. Hanc suis carminibus celebravit Menander, comicus Poeta Graecus, unde et Menandrea dicta est. Propert. 2, 6, 3 Turba Menandreae fuerat nec Thaidos olim Tanta, in qua populus lusit Erichthonius.

THALAMEGVS, i. m. [θαλαμηγός] Quasi tu thalamiferam dicas, Navis a Philopatore Aegyptio rege primum fabricata, qua Nilum et Aegypti fossas nauigaret, eo usu, ut intra thalamum in regia sibi esse videretur, magnitudine semistadii, latitudine cubitorum triginta et amplius nec longis navibus nec rotundis omnino similis, prova puppique duplici fundo lato planoque. Strabo 17 Oblectantur, inquit, mirum in modum in scaphis thalamiferis, ἐν σκάφαις θαλαμηγούσι. Sueton. Caes. c. 52 Dilexit maxime Cleopatram, cum qua et conuiuia in primam lucem saepe protraxit, et eadem naue thalamego paene Aethiopia tenuis Aegyptum penetrauit. Vid. Interpp. ad b. 1.

THALAMVS, i. m. [θάλαμος, κενός] Coniugum cubiculum vbi lectus genialis. it. generatim locus, vbi aliquis habitare consuevit. add. Ouid. Met. 3, 738. Plin. 8, 46. Vitruv. 6, 10. Solin. c. 35. conf. Voss. Inst. Orat. 4 p. 225. Virg. Aen. 6, 280 Ferreique Eumenidum thalami. Saepae apud Poetas Coniugium thalami mentione indicatur. Certamen thalami Ouid. Met. 10, 317. quis thalamum puellae ingrediatur, de nuptiis puellae. Confors thalami, Coniux, Vxor vel maritus Ouid. Met. 10, 246. Cultus thalamus ebore et testudine Idem Met. 2, 737. Geniales thalami Claud. in Ruff. 2, 96. Iugales thalami Valer. Argon. 1, 226. Marmoreus thalamus Virg. Aen. 4, 392. Vidui thalami Valer. Argon. 2, 370. Apparare thalamos Senec. Troad. f. 10. Expertem thalami vitam degere, Expertem coniugii Virg. Aen. 4, 550. Felici thalamo dotare aliquam Senec. Troad. f. 10. Virg. Aen. 6, 521 Tum me confectum curis somnoque grauatum Infelix habuit thalamus. Indulgere thalamis Valer. Flacc. Argon. 2, 371. Inire thalamum Ouid. Met. 4, 328. Inuadere thalamum alicuius Virg. Aen. 6, 623. Laedere thalamos stupro Sen. Herc. Fur. 6. Miscere thalamos Sen. Hippol. 12. Petere thalamos Ouid. Met. 6, 700. Tenere thalamos alicuius Senec. Octau. 5. Violare thalamos pudicos Ouid. Amor. 1, 8, 19. Thalami, pro Al-

veis apum Virg. Georg. 4, 189 Post, vbi iam thalamis se composuere, filetur In noctem.

THALASSAEGLE, es. f. Vt si splendorem maris dicas, θαλασσα enim mare est, αἰγλή splendor. Herba circa Indum fluiuium nascens Plin. 24, 17.

THALASSIA, ōrum. n. Pl. Loca maritima. Sidon. Epist. 1, 5.

THALASSICVS, a, um. Adi. [θαλασσικός] Marinus. Plaut. Mil. 4, 6, 67 Nescio quis tecum incedit ornatu thalassico. Idem Milit. 4, 4, 43 Palliolum habeas ferrugineum: nam is color est thalassicus.

THALASSINVS, a, um. [θαλασσινός] Idem. Vt, Vestis thalassina Lucret. 4, 1120. h. e. Veneti coloris et marini.

THALASSIO, vel, quod magis placet viris doctis, TALASIO, ōnis. m. [θαλάσιος] Carmen nuptiale, ita dictum a voce, quam in nuptiis efferebant, quae erat thalassus. Liu. 1, 9 vbi de raptu Sabinarum, Signoque dato iuuentus Romana ad rapiendas virgines discurret: magna pars forte, vt in quem quaeque inciderat, raptas quasdam forma excellentes primoribus Patrum destinatas, ex plebe homines, quibus datum negotium erat, domos deferebant. Vnam longe ante alias specie ac pulchritudine insignem a globo Thalassii cuiusdam raptam ferunt: multisque sciscitantibus cuiam eam ferrent, identidem, ne quis violaret; Thalassio ferri clamitatum, inde nuptialem hanc vocem factam. Varro apud Festum Paulli scribit Talasionem in nuptiis signum esse lanificii. Talasionem enim vocabant quasillum vas lanificii aptum. Sed Fragm. Festi θαλάσιον id est quasillum solitum appellari talasionem. Plutarchus, hanc in nuptiis vocem primo habitam fuisse affirmat, quod Graeci θαλάσιον lanificium vocant, ea ratione, vt prouocarentur virgines ad opera, et potissimum ad lanificium. Catull. Epithal. Iuliae f. 62, 132 — satis diu Lusisti nucibus, lubet iam seruire Thalassio. h. e. Nuptiis, matrimonio. Declinatur hic Thalassius, Talassii, Verum Martialis. 1, 36 Quid si me iubeas Thalasionem Verbis dicere non Thalasionis, h. e. Scribere, vel cantare epithalamium. Add. Id. 3, 92. Dicitur et

80

85

90

95

100

105

THALASSVS, i. m. *Idem* Martial. 12, 42.

Barbatus rigido nupsit Callistratus Afro

Hac qua lege viro nubere virgo solet.

Praeluxere faces: velarunt flammae vultus:

Nec tua defuerunt verba, thalasse, tibi.

Dos etiam dicta est. Nondum tibi Roma videtur.

Esse sat? exspectas numquid et vt pariat?

*Est igitur Thalassius quoque Nuptiarum deus, qualis apud Graecos Hy-
menaeus, et Carmen nuptiale.*

10 THALASSOMĒLI. Indecl. [*Θαλασσόμελι*] Unguentum quod fit
aequis portionibus aquae maris, mellis imbris, ficilique vase depicato
conditur Plin. 31, 6. *Diosc.* 5, 12. *Seren.* v. 534.

THALASSITES, ae. m. *Vinum*, ap. Plin. 14, 8 quod fit valis mu-
ffi deiectis in mare, quo genere praecox fit vetustas.

15 THALASSIVS, THALASSVS, vid. THALASSIO.

THALES, etis. m. [*Θαλῆς*] Milesius, vnus e septem et primus inter
Graecos, cuius in Prouerbiu abijt, vel Antonomasiu, sapientia. Nos
missis reliquis modo damus, ex Ausonii Sapientibus Thaletis praecepta:

Turpe quid aufurus, te sine teste time.

Vita perit, mortis gloria non moritur.

Quod fracturus eris, dicere sustuleris.

CruX est, si metuas, vincere quod nequeas.

Cum vere obiurgas, sic inimice iuuas.

Quum falso laudas, tunc et amice noces.

Nil nimium satis est, ne fit et hoc nimium.

25 Cic. de N. D. 1, 91 c. 33 Enumerasti — vsque a Thale Mileseo de
natura deorum philosophorum sententias.

THALETICVS, a, um. Sidon. Carm. 2, 89 Quartus Anaxago-
ras Thaletica dogmata seruat.

30 THALESTRIA, f. THALESTRIS. [*Θαληστρία*] Regina Amazo-
num, quam alii Mintheam vocant. Haec cum trecentis mulieribus oc-
currit, trigintaquinque dierum inter confertissimas gentes itinere facto, A-
lexandro in Hyrcania res gerenti, vt liberos ex rege susciperet: et vt visa
est uterum implese discessit. Strab. 11, Curt. 6, 5 qui Thale-
35 strim vocat.

THALIA, ae. f. *Vna est e musis.* *Θάλεια, a Θάλλω* germino vel vireo:
quoniam in longum tempus Poetarum laus parta virescat, vid. MUSAEE.
Arguta Thalia Hor. Carm. 3, 6, 25. Lasciuia Thalia Stat. Silu. 2,
1, 116. ¶ 2 Nympha, Virg. Georg. 4, 338. ¶ 3

40 Herba ap. Apul. de Herb. c. 74.

THALIARCHVS, i. m. Magister quidam, et dominus conuiuij, qui
et Symposiarchus vocabatur. Nam Thalia, Conuiuium etiam Graecis si-
gnificat. Turneb. Aduers. 11, 28. ad Hor. Carm. 1, 9. ad Thaliarchum
et v. 8 Deprome quadrimum Sabina, O Thaliarche, merum diota.

45 THALICTRVM, i. n. [*Θαλικτρον*] Dioscoridi, Herba folia coriandri
habens, pinguiora paullo, caulem papaueris. Plin. 27, 13.

THALLVS, i. m. Virg. in Ciri v. 376 Pergit Amyclaeo spar-
gens altaria thallo. i. Oliuae ramo. Conf. Alcim. Auit. 3, 328.

50 ¶ 2 Thalli, *θάλλοι* dicuntur in porris et cepis et aliis Medij stipites,
a verbo Graeco *θάλλειν*, id est virescere. Vnde et pro Germine arborum
ponitur. Columel. 11, 3, 58 Thalli cepearum ventis prostermentur, to-
tumque semen excutietur. Conf. Pall. Feb. 24, 4 ubi etiam Caules vo-
cantur, vid. FVSTICVLVS. Add. *Salmas.* ad Solin. p. 823.

THAMNVS, i. m. [*θάμνος, ἄθος* Gloss. Lat. Gr.] Add. Col. 12,
55 7, 1 in herbis, quas condiri iubet. Al. Rhanius.

THAMYRAS, ae. m. [*Θαμύρας*] Thrax Poeta, i. Thessalus ex Oechalia,
confusus apud vetustissimas Thraciae, Macedoniae, Thessaliae, terminis. Vid.
Jf. Voss. ad Melae 2, 3 p. 455 cuius fabulam exponunt Schol. ad Homerū
Il. B. 595. Graecos alios diligenter composuit Barth. ad Stat. Theb. 4,
60 181. Breuiter Philammonis et Argiopae nymphae filius primus turpem pue-
rorum amorem instituit; deinde certamen canendi deferre Musis ausus est
ea lege, vt victor omnium illarum concubitu potiretur, victus pateretur
quod placeret ipsis supplicium. Victrices Musae oculis, et cantu et men-
te ipsum priuarunt. Stat. Theb. 4, 182 Hic, fretus doctas anteire ca-
nendo Aonidas, multos Thamyris damnatus in annos, Ore simul citha-
raque (quis obuia numina temnat?) Conticuit praeceps. Prop. 2, 18,

65 19 Me licet et Thamyrae cantoris facta sequantur; Nunquam ad for-
mosas, inuide, caecus ero: Hygin. Poet. Astron. 2, 6 de Jidere Engona-
sin, Alii Thamyria a Musis excaecatam, vt supplicem ad genua iacen-
tem dicunt. Ouid. de Arte Am. 3, 399 Tu licet et Thamyram su-
peres, atque Orpheia cantu. Thamyras, Aruspex quidam, cuius
meminit Tacit. Hist. 2, 3.

70 THAPSVS, i. f. [*Θάψος*] Peninsula Siciliae, versus Syracusas, plana, et
quam minimum e mari eminens, adeo vt undis mersa videatur. Vnde et
75 Thapsus dicta est *ἀπὸ τῆς θάπτειν*, quod in mari quodammodo sepulta vi-
deatur. Virg. Aen. 3, 689 — Thapsumque iacentem. Scribitur et
Tapfus. Thapsus etiam Africae ciuitas, vt ait Plin. 5, 4. Vid. et
Dion. lib. 43.

75 THAPSIAM, ae. f. [*Θάψια*] Frutex de quo Plin. 13, 22 Semen ferulae
Thapsiam quidam vocauerunt, decepti eo, quoniam ferula sine dubio est
Thapsia, sed sui generis, folijs eniculi, inani caule, nec excedente bac-
culi longitudinem; semen quasi ferulae, radix candida, incisa lacte ma-
nat, et contusa succo, nec corticem abdicant. Omnia ea venena: quip-
pe etiam fodientibus nocet, etc. Sunt enim pluscula etiam de succo, et ex
85 eo remedijs. Add. 19, 9. et 26, 4. Cels. 5, 18. et 6, 4. Pallad. 1, 37.
Vid. Plin. 13, 21.

85 THAVS, i. f. [*Θάυος*] Oppidi nomen, teste Herodoto lib. 2. Quin etiam
in Thasum profectus sum, ubi inueni templum a Phoenicibus conditum,
qui ad inuestigandum Europam nauigantes, Thasum condiderunt, etc. Ali-
90 oquin est Insula in Aegaeo mari prope Thraciam vino suo Colum. 3, 2, 24
et nuce optima, cuius Varro meminit . . . celebris. Vini etiam Plin.
14, 7. Nemorosa Thasos Stat. Theb. 5, 182.

THASIVS, a, um. Adi. Lyfandri in Thasum et Thasios crude-
litas excidit ex libri Nepotis c. 2. Nux Thasia, quae et Graeca di-
95 citur et Amygdala Macrob. Saturn. 2, 14. Vites Thasiae Virg.
Georg. 2, 91.

THAVMACIA, ae. f. [*Θαυμακία*] Magnesia oppidum, ita dictum a
Thaumaca Poeantis patre: cuius meminit Plin. 4, 9. Stephanus Thau-
maciam alteram collocat ad sinum Maleacum.

100 THAVMANTIAS, adis. f. [*Θαυμαντιάς*] Dicitur Iris, filia Thau-
mantis et Electrae filiae Oceani, nuntia deorum in rebus malis, vt Mer-
curius, in bonis. Caeterum et ex admiratione hoc nomen accepit, quae
admiratione de eius coloribus nascitur. Auctor Seruius in illud Virg.
Aen. 9, 5 Ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est; *Θαύμα*
105 enim Graece, miraculum significat.

THAUMANTIS, idis. f. Idem. [*Θαυμαντίς*] *Vt*, Imbrifera
Thaumantis Stat. Silu. 3, 3, 81.

THAUMANTAEVS, a, um. Adi. [*Θαυμάνταος*] *Vt*, Virgo
Thaumantaea Ouid. Met. 14, 845.

T H E

THEAMÉDES. [*Θεαμήδης*] *Lapis, contrariam magneti habens naturam.* Nam ut ille ferrum occulta quadam naturae vi ad se attrahit, ita Theamedes ferrum omne abigit respuitque Plin. 36, 16. Videtur aliquis obseruasse polos illos, ut hodie vocantur, contrarios: unde fit, ut depellant a se inuicem ferrum, etc.

THEANGELA. [*Θεάγγελα*] Cariae oppidum, vnum ex iis, quae ab Alexandro magno Halicarnasso fuerunt attributa Plin. 5, 29.

THEANGELIS, idis. f. *Herba magica, quasi deorum nuncia* Plin. 24, 17.

THEANVM. [*Θεανον*] Cognomine Sidicinum, Apuliae oppidum, Auctore Cicerone pro Cluentio . . . Strabone 6, et Hor. Epist. 1, 1, 86.

THEATRVM, i. n. [*Θεατρον, θεατροειον*] a verbo *θεάομαι*, quod Spectare significat. Est autem Aedificium oblongum, ab una parte rectangulum, ab altera in hemicycli speciem factum, ad videnda spectacula idoneum. Cic. de Finib. 1, 49 c. 15 Tanquam e teatro exeamus. Iuuen. Sat. 10, 128

— Saeuus et illum

Exitus eripuit, quem mirabantur Athenae

Torrentem, et pleni moderantem frena theatri. Demosthenem.

Apud Graecos Theatra etiam pro foro, in quibus de republica agerent, concionarentur, etc. vti mox dicitur. Romae spectandi, locum in teatro Senatores in imis gradibus ante omnes habuerunt: quod instituit Curules Aediles, Censorum iussu, Attilius Serranus et L. Scribonius Libo. fecit postea sua lege L. Roscius Orho, Ciceronis aetate, alteram in populo distinctionem: tulit enim, ut equester ordo seorsum a plebe in XIII gradibus

federet, iis tamen equitibus exceptis, qui siue suo, siue fortunae vitio decoxissent, cui generi certum locum assignauit, poena irrogata, si in XIII sedissent. Hinc illud in Antonium Philipp. 2, 44 Tenesne memoria, te praetextatum decoxisse? Patris, inquires, ista culpa est. Concedo: illud tamen audaciae tuae, quod sedisti in quatuordecim: cum esset lege Roscia decoctoribus certus locus constitutus, quamuis quis fortunae vitio non suo, decoxisset. Primum igitur senatores in sedibus scenae proximis confidebant. Secundo loco proxime sedisse equites, vix dubium est: nam quod est Tac. An. 15, 32 de indiscretis ad Neronem usque locis, ad Circum pertinet. Vid. Lips. et conf. QVATVORDECIM. Alta fundamenta theatri Virg. Aen. 1, 423. Arcto teatro stipata Roma Hor. Epist. 2, 1, 60. Cuneatum theatrum, vid. CVNEVS. Curua theatra circularia Ouid. de Arte Am. 1, 89. Atticis quoque, Quibus theatrum curiae praebet vicem Aufon. Lud. 7 Sap. Prol. Antiochensium theatrum ingressus, vbi illis

consultare mos est Tac. Hist. 2, 80, 4. Conf. Lips. ad h. l. Nep. 20, 4, 2. Liu. 25, 10 pr. et 24, 39. Festa theatra, in quibus ludi ac dies festi celebrantur Ouid. Met. 3, III. In teatro ac spectaculis Cic. Att. 2, 19. Magna theatra Lucret. 4, 74. Marmoreum theatrum Ouid. Amor. 2, 7, 3. Spissa theatra Hor. Epist. 1, 20, 41. Habere theatrum sane bellum Cic. Att. 20 pr. conf. Gronou. Theatrum, pro Spectatoribus ipsis, Quintil. 6, 1 Tunc est commouendum theatrum, quum ventum est ad ipsum illud, quo veteres tragodiae comoediaeque clauduntur, Plaudite. Epicurus vni ex confortibus studiorum scripsit: satis magnum alter alteri theatrum sumus Sen. Ep. 7. Commouere theatrum Quintil. 6, 1 sub fin. Clamosi turba theatri Stat. Silu. 3, 5, 16. Theatra reclamant Cic. de Orat. 3, 194 c. 50. h. e. Spectatores. Per translationem. Cic. Verr. 5, 35 c. 14 Sic obtinui Quaesturam in prouincia Sicilia, ut omnium oculos in me vnum coniectos arbitrarer: ut me Quaesturamque meam quasi in aliquo orbis terrae teatro versari existimarem. In teatro terrarum orbis Esse Curt. 9, 6, 21. Cic. de Clar. Orat. 6 Cum forum Populi Rom. quod fuisset quasi theatrum illius ingenii. Cic. Tusc. 2, 64 c. 26 Omnia enim benefacta in luce collocari volunt: sed tamen nullum theatrum virtuti conscientia maius est. Cic. pro Rabir. Post. 42 Multas equidem C. Caesaris virtutes magnas incredibilesque cognoui, sed sunt caeterae maioribus quasi theatris propositae. Cic. Fam. 13, 65 Summa eius epistolae haec est, ut ornes omnibus rebus Neronem, sicut instituisti atque fecisti. Magnum theatrum habet ista prouincia, non ut haec nostra, adolescentis nobilis, ingeniosi, abstinentis commendationem atque gloriam. i. Multos Spectatores. Cic. Fam. 12, 29 Non modo te, cui nostra omnia notissima sunt, sed neminem in Pop. Romano arbitror esse, cui sit ignota ea familiaritas, quae mihi cum L. Lamia est. Etenim magno teatro spectata est tum, cum est ab A. Gabinio Consule relegatus, quod libere et fortiter salutem meam defendisset. Optimus quisque praeceptor frequentia gaudet, ac maiore se teatro dignum putat Quintil. 1, 2.

THEATRICVS, a, um. Adi. [*Θεατρικός*] *Vt*, Spectacula theatrica. August. de Ciu. Dei, 6, 6 Theatricae turpitudines. Add. ib. c. 7 et Soliloq. 2 c. 17.

THEATRĀLIS, e. Adi. [*Θεατρικός*] Idem. Artes Tac. Ann. 14, 21, 3. Cic. pro Sext. 115 c. 54 Theatrales gladiatoriique confessus. Humanitas indecora et theatralis Quintil. 2, 2. Lasciua Tac. Ann. 11, 13, 1. Lex theatralis Quintil. 3, c. 6. Plin. 7, 30. Licentia Tac. 13, 24, 1. Operae theatrales Tacit. Ann. 1, 16, 4. Sermones Sidon. Epist. 3, 13. Add. Plin. 4, 8. et 32, 2. Suet. Aug. c. 40. et Domit. c. 8. Sauro ad Sidon. l. c.

THEATRIDIUM, i. n. Dimin. [*Θεατρίδιον*] Forma Graeca a Theatro deductum, quasi paruum theatrum: nec enim Theatrulum dicimus. Varr. de R. R. 3, 5 Inter has et exteriores gradatim substructum vt theatridium auium: mutuli crebri in omnibus columnis impositi, sedilia auium.

THEBAICAE, seu **THEBAIDES**; dicuntur Palmae generosiores. Plin. 5, 28 Carne palmae placent, crusta thebaicae, succo vuae et caryotac. Idem 13, 4 Thebaidis fructus in cados conditur. Stat. Silu. 4, 9, 26 Chartae, Thebaicae, Caricae inter munuscula saturnalia.

THEBAIS, idis. f. [*Θηβαίς*] Africae regio. Plin. 5, 9 Summa pars Aethiopiae contermina, Thebais vocatur. Quod nomen potest esse patronymicum a Thebe, de qua statim.

¶ 2 Fluius est etiam huius nominis in Caria Plin. 5, 29.

THEBE, es. **THEBA**, ac. et **THEBAE**, arum. f. [*Θήβη*] Singularis varior, habetur tamen v. g. Stat. Theb. 8, 349 Viue superstes, ait, diraeque ad moenia Thebae Solus abi. Caeterum est hoc nomen quarundam urbium, quarum una et celeberrima fuit in Aegypto, a Bu-

- fride Aegypti rege condita, quae Graece Ἡλιόπολις, id est Solis ciuitas: ambitu centum quadraginta stadiorum, uti refert Herodotus, quam Plin. 36, 14 Totam pensilem fuisse scribit, i. fornicibus subnixam: exercitus armatos subter educere solitis regibus nullo ex oppidanis id sentiente.*
- 5 *Multa de hac Diodorus et Strabo 17, a quo Diospolis vocatur. Demum collapsa, ut alia solent vetustate, etiam Strabonis temporibus vicatim inhabitata est. Iuuen. Sat. 15, 16 Arque vetus Thebe centum iacet obruta portis. Ab hac regio Thebaica, Aethiopiae contermina, cognominata est. A qua et Thebaei, et fructus palmarum eius Thebaides et Thebaicae dicuntur, ut vidimus.*
- 10 ¶ 2 *Alia Thebe fuit in Boeotia, a Cadmo, Agenoris filio, condita, quam Amphion muris ornauit, Bacchi et Herculis clarissima patria, ab Alexandro Magno postea euersa, quae et Draconigena dicitur, quia a Cadmo cum quinque viris ex ipso dracone ab ipso interfecto natis, constructa fuit. Varro tamen de R. R. 3, 1 pr. scribit, hanc urbem ab Ogyge aedificatam. Ab hac Thebani dicti sunt. Hanc Heptapylon vocat Apuleius, ab eo, quod septem portas habebat, inclita duobus ducibus, Epaminonda et Pelopida. Haec etiam dicta fuit Dircaea, a Dirce fonte. Hinc Pindarus Poëta Lyricorum princeps habuit ortum. Aoniae Thebae Stat. Theb. 1, 226. Cadmeae Thebae Propert. 1, 20, 7, 1. Domitiae bello Thebae Ouid. Epist. 2, 71. Duplices Thebae Virg. Aen. 4, 470. Echioniae Thebae Hor. Carm. 4, 4, 64. Eetioneae Thebae Ouid. Met. 12, 110. Herculeae Thebae Sen. Herc. Fur. f. 4. Oedipodioniae Thebae Ouid. Met. 15, 429. Truces Thebae Claud. de Bell. Gild. 287. Veteres*
- 25 *Thebae Propert. 2, 1, 21. ¶ 3 Sed etiam Bacchus in Africa urbem condidit Thebas. Vnde Hieronymus in Commentario epistolae ad Galatas, Praetereo Thebas Liberi, quas in Africa condidit, quae ciuitas nunc Thebestis dicitur. Alia in Thessalia, a qua etiam Thebani et Thebaei. Fuit et alia Thebe Homero teste, in Cilicia, Andromaches uxoris Hectoris patria. Vnde Ouid. Trist. 4, 3, 29 Nec cruciere minus quam quum Thebana cruentum Hectora Thessalico vidit ab axe trahi. Alia fuit in Lucania, ab Aoniis colonis condita, quam interiisse auctor est Cato. Fuerunt et Thebae Corsicae.*
- 35 **THEBANVS**, a, um. Adi. [Θηβαϊκός] *Vt, Agmina Thebana Stat. Theb. 9, 181. Arx Thebana Hor. de Art. Poët. 394. Duces Thebani Propert. 2, 9, 50. Sceptra Thebana Sen. Theb. 1.*
- THEBAIS**, f. Patronym. [Θηβαίς] *Ouid. Met. 6, 163 Et omnes Thebaides iussis sua tempora frondibus ornant. Thebais, Nomen est operis a Statio conscripti de bello Thebano.*
- 40 **THEBE**, es, f. *Nomen virginis, e cuius gremio geminae columbae (ut est in fabulis) quum euolassent, altera ad Harmonis fontem tetendit, et ibidem responsa dedit: altera ad filuam Dodonaeam, ubi futura mortalibus praecinuit. Ouid. Am. 3, 6, 34 ubi fluuios amatuos refert, Quid referam Asopon, quem cepit Martia Thebe, Natarum Thebe quinque futura parens. Variat mythologia hic etiam: quod ostendunt Interpretes.*
- 45 **THECA**, ae, f. [θήκη, γλωσσόκομειόν] *Latine Repositorium, vagina, et quicumque denique locus, in quo quid recondi solet. Varr. de R. R. 1, 48 Proinde ut grani theca sit glumae, et apex arista. Calamaria theca*
- 50 *Martial. 14, 19. Cic. Att. 4, 7 (8) Quare in hoc thecam numariam ne retexeris: in aliis eris cautior. Cic. Verr. 4, 52 Qui videret equum Troianum introductum, urbem captam esse diceret, afferri sine thecis vasa, extorqueri alia de manibus mulierum. Quintil. 6, 3, 61 Chrylippus, cum in triumpho Caesaris eborea oppida essent translata, et post dies paucos Fabii Maximi lignea, Thecas esse oppidorum Caesaris dixit.*
- 55 **THECATVS**, a, um. *Theca munitus. Vt, Arcum gestare thecatum Sidon. Epist. 1, 2.*
- 60 **THECOLITHVS**, i, m. *Gemma apud Plin. 37, 10. it. Lapis 36, 19.*
- THECVLA**, ae, f. *Legitur a quibusdam ap. Cic. Att. 9, 7. ubi alii rectius tegulam.*
- THEDO**, ònis, m. *Piscis quidam apud Auson. Eidyll. 10, 89 Et nullo spinæ nociturus acumine thedo.*
- 65 **THELESIS**, is, f. *i. voluntas altera Bythi, aeonis, coniux, ap. Val. lent. vid. Tertull. adu. Valent. c. 33. Θηλαίς totum Graecum.*
- THELICON**, onis, m. *Herba mercurialis Apul. de Herb. 82.*
- THELIS**, ab Ennio vocabatur, quam Thetin nuncupant. *Est, quæ legendum putet apud Varr. de L. L. 6, 5 p. 79, 15 Ea Thelis illi mater, etc. quod in editis Thetis legitur. Certius est eiusdem Varr. de R. R. 3, 9, 19*
- 70 *Nec continuo his quas Melicas appellant falso, quod antiqui ut Thetin, Thelin dicebant, sic Medicam Melicam vocabant.*
- THELYGONVM**, i, n. [θηλύγονον] *Herba habens frondes frondibus oleae similes, sed aliquanto pallidiores. Plin. 27, 8 Est et alia crataegonos, quae thelygonos vocatur. Differentia intelligitur lenitate gustus.*
- 75 *Vid. Id. 28, 10 et 15. Apul. de Herb. c. 83.*
- THELYPHONON**, i, n. [θηλύφονον] *Herba, ab aliis Scorpion vocatur, propter similitudinem radicis, cuius tactu moriuntur scorpiones Plin. 25, 10. et 27, 3.*
- 80 **THELYPTERIS**, is, f. [θηλυπτερίς] *Alterum Genus filicis, quasi filix femina: nam fruticosa est, et multos ex se ramos producit Plin. 27, 9.*
- THEMA**, atis, n. [θέμα ὑπόθεσις] *Latine Positum, siue positio dicitur potest: materia ad declamandum vel disputandum proposita. Quintil. 7, 2 Nam in schola certa sunt et pauca, et ante declamationem exponuntur, quae themata Graeci vocant, Cicero proposita. Conf. Sen.*
- 85 *Contr. 3, 20 Sidon. Ep. 1, 11, 8, 11, 9, 9. Thema, apud Suetonium accipitur pro Horoscopo, in Augusto c. 94 ad finem, Tantam mox fiduciam facti habuit, ut thema suum vulgauerit: numumque argenteum nota fide- ris Capricorni, quo natus erat, percussisset.*
- 90 **THEMATISMVS**, i, m. *Vitr. 1, 2 Decor efficitur statione, Graece θεματισμός dicitur. Melius positionem vel collocationem dixisset, quam stationem.*
- THEMIS**, is vel idis, vel istis, f. [Θέμις] *Vna ex tribus sororibus Iouis, ex qua Mineruam suscepit. Haec Caeli et Terrae filia fuit, quae Iouis nuptias fugiens, ab eo in Macedonia compressa fuit. Hanc, teste Fe-*
- 95 *sto, putabant eam esse, quae hominibus praecipere id petere quod fas esset: eamque esse id existimabant, quod fas est. Sane Θεμία Fas apud Graecos designat, habuitque templum in Boeotia iuxta Cephisum amnem, ad cuius oraculum accessit Deucalion cum Pyrrha uxore, pro consilio recuperandi humani generis. Fuit et alia Themis, quae alio nomine*
- 100 *Carmentis dicta est. Alii Themim vel Themista (utroque enim modo dicitur) Ius et Iustitiam esse putant: eandemque consiliorum oraculorumque praesidem esse, propterea Homerum θεμιστεύειν, verbum quod vaticinari et oracula dare significat, pro Leges ferre et iura reddere accepisse Odysseae decimo. Haec Budaeus. Fatidica Themis Ouid. Met. 1, 320. Lon-*
- 105 *gaeua Themis Claud. de Rapt. Proserp. 1, 217. Parnassia Themis*

mis hanc fortem dederat Ouid. Met. 4, 642. *Fabula Graecis celebratior quam Latinis literis: quam persecutus est Steph. Vinc. Pigbius libro de Themide dea: itemque Io. Frid. Hombergk in prooemio libri, cui titulum fecit Themis, s. de ortu legis aeternae secundum sententiam Graecorum, Marpurgi 1725. 4.*

THEMISCYRA, vel **THEMISCYRON**. [*Θεμισκυρα*] Cappadociae urbs Plin. 6, 3. et Mela 1, 21.

THEMISON, is. m. [*Θεμισων*] Medicus, cuius meminit et Cornel. Celsus praef. et passim. *Celebritatem viri indicat Satyrica multitudinis descriptio apud Iuuenal. 10, 221 Quot Themison aegros autumnio occiderit vno.*

THEMISTA. [*Θεμιστα*] *Quae sit, disputatur, ad Cic. in Pison. 63 c. 26 Licet Themista sapientior, si os tuum ferreum Senatus conuicio verberari noluisse. Themis Accusatiuos habet Themis et Themista. Ab Accusatiuo Themista fieri potuit Nominatiuus Themista huius Themistae. Fuerit autem Themista eadem, quae et Themis, consiliorum praefes. Sed incerta omnia faciunt libri.*

THEMISTOCLES, is. m. [*Θεμιστοκλῆς*] Atheniensis, Neoclis filius, unde Ouid. ex Pont. 1, 3, 69 Arma Neocles, qui Persica contudit armis. Cic. de Fin. 2, 104 Themistocles quidem, quum ei Simonides aut quis alius artem memoriae polliceretur, Obluionis inquit, malle: memini etiam quae nolo, obliuisci non possum quae volo. *Habemus vitam illius a Cornelio scriptam.*

THEMISTOCLEVS, a, um. Adi. Cic. Att. 10, 8 Pompeii omne consilium Themistocleum est. Exilium Themistocleum Cic. ib.

THENSA, ae. f. [*θήσα θῶν* Gloss. Lat. Gr.] Sacrum erat vehiculum Festo et Seruio. Asconius ad Verr. 1 c. 59 extr. p. 260 Thensae sacra vehicula: Pompa ordinum et hostiarum, et officiorum: Sic dictae, quod ante eas lora tenduntur, quae gaudent manu tenere, et tangere qui eas deducant. *Hactenus ex Asconio. Add. Diomed. 1. 1. Cic. de Arusp. Resp. c. 11 Te appello Lentule, cuius sacerdotii sunt thensae, curricula, praecentio, ludi, libationes. Liu. 5, 41 Quae augustissima vestis est, thensas ducentibus triumphantibus, ea vestiti medio aedium eburneis sellis federe. Conf. Id. 9, 40. Tertull. de Spect. c. 7. et de Cor. Mil. c. 13. Sueton. in Caes. c. 76 c. nos. Torrent. Idem Aug. c. 43. et Vesp. c. 5. Praedari ex thensarum orbitis Cic. Verr. 3, 6. Add. Id. pro Planc. c. 34.*

THEODAMAS, antis. m. [*Θεοδάμας*] Pater Hylae fuit, qui quum Hercule cum Deianira et Hylo filio Dryopes venienti esurientique cibum denegasset, ille arreptum unum ex bobus Theodamantis mactauit atque coxit. *Quapropter Theodamas conuocatis popularibus, arma aduersus Herculem mouit: feruntque in eo certamine ita ab hostibus pressum fuisse Herculem, ut etiam Deianiram uxorem armaret, quae et in mamilla vulnerata est. Ipse tamen victoriam obtinens, Theodamantem occidit, filiumque eius Hylam secum abduxit, quem tum deinde pro carissimo habuit, secumque etiam cum Argonautis reliquis proficiens abduxit.*

THEODAMANTEVS, a, um. Adi. [*Θεοδαμάντεος*] Vt, Hylas Theodamanteus Propert. 1, 19, 5.

THEODECTES. [*Θεοδέκτης*] Orator, Cilix genere, discipulus Platonis, Isocratis, et Aristotelis. Cic. in Orat. 172 Theodectes in primis (vt Aristoteles saepe significat) politus scriptor, atque artifex.

THEODONION, i. n. *Herba al. paeonia.* Apul. de Herb. c. 64.

THEODORVS, i. m. [*Θεόδωρος*] Byzantius sophista, qui a Platone vocatus est Λογοδάιδalos. Theodorus Sculptor nobilis et architectus. Theodorus Gadareus, nobilis orator, cuius discipuli THEODOREI sunt dicti, vid. Quintil. 3, 1, 18. inter quos fuit Hermagoras, qui de arte Rhetorica scripsit. Tiberius quoque princeps quum fecisset Rhodum, eum studiose audiuit Quintil. 3, 1, 17.

THEODOTIOS, *Cretae epitheton.* Vitruu. 7, 7 Creta viridis pluribus locis nascitur, sed optima Smyrnae. Hanc autem Graeci Θεοδότιον vocant, quod Theodotus nomine fuerat, cuius in fundo id genus cretae primum est inuentum.

THEOGONIA, ae. f. [*Θεογονία*] Deorum generatio, quo titulo liber exstat Hesiodi. Cic. de Nat. Deor. 1, 36 c. 14 Quum vero Hesiodi Theogoniam, id est originem deorum interpretatur, tollit omnino, etc.

THEOLOGIA, ae. f. [*Θεολογία*] Latine Ratio vel sermo de deo ac diuinis rebus dicitur.

THEOLOGVS, i. m. [*Θεόλογος*] Cic. de Nat. Deor. 53 c. 21 Principio Ioues tres numerant ii, qui Theologi nominantur. Soles ipsi quam multi a theologis proferuntur Cic. de Nat. Deor. 3, 54. Physici dicti theologi, quoniam in scripturis suis de deo dixerunt Isidor. 8, 6.

THEOMACHIA, ae. f. Philosophi ingenii sui machinas suo quodam theomachiae genere in altum erexerunt Sarisb. in Polic. 7, 1.

THEOLOGICVS, a, um. Doctrina theologica Ammian. 16, 6.

THEOMBROTVS, i. m. [*Θεόμβροτος*] Philosophus fuit Metroclis auditor, et praeceptor Demetrii Alexandrini, cuius meminit Laërtius in Metrocle.

THEOMBROTIOS. [*Θεομβρότιος*] *Herba magica, de qua Democritum tradere ait Plin. 24, 17 Theombrotion triginta schoenis a Choaspae nasci, pavonis picturis similem, odore eximio. Hanc autem a regibus Persarum comedi aut bibi contra omnia corporum incommoda, instabilitatemque mentis: eandem seinnion a potentiae maiestate appellari. Ingreditur etiam Hermesian de qua vid. s. 1.*

THEONINVS, a, um. Adi. [*Θεώνιος*] Dente Theonino rodere Hor. Epist. 1, 18, 82 est falsis maledictis infamiam alicui conciliare. *Audiamus* Vet. Schol. Cruq. Luthienus Theon Libertinus dicacitatis amaritudine praeter caeteros ita patronum suum exasperauit, vt domo eius submoueretur, et quaternario (s. quadrantario) legato iuberetur restem sibi palumque emere, nempe quo se suspenderet.

THEONINA, ae. f. *Herba al. portulaca.* Apul. de Herb. c. 103.

THEOPHANES, is. m. [*Θεοφάνης*] Mitylanaeus historicus, scriptor rerum Pompeii magni; cuius meminit Cic. pro Arch. 24.

THEOPHRASTVS, i. m. [*Θεόφραστος*] ex Ereffe Lesbi ciuitate, fuit Aristotelis et discipulus et scholae successor. Euphrastus, deinde Theophrastus vocatus ob oris et eloquentiae suauitatem, quum antea Tytamus appellaretur, etc. Theophrastus Aristotelis discipulus, de Rhetorice diligenter scripsit Quintil. 3, 1, 15. Id. 8, 1, 2 Illa Attica anus Theophrastum, hominem alioqui disertissimum, annotata vnus affectatione verbi, hospitem dixit: nec alio se id deprehendisse interrogata respondit, quam quod nimium Attice loqueretur. Refert etiam Cic. Bruto c. 46. 100 Theophrastus diuinitate loquendi nomen inuenit Idem in Orat. 62. Theophrastus in dicendo dulcis Idem de Clar. Orat. 21.

THEOPNOË, es. f. *Herba, al. rosmarinus.* Apul. de Herb. c. 79.

THEOPOLIS, vid. ANTIOCHIA.

THEOPOMPVVS Gnidius. [*Θεόπομπος*] Et orator, et historicus post Thucydidem et Herodotum: quibus, vt in historia minor, ita oratori ma-

- gis similis, vt qui, antequam esset ad hoc opus sollicitatus, diu fuerit orator Quinctil. 10, 1, 74. Theopompus, Rex Spartanorum, quum primus instituisset, vt Ephori Lacedaemone crearentur, ita futuri regiae potestati oppositi, quemadmodum Romae Consulari imperio Trib. Pleb. sunt obiecti, atque illi vxor dixisset, id egisse illum, vt filiis minorem potestatem relinqueret: Relinquam, inquit, sed diuturniorem Valer. Max. 4, 1.
- THEOPOMPEVS, a, um. Adi. Cic. in Orat. 207 Placet omnia dici Isocrateo Theopompeoque more.
- THEOPOMPINVS, a, um. Adi. Cic. Att. 2, 6 A nobis, quae tibi vni legamus, Theopompino genere, aut etiam asperiore multo pangentur. Hoc dixit, quia Theopompus, in historiis suis mores hominum asperere accusabat.
- THEOREMA, aetis. n. [θεωρημα] Latine Speculatio dicitur, Theoremata sunt enuntiationes, quarum demonstrationem promittunt geometrae et philosophi. Gell. 1, 2 Epictetus senex iuuenes, qui se Stoicos appellabant, neque frugis neque operae probae, sed in theorematibus tantum nugabibus, et puerilium isagogarum commentationibus, oblectantes, obiurgatione iusta incessiuit. Cic. de Fato 11 c. 6 Etenim si est diuination, qualibusnam a perceptis artis proficitur? percepta appello, quae dicuntur Graece θεωρηματα. Conf. Mart. Capella 6 p. 232.
- THEOREMATI, i. n. Gell. 1, 13.
- THEORIA, aetis. f. Speculatio. Cic. Att. 12, 6. Gell. 1, 12.
- THEOTICE, es. f. [θεωτική] Ars vocatur, quae nullum exigens actum, ipso rei, cuius studium habet, intellectu contenta est Quinctil. 2, 18, 1.
- THEOXENA, aetis. f. [Θεοξένα] Inuicti animi mulier, quae a Philippi Macedonis militibus vincita, quum eorum manus effugere non posset, suis liberis et marito mortis consciscendae auctor, ultimo virum comitem mortis complexa in mare se deiecit. Narrat copiose Liu. 40, 4.
- THERA, aetis. f. [Θήρα] Insula una ex Cycladibus in Aegeo, ex qua profecti sunt Theraci, qui Cyrenem in Africa condidere. Thera olim Callista dicebatur, vt Callimachus ait. Haec ex Strabonis lib. 17 de hac Plin. 4, 12 Protinus ab Io abest Thera viginti quinque milibus passuum.
- THERAMENES, is. m. [Θηραμένης] Ciuis Atheniensis, vnus ex triginta tyrannis, qui cum a collegis multos infantes supplicio affici videret, ea de re conquerens, cum caeterorum omnium, tum praecipue Critiae, qui reliquis vt potentia, ita et immanitate antecedeat, odium in se concitauit: tandemque per calumniam circumuentus, et innocens, capitis damnatus, quum cicutam auide hausisset, quod reliquum erat e poculo eiciens, Propino (inquit) hoc pulchro Critiae. Meminit Cic. Tusc. Quaes. 1, 96.
- THERAMNE, Oppidum in Sabinis, ex quo Accius Cladius, qui post Claudius dictus est, originem traxit: a quo Nero Claudius, et reliqua tota familia Claudia nomen sortita est. vid. Plin. 4, 5.
- THERAMNAEVS, a, um. Adi. [Θηραμναίος] Idem quod Sabinus. Sil. 8, 413 Ecce inter primos Theramnaeo a sanguine Claudi Exultat rapidis Nero non imitabilis ausis.
- THERAPNAE, arum. f. [Θεραπναί] Vicus, s. vrbs Laconiae, teste Mela 2, 3. et Plin. 4, 5. in quo Leda Castorem et Pollucem, Helenam et Clytaemnestram peperit. Stat. Theb. 3, 422 Taenareumque cacumen, Apollineasque Therapnas. Dictae autem putantur Therapnae, ἀπὸ τῆς θεραπείας, quod ibi Dioscuri religiosissime colerentur. Animosa Therapne Sil. 6, 303. Umbrosae Stat. Silu. 4, 8, 53.
- THERAPNAEVS, a, um. Adi. Ouid. Epist. 16, 196 Da modo te facilem; nec dedignare maritum Rure Therapnaeo nata puella Phrygem: ad Helenam. Add. Stat. Silu. 2, 2, 111.
- THERASIA, aetis. f. [Θερασία] Insula iuxta Euboeam, auctore Ptolemaeo 3, 4 in qua ciuitas est hodie Sanctorum dicta.
- THERIACA, aetis. f. [θηριακά] Genus medicamenti compositi contra serpentes θηρία, aliaque venenata animalia: cuius confectionem docet Plin. 20, 24. Idem 29, 4 Fiunt ex vipera pastilli, qui theriaci vocantur a Graecis, quaternis digitis vtrinque amputatis, exentisque interaneis, et liuore spiniae adhaerente, reliquo corpore in patina ex aqua et anetho discocto, spinisque exentis, et addita similagine, atque in umbra siccatis pastillis, quibus ad multa medicamenta vtuntur. Add. Idem 14, 7. 32, 6 et 29. Vlpian. Dig. l. 34 t. 7. l. 12 §. 41.
- THERIACARUM compositiones, id est, ad serpentum morsus atque ictus (et adflatus 165) medicamenta Scribon. 163. Si languenti theriacam composuerit Tertull. de An. c. 24.
- THERIACVS, a, um. Pastilli Plin. 29, 4 f. 21. Potiones Apul. de Herb. c. 66 n. 1. Vitis Pallad. Febr. t. 28. Theriaca Antidotos ibid.
- THERIBETHRON, i. n. Herba. Apul. de Herb. c. 7.
- THERICLES, is. m. [Θηρικλής] Sculptor insignis fuit, calicibus ex terebintho tornandis nobilitatus teste Plin. 16, 40 Suidas praetera Thericlis figuli meminit, qui primus pocula e luto creditur finxisse. Vnde
- THERICLEA pocula s. THERICLIA certatim viri docti Tullio restitui volunt in Verr. 4 c. 18. vbi Heraclea alii. De Thericle et Thericleis doctissime disputat Bentl. ad Phalaridis Epist. 70 p. 18 sqq.
- THERIOMA, aetis. n. [θηρίωμα] vt finit Celsus 5, 28, 3 Est vlcus quod et per se nascitur, et interdum vlceri ex alia causa factio superuenit. Color est vel liuidus vel niger, odor foedus, multus et muco similis humor. Id ipsum vlcus neque tactum neque medicamentum sentit, etc.
- THERION aut TERIOFONON, i. n. Herba Dracontea apud Apul. de Herb. c. 14.
- THERIOTROPHIVM, i. n. [θηριοτροφίον] Locus vbi ferae aluntur. Varro de R. R. 13, 2 Nam silua erat, vt dicebat supra quinquaginta iugerum maceria septa, quod non leporarium, sed θηριοτροφίον appellabat, etc.
- THERIONARCA, aetis. f. [θηριονάρχη] Frutex est subherbaceus, roseo flore: inde nomen habens, quod torporem afferat serpentibus, quasi θηρίων νάρκη. Plin. 25, 9. 24, 17.
- THERISTRA, quae et THERISTRIA, (vtrumque enim reperitur) inter Ornamenta muliebria posita Esaias 3. quo in loco D. Hieronymus dicit, ea a nobis Palliola posse appellari, quibus obuoluta fuit Rebecca, et hodie quoque Arabiae et Mesopotamiae mulieres operiuntur. Theristra autem et Thiristris dicta sunt ab eo, quod ἐν θίρα, hoc est in aestate et caumate corpora protegant feminarum. Haec ille. Locus autem ille de Rebecca est Genes. 24 ad finem, quem interpres Latinus ita vertit, At illa tollens cito pallium suum operuit se.

se. Idem Hieronymus in libro Hebraicarum traditionum in Genesin, Theristrum, inquit, Pallium dicitur, genus etiam nunc Arabici vestimenti, quo mulieres provinciae illius velantur. *Differentiam autem Theristri et Theristrii videtur facere Pollux 7, 13. ubi utrumque ponit inter vestimenta communia viris et mulieribus. Add. Tertull. de Pall. c. 4. Vulgat. Genes. 38, 14. Isidor. 19, 25.*

THERMAE, arum. f. [*Θέρμας*] Siciliae oppidum, auctore Pomponio Mela lib. 2. *Inde Thermitani Cic. Verr. 4, 183.*

THERMAE, arum. f. [*Θέρμαι*] Aedificia splendida Balnearum, quas honestius Thermas, i. calidas dixerunt. Sueton. Calig. c. 37 Fabricavit et de cedris Liburnicas, gemmatis puppibus, versicoloribus velis, magna Thermarum et porticum et tricliniorum laxitate. *Hic certe non nisi balneum intelligi, et mediocris quidem magnitudinis potest intelligi. Sed magnificentius aliquid est illud, Fundamenta thermarum in mare iaciunt, nec delicate natate ipsi sibi videntur, nisi calentia stagna fluctu ac tempestate feriantur Sen. Epist. 122. Et vix est frequentius magnificorum operum genus, quam Thermae, etiam recentiorum, ut Diocletiani, quarum rudera faciunt, ne fidem superent, quae de illis traduntur. Nos antiqua modo ponimus. Plin. 36, 25 l. 64 Agrippa in Thermis, quas Romae fecit, figlinum opus encausto pinxit, in reliquis albaria adornavit, non dubie vitreas facturum cameras, si prius inventum id fuisset, etc. Idem 34, 8 l. 19, 6 in operibus Lysippi memorat Distringentem se, quem M. Agrippa ante Thermas suas dedicavit. Et 35, 4 l. 9 de eodem, In Thermarum calidissima parte marmoribus incluserat parvas tabellas, paulo ante, cum reficerentur, sublatas. Neronis Thermae celebrantur Sueton. c. 12 Dedicatis thermis atque Gymnasio, Senatui quoque et equiti oleum praebuit. Martial. 7, 33 Quid Nerone peius, Quid Thermis melius Neronianis? De his Stat. Silu. 1, 5 siue Balneo Etrusci v. 63 Neronea nec qui modo lotus in vnda Hic iterum sudare neget. Sueton. Tito c. 7 extr. Amphitheatro dedicato thermisque iuxta celeriter exstructis. Has Mart. Spect. 2, 7 Velocia munera Thermas appellat. In his Thermis suis non nunquam admittit plebe lauit Titus Sueton. c. 8. Reiqua dabunt antiquarii diligenter hac parte excerpti in Lexico Pitisci.*

THERMANTICVS, a, um. Adi. *Mentha virtutem habet, thermanticam Apul. de Herb. c. 120. Add. Theod. Priscian. de Diaeta cap. 14.*

THERMAPALVS, a, um. Oua thermapala Theod. Priscian. 20, 10. i. calida et mollia.

THERMVLAE, arum. f. Dimin. Martial. 6, 42 Hetrusci nisi thermulis laueris, Illotus morieris, Oppiane. *Nempe aliae nihil sunt prae his.*

THERMEFACIO, feci, factum, ere. *Aiunt esse esculentis atque poculentis ingurgitatis, atque exhaustis in thermopolio calefacere, et laudant Plaut. Stich. 1, 3, 96 Me hercule vero eo quantum post iam ne exta excocta sunt quod thermefecerat. Sed nunc ibi alia omnia.*

THERMODON, s. **THERMODOON**, ontis. m. [*Θερμόδων* s. *Θερμόδων*] Fluvius est Thraciae, ad quem Amazones ab Tanai flumine in Asia digressae se transfulerunt Seru. ad Virg. Aen. 11, 659 Quales Threiciae quum flumina Thermodontis, etc. *Sic legendum quadrissyllabum, ut sit versus spondaicus, vid. Heins. Ouid. ex Pont. 4, 10, 51 Et tu femineae Thermodon cognite turbae. Citus Thermodoon Ouid. Met. 2, 249. Hinc*

THERMODONTIVS, **THERMODONTEVS**, et **THERMODONTIACVS**, a, um. Adi. Propert. 3, 13, 13 Qualis Amazonidum nudatis bellica manibus, Thermodoonteis turba lauatur aquis. Ouid. Met. 9, 189 Thermodontiaco caelatus baltheus auro. *Aldus legit Thermodoontiaco. At 12, 611 Thermodontiaca malles cecidisse bipenni. Claud. de Raptu Proserp. 2, 66 Thermodontiaca securis. Caterua Thermodontiaca Sen. Oedip. f. 5.*

THERMOPOLIUM, i. n. *Locus in quo calida poculenta venduntur. Plaut. Rud. 2, 6, 45 in Neptunum cauillans et naufragium, Ne thermopolium quidem vllum ille instruit: ita salsam praebet potionem, et frigidam. Dulcibus potionibus veteres delectabantur, ut passo, murrhina, defruto, mellina, mulso: easque calidas bibere solebant. Plaut. in Pseud. 2, 4, 52 enumeratis his plerisque dulcibus potionibus, Quin in corde intruere quondam coepit thermopolium. Sic enim legendum censet Turnebus, non Oenopolium, aut Hermopolium. Add. Idem Curc. 2, 3, 13. et Trin. 4, 3, 6. Parei Lex. Crit. p. 1237. De calidae potu sunt libelli Io. Freinsheimii et Georg. Christian. Gebaueri.*

THERMOPOTO, are. Plaut. Trin. 4, 3, 6 Postquam thermopostasti gutturem, recipe te, et recurre pede recenti, i. Calida potione gulam oblectasti, et guttur prolivisti. *conf. Taubm.*

THERMOPYLAE, arum. f. Pl. *Mons longissimus, qui incipiens a Leucade, in Occidentem et in Aegeum mare haud longe a Demetriade protendens, fauces habet angustissimas, iuxta quas calidae aquae scaturiunt. Liu. 26, 15 Haec vna militaris via est — Ideo Pylae, et ab aliis, quia aquae calidae in ipsis faucibus sunt, Thermopylae appellatur. Nobilitatus locus praelio Leonidae contra Persas. Cic. Off. 1, 6: Hinc Rhetorum campis, de Marathone, Salamine, Plateis, Thermopylis, Leuctris. Octavae Thermopylae Catul. ad Mallium l. 66, 54.*

THERMOSPODIUM, i. n. Apic. 4, 2. aliquoties, it. 9, 8. idem quoque cinerem calidum vocat 4, 2 versus fin. potest vasis genus intelligi, quod cineres calidos contineat. *Conf. Barth. Adv. 40, 6.*

THERMVS, i. m. Lupinus. *Vnde,*

THERMINVS, a, um. Therminum e lupinis emollit Plin. 2, 4. *sc. oleum.*

THERODAMAS, siue **THERODAMON**, [*Θηροδάμας*] Rex Scythiae, qui, ne per insidias occideretur, leones hominum sanguine aliebat, quo magis saeuirent: ut si casus postularet, ad crudelitatem paratos haberet. Ouid. ex Pont. 1, 2, 121.

THERODAMANTEVS, a, um. Adi. [*Θηροδάμαντρος*] Ouid. in Ibin 383 Therodamanteos ut qui sensere leones.

THERON, onis vel ontis. potius: est enim Participium a *θηρέω*, Canis nomen ap. Ouid. Met. 3, 211.

THERSANDER, siue **THERSANDRVS**, i. m. [*Θέρσανδρος*] Polynicis filius ex Argia, teste Statio, qui vna cum caeteris Graecorum principibus ad Troiam nauigauit. Hunc Virg. Aen. 2, 261 inter eos commemorat, qui tempore excidii Troiani in equo ligneo fuerunt occultati.

THERSILOCHVS, i. m. [*Θέρσιλοχος*] Antenoris filius, in bello Troiano occisus, quem Virg. Aen. 6, 482 inter viros fortes enumerat, qui etiam apud inferos arma tractent, — Quos ille omnes longo ordine cernens Ingenuit, Glaucumque, Medontaque, Thersilochumque, etc.

THERSITES, ae. m. [*Θερσίτης*] *Graecorum omnium foedissimus, quem Achilles sibi procaciter conuiciantem pugni ictu interfecit. Huius insignis deformitas ab Homero lib. 2. Iliad. graphice expressa, effecit, ut quum hominem vehementer foedum significare uolunt Θερσίτην ἔλεγμα, id est Thersitae faciem eum habere dicant Graeci.* Iuuen. Sat. 8, 269 Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis Aeacidae similis.

THESARICA, ae. f. *Herba, al. plantago maior.* Apul. de Herb. cap. 1.

THESAURVS, i. m. [*θησαυρός*] *Est, ut inquit Paullus Iurisc. De acquir. rer. dominio l. Nunquam, Vetus quaedam depositio pecuniae, cuius non exstat memoria, ut iam dominum non habeat. Sic enim fit eius, qui inueuerit, quod non alterius sit. Plaut. Aul. Prol. 7 Sed mihi auos huius obsecrans, concredidit thesaurum auri. Est item locus, in quo quid conditur; et res, quae asseruatur. Vid. Dausqu. ad Basil. Seleuc. p. 15. Def. Herald. in Tertull. Apol. c. 47. Sed perumque ita sibi implicita est utraque notio, ut uix operae sit eas distingui.* Intacti thesauri Arabum Hor. Carm. 3, 24, 2. The-
saurus, argenti pondus et auri Virg. Aen. 1, 359. Respondit
conector thesaurum defossum esse sub lecto Cic. de Diuin. 2, 124 c. 66.

Excudere aliquid quod lateat in thesauris Cic. Att. 15, 26 (27). Mihi certe, quoties abditum aliquid quaero, ille thesaurus est Plin. Epist. 1, 22.

Dis cum thesauris asses dant, stipem dicunt Varro L. L. 4 p. 42 extr. Conf. h. l. Scaliger. Admonent deinde quidam, esse thesaurum publicum sub terra, saxo quadrato septum: eo uinctus demittitur Liu. 39, 50. Incredibilem ex thesauris summam pecuniae egressit Curt. 5, 2, 11. Multa in thesauris patris est habitatio Prudent. Hamart. extr. conf. Gell. 1, 24. Nauius ap. Gell. 1, 24 Postquam est Orcino traditus thesauro, i. mortuus. Festus ex Ennio in OB, Acheruntem obibo, ubi Mortis thesauri obiacent.

Habere thesauros alicuius Cic. Fam. 11, 10. Inuento thesauro Hor. Sat. 2, 6, 11. Obruere thesaurum alicubi Cic. de Senect. 21 c. 7. Recludere thesauros tellure Virg. Aen. 1, 363. Sup-
peditare alicui aliquid e thesauris suis Cic. de Fin. 2, 67 c. 21. The-
saurus, Abundantia Plaut. Afin. 3, 3, 65 Thesaurus copiarum, b. e.

Diuitiarum. Theauri ciuitatibus in necessariis rebus constituti Vitruu. 5, 9. Thesaurus rerum omnium memoria Cic. de Orat. 1, 18 c. 5. Qui illos locos tanquam thesauros aliquos argumentorum notatos habet Idem in Partit. Orat. 109. Repositus thesaurus Quinctil. 2, 7. Diripere thesauros Curt. 5, 5, 2. et 10, 6, 13. Ef-
fodere Petron. c. 88. Rapere Idem c. 124 et 128. Recuperare Idem c. 14 et 15. Thesaurum etiam pessimae rei copiam dici posse Plautus uoluit Amphitr. 4, 4, 13 Qui domi uxorem meam impudicitia impediuit teneo thesaurum stupri. Fraudis Apul. Met. 5 p. 162. Plaut. Merc. 1, 2, 51 Tu quidem thesaurum huc apportasti mali. conf. Non. 6, 45. Lud. Viues ad Augustin. C. D. 1, 8 p. 26. Plin. 17, 14 Tradunt et monedulam condentem semina in thesauros cauernarum, eiusdem rei praebere causas. Idem 10, 72 Condit in thesauros maxillarum cibum sphingiorum et satyrorum genus: mox inde sensim ad mandendum manibus expromit. Thesaurus, pro Carcere, Plu-
tarchus in uita Philopomenis, non ita procul a fine, Ipsum igitur in subterraneum ducunt domicilium, cui Thesauro nomen indideunt, neque auras neque lucem extrinsecus excipiens. Quumque fore nullas haberet, saxum immo obrudentes includunt, ibique circum locatis militibus disponunt. De Messeniis et Philopomenis loquitur. Thesaurus, comedia Menandri: vid. Terent. Eun. Prol. v. 12 ibique Donat.

THESAURARIVS, a, um. Adi. [*θησαυρόσουλός*] *Vt, The-
saurarii fures, apud Plautum in Aul. 2, 8, 25 Confige sagittis fures thesaurarios. Substant. quaestor: vid. Voss. de Vit. L. L. 1, 16. et 3, 52.*

THESAURENSIS, is. m. *Custos thesaurorum, in l. 2 Cod. de Palat. Sacr. Larg.*

THESAURIZO, are. [*θησαυρίζω*] *Thesaurum colligo, repono. Quod uerbum frequenter apud Ecclesiasticos scriptores occurrit. Vid. Vulgat. Luc. 12, 21. et Rom. 2, 5. Saluan. de Gub. Dei 5 p. 184. Augustin. de C. D. 1, 10.*

THESAURIZANS, antis. *Vulg. Amos. 3, 10.*

THESAURROCHRYSONCOCHRYSIDES, ae. m. *Nomen fictum auari diuitis apud Plaut. Capt. 2, 2, 35. et 3, 4, 100: quasi tu dicas, qui suis thesauris auri aurum omne superet.*

THESAURROPHILACIUM, i. n. *Interpr. Irenaei 4, 36.*

THESEVS, Dissyll. ēi, uel ēos. m. [*Θησεύς*] *Aegei Athenarum regis filius, ex Aethra coniuge: qui dum esset adolescens, opera Medae uerbae paene a patre ueneno periit. Sed post mortem patris ad regnum Athenarum euectus, tot digna memoratu peregit, ut inter plures Hercules unus connumeretur. Est quidam conditor et auctor Athenarum. V. g. instituit panathenaea, hoc est communem celebritatem in honorem Minervae, quae Graece Athena nominatur. Idem in Isthmo funebres ludos instituit. Huius gesta, natales, et obitum scripsit Plutarch. Multa aliunde etiam de illo congeffit Meursius in libro cui hoc nomen praescripsit.*

Fidus Theseus Stat. Silu. 4, 4, 104. Infelix Theseus Virg. Aen. 6, 618. Magnanimus Theseus Senec. Hippol. l. 9. Periturus Theseus Ouid. Amor. 1, 7, 15.

THESEIS, idis. [*Θησεΐς*] *Poëma Thesei gesta complectens. Iuuen. Sat. 1, 2 Vexatus toties rauci Theseide Codri.*

THESIDES, ae. m. Patronym. [*Θησεΐδης*] *Hippolytus Thesei filius. Ouid. Epist. 4, 65 Theseides, Theseusque duas rapuere sorores. Virg. Georg. 2, 383 Praemiaque ingentes pagos, et compta circum Theseidae posuere. b. e. Athenienses.*

THESEVS, a, um. Adi. [*Θησεύς*] *Propert. 1, 3, 1 Qualis Thesea iacuit cedente carina Languida desertis Gnosia litoribus. Fides Thesea Ouid. Trist. 1, 3, 66. quam sibi praestitere Theseus et Pirithous.*

THESION, i. n. *Herba. Plin. 21, 17. et 22, 22.*

THESIS, is. f. [*ἔσις*] *Latine Positio dicitur. Thesis apud oratores quid sit, declarat Cic. in Topic. 79 Quaestio duo sunt genera: alterum infinitum, alterum definitum. Definitum est, quod ἐπίθεσις Graeci, nos Causam, Infinitum, quod ἕσσις illi appellant, nos Propositum possumus nominare. Causa certis personis, locis, temporibus, actionibus, negotiis cernitur, aut in omnibus, aut in plerisque eorum. Propositum, aut in aliquo eorum, aut in pluribus, nec tamen in maximis. Itaque propositum pars causae est. Idem in Orat. 45 Haec igitur quaestio a propriis personis et temporibus, ad uniuersi generis rationem traducta, appellatur Thesis. Idem Att. 9, 11 Sed tamen ne me totum aegritudini dedam, sumsi mihi quasdam tanquam ἕσεις, quae et politicae sunt, et temporum horum, ut et abducam animum ab*

ab querelis. *conf.* Quinētil. 3, 5, 5. et 10, 5, 11. Spatioſae atque vberes ad dicendi exercitationem theſes Idem 2, 4, 24. *Sunt nempe eadem Themata in quantum ponuntur, ut de iis dicatur.* Dicere theſes Id. 2, 1, 9. Theſes ſimplices Id. 7, 10, 55. ¶ 2 Apud metricos Arſis et Theſis eſt alterna ſyllabarum ſublatio et poſitio. *vid.* 5 quos laudauimus in ARSIS.

THETICVS, a, um. Thetica. Cic. Parad. praef. Deguſtabis genus hoc exercitationum earum, quae dicuntur in ſcholis *θητικά*, i. quae ut Theſes vel Themata proponuntur ad exercitationem dicendi.

THESMOPHORIA, orum. n. Pl. [*Θεσμοφόρου*] i. Cerealia, Latine Sacra Cereris, quae Graece dicitur *Θεσμοφόρος*, quaſi legifera. Prima enim Ceres leges inueniſſe proditur, quia ante frumentum inuentum homines ſine lege vagabantur, et ex agrorum diuiſione primo nata ſunt iura proprietatis et caetera. Ouid. Met. 5, 343 Prima dedit leges, Cereris ſunt omnia munus. Plin. 24, 9 Graeci lygon vocant, alii agnon, 15

[*ἀγνός caſtus*] quoniam matronae in Theſmophoriis Athenienſium caſtitateſtatem cuſtodientes, his foliis cubitus ſibi ſternunt.

THESPIAE, arum. f. Pl. [*Θεσπιάει*] Oppidum liberum in Boeotia, ad radicem Parnaſi, ut ait Plin. 4, 7. vel (ut Strabo lib. 9) Heliconi proximū. Theſpias nobilitauit Praxitelis Cupido, a Glycerio meretrice ibi conſecra- 20 tus. Vid. Cic. Verr. 4, 4.

THESPIVS, a, um. Adi. [*Θεσπιός*] Ut, Moenia Theſpia Valer. Argon. 1, 474. Rupes Theſpia Catul. 59, 27.

THESPIACVS, a, um. Aliud Adi. [*Θεσπιακός*] Ut, Moenia Theſpiaca Valer. Argon. 1, 93. 25

THESPIADES, [*Θεσπιάδες*] Sunt Muſae ſeu Nymphae Theſpias Boeoticas colentes: Auctor Stephan. Theſpiades deae Ouid. Met. 5, 310.

THESPIAS, THESPIS, et THESPIVS, tot enim modis ſcriptum inuenias, quin et THESTIVS, Athenienſis, Erechthei filius, quin- 30 guaginta puellarum patres, quas omnes Herculi, ut ex illo potiſſimum auus feret, ſubmiſit. Hinc nati quinquaginta filii

THESPIADAE dicti, vel THESTIADAE, quorum fata breuiter enarrat, unde haec ſumta ſunt, Diodorus Sic. 4, 29 ſq.

THESPIS, [*Θέσπις*] Ex Icaria ciuitate Atticae, primus Poeta 35 Tragicus, et qui perſonas inuenit. Hor. in Arte Poët. 276 Ignotum tragicæ genus inueniſſe Camoenæ Dicitur, et plauſtris vexiſſe poemata Theſpis.

THESPROTI, orum. m. [*Θεσπρωτοί*] Populi in Epiro proximi Chaonibus, ut auctor eſt Plin. 4 proœm. Theſproti Dryopesque ruunt 40 Lucan. 3, 179.

THESPROTIVS, a, um. Adi. Ut, Arua Theſprotia Sil. 15, 297. Regnum Theſproti Propert. 1, 11, 3. Sinus Theſprotius Liu. 8, 24.

THESSA, ae. f. Piſcis. Plin. 32, 11. 45

THESSALIA, ae. f. [*Θεσσαλία*] Regio Graeciae, quae ſub Attica olim comprehendebatur, ex vna parte Boeotiam, ex altera Macedoniam habens. Prius Aemonia, ab Aemone rege et Pelasgicum Argos et Dryopis atque Hellas dicebatur, ſemper a regibus cognominata ut ait Plin. 4, 7. qui addit, Ibi genitus rex nomine Graecus, a quo Graecia, ibi Hellen, a 50 quo Hellenes. Dicta Theſſalia a Theſſalo Aemonis vel Iaſonis et Medae filio. Et Strabo 10. ſcribit, dictam fuiſſe priſcis ſaeculis

Pyrrhaeam, a Pyrrha Deucalionis vxore. Ibi Deucalion, cum vxore Pyrrha, quorum tempore, ut inquit Ariſtoteles, ingens imbrium il- 55 luuius maiorem partem populorum Theſſaliae abſumſit, paucis, qui ad montium culmina ſeſe receperunt, conſeruatis. Inter quos Deucalion Parnaſum peterat, ratibusque ad ſe conſugientes per ſumma Parnaſi iuga benigne fouebat. Propter quod dictus eſt genus humanum reparaſſe. Huius Theſſaliae a mari et Thermopylis eſt litus uſque ad Penei eruptionem, et extrema Pelii. In Theſſalia ſunt montes nobiliſſimi Pieria pa- 60 rens domusque Muſarum, Pelion, et Oſſa Gigantum bello memorati. Item Pindus, Othrys Lapitharum ſedes: Item Olympos. Flumina in ea, ut ſcribit Herodotus, ſunt Apidanus, Enipeus, Onochonus, Pamifus, Peneus, Phoenix. Merito igitur Eximia Theſſalia Catul. Argon. 1. 62, 25. 65

THESSALVS, a, um. Adi. [*Θεσσαλός*] Ut, Ora Theſſala Catul. 62, 280. Portenta Theſſala Hor. Epift. 2, 2, 209. Puppis Theſſala Ouid. Epift. 17, 158. Terra Theſſala Tibul. 2, 4, 56.

THESSALICVS, a, um. Aliud Adi. [*Θεσσαλικός*] Ut, Clades Theſſalicae Lucan. 6, 62. Colore Theſſalico tincta purpura 70 Lucret. 2, 500. Niues Theſſalicae Stat. Achil. 1, 152.

THESSALIS, idis. f. Patronym. [*Θεσσαλῆς*] Ouid. Met. 12, 190 Theſſalidum virgo pulcherrima. Ara Theſſalis Ouid. Epift. 13, 112.

THESSALONICA, ae. f. [*Θεσσαλονίκη*] Vrbs ampla maximeque 75 inſignis, Macedoniae metropolis. Cic. Att. 1, 14 Ego propter viae celebri- tatem et quotidianam exſpectationem rerum nouarum, non commoui me adhuc Theſſalonica.

THESSALONICENSES, ium. m. Pl. [*Θεσσαλονικῆς*] Eius Vrbs incolae. Cic. de Prou. Conf. 4 Theſſalonicenſes poſiti in gremio imperii 80 noſtri relinquere oppidum, et arcem munire cogantur.

THESTIVS, i. m. [*Θέστιος*] Parthaonis filius, pater Thoxei et Plexippi, qui quum in venationem apri Calydonii proſecti eſſent, et poſt longum laborem belluam interemiſſent, praecipua venationis praemia exſpectabant. Sed venationis princeps, ſeu amore Atalantae ductus, ſeu quia ſic uſus ex- 85 petebat, caput et pellem apri, qui primus apud venatores habebatur bonus, Atalantae virgini tranſmiſit, quae primo aprum ſagitta vulnerarat. Quod aegre ferentes Plexippus et Thoxeus, virgini oblatum honorem auferre conati ſunt. Quare iratus Meleager irruit in eos, et occidit. Fabulam vide Ouid. Met. 8. Hinc Plexippum et Thoxea Theſtii filios THESTIA- 90 DAS nominat ibidem.

THESTIAS, THESTIVS, unde THESTIADES, vid. THESPIAS.

THESTORIDES. [*Θεſτορίδης*] Calchas filius Theſtoris. Stat. Achil. 1, 497. Prouidus augur veri Theſtorides Ouid. Met. 12, 19. 95

THESTYLIS, is. f. Mulier ruſtica apud Virg. Ecl. 2, 11.

THETA. n. Indecl. [*Θήτα*] Nomen eſt literae Graecae, quae iudicibus Graecorum erat nota condemnationis, ut Latinis C, quod ea ſit 100 prima dictioſis *θάνατος*, quae mortem ſignificat. Martial. 7, 36 vocat Mortiferum theta. Perf. Sat. 4, 13 Et potis eſt vitio nigrum praefigere theta. In caſtris indicabat militem mortuum: vid. Iſidor. 1, 20 et 23. Scalig. Lect. Auf. 2, 20. et ad Varr. p. 212.

THETICVS, vid. poſt THEſIS.

THETIS, idis. f. [*Θέτις*] Vna Nereidum pulchritudine praeſtans, cui fatum erat, ut, qui ex illa naſceretur, ſuum patrem vinceret. Iupiter 100

ergo monitus vel a Prometheo, vel a Themide (vid. Hemsterb. ad Lucian. Dial. Deor. 1) ab illa abstinuit, et Peleo uxorem tribuit, quas nuptias elegantissimo carmine celebrat Catull. 63 f. epithalamio Pelei et Thetidos. Poemus modo aliquot versiculos, qui summam fere continent, et illam a

- 5 **Tethye** docent distinguere, v. 26 sqq.
 Thessaliae columen, Peleu, quoi Iupiter ipse,
 Ipse suos diuūm genitor concessit amores.
 Tene Thetis tenuit pulcherrima Neptunine?
 Tene suam Tethys concessit ducere neptem,
 10 Oceanusque mari totum qui amplectitur orbem?
Secundum haec Oceanus ex Tethye Doridem, haec ex Nereo Thetidem genuit. Caeterum sic legendi versus Catulli, non ut in Neptunine relatus est versus horum quinque medius. Neptunine est epitheton Thetidos: quae ex Peleo mater Achillis facta est. Aequorea
 15 **Thetis** Ouid. Met. II, 226. Marina Thetis Hor. Carm. 1, 8, 14.
 ¶ 2 *Pro mari ponitur. Plana Thetis, Planum et tranquillum mare Stat. Theb. 5, 709. Claud. de Rapt. Proserp. 1, 148 Hic latrat Getula Thetis. Tentare Thetim ratibus Virg. Ecl. 4, 32. Lapilli Erythraei Thetidos, i. margaritae Stat. Silu. 4, 6, 18. quem ver-*
 20 *sum ita malim legi. Nox et Erythraeae (pro Erythraeis) Thetidos signanda lapillis: ut fit Erythraea Thetis.*
THEVTALIS, is. f. *Herba. Plin. 27, 12.*

T H I

- 25 **THIA**, ae. f. [Θῆα] *Insula est in mari Cretico, una Sporadum non procul ab Hiera, quam sua primum aetate emeruisse auctor est Plin. 2, 88. et 4, 12.*
THIASVS melius scribitur quam **THYASVS**, v. v.
 30 **THIATIS**, is. f. *Mensis ap. Aegyptios Plin. 27, 12.*
THIELDON, onis. m. Plur. *Thieldones, equorum genus. Plin. 8, 42.*
THIODĀMAS, [Θιοδάμας] *Filius Melampodis, et vates Statio Theb. 10, 280.*
 35 **THISBE**, es. f. [Θισβη] *Puella fuit Babylonia, de qua et Pyramo fabula Ouid. Met. 4, 55 sq. Sed ¶ 2 Candida Thisbe Stat. Theb. 9, 768. Volunt Thisben esse urbem Boeotiae, quae candida dicta sit a multitudine columbarum huius coloris. Haec est Stat. Theb. 7, 261 Dioneis aubus circumfona Thisbe. Ab hac est*
 40 **THISBĒVS**, a, um. Adi. [Θισβαῖος] *Ouid. Met. II. 300 Quae nunc Thisbeas agitatur mutata columbas.*

T H L et T H O

- 45 **THLASIAE**, *Spadonum genus, quibus contriti et quasi fracti testiculi. Est autem, mere Graecum, Θλασίας vel Θλαδίας, a verbo Θλάω. Vtitur Vlpian. l. 128 de V. S. quam damus in SPADO.*
THLASPI, [Θλασπί] *sive, ut aliis placet, THLASPIDION, ut Dioscorides et Plin. 27, 13 tradunt, Herbula angustis foliis, digitali longitudine, in terram versis, subpinguibus in cacumine diuisis, cauliculo tenui, semipedali, non sine adnascentibus ramulis, fructu per ambitum eius contento, summa sui parte parum in latitudine affuso, semine incluso nasturtii, lenticulae effigie, nisi quod infringitur, flos
 50 **albicat. Genit. Thalaspis Scribon. 170. conf. Cels. 5, 23.**
THLIBIAS, ae. m. [Θλιβίας] *Spadonum genus, quibus attriti testiculi, Θλιβίαν enim elidere est. Paullus l. 5 ff. ad L. Corn. de Sicariis, Hi quoque, qui Thlibias faciunt ex constitutione Diui Hadriani in eadem causa sunt, qua hi, qui castrant. Vtitur etiam Vlpian. l. 128 de V. S. quem damus in SPADO.*
THOAS, antis. m. [Θόας] *Rex in Taurica regione: de quo Ouid. ex Pont. 3, 2, 59 Regna Thoas habuit Macotide clarus in ora: Nec fuit Euxinis notior alter aquis. Alter rex Lemni fuit, Liberi patris filius, et pater Hypsipyls. Fuerunt et alii hoc nomine. Clari*
 65 **Thoantis terrae Ouid. Met. 13, 399.**
THOANTĒVS, a, um. Adi. [Θοάνθαιος] *Diana Thoantea Valer. Argon. 8, 208. Tauricam intelligit, cui hostiis humanis sacrificabatur.*
THOLVS, i. m. [Θόλος] *Graeca dictio, qua significatur proprie veluti Scutum breue, quod medio in tecto ponitur, in quo traves coeunt, et ad quod dona suspendi consueverunt. Haec Seru. ad Virg. Aen. 9, 408 — Si qua ipse meis venatibus auxi, Suspendiue tholo, aut sacra ad fastigia fixi. Sed addit, Alii tholum aedium sacrarum dicunt genus fabricae, (quale est aedes) Vestae et Pantheon.*
 75 *Alii tectum sine parietibus, columnis subnixum. Aedes autem rotundas (hae sunt tholi) tribus Dis dicunt fieri debere, Vestae, Dianae, vel Herculi, vel Mercurio. Cum hi sint quatuor, fluctuasse videtur inter Herculem et Mercurium. Martial. 2, 59 Ex me Caesareum prospicis ecce tholum. Eminentius tectum rotundum indicat. Sic Ouid. Fast. 6, 296 Mox didici curuo nulla subesse tholo. i. Nulla esse Vestae simulacra sub ipsa testudine templi rotunda. Varr. de R. R. 3, 5, 12 Inter eas piscinas tantummodo accessus semita in tholum, qui est vltra, rotundus, columnatus. Stat. Silu. 3, 1, 3 Quod coleris maiore tholo. Philander. Vitruu. 4, 7 Tholum Galli Later-*
 85 *nani, appellant, Itali Tribunam. Idem 1, 7, 5 Tholos intelligimus erectiores testudines templis addi solitas, quas Itali Tribunas vocant. Eae sunt aut rectangulae, aut ad hemicycli ducuntur ambitum. Haec Philander. conf. Lex. Vitruu. Isidor. 19, 19.*
THOMEX, icis. *quod suadet Gr. Θώμυξ et libri Festi, vel TOMEX aut TOMICA denique, quae sunt in aliis libris, quid rei sit, primo ex Festo declarabimus, Thomices Graeco nomine appellantur cannabi impoliti, et sparto leuiter tortae restes, et quibus funes fiunt. Lucilius, Videmus vincetum Thomice cabina. Facile apparet, legendum e cannabi impolita, vel impolitae, ut conueniat cum tortae.*
 95 *Deinde thomice cannabina. Porro apud Festum Opilius Aurelius ait mollem puluillum, quem in collo habent (helicarum forte, aut simile opus facientes) restis ne laedat, tomicem vocari. Haec ille. Nunc videamus usum. Colum. 12, 32 Deinde fasciculos (marrubii) facito, et tomice palmea aut iuncea ligato, et in seriam mittito, ita vt vinculum exstet. Est sine dubio resticula. Pallad. 1, 13, 1 Asseres —*
 100 *catenis ligneis — ad conignationem suspendemus, et binas inter eos perticas dirigemus, tomicibus alligatas, etc. Sumfit ex Vitruuio 7, 3 p. 131 Asseribus dispositis, tum tomice ex sparto Hispanico arundines Graecae tusae (vt exasperentur et cum calce uniantur melius) ad eos*
 105 *reliquentur. Fit hic tomex, vel sunt tomices ex sparto Hispanico. Plin.**

Plin. 17, 10 f. 11 Sic et spinas sepi causa serunt, tomice moris spinarum (mora spinarum fructus sunt) circumlita. *Modo dixerat in simile re restem circumlini, et funes nominat eadem in re Palladius 1, 34. et Febr. 24.* Apul. Met. 8 p. 213, 20 Et illico me (asinus loquitur) tomica spartea deligatum tradit Philebo emtori praeco. *Haec est, quam p. 222, 17 taeniam sparteam vocat, et mox v. 20 helcium sparteum. Quod de Graeco ῥώμιγγξ diximus, Hesych. ῥώμιγγξ λεπτόν ἄρνιον, et ῥώμιγγες σπασίδια κωνάβια.*

THORAX, acis. m. [ῥώμαξ] Latine Pectus dicitur. *Julius Pollux scribit thoracem esse, quidquid anterioris duntaxat partis a collo usque in coxendicem protenditur, quem conficiunt crates costarum, qui et ὄλμος, hoc est mortarium dicitur. Medici tamen Thoracem accipiunt pro pectore, praesertim quatenus eo spiramus. Sic Plin 27, 7 f. 28 Thoracem purgare. Add. Id. 20, 12 etc.*

2 Thorax, Tunica, quae tantum pectus tegit. *Iuven. Sat. 5, 143 Viridem thoraca iubebit Asferri. Sueton. August. c. 82 Hieme quaternis cum pingui toga tunicis, et subuculae thorace laneo, et femoralibus, et tibialibus muniebatur.*

Thorax, Munimentum pectoris, ex ferro, aut plumbo fabricatum. *Plin. 7, 10 Nos quoque vidimus Athanatum nomine prodigiosae ostentationis, quingenario thorace plumbeo indutum. Virg. Aen. 10, 337 — Thoraca simul cum pectore rupit. Nelixis thorax Stat. Theb. 4, 174. Perossius thorax Virg. Aen. 11, 10. Densis thoracibus horrens stat manus Valer. Argon. 3, 87.*

THORACĀTVS, a, um. Adi. [ῥωρακοφόρος] Qui thorace indutus est, s. lorica pectus muniente. *Plin. 35, 10 Parafius pinxit Nearchum thoracatum. Idem 37, 9 Formataque inde effigiem Neronis thoracatam.*

THORVS, vid. TORVS.

THORACOMACHVS, i. m. [ῥωρακόμαχος] Vestimenti genus, de quo *Vet. Auctor de rebus bellicis, sub Notitia vtriusque imperii, p. 18 Labb. Inter omnia quae aduersum (leg. ad vsum) bellicum prouida posteritatis cogitauit antiquitas, Thoracomachum quoque mira vtilitate ad leuamen corporis armorum ponderi et asperitati subiecit.*

35 *Hoc enim vestimenti genus, quod de coactili ad mensuram et tutelam pectoris humani conficitur, de mollibus lanis timoris sollicitudo solertia magistra composuit: vt hoc inducta primum lorica vel elibanus, aut his similia, fragilitatem corporis ponderis asperitate non laederent — Sane ne idem Thoracomachus pluuiis verberatus ingrauescente pondere adficiat vestientem, de Libycis bene confectis pellibus ad instar eiusdem Thoracomachi faciem conueniet superinducere, etc.*

THORYBETRON, i. n. *Herba quasi tu tumultuatricem dicas. Plin. 26, 8.*

THOS, ois. m. [ῥῶς] Lupi genus, caeteris procerius crurumque leuitate dissimile, velox saltu, venatu viuens, innocuum homini, per hiemes hirtum, aestate nudum. *Auctor Plin. 8, 34. 10, 63 et 74. Solin. 33.*

THOVS, i. m. Canis nomen, Latine Velox, a ῥῆω ductum. *Ouid. Met. 3, 220.*

THOTH, Mercurii nomen apud Aegyptios.

THOXEVS, i. m. [Θοξεύς] Filius Eurythi, frater Ioles. *Sen. Herc. Oct. 3 Nondum teneras vestite genas, necdum fortis sanguine Thoxeu. Verba sunt Ioles. Thoxeus, Thestii filius, et Plexippi frater, vid. THESTIVS.*

T H R

THRACE, vel THRECE, es. [Θράκη] THRACA, et THRACIA, ae. f. *Europae regio, Macedoniam versus Septentrionem sequens: quae a Septentrione Istrum habet, ab Oriente Pontum, a Meridie Aegeum mare. Habuit feros homines aspero cultu. Vrbes celebriores Apollonia, Nicopolis, Byzantium, Perinthos, Amnes, Hebrus et Neitos. Montes, Haemus, Rhodope. Descriptionem quaere apud Plin. 4, 11. Armifera Thrace Ouid. Epist. 2, 84. Candida niue Thrace Ouid. Carm. 3, 25, 11. Dura Thrace Stat. Theb. 5, 435. Furiosa bello Thrace Hor. Carm. 2, 16, 5. Gelida Thrace Ouid. ex Pont. 4, 5, 5. Horrida Thracia Catul. 4, 8. Lapidosa Thrace Sen. Troad. 9. Saeua Thrace Stat. Theb. 5, 84.*

THRAX, acis. vel THREX, ecis. m. [Θράξ] Thraciae incola. *Hor. Sat. 2, 6, 44 Thrax est Gallina Syro par? de duobus gladiatoribus. Cic. de Prouinc. Conf. 9 Rex Ariobarzanes Consullem vestrum ad caedem faciendam, tanquam aliquem Thracem conduceret? Virg. Aen. 3, 14 Thraces arant, etc. Tumidi Thraces Stat. Theb. 5, 75. Hor. Od. 1, 27 pr. Natis in vsum laetitiae scyphis Pugnare Thracum est. Thraces vocantur Thamyris, Orpheus, Musaeus, Linus, alique in Thessalia, licet et Graecia adeo proprie dicta nati sint, et ibi Poeticae laude floruerint: Olympus, Pindus, Aonius montes, itemque Pimpla, Pieria, Libethrus, Thracibus assignantur, nempe antiqua illa ratione, qua multo latius hoc nomen patuit: a quo deinde Philippi et Alexandri aetate cultiores illae gentes exclusae, et in suam barbariam compulsi Thraces sunt. Vid. Is. Voss. ad Melam 2, 3 p. 455 sq.*

THRACIVS, a, um. Adi. [Θρακιός] Cic. de Prouinc. Conf. 4 Castris Thraciis distincta ac notata via. *Agri Thracii Senec. Med. 8. Equus Thracius Virg. Aen. 5, 565.*

THRACVS, THRECIVS, et THREICIVS, a, um. Adi. *Vt, Ingens Thraca palus Flacc. 2, 201. Castra Thracia Cic. de Prou. Conf. 4 Orpheus Threicius Hor. Carm. 1, 24, 14.*

THRESSA, [Θρησσα] et THREISSA, *Mulier e Thracia. Hor. Carm. 3, 9, 9 Me nunc Thressa Chloë regit. Virg. Aen. 1, 320 Vel qualis equos Threissa fatigat Harpalice.*

THRASCEAS, ae. m. [Θρασκίας] *Ventus, qui et Thraceas et Thracias dicitur. Aristoteles, Post Argeten ventum fiat Thrasceas, spirat inter Septentrionem et Occasum solstitialem. Vid. Sen. Qu. Nat. 5, 16. Plin. 2, 47. Veget. 4, 38. Agathem. 2, 12.*

THRASEAS, ae. m. [Θρασάς] *Philosophus Stoicus sub Nerone, a quo quum iussus esset mori, stetum suorum magna constantia compepsit: porrectisque alacriter ad incisionem brachii, humoque sanguine aspersa, Hunc, inquit, sanguinem libemus Ioui liberatori. Reliqua vide apud Tacit. Ann. 16, 21.*

THRASIVS, seu THRASILIVS, i. m. [Θρασιός] *Quum ad exorandas a Ioue pluias Busirin docuisset hospites immolare, omnium primus mactatus est. Ouid. in Ibin 397 Vt qui post longum sacri monstrator iniqui Elicuit pluias victima saecus aquas. Vid. Idem de Arte Am. 1, 649.*

THRASIVS, seu THRASILIVS, i. m. [Θρασιός] *Quum ad exorandas a Ioue pluias Busirin docuisset hospites immolare, omnium primus mactatus est. Ouid. in Ibin 397 Vt qui post longum sacri monstrator iniqui Elicuit pluias victima saecus aquas. Vid. Idem de Arte Am. 1, 649.*

THRASIVS, seu THRASILIVS, i. m. [Θρασιός] *Quum ad exorandas a Ioue pluias Busirin docuisset hospites immolare, omnium primus mactatus est. Ouid. in Ibin 397 Vt qui post longum sacri monstrator iniqui Elicuit pluias victima saecus aquas. Vid. Idem de Arte Am. 1, 649.*

THRASIVS, seu THRASILIVS, i. m. [Θρασιός] *Quum ad exorandas a Ioue pluias Busirin docuisset hospites immolare, omnium primus mactatus est. Ouid. in Ibin 397 Vt qui post longum sacri monstrator iniqui Elicuit pluias victima saecus aquas. Vid. Idem de Arte Am. 1, 649.*

THRASIVS, seu THRASILIVS, i. m. [Θρασιός] *Quum ad exorandas a Ioue pluias Busirin docuisset hospites immolare, omnium primus mactatus est. Ouid. in Ibin 397 Vt qui post longum sacri monstrator iniqui Elicuit pluias victima saecus aquas. Vid. Idem de Arte Am. 1, 649.*

THRASIVS, seu THRASILIVS, i. m. [Θρασιός] *Quum ad exorandas a Ioue pluias Busirin docuisset hospites immolare, omnium primus mactatus est. Ouid. in Ibin 397 Vt qui post longum sacri monstrator iniqui Elicuit pluias victima saecus aquas. Vid. Idem de Arte Am. 1, 649.*

THRASO, onis. m. [Θράσω] *Nomen comicum gloriosi militis apud Terentium in Eunuchis, ἀπὸ τῆς Θράσας, hoc est, ab insolentia et ferocitate impositum. Fuit et nobilis statuarius, cuius meminit Plin. 34, 8. et Strabo lib. 14.*

THRASONIANVS, a, um. Adj. Sidon. Epist. 1, 9 *Paginam Thrasoniano, i. glorioso sine concludere.*

THRASYBVLVS, i. m. [Θρασύβυλος] *Atheniensis exul, comparato exercitu triginta tyrannorum dominationem Athenis sustulit, iuante Lyfandro, Lacedaemoniorum duce, exulesque reduxit. Insuper plebiscitum tulit, quod ἀμνησίαν s. legem oblivionis vocant, quo iniuriarum memoria deleretur. Habemus vitam viri breuiter descriptam a Cornelio Nep.*

THRASYMENVS, vid. TRASYMENVS.

THRAVSMA, atis. n. vel THRAVSTON, i. n. *Sic quoque appellatur gummi Ammoniacum, ap. Plin. 12, 23.*

THRECIDICA, orum. n. *Arma gladiatoria. Cic. Philipp. 7, 17 Quem gladiatori non ita appellavi, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet: sed ut appellant ii, qui plane et Latine loquuntur. Myrmillo in Asia depugnauit. Quum ornasset,*

Threclidicis comitem et familiarem suum, illum miserum fugientem iugulauit.

THRENVS, i. m. *Lamentum. Tristis threnus Aufon. threnos primus Ieremias composuit Isidor. 1, 38. Quae sit eius differentia ab epicedio, docet Proclus ap. Voss. Inst. Orat. 3 p. 413.*

THRIA, ae. siue THRIO, us. f. [Θρία ἢ Θριώ] *Stephano, Vicus est Atticae in tribu Oeneide: a quo THRIASII populi, et campus Thriatius: cuius meminit et Plin. 4, 7. et multis in locis Thucydides.*

THRIDAX, acis. f. *Herba, al. lactuca. Apul. de Herb. cap. 30. Sammon. p. 15.*

THRION, ab Atheniensibus Lucundum quoddam edulium vocabatur, quod frondibus ficubus, quae Θρία Graece vocantur, inuoluebatur. Varro de L. L. 4, 22 p. 28 pr. A globo farinae dilatato item in oleo cocti, dicti a globo globi, ut thrion et placenta. Sunt et Θρία Graecis lagana, si quis forte hoc loco ita legendum putet. Turneb. Aduers. 22, 2. Sed

THRIPS, pis. [Θρίψ] *Teredinis genus, lignum erodens, culici non dissimile. Auctor Plin. 16, 41 l. 80 Teredines — tantum in mari sentiuntur — Terrestres tineas vocant; culicibus vero similes thripas. Est distichon nescio cuius Ips, Cis, Ses, Is, Thrips,*

arrodit dente, Midasque, Vites, Far, Vestes, vitrea, ligna, fabas. Reliqua nomina nondum habent auctores Latinos.

THRONSVS, i. m. [Θρόνος] *Sedes vel solium dicitur. Plin. 35, 9 Iupiter in throno. Sustulit, ecce, thronum faeuus fregitque superbos Iuenc. 1, 101. Conf. Lactant. 4, 8. Tertull. de Resurr.*

c. 35. Prudent. Hamart. praef. v. 10.

THRYALLIS, [Θρυάλλis] Genus herbae, quae alias Lychnitis dicitur, folia habens terna, aut cum plurima, quaterna, crassa, pinguique, ad lucernarum lumina apta. Vid. Plin. 25, 10. et 21, 7. Apul. de Herb. c. 71. Nempe Θρυάλλis est linteamen linum, funiculus, qui oleum continet, aut quodcumque pingue, unde flamma lucernae alitur.

THRYPS, vid. THRIPS.

T H V

THVCYDIDES, is. m. [Θουκυδίδης] *Atheniensis historicus, patre Oloro, genus a ducibus Miltiade et Cimone duxit. Marcellinus Graecus scriptor vitam illius dedit, quae exstat. De hoc Quincius. 10, 1 Dionysius Halicarnassensis scribit Demosthenem adeo Thucydides stylum probasse, ut eius opus octies scripserit, totumque fere edidicerit. Grauer fane et probe*

res gestas et bella et praelia narrat Thucydides Cic. in Orat. 30. Thucydides rerum gestarum pronuntiator sincerus et grandis fuit. Id. de Clar. Orat. 287. Idem de Orat. 2, 56 Namque et Herodotum illum, qui princeps genus hoc ornauit, etc. et post illum Thucydides omnes dicendi artificio mea sententia facile vicit. Admirari elo-

quentiam Thucydides Cic. de Opt. gen. Orat. 15.

THVCYDIDIVS, a, um. Adj. *Cic. in Orat. 30 Ecce autem aliqui se Thucydidos profitentur, nouum quoddam imperitorum et inauditum genus.*

THVLE, es. f. *Insulae nomen, de qua sic scribit cl. Bochartus: De Thules insulae situ (inquit) tres sunt veterum sententiae. Vna Procopii lib. 2 Goth. Thulen esse Scandiam, quae insula non est sed peninsula, et ab iis locis remotissima, in quibus alii Thulen describunt. Secunda est Pythae Massil. Thulen sex dierum nauigatione in Septentrionem a Britannia distare, habere nullas in solstitio noctes, et nullos contra per*

brumam dies, quae ad amissim Islandiae quadrant. Tertia sententia est Ptolemaei et Marini, quibus Thule insula est non magna ad gradum 63 ubi dies maxima est 20 horarum, a Britannia vix bidui cursu remota, quae conueniunt Schetlandiae, vni Orcadam. Ex his tribus sententiis emergit tertia, quae nostra est, Graecos et Romanos Scriptores cum ex incerta fama accepissent, in ultimo Septentrione aliquam esse insulam huius nominis, atque ea nusquam compareret, tamen quemque sic appellasse, quam putaret esse extremam. Haec Bochart. de Phoenic. Colon. 1, 41. Haec insula Poëtis celebratissima, cum disiunctissimum aliquid innuere vellent, quasi totius orbis remotissima. Sic Iuuen. Sat. 15, 112 De conducendo

loquitur iam Rhetore Thule. Et Virg. Georg. 1, 30 Tibi seruiat vltima Thule. Hesperiae vada caligantia Thules Stat. Silu. 4,

5, 20. Nigrae litora Thules Id. ibid. 4, 4, 62.

THVNNVS, aut THYNNVS, i. m. [Θύννος] *Genus piscis marini praegrans. Vrentes thynni Aufon. Ep. 4, 59. Add. Catull. 25, 8. Ouid. Hal. v. 98. Plin. 9, 15. et 32, 11 et 37. Columel. 6, 31. Solin. cap. 22. Metaph. Hor. Serm. 2, 5, 44 Plures annabunt thynni, et cetaria crescent: plures capientur blanditiis. Thunnum, Athenaeus lib. 7 scribit appellatum esse ἀπὸ τῆς θύννης, ἡ ὄρεα, id est impetum facere et irruere. Hunc piscem enim admodum*

celerem et concitatum esse, propterea quod certo anni tempore stimulum, seu oestrum habeat in capite, a quo concitetur atque impellatur, quod item scribit Aristoteles.

THVNNARIVS, a, um. *Thunnaria piscatio l. 13 D. communia praed.*

THVRIANVS, i. m. *Genus est piscis marini, quem alii Xiphiam vocant Plin. 32, 11.*

THVRII, orum. m. [Θύριοι] *Proprie nomen ciuium urbis Calabriae, quae et Thuria et Thurion a Thuria fonte dicta est. Haec prius Sybaris, nouissime Copiae fuerunt appellatae.*

THVRINVS, a, um. Adi. [*Ἰσπίος*] Ouid. Met. 15, 52 Thuri-
nosque sinus, Temesemque, et Iapygis arua. *Alii legunt, Terinos-*
que sinus, etc. Sed male.

THVREVS, THVRIBVLVM, etc. vid. infra THVS.

THVS, thūris, vel TVS, turis. n. [*λίβανος, λίβανωτός*] Incen-
sum, quo diis sacrificabatur. Qui adspirant, deducunt ἀπὸ τῆς θύων, odo-
rem facio, vel potius θύω sacrifico: quod qui sacrificabant, thure uteban-
tur. Sed Charisius i p. 58 pr. Tus a tundendo sine adspiratione di-
citur, quamuis Iulius Modestus, ἀπὸ τῆς θύων tractum dicat. Por-
phy. in Hor. Carm. 1, 30 Dicitur autem thus ἀπὸ τῆς θύων, id est sa-
crificare, unde adspiratur TH. Alii tamen credunt esse dictum
a tunsis glebis, quia de arbore destillat, et a terra subiecta
combibitur, in eaque congelatur, indeque tunsis glebis col-
ligitur. Seruius in Georg. 1, 57 Molles sua tura Sabaei.
Sane, inquit, tus modo sine adspiratione dicimus; nam antiqui thus di-
cebant ἀπὸ τῆς θύων, quod displicuit. tura enim a tundendo dicta esse
voluerunt, a glebis tunsis, cum quibus dicitur fluens de arboribus coa-
lescere. In hac ipsorum antiquorum dissensione difficile est aliquid de-
cidere. Nos quidem, ut scriptum inuenimus, ita referimus. Lo-
cus classicus est Plin. 12, 14 s. 30 Arabiae diuitias, quae cognomen illi
felicis ac beatae dedere — thus (ita scribitur in edit. Harduini,
Elsevir. etc.) et myrrha: haec et cum Troglodytis communis: thu-
ra praeter Arabiam nulla. ac ne Arabiae quidem vniuersae. — Mi-
naei primi commercium thuris fecere, maximeque exercent, a quibus
et Minaeum dictum est. Nec praeterea alii Arabum thuris arborem
vident. f. 31 Nec arboris ipsius quae sit facies, constat

— nec ab vlllo Latino arborum earum tradita est facies. Graeco-
rum exempla variant. Alii folio pyri, minore duntaxat, et herbi-
di coloris prodidere: alii lentisco similem subrutilo — cor-
tice lauri esse constat. — Qui mea aetate legati ex Arabia vene-
runt, omnia incertiora fecerunt, quod iure miremur, Virgis etiam
thuris ad nos commeantibus, quibus credi potest, matrem quoque
terete et enodi fruticare trunco. f. 32 Meti semel anno solebat,
minore occasione vendendi. Iam quaevis alteram vindemiam af-
fert — Incidentibus qua maxime videatur esse praegnans tenuissi-
musque tendi cortex. Laxatur hic plaga, non adimitur. Inde
proflit spuma pinguis. Haec concreta densatur, vbi loci natura
poscat tegete palmea excipiente, aliubi area circumpauita. Quod in
arbore haesit, ferro depeeditur: ideo corticosum. Silua diuisa
certis portionibus mutua innocentia tuta est, neque vllus faucias arbo-
rum custodit. At hercule Alexandriae, vbi thura interpolantur, nulla
satis custodit diligentia officinas — Autumno legitur ab aestiuo
partu: hoc purissimum, candidum. Secunda vindemia est vere,
ad eam hieme corticibus incisus. Rufum hoc exit, nec comparandum pri-
ori. Illud carpheotum, hoc dathiatum (*Salmaf. con. Dadioton*)

vocant. Creditur et nouellae arboris candidius, sed veteris odora-
tius. — Quod ex eo rotunditate guttae pependit masculum voca-
mus, cum alias non fere mas vocetur, vbi non sit femina. Religi-
oni tributum, ne sexus alter vsurparetur. Masculum aliqui putant a
specie testium dictum. Praecipua autem gratia est Mammosō, cum
haerente lacrima priore consecuta alia miscuit se. Singula haec ma-
num implere solita inuenio, cum minore diripiendi auiditate lentius
nasci liceret. Graeci Stagonium et Atomum tali modo appellant (*illud
quasi stillaticium, hoc non scissum*) minorem autem Orobian (*ab erui
paruitate*) Micas concussu elisas Mannam vocamus. Etiamnum
tamen inueniuntur guttae, quae tertiam partem minae, (*librae Rom.*)
hoc est XXVIII denariorum pondus aequent. Alexandro magno in
pueritia sine parcimonia thura ingerente aris, paedagogus Leonidas
dixerat, vt illo modo, cum deuicisset thuriferas gentes, supplicaret.
At ille Arabia potitus, thure onustam nauem misit ei, exhortatus, vt
large deos adoraret. — Probatur candore, amplitudine, fragi-
litate, carbone, vt statim ardeat. Item ne dentem recipiat potius,
quum in micas frictur. Tibul. 1, 3, 34 Reddereque antiquo
menstrua tura lari. Acerra turis Ouid. Fast. 4, 934. Hor.
Od. 3, 8, 2. Acerrae turis Ouid. Met. 8, 266. Arboris turis
cortex Scribon. 28. Custos acerra Ouid. Met. 13, 703. Man-
na turis Scribon. 81. Pollen Idem 46. 203 etc. etc. Mica tu-
ris Plin. 12, 14. Vindemia turis Idem 12, 14. Candidum tus
Plin. 12, 14. Scribon. 31. Eoum tus Stat. Theb. 1, 263. Flaua
tura Ouid. Epist. 21, 92. Impia Idem ibid. 14, 26. vid. Pia. 70
Incana tura glebis Stat. Theb. 6, 60. Irrita Ouid. Met. 7, 589.
et ex Ponto 2, 9, 28. Mammosum tus, vid. MAMMA. Mascula
tura Virg. Ecl. 8, 65. Masculum tus Scribon. 170. 220. 253. Vid.
MASCVLVS. Niliacum tus Stat. Silu. 4, 9, 12. Odoratum
tus Plin. 12, 14. Pia tura Iuuen. Sat. 13, 116. Ouid. Ep. 7, 75
24. Am. 3, 3, 33 etc. Sabaeum tus Virg. Aen. 1, 421. Ado-
lere tura Idem Ecl. 8, 65. Dignari aliquem sacri turis honore
Ouid. Met. 14, 130. Dare blanda tura Tibul. 3, 3, 2. Tus
Dare etiam Ouid. Fast. 4, 867. et 5, 302. et Arnob. 7 p. 212.
Tus datum flammis Ouid. Met. 13, 630. Ferre altaribus Idem ib. 80
7, 589. Incendere tura et odores Cic. Verr. 6, 77. Ingerere
tura aris, vid. INGERO. Legere tus Plin. 12, 14. Litare ture
Perf. Sat. 5, 120. Metere tus Plin. 12, 14. Ministrare tura
Ouid. Met. 2, 289. Mittunt Sabaei tura Virg. Georg. 1, 57. Pla-
care deos ture Hor. Carm. 1, 36, 1. Tribuere alicui honores tu-
ris Ouid. Met. 14, 128. Add. Cels. 5, 5 et 6. 6, 6. Plin. 16,
27 Arbor turis, Lignum turis, Virgae turis.

THVRARIVS, a, um. Adi. Thurarius vicus Romae Ascon. Ti-
biae Lydiae et thurariae Solin. c. 11. (*Salm. 5*) vid. *Salmaf. p. 87.*
Substantiue Turarius, Qui tura tractat ac vendit. Firmic. 8, 25 Vice-
sima septima pars librae si in horoscopo fuerit inuenta, turarios faciet
vel pigmentarios, seu pharmacopolas. Conf. Tertull. de
Idol. c. 11.

THVREVS, a, um. Adi. [*λίβανωτός*] Quod est thuris. Columel.
3, 8 Iam tuream plantam, florentesque hortos myrrha et croco.
Virg. Georg. 2, 117 Solis est thurea virga Sabaeis. Dona thurea
Idem Aen. 6, 225. Flamma thurea Stat. Theb. 12, 487. Gra-
na thurea Ouid. Fast. 4, 410. Planta thurea Columel. 3, 8.

THVRIFER, era, erum. Adi. [*λίβανωτοφόρος*] Vt, Saba thuri-
fera, quae producit tus Plin. 6, 23. Idem 12, 14 s. 30 Regio thuri-
fera Saba appellata. Plin. 12, 14 Vt illo modo quum deuicisset
thuriferas gentes, supplicaret. Indus thurifer Ouid. Fast. 3, 720.
Arae thuriferae Stat. Achil. 1, 520. Add. Vitruu. 8, 3. Sidon.
Carm. 24, 64.

THVRICRĒMVS, a, um. Adi. Vt, Arae thuricremae, In quibus cre-

matur tus Virg. Aen. 4, 433.

Conf. Idem Art. Am. 3, 393.

THVRILĒGVVS, a, um. *Colligentes tura.* Ouid. Fast. 4, 569
Nam modo thurilegos Arabas, modo despicit Indos.

5 THVRIBŪLVV, i. n. [*Θυμιαθήριον*] *Vas, in quo tus adoletur.*
Liu. 46, . . . Cic. Verr. 4, 46 c. 21 pr. Num etiam de L. Papirio
viro primario, locuplete, honestoque equite Romano thuribulum
emisti? Conf. Liu. 29, 14. Vitruv. 9, 7. Auson. Eid. 5,
104. Sidon. Ep. 8, 14.

10 THVRIFICO, āre. *Tura incendere.* Vid. Voff. de Vit. L. L. 4, 27.
THVRIFICĀTVS, a, um. *Thurificati vocabantur, qui Christiani
cum essent metu adacti idolis tura incendebant.* Vid. Cyprian. Epist. 52.

THVSCŪLVV, i. n. Dimin. [*λυσσωυρίδιον*] Plaut. Aul. 2, 8, 15
Nunc thusculum emi, et haec coronas floreas.

15 THVSCIA, vid. TVSCIA.

T H Y

20 THYA, ae. f. vel THYON, i. n. [*Θύα, Θύον*] *Arbor odorifera, quas
notiore nomine Cedrus dicitur, et Homero nota fuit, teste Plin. 13, 16 pr.
Propert. 3, 5, 63 Sed thylae thalamo aut Oriciae terebinthi Effuleto
pluma versicolore caput. Aut Thyia ipsi placuit, Θύα, per diphthongum;
aut formavit Adiectivum Thyius pro Thyinus. Caeterum Θύον
citreum pomum intelligit apud Homerum Macrob. Sat. 2, 15 ubi vid.*

25 THYAMIS, is. m. *Fluvius Butrotum Epiri coloniam alluens, et Emathio
villae Attici proximus.* Cic. Att. 7, 2 Qu. Ciceroni obfisti non potuit,
quo minus Thyamin videret. Hinc Ciceroni de Legib. 2, 7 resti-
tutum illud tuere cum Turnebo 11, 16 Lambinus, pro Thebanus Epirotes,
legentes Thyamis.

30 THYAS, ādis. f. [*Θυάς*] *Bacchi sacrificula.* Amentes Thyades
Stat. Theb. 12, 792. Concita Thyas pulso tympano Hor. Carm.
3, 15, 10. Euantes Thyades effulis crinibus Catul. Argon. 62, 391.
Excita Thyas commotis sacris Virg. Aen. 4, 302. Peruicaces Thy-
ades Hor. Carm. 2, 19, 9.

35 THYĀSVS, i. m. *quod rectius per i, thiasus scribi monet la
Cerde ad Virg. Ecl. 5, 30. [*Θιασος*] Saltatio et chorea dicitur, quae
Baccho, exhibebatur: a Θύω sacrificio, ut volunt, qui contra Graecorum
usum probant y in prima Syllaba.* Virg. Ecl. 5, 30 Instituit Daphnis
thiasos inducere Baccho. Catull. de Bercynth. f. 61, 28 Thiasus
40 repente linguis trepidantibus vlulat.

THYASITAS. *Sodalitas Festo saltantium nempe et conuiuantium.
Sed bene monuit Dacerius, legendum videri Thiasotas, sodales.*

45 THYATĪRA, ae. f. [*Θυάτιρα*] *Insula maris Ionii, una Echinadum
Aetoliae adiacentium, teste Plin. 4, 12. Est item Ioniae ciuitas in Asia,
ad Lycum fluvium, teste eodem Plin. 5, 9. Strabo 13. Mysiae
attribuit, Stephanus Lydiae.*

THYBRIS, vid. TIBERIS.

50 THYELLA, ae. f. [*Θυέλλα*] *Homerus . . . Thyellam
quartam Harpyiam videtur appellasse, respiciens nimirum ad vocis pro-
prietatem, quae apud Graecos repentiam et sonoram significat procellam.*

55 THYESTES, is et ae. m. [*Θυέστης*] *Filius Pelopis ex Hippodamia,
et Atrei frater, ac Tantali nepos. Inde Thyestis fabula hoc habet:
Atreum et Thyestem germanos quum dissensione sibi nocere non pos-
sent, in simulacram gratiam rediisse: qua occasione Thyestes cum fra-
tris vxore concubuit. Atreus vero ei filium epulandum apposuit:
quae Sol abominatus, ne pollueretur, aufugit. Sed veritas (si Dis pla-
cet) haec est: Atreum apud Mycenae primum Solis eclipsim inue-
nisse: cui inuidens frater, ex vrbe discessit tempore quo eius probata
sunt dicta. Haecenus Seruius enarrans illud Virg. Aen. 1, 572 Nec
60 tam auersus equos Tyria Sol iungit ab vrbe. Pers. Sat. 5, 8 Aut
si quibus olla Thyestae Feruebit. Vid. AEGISTHVS.*

65 THYESTEVS, a, um. Adi. Cic. in Pison. 43 Thyestea ista exse-
cratio est, Poetae vulgi animos, non sapientum mouentis,
Ut tu naufragio expulsus, vsquam saxi fixus asperis
Euisceratus latere penderes saxa spargens tabo
Sanie, sanguine atro.

65 Mensa Thyestea Ouid. ex Pont. 4, 6, 47. Mycenae Thyestae Lu-
can. 1, 539. Preces Thyestae Hor. Epod. 5, 86.

70 THYESTIADES, ae. m. *Aegisthus, Thyestae filius.* Ouid. de
Arte Am. 2, 407 Inde Thyestiadem thalamoque animoque recepit.

THYEVV, i. n. Ita Succinum vocabatur in Italia, teste Plin. 37, 2.

75 THYIA, ae. f. [*Θύια*] *Nomen filiae Cephe, quae prima Liberi pa-
tris initiata fuit Orgiis, a qua Thyiades et Thyiae. Herodotus lib. 7.
Ab hac Verbs eiusdem nominis, in qua colitur.*

THYITES. [*Θυίτης*] *Genus est lapidis durissimi, ex quo mortaria
feri consueverunt: unde et a Plinio 36, 22 Lapis mortariorum vocatur,
et a Graecis Θυίτης, quibus Θύια mortarium est.*

THYLE, vid. THVLE.

80 THYMALLVS, k m. *Genus piscis pretiosi, de quo Ambros. 5
Hex. Neque te inhonoratum nostra persecutione Thymalle dimit-
tam, cui a flore nomen inoleuit, seu Ticini vnda te fluminis, seu amo-
rem Athesis vnbra nutrierit, flos es. Vid. reliqua.*

85 THYMBRA, ae. f. [*Θύμβρα*] *Herba vulgaris. In asperis et
gracilibus nascitur, similis thymo: sed minor atque tenerior ferens spi-
cam floris plenam, coloris herbacei. Habetur et sativa breuior siluestri,
quae propter minorem acrimoniam in cibos recepta est, Latinis Satureia,
teste Plin. 19, 8. Thymbram tamen nonnihil a satureia discrepare
sentit Columel. 10, 235 Et satureia thymi referens, thymbraeque sapo-
rem. Columel. 9, 4 Saporis praecipui mella reddit thymus.*

90 Thymo deinde proxima thymbra, etc. Sunt qui Tymbram absque
adspiratione scribant. Olens thymbra Stat. Silu. 1, 2, 21. Ge-
lidiae vnbracula thymbrae Stat. Silu. 1, 2, 222. Add. Pallad.
1, 37. ¶ 2 Thymbra, [*Θύμβρα*] *Locus vicinus Troiae,
plenus thymbra. Rector Thymbrae, Apollo Stat. Silu. 4, 7, 22.*

95 THYMBRAEVS, i. m. [*Θυμβραειος*] *Apollo dicitur, a loco, modo
dicto: in quo eius et nemus est, et templum vbi a Paride Achilles
occisus est. Vnde et fingitur manu Apollinis vulneratus. Ergo
Thymbraeus, vt Delius. Nam numina a locis frequenter nomen
accipiunt. Haecenus Seruius ad Virg. Aen. 3, 85 Da propriam,
100 Thymbrae, domum, da moenia fellis. Pergama Thymbraca
Stat. Silu. 3, 2, 97.*

THYMBRAEVM, i. n. *Herba.* Plin. 20, 22.

105 THYMĒLE. [*Θυμήλη*] *Nomen mulieris volunt esse, quae pri-
ma saltationem in scena docuit. Partem aliquam scenae apud Graecos esse,
apparet: quid proprie fuerit, non ita promtum. Ipse Pollux dubie 4 c. 19
Ἡ ἀρνη*

Ἡ σκηνὴ μὲν ὑποκοιτῶν Ἰδίων, ἢ δὲ ἀρχήσρα τῶ χορῶ, ἐν ἡ-καὶ ἢ θυμέλην
 ἀπὲρ βῆμα τι ἔσα ἢ βωμὸς. Est igitur Thymele eleuatum quiddam aut
 suggestum, arae certe simile, ad quod, vel in quo starent qui inde dicuntur
 Thymelici. Reliqua ex Graecis dare potest Lexicon Vitruu. Est
 etiam saltatio histrionica, quo intellectu utitur etiam Sidon. . . . 5
 ¶ 2 Romae Domitiani aetate in scena placuit Mima huius nominis.
 Martial. 1, 5, 5 rogans fauorem suis libellis a Domitiano, Qua Thymelen
 spectas, derisoremque Latinum, Illa fronte, precor, carmina nostra
 legas. Hinc a Iuuenal. 1, 36 A trepido Thymele submissa Lati-
 no; personae verae signantur, qui perpetrent facinora ea, quae in scena
 agunt Thymele et Latinus. V. g. maritus ob facinora sibi male con-
 scijs, uxorem suam moecham submittit delatori nobili, ne is sibi noceat.
 Tale etiam est Iuuen. 6, 66 Thymele tunc rustica discit. i. puella rusti-
 ca in theatro discit esse mima. i. impudica.

THYMELICI. [Θυμελικοί] Qui fuerint, docet Vitruuius 5, 8 15
 Apud Graecos Tragici et Comici actores in scena peragunt: reliqui
 autem artifices suas per orchestram praestant actiones. Itaque ex eo
 Scenici et Thymelici Graece separatim nominantur. Illud apparet,
 Thymelicos esse, qui extra scenam Graecam, in Orchestra pro-
 prie illis dicta, canunt, saltant, mouentur. Vlpian. in l. 20
 Athletas, in princip. D. de iis, qui not. infam. Neque
 Thymelici, neque Xystici, nec agitadores, nec qui aquam equis spar-
 gunt, caeteraque eorum ministeria, qui certaminibus sacris deseruiunt,
 ignominiosi habentur. Add. l. 10 ff. de pollicitat. Isidor. 18,
 47. Torrent. ad Suet. Aug. c. 45. Athenodorus Xysticus 25
 Paridi thymelico bene merenti fecit Vet. Infer. Thymelicac fal-
 tationes Iustin. Nouell. de Consulib. Alex. ab Alex. 3, 9. Rit-
 tersb. ad Saluian. p. 62.

THYMELAEA, ae. f. Herba. Plin. 13, 21.
 THYMIAMA, atis. n. Incensum. Ammoniacum thymiama 30
 Cels. 5, 18, 7 seqq. 6, 6, 25. i. thus Libycum. Conf. Vulgata
 Bibl. Interpr.

THYMIAMATERIVM, i. n. Ambros. Epist. 5 p. 78. Add.
 Vulg. Ierem. 52, 17. Rectius thymiaterium.

THYMION, i. n. Vlcus est, quod super corpus quasi verrucula 35
 eminet, ad cutem tenue, supra latius, subdurumque, et in summo per-
 asperum. Id qua summum, colorem floris thymi repraesentat, vnde
 ei nomen est: ibique facile finditur, et cruentatur: nonnunquam
 aliquantum sanguinis fundit, fereque circa magnitudinem fabae Aegy-
 ptiacae est, raro maius, interdum perexiguum. Modo vnum, modo 40
 plura nascuntur, vel in talis, vel in palmis, vel inferioribus pedum
 partibus. Pessima tamen in obscoenis sunt, maximeque vbi sangui-
 nem fundunt. Haec Celsus 5, 28, 14. Vbi tamen obseruandum, in
 ipso contexto orationis ἄκροθύμιον nominari: Thymion in vet. lemma-
 Certior locus Plin. 32, 10 l. 45 Verrucas tollit — capitis maena- 45
 rum cinis cum allio tritus: ad thymia crudis vtuntur, int.
 maenis. Sic Harduin.

THYMOETES, ae. m. [Θύμοιτης] Priami filius fuit ex Arisbe
 (vt quidam volunt) cuius vxor quum filium peperisset eodem die, quo
 Hecuba Paridem, asserentibus hariolis eo die natum esse puerum, cuius 50
 causa Ilium euertetur, iussit Priamus vtrumque interfici. Et Paris
 quidem matris astu clam traditus est educandus: Thymoetis autem
 puer est interfectus. Cuius iniuriae vltione in multos dies dilata,
 Thymoetes, quum equi lignei dolum sentiret, commodum sibi vindi-
 cae tempus oblatum ratus, primus auctor fuit, vt in urbem recipere- 55
 tur. Haec fere Seruius enarrans locum illum Virg. Aen. 2, 32

Primusque Thymoetes

Duci intra muros hortatur, et arce locari,
 Siue dolo, seu iam Troiae sic fata ferebant.

THYMOLEON, vid. TIMOLEON. 60

THYMVΣ, i. m. vel THYMVΜ, i. n. [θύμος] Herba hor-
 tensis, odorata, cuius flore summpere apes delectantur. Plin. 21, 10
 Totidem et thymi (genera) candidum ac nigricans. Floret autem
 circa solstitia, quum et apes decerpunt, et augurium mellis est. Pro-
 ventum enim sperant apiarii large florentes eo. Laeditur imbribus, 65
 amittitque florem. Semen thymi non potest deprehendi, quum ori-
 gani perquam minutum, non tamen fallat. Haec Plinius. Martial.
 5, 49 Hyblaeis madidas thymis placentas. Columel. 11, 3 Thy-
 mum et transmarina cunila, et serpyllum, etc. Albus thymus
 Scribon. 15. Dulcior thymo Virg. Ecl. 7, 37. Cecropium 70
 thymum Idem Georg. 4, 270. Apes pascuntur thymo Virg. Ecl.
 5, 77. Redolentque thymo fragrantia mella Idem Georg. 4, 169.
 Suffire thymo Virg. Georg. 4, 241. Conf. Martial. 11, 43. Co-
 lum. 9, 4. Pallad. 1, 37. et Sept. t. 13. Sidon. Ep. 8, 4.

THYMIANVS, a, um. Adi. a Thymo. Plaut. Bacch. 5, 2, 11 Vetulae 75
 sunt thymianae. Thymianas Turnebus 24, 11 interpretatur malas,
 propter longinquitatem viae macrescentes. Sed Thymianae in veteri-
 bus libris sunt, i. Thymi amantes, quod simul in oues, et in senes, de qui-
 bus ibi sermo est, conuenit, vt ostendit Salmastius. Thymianus forma- 80
 tum, vt pedisequus et similia.

THYMITES, ae. f. [θύμιτης] Vinum, ex thymo confectum: ea
 forma dictum vt Absynthites. Columel. 12, 55 Vinum absinthiten et
 hyssopiten, et abrotoniten, et thymiten, et maratriten, etc.

THYMINVS, a, um. Adi. [θύμινός] Ex thymo factum. Colu-
 mel. 6, 33 Cum melle Attico: vel si id non est, vtique thymino cele- 85
 riter leuatur.

THYMOVSVS, a, um. Adi. [θύμωδης] Idem. Plin. 11, 15 Thy-
 mosum mel non coit.

THYNIA, ae. f. [Θυνία] Strabo l. 12 Insula in fronte Bithy-
 niae: hinc 90

THYNICVS, a, um. Adi. Annulus veteribus dicebatur e mero auro
 confectus. Isidorus 19, 52 inter genera annulorum, Thynicus, inquit,
 purus, primum in Bithynia fabricatus: affertque molles Maccenatis
 versiculos de morte Horatii Flacci vt id probet,
 Lugent te mea vita, te smaragdus, 95
 Beryllus quoque Flacce: nec nitentes,
 Nunc per candida margaritas quaero,
 Nec quos Thynica lima perpoliuit
 Annellos, nec Iaspios lapillos.

THYNVS, a, um. Adi. [θύνος] Vt, Merce Thyna beatus Hor. 100
 Carm. 3, 7, 3.

THYNNVS, vid. THYNNVS.

THYON, vid. THYA.

THYONEVS, trium Syllabarum, [Θυνωνεύς] Bacchi epitheton,
 quod ἀπὸ τῆ θύαν quod est sacrificare, deductum putant: eo quod ei ad- 105

huc inter humanos versanti sacrificabatur. Hor. Carm. 1, 17, 23
 Nec Semeleius Cum Marte confundet Thyoneus praelia. Acron
sic exponit, Thyone mater Semeles dicta est matris Liberi patris.
 Dicit ergo per vinum rixam non futuram inter se. Thyoneus au-
 tem filius Liberi fuit, qui in Chio insula regnavit, pater Thoantis
 regis, cuius filia fuit Hypsipyle, quae coniuratione facta aduersus vi-
 ros sola patrem seruauit. *Haecenus* Acron Porphyr. vero, Thyone,
 inquit, Semele a Graecis dicta: vnde Thyoneus dicitur. *Haec*
 etiam ex Graecis firmat Lambinus, qui tamen ipsam Semelen a furendo,
 ἀπὸ τῆς θύρας sic dictam aiunt. Ac sane Semeleium et Thyonea
 iuncturus vix videtur fuisse Poëta, nisi ad etymologicam rationem respexisset.
 THYONIANVS, a, um. Adi. Bacchus sic dictus Catull. 27, 7 Hic
 merus est Thyonianus. Quo versu significat Meraca Bacchi pocula
 per transnominatorem. Redtius enim Bacchus matricum fulminatae
 superstes, Thyonianus vocatus est: vel potius illum dilaceratum reducem
 sospitemque vitae redditum hoc nomine sacra canebant arcana. Auson.
 praef. Eidyll. 17 Ne in sacris et fabulis aut Thyonianum mireris aut
 Virbium, illum de Dionysio, hunc de Hippolyto reformatum.

THYRA, ianua: vnde
 20 THYROMA, atis. n. Vitruv. 4, 6. et 6, 4. Conf. Baldi Lex.
 THYROREVM, i. n. Spatium inter duas ianuas interiacens locus
 ianitoris, qui θυρωρός Graecis est. Vitruv. 6, 10.

THYRE, Ciuitas Messeniorum. Sed diuus Augustus Lacedaemoniis
 adscripsit, quod Messenii cum Antonio sensisse viderentur. Stat. Theb.
 4, 48 Et Lacedaemonium Thyre lectura cruorem.

THYREĀTIS, idis. Patronym. A Thyrea Argolidis urbe, de qua
 pugnatum cum Lacedaemoniis. Hinc Terminum alloquens Ouid. Fast.
 2, 663 Si tu signasses olim Thyreatida terram, Corpora non leto missa
 trecenta forent.

30 THYRREVS, i. m. Plin. 2, 103 Thyrreum lapidem quamuis
 grandem innatare, eundemque comminutum mergi in miraculis refert:
 nempe plurimum sunt in eo genere, ipsa lignorum quorundam scobs, char-
 tae, quarum particulae specificè grauiore.

THYRSVS, i. m. [καυλός] Virga et caulis cuiuslibet herbae, prae-
 sertim lactucae. Plin. 19, 8 Inuentum omnes thyrsos, vel folia la-
 ctucarum prorogare vrceis conditos, ac recentes in patinis coquere.
 Thyrsus lactuculae Suet. Aug. c. 77. conf. Casaub. ad h. l. Fragi-
 les thyrsi Stat. Theb. 2, 664. Pampinei thyrsi Claud. Conf. Hon.
 4, 602. Spectabilis thyrsus Plin. 21, 15 (18). Teretes thyrsi

40 Star. Achil. 2, 175. Virentes fronde thyrsi Ouid. Met. 11, 29. add.
 Propert. 3, 2, 35. ¶ 2 Thyrsus, [Θύρσος] Hasta ferrata he-
 deris obiecta, quam in Orgiis Bacchicis quatiebant. Scribit Diodorus 5, 1
 Dionysium in exercitu habuisse mulieres thyrsis armatas. Et Macrobius Sa-
 turn. 1, 18 ait Liberum patrem tenere thyrsum, quod est latens telum,

45 cuius mucro hedera lambente protegitur. Vnde Thyrsiger dictus est
 Bacchus. Catull. Argon. l. 62, 256 Horum pars tecto quatiebant cuspi-
 de thyrsos. Ouid. Amor. 3, 15, 17 Corniger increpuit thyrso gra-
 uiore Lyaeus. Sen. Herc. Fur. 904 Tectam virenti cuspidem
 thyrso gerens. Graui thyrso metuendus Liber Hor. Carm. 2, 19, 8.

50 Quatere thyrsum Sen. Herc. Oet. 243. Leuem thyrsum vibrare
 manu Idem Oedip. 628. Thyrsus per translationem pro Stimulo
 et incitamento, Lucret. 1, 921 — Sed acri Percussit thyrso laudis
 spes magna meum cor. Sic, vbi mota calent sacro mea pectora
 thyrso Ouid. Trist. 4, 1, 43.

55 THYRSICVLVS, i. m. Dimin. Apul. de Herb. c. 68.
 THYRSIGER, a, um. Adi. [Θυρσοφόρος] Vt, Candida thyrsi-
 geri proles generosa Lyaei Sen. Med. 110. India Thyrsigera Sen.
 Hippol. 753. Bacchus Pallad. Insit. f. lib. 14, 87.

THYRSION, i. n. Herba, ap. Apul. de Herb. c. 1.

60 THYSBE, vid. THISBE.

THYSSELIVM, i. n. Herba. Plin. 25, 11.

THYSVS, i. m. Antiquè Sus. Varro de R. R. 2, 4 Graecè dici-
 tur ἕς, olim Thyfus dictus, ab illo verbo, quod dicunt θύειν, quod
 est immolare. Ab suillo enim genere pecoris immolandi initium pri-
 mum sumtum.

T I et T I B

TIARA, ae. f. [τιάραι] Ornamentum capitis Persicarum prius mu-
 lierum: quo postea vsi sunt et reges et sacerdotes. Brachia ac crura ve-
 70 lamentis, caput tiara tegit Iustin. 1, 2, 3. Iuuen. Sat. 6, 515
 — Phrygia vestitur bucca tiara. add. Id. 10, 267. Virg. Aen. 7,
 247 — sceptrumque sacerque tiaras. Hic per vsurpationem dici-
 tur; nam tiara dicimus, ait Seruius. Tiaram (inquit Donatus) di-
 xit pileum, quo Phryges vtuntur, quum celebrant sacra. Inde sacrum

75 dixit, quia quod ad sacra pertinet, sacrum est.

TIARATVS, a, um. Adi. Tiaram gestans. Sidon. Epist. 8, 3 Inter sa-
 trapas regum tiaratorum.

TIBARENI, orum. m. [Τιβάρηνοι] Populi Scythici, de quibus Mela 1,
 20 pr. Tibareni chalybas attingunt, quibus in risu lusuque summum bo-
 80 num est. Val. Fl. 5, 148

Inde Genetaei rupem Iouis, hinc Tibarenum
 Dant virides post terga lacus, vbi deside mitra
 Foeta ligat, partuque virum fouet ipsa soluto,

85 i. vbi puerpera ministrat viro in lecto decumbenti, quasi ipse gestandi et pa-
 riendi labores sustinisset. Sumtum ex Apollon. Rhod. 2, 10: 12 sq.

TIBERIS, et per Syncopen, TIBRIS, is, et idis. m. [Τιβέρις,
 Θύβρις] Amnis Italiae e media fere longitudine Apennini Aretinorum
 finibus defluens, tenuis principio, nec fere nauigabilis. Sed duobus et
 quinquaginta fluuiis augetur: praecipuis autem Nare et Aniene: nec mi-
 90 nus tamen aquis, fontibusque in urbem perductis: et ideo quamlibet ma-
 gnarum nauium ex Italo mari capax, verum in toto orbe nascentium vector
 placidissimus. Primum ab aquarum colore Albula dictus est, deinde Thy-
 bris (vnde Gr. Θύβρις) denique Tiberis appellatus, a rege Tusco eius

95 nominis, iuxta eum in bello occiso, Virg. Aen. 8, 330 Asperque immani
 corpore Thybris, A quo post Itali fluuium cognomine Thybrin
 Diximus: amisit verum vetus Albula nomen. Nugatur Seruius ad h. l.
 cum Graeculis, dictum ἀπὸ τῆς ὕβριος, ab iniuria, propter regem Tu-
 scorum, latrocinari circa eius fluminis ripas, ac vastare omnia solitum.

100 Quia tamen aliquid subesse doctrinae solet, relinquatur, sed emen-
 datior alter locus Seruii ad illud Aen. 3, 500 Si quando Thybrim, vici-
 naque Thybridis arua Intrabo: Vt autem, inquit, Thybris dicatur, haec
 ratio est; Quodam tempore Syracusani, victores Atheniensium ceperunt
 Syracusis ingentem hostium multitudinem: et eam caesis montibus fece-
 runt addere munimenta ciuitati. Tunc auctis muris, etiam fossa intrinse-
 105 cus facta est: quae flumine admissa repleta munitiorem redderet ciuitatem.

Hanc

Hanc igitur fossam per hostium poenam et iniuriam factam, Thybrim vocauerunt ἀπὸ τῆς ὕψους. Postea profecti Siculi ad Italiam, eam tenuerunt partem, vbi nunc Roma est, vsque ad Rutulos et Ardeam. vnde est, Fines super vsque Sicanos. Et Albulam fluium, ad imaginem fossae Syracusanae Thybrin vocarunt, quasi ὕβρις. Haecenus Seruius. 5
 Rursus autem a Tiberino Albanorum rege in eo submerso pro Thybri dictus est Tiberis. Ouid. Fast. 2, 389 Albulam quem Tiberim ier-
 sus Tiberinus in vndis reddidit, hibernis forte tumebat aquis. Hoc videtur posse constitui, Thybris (Θύβρις) antiquam nomen Graecum fuisse: huic successisse recentius Tiberis: quomodo in optimis quibusque 10
 monumentis et libris historicis reperitur, nisi vbi dedita opera, vt apud Virgilium ll. cc. et alios Poetas, antiquum nomen reperitur. Ac prioris generis exemplis non est opus. Videamus Poetica. Cic. Att. 12, 20 Cogito interdum trans Tiberim hortos aliquos parare, et quidem ob hanc causam maxime. Arenosi Thybridis vnda Ouid. Fast. 1, 242. Au- 15
 sonius Thybris Virg. Aen. 5, 83. Caeruleus Tiberis, vid. CAERULEVS. Flauens Thybris Sil. 16, 680. Flautus Hor. Carin. 1, 2, 13. Laurens Virg. Aen. 5, 797. Romuleus Claud. Conf. Prob. et Olyb. 226. Sceptraferi Thybridis vnda Sil. 8, 369. Tyrrenus Thybris Virg. Aen. 7, 242. Vocatiuus Idem Aen. 20
 8, 540 — galasque et fortia corpora volues Thybri pater. Ouid. Fast. 5, 635 Thybri doce verum. Et 637 Thybris arundiferum medio caput extulit alueo. Sed 641 Et quem nunc gentes Tiberin noruntque timentque. Et 655 Mittite me Tiberi: Tiberinis veetus vt vndis etc. Et 659 Scirpea pro domino Tiberi iactatur imago. Sic 25
 vbiq; in maiori editione Burm.

TIBERINVS, a, um. Adi. [Τυβερινός] Vt, Tiberina ostia Virg. Aen. 1, 17. Cic. pro Lege Manil. 33 Vos qui modo ante ostium Tiberinum classem hostium videbatis. Ouid. Met. 15, 728 Tiberina ad ostia venit. Fluminis Tiberini vnda Virg. Aen. 10, 833. 30
 Insula Tiberina Claud. Conf. Stilich. 2, 175. De hac insula sic Liu. 2, 5 Ager Tarquiniarum, qui inter urbem ac Tiberim fuit, consecratus Marti, Martius deinde campus fuit. Forte ibi tum seges faris dicitur fuisse matura messi, quem campi fructum, quia religiosum erat consumere, defectam cum stramento segetem magna vis hominum 35
 simul immissa, corbis fudere in Tiberim tenui fluentem aqua, vt mediis caloribus solet. Ita in vadis haesitantis frumenti acervos fedis illitos limo: insulam inde paullatim, et aliis, quae fert temere flumen eodem inuectis, factam. Postea credo additas moles, manuque adiutum, vt tam eminens arca, firmaque templis quoque ac portici- 40
 bus sustinendus esset. Haecenus ille. Est et inter cognomina: Canutius Tiberinus Cic. Philipp. 3, 23. Etiam ipse Tiberis fluminis Deus, Virg. Aen. 8, 31 Huic deus ipse loci fluitio Tiberinus amoeno, etc. Flauus Tiberinus Virg. Aen. 7, 31. Ouid. Met. 14, 614 Regnum Tiberinus ab illis cepit, et in 45
 Tusci demersus fluminis vndis Nomina fecit aquae.

TIBERINVS, per syncopen, pro Tiberinus. Claud. de Laud. Seren. Reg. 17 Praefcia fatorum Tanaquil, rediensque per vndas Cloelia Tiberinas. Forte melius Thybrinas.

TIBERINIS, idis. f. Patronym. [Τυβερινός] Ouid. Fast. 2, 597 50
 Dixerat, annuerant Nymphae Tiberinides omnes.

TIBRICOLA, ae. m. Prudent. Perist. II, 174 Pascit item sanctis Tibricolas dapibus. Mel. Thybricolos.

TIBERIAS, adis. f. [Τυβερίας] Vrbs Galilaeae, ab Herode condita, et sic appellata in honorem Tiberii Caesaris. Ptolem. 5, 16. Ti- 55
 bertas, Lacus.

TIBERIVS, i. m. [Τυβερίος] Praenomen, de quo Epit. sub Val. Max. Tiberii coeperunt vocitari, qui ad fluium Tiberim nascebantur. Proprium est in Tiberio Nerone Caesare, qui ab Augusto imperauit. Vitam eius vide in Suetonio, et Hist. apud Tacit. Ann. 6 extr. 60

TIBEREIVS, a, um. Adi. [Τυβερήϊος] Stat. Silu. 3, 3, 66
 Tibereia primum

Aula tibi, vix dum ora noua mutante iuuenta.
 Panditur.

TIBERIANVS, a, um. Idem. Plin. 15, 15 Pira Tiberiana, quae 65
 Tiberio placuere.

TIBI. [τοι] Dativus, a Tu Pronomine, vid. suo loco.

TIBIA, ae. f. [κνήμη] Proprie Os cruris oppositum surae. Celf. 8, 1 Ipsum autem crus est ex ossibus duobus, etc. Verum alterum os ab exteriori parte, etc. Alterum a priore parte positum, cui tibiae 70
 nomen est, longius, et in superiore parte pleni, solum cum femoris inferiori capite committitur, sicut cum humero cubitus. ¶ 2

Instrumentum musicum quod inflatur, (αὐλός) robustius et amplius, puto, fistula, a qua differre, satis indicat ipsum nomen, cum tibia ex ossibus cruris auium, gruum v. g. primum facta esse videatur. Plin. 16, 36 75

Calamus vero alius totus concavus, quem syringiam vocant, vtilissimum fistulis, quoniam nihil est ei cartilaginis atque carnis. Orcho-
 menius est continuo foramine peruius, quem auleticon vocant. Hic tibiis vtilior, fistulis ille. Pallas apud Ouid. Fast. 6, 697 Prima 80
 terebrato per rara foramina buxo, Vt daret effeci tibia longa sonos etc. narrat enim, vt abiectam a se tibiam Satyrus inuenerit. Tibiae

dextrae et sinistrae multum negotii facessuerunt viris doctis: itaque tibiae pares atque impares, vid. Scal. Poet. 1, 20, Salmaf. ad Vopisci Carinum p. 825 lqq. Hack. etc. Simplicior sententia, nescio an verior, 85
 est, quam proposuit ad Terentianae Andriae didascaliam Anna Fabri: duas tibias simul inflabant, harum dextra, quam dextra manu tractarent, grauior sonos edebat, acutiores sinistra. Sed poterant etiam ambae esse dextrae, i. soni grauioris, ambae sinistrae: et hae tibiae pares; impares autem cum altera dextra est siue grauior, sinistra, siue acutior, altera etc.

Nunquam puto, ad liquidum res perducetur. Caeterum qui velit denuo 90
 quaerere, illum didascalias Terentianarum fabularum et Donati prolegomena considera e oportet, et locum Varronis, quem damus in INCENTIVVS sub INCINO.

Plin. 16, 36 f. 66 Occasione arundinum quaedam habet de tibiis, huc quoque referendus, Caedi solebant tempestiue vsque ad Antigenidem tibicinem, cum adhuc simplici musica vterentur, 95
 sub Arcturo (sub arcturi exortum, mense Septembri) sic praeparatae aliquot post annos vtilis esse incipiebant. Tunc quoque multa domandae exercitatione, et canere tibiae ipsae docendae, complimentibus se ligulis (illa suprema parte tibiae, quae labiis tibicinis continetur, cui spiritum infundit, quam moderari labiis et lingua artis est) quod erat illis 100
 theatrorum moribus vtilius. Postquam varietas accessit, et cantus quoque luxuria, caedi ante solstitia coepta (cum adhuc molliores et ad varium compressum aptiores ligulas praestant) et fieri vtilis in trimatu, apertioribus earum ligulis ad flectendos sonos, quae inde sunt et hodie. Sed tum ex sua quamque tantum arundine (sumtam ligulam tibiae) 105

- congruere persuasum erat, et eam, quae radicem antecesserat, laevae (*sinistrae*) tibiae conuenire, quae cacumen, dextrae: immensum quantum praclatis, quas ipse Cephissus (*amnis*) abluisset. Nunc sacrificae Tuscorum e buxo, ludicrae vero loto, ossibusque asininis, et argento fiunt. Festus, Dextrarum tibiaram genus est, quae dextra tenentur. Varro apud Seru. ad Aen. 9, 618 Biforem dat tibia cantum. Bifonum, imparem. Et seruauit eis tibiaram suarum naturam. Tibiae aut Serranae (*f. Sarranae*) dicuntur, quae sunt pares, et aequales habent caernas. Ergo *biforem* dissonum dissimilemque; non enim sunt pari modulatione compositae. Vt enim ait Varro, Tibia Phrygia dextra vnum foramen habet: sinistra duo, quorum vnum acutum sonum habet, alterum grauem. *Add. quae de Hyagni f. Hyagni Apul. Flor. p. 341, II qui primus duas tibias vno spiritu animauit, primus laeuis et dextris foraminibus, acuto tinnitu, graui bombo concentum musicum miscuit etc.* Cic. Tusc. 1, 106 Non intelligo quid metuat, quum tam bonos septenarios fundat ad tibiam. Hor. de Arte Poët. 202 Tibia non vt nunc orichalco vineta, tubaeque Aemula; sed tenuis, simplexque foramine pauco. Si ex oliua modulate canentes tibiae nascerentur, num dubitares quin inesset in oliua tibicinis quaedam scientia? Cic. de Nat. Deor. 2, 22. Quotidiano cantu tibiaram tota vicinitas personat Cic. pro S. Rosc. Amer. c. 46. De tibiis recte loqui doceat nos etiam Quinctil. 1, 11, 7 ubi declarans vocem καταπεπλασμένον, sic appellantur, inquit, cantus tibiaram, quae praeclusis, quibus clarescunt foraminibus, recto modo exitu grauiorem spiritum reddunt. Et 11, 3, 20 Vt tibiae eodem spiritu accepto, alium clausis, alium apertis foraminibus, alium non satis purgatae, alium quasiac sonum reddunt, ita fauces etc. Ibid. 50 Illa iam pae-ne apertis, vt aiunt, tibiis i. pleno sono et graui pronuntianda.
- Adde et distinctum, quem Musica tibia, flatum, Concipit: aut ille est presso modulamine parcus, Aut tumidum largo sublimat flamine bombum Aut rarios frangit modulos, aut lene susurrat, Aut exilis trahens sonitus producit acutos, Aut murmur tenerum sublidit voce minuta
- Prudent. Apoth. v. 843 seqq. Multifora buxo tibia Sen. Agamem. f. 5. Caua tibia Lucret. 2, 620. Concionaria tibia, fistula Gracchi Gell. 1, 11. Curua tibia Virg. Aen. 11, 737. Incentiua tibia, et Succentiua, vid. INCENTIVVS in INCINO. Nuptiales tibiae Auctor ad Herenn. 4, 44 c. 33. conf. Plaut. Ca. 4, 3 ab init. Apul. Met. 4 p. 157. Querulae tibiae cantus Hor. Carm. 3, 7, 30. Sacrifica dulces tibia effundat modos Sen. Agamem. f. 6. Zygia tibia nuptialis est Apul. Met. 4 p. 157, 37. Adhibere tibias epulis Quinctil. 1, 10. Canere tibiis Idem 1, 10. Canere ad tibiam, vid. CANO. Cic. de Clar. Orat. 192 c. 51 Si tibiae inflatae non referant sonum, abiiciendas eas sibi tibicen putet. Obs. Tibia masculino genere apud antiquos, teste Nonio 3, 256 Varr. Modio, Quare meas lubidines, ac tibias bilingos. Est liber elegans Casp. Bartholini iunioris de Tibiis veterum Amst. 1679. 12. editus, et excerptus in Pitisci Lexico, unde petere plura volentes possunt.
- TIBIALIS, e. Adj. [*αὐλητικός*] Quod est idoneum ad tibias, faciendas. Plin. 16, 36 l. 66 Tertia arundo est tibialis calami, quem auleticon dicebant. Antra per palati Crapulis reflanda buccis, Gemit aura tibialis Sidon. Carm. sub Epist. 9, 13.
- TIBIALE, ia. n. [*περικνημίδια*] Velamentum tibiaram: quin etiam Arma, quibus crura muniuntur, Tibialia vocant. Sueton. Augusto c. 82 Hieme quaternis cum pingui toga tunicis, et subuculae thorace laneo, et femoralibus, et tibialibus muniabatur. conf. Casaub. ad b. l. Paullus Iureconf. in l. Qui commeatus. D. de re milit. Si tibiale vel humerale miles alienauit, castigari verberibus debet. Tibialia, περικνημίδια Onomast. Vet.
- TIBIATIM. Adu. Vsque ad mediam partem tibiae. Fest. in Mulleos, sec. Scalig. et Dacer.
- TIBIARIUS, i. m. Qui facit tibias. αὐλοποιός Gloss. Lat. Gr.
- TIBICEN, inis. m. [*αὐλητής*] Qui tibia canit. Cic. Fam. 7, 27 Ille autem qui sciret, se nepotem bellum tibicinem habere, et sat bonum victorem, discessit a me. Liu. 1, 43 Cornicines, tibicinesque. Nimis nihili tibicen siem! Plaut. Merc. 1, 2, 15. Hor. de Arte Poët. 214 Sic priscae motumque et luxuriam addidit arti Tibicen, traxitque vagus per pulpita vestem. Ad cantus, ad tibicinem prosequi laudes honoratorum virorum Cic. de Legib. 2, 66 c. 24. Tibicines, qui Romae sacrificiis praecinebant Liu. 9, 30. conf. Brouckhus. ad Tibull. 2, 1, 86. Nunciata filii morte tibicinem tacere iussit Sen. ad Marc. c. 12 extr. add. Varr. L. L. 5, 7. Non sunt in oratione tanquam tibicini percussorum modi, sed vniuersa comprehensio Cic. in Orat. 198. Tibicen sine tibiis canere non potest Idem de Orat. 2, 338. Tibicines in aedificiis appellantur Columellae, quibus rustici tecta sua fulcire solent: a similitudine tibia canentium: qui vt cantantes sustinent, ita illi aedificiorum tecta. Fest. Iuuen. Sat. 3, 193 Nos urbem colimus tenui tibicine fultam. Arnob. 2 p. 92 Atlantem, vt quidam ferunt gestatorem, baiulum, tibicinem illum ac destinam caeli. Ouid. Fast. 4, 695 Haec modo verrebat stantem tibicine villam.
- TIBICINA, ae. f. [*αὐλητρίς*] Mulier tibia canens. Plaut. Aul. 2, 4, 1 Postquam opsonauit herus, et conduxit coquos, tibicinasque hasce, apud forum, etc. Add. Ter. Adelph. 5, 7, 7 et 9. Martial. 14, 64 Ebria nos madidis rumpit tibicina buccis. Meretrix tibicina Hor. Epist. 1, 14, 25. conf. Plin. 34, 8. Gell. 2, 1.
- TIBICINIUM, i. n. Apul. Flor. 1 p. 341.
- TIBICINO, are. Tibiis canere. Fulgent. Mythol. 3, 9 Ordo tibicinantium. Et Tibicinandus apud Tertull. de Anim. c. 38.
- TIBICINATOR, oris. m. Gloss. Cyril. Graece αὐλητής.
- TIBINVS, i. m. Modus a tibiis, sec. Non. 1, 246 Varro, Sonitus matris Deum tonimus tibinos tibi nunc semiueri.
- TIBISIS, is. m. Scythiae fluius Herodot. 4. Hinc
- TIBISENVS, a, uni. Adj. Vt, Ostia Tibisena Valer. Facc. 6, 51.
- TIBVLLVS, i. m. [*Τίβυλλος*] Cognomen Albiorum. In his Poeta Quinctiliani sententia 10, 1 cum primis elegans, et tersus, ad amores et delicias aliquando procliuor. Ouid. Amor. 1, 15, 28 Donec erunt ignes, arcusque Cupidinis arma, Dicentur numeri culte Tibulle tui. Vid. ALBIVS.
- TIBVLVS, i. m. Arbor, pinafer. Plin. 16, 10.
- TIBVR, uris. n. [*Τίβυρ, Τίβυρις, Τίβυρα, Τίβυρα*] Vrbs Italiae sedecim millibus passuum distans ab vrbe Roma: quam, teste Solino, ex auctoritate Catonis, Catillus Arcas praefectus classis Euandri condidit. Seruius, De Graecia, inquit, tres fratres venerunt ad Italiam, Catillus, Coras,

Coras, Tibur vel Tiburnus. Hi simul omnes vnam fecere ciuitatem, et eam de fratris maioris nomine Tibur appellauerunt: licet et alias fecerint singuli. *Horatius Seruius enarrans illud Virg. Aen. 7, 670* Tum gemini fratres Tiburtia moenia linquunt, etc. *Plin. 16, 44* Tiburtes quoque originem multo ante urbem Romam habent. Apud eos exstant ilices tres, etiam Tiburto conditore eorum vetustiores, apud quas inauguratus traditur. Tibur autem Virgilio dicitur Superbum, id est nobile, *inquit Seruius:* aut per transitum tetigit illud, quod aliquando, quum a Senatu auxilia poscerent Tiburtes sub commemoratione beneficiorum, hoc tantum a Senatu responsum acceperunt, Superbi estis. *Haec Seruius explicans illud Virg. Aen. 7, 629* Quinque adeo magnae positae incudibus vrbes, etc. *Hor. Carm. 2, 6, 5* Tibur Argeo positum colono. *Fertile Tibur Idem Carm. 4, 3, 10.* Herculeum *Martial. 1, 13.* Supinum Tibur *Hor. Carm. 3, 4, 23.* Vacuum Tibur *Idem Epist. 1, 7, 45.* Vdum Tibur *Idem Carm. 3, 29, 6.* Vuidi Tiburis ripae *Idem Carm. 4, 2, 31.*

TIBURS, urtis, vel TIBURTIS, e. Adi. [*Tiburtios*] *Quod est ex Tibure.* Suetonius Calig. c. 21 Inchoauit autem aquaeductum regione Tiburti. *Cic. de Orat. 2, 224* Villam in Tiburte habes. *Stat. Silu. 1, 3, 99* Hic tua Tiburtes Faunos chelys, et iuuat ipsum Alciden. *Hor. Serm. 1, 6, 108* Quum Tiburte via Praetorem quinque sequuntur Te pueri lasanum portantes, oenophorumque.

TIBURTINVS, et TIBURTIVS, a, um. *Alia Adi. Martial. 4, 57* Nunc Tiburtinis cedite frigoribus. *Hor. Serm. 2, 4, 70* Picens cedunt pomis Tiburtia succo.

TIBURTIVS, i. m. qui idem et **TIBURNVS** dicebatur, et Tiburi pro numine colebatur: cui etiam lucus erat ibi sacratus ab Horatio memoratus, Catilli, qui Amphiarai filius erat, fuit filius, oppidumque Tibur condidit, ut refert Solinus, et probat Maro his verbis *Aen. 7, 670* Tum gemini fratres Tiburtia moenia linquunt Fratris Tiburti dictam cognomine gentem. *Horatius tamen videtur existimare Tibur a Catillo conditum fuisse, cum Tibur moenia Catilli (f. Catili Od. 1, 18, 2) vocet: et Catonis sententia fuit, eam urbem positam a Catillo Arcade, praefecto classis Euandri, fuisse. Annotauit Turnebus.*

T I C

TICHOBATES, ae. m. Exhibuit Tichobaten, qui per parietem cluso vrso cucurrit Vopisc. in Carino c. 18. *Est mere Graecum τῆχοβάτης, quasi tu muriscansorem dicas.*

TICIDA, Poeta elegiacus. Ouid. *Trist. 2, 433* Quid referam Tici- dae? quid Memmi carmen? etc.

TICINVM, i. n. [*Ticinon*] Nobile Insubrium oppidum, quod nunc Pavia vulgo dicitur. *Est et TICINVS, Fluius oppido vicinus Plin. 3, 16.* vulgo Tessino. *Claud. Conf. Hon. 6, 195* Pulcher Ticinus. *conf. Sil. 4, 81. 5, 154 etc.* et Sidon. *Carm. 7, 552.*

TIFERNVS, i. m. [*Tiferon*] Fluius Italiae. Et **TIFERNVM**, oppidum, quod intercidit. Inde **TIFERNATES**, populi, iuxta Theanum et Lucrinum in sexta regione Italiae. *Auctor Plin. 3, 14.*

. T I G

TIGELLIVS, i. m. Tigellius Hermogenes, musicae artis scientia praeditus, C. Caesari dictatori fuit familiaris, postea Cleopatrae, quia dulciter cantabat, et iocabatur urbane, Augusto quoque ita placuit, ut inter familiares ac domesticos haberetur. Erat autem largitor adeo, ut omnibus musicis et circulationibus multa donaret, et ideo morte eius tristes esse factos ait Horatius. Porro autem causam insectandi hominis non mediocri ingenii habuit Horatius, quod carmina eius parum scite modulata esse dicebat. *Haec Porphyrio in illud Hor. Serm. 1, 2, 1*

Ambubaiarum collegia, pharmacopolae,

Mendici, mimi, balatrones, hoc genus omne

Moestum ac sollicitum est cantoris morte Tigelli.

Quippe benignus erat. Contra hic, ne prodigus esse

Dicatur metuens, inopi dare nolit amico,

Frigus quo diramque famem propellere possit. etc.

Fuit hic Tigellius et tibicen, et cantor, Phameae nepos, natione Sardinus, *Ciceroni parum aequus.* id quod indicat eius epistola ad Fabium Gallum, *Fam. 7, 24* Amoris, ait, quidem tui, quoquo me verito, vestigia, vel proxime de Tigellio. Sensi enim ex literis tuis, valde te laborasse. *Paullo post,* At vide quid succenseat. Phameae causam susceperam, ipsius quidem causa: erat enim mihi sane familiaris. Is ad me venit, dixitque iudicem sibi operam dare constituisse eo ipso die, quo de P. Sextio in consilium iri necesse erat. Respondi, nullo modo me facere posse: quem vellet alium diem si sumisset, me ei non desaturum. Ille autem, qui sciret se nepotem bellum tibicinem habere, et sat bonum candorem, discessit a me, ut mihi videbatur, iratior. Habes Sardos vaenales, alium alio nequiores. *Idem Att. 13, 49* De Tigellio, si quid noui; qui quidem, ut mihi Gallus Fabius scripsit, *μέμνην ἀναφάγες* mihi quandam iniquissimam, me Phameae defuisse, quum eius causam recepissem, quam quidem receperam contra pueros Octauius Cn. F. non libenter: sed Phameae causa volebam: erat enim, etc. *Etiam Horatius Sardum fuisse Tigellium, et Caesaris amicum, his versibus ostendit Serm. 1, 3, 1*

Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos

Vt nunquam inducant animum cantare, rogati:

Iniussi, nunquam desistant. Sardinus habebat

Ille Tigellius hoc. Caesar, qui cogere posset,

Si peteret per amicitiam patris, atque suam, non

Quidquam proficeret: si collibisset, ab ouo

Vsque ad mala citaret, Io Bacche, etc.

TIGILLINVS, i. m. [*Tιγίλλινος*] *Vir vitae corruptissimae, qui per impudicitiam multa a Nerone consequutus est, quem ad omnia corruerat.* *Auctor Cornelius Tacit. Ann. 14, 60.*

TIGILLVM, TIGNARIVS, vid. infra TIGNVS.

TIGNVS, i. m. et TIGNVM, i. n. *ξύλον, δοκός* *Gloss. Lat. Gr.* [*δοκός, δοκός, κερύον, ἐπίκρυον*] *Trabs qua varie disposita domus exstruitur: ut tegendo, ut tradit Vlpianus in l. 1. D. de tign. iunct.* *Caes. Bell. Gall. 4, 17* Tigna bina fesquipedalia ab imo praeacuta, dimensa ad altitudinem fluminis. In contignationibus tigna et axes *Vitr. 4, 2.*

Tignorum cubilia *Id. ib. conf. Id. 10, 21.* *Sen. Ep. 120.* *Propert. 4, 3, 59* Sive in furtiuo gemuit stans noctua tigno. *Hor. de Arte Poet. 279* — et modicis instrauit pulpita tignis. *Ouid. Met. 8, 645* Sordida terga suis nigro pendentia tigno. In superficie tignisque caritas nobis patriae pendet? *Liu. 5, 34.* *Arreclaria ti-*

gna Vitruv. 10, 17. *Vid.* ORTHOSTATA. Polire tigna Claud. Conf. Stilich. 2, 323. Leuia radere tigna Lucret. 5, 1266. Leuare, et radere.

Tigni nomine, *Omne genus materiei, ex qua aedificia constant, continetur.* Vlpian. De tigno iuncto. l. j. et Ad exhibendum. 5 l. Tigni. Et Caius de verb. signific. l. Tigni. Hor. Epist. 2, 2, 73 Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum. Tigni appellatione in vineis necessaria continentur, ut puta perticae pedamenta. Vlpian. De tigno iuncto l. j. *add.* Fest. it. Rosin. Antt. Rom. 8. c. ult. p. 810.

10 TIGNARIUS, a, um. Adi. [*δοκοποιός, δοκοτέκτων.* Gloss. Lat. Gr.] Tignarius faber, non solum is, qui tigna dolat, sed etiam qui solaria lignea: hoc est qui trabes, caeteraque ad tabulata domus vtilia: et omnis qui aedificat, intelligitur, *inquit* Caius Iurisc. Cic. de Clar. Orat. 257 c. 73 Ego me Phidiam esse malle, quam vel optimum fa-
15 brum tignarium. *add.* Inscript. Grut. p. 194 n. 2. et Fabrett. p. 707.

TIGNATIO, ōnis. f. [*στέγασις, δούκασις* Gloss. Lat. Gr.] *Idem ergo quod contignatio.*

TIGILLUM, i. n. Dimin. [*δοκίδιον*] Liu. 1, 26 Is quibusdam piacularibus sacrificiis factis, quae deinde genti Horatiae tradita sunt, transmissio per viam tigillo, capite adoperto, velut sub iugum misit iuuenem. *add.* Aur. Victor de Vir. Illust. c. 4. Tibul. 2, 1, 39 Illi compositis primum docuere tigillis Exiguam viridi fronde operire domum. Ianua suffixa tigillo Catul. ad Ianuam 68, 39. *conf.* Plaut. Aul. 2, 4, 22. Phaedr. 1, 3, 14. Iuuenal. 7, 46. Apul. Met. 1
25 p. 117. et 9 p. 394.

TIGRANA, ae. f. [*Τιγράνα*] Ptolem. 6, 1. *Oppidum Mediae in mediterraneis.*

TIGRANES, is. m. [*Τιγράνης*] Rex maioris Armeniae, cuius multam mentionem facit Cic. pro Lege Manil. Lucan. 2, 637 Varios hinc concute Reges, Tigranemque meum.

30 TIGRANOCERTA, ae. f. [*Τιγράνοκερτα*] *Oppidum in montanis maioris Armeniae, Plin. 6, 11. a Tigrae conditum, unde et nomen accepit, quasi Tigranis ciuitas. Nam Certa orientis lingua urbem sonat.*

TIGRIS, is, vel idis. c. [*τίγρις*] *Animal velocissimum: quod a*
35 *velocitate nomen habet.* Varro de L. L. 4, 20 pr. Tigris, qui est vt Leo varius, qui viuus capi adhuc non potuit: vocabulum a lingua Armenia. Nam ibi et sagitta, et quod vehementissimum flumen, dicitur Tigris. *Nota, Masculino genere hic usum Varronem. Quare etiam commune esse iudicauimus.* Virg. Aen. 4, 367 — Hyrcanaeque ad-
40 morunt vbera tigres. Plin. 8, 18 Tigrin Hyrcani et Indi ferunt, animal velocitatis tremendae, et maxime cognitae dum capitur. Totus eius foetus, qui semper numerosus est, ab insidiante rapitur equo quam maxime pernici, atque in recentem subinde transfertur, etc. Plura leges toto capite. *it. ib. c. 48. et 16, 27. Barth. ad Stat. Theb. 2 p. 333.* Armeniae tigres Virg. Ecl. 5, 29. Aspera tigris Hor. Carm. 1, 25, 9. Atra tigris Virg. Georg. 4, 407. Maculosae tigridis forma Ouid. Met. 11, 245. Pessima tigris Virg. Georg. 3, 248. Rabidae tigres Virg. Georg. 2, 151. Saeuae tigrides Ouid. Epist. 10, 86. Varias
50 Sen. Hippol. f. 1. Virgatae Sen. Hippol. f. 3.

TIGRIFER, era, erum. *Tigres ferens. Vt Tigriferi arua Niphatis Sidon.* Carm. 1, 444.

TIGRINVS, a, um. Adi. [*τιγρινός*] Plin. 13, 15 Mensis praecipua dos in vena crispis, vel in vertice variis. Illud oblongo euenit discursu ideoque tigrinae appellantur.

55 TIGRIS, is. m. [*τίγρις*] Flumen magnum etiam appellatur propter velocitatem, quia instar bestiae nimia pernicitate decurrit. Solinus c. 11 Tigrim fluium in Armenia caput tollere dicit, mire quam lucido conspicuoque fonte: nec ab exordio statim notum esse, sed primo pigre fluere, non cum suo nomine. At quum in fines Medorum inuectus est
60 Tigris dicitur, ita enim Medi nominant sagittam. Influit in Archifsam lacum, omnia pondera sustinentem: cuius pisces nunquam se alueo Tigridis immiscent, etc. *Vid.* Plin. 6, 27 et Strabonem 16. Rapi-
65 dus tigris Lucan. 3, 256. Hor. Carm. 4, 14, 46.

TIGVINI, orum. m. [*Τιγυνοί*] *Populi Germaniae, qui quartam Helvetiae partem continebant.* Caes. Bell. Gall. 1, 11 Is pagus appellabatur Tigurinus. Nam omnis ciuitas Heluetia in quatuor pagos diuisa est. Hic pagus vnus quum domo exisset, patrum nostrorum memoria, L. Cassium Consulem interfecerat, et eius exercitum sub iugum miserat.

T I L

70 TILIA, ae. f. [*Φίλυρα*] *Arbor.* Plin. 16, 40 Mollissima tilia, eadem videtur et calidissima: argumentum afferunt, quod citissime ascias retundat. Columel. 9, 4 At tiliae solae ex omnibus sunt nocentes. *add.* Pallad. 1, 37. Tertull. de Idolol. c. 8. Leuis tilia Virg. Georg. 1, 173. Molles tiliae Ouid. Met. 10, 92. Pinguis tilia Virg. Georg. 4, 183. *De interioribus corticis ulmi tunicis, e quibus vincula fiunt, dixit* Plin. 24, 8 Corticis interior tilia lepras fedat. *Ex Graecorum usu, vid.* PHILYRA.

80 TILIACEVS, a, um. Adi. [*Φιλυρινός*] *Quod ex tilia factum est.* Columel. 12, 45 Arculae fagineae vel etiam tiliaceae, quales sunt in quibus vestimenta forensia conduntur, huic rei paullo ampliores praeparari debent. Tabulae Capitolin. in Ant. Pio 13.

85 TILIARIS, e. Adi. Cael. Aurel. Tard. 2, 1 Tabula tiliaris.

TILICA. [*τίλινα*] *Iocularis dictio apud Cic. de Clar. Orat. 260. C. Rufius fuit accusator, vetus, quo accusante Chritilium, Sifenna defendens, dixit quaedam eius sputatilica esse crimina. Tum C. Rufius, Circumuenior, inquit, Iudices, nisi subuenitis. Sifenna quid dicas, nescio, metuo insidias: sputatilica quid est hoc? sputa quid sit scio, tilica nescio.* Maximi risus: sed ille tamen familiaris meus recte loqui putabat esse, inusitate loqui.

90 TILLOS, *vid.* TYLOS.

T I M

95 TIMAEVS, i. m. [*Τίμαιος*] *Siculus historicus, qui res Graecas conscripsit, etiam vsque adeo arrogans, ait Plutarchus in Nicia, vt Thucydidem et Philistum in historia se facile superaturum iactaret. Ipse vero Sicula quadam pinguedine delibutus, ad videnda quaedam minimeque ad historiae grauitatem pertinentia digreditur.* Haestenus Plutarchus. De eo et Cic. de Orat. 2, 38. et Fam. 5, 12. ¶ 2 Timaeus alter Philosophus, cuius nomine Plato librum inscripsit de natura, s. de Mundo, quem Latine conuertit Cicero.

105 TIMAGORAS, ae. m. [*Τιμαγόρας*] *Atheniensis capitali supplicio affectus, quod Darium, ad quem legatus missus fuerat, more Perfarum adulando adorauerat.* Valer. Max. 6, 43, 2.

TIMANTHES. [Τιμάνθης] *Pictor egregius Zeuxis tempore.* Huius est Iphigenia oratorum laudibus celebrata, qua stante ad aras peritura, quum moestos pinxisset omnes, et trinitiae omnem imaginem consumpsisset, patris vultum velavit, quem digne non poterat ostendere. Sunt et alia ingenii eius exemplaria veluti dormiens pinxit et Cyclops in paruula tabella, cuius et sic magnitudinem exprime-re cupiens, pinxit iuxta Satyros thyrsos pollicem eius metientes: atque in omnibus eius operibus intelligitur plus quam pingitur. Haec Plin. 35, 10.

TIMAVVS, i. m. [Τίμαυος] *Nomen fluminis iuxta Aquileiam, qui e montibus delatus, decidit in profundum: deinde infra terram absorptus fladiis circiter triginta et centum, erumpit in mare.* Virg. Ecl. 8, 6 Tu mihi seu magni superas iam saxa Timau. Idem Georg. 3, 475 — et lapidis arma Timau. Seruius, Iapidia pars est Venetiae, dicta ab lapido oppido. Huius fluius est Timauus. *Meminit huius Plinius 3, 18. Contra hunc, ut idem testatur 2, 103 Insula parua est in mari cum fontibus calidis, qui pariter cum aestu maris crescunt minuunturque.* Virg. Aen. 1, 248 Regna Liburnorum, et fontem superare Timau. *Vid. Vadianum in Melam, et Caesium 22, 8.*

TIMEO, ui, ēre. [δέω, δελιάω, πλήσσω, φοβέομαι] *Malum expectare, cum perturbatione animi.* Ter. Andr. 1, 5, 22 Misera timeo, hoc incertum quorsum accidat. Cic. Fam. 1, 9 Si qui se timere simularunt. *Quem tandem tanque valde timuissent Nep. 18, 11, 2.*

Cic. de Diuin. 2, 114 Casum autem praelii nemo nostrum erat quin timeret. Idem Fam. 1, 5 Quamquam omnia sunt timenda, nihil magis quam perfidiam timemus. Sic, Timere umbras Idem Att. 15, 20. Fraudem timere Ouid. Met. 7, 45. *Quid tuta times Idem Met. 7, 47.*

Iram nubinis timere Idem Met. 6, 310. Timeo tibi, tanquam amico, ne quid mali accidat Ter. Heaut. 3, 2, 20 Syre tibi timui male. Idem Andr. 1, 3, 5 Si illum relinquo, eius vitae timeo. *add. ib. 2, 5, 8.*

Religiosus iudex libentissime patronum audit, quem iustitiae suae minime timet Quintil. 4, 1. Dyrrachio timens Caes. B. C. 3, 13. Rei frumentariae timebat Idem ibid. 3, 74. *add. ib. c. 59.*

Timeo mihi abs te, Ne malum mihi inferas. Cic. pro Sulla 36 A quo quidem genere iudices ego nunquam timui. *add. pro Flacco c. 20.* Quintil. 3, 10 An timendum a rege bellum. *i. Ne rex inferret bellum.* Sibi timere Virg. Aen. 2, 130. Iuuen. Sat. 6, 17 Cum furem nemo timeret Caulibus et pomis, sed aperto videret horto. Plin. 14, 16 Timent agris vini noxam. Ouid. Fast. 3, 617 Nec timui de morte tamen, metus absuit iste. *b. e. Non timui ne Dido se occideret.*

De illo nihil video quod timeam Cic. Fam. 9, 16 *i. ab.* Timere de Republica Idem Att. 7, 6. Ter. Andr. 1, 5, 34 Tum autem hoc timet, (quia cupit) ne deserat se. Cic. Att. 9, 4 Equidem illud mollor, quod tu mones, sperasque fieri posse, ut mihi Caesar concedat ut absim, quum aliquid in Senatu contra Cn. agatur, sed timeo (quia cupio) ne non impetrem. Gell. 19, 1 Ipsum autem pro Aristippi anima timere. Plaut. Merc. Prol. 109 Et apud Ter. Phorm. 1, 3, 26 Timeo miser, quam hic mihi nunc rem nuntiet. Cic. Diuin. in Caec. 42 Quae quum cogito, iam nunc timeo, quidnam pro offensione hominum, qui illi inimici infensique sunt, et expectatione omnium et magnitudine rerum, dignum eloqui possim. Timeo quemadmodum haec explicari possint Idem Fam. 11, 10. Haec quo sint eruptura timeo Idem Att. 2, 20. *Vid. HORREO.*

Nunc istic quid agatur, magnopere timeo Idem Att. 3, 8. *Quid possem timebam Idem Att. 12, 24.* Timeo (quia cupio) ut sustineas Idem Fam. 14, 2. Idem Att. 14, 21 Ad me autem, quum Cassii tabellarium dimissem, statim Balbus, O dii boni, quam facile perspiceres timere otium! Paulo post, Nemo est istorum, qui otium non timeat. Libro eodem Epist. 22 Timent otium. *Quod contra dixit Epist. 20 Cupere pacem.* Si potes archaice conuiuia recumbere lectis, Nec modica coenare times olus omne patella Horat. Epist. 1, 5, 1. Passiu. Martial. 11, 19 Fines mus populatur, et colono Tanquam sis Calidonus timetur. Bello timeri Sil. 15, 649. Timetur argentum Martial. 3, 41. Sen. Ep. 13 Nulla causa vitae est, nullus miseriarum modus, si timetur quantum potest. *Dammum 65*

de ea re timetur Vlpian. in l. 1 D. quib. ex caus. in poss. eatur.

TIMEVS, entis. Partic. [Φωβέμενος] Ouid. Met. 14, 215 Mortemque timens, cupidusque moriri. Mortis timens Lucret. 6, 1237. Comitum timens Virg. Aen. 2, 729. Timentes poenam grauiorem Petron. c. 102.

TIMENDVS, a, um. Aliud Partic. [δελιατός] *Vt, Armis timendus Stat. Silu. 4, 3, 134. Dente timendus aper Ouid. Epist. 4, 104. Dentes timendi Hor. Carm. 3, 20, 10. Timendae Vnguibus Arcadiae volucres Lucret. 5, 31. Vox timenda Hor. Epod. 6, 9. Add. Id. Od. 3, 1, 5. Vrsa Ouid. Met. 14, 256.*

TIMESCO, ēre. Ammian. 31, 4.

TIMIDVS, a, um. Adi. [δάλος] *Qui semper timet, sec. Seru. ad Virg. Ecl. 6 quod tamen non semper obseruatur: ut E nauis timidae ambae in scapham insiluimus Plaut. Rud. 2, 3, 30. Cic. de Finib. 5, 30. Non refugiat timido sanguen, atque exalbescat metu? Ex Poeta 80*

Titulus, ut ad ipsam tanquam causam et auctorem referantur beneficia, quae tu tuis tuae utilitatis causa tribueris. An potes — titulum mortis habere meae Ouid. Heroid. 15, 19. i. ferre, ut tibi causa tribuatur. Titulus, Praetextus Paullus in l. Si quis tutor. §. Quid ergo D. de ritu nupt. Quid ergo si quum se vellet excusare aliquo titulo, nec in promptu probationes haberet, etc. Sic etiam Liu. 37, 54 Et meminisse quem titulum praetenderitis prius aduersus Philippum, nunc aduersus Antiochum, Belli. Te etiam atque etiam meminisse oportet officii titulum Plin. Epist. 7 vlt. conf. b. l. Buchner. Titulo collegii noui Sueton. Aug. c. 32. Add. Sen. Suas. 6 de Cicerone. Tertull. de Poenit. c. 2. Pet. Chrysol. Serm. 5. Apul. Apol. p. 524, 8 Flor. Pontianus ei nuptiarum titulum falsum et imaginarium donauit. ¶ 6 Tituli, ecclesiae minores: vid. Zimmermann. Anal. Mensr. 1 p. 8 seq. Sed diuersa est huius appellationis in Ecclesia Rom. ratio et alterius loci. ¶ 7 Titulus Monumentum. Vet. Inscr. ap. Gruter. p. 990 n. 10 HVNC EGO NVNC TITVLVM STATVE CARISSIME CONIUNX. Titulus etiam dici potest alicuius rei Indicium. Sic Petron. c. 55 Ciconia titulus tepidi temporis, i. Signum aut indicium. Titulus a tuendo, quasi Tutulus, quod tueatur factum auctoris: et si quis alterius opus esse contendat, veri opificis indicet nomen. Vnde aliquando tituli dicti sunt milites, quasi tutuli, quod patriam tueantur. Vnde et Titi praenomen ortum. Festus.

TITVLO, aere. Titulo vel nomine comprehendere. Tertull. de Anima cap. 13 Anima nomine totius hominis mentio titulata est. Add. Idem contra Iud. cap. 9. Mart. Capella 1 p. 15. Chrysol. Serm. 155.

TITVS, i. m. [Tiro] Clarissimus Romanorum princeps, Vespasiani filius, et frater Domitiani. Appellatus est Amor ac deliciae generis humani, ut tradit Suet. c. 1. Caeterum in hoc Imperatore proprium nomen est. Alias Praenomen Romanorum est, a τῖω, honoro. Vel a titulo, ut vult Festus. Vid. paullo ante.

TITVRVS, i. m. Proprie Calamus, ut explicuit Hesychius. Pastoris nomen apud Virg. Ecl. 1, 1. ¶ 2 Tityrus ex ouibus oritur, hircoque parente Eugen. Tolet. Carm. 22. vid. AMBIGENVS.

TITYVS, i. m. [Tirvus] Secundum alios Terrae filius fuit: secundum alios a Terra nutritus: vnde elegit Poeta sermonem, quo vtrumque significaret: nam Alumnum dixit. Hic amauit Latonam, propter quod Apollinis confixus est sagittis: et damnatus hac lege apud inferos, ut eius iecur vultur exedat. Quamquam Homerus vicissim dicat duos vultures sibi in eius poenam succedere. Hactenus Seruius enarrans illud Virg. Aen. 6, 595 Necnon et Tityon Terrae omniparentis alumnum Cernere erat, vid. Ouid. ex Pont. 1, 2, 41. Huius magnitudinem corporis Poetae dixerunt fuisse nouem iugerum. Vnde Tibull. 1, 3, 75 Porrectusque nouem Tityus per iugera terrae, Affiduas atro viscere pascat aues. Add. Hor. Carm. 3, 11, 21.

T M E et T M O

TMESIS, is. f. [τμήσις] Est, Vnius verbi compositi vel simplicis sectio, altera dictione, vel pluribus interiectis, ut Virg. Georg. 3, 38E — Septem subiecta trioni. pro Septentrioni. Et Aen. 1, 412 Et multo nebulae circum dea fudit amictu. pro Circumfudit. Vbi Seruius: Figura tmesis est, quae sit, quum secto vno sermone aliquid interponimus. Sed hoc tolerabile est in sermone composito: caeterum in simplici nimis est asperum: quod tamen faciebat antiquitas. ut Saxo cere comminuit brum.

TMOLVS, i. m. [Τμῶλος] Mons Lydiae, ut scribit Plin. 5, 29 Croco florentissimus et vitibus confitus. Seruius adscribit eum Ciliciae in illud Virg. Georg. 1, 56 Nonne vides croceos ut Tmolus odores, India mittit ebur, molles sua tura Sabaei. Columel. 3, 8, 4 Tmolon et Corycon flore croceo abundare, vid. Ponted. et Gesn. ad h. l. Ouid. Met. 11, 151

— Riget arduus alto
Tmolus in ascensu, cliuoque extensus vtroque,
Sardibus hinc, illinc paruis finitur Hypaepis. Ibid. 156
Iudice sub Tmolo certamen venit ad impar.
Est ergo iuxta Sardis, quae urbs ex Herodoti Pliniique testimonio in Lydia est. A quo et ¶ 2 Nomen Flumini datum est.

Plin. 33, 8 Auri argentique mentionem comitatur lapis, quem coticulum appellant, quondam non solitus inueniri, nisi in flumine Tmolo. ¶ 3 A Poetis interdum Y post T superaddi inuenimus, ut Ouid. Met. 6, 15 Deseruere sui Nymphae vineta Tymoli. Quae ratio a Burm. recepta firmatur a Stephano de Urbibus.

TMOLIVS, a, um. Adi. [Τμῶλιος] Ouid. ex Pont. 4, 15, 9 Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos.

T O C et T O D

TOCITES, ae. m. [τοκίτης] Herba apud Apul. de Herb. c. 19 A partu iuando, qui τόκος est, dicta eadem, quae alias Aristolochia.

TOCVLLIO, onis. m. Minutus fenerator: et est vox formata a Graeco diminutiuo τοκύλλιον: ut apud Plautum a σκίπαρον, Sceparnio. Cic. Att. 2, 1 Neque te in tocullionibus habebam. Eodem modo Latini Turpionem dixere. Vid. Turneb. Aduers. 7, 3.

TODI; a τῶδοι parui, Auium genus paruorum. Festus.
TODELLVS vel TODILLVS, a, um. Gracilis. Festus ex Plauto, Cum extortis talis, cum todillis crusculis. Todellis legitur apud Festum in Schoenicolae, ubi et nos referimus.

T O G

TOGA, ae. f. [τήβεννα, τήβεννος, περιβολή] Gestamen proprium, insignique Romanorum ciuium, quemadmodum Palliam Graecorum. Superimponeretur tunicae, vel tunicis potius. Dicta toga a tegendo, ut ait Nonius, 4, 454 quod corpus tegat. Laxa erat, et in sinum multis crispulis subtracta succingebatur. Vet. Schol. Perf. 5, 14 Toga est purum pallium, forma rotunda et fusiore, atque inundante sinu, et sub dextro veniens super humerum sinistrum ponitur: cuius similitudinem in operimentis simulacrorum vel picturarum adspicimus,

easque staturas togatas vocamus. Toga vero Romani in pace ute-
 bantur, in bello paludamentis. Mensura togae iustae senas vlnas
 habebat. *Haec ille.* Senas vlnas intellige diametri: ut adeo si il-
 lam simpliciter iniiceret vir iustae staturae circum circa ad imos pedes te-
 ctus esset. Qui facillime togam Romanam imaginari vult, cogitet ve-
 stimentum rotundum vel ellipticum undique clausum (ut si pallium hodie-
 rum a pectore ad pedes consuas) in cuius centro foramen sit, quo caput, et
 humerus dexter cum brachio emineat: sinistra autem manu attollebant
 imam partem, quae in rugas collecta brachio sinistro incumberet. Haec
 ut ex staturis antiquis apparet, ita lucem adferunt locis, quae togae
 mentionem iniiciunt. *Antiquitatem totam eius rei hic non tractamus:*
nondum omnia videri explicata satis etiam post O. Ferrarii, A. Rubenii, et
I. Fr. Gronovii studia, fassus sum ad Quinctil. II, 3, 139 sqq. ubi plu-
scula de togae ratione et gestu disputata sunt. Tibull. I, 6, 40
 Et fluit effuso cui toga laxa sinu. Scholiast. Pers. 5, 14. Hor. Epist.
 I, 19, 30 Arctae decet sanum comitem toga. Martial. 14, 157 titu-
 lus est Lacernae, Amphitheatrales nos commendamus ad vsus Quum
 tegit argentes nostra lacerna togas, in quibus solis algeremus. Mar-
 tial. 14, 115 Si matutinos facile est tibi rumpere fomnos, Attrita ve-
 niet sportula saepe toga. Exigua toga Hor. Epist. I, 20, 13. Ni-
 vea toga, vid. NIVEVS, in NIX. Fusa toga et Restricta, contra-
 ria Sueton. in August. c. 73. Impar toga, Pexa toga, Pin-
 guis toga, vid. hb. II. Radiante toga decorus Claud. Conf. Hon.
 6, 372. Recens toga Pers. Sat. I, 15. Sordidula toga et rupta
 Iuven. Sat. 3, 149. Tenuis togae Hor. Epist. I, 14, 32. Toga
 vitrea, Tenuis textus et pellucidi dicebatur, quod ritu vitri transluce-
 ret, qua certe indutum esse probro et vitio dabatur. Varr. Modio ap.
 Non. 14, 1 Istorum vitreae togae ostentant tunicae clauos. Ami-
 ctus toga Cic. in Catil. 2, 22. Macrob. Sat. 2, 9 Hortensius vir
 ex professo mollis, et in praecinctu ponens omnem decorem. Fuit
 enim vestitu ad munditiam curioso, et ut bene amictus iret, faciem in
 speculo ponebat, ubi se intuens togam corpori sic Applicabat, ut rugas
 non forte sed industria locatas artifex nodus constringeret, et sinus ex
 composito defluens nodum lateris ambiret. Is quondam cum ince-
 deret elaboratus ad speciem collegae de iniuriis diem dixit, quod sibi
 in angustiis obuius offensus fortuito structuram togae destruxerat, et
 capital putauit, quod in humero suo locum ruga mutasset. Cohi-
 bere toga brachium adolescentulorum erat, post togam puram siue viri-
 lem sumtam. Cic. pro Cael. II c. 5 Nobis quidem olim annus erat
 vnus ad cohibendum brachium toga constitutus, et ut exercitatione lu-
 doque campestri tunicati vteremur. Sen. Exc. Controu. 5, 6 Apud
 patres nostros, qui forensia stipendia auspicabantur, nefas putabatur
 brachium extra togam exserere. Ex Graecis illustrat ad Cic. I. c.
 Abramius. Desluit toga Hor. Serm. I, 3, 31. i. Deorsum fluit, et ex
 humeris cadit. Deicere et reponere togam Quinctil. 6, 3. Toga
 velatus sola, scillis tunicis Plin. Epist. 2, 16, 2. ¶ 2 Toga
 pacis est insigne et otii Cic. in Pison. 73 c. 50. Toga, pro Pace
 aliquando accipitur, Vir omnibus belli ac togae dotibus eminentissimus
 Vell. 1, 12, 3. Add. Idem 2, 29, 3. 2, 125, 5. Alium toga, sed
 non arma honestarunt Plin. Paneg. c. 4 n. 5. Add. 56, 7. Mulcere
 ferrum togam Stat. Silu. 1, 4, 48. Plus togae laedere remp. quam
 loricae Tertull. de Pall. c. 5. Conf. Barth. ad Stat. p. 119. Cic.
 de Orat. 3, 167 c. 42 Campum pro comitiis, togam pro pace, arma
 ac tela pro bello. Toga, impudicarum erat mulierum. Siqui-
 dem matronae, quae a maritis ob adulterium repudiabantur, togam ac-
 cipiebant, sublata stola, propter ignominiam. Toga autem me-
 retrici apta, ita enim prostare solebant cum togis puellae, ut discerne-
 rentur a matronis. Et ideo quae adulterii damnatae fuerant, hac
 veste utebantur. Haec Acron in illud Hor. Serm. I, 2, 63 —
 Quid inter Est in matrona, ancilla, peccesue togata? Matrona, id
 est libera coniugata: ancilla, soluta, sed non prostituta: togata, in-
 fami et prostituta. Add. v. 82. Iuven. Sat. 2, 69 Damnetur, si
 vis, etiam Carfinia, talem Non sumet damnata togam: tam luxurio-
 sam, pellucidam, etc. Toga in prouinciis significat professionem Latine
 Rhetoricae: vid. Scaliger Lect. Auf. 2, 16 p. 132. Candida
 Candidatorum, v. v. Puram togam sumunt adolescentes, cum prae-
 texta posita in foro et inter viros versari incipiunt. Vid. Cic. Att. 9, 6.
 et ult. Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potissimum
 togam puram dedi: idque municipibus nostris fuit gratum. Ei-
 dem 7, 8 Habebamus autem in manibus Antonii concionem habitam
 x Calend. Ianuar. in qua erat accusatio Pompeii vsque a toga pura, i.
 Ab eius tirocinio, a prima adolescentia, post XVI annum. Dicta Pura
 toga, quod nullo purpurae praetextu distincta esset. Vestis pura
 Catullo ad Mallium l. 67, 15. Lucan. 7, 18 Pura venerabilis ae-
 que Quam currus ornante toga. Est ergo pura, nec picta, nec
 triumphalis, nec praetexta. Conf. Plin. 8, 48. Hanc cum sumerent
 adolescentuli conueniebant amici ad Officium togae virilis Plin. Epist.
 I, 9. Hae sunt sollemnitates togae Tertull. de Idol. 16. Pal-
 mata toga, vid. PALMATVS, in PALMA. Perfatae togae, vid.
 PERFATVS. Picta toga, Vestis publica fuit, summique Magi-
 stratus. Capitolinus de Gord. 4 Palmatam tunicam et togam pictam
 primus Romanorum priuatus, suam et propriam habuit: quum ante
 imperatores et de Capitolio acciperent, vel de palatio. Lampridius
 de Alexandro 40 Praetextam et togam pictam nunquam nisi Consul
 accepit: et eam quidem quam de Iouis templo sumtam alii quoque
 accipiebant aut Praetores, aut Consules. Iuven. Sat. 10, 39 Et pi-
 ctas Sarrana ferentem Ex humeris aulae togae. Conf. Liu. 30, 15.
 Praetexta toga, vid. PRAETEXTA. Gell. 18, 4 Quum iam ado-
 lescentuli Romae praetextam et puerilem togam mutassemus. conf. Cic.
 Verr. I c. 44. In epulo cum toga Pulla accumbere dedecus et sor-
 didum, Idem in Vatin. 30 c. 12. Purpurea Liu. 33, 11. Mar-
 tial. 10, 47 Lis nunquam, toga Rara, mens quieta. Togam ra-
 ram optat, id est ne cogatur bene mane togatus circumuolitare limina po-
 tentiorum, salutationis defuncturus officio. Conf. Mart. 10, 82. Plin.
 Epist. 5, 6, 45. et 7, 3, 2. Plin. 8, 48 l. 74 Togas Raras Phry-
 gasque, Diui Augusti nouissimis temporibus coepisse, scribit Fenestella.
 Pro Phrygasque Phryxianasque dedit Hard. edit. poster. et interpretatur,
 Phryxei velleris crispas et eminentes villos habentes. Togas etiam
 seruorum fuisse, docet Plin. Epist. 2, 14, 6 Heri duo nomenclatores
 mei — qui nuper togas sumserint — Causam aperit Senec. de
 Clem. I, 24 pr. Dicta est aliquando in Senatu sententia, ut seruos a
 liberis cultus distingueret: deinde apparuit, quantum periculum im-
 mineret, si serui nostri numerare nos coepissent. Virilis toga a
 puerili distincta erat, quae praetexta appellabatur, decimo septimo circiter
 anno sumebatur: eadem, quam puram diximus. Cic. de Amicit. 105

- 34 Ego autem a patre ita eram deductus ad Scaeuolam sumta virili toga, vt quoad possem et liceret, a senis latere nunquam discederem. Sumfisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti Cic. Philipp. 2, 44. *Add.* Idem pro Sext. c. 69. Vell. 2, 99, 2. Virilis toga, Toga libera dicebatur, eamque adepti remotis magistris liberius vivebant. Propert. 4, 1, 132 Mox vbi bulla rudi dimissa est aurea collo, Matris et ante deos libera sumta toga. Ouid. Tr. 4, 10, 28 Liberior fratri sumta mihiq;ue toga est. Stat. Silu. 5, 2, 68 Quem non corrumpit pubes effrena, nouaeque Libertas properata togae? Virilis toga in Capitolini Iouis templo fumebatur. Testis Valer. Max. 5, 4 de Marco Cotta.
- TOGŪLA, ae. f. Dimin. [τῆκεννιον] Martial. 4, 26 Ignolces, togulam Postume pluris emo. *Add.* 5, 23. Cic. in Pison. 54 c. 23 Togulae licitoribus ad portam praesto fuerunt: quibus illi acceptis, sagula reiecerunt, et cateruam imperatori suo nouam praebuerunt Id. Att. 1, 18 Togula picta. Puellarum togulae Arnob. 2 p. 91.
- TOGATVS, a, um. Adi. [τῆβενοφόρος] Qui toga indutus est. Vnde Romani, Togati dicti sunt, quibus toga propria et communis erat, quemadmodum Graeci Palliati dicebantur. Non pudet, licitorum prope maiorem numerum in foro conspici, quam togatorum? Liu. 3, 52. Quis liberalitatem tantum ad togatos vocat? hominibus prodesse natura iubet Sen. de Vita B. c. 24. Conf. Sallust. Iug. c. 21. Sen. de Const. c. 9. Spart. in Hadr. c. 3. Prudent. Cathem. 2, 39. Togata, absolute pro comoedia Romana: vid. Iuuenal. 1, 3. *it. pro metrice:* vid. TOGA. Vt togatus mandata senatus audiret Liu. 3, 26. rogatur L. Quint. Cincinnatus. Virg. Aen. 1, 286 Romanos rerum dominos, gentemque togatam. Martial. 14, 124 Romanos rerum dominos, gentemque togatam Ille facit, magno qui dedit astra patri. Magna caterua togatorum Cic. pro Rosc. Amer. 135. Graeculus iudex modo palliatus, modo togatus Idem Philipp. 5, 14 c. 5. Togato vni Ciceroni supplicatio decreta, *i. ob res in pace gestas* pro Sulla 85. Comoediae togatae, quae scriptae sunt secundum ritus Romanorum: vt Graecias fabulas ab illorum habitu Palliatis appellamus. Nam Graeci pallium supra tunicam ferebant. vid. Cic. pro Sext. c. 55. Vell. 2, 9, 3. Hor. A. Poet. v. 288. Sen. Epist. 7 extr. Quaedam harum erant Tabernariae, v. v. *it. FABVLA* n. 4. Gallia Togata in qua essent coloniae ciuium Romanorum, vid. Caes. Bell. Gall. 8, 24. Cic. Phil. 8 c. 9. *Add.* Plin. 3, 4. Mela 2, 4. Miles togatus Claud. Conf. Hon. 4, 9 Militia togata Lucan. ad Pison. 27. Turba togata Propert. 4, 2, 56. et Iuuen. Sat. 1, 96. Cic. Verr. 1, 73 Erant nonnulli togati creditores Graecorum, quibus ad exigendas pecunias improbillissimi cuiusque legati plurimum prodest gratia. Togati in primis erant ac dicebantur, (inualescente alias lacernarum usu) qui principes ciuitatis officii gratia in forum deducebant, ac deinde domum reducebant: quoniam togis amicti erant. Iuuen. Sat. 7, 142. Respicit hoc primum qui litigat: an tibi serui Oſto, decem comites post te: an sit sella, togati Ante pedes. Et *itidem* Sat. 1, 96
- Nunc sportula primo
Limine parua sedet, turbae rapienda togatae.
Et Martial. 2, 57 Quem grex togatus sequitur, etc. Toga enim purpurae seruebat, vt apud eundem 10, 10 Quid faciet pauper cui non licet esse clienti? Dimisit nostras purpura vestra togas, *i. Nunc non licet nobis officium vobis praestare, quum iam purpurati, i. praetextati, (de consule enim sermo est) salutationum officii praestandis successerint. Huc pertinet* Martial. 3, 46 Exigis a nobis operam sine fine togatam: Non eo, libertum sed tibi mitto meum. Conf: 9, 103.
- TOGATVLVS, a, um. Dimin. loco formatum. Martial. 10, 74
— Quamdiu saluator,
Anteambulones, et togatulos inter
Centum merebor plumbeos die toto? *Add.* Id. 11, 25.
- TOGATARIVS, i. m. Togatarum fabularum actor. Sueton. August. c. 45 Casaubonus Togatarium analogia tuetur. Alii Togatarum malint, et repetunt ex proximo histrionem. Vt iudicari possit, ponamus verba: Nam histrionum licentiam adeo compeſcuit, vt Stephanionem Togatarium, cui in puerilem habitum circumtonsam matronam ministrasse compererat — relegauerit. Togatarum Ald. Steph. etc. *int.* Fabularum histrionem.

T O L

- TOLERO, are. [τλῶω, τλήμι, καρτερῶ, ἀνέχομαι] Significat Patienter ferre, vt ait Festus; estque verbum mala patientis. Toleror, Depon. Priscian. p. 800. Ter. Phorm. 3, 2, 23 Noli metuere: vna tecum bona malaque tolerabimus. Idem Hec. 3, 5, 28 Sed quando sese indignam deputat matri meae, cui concedat, cuiusque mores toleret sua modestia. Tolerare se, Modice et summa parsimonia se alere. Vlpian. l. In lege Censoria D. de verb. signif. Ex quibus agris paterfamilias fructus caperet, quibus se toleraret, etc. Sic Caes. Bell. Ciuil. 3, 49. Conf. Tac. A. 2, 24, 2. Alere et tolerare equitatum Caes. Bell. Ciuil. 3, 58. Tolerare sua pecunia milites Plin. 3, 10. Dura tolerare Sen. Hippol. f. 4. Egestatem Plaut. Trin. 2, 2, 6. Equos Caes. B. C. 3, 47 et 58 Equitatum, vid. Vitam tolerare. Famem tolerare Caes. Bell. Gall. 1, 28. Fortunam tolerare Cic. ad Brut. 16. Idem in Catil. 2, 23 Nisi idcirco se facilius Hiemem toleraturos putant. Plin. 12, 14 Inde impensae publicae tolerantur. Inopiam obsidiumque tolerare Tacit. Hist. 4, 4. Inopiam mercede manuum Sallust. Cat. c. 37. Plin. 11, 5 Apes ad vsus vitae Laborem tolerant. Laborem militarem tolerare Cic. Off. 2, 45. Laborem studiorum pueri difficilius tolerant Quinctil. 1, 12. Mala tolerare Sen. Herc. Fur. f. 13. Militiam tolerare sub magistro Virg. Aen. 8, 515. Resp. firma opulencia Negligentiam tolerabat Sallust. Cat. 52, 9. Patienter tolerare Quinctil. 6, 3. Pondus alicuius tolerare Hor. Carm. 2, 5, 4. Plin. 8, 18 Sitim et quatrduo tolerant. Sitim, famemque tolerare Ouid. ex Pont. 1, 2, 87. Sors toleranda nullis populis Stat. Theb. 1, 195. Sumtus tolerare Cic. Qu. Fratr. 1, 1, 8. Caes. Bell. Gall. 7, 77 Qui in oppida compulsi, ac simili inopia subacti, eorum corporibus, qui aetate inutiles ad bellum videbantur, Vitam tolerauerunt. Virg. Aen. 8, 408 Cui tolerare colo Vitam tenuique Minerua. Tolerare simpliciter pro tolerare vitam. Posse Liuiam ipsam statuere, nubendum post Drusum, an in penatibus iisdem tolerandum haberet Tac. A. 4, 40, 3. Passus CLX tolerare, Sufficere cursui CLX passuum Plin. 7, 20. Cic. Att. 1, 14 (17) Et

id quod caput est Nobis inter nos nostra, siue incommoda, siue vitia, siue iniurias esse tolerandas. Res ad patiendum tolerandumque difficilis Cic. Tusc. 2, 18. Idem de Finib. 4, 52 c. 18 Dicunt illi asperum esse dolorem, molestum, odiosum, contra naturam, difficilem Toleratu. Molestiae faciles Toleratu Gell. 1, 6.

TOLERANS, antis. Partic. [τλός, καρτερικός] Columel. 8, 16 Piscium genera dulcis vndae tolerantia. Idem 6, 22 Extremi frigoris tolerantior equino armento vacca est. Tolerantior bello vel belli Victor vterque in Domitiano. Tolerantissimus penuriae, Patientissimus Columel. 7, 1.

TOLERANTER, ius, issime. Adu. [καρτερικώς] Quintil. 8, 6 Dure etiam iungere vetamur, qui tolerantiter videre Septentriones videmur. Ferre aliquid tolerantiter Cic. Fam. 4, 6. Toleranter dolorem pati Idem Tusc. 2, 43 c. 18. Comp. Anniculae foecunditatem poscuntur, tolerantius tamen bimae Plin. 8, 45.

TOLERANDVS, a, um. Cic. Att. 7, 17 Nobis inter nos nostra siue incommoda, siue vitia, siue iniuriae, sunt tolerandae.

TOLERATVS, a, um. Tacit. Ann. 12, 11, 2 Clementia ac iustitia, quanto ignorantiora barbaris, tanto toleratiora. Al. Tolerantiora.

TOLERATVS, ūs. m. Quae ipsi toleratu humano indigna credimus Saluian. de Gubern. 3 p. 83. Supinum, vid. in verbo TOLERO.

TOLERANTIA, ae. f. [ἀνοχή, καρτερία] Cic. in Parad. 4, 1 Tolerantia rerum humanarum, contentione fortunae. Tolerantia tamen doloris laude sua non carebit Quintil. 2, 20.

TOLERATIO, ōnis. f. [ἀνάχρησις] Cic. de Finib. 2, 94 c. 29 Quaedam alia tolerantio est verior, qua uti vos non potestis, qui honestatem ipsam per se non amatis.

TOLERABILIS, e. Adi. [ἀνώχετος, ἀνεκτός] Quod tolerari potest. Ter. Heaut. 1, 2, 31 Homo tolerabilis. conf. Liu. 22, 27. Apud Plin. in Paneg. 37 Tolerabile tributum. Et ibid. Tolerabile experimentum. Cic. de Senect. 8 c. 3 Moderati enim et nec difficiles, nec inhumani senes, tolerabilem agunt senectutem. In aliquibus rebus tolerabile est Cic. ad Brut. 15. Dicere sic tolerabilius est Cic. de Orat. 1, 218. Conditio tolerabilis Idem in Cat. 4, 16. Conditione tolerabili transigere Idem pro Quint. 97 c. 31. Exemplum tolerabile liberae ciuitati Liu. 39, 39. Cic. Att. 6, 1 Itaque et Graeci soluunt tolerabili foenore. In tolerabilem formam redigendae ciuitates Liu. 34, 51. Omnia Humana tolerabilia ducenda Cic. ad Att. 12, 11. Iactura rei familiaris tolerabilis Id. ad Brut. 18. Nihil quidquam habeo tolerabilius quam Solitudinem Cic. Att. 12, 18. Orator sane tolerabilis Idem de Clar. Orat. 178. Patronus tolerabilis Idem ibid. 129. Philosophi tolerabiliores motus volunt esse Cic. de Orat. 1, 218. Regnum nemini tolerabile Idem Att. 10, 7. Tolerabilior regia Seruitus Liu. 38, 37. Venus tolerabilior per autumnum Cels. 1, 3 extr. Inuenies, qui mortem ac Verbera tolerabiliora credat, quam contumeliosa Verba Sen. de Const. Sap. c. 4. Superl. Tolerabilissima sententia Paull. Ict. Dig. 28 t. 5 l. 18.

TOLERABILITAS, atis. f. ἀνεκτότης Gloss. Gr. Lat.

TOLERABILITER. Adu. [ἀνεκτῶς] Facile, sine discrimine. Columel. 2, 2 Quas Graeci συζυγίας ἐναντιοτήτων, nos discordantium comparationes tolerabiliter dixerimus. Add. Idem 3, 32. 8, 4. Plin. 37, 2. Cels. 2, 13. Si qua tolerabiliter dicta sunt Sen. Controu. lib. 5 (al. 10) praef. Tolerabilius pati dolores Cic. de Finib. 42 c. 13. — Desiderium ferre Idem Fam. 15, 20.

TOLES, vel ut alii scribunt, TOLLES, [παρίδμια] Tumor est in faucibus, quae per diminutionem Tonsillae dicuntur. Festus. vid. infra TOLLIS.

TOLLENO, ōnis. m. Genus machinae, ut ait Fest. quo trahitur aqua, in alteram partem praegravante pondere, dicitur a tollendo. Nempe tigno erecto aliud transuersum eo libramento imponitur, ut depressione vnus partis, cui pondera adiiciuntur, elatio alterius adiuuetur, qua vel aquae situla, vel aliud quid extollitur. Liu. 38, 5 Deinde ut praeter spem stare muros viderunt: collectis rursus animis in arietes tollentibus libramenta plumbi aut saxorum, stipitesque robustos incutiebant. Plin. 19, 4 Vel tollentium haustu rigandos. Veget. 4, 21 Tolleno dicitur quoties vna trabs in terram praealte defigitur, cui in summo vertice alia transuersa trabs longior dimensa medietate connectitur, eo libramento, ut si vnum caput depresseris, aliud erigatur. Gouf. Gronou. ad Liu. 24, 34. Turneb. Adu. 6, 18.

TOLLIS, is. m. Isidorus 11, 1 Tolles Gallica lingua dicuntur, quae vulgo per diminutionem Tonsillae dicuntur, quae in faucibus turgescere solent. Haec verba falsi conuincunt hanc Sereni scripturam v. 291 Quos autem vocitant colles, attingere dextra Debebis, qua gryllus erat pressante peremptus. Scribendum enim arbitror, Quos autem vocitant Tolles, ut haec Curatio tonsillarum sit. Turneb. 11 extr. Keuchenius ad l. c. Sereni laudat ex superstitioso carmine apud Marcell. 15 Hunc dolorem, hunc ruborem, has tolles, has tonsillas, hunc panum, has paniculas, hanc strumam, hanc strumellam, hanc relegeonem euoco, educo, excanto. Festi verba dedimus in TOLES. Vet. Gloss. Tolae, tolia (Keuch. malit tolla) tonsillae, παρίδμια. Plin. Valer. 2, 42 Lupini ex aceto cocti fomentum optimum est, et tollis et parotidis (pro parotidin) vtile. Tolles Sereno vindicat etiam Reines. V. L. 2, 8 p. 200. Haec vox restituenda videtur etiam Exc. ex Vet. Lex. p. 243 Vulc. ubi legitur Tules παρίδμια. Restituenda haec vox Veget. Veter. 1, 38, 3. et 3, 64, 1 ubi Tullis a colibus occurrit, quam frustra explicare conati sumus, cum illum scriptorem ederemus, ignorantia eorum, quae modo posuimus.

TOLLIO, ōnis. vel TOLLŌNVS, i. m. Idem quod Tolleno. Plaut. Rud. 2, 5, 23 Heus sic tolloni gratia? cape hanc urnam tibi. Columel. in Horto v. 26

Vicini quoque sint amnes, quos incola durus
Attrahat auxilio semper siccantibus hortis:
Aut fons illaerimet putei non sede profunda.
Ne grauis hausturis tollonibus ilia vellat.

Quo in loco alii legere malunt Tendentibus, non Tollonibus: Plauti locum Camerarius aster legit.

TOLLO, tollis, tūli vel sustūli, et apud antiquos tolli, tetūli, sublātum vel lātum, tollere. [ἀέρω, αἶρω, ἐγείρω, ὑψώω] Eleuare, sursum erigere. Plaut. . . Tolle caput. Ouid. Epist. 14, 45 Ter acutum sustulit ensem, Ter male sublato decidit ense manus. Sol in currum Phaethontem filium sustulit Cic. de Nat. Deor. 3, 76. Aliquid oneris tollere Idem Verr. 3, 1. i. Suscipere. Tollere et

- extrahere Cic. de Finib. 2, 27. Sublatis supra capita scutis Liu. 34, 39. Cic. in Pison. 14 Responde; altero ad frontem sublato, altero ad mentum depresso supercilio, crudelitatem tibi non placere. Idem de Arusp. Resp. 33 Itaque ne quis meorum imprudens introspecte tuam domum possit, ac te sacra illa tua facientem videre, tollam altius Tectum, non vt ego te despiciam, sed tu ne adspicias urbem eam, quam delere voluisti. Vlpianus, Ius vicino non esse altius aedes tollere. Plant. Trin. 3, 2, 60 Tollere moenia. African. in l. Egi D. de except. rei iudic. Egi tecum, ius mihi esse Aedes meas vsque ad decem pedes altius tollere. post ago, ius esse mihi vsque ad viginti pedes altius tollere. exceptio rei indicatae procul dubio, sed et si rursus ita agam, ius mihi esse altius ad alios decem pedes tollere: obstabit exceptio. Cic. pro Caecin. 60 c. 21 Vinces profecto non fuisse armatos eos, qui saxa iacerent, quae de terra ipsi tollerent. A terra se tollere altius, pro Crescere: ac de herbis et arboribus dicitur. Cic. Tusc. 5, 37 c. 13 Itaque et arbores, et vites, et ea, quae sunt humiliora, neque se tollere a terra altius possunt, alia semper virent, alia hieme nudata, verno tempore tepesacta frondefcunt. ¶ 2 Substantiua, quibus vel per se, vel intercedente Praepositione iungitur: Tollere est auferre. Scribit, sibi millia quinque Esse domi chlamydatum: partem, vel tolleret omnes Hor. Epist. 1, 6, 43. Ac tu quantum vis tolle Idem Epist. 1, 7, 16. Tolluntur in Altum Vt lapsu grauiore ruant Claud. in Rufin. 1, 22. Animos tollere, Superbire, audaciorum esse. Sallust. in Cic. c. 2 Verum, vt opinor, splendor domesticus tibi animos tollit. Ter. Hec. 3, 5, 57 Quia paululum vobis accessit pecuniae, sublatis Animi sunt. Propert. 3, 18, 17 I nunc, tolle Animos, et tecum finge triumphos. Conf. Plaut. Truc. 2, 8, 10. Animos dictis tollit Virg. Aen. 9, 127. Arbos se sustulit Idem Georg. 2, 57. Daphnimque tuum tollemus ad Astra Virg. Ecl. 5, 51. int. laudibus. Cic. de Fato 10 c. 5 Addidit etiam mulierosum, in quo Alcibiades Cachinum dicitur sustulisse. Idem pro Arch. 22 In Caelum huius proauus Cato tollitur, magnus honos Populi Rom. rebus adiungitur. Cic. de Nat. Deor. 2, 62 Suscepit autem vita hominum, consuetudoque communis, vt beneficiis excellentes viros fama ac voluntate tollerent. Idem Fam. 15, 7 Non dubito, quid praesentes sentiant: nos quidem longinqui, et a te ipso missi in vltimas gentes, ad Caelum mehercule tollimus verissimis ac iustissimis laudibus. Cic. Philipp. 11, 24 Hunc vel in Caelum, si fieri poterit, nostris humeris tollemus. Idem Verr. 4, 94 c. 43 Clamor a vigilibus, sanique custodibus tollitur. Clamor tollitur in caelum Virg. Aen. 11, 745. Clamores horrendos ad sidera tollit Idem ibid. 2, 222. In Collum tollere Plaut. Bacch. 3, 6, 42. Cornua tollere in aliquem Hor. Epod. 16, 12. Corpus tollere in auras Ouid. Epist. 18, 52. Corpora sua alte tollit volueris Idem Met. 8, 256. Cic. Verr. 1, 7 Statim deinde iussu praetoris, in Crucem esse sublatum. Idem Off. 3, 94 Optauit vt in Curram patris tolleretur: sublatus est: atque is, antequam constitit, ictu fulminis desflagrauit. Fluctusque ad sidera tollit Virg. Aen. 1, 107. Frontem tollens ad caelum Ouid. Met. 3, 20. Gaudia alicui Catull. . . . i. inducere aliquem ad laetitiam: vid. Scalig. ad Catull. p. 100. Gradum tollere, Ambulare Plaut. Bacch. 3, 6, 6. Hinnitum tollit equa Hor. Carm. 2, 16, 34. Humo tollit saxum Ouid. Met. 11, 110. Humo se tollere, Erigere se Idem ibid. 7, 640. Et Metaph. Virg. Georg. 3, 9 Tentanda via est, qua me quoque possim Tollere humo, victorque virum volitare per ora. Cic. Att. 2, 25 At hercule alter tuus familiaris Hortensius quam plena manu, quam ingenue, quam ornate nostras laudes in astra sustulit. Virg. Ecl. 5, 51 — Daphnimque tuum tollemus ad astra. Cic. Att. 4, 16 Itaque Caesaris amici (me dico et Oppium) disrupparis licet, momentum illud, quod tu tollere laudibus solebas, vt odium laxaremus, et vsque ad, etc. Liberos tollere, vt suscipere, non generare tantum, sed nutriendos educandosque curare; a ritu, vt videtur, antiquo, quod humi positos recens natos, aut negligeret pater, aut iuberet tolli: cui rei etiam Lenam deam praefecerant. Plaut. Amph. 1, 3, 3 mandat Amphitruo personatus s. Iupiter Alcmenae, Quod erit natum tollito. Plaut. Truc. 2, 4, 45 Sese experturum, quanti sese pendereim, Si quod peperissem, id educarem ac tollerem. Ter. Andr. 1, 3, 14 Quid quid peperisset, decreuerunt tollere. Contra Poeta apud Cic. de Diuin. 1, 42 c. 21
- 70 Ibi ex oraculo voce diuina edidit
Apollo, puerum, primus Priamo qui foret
Post illa natus, temperaret tollere:
Eum esse exitium Troiae, pestem Pergamo:
Ex quo oraculo Paris expositus est. Virg. Aen. 9, 546 Helenor, Maenio regi quem serua Licymnia furtim Sustulerat: interpretatur Seruius, E stupro educauerat. Liu. 5, . . . Vt omnium in domo liberorum capitum ratio haberetur, vellentque in eam spem liberos tollere Plin. Pan. 26 Locupletes ad tollendos liberos ingentia praemia et pares poenae cohortantur. Add. 27 pr. Senec. Ep. 9. et de Clement. 1, 13. Cic. Fam. 7, 5 Sustulimus manus et ego et Balbus. Admirantis effectus et signum est. Add. Id. Acad. 4 c. 19. Membra vix tollit de humo Ouid. Fast. 2, 354. Minas tollere Virg. Georg. 3, 421. Oculos tollere, vid. OCVLVS. Oculos sustulit ad proceres Ouid. Met. 13, 26. Oculos tollere contra aliquem, Dissentire ab aliquo, et repugnare alicui Lucret. 1, 67. Palmas ad sidera tollunt Virg. Aen. 5, 556. Querelam tollunt lugubri voce Lucret. 4, 550. Aliquem Rheda aut vehiculo tollere: vid. Lambin. ad Hor. Sat. 2, 6, 42 Quem tollere rheda Vellet iter faciens. Et absolute Cic. Qu. Fratr. 2, 10 Mea factum est infusa verecundia, vt te proficiscens non tollerem. Rifum tollere alicui Hor. de Arte Poet. 381. i. commonere ad videndum. Signum quasi aliquod sustulisti omnibus ad bene sperandum de Rep. Cic. pro Marc. 2. vt mox VEXILLVM. Solio se tollit ab alto Virg. Aen. 8, 541. Ad spem effingendae eloquentiae Se tollere Quintil. 1, 2. In Sublime tollere Plin. 10, 38. Tormentum tollere Cels. 3, 21. Tollere vento fluctus, et mulcere Virg. Aen. 1, 70. Vexillum tollitur, vt signum praelii Hirt. de B. Alex. 45 Quod vbi conspexit celeriter vela subduci, demittique antennas iubet, et milites arinari, et Vexillo sublato, quo pugnandi dabat signum, quae primae subsequebantur naues idem vt facerent significabat. Vid. VEXILLVM. Vocem exiguam tollere Virg. Aen. 6, 493. Vultus erectos tollere ad sidera Ouid. Met. 1, 86. ¶ 3 Tollere, auferre. Cic. de Amicit. 47 Solem enim de mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt. Detrahere, auferre, tollere Cic. in Orat. 209. Idem Verr. 2, 140 Si tibi magistratum abrogasset, minore ignominia te affecisset, quam cum

ea, quae in magistratu gessisti, sustulit, atque irrita iussit esse. Tollere et delere Cic. pro Quint. 70. Idem pro Rosc. Amer. 71 Nonne videntur hanc hominem ex rerum natura sustulisse et eripuisse? Virg. Aen. 8, 439 Tollite cuncta, inquit, coeptosque auferte labores. Turpil Philopat. apud Non. 5, 6 Simul circumspicit, ubi praeter se neminem videt esse, tollit, aufert: ego clam consequor. Tollere, *E medio auferre, vita priuare, enecare, ut in antiquo illo disticho, quod refert Tranquillus Neron. 39 Quis neget Aeneae magna de stirpe Neronem? Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem. Duplicem significationem retinet: in priore enim pro Enecauit, in posteriore pro Portauit, sumitur.* Cicero Caesarem laudandum et tollendum censebat, cum aliud diceret, aliud intelligi vellet Vell. 2, 62, 6. Conf. Brut. ad Cic. Fam. 11, 20 pr. Tollere et interficere Cic. pro Cluent. 25. *Sed remouere simpliciter significat in illo Cic. pro Quint. 12 Tollitur ab atriis Liciniis, atque a praekonum confessu in Galliam Nauius et trans Alpes vsque transfertur. Ab igne tollere Scribon. 8, 157. Cic. Post red. in Senat. 31 Aditus templorum erant non solum praesidiis, et manu, verum etiam demolitione sublatis.* Aes alienum, pro Dissoluere Vict. de Viris illustr. 29. Ancoras Caes. Bell. Ciuil. 1, 31. Auaritiam si tollere vultis, mater eius tollenda est luxuries Cic. de Orat. 2, 171 c. 40. Aurum Liu. 26. Calices Martial. 11, 12. Callos tollere Scribon. 37. Carnem ex palpebris Ibid. Cic. pro Rosc. Amer. 3 Tametsi non modo ignoscendi ratio, verum etiam cognoscendi Consuetudo iam de ciuitate sublata est. Consules Cic. ad Brut. 11. Controuersias Caes. Bell. Ciuil. 1, 9. Conuiuium Plaut. Menaech. 3, 1, 17. Virg. Aen. 8, 175 Iubet et sublata reponi Pocula. Cic. Att. 15, 11 Etenim Seruilia pollicebatur se curaturam, ut illa frumenti curatio de S. C. tolleretur. Idem de Nat. Deor. 3, 84 Eundemque ferunt, haec quae dixi sublata de Fanis in forum protulisse, et per praekonem vendidisse. De igne tollere Colum. 12, 41. Cic. pro Rosc. Amer. 20 c. 7 Demonstrant cum pater huiusce Sext. Roscius homo tam splendidus et graciosus, nullo negotio sit occisus, perfacile hunc hominem incautum, et rusticum, et Romae ignotum De medio tolli posse. Cic. Att. 2, 24 Primum Cepionem De oratione sua sustulit, quem in Senatu acerrime nominarat, ut appareret noctem, et nocturnam deprecationem intercessisse. *i. non amplius mentionem eius fecit.* Cic. pro Cluent. 79 Et illum hominem aedilicium, iam praetorem opinionibus hominum constitutum, non disceptatione dicendi, sed clamore hominum de Foro, atque adeo de ciuitate esse sublatum. Dentem Scribon. 53. Diem tollere, *vid. DIES.* Dolorem protinus Scribon. 11. In praesentia Id. 221. Dolorem dentium Plin. 20, 3. Dubitationem alicui Cic. Att. 12, 7. Duritiam ex toto Scribon. 128. E ciuitate aliquem Cic. pro Domo 44 c. 17. Idem de Fin. 1, 26 Tu quidem, inquit, totum Epicurum paene E Philosophorum choro sustulisti? E medio aliquem tollere, *idem quod Tollere de medio, et occidere Liu. 24, 6.* Cic. pro Flacc. 7 Inimicus M. Caelius, quod cum in re manifesta putabat nefas esse publicanum iudicare contra publicanum, sublatus erat E numero recuperatorum: tamen tenuit se, neque attulit in iudicium quidquam ad laedendum, nisi voluntatem. Cic. Diu. in Caec. 3 Sese iam ne deos quidem in suis vrbibus, ad quos confugerent, habere, quod eorum simulacra sanctissima C. Verres Ex delubris religiosissimis sustulisset. Cic. pro Rosc. Amer. 31 Nonne videntur hunc hominem Ex rerum natura sustulisse et eripuisse, cui repente caelum, solem, aquam, terramque ademerunt? Cic. Acad. 4, 62 Dixitque sapientis esse opinionem a perspicuitate seiungere: nihil fecit: ipsius enim opinionis errorem nullo modo sustulit. Exercitum religio tollit Cic. Fam. 1, 1. *i. propter libros Sibyllinos, qui vasant, exercitus non decernitur.* Cic. de Nat. Deor. 3, 81 c. 33 Sed quia Drusum Ferro, Metellum veneno sustulerat: illos conseruari melius fuit, quam poenas sceleris Varium pendere. Idem de Lege Agr. 1, 23 Timorem bonis iniicistis; fidem de foro, dignitatem de Republ. sustulistis. Genus orationis tollere Cic. Fam. 3, 8. Haemorrhoidas Scribon. 230. Honores Ouid. Am. 2, 2, 27. Imperitorum omnem errorem tollere Cic. de Fin. 1, 37. Inducias tollere Liu. 30, 4. Cic. de Legib. 2, 31 Quid, Leges non iure rogatas tollere? Idem Fam. 1, 8 Dignitas in sententiis dicendis, libertas in Rep. capeffenda, ea sublata tota, sed nec mihi magis quam omnibus. Plin. 10, 75 Plani autem piscium in vado dormiunt, ut Manu saepe tollantur. Saxum Virg. Aen. 12, 904. Manus tollere ab re aliqua Ouid. Epist. 20, 146. Cic. pro Quint. 12 Cuius omnino rei Memoriam omnem tolli funditus, ad deleri arbitror oportere. Idem pro Rosc. Amer. 6 Deleatis ex animo suspicionem omnem, Metumque tollatis. Cic. Att. 10, 1 Nunc ait se daturum, quum ex P. sustulerit Moram tabellarius. Nefas Ouid. Met. 2, 506. Nomen alicuius ex omnibus libris tollere, *delere Cic. Att. 13, 44. Prouerbiu tollere quid sit apud Varr. R. R. 2, 9, 9 non conuenit inter viros doctos: mihi tamen probabilius videtur, idem esse quod corrumpere, factis reflexere et falsum certe non vniuersim verum esse, ostendere.* Querelas tolle, *Noli amplius queri Hor. Epist. 1, 12, 3.* Scabiem Scribon. 250. Solem e mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt Cic. de Amic. c. 13. Res ferias omnes tollo ex hoc die in alium diem, *i. differo.* Plaut. Poen. 2, 52. *Sed Gron. extollo; quod metro magis conuenit.* Spein aliquid faciendi tollere Caes. Bell. Gall. 7, 28. Cic. Att. 10, 16 Omnem igitur Suspicionem sustuli. Idem pro Rosc. Amer. 6. Cic. pro Font. 14 Noluerunt ii, qui iudicabant, hanc patere inimicitiam viam, quem quisque odisset, ut eum Testimonio posset tollere. *e ciuitate, e numero honestorum etc.* Cels. 3, 21 Si ne per has quidem Tormentum tollitur, incidenda cutis est, et tum his vtendum. Vitia tolluntur Scrib. 99. *vulgo eradicantur.* Hor. Serm. 1, 4, 11 Erat *(in Luciliis versibus)* quod tollere velles, *i. delere.* Vid. Burm. ad Quinct. 10, 1 p. 909. ¶ 4 Praet. Perf. Tetuli est Plauti Cist. 3, 19. Most. 2, 2, 40. Rud. Pro. 68. Add. Non. 2, 839. *Sed etiam Tolli.* Perf. 4, 2 Sorbitio tollit quem dira cicuta, *Periphrasis Socratis.* Tollisse i. 3 §. 4 D. de acceptilat. Tollerunt, genuerunt Gloss. Ifid. Vid. Bynkersh. Obj. 1, 25.

TOLLENS, entis. Part. Virg. Georg. 3, 421. et Aen. 12, 904. Pueri paronychia cum ingenti subtilitate tollentes Petron. c. 31.

SUBLATVS, a, um. Partic. [*ἀρδεις, μεταρδεις, ἀφαιρεδεις*] Plin. 11, 29 Gregatim sublatae vento in maria aut stagna decidunt. Clamor sublatus ad aethera Virg. Aen. 2, 338. Dolis sublatis aperire aliquid, *Referre sine dolo* Virg. Aen. 12, 26. Errore sublato agnoverunt parentes, etc. Lucan. 3, 601. Lex sublata Propert. 2, 7, 1. Pauore sublato secura turba Lucan. 3, 438. Ex oculis sublata virtus Hor. Carm. 3, 24, 32. Cic. Verr. 5, 142 Sic ille affectus illinc tum pro mortuo sublatus, breui postea est mortuus. Sublati, Fero-

cientes, superbientes. Caes. Bell. Gall. 1, 16 Quo praelio sublatis Helueticis, quod quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius subsistere. Sublati liberi, i. *Suscepti.* Paullus in l. Filius familias D. de acquir. hered. Filius familias duxit uxorem, ea filiis sublatis intestata decessit. Filii iussu patris, non aui adierunt hereditatem.

SVBLATVRVS, a, um. Partic. [*ἀφῶν*] Cic. Att. 15, 12 Eam rem Seruilia sublaturam ex S. C. se esse dicebat.

SVBLATE. Adu. *Vt,* Cic. Brut. 201 c. 53 Quoniam oratorum bonorum duo genera sunt, vnum attenuate pressaque alterum sublata ampleque dicentium. Sublatus de se dicere Cic. pro Domo 95 c. 36. *Conf.* Ammian. 20, 8.

SVBLATIO, ōnis. f. [*ἀφῶσις, ἀφῶσις*] Quintil. 7, 1, 60 An restitutio pro sublacione iudicii sit, et perinde valeat, ac si iudicium non fuisset? *Sed* Cic. de Fin. 2, 13 Sed hoc interest, quod voluptas dicitur etiam in animo vitiosa res, ut Stoici putant, qui eam sic definiunt, Sublacionem animi sine ratione opinantis se magno bono frui, etc.

TOLŌSA, ae. f. [*Τολῶσα*] Tectosagum, *Narbonensis Galliae urbs nobilissima; a qua TOLOSANI, Tectosagi, Plin. 3, 4. dicti.* Notum est adagium, Aurum Tholosanum de quo supra in AVRVM n. 3.

TOLOSATES. *Idem qui et Tolosani.* Caes. Bell. Gall. 1, 7 Qui non longe a Tolosatum finibus absunt.

TOLVS, a quo Capitolium, *vid.* OLVS, f.

TOLVTARIVS, a, um. vel TOLVTARIS, e. Adi. [*βουλιῆς*. Gloss.] quasi Volutarius a pedum volubilitate dictus. Tolutarium ab Asturcone distinguit Seneca Epiit. 87 Ita non omnibus obesis mannis, et affurconibus; et tolutariis praeferes vnicum illum equum a Catone defricum.

TOLVTIM. Adu. [*ἐυδούμιος*] quasi Volutim: hoc est volubiler ait Nonius 1, 12. Varro ibid. Vt equus, qui ad vehendum est natus, tamen traditur magistro, vt equiso doceat tolutim incedere. Plaut. Afin. 3, 3, 116 Demam hercle iam de hordeo, tolutim ni badizas. Tolutim capere incessum Plin. 1, 42. *conf.* Fr. Doufa ad Lucil. Rel. p. 103 n. 51.

TOLVTILIS, e. Adi. Varro apud Non. 1, 60 Gradu tolutili vectus.

TOLVTILOQVENTIA, ae. f. [*ἐυδινοπέημοσύνη*] Volubilis locutio. Nacuius, O pestifera, trux, acerba tolutiloquentia Nonius 1, 12.

T O M

TOMACVLVM, i. vel TOMACLVM, i. n. per syncopen, vel TOMACVLA, vel TOMACINA, vel TOMACELLA, ae. f.

Videntur eadem esse, quae Isicia vocat Apicius, qui propterea Tomaculorum mentionem non videtur facere. Certe vt Isicia Inficia ab infecando, sic a τρωῖν, quod secare significat, Tomacula. *vid.* ergo ISICIVM.

Iuuen. Sat. 10, 355 Exta, et candiduli diuina tomacula porci. Varro de R. R. 2, 4 Itaque suis animam datam esse proinde ac falem, quae seruaret carnem. E queis succidias Galli optimas et maximas facere consuerunt. Optimarum signum, quod etiam nunc quotannis e Gallia apportantur Romam pernae, tomacinae, et taniacae, et petasiones. Dicitur alias Inficium. *Vid.* ISITIVM. Martial. 1, 42 Fumantia tomacula.

Toniacula cum botulis effusa Petron. c. 49. Fuerunt tomacula supra craticulam posita Id. c. 31. *conf.* Interpp. *impr.* Gonsal.

TOME, es. f. [*τομή*] Sectio Auson. Epist. 5, 88.

TOMENTVM, i. n. [*γυμνάριον*] q. d. condimentum. Lana breuis et concisa, quae ex vestibis a fullone potiendo detrahatur: et quidquid farciminis ex quacunque re, siue ex foeno et palea, siue ex pluma fuerit, quo culcitrae farciuntur. Varro de L. L. 4, 35 Postquam

transierunt ad culcitrae, quod in ea fagus aut tomentum, aliudue quid calcabant, ab inculcando culcitra dicta. Culcita coccineum tomentum habet Petron. c. 38. *In hoc genere nobile Tomentum Lingonicum (al. Leuconicum) de quo Mart. 14, 159 coll. 11, 22. Sed Sen. de Vita Be. c. 25 Si lassā ceruix mea in manipulo foeni acquiescet, si*

super Circense tomentum per sarturas veteris linteī effluens incubabo. Circense tomentum itaque videntur viles puluini, quales ponerentur vulgo in circo. Arundinem concisam sic esse adhibitam, docet Martialis. Tomentum autem aliud Leuconicum dicebatur, quod fiebat ex lana alba concisa: aliud circense, ex arundinibus concisis factum, idque stramentum

habebatur plebeiorum, dictum circense, quod id circo Romano sternebatur, illicque pauperiores quiescebant. Haec colligunt ex Martial. 14, 160 Tomentum concisa palus circense vocatur: Haec pro Lingonico (al. Leuconico) stramina pauper emit. Sueton. Tib. c. 5: Druso adeo alimenta subducta, vt tomentum e culcita tentauerit mandere.

TOMEX, *vid.* THOMEX.

TOMICVS, a, um. Adi. [*τομικός*] Secans. Cels. 8, 1 Dentes quaterni primi tomici (i. incisores) a Graecis vocantur.

TOMOS. [*Τόμος, Τόμοι, Τόμος, Τόμοις*] Ponti oppidum, Nasonis exilio notum, quod ipsum a Milestis deductum inuuit ipse Ouid. Trist. 1, 9, 3. Cur autem Tomos dictum sit Idem Trist. 3, 9, 33 Inde Tomos, dictus locus est, quia fertur in illo Membra soror fratris consecuisse sui. Nam τρωή Graecis incisio dicitur. Absjrtus autem ille fuit Medae crudelitate sectus, vt Ouidius loco citato ostendit.

TOMITAE, arum. m. Pl. Incolae istius oppidi. Ouid. Trist. 1, 2, 85 Nescio quo videam positos vt in orbe Tomitas Exilem facio per mea vota viam.

TOMITANVS, a, um. Adi. [*Τομίτης*] Vt, Humus Tomitana Ouid. ex Pont. 3, 1, 6. Ager Tomitanus Idem ex Pont. 3, 8, 2.

TOMVS, i. m. [*τόμος*] Volumen operis maioris, sectio, pars. Martial. 1, 67 Scriptura quanti constet, et tomus vilis. i. charta, plaga.

¶ 2 Tomus thurianus, piscis ap. Plin. 32, 11.

TOMYRIS, is. f. [*Τόμυρις*] Regina nobilis Massagetarum in Scythia, quae Cyrum debellauit et interemit, si fides Herodoto, ex quo Iustinus repetit 1, 8. Nam alia omnia Xenophon. Tibul. 4, 1, 143 Nec qua regna vago Tomyris finiuit Araxe.

T O N

TONATIO, *vid.* TONO.

TONDEO, totondi, tonsum, ēre. [*κείρω, κείρω*] Lanam, s. capillos, pilos incidere. Cic. Tusc. 5, 58 c. 20 Sueton. in Augusto c. 79 In capite comendo tam incuriosus, vt raptim compluribus simul tonsoribus operam daret, ac modo tonderet, modo raderet barbam. h. e. Modo tonderi, modo radi faceret: nempe radendo auferuntur ab imo pili nouacula, ad tendendum forfex sufficit. Martial. 2, 17 Non tondet inquam: quid ergo facit? radit. Virg. Georg. 3, 561. Bracchia

arbo.

- arborum tondere Idem Georg. 2, 368. Capillos Cic. Tusc. 5 c. 20.
 Caput tondere ad cutem Cels. 6, 6, 15. Comas tondere Tibul. 3,
 1, 10. Dumeta tondere dicuntur iuueni, i. Pascere. Virg. Georg.
 1, 15. Tondentur tenero viridantia Gramina inorsu Idem in Cul.
 v. 50. Herbas fruticantes tondere Plin. 12, 25. Oues tondere 5
 Idem 8, 48. Os alicuius tondere Catul. 59, 139. Prata ton-
 dere, Secare Virg. Georg. 1, 290. Valer. Flacc. Argon. 1, 378
 Tectus et Eurytion seruato colla capillo, Quem pater Aonias Redu-
 cem tondebit ad aras. Quidam olim quamdiu peregre erant, comam ale-
 bant intonsam, reduces et hospites domi eam tondebant: quod apud Aegy- 10
 ptios obtinebat. Vid. Diodor. l. 1. Violas tondere manu Propert.
 3, 13, 29. conf. Barth. ad Script. Ven. p. 182. Passiui significatione
 poni aiunt, Candidior postquam tondenti barba cadebat Virg. Ecl. 1,
 28. Sed non recte huc refertur Virg. Georg. 3, 312 Nec minus interea
 barbas incanaque menta Cinyphii tondent hirci. Non passivae ponitur 15
 tondent: Sed intelliguntur pastores, tondentes: hirci est Genitivus sin-
 gularis collectivae positus. Etiam cum de homine dicitur, proprie non pas-
 sivae capitur, sed ea ratione, qua dicitur aliquis, venam secare, vestem
 sibi facere, domum aedificare, qui curat sibi venam secari etc. Quin 20
 incertum est, an Tityrus Virgilianus ut suas oves, ita et ipsum se toton-
 derit? Quod Liu. 27, 34 Neronem tondere cogunt Consules, Gronov:
 et Drakenb. ex libris tonderi reposuerunt. Apud Quinctil. etiam 1, 6
 extr. Lauamus, tondemus, et conuiuimus ex consuetudine, sunt optimi
 libri, qui lauamur, tondemur habent. Et lauamus habet aliam ratio- 25
 nem. Qui enim in balneo est ipse quoque aliquid agit, et manus mouet,
 nisi valde delicatus est, ad lauandum: non item qui tondendum se prae-
 bet alii. Ergo non patiar, quantum eius in me, et ut Cinyphii hirci ton-
 deant: patiar, sed assensione non valde forti, ut tondeat, qui se tonden-
 dum tonsori praebet. Depon. Archelaus Euripidis suprema non con-
 tentus prosequi sumtu funeris, crinem tonsus est Solin. c. 14. Metaph. 30
 Plaut. Bacch. 2, 3, 7 Adibo hunc, quem quidem ego hodie faciam hic
 Arietem Phryxi, itaque tondebo auro vsque ad viam cutem.
 TONDENS, entis. Partic. [τέμων]. Ut, Equi late tondentes cam-
 pum Virg. Aen. 3, 538. Pecudes tondentes gramina ex vno cam-
 po Lucret. 2, 659. Pecudes tondentes pabula Idem 2, 317. conf. 35
 Vulg. Esai. 53, 7. et Act. 8, 32.
 TONSITO, are. Frequent. Plaut. Bacch. 5, 2, 9 Rerim' ter in anno
 tu has tonsitari? scil. Oues.
 TONSUS, a, um. Partic. [κνημίντος] Qui est coma abscissa:
 ut, Tonsus homo, cui contrarium intonsus, capillatus. Martial. 40
 11, 40 Iam mihi nigrescunt tonsa sudaria barba. Tonsus, Minus-
 tus, vel compositus Virg. Aen. 1, 706 — tonsisque ferunt mantilia vil-
 lis. Seruius. Capillus tonsus Ouid. Met. 8, 151. Virg. Aen.
 5, 556 Omnibus in morem tonsa Coma pressa corona, i. Tonsura talis
 adhibita, quae coronae similitudinem referret. Nam premere ita poni, 45
 suo loco docemus. Vid. Falce premere. it. CORONA n. 8. Vel sumitur ut
 mox Oliua tonsa. et premere ut Stat. Silu. 1, 2, 228. Cutis tonsa
 Hor. Epist. 1, 18, 7. Humum tonsam verrit raro pectine Ouid.
 Rem. Amor. 192. Lanae tonsae Hor. Carm. 3, 15, 13. Myrti
 tonsae Quinctil. 8, 3. Nouales tonsae Virg. Georg. 2, 71. Oliua 50
 tonsa, Quae minutis frondibus comta est: quasi a tonsore composita Virg.
 Georg. 3, 21 Ipse caput tonsae foliis ornatus oliuae Dona feram. i. coro-
 natus ramo oliuae. Seru. Tonsae, minutis foliis compositae, ut Ton-
 sisque ferunt mantilia villis (Georg. 4, 377) Habiturum se autem co-
 ronam tonsilem dicit, ut Cicero, cum saltatrice tonsa (in Pison. 18 c. 8) 55
 Nimirum hoc videtur dicere Tonsam hic esse ornatus causa attonsam, et
 vesectam, non plane rasam. Valles tonsae, Arboribus et siluis vi-
 duatae Virg. Georg. 4, 277.
 TONSA, ae. f. et frequentius Pl. TONSAE, [κνήσας Gloss. Lat. Gr.]
 Remi, a decutiendis fluctibus. Virg. Aen. 7, 28 Et in lento luctantur 60
 marmore tonsae. Seruius. Lucret. 2, 554 Antennas, proram, ma-
 los, tonsasque natantes. Reuocatae ad pectora tonsae Percussere
 fretum Sil. 13, 240. Stat. Theb. 5, 340 Ast ubi suspensis siluerunt
 aequora tonsis. conf. Lucret. 2, 554. et Val. Flacc. 1, 313.
 TONSUS, us. m. Status tonsi et figura. Accius apud Non. 2, 65
 850 Mulier funesta veste, tonsu lugubri. Plaut. Amph. 1, 1, 288
 Sura, pes, statura, tonsus, oculi nasum vel labra.
 TONSIO, onis. f. Ut, Ouium tonsio Vulg. Interp. Deut. 18, 4.
 TONSOR, oris. m. [κνημίντος] Qui tondet. Varro de R. R. 2,
 11, 10 Omnino tonsores in Italiam primum venisse ex Sicilia dicuntur 70
 post Romam conditam anno CCCCLIII, ut scriptum in publico Ardeae
 literis exstat, eosque adduxisse P. Ticinium Menam. Olim tonsores
 non fuisse, adsignificant antiquorum statuae, quod pleraeque habent
 capillum et barbam magnam. Eadem Plin. 7, 59 ex Varrone. Plaut.
 Afin. 2, 3, 14 Ad tonsorem ire dixit. Hor. Serm. 1, 7, 3 Omnibus 75
 et lippis notum, et tonsoribus esse. Barbam stirpitis tonsor for-
 picibus euellit Sidon. Ep. 1, 2. add. Petron. c. 103. Dionysius ne
 tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit Cic. Tusc. 5.
 58 c. 20. Hor. Epist. 1, 1, 94 Si curatus (al. curtatus) inaequali ton-
 sore capillos Occurro; rides, qui non seruat aequabilitatem. Vet. Epi- 80
 gramma in malum tonsorem Martial. 11, 85. Dare operam tonsori,
 vid. OPERA.
 TONSORIVS, a, um. Adi. [κνημίντος] Quod ad tondendum per-
 tineat. Cic. Off. 2, 25 c. 7 Qui cultros metuens tonsorios candente
 carbone sibi adurebat capillum? Cultellus Val. Max. 3, 2, 15. Apud 85
 Martial. 1, 4, 36 Titulus est, de Tonsoriis ferramentis. add. Petron.
 c. 108. Pallad. 1, 43.
 TONSURA, ae. f. [κνήσας] Tondendi opus. Nec male deformet
 rigidos tonsura capillos Ouid. A. A. 1, 517. De tonsura Ecclesia- 90
 stica vid. Isidor. 2, 4. Columel. 7, 4 Tonsurae certum tempus anni
 per omnes regiones seruari non potest. Varro de R. R. 2, 11 De
 lacte in eo et tonsura lanac. add. Colum. 11, 2. et 12, 3. Pallad. Maio
 1. 8. Tonsura, in vitibus et arboribus. Plin. 17, 27 Vitis tan-
 tum tonsuram annuam quaerit, alternam myrtus, punicae, oleae, quia
 celeriter fruticescunt. 95
 TONSTRIX, icis. f. [κνημίντος] Plaut. Truc. 4, 4, 3 Tonstri-
 cem Syram nouisti nostram. Ancilla tonstrix Id. ib. 2, 4, 51.
 TONSTRICVLA, ae. f. Dimin. [κνημίντιδος] Cic. Tusc. 5,
 58 c. 20 Ita sordido ancillarique artificio regiae virgines ut tonstri- 100
 culae tondebant barbam et capillum patris.
 TONSTRINA, ae. f. [κνημίντος] Locus, in quo tonderi solet. Plaut.
 Amphit. 4, 1, 5 In medicinis, in tonstrinis, apud omnes aedes sacras.
 Ter. Phorm. 1, 2, 39 Ex aduersum ei loco tonstrina erat quaedam. add.
 Plaut. Epid. 2, 2, 11. Plin. 35, 10. et 36, 22. Petron. c. 64.
 TONSTRINVS, i. m. Tonsor. Petron. c. 46 sec. Burm. et 105
 Scheff. al. Tonsorium, sc. virum.

TONSĪLIS, e. Adi. [*κάρσις*] *Quod tonderi solet.* Plin. 12, 2 f. 6 Primus Cn. Matius nemora tonsilia inuenit. Buxetum tonfile Martial. 3, 58. Coronam tonsilem vidimus modo ex Sertio in Tonsa oliua. Facilitas-tonsilis Plin. 16, 10. In opere topiaro tonsilis Plin. 16, 11.

TONSILLA, ae. f. Palus dolatus in acumen, et cuspidē præferratus, qui nauis religandae causa in litore figitur. Actius, Tacete, et tonsillas in litore edite. Festus. ¶ 2 Tonsillae, [*κάρσιδια*] sunt carunculae circa uuant ex utraque parte infra fauces, vocanturque Glandulae, ob quandam glandis similitudinem. Plin. 11, 37 f. 66 Tonsillae in homine, in sue glandulae. Tonsillarum tumor magnus Scribon. 61, 71. Cic. de Nat. Deor. 2, 131 c. 54 Linguam autem ad radices eius haerens excipit stomachus, quo primum illabuntur ea, quae accepta sunt: oris utraque ex parte tonsillas attingens, palato extremo atque intimo terminatur. Amygdalinae a forma Galeno dicuntur, suntque glandulae in radice linguae, quae saliuam faciunt. Conf. Plin. Praef. it. 11, 37. 35, 15. 37, 3. Cels. 6, 10. 7, 12.

TONSICULA, ae. f. Piscis. Cassiodor. Var. Ep. 12, 4.

TONITRUM, vid. TONO.

TONO, aui, atum, et aliquando ui, itum, are. [*Ἠχοντάω*] Sonitum illum et fragorem notat, qui turbido post aestum et vapores caelo solet existere. Tonat autem caelum, nubes, Iupiter. Sed ille Nominatiuus plerumque omittitur. Si fulserit, si tonuerit, si tactum aliquid erit de caelo Cic. de Diuin. 2, 142 c. 72. Sereno quoque caelo aliquando tonat Sen. Qu. Nat. 1, 1 extr. Tempestate serena tonuerat Suer. Vesp. c. 10. Quum tonuit laeuum bene tempestate serena Cic. de Diuin. 2, 82. Ut subito, ut propere, ut valide tonuit Plaut. Amph. 5, 1, 10. Aetna tonat ruinis horrificis Virg. Aen. 3, 571. Astra tonuere feris clamoribus Sil. 16, 95. Plin. 15, 33 Tiberium principem tonante Caelo, ea coronari solitum ferunt contra fulminum metus. Caelum tonat omne fragore Virg. Aen. 9, 541. Cic. de Nat. Deor. 2, 65 Hunc etiam augures nostri quum dicunt Ioue fulgente, tonante, dicunt enim in caelo fulgente, tonante. Metaph. Laudes alicuius tonare, Magnopere efferre. Plin. in Praefat. Mare tonuit ex alto Senec. Hippol. f. 10. Murmure ac verberibus tonare, Resonare Martial. 9, 70. Ore tonare deos, crebumque chaosque etc. Virg. Aen. 4, 510. Add. Petron. c. 122. Spiritus ore tonat Propert. 4, 1, 139. Tympana tenta tonant palmis Lucret. 2, 618. Verba tonare infano foro Propert. 4, 1, 134.

¶ 2 Tono, ere. In tertia Coniugatione dixere veteres, unde Praeteritum Tonui, et Supinum Tonitu inducuntur. Tympana non mani sonitu toninus Nonius 1, 245.

TONANS, antis. Partic. [*Ἠχοντάων*] Dei epitheton, ap. Sen. Benef. 4, 7. Eminentia quadam Iupiter dicitur: ut, Magni tecta Tonantis Ouid. Met. 1, 170. Ioue tonante, caelo tonante Cic. de N. D. 2 c. 25. Germana Tonantis, Iuno Ouid. Epist. 9, 7. Tonantes, i. Iupiter et Iuno Sen. Med. v. 59. add. Prudent. Hymn. 6, 81. et 12, 83. Metaph. Columel. 1 praef. 30 Neque ille ipse Cicero territus cesserat tonantibus Demostheni Platonique. Mart. 5, 16 Nam si falciferi defendere templa tonantis, Saturnum interpretantur, in cuius aede aerarium.

TONATIO, onis. f. Senec. Nat. Quaest. 2, 12 pr. Fulguratio ostendit ignem, Fulminatio emittit, illa (ut ita dicam) comminatio est, et tonatio sine ictu, ista iaculatio cum ictu. Quidam legunt Commotio.

TONESCIT. [*Ἠχοντάω*] pro Tonat. Varro apud Non. 2, 858 Tonitribus templum tonescit.

TONITRUM, us. m. [*Ἠχοντή*] vel TONITRUM. n. Indecl. in Sing. in Plur. Tonitrua. Ouid. Met. 2, 308 Vnde mouet tonitrua vibrataque fulmina iactat. conf. Sil. 12, 611. Paullin. Nat. Felic. 8, 129. Iuuen. Sat. 5, 117 — et faciunt optata tonitrua coenas. Plin. 8, 47 Tonitrua solitariis ouibus abortus inferunt. Cic. de Diuin. 2, 42 Nonne perspicuum est ex prima admiratione hominum, quod tonitrua, iactusque fulminum extimuisent, credidisse ea efficere rerum omnium praepotentem Iouem? Claudiana tonitrua, vid. sub CLAUDIUS.

CLAUDIUS. Igens tonitru Ouid. Fast. 3, 347. Rauca tonitrua Claud. Paneg. 8, 210. Agere tonitru Stat. Theb. 1, 258. Ciebo caelum tonitru Virg. Aen. 4, 122. Verba Iunonis. Concutiens cuncta tonitru sonoro Claud. in Conf. Stil. 2, 1, 27. Concussa tonitru tremunt omnia Lucret. 6, 120. Contremittit caelum tonitru, flamma inter nubes coruscant Poeta apud Cic. de Orat. 3, 155. Movere tonitru Ouid. Met. 2, 308. Motura humanas tonitrua mentes Idem Met. 1, 55. Quatiuntur tonitru caerula caeli Lucret. 6, 95. Tremiscunt ardua terrarum tonitru Virg. Aen. 5, 694. Ar-

ARMORUM tonitru concussa est Daunia tellus Sil. 13, 10. Plin. 2, 43 Igitur non eam inficias, posse in has et ignes superne stellarum decidere, quales sereno saepe cernimus, quarum ictu conenti aera verum est, quando et tela vibrata stridunt. Quum vero in nubem peruenerint, vaporem dissonum gigni, ut candente ferro in aqua demerso, et fumidum vorticem voluit. Hinc nasci procellas. Et si in nube iuctetur flatus aut vapor, tonitrua edi: si erumpat ardens, fulmina: si longiore tractu nitatur, fulgetra. Quae porro illa tonitrua? quae tempestas? Cic. Philip. 5, 8 c. 3. Quotiescunque Paullum lego, videor mihi audire non verba, sed tonitru Hieron. Ep. 50. Hic tibi strepitus, fremitus, clamor tonitruum de clamoribus infestae concionis Cael. ad Cic. Fam. 8, 2.

TONITRUM, i. n. Legitur apud antiquos, unde procul dubio fit Tonitrua. Sen. Nat. Quaest. 2, 56 Antiqui aut tonitruum dixerunt, aut tonuu. Tonitruum autem definit Posidonius sicci aëris sonitum, qui fieri nisi dum aut terit, aut rumpitur, non potest. conf. ib. c. 55. Trebell. Pollio in Gallien. c. 5 Audutum praeterea tonitruum terra nutigiente, non Ioue tonante.

TONITRĀLIS, e. Adi. Tonitru edens. Tonitralia, [*Ἠχοντήα*] Loca, in quibus fit tonitru: vel in quibus habitat is, qui tonat, Deus. Lucret. 1, 1098 Neue ruant caeli tonitralia templa superne.

TONITRUALIS, e. Aliud Adi. Apul. de Mundo p. 75 Iupiter tonitrualis.

TONITABILIS, e. Adi. [*Ἠχοντάϊος*] Gloss. Gr. Lat.

TONITRUM, are. Commodian. Instruct. 6, 7 Inspiciens Iouem tonitruare tu credis.

TONSILLA, TONSOR, TONSTRIX, TONSUS, vid. TONDEO.

TONVS, i. m. [*τόνος*] Ad verbum esset tensio vel intentio, ut in chorda arcus, vel in neruis tortis catapultarum, de quo tono vid. Vitruu. 10, 15 extr. in primis vero Tonus dicitur a musicis sonus, qui ex tensione

5 K 2

tenfione chordae diuerfa diuerfus oritur, vel intervallum aliquod definitum, ubi tonus est vel maior vel minor, hinc femitonium etc. Vid. Martian. Capella 9 p. 314 sq. Dico, quidquid rite fonuerit, aut Tonum esse, aut Hemitonium, aut quartam partem toni, quae Diesis appellatur: deinde finit singula. Add. p. 324. Hinc ad omne aliud genus musicae transfertur: sed etiam ad vocum singularum pronuntiationem, quae in parte quadam vocis velut intenditur, id est, altius sonat, ut chorda tenfior. Hos tonos etiam tenores appellat Quintil. 1, 5, 22 ubi addit, Quos quidem ab antiquis dictos, tonores comperi, ut videlicet declinato a Graecis verbo, qui τόνος dicunt: vel accentus, quas Graeci ἠχοσυνδίας vocant etc.

¶ 2 Pythagoras interdum ex musica ratione appellat tonum, quantum absit a terra luna etc. Plin. 2, 22 quo agit de siderum musica. Vid. Censorin. 13 et quos ibi magno numero excitat Lindebrogius, in primis Macrobi. in Somn. Scip. 2, 1 sqq. Cic. et Chalcid. in Timaeo Platonis etc.

¶ 3 Plin. 35, 5 Deinde adiectus est splendor, alius hic quam lumen: quem quia inter hoc et umbram esset, appellauerunt tonon: commissuras vero colorem et transitus, armogen.

¶ 4 Tonus, pro Tonitru Sen. Nat. Quaest. 2, 56. Vid. TONITRUM.

TONOR, oris. m. Accentus. Quintil. 1, 5, 22 Tenores ab antiquis dictos tonores comperi. Vid. TONUS, n. 1.

TONORIVM, meliores TONARIVM, i. n. Fistula musica Quintil. 1, 10, 27. Est Graecum τανάριον.

TONOTICVS, a, um. Vim habens intensuam. Theod. Priscian. de Diaeta c. 9 Mastix foris tonotica.

T O P

TOPARCHA, vid. TOPOS.

TOPAZIVS, i. f. [τοπάσιον] Gemma. Plin. 37, 8 Egregia etiamnum topazio gloria est, suo virenti genere, et quum reperta est, praelatae omnibus. Id accidit in Arabiae insula, quae Chitis vocatur, in qua Troglodytae praedones quum diutius fame et tempestate pressi herbas radicesque effoderent, eruerunt topazion. Haec Archelai sententia est. Iuba, Topazion insulam in rubro mari a continente stadiis CCC abesse tradit: nebulosam, et ideo quaesitam saepe a nauigantibus ex ea causa nomen accepisse. Topazin enim Troglodytarum lingua significationem habere quaerendi. Add. Id. 6, 29. Tertull. adu. Marc. 2, 10. Vulg. Exod. 22, 17. A topazio in aurum declinat, vid. DECLINO.

TOPAZIACVS, a, um. Adi. Fortun. 8, 4 Pulchra topaziacis oneratur zona lapillis.

TOPAZOS, siue TOPAZIOS. [Τόραζος] Plin. 6, 29 Insula in mari rubro, in qua reperitur lapis topazius mire pellucidus. Vid. TOPAZIVS.

TOPHVS, i. m. [ὄλιθος, tofus, tofum Gloss. Gr. Lat.] Genus lapidis asperi, qui facile in arenam resoluitur. Plin. 17, 4. Columel. 4, 22 Arenosus tophus et plus iusto ieiunus sabulo. conf. Pallad. 1, t. 5. Vitruv. 2, 6. Antra laqueata tophis et pumice Ouid. Fast. 2, 315. Durissimus Colum. 3, 11, 7. Leuibustophis structa atria Ouid. Met. 8, 560. Leues tophi Idem Met. 3, 160. Scaber tophus Virg. Georg. 2, 214. Decidens Scabrum cauat vnda tophum Sulpit. Seruast. in Catalect. Scalig. p. 232. Sordidus tophus Stat. Silu. 4, 3, 53.

¶ 2 Tophus, callus in articulis et circa ossa Vet. Gl. πώπος.

TOPHIVS, a, um. Adi. Quod ex topho est. Suet. in Claud. Caes. 21 Circo vero maximo marmoreis carceribus, auratisque metis, quae vtraque et tophina ac lignea antea fuerant, exculto, etc.

TOPHACEVS, aut TOFACIVS, a, um. Adi. Idem. Plin. 17, 7 de terrae discriminibus, Est enim alba, rufa, columbina, argillacea, tophacea, arenacea. Vnde tophacea quoque pyra, vulgus nostrum appellat, a tophis, qui intus reperiuntur. Structura tofacio lapide structa Pallad. Aug. c. 9.

TOPHICIVS, a, um. Capitol. in Maxim. c. 6.

TOPHOSVS, a, um. Topho plenus. Sidon. Epist. 3, 13 Verruca humore tophosa.

TOPIAE, arum. f. Plur. Species ficti. Colum. 5, 10.

TOPOS, Graece, [τόπος] Latine dicitur Locus. Manil. 3, v. penult. Octo topos per quos stellae diuerfa volentes.

TOPARCHA, ae. c. [τοπάρχης] Qui vnius loci vel regionis curam habet. Spartian. in Adr. c. 13 Toparchas et reges ad amicitiam inuitavit.

TOPARCHIA, ae. f. [τοπαρχία] Territorium, siue regionis praefectura Plin. 5, 14.

TOPIVM, i. n. [τόπιον] Quid esset, explicat Vitruv. 7, 5 Habentem deorum simulacra, seu fabularum dispositas explicationes, non minus Troianas pugnas, seu Vlyssis errationes per topia, caeteraque quae sunt eorum similibus rationibus ab rerum natura procreata. Topia, inquit Hesy chius, funiculi sunt, quibus frutices, et arbusculae tonsiles in animalium species, aut rerum historias luculenta varietate assimilatae, religatae multis locis hinc inde distinentur, et torquentur, flectunturque, ad effingenda quae luduntur rerum et animantium argumenta. Hinc Topiarium opus deductum reor Turneb. conf. Spartian. in Adriano c. 10.

TOPIARIVS, i. m. [τοπιωτικός] Qui topia vel topiaria facit: sicut Coronarius, qui coronas. Plin. 15, 29 Satiuarum genera topiarii faciunt. Plin. Epist. 3, 19 Sumtus Atrienfium, topiariorum, fabricorum. conf. Alex. ab Alex. 3, 25. Vet. Inscr. apud Gruter. p. 602, 2.

LVCRIO. AVG. TOPIARIO. EX. HORTIS. Topiarium laudavi, ita omnia conuestiuit hedera, etc. Cic. Q. Frat. 3, 1, 90

2 De homine enim est interpretandum, qui locum opere topiario ornat. Turnebus. Add. Cic. Parad. 5.

TOPIARIA, ae. f. [τοπιωτική] Ars ipsa, vnde Topiariam facere, pro Artem exercere operis topiarii. Cic. Q. Frat. 3, 3, 2 Topiarium laudavi, ita omnia conuestiuit hedera, qua basim villae, qua intercolumnia ambulationis, ut denique illi palliati topiariam facere videantur et hederam vendere. conf. Id. ad Qu. Frat. 3, 1, 2.

TOPIARIVM, i. n. Dicitur Opus ex arbore, aut frutice, aut herba factum ad decorem, ut sunt testudines, camerae, naues, auiculae, et huiusmodi, quae ex buxo vel hedera, quarum natura sequax est et flexibilis, fieri consueverunt. Dicitur topiariū ἀπό τῶν τόπων, hoc est a locis, quae in his varia constituuntur. Plin. 15, 30 Accedit in topiario opere taxa, etc. conf. Vitruv. 5, 8. Plin. 18, 26. Ict. Dig. 32 t. 1 l. 60 § 3.

TOPICVS, a, um. Adi. [τοπίος] Localis. Vnde Aristoteles et Cicero Topica, libros appellarunt, in quibus indicant quosdam velut locos argu-

mentorū generales, a causis v. g. effectibus, ab antecedentibus, comitantibus, consequentibus, a signis, a paribus etc. Cic. Fam. 7, 20 Institui Topica Aristotelica conscribere. *conf. Id. Topic. c. 1.*

5 **TOPICE**, es. f. [*τοπική*] *Ars ipsa inueniendorum argumentorum.* Cic. in Topic. 6 c. 2 Inueniendi vero artem, quae topice dicitur, quae ad vsum potior erat, et ordine naturae certe prior, totam reliquerunt. *Add. Quinctil. 5, 14, 28.*

10 **TOPOGRAPHIA**, ae. f. [*τοπογραφία*] *Locorum descriptio Latine dicitur.* Cic. Att. 15, 16 Itaque me referunt pedes in Tusculanum, et tamen haec *τοπογραφία* ripulae videtur habitura celerem satietatem. *Vbi tamen ex vetusto scripto codice legitur ἑμπογραφία.* Hodie b. e. arbutum, quo confita erat ripa, topiario opere excultum, vel simpliciter varia viridia. *Vid. Victor. et Gronou.*

15 **TOPPER**. [*αὐτίκα*] *Obsoleta dictio, qua antiquissimi utebantur pro Celeriter, seu confestim, statim.* Naeuius apud Festum, Capesse flammam Vulcani topper. *Sunt ibi plura, Quinctil. 1, 6 inter antiqua refert.*

T O R

20 **TORAL**, ālis. n. [*περικλιον* Gloss.] *Inuolucrum aut stragula vestis tori, id est congestae plumae, vel herbae, vel arundinis operimentum, quod et elegantiore rursus stragulo obducebatur conuiuii causa, aut feriarum.* Ten' Tyrias dare circum illota toralia vestes Hor. Sat. 2, 4, 84. *Toros aureis toralibus textit Lamprid. Elag. c. 19. Ouid. Met. 8, 656*

25 — *In medio torus est de mollibus vinis Impositus lecto, sponda pedibusque salignis, Vestibus hunc velant, quas non nisi tempore festo Sternere consueverant.*

30 *Varro de Vit. Pop. Romani apud Non. 1, 35 Quod frontem lecticae struebant ex ea herba torta, torum appellatum: hoc quod iniicitur, et nunc toral dicitur.* *Vid. TORVS.* *Casaub. ad Lamprid. Elagab. c. 19 vult esse περιβλήματα, quae lectis circumiiciebantur.* *Vid. Heins. ad Petron. c. 40. Paul. Ict. Dig. 33 t. 10 l. 3. Hor. Epist. 1, 5, 22 Ne turpe toral, ne sordida mappa Corruget nares.*

35 **TORALE**, is. n. [*ἐπιβλημα*] *inquit Varro de L. L. 3, 35 Quod ante torum est.*

40 **TORANIVS**, i. m. [*Τωράγιος*] *Mango quidam: qui, ut auctor est Plin. 7, 12 M. Antonio iam Triumuiro, eximios forma pueros alterum in Asia genitum, alterum trans Alpes, ut geminos vendidit: tanta vnitas erat. etc.*

TORCVLAR, āris. n. *et aliquando,*

TORCVLARE, is. n. [*ληνός*] *Machina premendis vis facta.* Plin. 15, 1 *An maturitas illa in torcularibus fiat, an ramis de oliuis.* Columel. 12, 50 *Tum diligenter mundatam protinus in torcular deferri, et integram in fiscinis nouis includi, praelisque subiici, vt quantum possit, paullisper exprimatur.* *Admitti in torcular Colum. 12, 50.*

45 *Constituere torcular Colum. ib. add. Plin. 18, 31. Cels. 8, 20. Vitruv. 6, 9. Colum. 1, 6. Non desunt qui putent Torcular habere penultimam correptam, dicentes a Torculum fieri Torcular; vt a Speculum, Specular. Longam statuit Priscian. et Beda. Calcaturus erat qui torcularia solus Fortunat. quem versum tamen alii pro mendofo habent.* *Vid. Borrich. Parn. in Nuce.*

50 **TORCVLARIVM**, i. n. *Locus est, in quo sunt torcula vasa, vt prela, et reliqua.* Cato de R. R. 12 *In torcularium, quae opus sunt vasis vinis: Prela temperata quinque, superuacanea tria.* *Add. Id. c. 13. it. 18.*

TORCVLARIVS, a, um. *Adi. [ὑπολήγιος]. Torcularia vasa* Cato c. 11. *Torcularii lacus Columel. 12, 18. Torcularia cella Idem 1, 6.*

60 **TORCVLARIVS**, i. m. [*λήναιος*] *Qui torculari premit uvas.* Columel. 12, 50 *Quia interdum multitudo baccae torculariorum vincit laborem.*

TORCVLVVS, a, um. *Proprie enim Adiectiuum Nomen est. Torculos funes Cato vocat c. 68. 135 et al. it. Varro 3, 2, 8. Vasa*

55 *torcula Varro 3, 2, 8. Cato 1, 5 Ad villam quum venias, videto vasa, torcula, et dolia multa ne sient.* Plin. 18, 31. *Et omisso nomine vasis, Torcula olearia Varro R. R. 1, 55, 7. Torculum, quod vsu torcular dicitur, dictum quod intortum laticem vitis vel oleae exprimat.* Varr. *γεροντοδιδασκαλῶ, Vincis vbi ampla cella torculum repnant ex Nonio 1, 233. Et femin. Gloss. Torculae, ἐλαιοτριβεία.*

70 **TORCVLO**, āre. *Fortun. in Epist.*

TORCVLATOR, ōris. m. [*ληνοβάτης*] *Calcator. Gloss. Gr. Lat.*

TORDILE, is. n. *Plinio; vel TORTILE, Ruellio, et TORDILION, f. TORDYLIVM, Semen seselis Plin. 24, 19. et 20, 22.*

75 **TOREVMA**, ātis: *et TOREVMATVM, i. n. [τόρευμα] Opus sculptum vel caelatum, (a τορεύω sculpo et caelo) ex quacunque materia, quod in deliciis habetur.* Cic. Verr. 2, 118 *Toreumata sane nota ac pretiosa auferuntur.* *Ibid. 4, 38 c. 18 De hoc Verri dicitur, habere*

80 *eum perbona toreumata, in his pocula duo quaedam, quae Heraclia nominantur, Mentoris manu summo artificio facta.* *Add. Id. in Pison. c. 27. Suet. Caes. c. 47. Sidon. Ep. 1, 2. et 2, 13. Sallust. Tabulas, signa toreumata emunt. Martial. 3, 35 Artis Phidiacae toreuma clarum. Idem 14, 94 Plebeia toreumata. Miratus fueris cum*

85 *prisca toreumata multum Martial. 8, 6.*

TOREVTES, ae. m. [*τορευτής*] *Graecis dicitur caelator, sculptor. Hinc*

TOREVTICE, es. f. [*τορευτική*] *Ars ipsa, quae et Anaglyptice, et sculptura siue caelatura dicitur.* Plin. 34, 8 *Et alterum colossicon nudum, primusque artem toreuticen aperuisse atque demonstrasse merito iudicatur. de Phidia sculptore. conf. Plin. 35, 10.*

TORMENTVM, i. n. *Primo funem [χοῶνος] notat, qui torquendo efformatur.* Praefectis omnium mulierum crinibus tormenta effecerunt Caes. B. C. 3, 9. *Quadruplici tormenta adstringere limbos*

95 *Grat. Cyneg. v. 26. Tormento citharaque tensor Poëta Phallic. carm. 5. Crinis stuppeo tormento assimilis Apul. Apol. p. 276.*

¶ *2 Cum funium constrictione et attritu uterentur homines ad dolorem inferendum: tormentum σπείλη, βασανισμός Supplicium est, quod alicui inferitur ad exprimendam doloris ope veritatem: vel poenae causa ad cruciatum inferendum: denique omnem doloris cuiuscunque vehementiam hoc nomen exprimit.*

100 *Cic. de Fin. 3, 42 Vtque in omnibus tormentis conseruetur vita beata. Idem pro Sull. 78 c. 28 Quaestiones nobis seruorum ac tormenta accusator minitatur. Et mox, Tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusque tum animi tum corporis; regit*

105 *quaesitor, flectit libido, corrumpit spes, infirmat metus, vt in tot re-*

rum angustiis nihil veritati loci relinquatur. **Quinct.** 5, 4 Pars altera quaestionem (tormentorum, quae nominatur modo) vera fatendi necessitatem vocat, altera saepe etiam causam falsa dicendi, quod aliis patientia facile mendacium faciat, aliis infirmitas necessarium. *Add.* 9, 2, 81 sq. **Hor. Epist.** 1, 2, 59 Invidia Siculi non inuenere tyranni Maius tormentum. *de dolore ex morbo* Scribon. 9. In tantis tormentis eram, cum haec scriberem **Plin. Ep.** 8, 23 *extr. i. animi angustibus.* Rursus Carnificum tormenta, morborum cruciamenta **Cic. Phil.** 11, 8 c. 4. **Acerrimum tormentum** Idem pro **Cluent.** 176. **Lene tormentum** **Hor. Carm.** 3, 21, 13. **Accipere aliquem necatum in tormentis** **Cic. de Nat. Deor.** 3, 82. **Adhibere tormenta** Idem **Off.** 3, 39. **Tormentis Admotis** **Curt.** 6, 11, 31. **Serui auctoritate aduocatorum, et vi tormentorum adducti in veritate manserunt** **Cic. pro Cluent.** 176 c. 63. **Aliquem cogi tormentis quippiam confiteri** Idem pro **Milon.** 58 c. 21. **Dare se in tormenta** Idem **Tusc.** 5, 80. **Tormentis veritas Eruenda est** **Apul. Met.** 3 p. 133. *conf. ib.* 10 p. 252. **Ferre tormenta** **Quinctil.** 2, 20. **Iniungere sibi tormentum, vid.** **INIUNGO.** **Perferre vim tormentorum** **Cic. in Partit.** 50 c. 14. **Aliquod in ipsa curatione tormentum habet** **Cels.** 7, 11. **Tormentum narium, Quod nares torquet et afficit** **Plin.** 19, 8. **Cui intestinum dolet, celeriter tormento liberatur** **Colum.** 6, 7. **Calumnia timoris, et caecae suspicionis tormentum** **Cic. Fam.** 6, 7. **Idem Philipp.** 11, 3 **Mortem naturae poenam putat esse: iracundiae, tormentum.** ¶ 3 **Tormentum generale vocabulum est omnium Machinarum, saxa, tela et id genus varia torquentium, in quibus nempe vis motrix in funibus contortis fere inesset, ut facile per inductionem docere possunt Poliorctica Lipsii.** **Caes. Bell. Gall.** 4, 25 **Atque inde fundis, tormentis, sagittis hostes propelli ac submoueri iussit.** **In tormentorum vincula matronae suos crines contulerunt** **Flor.** 2, 15, 10. **Cic. Fam.** 15, 4 **Aggere, vineis, turribus, oppugnavi, vsusque tormentis multis.** **Stat. Theb.** 9, 146 — non illum impacta mouerent **Tormenta.** **Fortius tormento** **Ouid. Met.** 9, 218. **Misilia tormenta, vid.** **MITTO.** **Murali tormento concita saxa** **Virg. Aen.** 12, 922. **Rotare tormenta** **Stat. Theb.** 10, 853. **Metaphor.** **Per fabularum tormentum praecipitandus est liber spiritus** **Petron. c.** 35 **118 de Poëtis.** *conf. Iuuenal.* 6, 449 **Curuum sermone rotato Torqueat enthymema.** **Preli s. Torcularis (quod ipsum a torquendo esse vidimus) genus est apud Sen. de Tranquill.** 1 **Tormentum explicandis et nitere cogendis vestibus.** ¶ 4 **Etiam machinis hydraulicis hoc nomen tribuitur a Tertull. de Anima** 14 **Spiritus, qui de tormento aquae exhalat.** **Plin.** 10, 29 s. 43 **Exquisita tibiartum tormenta.** **TORMENTVOSVS, a, um.** **Quod tormenta s. dolorem affert.** **Caes. Aurel. Acut.** 3, 6 **Ligationes tormentuosi organi.** **TORMINA, um. n. Plur. [τρίποι]** **Genus morbi, a torquendo, quum dolore torquentur intestina, vel propter exulcerationem, quae Graece dysenteria dicitur, vel etiam alia ratione, ut scribit Cels.** 4, 15 sqq. **Quibus tormina molesta erunt, brassicam in aqua macerare oportet** **Cato R. R. c.** 156. *add. c.* 126. **Plin.** 20, 14 **Mentastrum torminibus cholericis efficacissimum.** **Columel.** 12, 7 **Sequitur torminum vitium, quorum signum est cruenta et mucosa ventris proluuius.** **Chole-rica tormina** **Plin.** 20, 14. **Lania tormina** **Scribon.** 111. **Affici torminibus** Idem 29, 11. **Praebere se forticulum in torminibus suis et stranguria** **Cic. Tusc.** 2, 45 c. 19. *de Epicuro.* ¶ 2 **Tormines, m. Plur. apud Non.** 1, 135. **Sed exempla ab ipso allata Torminibus et Torminosos nihil probant.** **Sit igitur fides penes Nonium aut eius forte librarium.** **TORMINOSVS, a, um. Adi. [τροφόμενος]** **Qui eum morbum patitur, quem Dysentericum appellant Graeco vocabulo.** **Cic. Tusc.** 4, 27 c. 12 **Itaque dicimus grauedinosos quosdam, quosdam torminosos, non quia semper sint, sed quia saepe sint.** **Torminosi** **Scribon.** 85. 112. etc. **TORMINALIS, e. Adi. [τροφοτικός]** **Quod tormina infert.** **Plin.** 15, 21 **Quartum genus torminale appellant. de forbis.** **Herba torminalis** **Apul. de Herb.** 2, 15. **Cels.** 2, 30 **Item mel coctum, pira immatura, sorba, magisque ea, quae torminalia vocantur, etc.** **TORNATILIS, TORNO, vid. TORNVS.** **TORNVS, i. m. [τόρνος, δῖνος]** **Instrumentum fabrilis, quo ligna, abur, et reliqua huiusmodi torquendo et circumactu axiculorum vel excavantur, vel extra poliuntur.** **Plin.** 7, 56 **Normam autem et libellam, et tornum, et clauem Theodorus Samius inuenit.** **Meta caua ex torno** **Vitr.** 9, 9. *conf. Id.* 9, 4. **Idem** 16, 40 **Calices ex terebintho solitus facere torno.** **Virg. Ecl.** 3, 38 **Lenta quibus torno facili superaddita vitis,** **Lucan. ad Pison.** 84 — **Hinc exornata figuris Aduolat, excusso velox sententia torno.** **Angusto torno versus includere** **Propert.** 2, 34, 42. *b. e. Scribere versus elegos, qui minores sunt versibus heroicis.* **Simili translatione usus est** **Stat. Silu.** 4, 7, 4. **Musam sic alloquens, Ingens opus in minores Contrahe gyros. b. e. Heroicum carmen in versus lyricos.** **TORNO, are. [τρονέω]** **Torno polire, aut in aliquam formam figurare.** **Plin.** 36, 22 **Lapis est qui cauatur, tornaturque in vasa coquendis cibis vitilia.** *add. Id.* 111, 39. **Cic. de Vniuers.** 15 c. 6 **Idque la tornauit, ut nihil effici possit rotundius.** **In modicam tornat figuram** **Pallad.** 1. 14. *de amygdalo.* **Mollibus ex hedera tornantur pocula lignis** **Sammon.** p. 14. **TORNATVS, a, um.** **Rotundus, quasi torno factus.** **Lucret.** 4, 362 **Fit, quasi tornata ut saxorum structa tuantur.** **Versus male tornatos incudi reddere, metaphoricis pro Male elaboratos** **Hor. de Arte Poët.** 440. **Bentleius legit, Male ternatos, Cuning. male formatos.** **Plin.** 36, 13 **Quarum in officina turbines ita librati pependerit, ut puero circumagente tornarentur.** **TORNATILIS, e. Adi. [τρονεύρος]** **Quod torno factum est.** **Vulg. Interp. Cantic.** 5, 14. **TORNATOR, oris. m. [τρονευτής Gloss. Lat. Gr.]** **Firmic.** 4, 7 **ad finem, Facit quoque tornatores, aut simulacrorum sculptores.** **TORNATVRA, ae. f. Vulg. Interp.** 1 **Reg.** 6, 18. *et* 3 **Esdr.** 6, 18. **TORONE.** **Plin.** 4, 10 **Macedoniae oppidum.** **TOROSVS, vid. TORVS.** **TORPEDO, vid. TORPEO.** **TORPEO, ui, ere. [κατοκνέω, καταβλαπένω]** **Animo et corpore languidum, rigidum, et paene immobile esse.** **Cic. de Nat. Deor.** 1, 103 c. 37 **Deum sic feriatum volumus cessatione torpere, ut si se commouerit, vereamur, ne beatus esse non possit?** **Virg. Georg.** 3, 370 **Confertoque agmine cerui Torpent mole noua, et summis vix cornibus exstant** **Plaut. Amph.** 1, 1, 179. **Animoque et corpore torpet, Hebet, Stupore haeret, ac deficit.** **Hor. Epist.** 1, 6, 14. **Cessatione torpere** **Cic. de Nat. Deor.** 1, 103 c. 37. **Metu torpere, Prae ti-**

more ita obstupesceri, ut vix loco moueri queas. Liu. 21, 58. *Veterno graui torpere* Virg. Georg. 1, 124. *Acies luminum torpet,* *vid.*

ACIES. Liu. 6, 23 *Frigere et torpere consilia fenis, sed Camillo tum vitae fati, tum gloriae esse.* Genae torpuerant dolore, *Non*

5 *potueram prae dolore lacrimare* Ouid. Epist. 10, 44. *Lingua torpuerat retenta metu.* *h. e. Velut fixa subsisterat, nec loqui poterat* Idem Epist. 11, 82. *Pectora torpuerant longa mora* Idem Trist. 1, 3, 8.

Temeritas velut quaedam animalia amisso aculeo torpet Curt. 4, 14, 13. *add. Id. 4, 3, 10.* Virg. Aen. 9, 499 — *torpent infractae ad*

10 *praelia vires.* *Vox et spiritus torpet* Liu. 1, 25. TORPENS, entis. Partic. [*ναρκάμενος*] Cic. de Diuin. 2, 64 c.

30 *Quidnam torpentes subito obstupuitis Achiui? ex Poëta.* *Torpentem nunc cibi nunc vini odore excitauit* Curt. 3, 6, 14. *Ignavia torpens* Stat. Theb. 10, 90. *Annis torpens* Idem Theb. 4, 172.

15 *Hiems frigore torpens* Claud. Conf. Prob. et Olyb. 269. *Lacus torpentes* Stat. Theb. 9, 452. *Membra torpencia aegre trahens* Sil. 4, 69. *Rigoribus torpens corpus* Scribon. 187. *Nerui torpentes rigore* Liu. 21, 56.

TORPESCO, ère. [*ναρκῶμαι*] *Torpidum fieri.* Sall. in Iugurth. 2

20 *Caeterum ingenium quo neque melius, neque amplius in natura mortalium est, incultu atque socordia torpescere sinunt.* Plin. 9, 35 *Flauescunt tamen et illae senecta, rugisque torpescunt.* *de margaritis.* *Membra torpescunt gelu* Sen. Med. 924.

TORPEFACIO, fēci, ère. Non. 2, 870. *vid.* TORPORO.

25 TORPOR, ōris. m. [*ναρκησις*] *Animi et corporis debilitatio, pigritia, stupor.* Cic. de Nat. Deor. 2, 127 c. 60 *Aliae fuga se, aliae occultatione tutantur, atramenti effusione sepiae, torpore torpedines.* *Frigidus mentis torpor* Firmic. 6, 10. *Iners torpor* Stat. Silu. 5, 3, 260. *Vehemens torpor* Cels. 2, 8. *Pigro mentis torpore oppressus* Firmic. 6, 11. *Graui torpore deuictum premit mors* Sen. Herc. Fur. 12. *Membranous soluit formidine torpor* Virg. Aen. 12, 867. *Sentire torporem sine dolore* Scribon. 122. *Stupor omnium animos ac velut torpor quidam insolitus membra Tenet* Liu. 9, 2. *Subrepens imos torpor in artus* Cātul. 77, 21. *Stat. Achill. 2, 403 de Chirone Achillem docente, Saepe etiam primo fluuii torpore iubebat Ire super glaciemque leui non frangere planta.*

TORPORO, āre. [*ναρκῶω*] *Torporem inducere.* *Turpilius Hetaera, Stupidus adstat, ita eius aspectus tepens, cor torporauit hominis amore. i. Torpescit* Non. 2, 870.

40 TORPORATVS, a, um. Partic. *Lactant. 2, 8, 62 Humida vel nimis rigoribus torporata concrefcunt.*

TORPIDVS, a, um. Adi. [*ναρκώδης*] *Torpens, piger: vt, Torpidus somno* Liu. 25, 38. *et 22, 53 Quod malum praeterquam atrox super tot clades, etiam nouum, cum stupore ac miraculo torpidos defixisset,*

45 *etc. h. e. Stupefactos et attonitos.* TORPEDO, inis. f. [*ναρκη, ναρκησις*] *Idem quod Torpor.* Sallust. Hist. Fragm. 1, 27 *Haec si placent, si tanta torpedio animos obrepfit. Alii Oppressit legunt.* *Occupauit nescio quae vos torpedio* Sall. Hist. l. 3. *Or. Licin. n. 26.* *Si nihil exerceas, inertia atque torpedio plus detrimenti faciat, quam exercitatio* Cato apud Gell. 11, 2. *Morantium cogitationum torpedinem pellere* Non. 6, 16. *Mercer. leg. moracium torpitudinem.*

50 ¶ 2 *Torpedo, Genus piscis, qui limo mersus, occultat se, et pisces supra natantes, torpentes facit: postquam vero obtorpuere, deuorat.* Plin. 32, 1 *Ex eodem mari torpedo: etiam procul et e longinquo: vel si hasta virgaue attingatur, quamuis praevaleidos lacertos torpescere, quamlibet ad cursum veloces alligari pedes facere proditur.* *Idem 9, 42 Nouit torpedo vim suam, ipsa non torpens mersaque in limo se occultat.* Cic. de Nat. Deor. 2, 127 c. 60 *Tutantur se torpore torpedines.* *Vid. Plin. 32, 9. et 16 et 24. In Claudi diani Carminibus est, n. 46 descriptio huius animalis pulcherrima:*

55 *Quis non indomitam dirae Torpedinis artem. Audiit, et merito signatas nomine vires? Illa quidem mollis, seignique obnixa natatu Reptat, et attritis vix languida serpit arenis. Sed latus armauit gelido natura veneno, Et frigus, quo cuncta rigent animata, medullis Miscuit, et proprias hiemes per viscera duxit.*

60 *Sed totum carmen legendum est.* TORPIDITAS, ātis. f. Cathol.

70 TORPITVDO, dinis. f. TORQVĀTVS, *vid.* TORQVES.

TORQVEO, torſi, torſum et tortum, ère. [*τρέφω, σρεβλώω, βασανίζω*] *Est plus quam flectere, nempe vi quadam adhibita situm praeternaturalem aut motum efficere.* Plin. 36, 25 *Necessarium binas per diuersum coassationes substerni, capita earum praefigi clavis, ne torqueantur. i. a calore vel humore inflectantur, curuentur.* Virg. Georg. 2, 448 *Et bona bello Cornus: Ityreos taxi torquentur in arcus. i. Torquendo inflectuntur.* *Acies oculorum ardentes torquere, vid.*

75 ACIES. *Aquas torſit remis, Aduerso flumine nauigauit* Ouid. Fast. 5, 644. *Aurem torquere ab obscenis sermonibus* Hor. Epist. 2, 1, 127. *Capillos torquere ferro, Calamistro inurere* Ouid. de Arte Am. 1, 505. *Ceruices oculosque pariter cum modorum flexionibus torqueant* Cic. de Legib. 2, 32. *Collum torquere* Liu. 4, 53. *Comam igne torquere* Ouid. de Arte Am. 2, 304. *calamistro crispare.* *Fufos torquent mulieres* Plin. 28, 2. *Hastas amentatas torquere* Cic. de Orat. 1, 242. *Iter torquere, i. A via declinare* Stat. Theb. 12, 669. *Lumina flammantia torquens anguis* Virg. Georg. 3, 433. *Cic. Acad. 4, 80 Itaque Timagoras Epicureus negat sibi vnquam quum oculum torſisset, duas ex lucerna flammulas esse visas. i. alterum oculum dimovisset aliquantum, ne axis illius parallelus esset axi alterius oculi, ut dicturus erat Epicurus, si eruditum illum puluerem Geometrarum attigisset, vel Cicero, nisi populariter voluisset loqui.* *Oculos torquere ad rem aliquam* Virg. Aen. 4, 220. *Orbes squamosos torquet volubilibus nexibus* Ouid. Met. 3, 42. *de serpente Cadmi.* *Cic. de Vniuers. 21 c. 7*

80 Deinde in orbem torſit, vt et ipse secum, et inter se ex commissura quae ex regione esset, iungerentur. *Idem Off. 1, 131 Quae quum fiunt, anhelitus mouentur, vultus mutantur, ora torquentur: ex quibus magna significatio fit, non adesse constantiam.* *Proras ad litora torquent* Virg. Aen. 3, 532. *Spumas torquent adnixa nautae* Id. Aen. 3, 208. *Stamina torquere pollice* Ouid. Met. 12, 475. *Terra quum circum axem se summa celeritate conuertat et torqueat* Cic. Acad. 4, 123. *Vestigia torſit ad sonitum vocis* Virg. Aen. 3, 669. *Torquere ius, per translationem pro peruertere* Cic. pro Caecin. 77 c. 27 *Iuris retinere sententiam, et aequitatem plurimum valere oportere,*

85 *verbo ac litera ius omne torqueri: vos statuite Recuperatores, vtrum*

100 *vti-*

- utilius esse videatur. Versare suam naturam, et regere ad tempus, atque huc et illuc torquere et flectere Cic. pro Cacl. 231 c. 6. ¶ 2
 Torquere, *Torquendo iacere, unde Tormenta dicta sunt.* Virg. Aen. 5, 497 In medios telum torquisti primus Achiuos. Lucan. 2, 556
 — valet in torquendo dextera pilo. Curuum sermone rotato 5
 Torqueat Enthymema Iuuenal. 6, 449. Fulmina torquere Virg. Aen. 4, 208. Iaculum. torquere lacerto Ouid. ex Pont. 2, 9, 57.
 Saxa sonantia torquet *fluuius* Virg. Aen. 6, 551. Tela manu tor-
 sit Ouid. Met. 12, 99. Virg. Aen. 11, 578. *Conf. Erythr. Ind.* Te-
 la torquentur lacertis Lucan. 3, 567. Virg. Aen. 4, 269. Deum 10
 regnator — Caelum et terras qui numine (*nutu*) torquet, *quasi nol-
 let decidere, utrum terra an caelum moueatur.* Virg. Aen. 6, 797
 — Vbi maximus Atlas Axem humero torquet stellis ardentibus
 aptum. Idem 7, 266 Ipse pedes tegmen torquens, *huc illuc, prout opus
 est transferens immane leonis.* Torquere, *Tormentum inferre, an-
 gere, molestiam offerre.* Donatus, Torquemus hominem, extorque-
 mus veritatem. Plin. Epist. 9, 21 Remitte aliquid, adolescentiae ipsi-
 us, remitte lacrimis, remitte indulgentiae, ne torseris illum, ne torse-
 ris etiam te: torqueris enim, cum tam lenis irascaris. Qui in dolo-
 re est, torquetur Cic. de Fin. 2, 14. Equuleo torqueri Id. ib. 3, 42 c. 13. 20
 Torqueri dies et noctes Id. Att. 7, 9. Amore torquere aliquem Ouid. de
 Arte Am. 2, 335. Doloribus animi torqueri Cic. de Finib. 1, 43 c. 13.
 Id. Att. 8, 22 (14) Brundisii autem omne certamen vertitur huius primi
 temporis: qua quidem expectatione torqueor, sed omnia ante nos
 sciemus. Inuidia vel amore torqueri Hor. Epist. 1, 2, 37. Li- 25
 bidines tuae te torquent Cic. in Parad. 2. Memoria malorum
 torqueri Cic. de Fin. 1, 57 c. 17. Hor. de Arte Poët. 435
 Reges dicuntur multis vrgere culullis,
 Et torquere mero, quem perspexisse laborent
 An sit amicitia dignus. 30
 b. e. Inebriare student, tentantes an per potum quae habent, secreta prodant.
 Vid. mox TORTVS vino. Metu torqueri Ouid. Am. 1, 4, 46. Mirifice
 torqueor, sine dolore tamen; sed permulta mihi de nostro itinere in vtram-
 que partem occurrunt Cic. Att. 15, 23. Supplicationes tuae acriter nos tor-
 ferunt Id. Fam. 8, 11. Id. de Fin. 2, 95 Quum et praeteriti doloris memoria 35
 recens est, et futuri atque inpendentis torquet timor? Id. pro Sulla 78
 c. 78 cum contra quaestionem tormentorum disputasset, subiicit, Vita P.
 Sullae torqueatur; ex ea quaeratur, num quae occultetur libido etc.
 Torquere in diuersas partes Plin. 11, 37. Oratio ita flexibilis, vt
 sequatur quocunque torqueas Cic. in Orat. 52. 40
 TORQVENS, entis. Part. Torquens flauentes Ister arenas Virg.
 Georg. 3, 350. Adducto torquens hastile lacerto Idem Aen.
 9, 402. Prono in pollice torquens fufum Catull. 65, 312.
 TORTVS, a, um. Partic. [*βαρυνιδεις, ετραμμενος*] Vt, Hor. Epist. 1,
 18, 38 Arcanum neque tu scrutaberis vllius vnquam Commissum- 45
 que teges et vino tortus et ira. Vinum et ira tormenta sunt, qui-
 bus multi inuiti secreta fuderunt: Porphyr. vid. TORQVERE mero
 n. 2. Cic. in Topic. 74 c. 20 Nam et verberibus torti, et igni fati-
 gati, quae dicunt, ea veritas videtur ipsa dicere. Expectatione
 tortus Quinctil. 6, 2. Anfractus torti Claud. Conf. Hon. 6, 519. 50
 Anguis tortus Ouid. Met. 2, 188. Baculus tortus Idem Met. 2,
 789. Capillus tortus Idem de Arte Am. 2, 304. Comae tor-
 tae Martial. 4, 42. Condiciones tortae Plaut. Men. 4, 2, 25. Co-
 rona torta Propert. 3, 20, 18. al. Tota. Crines torti in nodum
 Martial. 1, 3. Facies torta Ouid. in Ibin 380. Funes torti 55
 proprie, unde tormenta dicta Virg. Aen. 4, 575. Hor. Epist. 1, 10, 48
 Tortum digna sequi potius, quam ducere funem. Linum tor-
 tum, *Funis* Ouid. Fast. 3, 587. Radix torta Ouid. Met. 11, 70.
 Serpentes torti Catul. Argon. 62, 258. Stamina torta Tibul. 1, 6,
 78. Supercilia torta Plaut. Rud. 2, 2, 12. Verber tor- 60
 tum, vid. VERBER. Vertigo torta Propert. 3, 7, 65. Torti i. con-
 torta lora: vid. Taubm. ad. Plaut. p. 17.
 TORTA, ae. f. Tortapanis Vulg. Exod. 29, 23. Add. 1 Sam. 10, 3.
 Aufonio vindicat etiam Scalig. Auf. Lect. 2, 13 p. 122. Videtur autem
 Torta eadem quae Tracta v. v. 65
 TORTVLA, ae. f. Dimin. Facies ex eo tortulas Vulg. Num. 11, 8.
 TORTVS, us. m. [*σπῆις*] Cic. Tusc. 2, 22 c. 9 Haec interemit
 tortu multiplicabili Draconem auriferam obtuitu asseruantem arborem.
 ex Poeta Virg. Aen. 5, 276 Nequidquam longos fugiens dat corpore tortus.
 TORTVM, i. n. Tormentum. Pacuulus Duloreste, Nam te in 70
 tenebras saepe lacerabo fame clausum, et fatigans artus torto, distra-
 ham Non. 2, 849.
 TORTE. Adu. [*ετραμμενος*] Oblique, transuerse. Lucret. 4, 306
 Quamuis torte, penitusque remota Omnia, etc.
 TORTVOSVS, a, um. Adi. [*σπειβλος, σκολιος, κοχλιωδης, σραγγαλι-
 ωδης*] Tortum, multis flexibus sinuosum. Liu. 27, 47 Et per tortuosi
 annis sinus flexusque, etc. Aluus multiplex et tortuosa Cic. de
 Nat. Deor. 2, 136 c. 54. Soni ex tortuosis locis et inclusis refe-
 runtur ampliores Idem de Nat. Deor. 2, 144. Ingenium multi-
 plex et tortuosum Idem de Amicit. 66 c. 18. Serrula tortuosa Id. 80
 pro Cluent. 180. Idem de Diuin. 2, 129 Et quum stertentem ali-
 quem viderint, obicere his visa quaedam tortuosa et obscura, quae
 illi exterriti somnio, etc. Cic. Acad. 4, 98 c. 31 Sed vt omnes
 istos aculeos et totum tortuosum genus disputandi relinquamus, offen-
 damusque qui simus. Comparat. Plin. 11, 46 Leo tortuosius quid- 85
 dam talo habet. Superl. Tortuosissima nodositas Augustin. Conf. lib. 2
 extr. ¶ 2 Tortuosior vrina Plin. 21, 27. actiue quae tor-
 quet dum effluit, verbo stranguria.
 TORTVÖSE. Adu. Tertull. adu. Valent. 3 Per anfractus seriem
 suam euoluat, tortuose procedat. 90
 TORTVÖSITAS, atis. f. Idem contra Marc. 4 cap. ult. Et quae
 ratio tortuositatis illius? Add. Id. de Carne Chr. c. 20 pr.
 TORTVRA, ae. f. Caput sarmenti torquendum non est — ipsa
 tortura vexatio est Pallad. 3 t. 9. i. contorfio. Seruo maleuolo tor-
 tura et compedes Vulg. Sirac. 33, 26. Add. 31, 21. 95
 TORSIO, onis. f. [*σπειρος*] Plin. 20, 17 Priuatim eius vsus con-
 tra torsiones stomachi in tepida aqua, et cruditates. Add. Esai. 13, 8.
 TORTIO, onis. f. Firmicus 8, 15 Publicis tormentis lacerati, aut
 ignibus exusti, seu tortione legitima peribunt. Sen. Controu. 1, 4
 Membrorum tortiones. 100
 TORTILIS, e. Adi. [*σπειρος*] Quod torqueri, flecti, replicari potest: vel
 tortum adeo et incuruum. Plin. 9, 51 Polyphi pariunt Vere oua tortili
 vibrata pampino. Ouid. Epist. 16, 252 Tortilis a digitis excidit anfa
 meis. Buccina tortilis in latum Idem Met. 1, 336. Nerui tor-
 tiles Lucan. 6, 198. b. e. Funes. Piscis tortilis, Qui se facile torquet 105
 Ouid. Met. 13, 915.

TORTILOQVIVM, i. n. *διὰ λακτος συνεστραμμένη, συνεστραμμένη, δμιλία* Gloss. Cyr.

TORTO, ÆRE. Frequent. *Veheementer torquere.* Pomponius Decuma fullonis, Et vbi infuli in cocleatum equuleum, vbi totum tor-
tor. i. *Torqueor* Non. 2, 872. Recenti vulnere tortari Lucret. 3,
662. Conf. Arnob. 3 p. 106.

TORTOR, ÆRIS. m. [*βασανιῆς*] *Qui torquet, cruciat.* Cic. pro Cluent. 177 c. 63 Quum iam tortor, atque essent tormenta ipsa defessa, neque tamen illa finem facere vellet, etc. Hor. Carm. 3, 5, 50. At-
qui sciebat quae sibi barbarus Tortor pararet. De Regulo
Iuuen. Sat. 14, 195. Cic. Philipp. 11, 7 Ponite igitur ante oculos P. C.

miseram quidem illam et flebilem speciem, et vocem impuram atque os illud infame, vincula, verbera, equuleum, carnificem tortoremque Samarium. Tortoris vicem exhibere Cels. 3, 4. Si sa-
piens ad tortoris equuleum ire cogatur Cic. de Fin. 4, 31 c. 12. Conf.

Quintil. Decl. 16. Sen. Ep. 14 et 85. Curt. 6, 11, 13. Val. Flac. 2, 362.

TORTORIVM, *nescio quod proponebatur ex Cic. Att. 7, 2 sed iam nihil eo opus est, lectione si non vera, certe clara et plana restituta,* Eius testamentum deporto duorum Ciceronum signis obsignatum etc.

TORTIVVS, a, um. Adj. Col. 12, 36 Mustum tortium est, quod post primam pressuram vinaceorum circumciso pede exprimitur. Item Cato de R. R. 23, 4 Tortium mustum circumcidaneum (*haec vox glossa videtur*) suo cuique dolio diuidito, additoque pariter. Plin. 14, 20 f. 25 Cato — super omnia addi maturescente iam vino iubet mustum,

quod ille tortium appellat, nos intelligimus nouissime expressum. Idem Plin. 14, 19 f. 23 Prolibare Diis nefastum habetur vina — quod circumcisis vinaceis proflexerit. Caes. Aurel. Acut. 3, 21 f. 217 Heraclides Tarentinus dans etiam halicam cum vino vltimae expressi-

onis *ὕδατος* (*intell. ἕνους, aquosum*) Graeci vocant, nos abusive tor-
tium. Abusue: Nam *ὕδατος ἕνους, vinum aquosum*, vltimae expres-

sionis potius lora est.

TORQVES, et **TORQVIS**. [*τροπῶς* Gl. Gr.] *Tam masc. quam f. gen.*

Torques aureas dixit Varro et alii Non. 3, 245. Plin. 33, 3. Significat Circulum aureum, flexilem, obtortum, colli ornamentum, et summi pectoris.

Conf. Isidor. 19, 31. Propert. 4, 11, 44 Torquis ab incisa decidit vnca gula. Gell. 9, 13 Caput Galli praecidit, torquem detraxit, eamque sanguinolentam sibi in collum imponit. Plin. 33, 2 Auxiliares quippe et externos torquibus aureis, donauere, at ciues non nisi argenteis. Cic. de Fin. 1, 23 c. 7 Torquem illum hosti detraxisse. T. Manlius is est,

qui ad Anienem, Galli, quem ab eo prouocatus occiderat, torque detracta cognomen inuenit Idem Off. 3, 112. Quintil. 6, 3, 79 Di-
uus Augustus, cum ei Galli torquem aureum centum pondo dedissent, et Dolabella per iocum, tentans tamen ioci sui euentum, dixisset, Im-
perator, torque me dona; Malo te, inquit, ciuica donare. Q. Ru-
brius, excellenti virtute, auctoritate, etc. torque donasti Idem Verr. 3, 185 c. 80. Ornare torque Nep. 14, 3, 1. Ademptus torquis, vid.

ADIMO. Decorus torquis Stat. Theb. 10, 517. Miniatus tor-
quis Plin. 10, 42. de Psittaco. Sed Apul. Flor. 2 p. 348, 35 Psittacus — velut aurea torqui cingitur et coronatur. Nexis torquibus or-
natae arae, i. Coronis Virg. Georg. 4, 276.

TORQVATVS, a, um. Adj. [*σπενδοτός*] *Torque ornatus. Torques aurei militibus ob rem strenue gestam donari ab imperatoribus solebant: unde torquati dicti, qui duorum generum erant, simplices, duplaresque.*

Veget. 2, 7 Torquati, inquit, duplares, torquati simplices erant, quibus torquis aureus solidus virtutis praemium fuit: quem qui meruisset, praeter laudem interdum duas consequabatur annonas, duplares duas, simplices vnam. Add. Suet. Aug. c. 43. Ouid. Epist. 2, 119 Affuit Aleto breuibus torquata colubris. Columba torquata Pro-
pert. 4, 5, 63. Torquatus palumbus, A signo torquis, quod collo praefert Martial. 13, 67.

¶ 2 Est etiam cognomen Manliorum. Cic. de Fin. 1, 23 Ad maiora enim quaedam nos natura genuit — Neque eum Torquatum, qui hoc primus cognomen inuenit, aut Torquem illum hosti detraxisse, etc. Historia est Liu. 7, 10. Add. Cic. Tusc. 4, 49. et Offic. 3, 112. Virg. Aen. 6, 825 Saeuumque securi

Adspice Torquatum, qua filium percuti iussit iniussu pugnans feliciter, vid. MANLIANA imperia. Truces Torquati, Imperiosi Claudian. in Eutrop. 1, 452.

TORRENS, entis. m. [*χείμαρρος, χαράδρα*] *Fluuius, qui non de fonte, neque de viua aqua, sed a pluuiis, vel de montibus in valles descendit, et in mare procurrit: aestate autem siccatur, aquis vero hiematibus inundatur et currit.* Flumine perpetuo torrens solet acrius ire: Sed tamen haec breuis est, illa perennis aqua Ouid. Rem. Am. v. 651. Virg. Aen. 2, 305 Aut rapidus montano flumine torrens Sternit agros, sternit fata laeta, bouumque labores. Vid. Seru. ad h. l. it. Fest. Stygius torrens Ouid. Met. 3, 291. Tumidus torrens Idem Amor. 1, 7, 43. Agi ritu torrentis Ibid. 43. Metaphor. Cic. de Finib. 2, 3 c. 1 Quum enim fertur quasi torrens oratio, quamuis multa cuiusque modi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nuquam orationem rapidam coërceas. Quintil. 10, 7 Id potius quam se inani verborum torrenti dare quasi tempestatibus quo velent auferendum. Vulgi consuetudine vtrumque iam dici flumen, et perennem fluuium et torrentem ait Fest. Rhodanus segnem deferens Ararim, nec minus se ipso torrentes Isaram et Druentiam Plin. 3, 4. Vltima duoloca ostendunt, proprie Participium esse Torrens vbi vid. reliqua n. 2.

TORRIS, is. m. [*δαλός*] *Lignum teres quando ardet.* Ouid. Met. 8, 512 Funereum torrem medios coniecit in ignes. Ambustus torris Virg. Aen. 12, 289.

TORREO, torruī, tostum, ÆRE. [*σπρώω, φρύγω*] A Torre deductum; significat Siccare, atque arefacere, sed vsurpatum est iam pro eo, quod sit Igne vrere, vt ait Festus. Plin. 11, 20 Sunt qui mortuas, si intra tectum hieme seruentur: deinde sole verno torreantur, ac ficulneo cinere toto die foueantur, putent reuiuiscere. de apibus. Sitis torret ora Propert. 4, 10, 21. Artus torrentur febribus Ouid. Epist. 21, 169. Viscera torrentur caecis ignibus Idem Met. 8, 516. Torrere, de Frigore etiam dicitur Varr. apud Non. 6, 23 Frigore torret. Sic Adurere Frigus dicitur. Virg. Georg. 4, 423 Iam rapidus torrens sitientes Sirius Indos. Cic. in Somn. Scip. 1 c. 6 Medium autem illum et maximum solis ardore torrerit. Sapi-entem in Phalaridis tauro inclusum succensis ignibus torrerit. Cic. in Pison. 42 c. 18. Metaph. Face mutua torrere aliquem Hor. Carm. 3, 9, 13. Plin. 7, 2 Ii nullum alium cibum nouere, quam piscium, quos vnguibus dissectos sole torreant. Virg. Aen. 5, 103 Subiiciunt verubus prunas, et viscera torrent Far promere ad torrendum Varro R. R. 1, 69. Fruges torrere igni Virg. Georg. 1, 267. Etiam

de liquidis. Plin. 14, 9 *extr. de musto*, Hoc protinus diffusum lagenis suis deseruere passi, postea in sole quadraginta diebus torrent aestatis secutae.

TORRESCO, ère. Flammis cremari. Lucret. 3, 903 — non inuenio qui non sit acerbum Ignibus impositum calidis torrescere flammis.

TORRENS, entis. Partic. [ῥοῖς] Ripae torrentes pice, atraque voragine, i. *Ardentes* Virg. Aen. 9, 105. Torrens Calor solis Iustin. 2, 1, 16. Sidera torrentia agros Hor. Carm. 3, 1, 31. Sirius torrentior Claud. Fesc. 20.

Torrens, torrentior, torrentissimus, pro *Vehementi, impetuoso, et in torrentis morem rapido.* Inclusus montibus Nilus, nec aliunde torrentior Plin. 5, 9. *Idem* Plin. 3, 16 *de Pado flumine*, Augetur ad Canis ortus liquatis nivibus, agris quam nauigiis torrentior, nil tamen ex rapto sibi vindicans. *Est vexatus locus.* Campi torrentes sanguine Stat. Silu. 1, 2, 97.

Torrens dicendi copia Iuuen. Sat. 10, 9. Torrens et rapidus Curfus amnium Iustin. 44, 1, 7. Lucan. 7, 505 Nec fortuna diu rerum tot pondera vertens, Abstulit ingentes fato torrente ruinas.

i. *Cito peregit maximam caedem fato urgente.* Flumina torrentia Virg. Ecl. 7, 52. Flumine torrenti mersus Ouid. in Ibin 515. Fretum Iustin. 4, 1, 9. Oratio torrens Quinctil. 3, 8. Sermo promtus, et Isaeo torrentior Iuuen. Sat. 3, 74. Isaeus hic orator fuit, cuius mentio est apud Plin. Epist. 2, 3. Vndam torrentem innatat alvus Virg. Georg. 2, 451. Axis torrentissimus Stat. Silu. 3, 1, 52.

Abruptis cum torrentissimus exit pontibus Stat. Theb. 7, 316 *de fluuio.* Conf. Torrens Subst.

TORRENTER. Adu. Compar. Claud. de Rapt. Proserp. 2, 198 Torrentius amne Hiberno, tortaque ruunt pernicious hasta.

TOSTVS, a, um. Partic. [τόστος] Cic. Tusc. 3, 44 c. 19 Fana flamma deflagrata, tosti alii stant parietes Deformati, atque abiete crispa. ex Poëta. Tosta et agna s. agna tosta per Hendiadyon, vel Tosta (caro) et agna integra. Aufon. vid. Scalig. Lect. Auf. 2, 28 p. 167. Caro tosta Ouid. Met. 12, 155. Crines tosti Idem Met. 2, 283. Fruges tostae Virg. Georg. 1, 298. Liba tosta Ouid. Fast. 6, 482. Maturitas tosta, Quae ex quadam veluti assazione Solis acquiritur Plin. 12, 7. Hordeum tostum, Ad ignem ustulatum Columel. 12, 5. Semina tosta crimen Inus, quae sterilitate sic procurata, ementitis deinde oraculis Pbryxum et Hellen immolationis periculo obiecit. Vid. Hygin. f. 2. Alludit Ouid. Fast. 2, 628. 3, 843. et 6, 556.

TOSTO, are. Siccare. Plin. Valer. 2, 28 Ponere super carbones, vt tostetur.

TORRIDVS, a, um. Adi. [κατακαυμένος] Aridus; unde Aestas torrida dicitur. Plin. 12, 20 Color abest ille torridus sole. Cic. pro Lege Agrar. 2, 93 c. 34 Quem hominem vt grandi macie torridum Romanae, contemptum, abiectum videbamus, etc. Torrida frigore peccora Liu. 21, 32. Torrida gelu membra Idem 21, 40. Aër torridus aestuat Propert. 2, 28, 3. Aestas torrida Virg. Ecl. 7, 48. Fontes torridi Liu. 4, 30. Tellus torrida Lucret. 5, 1219.

TORRIDO, are. Non. 1, 51.

TORRIDATVS, a, um. Anhelis ardoribus torridatus Mart. Capella 6.

TORREFACIO, feci, factum, ère. [κατακαίω] Torrere, coquere, multum calefacere, siccare. Columel. 2, 21, 3 Quod si falcibus seges cum parte culmi demessa sit, protinus in acerrimum, vel in nubilarium coguntur, et subinde opportunis folibus torrefacta proteritur. Idem 12, 15, 4 Et oblita vasa clibano vel fumo torrefaciunt, quo celerius omnis humor excoquatur. Add. Id. 6, 7.

TORREFACTVS, a, um. Nuces Columel. 12, 57, 3. Sesama Columel. 12, 15, 3. Torrefacta carbonibus Arnob. 7 p. 230. Add. Pallad. 1, 28. Veget. 3, 45.

TORROR, oris. m. Corporis Cael. Aurel. Tard. 3, 6 f. 89. Gr. ἠλιώσις, cum in sole velut torretur, Insolatio, Apricatio. Add. 5, 4 f. 26 Adiutoria ex — paroptesi et solis torrore, vel arena ignita, etc.

TORSIO, TORTILIS, TORTIVVS, TORTOR, TORTVM, TORTVOSVS, vid. TORQVEO.

TORVE, vid. TORVVS.

TORVS, i. m. [τόρως, τόρδιον] Videtur prima significatione, quam seruat diminut. TORVLVS, longum aliquid ac rotundum, teres, tornatum, τόρνον, (turundae simile) notasse, nominatim funes, qua de re deinde. Cum vero contortis in toros herbis et frondibus uterentur, in quibus acquiescerent; vt hodieque solent puluinos, cylindrorum instar effultos capiti subiicere: hinc Torus sollemni quadam et dominante velut significatione lectum notare coepit. Huc pertinet locus Varronis de Vita Rom. seruatus a Nonio 1, 35 Quod fronte lecticas struebant, (sic legendum putamus, pro vulgato Quod frontem lecticae struebant, modestius aliquanto quam Vossius in Etymol. Quod fronde lecticam sternebant) ex ea herba torta torum appellatum: hoc quod iniicitur, etiam nunc toral dicitur. Isid. 20, 1 Torus dicitur a tortis herbis, quae accumbentium humeris supponuntur. Seru. ad Aen. 1, 712 Toris iussit discumbere pictis, Torus dictus est, quia veteres super herbam tortam, vel sedebant vel discumbebant. Repetit ad Aen. 5, 388 Viridante toro confederat herbae. Aliter Scaliger Coniect. in Varron. p. 68. Nempe, quod toris i. funibus lecti tenderentur, ab eo toros vocatos. Porro toros esse Graecorum τόρας, quorsum laudat Herodotum 9, 117 ubi Sestani in fame ab obsessione τὰς τόρας ἔχοντες τῶν κλινῶν ἐσιτέοντο. Nempe funes illi s. toni Herodoti sunt lorei, vt apud Catonem R. R. 135, 4 Funem exordiri oportet longum pedes LXXII, toros tres habeat, lora in toros singulos IX, lata digitos II. Puto, pro IX legendum III, vt est in codice Vratislau. Tori enim hic sunt quod in minori funiculo licia, funes minores, e quibus maior contorquetur. Vtitur Scaliger etiam λαχέσσι τρηταῖς, Homeri Il. ω, 720 i. lectis perforatis, ad traiciendos nempe illos toros. Poterat adiecisse Tenta cubilia Horatii Epod. 12, 12. Denique illam tori a τόρω Graecorum derivationem firmanit μορὴ mora, deivòs dirus, genimen germen, etc. quibus vtitur laudatus Vossius. Maneat Toros esse funes, sed frequentissima significatione. ¶ 2 Torus, vt iam indicauimus, lectus est, et quidquid sedenti, cubanti, reclinanti se substernitur. Plin. 8, 48 Antiquis enim torus a stramento erat, qualiter nunc etiam in castris gauisape. Ouid. Met. 8, 655 In medio torus est de mollibus vluis Impositus lecto, sponda pedibusque salignis. Videtur hic proprie Torus esse saccus stramine, foeno, vlua, plumis fartus ita, vt cylindri formam referat. Siue illa toro (lectica) resupina referatur Ouid. A. A. 1, 487. Pellex tori regii Senec. Agamemn. 13. Socia tori, Vxor aut concubina Ouid. Met. 10, 268. Confors tori, Coniux Ouid. Met. 1, 319. Altus torus Virg. Aen. 2, 2. Asper torus signis eburnis, Sculptis signis excisus Stat. Silu. 3, 1, 86. Cae-

- lebs torus Sen. Herc. Fur. 4. Festus torus Stat. Silv. 1, 2, 252.
 Geniales alti tori Virg. Aen. 6, 603; *h. e. Lecti discubitorii, in quibus genio indulgere solebant, seu lacte conuiuere.* Illiciti tori Lucan. 10, 76. *Concubitus illiciti.* Molliis torus Ouid. Amor. 2, 4, 14. Ob-
- 5 scenus torus, *Impudicus* Ouid. Trist. 2, 378. Plumetus torus Id. Met. 11, 611. Pudici tori coniugis Senec. Agamemn. 3. Purrureus torus Ouid. Epist. 5, 88. Quietus torus, *In quo quiescunt dormientes* Valer. Argon. 1, 630. Socialis torus Ouid. Fast. 2, 769.
- 10 *i. Vxores.* Tyrius torus Catul. 59, 172. Viduus torus Ouid. Epist. 5, 10, 6. Conciliare iugales toros Stat. Silv. 3, 5, 70. Con-
- ductus torus Ouid. Amor. 10, 44. Confederat viridante toro herbae Virg. Aen. 5, 388. Contemnerare torum alicuius Ouid. Amor. 2, 7, 18. Discumbere pictis toris Virg. Aen. 1, 712. Ex-
- 15 struere toros, *i. Lectos discubitorios* Idem Aen. 3, 224. Fallere iura legitimi tori Ouid. Epist. 16, 284. Fouere torum Idem Amor. 2, 11, 31. Iacere in toro Idem Amor. 2, 4, 34. Incumbere toro Virg. Aen. 4, 650. Insidere toro Ouid. Epist. 20, 134. Ponere se toro Idem Met. 11, 472. Premere torum Idem Amor. 1, 4, 15. Promissus mihi torus Idem Epist. 6, 20. Quaerere
- 20 supra et illicitos toros Senec. Hippol. f. 2. Seruans torum casta fide Sen. Herc. Fur. f. 5. Sternere torum Ouid. Met. 6, 431. Vestiti tori gramine, *Tori graminis* Idem Fast. 1, 402. Violare toros alicuius Senec. Octau. f. 4.
- 25 ¶ 3 *Caeterae significationes Tori vel a lectis deriuatae, et puluinis, vel proxime a funibus. Ad priorem classem pertinet, quod in re hortensi Tori sunt areae.* Plin. 19, 4 f. 20 *iubet hortos; arcis distingui, easque resupinis puluinorum toris, ambiri singulas tramitum fulcis, etc. Sic Virg. Aen. 6, 674 Tori riparum sunt ripae virides, in quibus, tanquam in toris mollibus, licet acquiescere.*
- 30 ¶ 4 *Toros, uovvovs etiam appellant Pulpam carnis musculosam, et praesertim ubi adstringuntur et contenduntur nervi, puluillorum instar eminentem, qua robur animalium quorundam hominumque censetur: quamquam potest etiam a funium toris, quos n. 5 explicabimus, metaphora duci.* Cum deformari viceribus toros suos cerneret Laetant. 1, 18 *pr. de Hercule sene.* Colum. 6, 29, 2 Lato et muscutorum toris numerofo pectore, *laus galli gallinacei.* Valer. Flacc. Argon. 4, 245 Protulit horrendosque toris informibus artus. Virg. Georg. 3, 81 Luxuriatque toris animosum pectus: honesti Spadices Cic. Tusc. 2, 22 c. 9 O pectora, o terga, o lacertorum tori. *ex Poëia.* Arduos toros tollit taurus *h. e. Collum pulposum* Senec. Hippol. 1039. Comantes tori Virg. Aen. 12, 7. *De venis quoque dicitur, quum varicum in morem quibusdam in locis turgescent:* Cornet. Cels. 7, 18 Ac per ipsos venarum toros inaequale est.
- 40 ¶ 5 *Redimus ad primam illam Tori significationem. Catonis locum supra dedimus.* Colum. 11, 3, 5 Ruborum semina — oportet — farinae immiscere: quae cum est aqua conspersa, illinitur nauticis veteribus funibus, vel quibuslibet aliis restibus — vt — semina Spinarum, quae inhaerent toris funicularum, enasci possint. Colum. 5, 6, 25 Vitis nouella tribus toris ad arborem religetur, vno, qui est in crure arboris, a terra quatuor pedibus distans; altero, qui summa parte vitem capit; tertio, qui mediam vitem complectitur. Columel. de Arbor. 16, 4 Arbutiuam vitem quam putare, tam alligare diligenter oportet. nam in ea fructus maxime vis consistit, diutiusque perennat, quae firmis toris et idoneis locis religata est. Itaque omnibus annis conuenit subsequi putationem, ita vt tori renoventur, et vitis per idoneos ramos disponatur. Tori *i. vincula ligamenta.* ¶ 6 *Tori: sunt etiam funiculi, aut instar quoddam funicularum, ornamentum causa adhibitum.* Cic. Orat. 21 c. 6 *de oratore mediocri,* Isque vno tenore in dicendo fluit, nihil afferens praeter facilitatem et aequabilitatem: aut addit aliquos, vt in corona toros, omnemque orationem ornamentis modicis verborum sententiarumque distinguit. *Vid. mox TORVLVS.* Hinc ¶ 7 *In Architectura Tori sunt ornamenta s. membra columnarum, quae illas cingunt, quasi tu cylindrum fissum circumponeres.* Sic Vitruu. 3, 3 Superior et inferior torus memoratur, qui parum a Spira, certe quod ad formam, distat, v. v. ¶ 8 *Denique cylindros etiam esse toros Vitruuio, apparebit, si descriptionem quodammodo, arietariae machinae, quam habet 10, 19 cum Athenaei verbis, quae ibi apponuntur, compares, Torus perfectus in torno, in quo insuper constitutus aries, rudentium ductionibus et reductionibus efficiebat magnos operis effectus. Cogitemus onus phalangis s. palangis, id est cylindris impositum, aut Tormentum vestiariuum (vid. TORMENTVM II. 3) siue machinam explicatoriam ad lin-*
- 55 tea et pannos etc.
- TOROSVS, a, um. Adj. [*μωωωδης*] Qui pulpam carnis musculosam habet, in qua est robur et fortitudo. Columel. 6, 13 *scribit parandos esse boues nouellos ceruice longa et torosa.* Add. Id. 6, 20.
- 75 Plin. 21, 15. Pallad. Mart. t. II. Ceruix torosa Catull. 61, 83. Torosior Ceruix Colum. 6, 20. Colla torosa bouum Ouid. Met. 7, 429. Multumque torosa Iuuentus Pers. 3, 86. *De herbis etiam dicitur.* Plin. 19, 5 Breuior est, sed torosior amariorque inula.
- 80 TORVLVS, i. m. Dimin. *Vid. TORVS n. 6.* Plaut. Amphit. prol. 144 Tum meo patri autem torulus inerit aureus sub petaso. Toruloque capite circumflexo Ammian. 29, 7. *Conf. Id. 16, 27 c. not. Lindenbr. p. 60. Gothofred. ad Varr. L. L. 5, 35 ubi toruinus legitur.* Multa conantur viri docti ad Plauti l. c. quae retulit Taubm. Porro Torulus in ligno, mollior pars interior, cylindrica s. teres. Inutilis liquor effluit per torulum Vitru. 2, 9. Toruli etiam vt tori, *de carnosissimalium partibus,* Terga pulposis torulis obefa Apul. Met. 7 p. 195.
- 85 TORVVS, a, um. Adj. [*γοργυωπος, ὑπόδραξι*] *Adspectu formidabilis.* Virg. Georg. 3, 51 Optima toruae Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix. *i. Terribilis.* Claudian. de Rapt. Prof. 1, 127
- 90 Vitulam non blandius ambit Torua parens, pulchre Torua, q. d. quantumuis alia natura sua torua, et metuendum quid oculis cornibusque praefrens. Est proprium bubuli generis epitheton, *vid. TORVITAS.* Virg. Aen. 10, 170 Toruus Abas. Toruus visu Stat. Theb. 2, 509. Acies Macedonum torua, et inculta Curt. 3, 2, 13. Angues torui
- 95 Stat. Theb. 9, 741. Apri torui Ouid. de Arte Am. 2, 190. Confidentia ferox et torua Pacuu. ap. Fest. Cornua torua Pers. Sat. 1, 99. Corpus visu toruum Tac. A. 2, 14, 5. Draco toruus serpit subter superaue reuoluens sese Cic. de Nat. Deor. 2, 106. Facies torua tauri *Ferocitatem quandam ipso adspectu prae se ferens* Colum. 6, 20. Forma torua Ouid. ex Pont. 2, 8, 22. Frons torua, *Terribilis, et immitis* Virg. Aen. 3, 636. Fronte torua petulans iuuen-
- 100 cus Senec. Hippol. f. 3. Iuueni torui Ouid. Met. 10, 237. Lumen toruum, *Oculus dirus et minax* Virg. Aen. 3, 677. Oculi torui Plin. 11, 37. Oculis toruis tuens Ouid. Met. 5, 92. Praelia
- 105 Catul. de Coma Beren. 64, 20. Ouid. Met. 8, 132 Quae Toruum ligno

ligno decepit adultera Taurum. *Pasiphaë*. Responſa torua truciſ
 Senatus Sil. 11, 121. Vada Senec. Theb. 4. Vina torua, *Aſpera*,
 et indomita, ſive immitia Plin. 17, 23. *Conf. ib.* c. 37. Vox homi-
 nis et tuba rudore toruior Apul. Florid. p. 357. Vultus toruus
 Quinſtil. 6, 1. *Superl.* Arnob. 6 p. 196 Leonis toruiſſima facies. 5
 TORVITAS, *ātis*. f. [*ὄρδοραία*] *Proprie taurorum eſt*, Feſtus,
 Toruitas a ferocia taurorum dictum eſt. Pacuius in armorum iudi-
 cio, Feroci ingenio toruus, etc. Capitis toruitate terreri Plin. 8, 17.
 Idem 7, 19 Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quandam, tor-
 uitateque naturae duram et inflexibilem. *Add. Id.* 35, 4. Solin. c. 21. 10
 Corpus inſigne oculis comaque et toruitate vultus Tacit. Hiſt. 2, 9, 4.
 Alan ſunt oculorum temperata toruitate terribiles Ammian. 31, 7.
 TORVE. Adu. [*ὄρδορα*] Plaut. Amph. 4, 2, 8 Quid me torue aſpe-
 ctas? *al.* Stolidè.
 TORVITER. Adu. Ennius Pancratiaſtae, Quem nunc tu tam tor- 15
 viter increpuiſti Nonius 11, 57 *ubi plura*.
 TORVVM. [*ὄρδορατικῶς*] *Aliud Adu. pro Torue*. Apuleius lau-
 datur, non recte, niſi deficit hac parte *Index Floridi*. Quum toruum
 in eos intueretur. Virg. Aen. 7, 399 Toruumque repente Cla-
 mat, Io matres audite *ubi quaeque Latinae*. 20
 TORVA. Adu. [*ὄρδορατικῶς*] Virg. Aen. 6, 467 Talibus Ae-
 neas ardentem, et torua tuentem Lenibat dictis animum. Ser-
 vius: Torua pro torue, id eſt terribiliter.
 TORYNETVM, i. n. *Ferculi genus ap.* Cael. Aurel. 1, 1, 12 Ex panis
 pulcilla confecta, quam *τορυνητόν* Graeci vocant. *Τορυνητός eſt clauicula qua-*
dam ſpiſtillo diligenter inter coquendum ſubactus. Vid. Reineſ. Varr. Lect. 3, 18. 25
 TOTTONARIVS, i. m. *Equus peculiaris generis, ap.* Veget. Veter.
 1, 56 et 4, 6. *Conf. GVTTONARIVS*.

T O T

TOT. [*τοσῆτος*] *Nomen numerale indecl. cui reſpondet Quot*. Cic. de
 Orat. 2, 140 c. 31 Quot homines, tot cauſae. Idem de Aruſp. Reſp. 16 De
 templo tot Senatus exſtare conſulta, quot de mea domo. Et Tuſc. 5, 29
 In his tot et tantis atque etiam quae plura poſſunt accidere. Si tot
 conſulibus meruiſſet, Quoties ipſe conſul fuiſſet Cic. pro Balbo c. 20. 35
 Tot Omnes Min. Felix 5, 4. Virg. Aen. 1, 14 Quidue dolens
 regina deūm, tot voluere caſus Inſignem pietate virum, tot ad-
 ire labores. Impulerit. Tot viri ac tales Cic. pro Cael. 66 c.
 28. Tot et tantae, et tam graues ciuitates Cic. Verr. 2, 14 c. 5.
 Tot et tantas res, etc. quot et quantas, etc. Cic. pro Domo 49. 40
 TOTIDEM. *Indecl. [τοσῆτοι] Par numerus ſ. aequalis*. Cic. de Di-
 uin. 2, 90 Totidem annos vixerunt. Idem Att. 6, 2 Iſtum ego
 locum totidem verbis a Dicaearcho tranſtuli. *Add. Id.* Fin. 1 c. 31.
 Virg. Aen. 3, 203 Tres adeo incertos caeca caligine ſoles Erra-
 mus pelago, totidem ſine fidere noctes. Cum totidem nauibus, At- 45
 que erat profeſtus Nep. 1, 7, 4. Vocis mutationes totidem ſunt
 Quot animorum Cic. de Clar. Orat. c. 17. *Add. Id.* de Opt. Gen. Orat.
 c. 2. Colum. 5, 2.
 TOTIES. Adu. [*τοσῆταις*] Cic. Att. 7, 12 Interim velim mihi
 ignoſcas, quod ad te ſcribo tam multa toties. Virg. Aen. 4, 536 50
 Quos eos iam toties ſum dedignata maritos. Cic. Verr. 2, 146
 Tot Praetores in Sicilia fuerunt: toties apud maiores noſtros Sici-
 li Senatum adierunt: toties hac memoria. Cic. de Orat. 1, 251
 Hoc nos ſi facere velimus, ante condemnentur ii, quorum cauſas recepe-
 rimus, quam toties, quoties perſcribitur, Paeanem, aut Munionem cita- 55
 rimus. *Add. Id.* Fam. 7, 7. Cato 1 Quoties ibis, toties magis place-
 bit. *Conf. Catull.* 72, 5. Virg. Aen. 1, 411. Quotiescunque di-
 co, toties mihi videor in iudicium venire Cic. pro Cluent. 51 c. 18.
 Totiens ſcribunt nonnulli. Salluſt. Iugurth. 106 Totiens ſuſus Numi- 60
 da. *Add. Id.* Fragm. c. 18. Tacit. Ann. 12, 60, 3 De quo totiens ſe-
 ditione aut armis certatum. *Ita frequenter in Scriptt. Rei Ruſt. anim-*
aduertit Geſner.
 TOTIVGIS, e. et TOTIVGVS, a, um. Totiugi ſcientia ma-
 gnificus Apul. Flor. 2. In qua domo totiugis iam diebus ne fumus
 quidem vllus viſus eſt Id. Met. 2 p. 125. *Add. Id.* Flor. 4. 65
 TOTVS, a, um. Gen. Totius, Dat. Toti. [*ὅλος, ὅλοσθεῖς, πᾶς*]
Ad quantitatem refertur, a qua nullam partem abſiſſe, hoc nomine ſignificatur.
 Cic. Acad. 1, 19 Corporis autem alia ponebant eſſe in toto, alia in
 partibus. Tota et partes Cic. in Topic. 97. Totius lumbo- 70
 rumque Dolor Scribon. 101. Totum eſt in eo Id. 227. *omnia eo red-*
eunt. Totum et vniuerſum Cic. de Fin. 4, 2. Leue enim
 eſt totum hoc, riſum mouere Idem de Orat. 2, 18. Hoc totum
 quidquid eſt, ſive artificium, ſive, etc. Cic. de Orat. 2, 29. Hoc
 totum nihil eſſe poſſum intelligere Cic. Fam. 3, 8 pr. Tertull. de
 Anima 37 Continens intra lineam moduli totum, quod natura eſt au- 75
 ri vel argenti. *In talibus ſubſtitui fere poſteſt omne: qua de re infra.*
 Plaut. Truc. 4, 1, 7 Totus gaudeo. Idem Aul. 3, 6, 28 Qui oſſa at-
 que pellis totus eſt, ita cura macet. Idem Aſin. 5, 2, 78 Totus perii.
 Ter. Heaut. 5, 4, 20 Ego nunc totus diſpliceo mihi. Idem Eun. 5,
 9, 10 Fratris igitur Thais tota eſt? Idem Adelph. 4, 2, 51 Cteſipho 80
 autem in amore eſt totus. Antonius perſpiciet totum me futurum
 ſuum Cic. Att. 15, 1. Quum totum ſe ad inueſtigationem natu-
 rae contuliſſet, in ea ipſa plurimum diſſentit a ſuis Idem Acad. 1, 34.
 Totum ei me tradidi Idem de Clar. Orat. 306 c. 89. Totus eſt
 alienus a phyſicis Idem de Fin. 1, 17. Idem Q. Frat. 2, 1 Planci- 85
 us totus eſt noſter. Totae; *Datius pro Toti*. Plaut. apud Var-
 ron. de L. L. 6, 5 Gannit odioſus omni totae familiae. Sic Nep. 20,
 3, 2 in MSS. Toto ventri Scribon. 206. ¶ 2 *Subſtan-*
tia: Plaut. Moſtel. 1, 2, 35 Aedificantur Aedes totae denuo. Sic
 Cic. Verr. 1, 67 c. 26 Clamor intera fit tota-domo inter feruos. Idem 90
 pro Font. 23 Hic contra vagantur laeti atque erecti paſſim toto foro.
 Quo in ſtudio hominum quoque ingenioſiſſimorum otioſiſſimorumque
 totas Aetates videmus eſſe contritas Cic. de Orat. 1, 219. Toto Ani-
 mo cogitare Cic. Fam. 1, 7. Annus totus Plaut. Aſin. 3, 3, 45. et
 4, 1, 9. Ter. Eun. 2, 2, 46 Sex ego te totos Parmeno hos menſes 95
 quietum reddam. Cic. Verr. 2, 184 c. 75 Facite, vt vobis triennii totius
 veniat in mentem. Tota Cogitatione cupio Idem Fam. 16, 8.
 Idem Tuſc. 2, 56 c. 24 Quid? qui volunt exclamare maius, num fatiſ
 habent latera, fauces, linguam intendere, e quibus elici vocem et fun-
 di videmus? toto corpore, atque omnibus vngulis, vt dicitur, conten- 100
 tioni vocis aſſeruiunt. Dies cogitare totos et noctes de aliquo Idem
 pro Muraen. 78 c. 37. Lacus totus Plin. Epift. 10, 67. Idem
 Att. 16, 10 Nunc mi Attice tota Mente incumbere in hanc curam: ma-
 gna enim res eſt. Virg. Aen. 4, 100 — habes tota quod mente pe-
 tiſti. Mole tota corporis, totoque pondere niti Columel. 2, 2. 104

- Vt vnum opus totum atque perfectum ex Omnibus totis atque perfectis absolueret Cic. de Vniuers. 14. Virg. Ecl. 1, 67 Et penitus toto diuisos Orbe Britannos. Cic. de Legib. 1, 49 c. 18 Vbi illa sancta amicitia, si non ipse amicus per se amatur toto pectore, vt dicitur?
- 5 Idem Tusc. 2, 58 Ad ferendum igitur dolorem placide et sedate, plurimum proficit toto pectore, vt dicitur, cogitare quam id honestum sit. Omne caelum, totamque cum vniuerso mari terram mente complecti Cic. de Fin. 2, 112. Via tota erras Ter. Eun. 2, 2, 14. Liu. 26, 43 Sed quoniam vos instructos et ordinatos cognosco, ad Carthaginem nouam oppugnandam totis Viribus, et bono animo transeamus. Totum aliquando pro Omni sumitur. Vid. Non. 5, 99. Hirt. B. Alex. 76 pr. Totae profligantur copiae regis. Virg. Aen. 1, 189 Hos tota armenta sequuntur. Ad quem locum sic Seruius: Inter Totum et Omne hoc interest: quod Totum dicimus vnius corporis plenitudinem: Omne de diuersis dicimus; vt puta: Totum auditorium habet scholasticos, i. e. Plenum est auditorium scholasticis. Et, Omne auditorium habet scholasticos, i. e. Omnia auditoria. Vsurpant tamen Poetae et ista confundunt, vt hoc loco Tota pro Omnibus posuit; et contra pro Toto Omnem posuit, vt est Aen. 2, 750
- 20 Omnemque reuerti Per Troiam. Sic Stat. Theb. 1, 8: Et Totos in poenam ordire nepotes. i. Omnes. Vtrique totis Vsque adeo turbatur Agris Virg. Ecl. 1, 11. Bona tota feruntur Ad Phialen Iuuenal. 10, 237. Ex totis Ripis tela iaciebantur Caes. B. C. 1, . . . Conf. Sen. Herc. Oct. v. 106. Accumbebat cum sua Iunone Iupiter, ac deinde per ordinem toti dei Apul. Met. 6 p. 183. Add. Idem 7 p. 193. Manil. 5, 723. Prudent. Psychom. v. 450. Sidon. Praef. Epithal. Ruric. Casaub. ad Spart. Seuer. p. 270. In totum, vel Ex toto; pro In vniuersum, omnino. Cels. 1, 3 extr. In totum abstinendum est. Idem 6, 9 pr. Vinum ex toto circumcidendum
- 30 est. Ex toto Scribon. 99. 102. 128. In totum Idem 121. 208. 214. Aut in totum, aut certe plurimum domi morari Colum. 12, 1. In totum summa operarum decem Idem 2, 13. Add. Id. 3, 2 extr. 9, 15. 11, 2 med. Et rursus 2, 21. et 5, 8. Burm. ad Quinctil. Decl. 353 p. 745.
- 35 ¶ 3 Totus penultima correpta, redditivum nominis Quotus. Colum. 5, 3, 5 Quotcumque pedum spatia facienda censueris, totam partem longitudinis duces. Manil. 3, 420 Detrahitur summae tota pars, quotam ademit (Sic legendum putamus ex libris et ratione) vtrique Omnibus ex horis — Phoebus. Mutat hic audacter ingeniosissimus Bentleyus, Detrahe tot summae partes, quot ademit etc. quod vix videtur facturum fuisse, si loci Columellae meminisset. Nam quod Seruium adducit ad Aen. 1, 189 ille de nomine totus id est integer loquitur: et explicato discrimine quod intercedat inter Totum et omne, addit, Plerique deriuationem ducunt ab eo, quod est tot, totus; vt ab eo, quod est quot, quotus. Sed illud notandum,
- 45 quod in deriuatione plerumque mutat naturam: nam cum tot naturaliter brevis sit, totus producit, quotus vero secundum originem suam brevis remanet. Haec Seru. ad verba, Tris litare ceruos Prospicit errantes: hos tota armenta sequuntur. Nullum sine iudicium est, illum tota referre ad tris: et alioqui speciem non habet illa deriatio.
- 50 TOTALIS, c. Adi. Vox vulgaris et prorsus noua, cui frustra auctor assignatur Quinctil. Decl. 337 extr. Nam tota lis ibi recte Burm. p. 609.
- TOTALITER, Adv. Omnino. Lactantio impedit librorum imperitia 2, 12, 20. itemque Epit. 63 pr. Vtroque loco doctissimi quique
- 55 editores librorum bonorum auctoritate expulere. Vid. Buxem.

T O X

- TOXYCVM, i. n. [τοξικόν] Venenum: unde dicatur, Plinius
- 60 ostendit 16, 10 Simile etiamnum his ad aspectu est, ne quid praetereatur, taxus, minus virens, gracilisque, et tristis ac dira, nullo succo, ex omnibus sola baccifera. Mas noxio fructu. Lerale quippe baccis in Hispania praecipue venenum inest. Vasa etiam viatoria ex ea vinis in Gallia facta, mortifera fuisse compertum est. Hanc Sestius simlacem a Graecis vocari dixit: et esse in Arcadia tam praesentis veneni, vt si qui dormiant sub ea, cibumue capiant, moriantur. Sunt qui et toxica hinc appellata dicunt venena, quae nunc toxica dicimus, quibus sagittae tinguntur. Nicolaus tamen Leonicensis in libro De erroribus medicorum aliud affert et verius etymon, Toxicon, inquit, genus est veneni, quo sagittae ab antiquis tingebantur: hinc enim illi apud Graecos nomen, quoniam missilia, quae ipsi toxemata appellant, hoc potissimum medicamine inficerentur. Alludit aperte Ouid. ex Ponto 4, 7, 11 Adspicis et mitti sub adunco toxica ferro, et telum causas mortis habere duas, aciem nempe suam et venenum.
- 75 Plaut. Merc. 2, 4, 4 Certum est, ibo ad medicum, atque ibi me toxico morti dabo. Hor. Epod. 17, 61 Quid proderit ditasse Pelignas anus: Velociusue miscuisse toxicum. Bibere toxica Propert. 1, 5, 6. Miscere toxica Ouid. Amor. 2, 2, 64. Potum toxicum Scribon. 176. 194. Profecit poto Mithridates saepe veneno, Toxica ne possent faeva Nocere sibi Martial. 5, 77. Conf. Plin. 6, 11. 24, 3. 26, 8. Colum. 10, 8. Suet. Claud. c. 44.
- TOXICO, ãre. Sarisber. 1, 6. Vrba toxicata veneficio adulatorum Idem 3, 9.
- TOXOTIS, tidis. f. Herba, quasi Sagittaria: al. artemisia Apul. de Herb. c. 10.

T R A

- TRABALIS, vid. TRABS.
- 90 TRABEA, ae. f. [τράβηα, τραβήσος] Genus vestis, a latis virgis, quae trabibus comparari possunt, dicta, quod post Turnebum monuit etiam Lips. ad Tac. An. 3, 2. Dion. Halic. 2 p. 129, 36 de Saliis, τράβηντας ἰμπερορημένοι περιποσφύρας Φοινικοναγύφες, unde apparet, chlamydem quasdam certe earum fuisse similes, quae fibula necterentur, deinde
- 95 fuisse purpura praetextas vel cocco. Fuisse trabeam sub Imperatoribus eandem palmatam, ostendit Salmaf. ad Vopisci Carinum p. 553. cuius tria sunt genera, vt Suetonius lib. de Genere vestium inquit: Vnum quod diis sacratur, tantum purpura factum. Aliud regum, quod est purpureum, habet tamen aliquid albi. Tertium augurale, ex purpura et cocco mistum. Haec Seruius ad Aen. 7, 612 Ipse Quirinali trabea cinctuque Gabino — consul. De regali ait, Aen. 7, 187 Ipse Quirinali lituo, paruaque sedebat Succinctus trabea. Plin. 8, 48 Trabeis vsos accipio reges Idem 9, 39. Decorus trabea Romulus Ouid. Fast. 2, 504. Graues auro trabeae Claud. in prim. Conf. Stil. 2, 340. Conf. Tertull. de Idolol. c. 18. Sidon. Ep. 5, 5.

- 5, 5. *Marc. Donat. ad Tac. Ann. 3, 2. Propria fere equitum trabea, cum de sollempni pompa sermo est. Vid. TRABEATVS.*
- TRABEATVS, a, um. Adj. [*τραβηαυτρός*] *Trabea indutus. Ouid. Fast. 1, 37 Hoc igitur vidit trabeati cura Quirini, etc. Agmina trabeata, equites Rom. Stat. Silti. 4, 2, 32. Equites trabeati Tacit. Ann. 3, 2, 2. Add. Suet. Domit. c. 14. Macrob. Sat. 1, 5. Sidon. Ep. 8, 6. Coripp. 4, 312.*
- TRABEALIS, e. Adj. *Idem, Vt, Effulgens trabealis mole metalli, i. trabea auro rigante Sidon. Carm. 2, 2. Add. Ennod. 1, 5.*
- TRABS, vel TRABES, is. f. [*δοκίς, δοκός*] *Proprie ut Festus ait, sunt duo tigna, aedificii gratia, simul compacta; nam quum simplicia sunt, non Trabes, sed Tigna dicuntur. Quidquid sit de proprietate, certe ab usu haec refelluntur. Caeterum ex Varron. de L. L. 6, 3 p. 71, 33 Constat, et Trabes et Trabs Singularem Casu dictum. Vid. Burm. ad Quinctil. 5, 10 p. 422. it. Decl. 6, 12 p. 145. Nobiles Ennii versus Vtinam ne in nemore Pelio securibus caesa Cecidisset abiegnata ad terram trabes! apud Cic. Top. 61. et de N. D. 3 c. 30. Varr. L. L. 6, 3 p. 71, 35. Caes. Bell. Gall. 3, 13 Transtra ex pedibus in altitudinem trabibus, confixa clavis ferreis, digiti pollicis crassitudine. Silua frequens trabibus, Arboribus densa Ouid. Met. 8, 329. Acernis trabibus contextus equus Virg. Aen. 2, 112. Ahenae trabes Claud. de Rapt. Proserp. 1, 242. Annosae trabes Stat. Theb. 9, 468. Argentae Plin. 33, 3. Auratae: vid. Brouckbus. ad Tibull. 3, 3, 16. Citrea Hor. Od. 4, 1, 20. Dens trabibus umbrosa templa Ouid. Met. 11, 360. Excisa trabs Virg. Aen. 2, 481. Fractae trabes Iuven. Sat. 14, 296. Fraxineae trabes Virg. Aen. 6, 181. Hymettiae e marmore Hymettio Hor. Carm. 2, 18, 3. Sic Plin. 36, 8. Trabes vocat Obeliscos ubi de Syenite marmore. Lapides et Marmora intelligit etiam Plin. Pan. 54, 7 Non trabibus aut saxi nomen tuum, sed monumentis aeternae laudis inciditur. Nexae trabes aere Virg. Aen. 1, 452. Add. Ib. 2, 448. Perpetua trabes, vid. PERPETVVS. Plana trabs, *Trabium contextus planus* Cato c. 18. *Quadrifida trabs* Valer. Argon. 1, 663. *Saucia securi trabs ingens, Maxima arbor securi percussa* Ouid. Met. 10, 273. *Trabibusque Smaragdis Supposuit caesas Hyacinthi rupe columnas.* Solidae trabes Ouid. Met. 1, 551. *Sublimi a trabe pendere* Ouid. Rem. Amor. 18. ¶ 2 *Sollempni Synecdoche, Trabs, pro Naui.* Hor. Carm. 1, 1, 13 *Vt trabe Cypria Myrtoum pavidus nauta secet mare.* Fractae trabes Iuvenal. 14, 296. *Natantis trabis impetus* Catul. de Phaselo 4, 3. *Turbatur mare trabibus, i. Navigiis* Virg. Aen. 4, 566. *Vasta trabs* Perf. Sat. 5, 141. *Cava trabs* Virg. Aen. 3, 191. ¶ 3 *Metaphor. Trabs, i. mentula: vid. Barth. Adv. 61, 12. In vestibulis sunt trabes, striae coloribus inuicem distinctae. Vid. TRABEA. Trabes, Meteoron genus apud Plin. 2, 26 in tit. Faces, lampades, trabes. Conf. Sen. Qu. Nat. 1, 1 et 15.**
- TRABECVLA, ae. f. *Dimin. Vitruu. 10, 21 Habuerat mediam contabulationem supra trabeculas.*
- TRABVCVS, a, um. Adj. [*δοκίος*] *Quod trabibus factum est: ut, Nauis trabica, quae trabibus confecta est. Festus.*
- TRABĀLIS, e. Adj. [*δοκίωδης*] *Cic. Verr. 5, 52 c. 21 Et ut hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clauo figeret, cum consilio causam Mamertinorum cognoscit. Clauus trabalis magnus firmusque esse debet etc. Unde necessitatem et immutabilitatem fati sic declarat Hor. Carm. 2, 55, 18*
- Te semper anteit faeuia necessitas,
Clauos trabales, et cuneos manu
Gestans ahenae: nec feuerus
Vncus abest, liquidumue plumbum.*
- Add. Arnob. 2 p. 52. Hasta trabalis, Ingens, quanta est trabs* Stat. Theb. 4, 6. *Telum trabale* Virg. Aen. 12, 294.
- TRACHALI, appellatur Muricum ac purpurae superiores partes. *Vnde Ariminenses maritimi cognomen traxerunt. Festus. τραχάλος f. τραχίλος ceruix est.*
- TRACHALLVS, i. m. [*Τράχαλλος*] *Orator Domitiani temporibus sublimis et satis apertus fuit, et quem velle optima crederes: auditus tamen maior Quinctil. 10, 1. Vid. Idem 10, 5 ad finem.*
- TRACHĒA, siue TRACHĪA, ae. f. [*τραχῆα*] *Arteria pulmonis, quae et Spiritalis fistula dicitur, vid. Gell. 17, 11.*
- TRACHĒLV M, i. n. siue TRACHELV S, i. m. *Proprie ceruix est. Metaph. Media pars est naualis veli, cuius summa Carchesium nominatur. Sic legitur apud Macrob. Saturn. 5, 21. Sed docti legendum putant, Naualis mali. Ap. Vitruu. 10, 15 Trachelum dicitur pars quaedam catapultae. Conf. Baldi Lex. p. 134.*
- TRACHINIA, ae. f. *Rosae species. Plin. 21, 4.*
- TRACHIN vel TRACHIS, inis. f. [*Τραχίς*] *Ciuitas Thessaliae, quae Heraclea ad Hercule cognominata est. Sen. Herc. Oet. 135 Ad Trachina vocor, saxa rigentia. Et Troad. 818 Fortis armenti lapidosa Trachina. Hinc*
- TRACHINIVS, a, um. Adj. [*Τραχίνιος*] *Vt, Miles Trachinius* Lucan. 3, 178. *Puppis Trachinia* Ouid. Met. 11, 502. *Tellus Trachinia* Idem ibid. 11, 269. *Est Sophoclis Tragoedia Trachinae, quam citat Cic. Tusc. 2, 20 c. 8.*
- TRACHONĪTIS, is. f. [*Τραχονίτις*] *Regio Syriae Palaestinae, ut scribit Plin. 5, 18.*
- TRACHY, yos. n. *Genus balsami, ap. Plin. 12, 26. Ad verbum asperum.*
- TRACTA, orum, vel TRACTA, ae. *Eduii genus, Vid. TRACTVS, a, um, sub TRAHO.*
- TRACTATVS, TRACTIM, TRACTO, TRACTVS, vid. TRAHO.
- TRADITIO, vid. TRADO.
- TRĀDO, didi, ditum, ěre. [*παράδωμι, μετάδωμι*] *Est velut Transdere (ut nunquam scriptum inuenitur, quod suo loco monemus) siue dando transferre, atque adeo paullo plus quam dare, porrigere. Plaut. Merc. 2, 2, 7 Praesto ipsi facito coram vt tradas in manum. Aliquem de manu in manum tradere Cic. Fam. 7, 5. i. commendare. Qualem commendes, etiam atque etiam adspice, ne mox Incutiant aliena tibi peccata pudorem: Fallimur, et quondam non dignum tradimus Hor. Epist. 1, 18, 76. Scilicet, vt tibi se laudare et tradere coner Idem Epist. 1, 9, 3. Add. Ouid. Tr. 1, 1, 96. et mox TRADITVS. Cic. pro Domo 30 Neu se, neu Pompeium absentem Imperatorem suum aduersariis ad supplicium tradant, obsecrat. Ad supplicium tradere Liu. 29, 3. Ardua tradere Caes. Bell. Gall. 2, 13. Afino, vid. b. v. n. 4. Causam aduersariis tradere Ter. Phorm. 105*

- 2, 1, 7. *prodere.* Tenere consuetudinem ab aliquo traditam Cic. de Diuin. 2, 15. Consuetudini Latinae tradere Columel. in Prooem. 12. *b. e. In Latinum sermonem vertere.* Cic. Qu. Frat. 1, 2 Et cum eum fugituum esse postea ex Aesopi literis cognosceret, hominem comprehendit, et in Custodiam Ephesi tradidit. Custodia captiuorum tradita tribunis militum Liu. 38, 23. Custodiae tradere Colum. 8, 15. Cic. Philipp. 2, 3 c. 2 At enim te in Disciplinam meam tradideras. Plaut. Curc. 3, 15 Ego hoc Effectum lepide tibi tradam. *i. efficiam, ut Dare.* Excruciandum aliquem tradere Hirt. 10 Bell. Alexand. c. 55. Fama tradita res, *Rumore tantum accepta* Liu. 27. *Aliter Idem 5, 33* Eam gentem traditur fama dulcedine frugum, maximeque vini noua tum voluptate captam, Alpes transisse. In fidem deditioemque se suaque alicui tradere Liu. 34. Tacit. Hist. 3, 77 Vacuam arcem furtim tradi futurum. Liu. 36, 24 Ob 15 eam ferociam maius victoribus gaudium traditus fuit *Damocritus: quo ferocior fuerat, tanto magis gauisi sunt victores, eum in potestatem redactum.* Cic. Att. 14, 13 Me deinde sine ad hanc opinionem iam nunc dirigere puerum, et tenero animo eius persuadere, non esse tradendas posteris Inimicitias. *b. e. quasi hereditatem relinquendas.* 20 Lampada tradere Lucret. 2, 78. *uid. LAMPAS.* In Manus alicuius tradere, *uid. MANVS.* Morem tradere Plin. 15, 30. Morem traditum ab antiquis seruare Hor. Serm. 1, 4, 117. Ita tradito More Curt. 3, 11, 23. Mores opibus tradere, *condonare, v. g. insolefcere opibus* Martial. 11, 6. Palmam tradere alicui Plin. 14, 25 4. Per Manus tradere Caes. Bell. Ciuil. 1, 68. Traduntur per successiones Morbi Plin. Epist. 1, 12. In Posteris sermonem tradere Quinctil. 1, 1. Cic. de Diu. 1, 107 Atque ille Romuli auguratus pastoralis non vrbanus fuit, nec fictus ad opiniones imperitorum, sed a certis acceptus et Posteris traditus, *ut Lex.* In Potestatem alicuius alterum tradere Caes. Bell. Ciuil. 1, 20. Praedia vacua alicui tradere Cic. pro Rosc. Amer. 21. In Pistrinum aliquem tradere, quod et Trudere dicitur Plaut. Most. 1, 1, 16. Prouinciam alicui tradere Ter. Heaut. 3, 2, 5. Cic. de Prouinc. Consul. 39 Nam vt C. Iulius omnibus a senatu eximiis ac nouis rebus ornatus per manus hanc Prouinciam tradat ei, cui minime vos velitis. Puerum tradere praecceptorum, vel magistro Plin. Epist. 3, 3. Cic. Tusc. 3, 2 Cum vero parentibus redditi, id est magistris traditi sumus, tum ita in variis inbuimur erroribus. Idem Verr. 1, 131 Quaesuit quis aedem Castoris Sartam testam deberet tradere. Caes. Bell. 40 Gall. 8, 43 Itaque necessitate coacti se tradiderunt. Conf. Tac. H. 2, 22, 6. Se tradere medico Scribon. Ep. m. Cic. de Inuent. 1, 4 Quasi ex aliqua turbida tempestate in portum, sic ex seditiosa, et tumultuosa vita Se in studium aliquod traderent quietum. Se tradere inimicis alicuius Cic. post Redit. ad Quir. 13. Idem de Fin. 45 1, 47 Plerique autem quod tenere atque seruare id quod statuerunt non possunt, victi et debilitati obiecta specie voluptatis tradunt Se libidinibus constringendos, nec quid prouenturum sit prouident. Idem de Diuin. 2, 121 Qui salubri et moderato cultu atque victu quieti se tradiderit. Cic. Qu. Fratr. 3, 3 Donum (vt debuimus) ad 50 eum statim venimus, eique nos totos tradidimus. Sub leges pacis tradere se Virg. Aen. 4, 618. Cic. Fam. 16, 1 Ei te totum trade: malo te paullo post valentem, quam statim imbecillum videre. Se tradere studiis Plin. Epist. 1, 9. Cic. de Prouinc. Consul. 10 Iam vero publicanos miseros, me etiam miserum, illorum ita de me meritum miseris ac dolore, tradidit in seruitutem Iudaeis et Syris nationibus natis seruituti. Signa tradere Scribon. 178. Vltro tradere Hor. Serm. 2, 5, 75. ¶ 2 *Ad narrationes et relationes refertur.* Liu. 1, 13 Id non traditur, quum haud dubie aliquanto numerus maior hoc mulierum fuit. Cic. Tusc. 1, 5 Nam Galbam, 60 Africanum, Laelium, doctos fuisse tradunt. Idem ibid. 5, 114 Traditum est etiam Homerum caecum fuisse. Tradit Cicero Plin. 7, 22. Tradit et Fabius pictor in annalibus suis, quum obsideretur praesidium Romanum, etc. Plin. 10, 24. Aristides qui omnium iustissimus fuisse traditur Cic. pro Sext. 141. Traditur antiqui 65 fabula plena ioci Ouid. Fast. 2, 304. Plin. 13, 1 Vnguenta quis primus inuenerit, non traditur. Non certum traditur Liu. 2, 8. Cic. Verr. 5, 156 Quid vero illa Segestanorum non solum literis tradita, neque commemorata verbis: sed multis officijs, illorum vsurpata et comprobata cognatio? Literis et Memoriae tradere Quinctil. 70 lib. 1 Prooem. 3. Colum. 8, 13. Ingenium variosque sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit Cic. de Orat. 3, 57. Idem Fam. 6, 22 Quae didicisti, quaeque ab adolescentia pulcherrime a sapientissimis viris tradita, memoria et scientia comprehendisti, iis hoc tempore vtare. Memoriam alicuius rei posteris tradere Liu. 8, 75 10. Memoriae posteris tradere Idem 3. Cic. in Somn. Scip. 2 Ades, inquit, animo et omitte timorem Scipio: et quae dicam trade memoriae. Cic. in Parad. 3 Nam istum doctum et sapientem virum fuisse memoriae traditum est. Monumentis traditur Plin. 7, 16. Alias, Creditur. Vid. n. 5. Res gestas carminibus Lucr. 80 5, 1443. ¶ 3 Tradere, pro Docere. Caes. Bell. Gall. 6, 13 De deorum immortalium vi ac potestate disputant, et iuuentuti tradunt. Bonas Artes iuuentuti: *uid. Ouid. Heroid. 5, 145.* Putabam Virtutem hominibus (si modo tradi ratione possit) instituendo et persuadendo, non minus et vi ac metu tradi Cic. de Orat. 1, 247. Ver- 85 bosus aliquid tradere Quinctil. 4, 1. Quum haec omnia audirentur ab iis, quibus non Scientia esset tradenda, sed exigui temporis aut falsa, aut certe obscura Opinio Cic. de Orat. 1, 62. Idem pro Flacc. 42 Et qui se artem dicendi traditurum etiam caeteris profitebatur, ipse omnibus turpissimis iudicijs conuictus est. Idem Acad. 90 4, 2 c. 1 Qui quidem etiam solliciti cuidam se artem ei memoriae, quae tum primum proferebatur, traditurum, respondisse dicitur obliuisci se malle discere. Artificium disputandi Cic. Acad. 4, 114. Praecepta plurima differendi tradere Id. in Orat. 114 c. 32. Praecepta dicendi tradere Cic. de Orat. 1 c. 18. Praecepta tradit volandi Ouid. 95 Met. 8, 208. *de Daedalo.* Cic. de Finib. 3, 65 Impellimur autem natura, vt prodesse velimus quam plurimis, in primisque docendo, Rationibusque prudentiae tradendis. Vias optimarum artium aliquibus tradere Cic. de Diuin. 2, 1. *Scribitur interdum* Transdo. Caes. Bell. Gall. 7, 89 Arma transdere. ¶ 4 Tradere recentioribus prodere est, quod in Italorum sermonem vulgarem commigrauit. Nec tamen plane caret auctoritate veteri. Ter. Phorm. 2, 1, 7 Causam aduersariis scientem, tacitum, tradere. Tac. Hist. 3, 77 Vacuam arcem furtim tradi, futurum. Aur. Vict. de V. I. 56 Vxor regis Ortiagontis — marito adulterum interficiendum tradidit. *Hinc* 05 *apud* Quinctil. 7, 1, 9 *legendum* *conferbat* vir doctus, Nam C. Varenum 5 M occi-

occidendum — tradidit pro vulg. cadit, quod corruptum putat ex tradit, Syllaba geminanda semel tantum pro more scripta. Sedul.

Acrostich. Christi v. 74 Tunc ille Iudas carnifex Ausus magistrum tradere. ¶ 5 In MSS. permutantur Trado et Credo: Dra-

kenh: ad Sil. 16, 371. TRADITVS, a, um. Partic. [παράδοτος] Vt, Neci traditus Sen. Medea 7. Falsa sunt, quae iste tradita a magistro suo dixit Curt. 8, 8, 1. Pleraque a maioribus tradita mutauit Idem 5, 2, 6. Traditus et commendatus Caes. B. C. 3, 57. Ab illo traditi, ad hunc gradum amicitiae tuae ascendimus Curt. 7, 1, 28.

TRADITIO, ōnis. f. [παράδοσις] Cic. in Topic. 28 c. 5 Abalienatio, est eius rei quae mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iure civili fieri possunt. Gell. 13, 21 Per quod apparet non esse id Poëtice a Plauto dictum, sed eam quoque traditionem fuisse, vt Nerio a quibusdam vxor esse Martis diceretur. i. traditum fuisse. Ieiuna atque arida praeceptorum traditio, atque nuda Quinctil. 3, 1.

TRADITOR, ōris. m. Qui tradit vel prodit. Tacit. Hist. 4, 24, 3 Interfecto traditore. Conf. Tertull. de Fuga in Persec. c. 13. ¶ 2 In veteri ecclesia Traditores appellati sunt, qui Biblia exhiberent comburenda: vid. Augustin. de Bapt. 7, 2. Baron. ad A. C. 320. et Ann. T. 2 §. 2 seqq.

TRADVCO, xi, ctum, ĩre. [μάρτυρα, διαβιβάζω, μεταφέρω, δερματίζω, παραδερματίζω] Ex Trans et Duco, quod et Transducere dicitur. Ter. Heaut. 4, 4, 22 Ancillas omnes Bacchidis traduce huc ad vos pro-

pere. Idem Adelp. 5, 7, 12 Traduc et matrem, et familiam omnem ad nos. Ex arboribus in arbores traductis vitibus fit vinea Varro de R. R. 1, 8. Vid. TRADVX. Copias traducere flumen Caes. Bell. Gall. 1, 13. Equum traducere, iubet censor eum, quem retinet inter equites Cic. pro Cluent. 143. Idem Att. 1, 15 Is ad plebem P. Clodium traduxit, i. eius arrogationem, qua Plebeius factus est, adiunxit. Messes fatas alio traducere Virg. Ecl. 8, 99. Cic. de Orat. 2, 293 Abducere animos a contraria defensione, et ad nostram conor traducere. Idem ibid. 2, 199 Tum omnem orationem traduxi et conuertii in increpandum Caepionis fugam. Cic. Off. 3, 22

Vt si vnumquodque membrum sensum hunc haberet, vt posse putaret se valere, si proximi membri valetudinem ad se traduxisset, debilitari et interire totum corpus necesse esset. Idem de Finib. 4, 2 Atqui, inquam Cato, istud obtinueris, traducas me ad te totum licebit. Eos qui audiunt, ad magnam admirationem traducere Cic. in Orat. 192. Traducere ad mala consilia corruptum largitionibus animum Cic. ad Brut. 4. Idem Fam. 1, 2 Ita sum cum illo locutus, vt mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere. Conf. Idem Fam. 1, 5. Cic. de Inuent. 1, 3

Ac mihi quidem videtur hoc nec tacita, nec inops dicendi sapientia perficere potuisse, vt homines a consuetudine subito conuerteret, et ad diuersas rationes vitae traduceret. Aliquem a seueritate ad hilaritatem traducere Cic. de Clar. Orat. 322. Aliquid ab laetitia ad metum traducere Idem de Arusp. Resp. 23. Animi motus alio traducere Lucret. 4, 1060. Animos a minore cura ad summum timorem Cic. Fam. 1, 5. Idem de Legib. 1, 9 Et ego animi pendere soleo, cum semel quid orsus sit traducor alio: neque tam facile interrupta contexo, quam absoluo instituta. Omnes traducere in assensum sui consilii Liu. 34, 33. Idem 32, 39 In sententiam suam Quintium traduxit. Cic. pro Cluent. 144 Quum ego quae mihi viderentur dicerem, traduxit me ad suam sententiam. Cic. Diu. in Caec. 1 Aut ego, qui me ad defendendos homines ab ineunte adolescentia dedissem, tempore atque officio coactus, ad accusandum traducerer. Cogitationes ad voluptates traducere Cic. Tusc. 3, 25. Idem de Pro-

vinc. Consul. 22 Quas in viris fortissimis non solum exstinxit Reipubl. dignitas, et ipsorum: sed etiam quandoque ad amicitiam, consuetudinemque traduxit. Mentis a cogitationum intentione ad tranquillitatem traducere Cic. Tusc. 4, 3. Idem ibid. 3, 56 Aut a disputandi subtilitate orationem ad exempla traducimus. Cic. Att. 5, 9

Faciam denique, vt summa modestia et summa abstinentia munus hoc extraordinarium traducamus. Tib. 1, 1, 3 Me mea paupertas vitae traducat inertis, i. transferat ad otium. Paupertas enim est mediocris vitae conditio. Traducere, pro Traduces facere. Paullus in l. Si duo D. Vti possidetis, Si actor vicini tui ex fundo tuo vites in suas arbores traduxit. ¶ 2 Tempus traducere, Consumere. Cic. Fam. 4, 6 Qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus. Aeuum leniter traducere Hor. Epist. 1, 18, 97. Vitam sine vilo corporis languore traducere Plin. 7, 2, 21. Cic. Tusc. 3, 25 Si volumus hoc quod datum est vitae, tranquille placideque traducere. Vitam otiosam et quietam sine vilo labore aut contentione traducere Cic. de Senect. 82 c. 23. O adolescentiam traductam eleganter Cic. pro Planc. 30 c. 12. Idem pro Lege Manil. 28 Cuius adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis praeceptis, sed suis imperiis: non offensionibus belli, sed victoriis, non stipendiis, sed triumphis est traducta. ¶ 3 Traducere, Deridere, infamia afficere, et velut in exemplum proponere deridendum omnibus per vicos et theatra: Liu. 2, 38 de Volscis loquens publico consilio, ac voce praeconis, a spectaculis exactis, Vos omnibus ciuibus, peregrinis populis spectaculo abeuntes fuisse? vestras coniuges, vestros liberos traductos per ora hominum? Ad originem et proprietatem formulae indicandam etiam facit illud Sueton. Tit. 8 Delatores assidue in foro flagellis ac fustibus caesos, ac novissime traductos per amphitheatri arenam etc. Malignis lusoribus propositum est, collusorem traducere Sen. de Benef. 2, 17. Squallentes traducit auos Iuuenal. 8, 17. ignominia, qua ipse turpis est, afficit, forte cum relatione ad pompas sollemnes funerum, ubi imagines maiorum traducebantur etiam proprie, s. transuehebantur. Add. Parei Lex. Crit. p. 1246. Erhard. ad Petron. c. 17 p. 60. Martial. 6, 77 Multoque magis traduceris Afer. Vid. Sueton. in Tito c. 8. Traducere carmina manifesto furto. b. e. Arguere furti, vel infamare et convincere Martial. 1, 54. ¶ 4 Simpliciter ostentare significat ap. Petron. c. 41 p. 184. Et 126 Histrio scenae ostentatione traductus. Nempe traducuntur etiam, in quibus gloriamur. Tac. An. 12, 36 Phalerae torquesque, quaeque externis bellis quaesierat, traducta, de Spectaculo publico, qualis etiam Triumphus, Transuectio equitum etc. Legitur et Transduco. V. g. Sen. de Ira 2, 13 In melius transduci. Vid. Dicta ad TRANSDO.

TRADVCTIO, ōnis. f. [μεταγωγή] Traducendi actus: Traductio captorum Auson. ad Gratian. c. 4. Cic. de Diuin. 1, 127 c. 56 Non enim illa, quae futura sunt, subito existunt: sed est quasi rudentis explicatio, sic traductio temporis nihil noui efficientis, et primum

quidque replicantis. Traductio et immutatio in verbo Cic. de Orat. 3, 165. Traductio ad plebem furibundi hominis Idem pro Sext. 15. Sen. de Ira 1, 7 Hic damnato cum dedecore et traductio-

ne vitam exigit. ¶ 2 Traductio; Figura quae Graece Antanaclasis dicitur, nimirum eiusdem verbi contraria, diuersa certe, significatio, quale est illud, Amari iucundum est, si curetur, ne quid insit amari.

Auium dulcedo ducit ad auium, et apud Ouidium, Cur ego non dicam Furia te Furiam? quae exempla vitandi potius quam imitandi causa poni a se ait Quintil. 9, 3, 70, et addit, Cornificius hanc traductio-

ductionem vocat, videlicet alterius intellectus ad alterum. ¶ TRADUCTVS, ūs. m. Ammian. 18, 8 Praesidium per eos traductus agentes.

TRADUCTOR, ōris. m. [μεταγωγέως] Cic. Att. 2, 9 Vt sciat hic noster Hierosolymitarum traductor ad plebem, quam bonam meis purissimis orationibus gratiam retulerit. Pompeium tangit, qui Clodii adoptionem iuuerat.

TRADUX, ūcis. interdum m. interdum f. Quid esset declarat Varro de R. R. 1, 8 Quartum pedamentum est natiuum eius generis, ubi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit, quos traduces, quidam rumpos appellant. Columel. 5, 7 Si tradux traducem non contingit, media virga inter eas deligetur. Add. ib. c. 6. Nexu traducum impeditae vineae Tacit. Hist. 2, 25. Columel. 4, 29 In illa inferendi ratione, quae fit per terebrationem, primum de vicino fructuosissimam oportet considerare vitem, ex qua (velut traducem in-

haerentem matri) palmitem attrahas, et per foramen transmittas: haec enim tutior et certior est insitio: quoniam et si proximo vere non comprehendit, sequente certe, quum increuit, coniungi cogitur, et mox a matre reciditur, atque ita superficies insitae vitis vsque ad receptum furculum obruncatur. Huius traducis si non est facultas, tum detractum viti, quam recentissimum eligitur sarmentum: et leuiter circumrasum, ut cortex tantum detrahatur, aptatur foramini, atque ita luto circumlinitur resecta vitis, ut totus truncus alieni generis viti seruiat: quod quidem non fit in traduce, qui a materno sustinetur vber-

re, dum inoleseat. ¶ 2 Metaph. de animarum propagatione. Vitandus tamen error erit, ne traduce carnis Transfundi in sobolem credatur fons animarum, Sanguinis exemplo, cuius texta propagine vena est Prudent. Apoth. v. 983. Conf. Tertull. de Carne Chr. c. 20. et adu. Valent. c. 25. Augustin. Epist. 158.

TRAGACANTHA, ae. f. [τραγάνθη] Frutex est, de quo Plin. 13, 2 f. 36 Eadem Creta et Tragacanthem gignit, spiniae albae radice. Meminit inter medicinas ulcerum 26, 14 f. 87. Huius succus quidam densatus, TRAGACANTHVM est, quo saepe vititur Scribon. v. g. 22. 72 etc. Album memorat Id. 108. Candidum Id. 75. Vid. Dioscorides 3, 23 qui et describit plantam, et Tragacantham Fem. gen. vocat lacrimam, quae super resecta radice concrefcit. Conf. Cels. 5, 2 et 13.

TRAGANTHES, is. f. Artemisiae species. Apul. de Herb. 11. TRAGANVS, a, um. Adj. Apic. 8, 7 Porcellus traganus. cuius neque nomen, neque naturam quisquam docet.

TRAGELAPHVS, i. m. Hirco-cervus. Describit Plin. 8, 33. Solin. c. 19. TRAGEMATA. n. Pl. [τραγήματα] Bellaria, secundum Macro-

bium, Saturn. 2, 8. i. Omne mensae secundae genus. Nam quae πείματα Graeci vel τραγήματα dixerunt, ea veteres nostri appellauerunt bellaria. Add. Gell. 13, 11. ¶ 2 Item. Genus palmarum, ap. Plin. 13, 4. Conf. Spanhem. de Numism. Diss. 6 p. 348.

TRAGION siue TRAGONIS, is. f. [τραγίον] Herba, nascitur in Cretae tantum insulae maritimis, iunipero similis et semine, et folio, et ramis. Succus eius lacteus in gummi spissatus — impositione spicula e corpore eiicit etc. Vid. Plin. 13, 21. et 27, 13.

TRAGOEDIA, ae. f. [τραγωδία] ἀπὸ τῆς τραγῆς, καὶ τῆς ὀδῆς; Quasi hirci cantus. Nam hircus dabatur in praemium tragicis auctoribus, qui rustici et pastores erant. Vel ab hirco vinearum hoste. Hor. de Arte Poët. 220 Carmine qui tragico vilem certabat ob hircum. Alii putant a faece, quam Graeci tryga vocant, tragoediam appellatam, quasi τραγωδίαν quando olim nondum personis ab Aeschilo repertis, tales fabulas peruncti ora faecibus agitabant. Hor. de Arte Poët. 275

Ignotum tragiccae genus inuenisse Camoenae Dicitur, et plaustris vexisse poemata Thespis; Quae canerent, agerentque peruncti faecibus ora. Paullatim facta est Tragoedia, Genus poematis grande, in quo heroes introducuntur, duces, reges: item, Luctus, exilia, caedes. In hac tristes Tyrannorum exitus et scelera poenas repraesentabant. Propter quod Euripides, petente Archelao rege, ut de se tragoediam scriberet, abnuuit: ac precatus est, ne accideret Archelao aliquid tragoediae proprium. Tragoediae prosopopoeia est Ouid. Am. 3, 1, 11

Venit et ingenti violenta Tragoedia passu Fronte comae torua, palla iacebat humi. Laeva manus sceptrum late regale tenebat, Lydius alta pedum vincla cothurnus erat. Nempe tali fere habitu inducebantur reginae, s. tyrannorum uxores. Romana Ouid. Am. 3, 1, 29. Add. Ib. v. 35. Seneca tragoedia Hor. Carm. 2, 1, 9. Cic. de Orat. 2, 205 Ne aut irrisione aut odio digni putemur, si aut tragoedias agamus in nugis, etc. Quintil. 6, 1 De peroratione, nam in paruis, inquit litibus has tragoedias mouere, tale est, quasi si personam Herculis et cothurnos aptare infantibus velis. Παρὰ τραγωδίαν hoc Graeci vocant, felicitate compositionis et hic vsi: uti verbis, quibus in Tragoediis vtuntur vehementer commoti. Efficere tragoedias Cic. Tusc. 4, 73 c. 34. eodem sensu. Item Excitare tragoedias Idem pro Milon. 18 c. 7. Sed Cic. de Senect. 22 Sophocles ad summam senectutem tragoedias fecit. i. scripsit. Mouere tragoedias Quintil. 6, 1. ut Agere, Efficere, Excitare. Cic. de Orat. 1, 219 Neque vero istis tragoediis tuis, quibus uti Philosophi maxime solent, Crasse, perturbor. i. magniloquis dictis et sententiis.

TRAGICVS, a, um. Adj. [τραγικός] Quod ad tragoediam spectat. Vt, Tragicus actor Liu. 24, 24. Cic. de Orat. 2, 227 Sed haec tragica atque diuina magna, et velut per enthusiasmon quendam prolata: faceta autem et vrbana innumerabilia ex vna concione meministi. Ars tragica Hor. Epist. 1, 3, 14. Caestus tragicus Lucan. ad Pison. 226. Cantus tragicus Plin. 30, 2. Cothurni tragici Hor. Serui. 1, 5, 64. Grandis, et vt ita dicam, tragicus orator Cic. de Clar. Orat. 203 c. 55. Poeta tragicus Idem de Opt. Gen. Orat. 1. et de N. D. 1 c. 20. Scelus tragicum, Dignum tragoedia, vel quale tragoedi in suis tragoediis decantare solent Liu. 1, 46. Versus tragici Hor. de Arte Poët. 89. Tragicus Orestes, Qui in tra-

tragoediis inducitur Cic. in Pison. 47. Spirare tragicum, Efflare
carmen tragicum. Hor. Epist. 2, 1, 166. Substantius: Hor. de
 Arte Poët. 95 Et tragicus, qui in tragoedia inducitur, plerumque do-
 let sermone pedestri. Ut ille ait tragicus int. Poëta, Sen.
 Epist. 49 extr.

TRAGICE. Adiu. [τραγικῶς] Cic. de Clar. Orat. 43 c. 11 Hanc
 enim mortem rhetorice et tragice ornare potuerunt. Tragice, b. e.
Grauter, et verbis grandibus, quibus tragici utuntur. nam, Omne ge-
 nus scripti grauitate tragoedia vincit. Sic Senec. Epist. 100 Si aliquid
 oratorie acre; tragice grande; comice exile.

TRAGOEDVS, i. m. [τραγωδός] Actor Tragoediae. Cic. de
 Orat. 1, 128 c. 28 Vox tragoedorum, gestus paene summorum actorum
 est requirendus. Miros audire tragoedos Hor. Epist. 2, 2, 129.
 Comoedum in tragoediis, et tragoedum in comoediis admodum pla-
 cere vidimus Cic. in Orat. 109. Add. Iuuenal. 6, 74 et 394. Suet.
 Calig. c. 57. Tertull. de Spectac. c. 25.

TRAGICOCOMOEDIA, ae. f. *Mixta rebus grauibus et iocosis*
fabula. Plaut. Amph. Prol. v. 59 et 63.

TRAGONIS, vid. TRAGION.

TRAGOPANES. [τραγοπάνες] Sic enim legendum ostendit
Salmas. ad Solin. p. 285. Aues quaedam in Aethiopia, aquilis maiores,
cornua in temporibus curuata habentes, ferruginei coloris, capite tantum
Phoeniceo. Vid. Mela 3, 9. Plin. 10, 49. Solin. 30.

TRAGOPŌGON, i. n. [τραγοπόγων] Graecis, quae Latinis Hirci
 barbula appellatur, Herba, quae hac facie repraesentatur a Theophrasto,
 Radix longa, dulcis, folium croci, longius, caule paruo, super quem ca-
 lyx latus et barbula, quae summo vertice incana et proluxa funditur, unde
 nomen accepit. Vid. Plin. 21, 15. 27, 13 f. 117 ubi etiam comen ab aliis
 vocari monet κόμην, comam.

TRAGORIGANVM, i. n. Herba. Plin. 14, 16. et 20, 17. Cels.
 5, 21. et 5, 11.

TRAGOS. [τράγος] Graecis caprum significat. Est vero etiam
 herbae nomen. Plin. 27, 13 f. 116 Est et alia herba tragos, quam
 aliqui scorpion vocant, semipedem alta, fruticosa, sine foliis, pufil-
 lis racemis rubentibus, grano tritici, acuto cacumine etc. Add. 9, 35
 45. 13, 21. 31, 11.

¶ 2 Item Piscis, qui Hircus Latino no-
 mine dicitur. Plin. 9, 45. ¶ 3 Item Odor hirci. Martial.
 11, 23. ¶ 4 Denique Spongiae duriores dicuntur Tragi
 Plin. 9, 45 f. 69.

TRAGVLA, ae. f. [κρηπίς, βολίς, Gloss. Lat. Gr.] Genus teli,
 dictum quod scuto infixum trahatur, inquit Festus. A traiciendo,
 sec. Varr. L. L. 4, 24. Sallust. in Fragm. Hist. 1, 1 Auidissimis, at-
 que praeparatis ducibus, et Metellus ictu tragulae sauciaretur. Vid.
 Caes. Bell. Gall. 1, 26. Sil. 3, 318. Liu. 24, 42. Plaut. Casin. 2, 4,
 18 Ego istam aliquouorsum tragulam decidero, i. molestiam amoliar,
 a ferro in vulnere haerente, quod etiam cum dolore auellendum, vel am-
 plicato vulnere detrahendum est. Plaut. Epid. 5, 2, 24 Tragulam
 in te iniicere adornat, nescio quam fabricam facit. i. Dolum aliquem
 in te struit, laedere te subito et ex occulto parat. ¶ 2 Tra-
 gulae piscantium memorantur Plin. 16, 8 Vfus suberis ancoralibus ma-
 xime nauium, piscantium tragulis, et cadorum obturamentis. Puta-
 bam posse iacula intelligi, s. tela, quibus suber adiunctum sit, quo na-
 tent. Sed rete siue verriculum a trahendo dictum intelligi volunt Tur-
 nob. 22, 14 et Hard. ad l. c.

TRAGVLARIVS, i. m. Qui tragulam iacit. Veget. 2, 15.

TRAGVM, i. n. [τράγος] Facitium quiddam est, quod simili
 modo ex tritici semine fit, ut ptisana ex hordeo, ut ait Plin. 18, 7 f. 16.
 Vid. Diosc. 4, 49. Plin. 18, 10 f. 20, 4.

TRAGVRIVM. [Τραγύριον] Insula et oppidum Illyrici, vulgo
 Trau. Plin. 3, 21 et 22.

TRAGVS, vid. TRAGOS.

TRAHA, vel TRAEHA, ae. f. [Ἰληθρον] Genus vehiculi sine
 votis, quo coloni utuntur. A trahendo dictum, ut ait Seruius. Tra-
 hitur enim, non voluitur. Virg. Georg. 1, 164 Tribulaque, traheae-
 que, et iniquo pondere rastri. Per epenthesim dixit Trahae, pro
 Trahae: sicut Nauita, pro Nauta. Τρανή τὰς βάλαν ἀφαιρίζουσα Gloss.
 Lat. Gr. Si pauca iuga sunt, adiicere tribulam et traham possis Col-
 lumel. 2, 21.

TRAHARIVS, i. m. Qui traha vehit Sidon. Apollin. Epist. 6, 1.

TRAHAX, ae. f. antiquum. [Ἐκπιτικός Onomast.] Auidus,
 rapax, omnia ad se trahens. Plaut. Perf. 3, 3, 6 Procax, rapax, trahax,
 trecentis versibus tuas impuritas loqui nemo potest.

TRAHO, xi, ctum, ere. [ἄλκω, ἔλκω, ἔρω, σύρω, σπῶ, ἔλλω]
 Videtur trahere dici proprie ille, qui praecedens ipse aliud post se posi-
 tum mouet, ut agere, qui sequens impellit, quod ante se est: item trahit
 qui, ad se ut moueatur aliquid, efficit, agit etiam qui exigit, abigit etc.
 Saepe etiam trahere est per vim ducere. Trahimur enim inuiti: Du-
 cimur volentes. Sic Seneca in Epist. 107 Ducunt volentem fata, nolen-
 tem trahunt. Virg. Aen. 2, 550 Altaria ad ipsa trementem Tra-
 xit. Hostiam trahi, mali ominis erat, quum duci debebat: vid.
 Brouckhus. ad Tibull. 1, 11, 26. et 2, 1, 15. Plaut. Mil. 2, 6, 10
 Meamne hic in via hospitam, quae heri huc Athenis cum hospite ad-
 venit meo, tractam et ludificatam ingenuam et liberam? Sed legitur
 bodie tractatam. Lucan. 4, 222 Trahimur sub nomine pacis. int. in
 seruitutem in calamitatem. Trahere, et Sustollere amiculum, con-
 traria, cum trahat qui negligenter dependere sinit, eoque velut solum ver-
 rit, Plaut. Cist. 1, 1, 117. Trahere de visceribus gladium Mar-
 tial. 1, 14. Liu. 28, 29 Tracti inde de medio omnes, interfecti
 vel cadauera potius eorum, de quibus in medio exercitu supplicium sum-
 tum fuerat. Cic. de Nat. Deor. 2, 25 c. 9 Atque etiam ex puteis
 iugibus, aquam calidam trahi t. bauriri. Exiguo sonem conami-
 ne traxit Ouid. Fast. 4, 325. Trahere puerum, quasi qui vis
 possit ambulare. Virg. Aen. 2, 457 Et auo puerum Astyanacta trahe-
 bat. Vid. ibid. 320. Cic. de Diuin. 1, 86 Magnes lapis est, qui
 ferrum ad se allicit et trahit. Idem Off. 1, 18 c. 6 Omnes enim tra-
 himur et ducimur ad cognitionis et scientiae cupiditatem. Plaut.
 Trin. 1, 2, 166 Atque egomet me adeo cum illis vna ibidem traho, qui
 illorum verbis falsis acceptor fui. Videtur significare, se ipsum se in
 eum numerum, de quo modo egerat, scurrarum referre. Val. Max. 4,
 4, 1 Cornelia Graecorum mater, cum Campana matrona apud illam
 hospita, ornamenta sua pulcherrima saeculi illius ei ostenderet: traxit
 eam sermone, (i. morata est) quousque e schola redirent liberi: Et
 haec, inquit, ornamenta mea sunt. Conf. Suet. Tib. c. 31. Vid. Bel-
 lum trahere it. Poenam, Renunciationem, Spem. Trahere, pro
 Nere, Hor. Carm. 2, 18, 7 Nec Laconicas mihi Trahunt honestae

70

75

80

85

90

95

100

105

- purpuras clientae. *i. Lanæ non carpunt, neque vent, ex quibus mihi conficiantur togæ prætextæ cum obtinuerim magistratum.* Traheret, cum vi et festinatione adducere. Virg. Aen. 2, 58 Ecce, manus iuuenem interea post terga reuinctum Pastores magno ad regem clamore trahebant Dardanidae. Paulo post ipsi trahebantur Sall. Catil. c. 51 *intell. ad poenam, vel supplicium, ut Ducit.* ¶ 2 *Iam, indicata generatim varietate significationis, ponamus elementari ordine quæ Præpositionum, quæ Nominum formulas.* Scribon. 146 Ad tumorem — vesicæ — bene facit aqua, in qua ferrum candens demissum est.
- 10 Hoc ego traxi Ab aquis caldis, quæ sunt in Tuscia ferratæ etc. Hoc collegi argumento a simili. Ad se trahunt partem diei amici, qui ex proximis oppidis interueniunt *i. occupant, ne ordinaria ratione consumi possit.* Ad defectionem trahere, *Incitare.* Liu. 25, 16. Ad bella trahor Tibul. 1, 10, 13. Trahere inimica In praelia Teucros Virg. Aen. 12, 812. Vt ad integrum bellum, reliquias Germanici exercitus vires trahebat Tac. H. 2, 57, 1. *conf. Id. 2, 61, 2.* Agmina spadonum Curt. 5, 1, 6. *i. ducere.* Verbo trahere, et multitudo et molities hominum videtur indicari. Alimentum maternum trahit agnus Columel. 7, 3. In altitudinem, pro Sursum erigere. Plin. 17, 11. Aluum trahere, *Obesam et oblongam aluum, ut ob id paene instar molestam, habere, de apibus* Virg. Georg. 4, 94. Aluum trahere acri clysmo, ut ducere, *i. purgare.* Scribon. 155. Animam trahere et viuere, *spirare* Plin. 11, 3. Animam precariam trahere Tacit. Ann. 1, 42. Animam trahebat sub longa morte Stat. Theb. 25, 1, 48. Animam trahere. *i. Cum difficultate et molestia viuere.* Liu. 4, 12 extr. Animum tempusque trahere Ouid. Trist. 5, 7, 65. Animum diuerse trahunt curæ Fer. Andr. 1, 5, 25. Animis trahere, *apud se reputare et cogitare,* Sallust. in Iugurth. 84 Tanta libido cum Mario eundi plerosque inuaserat; sese quisque præda locupletem fore: victorem domum rediturum: alia huiuscemodi animis trahebant. Sallust. in Iugurth. c. 93 pr. Marius multis diebus et laboribus consumptis, anxius trahere cum animo suo, omitteretne incoeptum, an fortunam operiretur. Senec. de Ira 2, 10 Numquid ille, cuius nauigium multam, vndique laxatis compagibus, Aquam trahit, nautis ipsique nauigio irascitur. In Arma trahere viros Ouid. Amor. 1, 4, 8. Arte aliqua trahi Idem ex Pont. 1, 5, 50. Auctores trahunt vtroque, *velut de bilance æquatisque ponderibus sermo esset* Liu. 1, 24 pr. Bellum trahere, *Producere.* Cic. Att. 10, 8 Necessè est enim aut id quod maxime velim, pelli istum ab Hispania, aut trahi id bellum, etc. Add. Liu. 3, 62. 5, 10 et 11. Vell. 2, 52, 1. Sallust. Iug. 23. Sic obsidionem, Poenam. Cic. pro Lege Manil. 19 c. 7 Non enim possunt in vna ciuitate multi rem atque fortunas amittere, vt non plures secum in eandem Calamitatem trahant. Calorem trahere, *amare incipere, incallescere* Ouid. Met. 11, 305. Sic ignem trahere. Candorem trahere Plin. 7, 16. Vt Colorem, Contagia, Figuram. Cariem trahere, *Rubiginem ducere* Plin. 23, 1. Caudam trahere, *vid. CAUDA.* Plin. 13, 15 A Nonio Tiberii Caesaris liberti Cognomen trahens. Cic. Philipp. 3, 16 c. 6 Nihil illo contentius, qui propter hæsitantiam linguæ, stuporemque cordis, cognomen ex Contumelia traxerit. Colorem rubicundum trahere Columel. 2, 21. Colorem nigrum trahere Aethiopes Ouid. Met. 2, 236. *Metaph. Quinct. 1, 8, 4 Teneræ mentes tracturaeque altius, quidquid rudibus — infederit.* Ceruix comæque trahuntur per terram Virg. Aen. 1, 481. Comitæm aliquem Vell. 2, 66, 5. Concionem secum Liu. 3, . . . Sallust. in Iugurth. . . .
- 55 Tum Marius ex copia rerum Consilia trahit: atque vt suis receptui locus esset, etc. Ouid. Trist. 5, 13, 3 Aeger enim traxi Contagia corpore mentis. *b. e. Corpus meum præ nimio mentis dolore coepit male valere.* Conuiuium trahitur tanta Comitæte Plin. Ep. 5, 1. In Crimen aliquem trahere Tacit. Ann. 15, 68. Crinibus pallis trahebatur virgo Virg. Aen. 2, 403. Ad imperii Cupiditatem trahi Nep. 1, 8, 2. Decus alicuius rei ad aliquem trahere Liu. 9, . . . Dictum aliquod trahere in voluntatem suam Victor de Viris Illustr. 35 *i. interpretari, ut in Metum, it. Regnum trahere.* Dictis alicuius trahi Ouid. ex Pont. 3, 5, 26. In Disceptationem trahere aliquem Liu. 4, . . . In diuersum trahit me hæc res, pro Dubium me facit. Liu. 38, 56. In diuersum trahunt auctores, pro Diuersa sentiunt. Idem 25, 11 extr. *Errare trahi, Errare, in errorem incidere* Ouid. Met. 2, 69. Quo Fata trahunt retrahuntque, se-
- 70 quamur Virg. Aen. 5, 709. Figuram lapidis traxerunt ossa, *Conuersa sunt in lapidem* Ouid. Met. 3, 399. vt candorem etc. Foetus emortuos Scribon. 169. Pseudo-Cic. Anteq. iret in exil. 14 Et vos, vt tutam, tranquillamque Fortunam traheretis, mea perfecti vigilantia. Fulgore nominis et famæ trahi Ouid. Trist. 5, 12, 39. Genua aegra trahens Virg. Aen. 5, 468. Gratiam recte factorum sibi trahere Tacit. Ann. 3, 53. Cic. Acad. 4, 117 Non quaero rationes eas, quæ ex coniectura pendent, quæ disputationibus Huc et illuc trahuntur, nullam adhibent persuadendi necessitatem. Humorem trahere, *pro Allicere et Attrahere.* Columel. 12, 15 vt Alimentum. Humores vndique Scribon. 38. *de medicamento.* Ignem trahere, *Concipere ardorem* Ouid. Met. 4, 674. vt Calorem. In inuidiam aliquem trahere Auctor ad Herenn. 1, 8. Labe trahi communis vitii, *Sequi vitium caeterorum.* Ouid. ex Pont. 2, 3, 22. Laborem ingratum trahere, *Longo tractu vix peragere* Virg. Georg. 3, 97. Laudem trahere ab re aliqua Ouid. ex Pont. 4, 8, 62. Ad lectum trahere aliquem Virg. Aen. 5, 624. Limitem longiorem trahere, *Longius protendi.* Plin. 2, 26. In Longius aliquid trahere Quinctil. 1, 10. Nilus trahens Limum Iustin. 2, 1, 20. In poenam fata me trahebant Ouid. Trist. 3, 6, 15. Malum omne trahit secum Caesaris ira Idem Trist. 3, 11, 72. Plin. 26, 3 Trahebat præterea Mentem artificio mirabili, vinum promittendo aegris, etc. Mentem insania traxit Stat. Theb. 5, 624. In Metum aliquid trahere *interpretari* Tacit. Hist. 5, 13. Molestiam trahere Cic. Fam. 4, 3. Natura hominis trahitur e caelo Plin. 11, 53. Noctem per pocula Martial. 1, 98. Virg. Aen. 1, 752 Nec non et vario Noctem sermone trahebat Infelix Dido. Nomen trahere, ab aliquo Ouid. Met. 4, 291. Nomen e re aliqua Plin. 15, 14. *conf. Vell. 2, 80, 3.* Ouid. Fast. 1, 596 Hanc Numidae faciunt, illum Messana superbum Ille Numantina traxit ab vrbe notam. Hic ab
- 80 Numidis *deuictis dictus est* Numidicus, *ille a Messana vrbe Messala, ille Numantini cognomen duxit ab* Numantia. Nubes trahitur vento Virg. Georg. 4, 60. Obsidionem in aduentum principis trahere Liu. 28, . . . vt bellum. Odorem trahere Plin. 14, 21 vt Candorem. *Sed paullo aliter* Phædr. 3, 2, 4 Hunc postquam totis auidâ traxit naribus. Add. Sammon. 1011. Originem a rege trahere
- 85 da traxit naribus. Add. Sammon. 1011. Originem a rege trahere Plin.

Plin. 6, 21. Oscitationes longas trahere Martial. 2, 6. *Pingit gestum et pigram extensionem oscitantium.* Paliam trahens verrit humum Ouid. Met. 6, 705. Pallorem trahere Columel. 12, 41. *i. situm, ut Candorem.* In Partes aliquem trahere Tacit. Ann. 4, 60. Cic. Fam. 10, 4 Nunc vero quid est, quod me in aliam Partem trahere possit? Pedibus rem trahere, *vid. PES.* Plaustra trahunt per altos montes Virg. Georg. 3, 536. Pocula arente fauce Hor. Epod. 14, 3. Poenam trahere, *Prolongare* Senec. de Benef. 2, 5. Acerbissima crudelitas est, quae Poenam trahit (*producit, longam facit*) et misericordiae genus est, cito occidere. In profundum pondere trahi Liu. 33, . . . Promissa trahunt puellas Ouid. de Arte Am. 1, 631. Rationem omnem ad dicendum trahere Cic. in Orat. 114. Sallust. in Iugurth. c. 97, 2 Quem vbi cunctari accepit, et dubium belli atque pacis Rationes trahere: rursus, vti antea, proximos eius donis corrumpit. Tempore illi praecepto, hi numero auium Regnum trahebant Liu. 1, 7 *pr. i. interpretabantur, ut* Dictum trahere. Sic Trahere in Religionem Idem 5, . . . Reliqua trahere, *vid. RELIQVVS, n. 3.* Rempublicam funditus trahet, *int. in ruinam* Tacit. Ann. 3, 54. Vlpian. l. Si mensor D. Si mensor fals. mod. dix. Si mensor non falsum modum renunciauerit, sed traxerit Renunciationem, et ob hoc euenerit, vt venditor liberetur: *ut* Bellum. Qui Res ad Macedonas trahebant Curt. 4, 5, 15. Rubiginem trahere Plin. 34, 9. Ruborem traxerunt percussa pectora Ouid. Met. 3, 482. *ut* Candorem. Ruinam trahere Virg. Aen. 2, 465. Ad saeuitiam aliquid trahere Tacit. Ann. 3, 22. In suam sententiam Liu. 5, . . . In serum rem aliquam Idem 32, . . . *ut* Bellum. Sanguinem trahere, *i. mittere* Veget. Mulom. 3, 43, 1. Saporem *ut* Odorem Colum. 12, 50, 21. Situm Plin. 12, 13. *ut* Pallorem. Animos in Societatem par voluntas trahit Sen. Ep. 6. Somnos trahere per suspiria Ouid. Amor. 2, 19, 55. Virg. Aen. 1, 512 Iura dabat, legesque viris, operumque laborem Partibus aequabat iustis, aut Sorte trahebat. Vbi Seruius, Proprie locutus est: trahuntur enim fortes, hoc est educuntur. Spes eo trahit Liu. 23, . . . Spe trahor exigua Ouid. Trist. 3, 5, 25. Sen. de Benef. 2, 5 Aequiore quidam animo ferunt, praecidi spem suam, quam trahi, *differr.* Spiritum trahere Columel. 6, 9. Cic. pro Corn. Balb. 54 Anne de nobis trahere spolia foederatis licebit, de hostibus non licebit? Idem pro Arch. 26 c. 11 Trahimur omnes studio laudis, et optimus quisque maxime gloria ducitur. Pseudo-Cic. Anteq. iret in exil. 18 c. 7 Serui, qui ad supplicium caesi verberibus trahuntur. *Hoc dici etiam simpliciter* Trahi, *supra obseruatum est.* *conf.* Curt. 10, 3, 1 et 15. Suspiciones ex aliqua re trahere Cic. de Inuent. 2, 29 c. 9. Suspiria trahere Ouid. Met. 2, 753. Torrens trahit filuas praecipites Virg. Aen. 2, 307. Tempus trahere Idem Aen. 6, 537. Verba trahens largis cum fletibus Sil. 8, 79. *45* *Signat sermonem saepe fletu interruptum et narranti tristem.* Victori-
riam secum trahere Liu. 6, . . . Idem 40, . . . Festo die inuitatio benigna et hilaritas iuuenilis utrosque in vinum traxit. Viribus trahere *auditorem, opus oratoris,* Quinctil. 5, 14, 29. Vitam in tenebris luctuque trahebam Virg. Aen. 2, 92. Ibid. 3, 646 Quum Vitam in siluis, inter deserta ferarum Lustra domosque traho. Vitam trahit, *Cui ea grauis est.* Vnco trahere aliquem Suet. Tib. c. 61. Vocem trahens imo a pectore Virg. Aen. 1, 375. Trahit sua quemque Voluptas Idem Ecl. 2, 65. Vultum trahere Ouid. Amor. 2, 2, 33. *55*

TRACTVS, a, um. Partic. [*ἄκρωσις*] Scribon. 101 Excussis a rheda atque ita tractis. Tractus per urbem publice Eutrop. 7, 12. *de Vitellio.* Quadrigris agendis tracti, rotaque vulnerati Plin. 28, 17. *conf.* Suet. Ner. c. 22. Cic. Phil. 11, 5 c. 2 Reliquum corpus tractum atque laniatum abiicit in mare. Cic. de Nat. Deor. 2, 139 c. 55 Venae a corde tractae et profectae in omne corpus ducuntur. Ab isto initio tractus est sermo Idem de Clar. Orat. 21. Tractam et fufam orationem *opponit* Cicero Contortae et acri de Orat. 2, 159 Et si genus orationis fufum atque tractum, et cum lenitate quadam aequabili profluens, sine hac iudiciali asperitate, et sine sententiarum forensium aculeis prosequendum. Tracta quaedam et fluens oratio Idem in Orat. 65 c. 20. *65*

TRACTVS, ūs. m. [*ἄκρωσις*] Plin. 9, 46 Funem illi religatum ab humeris eius trahunt: hunc dimicans, vt sit periculi signum: laeua quatit: dextra apprehenso stilo in pugna est: modicus alias tractus. *de caniculis marinis.* Flammaram tractus Lucret. 2, 207. *Et hunc imitatus* Virg. Georg. 1, 367 Noctisque per umbras Flammaram longo, a tergo albescere tractus. *b. e. Longos sulcos et ductus.* Torto non squamea tractu Signat humum Serpens Nemesian. Ecl. 4, 40. *conf.* Burm. ad h. l. Paterc. 2, 94, 1 Hoc tractu Temporum ante annos quinque et sexaginta, quam vrbs Romana conderetur, ab Elyssa Tyria Carthago conditur. *add.* Id. 2, 78, 1. Tractu aevi Lucret. 1, 1002. *conf.* 5, 12, 15. Raucus tractus *Ventorum mugientium* Valer. Argon. 1, 614. Longo tractu fertur per aera Ouid. Met. 2, 320. Placido tractu reptauit draco Claud. Conf. Stil. 1, 172. *80* Arborum Nep. 1, 5, 3. ¶ 2 Tractus, [*κλίμα*] Regio, plaga, *inquit* Seruius. Virg. Georg. 2, 182 Indicio est tractu surgens oleaster eodem. Cic. pro Planc. 22 c. 9 Totus ille tractus celeberrimus Venafranus, Alifanus: tota denique nostra illa aspera et montosa regio. Tractus omnis Galliae prouinciarum Vell. Paterc. 2, 104, 4. Tractus pisce viuentium Plin. 11, 53 *f. 116 est regio Ichthyophagorum.* Immensi tractus Lucan. 2, 630. Immensus tractus est, quo veniunt, *vid.* IMMENSVS. Corruptus caeli tractus, *Pestilens et infecta regio aëris.* Virg. Aen. 3, 138. Sic Col. Arb. 17, 4. Cic. de Diuin. 2, 96 c. 46 Ex quo intelligitur, plus terrarum situs, quam lunae tractus ad nascendum valere. Alti tractus nubium Hor. Carm. 4, 2, 27. *Add.* Tac. A. 2, 23, 3 Auster immenso nubium tractu validus. *i. longe lateque continuatis nubibus.* Maris tractus Virg. Ecl. 4, 51. Bifidi tractus fluminis Claud. in Conf. Stil. 1, 1, 199. ¶ 3 Tractus et declinatio dictionum, *pro Dictionum productione et deriuatione.* Quinctil. 8, 3, 32 In tractu et declinatione talia sunt, qualia apud Ciceronem beatitas et beatitudo. Id. 4, 2, 118 Tractus elocutionum pares, eundem casum, similem compositionem, cuitare iubet. *Vid.* Burm. ad 5, 8 p. 388. Quanta haesitatione tractusque verborum? Cic. de Orat. 2, 202 c. 50. *Describit* oratorem, qui timorem simulat, et in ipsa pronuntiatione ducit ac trahit verba, vt quaerere videatur spatium deliberandi. Tractu orationis leui, et aequabili perpoliuit illud opus Cic. de Orat. 2, 54. *100*

TRACTA, ae. f. vel TRACTVM, i. n. [*τρακτὸν*] Edulii genus est, quod quale sit intelligi potest ex Caton. R. R. 76 vbi tracta formantur ex alica et farina permistis: deinde ait, In qualo, vbi arescant, componito:

vbi arebunt, componito puriter. Deinde placentam parari iubet: tum, Tracta singula in totum solum primum ponito, deinde de mortario (ubi caseum et mel misceri iusserat) tracta linito, tracta addito singularim, item linito vsque adeo, donec omne caseum cum melle adusus eris. In summum tracta singula indito, postea solum contrahito; ut placenta accipiat marginem. *Vid. quae ad h. l. disputantur, et conf. Plin. 18, 11 l. 27 qui Tractam vocat.* Apic. 2, 1 p. 34 Tracta confringes, obligas (spissius, lentius reddis iusculum, ut pulvicula fiat) coagtabis. Et 5, 1 Tres orbiculas tractae ficas et confringis. Et 8, 7 p. 230 extr. Tractam siccitam confringis, et partibus (pauulatim) cacabo permisces. Sunt igitur Apicii tractae vel Tracta massulae frumentaceae, vel laminae tenues e massa densiuscula manibus aut cylindri ope expansae, iurulentis quibusdam aliquantum consolidandis adhiberi solitae: Catonianae autem integrae melle illinuntur et caseo etc. Hinc Tractogalatus et Tractomelitus, quae mox damus post TRACTATORIUM ex TRACTO.

TRACTUM, i. n. [ἔλκυσμα, Gloss. Gr. Lat. *μήρυμα* ib. tracta, ἔλκυσματα, μῆρυματα Gloss. Lat. Gr.] Manipulus lanae, manibus tractatae. Lanca tracta Varro ap. Non. 3, 247. Tractaque de niueo vel lere ducta putat Tibull. 1, 7, 86. *conf. Scalig. ad h. l.*

TRACTIM, Adu. [ἐπισευρμένως Onomast.] Trahendo in longum, sine intermissione. Plaut. Amph. 1, 1, 157 Quid si ego tractim tangam ut dormiat? Virg. Georg. 4, 26^r Tum sonus auditur grauior, tractimque susurrant. i. Sine intermissione et iugiter. *Vid. Lucret. 3, 531. Gell. 4, 6. et 7, 20. Prudent. Apoth. v. 273. Non. 2, 842. Gronou. Obs. 2, 1. Gebhard. Crepund. 2, 10.*

TRACTORIUS, a, um. Adi. Vt, Tractoria organa apud Vitruuium 10, 1 sunt machinae, quibus grauiora onera sursum trabuntur. Epistola tractoria Augustin. Ep. 217 ad Victorin. i. diploma publicae euectionis atque praebitionis. *conf. tit. Cod. de tractoriis et statuiis. it. Briffon. Cuiac. Gothofred.*

TRACTIO, ōnis. f. ἔλκυσσις, τράσις Gloss. Cyril.

TRACTYLIS, e. ἔλκυστος Gloss. Gr. Lat.

TRACTICIVS, a, um. Adi. Aurel. Victor. in Epit. 23 de Helogabalo, Ex rebus, quae acciderant, Tiberinus, Tracticivusque appellatus est: quoniam per urbis vicus corpus a militibus tractum. *conf. Lamprid. in Elagab. c. 17.*

TRACTVOSVS, a, um. Adi. Vt, Sudor crassus et tractuosus i. glutinosus Cael. Aurel. Acut. 2, 32, 167.

TRACTO, are. Frequent. [ψηλαφῶ, χαρίζω Gloss. Lat. Gr.] Proprie est buc illuc trahere, quod cum faciant, qui rem aliquam considerandi, vel perficiendi causa in manibus habent, hinc est, quod tractare est circa rem vel personam quamcumque quocumque modo versari et in ea occupatum esse. Virg. Georg. 3, 502 aret Pellis, et ad tactum tractanti dura resistit. Col. 6, 2, 6 Mox conuenit tota tergora (boum) tractare, ad illos mitigandos. Gustare, olfacere, tractare, audire

Cic. Tusc. 5, 111. Tractasti hospitam ante aedes meas Plaut. Mil. 2, 6, 30 de contrectatione inhonesta. Matres tractare deorum Grat. Cyneg. v. 64. Vide, quaeso, ne quis eam tractet indiligens Plaut. Bacch. 2, 2, 23. Acerbius et durius aliquem tractare Plin. Epist. 9, 12. Nimis aspere aliquem tractare Cic. Q. Frat. 2, 3 (8). Atrocissime ex leuissimis causis tractare ancillas suas Vlp. in l. ij. D. de iis, qui sui vel alieni iur. Clementer tractare vid. CLEMENS.

Commode tractare Ter. Heaut. 1, 1, 101. Honorificentissime et liberalissime tractari ab aliquo Cic. Att. 14, 13. Improbissime aliquem tractare Idem Att. 16, 15. Iniuriose tractare, vid. INIVRIA, Cic. Verr. 2, 12 Hi porro qui successerunt, vehementer istius cupidi, liberaliter ex istius cibariis tractati, non minus acres contra me fuerunt. Magnifice tractare aliquem. Ter. Heaut. 3, 2, 45 pulchre respondere, et suo sibi gladio alterum iugulare. Mollius tractari Hor. Ser. 2, 2, 85. Parum pie aliquem tractare Cic. pro Cael. 3 c. 1. Idem Q. Frat. 1, 3 Me summa simulatione amoris, summaque assiduitate quotidiana Sceleratissime, insidiosissimeque tractavit. Idem Fam. 1, 3 Omnibusque rebus eum ita tractes, ut intelligat meam commendationem non vulgarem fuisse. Arte aliqua tractare hominem Ter. Heaut. 2, 3, 125. Ratione tractari Hor. Ser. 2, 3, 267. *Vid. Ter. Eun. 1, 1, 13.*

¶ 2 Accusatiui Nominum: Argentum tractare et considerare Cic. Verr. 4, 54. Animum alicuius tractare ut decet Ter. Heaut. 1, 49. Arma virilia tractare Hor. Epist. 1, 18, 52. Artem aliquam tractare, pro Exercere Ter. in Prol. Phorm. 18. Bellum tractare Tacit. Ann. 6, 44. Bibliothecam Cic. Fam. 13, 78. Idem Fam. 3, 12 Nunquam enim mihi videor tractasse Censuram difficiliorem. Causas amicorum tractare et agere Idem de Orat. 1, 170. Contentio quae

tractari sine contumelia non potest Idem pro Planc. 17. Fabri tractant fabrilia Hor. Epist. 2, 1, 116. Lanam tractans Iustin. 1, 3, 3. Cic. Fam. 2, 16 Omnis enim Pecunia ita tractatur, ut praeda a praefectis: quae autem mihi attributa est, a Quaestore curetur. Idem Diu. in Caec. 32 Eras enim tu Quaestor, pecuniam publicam tu tractabas. *Add. Iuuen. 4, 229 et 231. Sauro ad Sidon. Ep. 4, 11. Praelia tractans Sil. 15, 456. Rem suam minus cogitare tractare Plaut. Trin. 2, 2, 46. Se tractare. Si prodesse tuis, paulloque benignius ipsum Te tractare voles Hor. Epist. 1, 17, 12. de corpore curando epulis. Aliter Cic. Fam. 13, 14 Et fuit in Cilicia mecum Tribunus militum: quo in munere ita Se tractavit, ut accepisse ab eo beneficium videret, non dedisse. Et ita me in rep. tractabo Cat. 3, 29 c. 12. Huc refert aliquis, In eiusmodi persona, quae propter otium ac studium minime in iudiciis periculose tractata est, pro Arch. 3 c. 2. b. e. versata exercitata est. Sed potest etiam passiuam significationem retinere. Vites tractare et tueri Cic. de Finib. 5, 36. Vita alicubi honeste tractata A. ad Her. 4 c. 24. Cic. Att. 12, 22 De Terentia quod mihi omne onus imponis, non cognosco tuam in me indulgentiam. Ita enim sunt ipsa Vulnere, quae non possum tractare sine maximo gemitu. *add. Iustin. 12, 6, 8. Vitam tractare, i. Trahere, viuere Lucret. 5, 430.**

¶ 3 Separatim hic ponemus ea, in quibus tractare ad ingenium, literas, disputationem, pertinet. Sic de consultatione, deliberatione etc. Augustus supremis sermonibus cum tractaret, quinam adipisci principem locum suffecturi abnuerent. *Vid. Tac. A. 1, 13, 2. Sibique instituit consilia fortiri semestria, cum quibus de negotiis ad frequentem senatum referendis ante tractaret Suet. Aug. c. 35. Add. Iustin. 31, 7, 7. et 37, 3, 4. De Ictis, quia iuxta Apollinis templum Iurisperiti sedebant et tractabant Scholiast. Iuuenal. 1, 128. Conf. Burm. ad Quintil. 7, 1 p. 584. De philosophis, Xenocrates primum philosophiae scholam aperuit, cum antea in porticibus philosophi tractarent Seru. ad Aen. 7. De Episcopis, Disserit, eloquitur, tractat,*

tractat, docet, instruit, prophetat Prudent. Agone Cypriani v. 101. *Hinc sunt Tractatores.* Cic. Acad. 1, 24 Dabitur enim profecto, ut in rebus inusitatis, quod Graeci ipsi faciunt, a quibus haec iamdiu tractantur, utamur verbis interdum inauditis. Agitare, tractare, inquirere Idem pro Cluent. 82. Definitionem fortitudinis tractare Idem Tusc. 4, 52. Historiam tractare Idem de Legib. 1, 5. Ius Pontificium et civile tractare Idem de Senect. 38. Materiam tractare, aut historiam: pro Scribendo aut narrando commemorare Plin. 12, 22. Idem 11, 37. Res cognitione dignissimas tractare et contemplari Cic. Off. 1, 154. Res tragicas comice tractare Idem de Orat. 3, 27. Copiosissime aliquid tractare Quinctil. 2, 4. Egre- gie Idem 6, 1. Passim Idem in Prooen. 1. Plenius Idem 2, 13. Varie Idem 4, 1. In transitu Idem 6, 2. Partic. Haec tractanti animo, et noctes et dies cogitanti, existit illa a deo Delphis praecepta cognitio Cic. Tusc. 5, 70 c. 25. Supin. Plin. 17, 7 Verum aspera tractatu. Consilia calida et audacia, prima specie laeta, tractatu dura Liu. 35, 32.

TRACTATVS, a, um. Partic. Cic. de Legib. 2, 9 Aliquoties iam iste locus a te tractatus est. b. c. Enarratus. Idem pro Arch. 3 Persona propter otium ac studium minime in iudiciis periculisque tractata est. Figura manibus tractata Lucret. 4, 231. Cic. pro Cluent. 161 Ab nullo ille liberalius, quam a Cluentio tractatus est, vid. LIBER, Adi. Causa tractata Idem de Orat. 2 c. 49. Atra- menta tractata Hor. Epist. 2, 1, 235. i. contrectata. Ut fructum no- bis tractata Pecunia ferret Iuuen. 4, 250. Cic. Att. 13, 16 Ita male autem audio ipsum esse tractatum, ut mihi ille emtor non esse videatur.

TRACTATVS, ūs. m. [*διαλυσίς, μεταχείρισις*] Ipse tractandi actus et contrectatio Plin. 8, 54 de simiis; Tractatuque gaudent, simi- les gratulationem intelligentis. Vbi tamen alii rectius legunt, Tra- ctari. Arbores mansuescunt tractatu ceu ferae Plin. 17, 10. Tra- ctatus, Disputatio. Quinctil. 3, 9 Ante hominem patria ac parentes, maioresque erunt, quorum duplex tractatus est. Idem prooen. 8 Asperiorum tractatu rerum atteruntur ingenia. Cic. de Orat. 3, 83 c. 23 Qui ipsarum artium tractatu delectati, nihil in vita aliud agunt. Plin. 14, 4 Tractatu toto separatim sententia eius indi- canda est. 2 Apud veteres Christianos tractatus vocabatur sermo concionantis episcopi. Tractatus populares, quos Graeci homilias vocant Victor. Vtic. de Persec. Vandal. ubi de Augustino lo- quitur. Ita similiter Gaudent. Brix. Tractatus inscripsit suas conciones.

TRACTATIO, ōnis. f. [*μεταχείρισις*] Cic. Off. 2, 17 Itaque quae in rebus inanimis, quaeque in tractatione belluarum sunt utili- ter ad hominum vitam, artibus ea tribuuntur operosis. Malae tractationis (*κακώσεως*) reus dicitur in schola declamatoria, quicum in foro rei uxoriae agitur Quinctil. 7, 3, 11. Ex cutus Declam. 8, 6 discas, hoc nomine etiam comprehendendi detractum cultum, negatum co- mitatum, fastiditas noctes, pulsatam faciem. Species quae ibi tracta- tur, est interfectus ad faciendam alteri filio medicinam filius. Similis est species Sen. Exc. Controu. 5, 3. Add. Quinct. 7, 3, 2. 7, 4, 10 et 29. Zelotypus accusatur malae tractationis Idem 4, 2, 30. Pater qui infamem in matrem filium occidisset, reus malae tractatio- nis Idem 9, 2, 79. Apud eundem Decl. 383 Lex est, Quae virum malae tractationis damnauerit duplam dotem recipiat. Maletra- ctio uno verbo scribitur Arnob. contra Gentes lib. 4 p. 142 et 149. Vid. MALETRACTATIO. Cic. de Orat. 3, 298 c. 52 Sic verbis quidem ad aptam compositionem et concedentiam, sententis vero ad grauitatem orationis utatur, ut ii, qui in armorum tractatione ver- santur. Varro L. L. 4 pr. de literis loquens, Et propter earum tractationem. Est autem tractatio cum tanquam manu literae tenentur, et huc et illuc transponuntur et traiciuntur, quasi illarum traiectio et transpositio. Turn. Cic. de Diuin. 2, 9 Nec vero qui sibi aut fidibus uti volunt, ab aruspiciibus accipiunt earum tractationem, sed a muscis. Tractatio et usus vocis in nobis est Idem in Orat. 95. Idem Acad. 4, 6 c. 2 Etenim si quando in libro vere est a no- bis Philosophia laudata, profecto eius tractatio optimo atque ampli- simo quoque dignissima est. Actione rerum et Reip. tractatione se detinere Sen. de Tranquill. An. c. 3. Orator tractationem orationis sibi assumet Idem de Orat. 1, 54. Ipsa mihi tractatio literarum salutaris fuit Idem de Clar. Orat. 15 c. 4. Idem in Orat. 201 Est enim in vtroque et materia et tractatio: materia in ver- bis, tractatio in collocatione verborum. Tractatio varia esse de- bet Cic. de Orat. 1, 177.

TRACTABILIS, e. Adi. [*ευμεταχείριστος*] Quod tractari potest. Cic. de Vniuers. 11 Corporeum autem et adspectabile, itemque tractabile omne necesse est esse quod natum est. Virg. Aen. 4, 439. Non tractabile caelum, pro Inquieto, impacato, procelloso. Idem Aen. 4, 55. Homo tractabilis Plin. Epist. 5, 1. Ingenium mite et tractabile Curt. 3, 2, 17. Lapides tractabiles in opere Plin. 36, 22. Mare nondum tractabile nanti Ouid. Epist. 19, 71. Pelagus tractabile Plin. 17, 32. Siculum utique tractabile. Pondus vix tractabile Stat. Silu. 5, 1, 84. Virtus in amicitia tenera est atque tractabilis Cic. de Amicit. 48 c. 13. Nihil est eo tractabilius Idem Att. 10, 11. Agrippam nihilo tractabiliorem, inimo in dies amentiosem, in insu- lam transportauit Suet. Aug. c. 65.

TRACTABILITER, Adu. Compar. Gell. 6, 2 Vim inoffensius tractabiliusque transmittere. TRACTABILITAS, ātis. f. Vitruu. 2, 9 Populus, salix, tilia commodam praestant tractabilitatem. TRACTATOR, ōris. m. Tractatores videntur fuisse homines, qui manu membra tractabant, et leniter fricabant. Sen. Epist. 9, 66 Quidni ego feliciorum putem Mutium, qui sic tentauit ignem, quam si manum illam tractatori praestitisset? Vid. Lips. h. l. Conf. Graeu. ad Cic. Fam. 9, 22 sub. fin. Tractator i. arithmeticus. Sidon. Ep. 4, 11 ubi v. Sirmond. p. 46. Interpres Bibliorum. Omnes paene Grae- ciae tractatores in suis voluminibus reliquerunt Hieron. adu. Heluid. 4. Diuinorum tractatores eloquiorum Augustin. Retract. 1, 23.

TRACTATRIX, icis. f. Martial. 3, 82 Percurrit agili corpus arte tractatrix. TRACTATORIVM, i. n. Senaculum, ubi tractantur negotia. Si- don. Epist. 1, 7 It in tractatorium frequens senatus. TRACTOGALATVS, a, um. Adi. Pulces tractogalatae, Ex tracta et aele confectae Apic. 5, 1. et 6, 9. TRACTOMELITVS, a, um. Adi. Porcellus, tracta et melle conditus Apic. 8, 7.

TRAIANVS, i. m. [*Τραιανός*] Nerua Traianus, Imperator Romanus, Princeps optimus. Formula acclamationis in Imperato-

ribus gratulandis memoratur ab Eutropio 8, 2, 18 *Sis felicior Augusto melior Traiano.*

TRAIANVS, a, um. Adj. Vet. Inscript. apud Fabrett. p. 677
AD AVGENDAM THERMARVM TRAIANARVM
5 GRATIAM.

TRAIANALIS, e. Adj. Idem. Inscript. apud Fabrett. p. 454
VIR AVGVSTAL. SODAL. TRAIANAL. ET
HADRIANAL.

TRAIECTIO, vid. TRAIICIO.

10 TRAIICIO, f. TRANSIICIO, iēci, iectum, cēre. [*πορθεῖν, διακίεζω, μετακίεζω, διαπορθεῖν, διαπορεύω, ὑπερκίεζω*] *Trans, i. in diuerſam partem iacere, transferre. Sed non poſeſt aliter quam exemplis recte explicari. Traicere claſſe in Italiam, Proſciſci, transfretare* Viſt. de Viris Illuſt. 49. Traicit et fati litora verus amor.

15 Propert. 1, 9, 12. Annem traicere vado Liu. 21, 5. *i. transire.*
Cic. Att. 7, 21 Et ſi terra quidem, qui poſſum? mari, quo traiciam?
Copias Iberum Liu. 26, 42 pr. Cyprum Plin. 8, 32. Exercitum Rhodanum Planc. ad Cic. Fam. 10, 9. Exercitum ex Italia Cic. Fam. 11, 13. Exercitum in Siciliam Liu. 4, 29. *conf. Caef.*

20 B. C. 3, 29. Se traicere Alpes Cic. Fam. 11, 9. Traicere de naue in nauem malos et antennas Liu. 30, 10. Traicere in alia vaſa, *pro Fundere in a'ia vaſa* Varro de R. R. 1, 64. In eacabum Scribon. 45. *Per translationem:* Cic. Diu. in Caec. 46

25 Quid cum vnumquodque tranſigere, expedire, abſoluere? ipſe proſecto metuere incipies, ne innocenti periculum faceſſeris. Quid commiferari, conqueri, et ex illius inuidia deonerare aliquid, et in te traicere coeperit, etc. poterisne eius orationis ſubire inuidiam? *quasi ex vno vaſe in aliud.* Traicere negotium ad nouos magistratus Liu. 2, 22. *Al. Reicere.* Ouid. Met. 12, 626

30 A ſe Tantalides onus inuidiamque remouit, Argolicosque duces mediis conſidere caſtris luſit, et arbitrium litis traiecit in omnes.

Oculos traicere aliquo Lucret. 4, 426. Pecuniam traicere eſt *permutatione ſ. collybo aut cambio, uti vocant, ab vno loco in alterum*

35 *transferre.* Pſeudo-Cic. in Salluſt. 29 c. 7 Vade (ex Africa) tantum hic exhauſit, quantum potuit aut fide nominum traici, aut in naues contrudi, *vid. TRAIECTICIVS.* Saliuam Scribon. 55. Tela traicere alio Propert. 2, 12, 18. Verba traicere, *b. e. de ſuo loco in alienum transferre:* Cic. in Orat. 229 Ne verba traiciamus aperte,

40 quo melius aut cadat, aut voluatur oratio. *Paullo poſt,* Neque verbum ita traiciat, vt id de industria factum intelligatur. *Huius traiectionis exemplum eſt ad Herenn. 4, 44* Inſtabilis in iſtum plurimum fortuna valuit. *Item,* Omnes inuidioſe eripuit tibi bene viuendi caſus facultates. *Huiusmodi tranſiectione (addit auctor) quae rem*

45 *non reddit obſcuram, multum proderit ad continuationes — in quibus oportet verba, ſicut a Poētis (ſit) in quendam exſtruere numerum, vt perfectae et perpolitiffimae ſint abſolutae. Igitur Traiectione Herenniana non eſt per ſe vitioſa. Caeterum, apud hunc ſcriptorem, l. c. Tranſgreſſio eſt nomen generis, quae perturbat ordinem*

50 *peruerſione aut tranſiectionis. Peruerſione ſic, Hoc vobis deos immortales arbitror dediſſe pietate pro veſtra, etc. Traicere, [διακίεαν] Tranſigere. Caef. Bell. Gall. 5, 43 Pulſio pilum in hoſtes mittit, atque vnum ex multitudine procurrentem traicit. Ibid. 5, 35 Vtrumque femur tragula traicitur. Ouid. Met. 2, 605 In-*

55 *deuitato traiecit pectora telo. Linguam traiecit arundine Idem ibid. 11, 325. Terga traicit ſagitta Idem ibid. 9, 128. Cic. de Finib. 2, 21 Si Annibal ad portas veniſſet murumque iaculo traieciſſet.*

TRAIECTVS, a, um. Partic. [*διακίεμενος*] *Vt, Traiecta praecordia, Tranſfixa* Plin. 11, 37. *Aquae ductus per domum, alienam traiectus* Vipian. in l. *Quemadmodum* §. 1 D. ad leg. Aquiliam. *Cerebrum* Virg. Aen. 2, 419. *Cruris traiecti vulnus* Ouid. Met. 5, 168. *Funis* Virg. Aen. 9, 488. *i. tranſmiſſus. Pectora traiecta ferro* Virg. Aen. 1, 359. *Cuspide traiectus ſerpens* Ouid. Met. 4, 570. *Dolor lateris traiectus in cor, Tranſlatus inepta curatione* Hbr. Serm. 2, 3, 29. *Traiectus nauicula in Africam, b. e. Tranſfretatus* Cic. ad Quir. poſt red. 20 c. 8. *Succus* Scribon. 53.

60 TRAIECTVS, ūs. m. [*πόρθευος*] *Actus traiciendi.* Liu. 1, 3 *Qui in traiectu Albulae amnis ſubmerſus. Conf. Plin. 3, 11. et 4, 5. Tac. Ann. 15, 34, 2. Item locus, vbi traicitur.* Caef. Bell. Gall. 4, 21 *E Morinis breuiſſimus erat in Britanniam traiectus.*

TRAIECTOR, ōris. m. Prudent. Hamart. v. 875 *Ignis Traiector nebulae.*

75 TRAIECTVRA, ae. f. *Traiectio.* Vitruu. 4, 7 *Traiecturae mutulorum.*

TRAIECTORIVM, i. n. *Siphunculus: vid. Plin. Valer. 1, 37 et 57. Reineſ. Var. Lect. 3, 4.*

TRAIECTICIVS, a, um. l. 3 §. 8 Dig. de Peculio. *Pecunia traiecticia, vid. TRAIICERE pecuniam.*

TRAIECTIO, ōnis. f. [*διακίεσις, διαπόρθευσις*] Cic. Tuſc. 1, 10 *Traiectio Acherontis. Idem Att. 8, 23 Officii mei deliberatio cruciat, cruciatque adhuc: cautior certe eſt manſio: honeſtior exiſtimatur traiectio. Incendiorum cum ex vna domo in aliam tranſiit ignis* Vitruu. 2, 9. *Cic. de Diuin. 1, 2 c. 1 Cum caelum ex omni parte patens atque apertum intuerentur, traiectiones motusque ſtellarum obſeruauerunt. Cic. in Orat. 230 c. 69 Et vtitur ea traiectione verborum, et nihilo tamen aptius explet, concluditque ſententias. Quintilianus accipit pro ipſo Contextu, quum vſque ad clauſulam tranſeundum eſt, antequam habeamus ſenſum integrum. Id. ib. 8, 2 Quare nec ſerino tam ſit longus, vt eum proſequi non poſſit intentio: nec traiectione tam tardus, vt in hyperbaton finis eius differatur, vid. TRAIICERE verba. Cic. de Orat. 3, 201 c. 53 Tum augendi minuendique cauſa veritatis, ſuperlatio atque traiectio et rogatio. Traiectio ad verbum eſt ὑπερβολή, quae etiam Latinitis vocatur Hyperbole.*

TRAIECTO, ōre. Frequent. Cell. 7, 14 *A quibusdam ad imum acu traiectatur, duo lina ducente, deinde vtriuſque lini duobus capitibus diuerſae partes adſtringuntur.*

100 TRALATIO, TRALATICIVS, TRALATIVS, vid. TRANSFERO.

TRALLES vel TRALLIS, ium. f. Pl. [*Τράλλης*] *Vrbs Lydiae, ad Maeandrum non longe a Magnesia, etc. Hic Andro, ille Samo, hic Tralibus aut Alabandis* Iuuen. Sat. 3, 70.

105

TRALLIANVS, a, um. Adi. [Τραλλιανός] Cic. Philipp. 3, 15
Trallianam aut Ephesinam putes dicere? vid. Idem pro Flacc. 53.

TRALQVOR, qui. Trecentis verbis tuas impuritas tralocui
nemo potest Plaut. Perf. 3, 3, 6, i. loquendo abjoluer.

TRALVCEO, f. TRANSLVCEO, tre. [διαφαινω] Lucret. 4, 5
309 Vsque adeo e speculo in speculum tralucet imago.

TRAMA, ae. f. [πλοκή] Gloss. Lat. Gr.] Tramae fila staminis
in tela. Sen. Ep. 91 med. Subtemen insertum, quod duritiem vtrunque
comprimens tramae remolliat, spatha coire cogitur. Stamen ut col-
lectivum nomen ponit, cuius partes sunt Tramae. Haec Senecae videntur 10
ita manifesta, ut dubitari non possit. Hinc non audiendus est Seruius

ad Aen. 3, 483 qui tralam idem esse vult quod subtemen f. subtegmen,
id est filum, quod intra stamen currit: laudatque Perf. 6, 73 Mihi
trama figurae sic reliqua: aut illi tremat omento popa venter. Ne-
que verum hic plane vidisse puto summum Casaubonum, qui tria ait desi- 15
derari ad texturam diversa, stamen, substamen (hoc enim esse putat sub-
temen, non subtegmen) et tralam. Non nisi duo sunt genera filo-
rum: staminis, quae tramae vocantur, quae torquentur vehementius
(vid. Senecae locus, quem totum damus in TEXO) et subteminis, quae
ex molli solutoque ducuntur. Prior τήμων Graecis est, alterum genus 20
πρόκη. Iam ad Persii locum, in veste ipso usu primum pereunt molliora,
flocci subteminis, relinquitur stamen, f. trama. Tali vesti detritae, cu-
ius iam stamen, id est trama appareat, comparat se, qui hic loquitur:
Trama figurae humanae est, qui nihil est, nisi ossa, nervi, pellis, amissis
pingui, carne, partibus mollioribus. Var. de L. L. 4, 23 p. 29, 16 25
Trama dicta, quod tranat frigus id genus vestimenti. Scal. emen-
dat, quod trameat, i. transmeat, frugionis (Pbrygonis) vestimentum.
Sed locus ita vel obscurus vel corruptus non debet everti, quae liquida
sunt. Plin. 11, 24 l. 28 Tramam etiam in tela araneae agnoscit:
quam frustra eandem ac subtemen facit Harduinus. Plaut. Rud. 5, 2, 30
37 Tramas putridas dixit pro re nihili, nugis, tricis, etc.

TRAMES, itis. m. [τριβος, παράδος] Gloss. Lat. Gr.] Semita trans-
versa. Plin. in Paneg. 22 Opletas vidique vias, angustumque tra-
mitem relictum tibi. Cic. Philipp. 12, 6 Num idem in Apennini
tramitibus potero facere? Liu. 2, 39 Inde in Latinam viam trans- 35
versis tramitibus transgressus. Propert. 3, 16, 26 Qui facit assiduo
tramite vulgus iter. Acclivis, arduus, obscurus trames Ouid. Met.
10, 53. Clivosi tramitis supercilium Virg. Georg. 1, 108. De-
clivus Ouid. Fast. 3, 13. Deivus Stat. Theb. 2, 49. Obli-
quus Senec. Thyest. 9, 12. Obliquis tramitibus Liu. 5. Ta- 40
lis lege deum clivoso tramite Vitae, Per varios praecipit casus rota vol-
vitur aevi. Sil. 6, 120. Secus Senec. Oedip. 13, 2. Siccus
Plin. 8, 43. Carpitur acclivis per muta silentia trames Ouid.
Met. 10, 53. Decurrit cito tramite virgo Virg. Aen. 5, 610. de
Iride. Ductus inopino tramite Claud. in Ruff. 2, 29. Egressus 45
non est vlls, sed tramitibus paludatus Cic. Philipp. 13, 19 c. 9. Fa-
cili te tramite sistam Virg. Aen. 6, 676. ¶ 2 Angustiae
saltuum. Et si forte meo tramite quaeris auem Propert. 3, 13, 44. vid.
h. l. Scalig. et Serv. ap. eund. Sic Callis.

TRAMITTO, vid. TRANSMITTO. 50

TRANO, vel TRANSNO, are. [περαιώω] In ripam alteram
nare. Cic. de Nat. Deor. 2, 25 Atque id facilius cernemus toto ge-
nere hoc igneo, quod omnia tranat, subtilius explicato. Liu. 27,
47 Alter per vada nota Metaurum flumen tranavit. Add. Idem 21, 27
ex edit. Gronov. Aequora Danubii cunctis transnare sub armis In- 55
script. in Ferret. Mus. Lapid. p. 135. Virg. Aen. 6, 671 Illius ergo
Venimus, et magnos Erebi tranavimus amnes. Annem transna-
vere Curt. 7, 5, 18. Aquas tranare Quintil. 2, 16. Flumina
tranare Virg. Georg. 3, 270. Flumen transnare Caes. Bell. Civil.
1, 48. Tranare, pro Transuolare Virg. Aen. 4, 245 de Mercurio, 60
illa fretus agit ventos, et turbida tranat Nubila. Vbi Servius:
Transuolat. Add. Sil. 3, 682. 13, 185. Sic Auras tranantia si-
mulacra Lucret. 4, 78. Hasta tranavit viri pectus Sil. 13, 238.
Pericla tranare Sil. 17, 366.

TRANOR, ari. Pass. [περαιώμαι] Ouid. de Arte Am. 2, 181 65
Obsequio tranantur aquae, nec vincere possis Flumina.

TRANQVILLVS, a, um. Adi. [γαλήνιος, ἀκλυτος, ἀκνυών, εὐ-
διος, μέλιχος] Quietum significat, pacatum, serenum, pacificum. Pro-
prie de mari dicitur. Plaut. Epid. 4, 1, 35 Habe animum lenem, et
tranquillum face. Idem Cist. 3, 21 Si possum tranquillum facere 70
ex irato mihi. Idem Capt. 4, 2, 85 Proinde tu deum huncce satu-
ritate facias tranquillum tibi: de se servus, qui gloriatur se herum posse
voluptatum computem facere. Et Amph. 3, 3, 2. Tranquillum est, i.
Serenum tempus, sine statu ventorum Plaut. Cas. Prol. 26. Sine mor-
tis meditatione tranquillo esse animo non potest Cic. de Senect. 74 75
c. 20. Caetera videntur esse tranquilla, tranquillissimus autem ani-
mus meus Idem Att. 7, 7. Amorem esse in tranquillo gaudeo
Ter. Eun. 5, 9, 8. Appetitus sint tranquilli, atque omni animi
perturbatione careant Cic. Off. 1, 10. Aquae tranquillae Ouid.
ex Pont. 2, 7, 8. Flumine tranquillo descendit cymba Propert. 80
2, 4, 19. Cic. Tusc. 3, 31 c. 15 Nec vero ea Frons erat, quae M.
Crassi illius veteris, quem semel ait in omni vita risisse Lucilius, sed
tranquilla et serena. Locus tranquillus, Vbi optimum sit quiescere
Plaut. Epid. 3, 4, 8. Mare tranquillum Stat. Silu. 4, 3, 93. Cic.
pro Cluent. c. 49. Nox tranquilla, Quiesca Plin. 9, 27. Otia 85
tranquilla agere Lucan. 2, 295. Pax tranquilla Lucan. 1, 171. Pe-
ctus tranquillum Lucret. 3, 294. Quies tranquilla Senec. Troad.
l. 10. Res est tranquilla Ter. Phorm. 3, 1, 15. Et Eun. 5, 9, 8.
Fratrī gaudeo amorem esse omnem in tranquillo: vna est domus,
etc. Senecius tranquilla Hor. Serm. 2, 1, 57. Tempus tran- 90
quillum Ouid. ex Pont. 4, 10, 74. — tranquillissimum Cic.
in Pis. c. 15. Via tranquilla, Non molesta itineri faciundo Plaut.
Stich. 2, 1, 13. Vita placata, tranquilla, quieta, beata Cic. de
Finib. 1, 71. Compar. Claud. de Bell. Get. 51 Securam iam Roma le-
vat tranquillior arces. Lucan. 1, 130 Longoque togae tranquillior 95
vsu Dediticit iam pace duceim. Tranquilliorē plebem fecerunt
Liu. 2, 63. Superl. Animus tranquillissimus Cic. Att. 7, 7. Res
tranquillissimae Sen. Epist. 84. ¶ 2 Cognomen Romanum ut
in Suetonio Imperatorum primorum historico.

TRANQVILLE. Adu. [γαλήνιος] Plaut. Cist. 1, 1, 112 Sed 100
tranquille amabo, ne quid quod illi doleat dixeris. Cic. in Orat.
99 Qui enim nihil potest tranquille, nihil leniter, nihil partite, definite,
distincte, facete dicere, etc. Tranquille placideque traducere vitam
Cic. Tusc. 3, 25 c. 11. A Parthis tranquille, vid. A vel AB. Quie-
tius tranquilliusque bellare Liu. 27, 12. Animus tranquillius in- 105

ter diuina mansurus Sen. Epist. 71.

Tranquillissime fenuit Suet.

Aug. cap. 2.

TRANQVILLO. *Aliud Adu. vel Ablatiuus absolute positus, cum tranquillum est.* [γαλήνην] Plin. 9, 7 Saepe adnotata piscium aestiuo calore quaedam anhelatio, et alia tranquillo velut oscitatio, i. Dum est tranquillitas. Tranquillo quilibet gubernator est Sen. Epist. 85 i. Dum tranquillum est.

TRANQVILLO, Ære. [γαληνοποιῶ] Quietum facere. Plaut. Capt. 1, 2, 21 Cuius nunquam vultum tranquillauit gratis. Cic. de Fin. 1, 50 c. 16 Semper alit aliquid quod tum vi sua atque natura tranquillat animus. Cic. in Topic. 98 Vt aut Perturbentur animi aut tranquilletur. Quid pure tranquillet, honos, an dulce lucellum Hor. Epist. 1, 18, 103.

TRANQVILLOR, Æri. Pass. Vt, Mare omne tranquillari oleo, et ob id urinantes ore spargere, quoniam mitiget naturam asperam, lucemque deportet Plin. 2, 103 inter miracula, vel si mauiis, mendacia alia. Caeterum causas alias esse, idoneas quidem propter quas oleum ore contineant urinantes, facile credas. Sed hic non est philosophandi locus.

TRANQVILLA TVS, a, um. Partic. Nepos 25, 4, 1 Tranquillatis rebus Romanis remigravit Romam.

TRANQVILLITAS, Ætis. f. [γαλήνη, γαληνιότης, εὐδία, ημεμία] Placabilitas, serenitas. Noli huic tranquillitati fidere: momento mare vertitur Sen. Ep. 4. Plin. Epist. 1, 25 Annum tertium et octogesimum excessit in altissima tranquillitate, pars ueneratione. Cic. Acad. 4, 100. et Att. 6, 8 Nos longis nauibus tranquillitatem aucupaturi eramus. Locus quietis et tranquillitatis plenissimus Idem de Orat. 1, 2 c. 1. Otium et tranquillitas vitae Cic. pro Muraen. 55 c. 27 Qui remoti a studiis ambitionis, otium ac tranquillitatem vitae sequuti sunt. Aucupari tranquillitates, vid. AVCVPOR. Animi tranquillitas, Constantia, firmitudo, modestia Cic. Tusc. 4, 10 c. 5 In particeps rationis ponunt tranquillitatem, id est, placidam quietamque constantiam. Idem Off. 1, 69 Vt tranquillitas animi et securitas adfit, quae adfert cum constantiam, tum etiam dignitatem.

35 vid. Senec. de Animi tranquillitate c. 2. - Cic. Acad. 4, 100 Si iam ex hoc loco proficiscatur Puteolos stadia triginta probo nauigio, bono gubernatore ac tranquillitate, probabile videatur, se illuc venturum esse saluum. ¶ 2 Tranquillitas in titulis Principum. Eutropius praef. ad Valentem Imp. Vt Tranquillitatis tuae possit mens

40 diuina lactari.

TRANS. [πέραν] Praepositio, Accusatiuo Casui seruit, et significat Ultra, ut quum de loco ad locum, et de uno homine ad alterum, et de una re ad alteram imus. Sed tam motus, quam quietis verbo datur. Hor. Epist. 1, 11, 27 Caelum, non animum mutant, qui trans mare currunt.

45 Virg. Georg. 3, 269 Illas ducit amor trans Gargara, transque sonantem, Ascanium. Cic. Fam. 11, 3 Nuntiis trans mare missis. Quintil. 4, 5 Dicam hunc eo tempore, quo homo occisus est, trans mare fuisse. Cogito interdum trans Tiberim hortos aliquos parare Cic. Att. 12, 19. Inspicere trans ripam Cic. pro Milon. 75.

40 lia tremefacta noto Propert. 2, 9, 33. Libertas tremefacta, Concussa.
Cic. Off. 2, 24 c. 7 Quamuis enim demersae sint leges alicuius opibus, quam-
vis tremefacta libertas, emergunt tamen haec aliquando aut iudiciis
tacitis, aut occultis de honore suffragiis. Legitur et Timefacta. Nu-
tu tremefecit Olympum Virg. Aen. 9, 106. Pectora tremefacta Virg.
- 45 Aen. 2, 228. Polus tremefactus nutu Ouid. Fast. 2, 489. Quies
tremefacta Stat. Achil. 1, 247. Tellus tremefacta Virg. Aen. 10,
102. Visu tremefactus abibat Virg. Aen. 2, 382.
- TREMIPEDVS, a, um. Adi. Varro apud Non. 6, 65 Anates tre-
mipedas. forte Remipedae.
- 50 TREMOR, òris. m. [τρεμος, τάρβος, παλμος, τάρβη] Ipsa commo-
tio. Virg. Georg. 2, 479 Vnde tremor terris, qua vi maria alta tu-
mescant Obiicibus ruptis. Cic. pro Flacc. 10 c. 4 Tamen id
quod dixit, quanto cum pudore, quo tremore et pallore dixit? Al-
bus tremor pallere faciens Pers. Sat. 3, 100. Gelidus tremor per
- 55 ossa cucurrit Virg. Aen. 2, 121. Horridus tremor quassat artus
Senec. Troad. 3. Occultus tremor subitae pestis Sil. 17, 556.
Subitus tremor Ouid. Met. 3, 40. Vagus errat per artus tremor Se-
nec. Herc. Oet. l. 6, 1. Concuti tremoribus orbis Ouid. Met. 15,
271. Add. Sen. Qu. N. 6, 21. Terrorem tremor et dentium
- 60 crepitus Consequitur Cic. Tusc. 4 c. 8. Incidit tremor manibus
Hor. Epist. 1, 17, 23. Inuasit me tremor Ouid. Met. 14, 210.
Pertentat corpora tremor Virg. Georg. 3, 250. Praepedit ossa tre-
mor Ouid. Epist. 14, 18. Tremor stellarum, pro Splendore, quod
lumen earum sit quodammodo tremulum. Lucret. 5, 587 Dum tremor est
- 65 clarus, dum cernitur ardor earum. Vid. mox TREMVLVVS, COME-
TA, FLAMMA.
- TREMVLVVS, a, um. Adi. [περίτρεμος, ἕντρομος] Quod valde
tremis. Senex apud Ter. Eun. 2, 3, 44 Incurius, tremulus, labiis de-
missis. Plin. 20, 9 Ideo paralyticis et tremulis dari iubet. Add.
- 70 Idem 32, 3. Petron. c. 100 et 134. Artus tremuli Lucret. 3, 7.
Arundo tremula Ouid. de Arte Am. 2, 77. Cantus tremulus Hor.
Carm. 4, 13, 5. Cic. de Diuin. 1, 18 c. 11 Vidisti, et claro tremulos
ardore Cometas. ex Poëta. Dextra tremula Ouid. Fast. 5, 511.
Equi Nemesian. Cyneg. v. 257. Cic. de Nat. Deor. 2, 110 c. 43 Pe-
75 dibusque tenetur Magni leo tremulam quatiens e corpore Flammam.
Fletus tremuli Propert. 1, 5, 15. Cic. in Arat. 68 Tum fixum
tremulo quatiatur Frigore corpus. Fulgore tremulo micantes
oculi Ouid. de Arte Am. 2, 721. Gradu tremulo venit aegra sene-
ctus Ouid. Met. 14, 143. Cic. de Diuin. 1, 14 Haud modicos tremulo
- 80 fundens e Guttore cantus. Horrore tremulo moueri Ouid. Met.
9, 345. Iaculum treinulum Idem Epist. 4, 43. Ignes tremuli
Lucret. 4, 406. Lumen tremulum Virg. Aen. 7, 9. Manus
tremula Martial. 12, 75. Mare fit tremulum, tenui quum stringi-
tur aura Ouid. Epist. 11, 75. Passu tremulo venit hiems horrida.
- 85 Idem Met. 15, 212. Rifus tremulus, Totum corpus concutiens Lu-
cret. 1, 918. Vlulatus tremuli Stat. Silu. 5, 5, 71. Vox tremula
Claud. in Eutrop. 1, 263. Lucret. 2, 367.
- TREMVLE. Adu. Plumulae tenellae ac delicatae, tremule resul-
tantes, inquiete lasciuunt Apul. Met. 5 p. 168.
- 90 TREPIDVS, a, um. Adi. [περίδρις, περίκοπος] Pavidus, metuens,
timens. Festus, Trepit, vertit: vnde Trepido, Trepidatio: quia
turbatione mens vertitur. Interdum tamen non tam ad affectum respi-
citur, quam ad celeritatem mouendi se, siue illa a metu proficiatur, siue
a causa alia. Liu. 2, 24 At vero Curia moesta ac trepida ancipiti
- 95 metu. Trepida res, Dubia, et ob hoc timorem inducens. Liu. 1, 27
Tullius in re trepida duodecim vouit Salios, fanaque Pallori, et Pauo-
ri. Hor. Carm. 3, 2, 5. Conf. Drackenb. ad Sil. 7, 1. Trepidum
rerum suarum, Incerti Virg. Aen. 12, 589. Seruius: Nescientes quid
agant, ignari auxilii. Liu. 36, 31 Messenii sine responso di-
100 missis legatis, mouerant bellum: trepidique rerum suarum, etc.
Virg. Aen. 12, 583 Exoritur trepidos inter discordia ciues.
Admirationis et metus (causa) trepidus Tacit. Ann. 6, 21. Spe
trepidus Lucan. 7, 297. Formidine trepidus Virg. Aen. 9, 756.
Trepidus, interdum est Festinus: quod qui timent, festinant. Virg.
05 Aen. 3, 616

Hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt,
Immemores socii vasto Cyclopi in antro
Deseruerunt.

Seruius; Trepidati, festini: ut per timorem, non per odium relictus fuisse videatur. Idem Georg. 4, 73: et Aen. 3, 316. et 4, 642. Acies 5 trepidae, vid. ACIES. Carina trepida Lucan. 8, 662. non tam propter timorem illorum, qui insidebant, quam propter celeritatem. Certamen trepidum acre, satagens Hor. Epist. 1, 19, 48. Cursus trepidus Virg. Aen. 4, 672. Equi trepidi Ouid. Epist. 16, 206. Fuga trepida Idem Trist. 1, 10, 10. Literae Curt. 7, 1, 36. i. plenae terroris. Manus trepida Virg. Aen. 12, 901. Mentis trepidae Lucan. 1, 518. Metus trepidus Idem Trist. 3, 1, 54. Noctes trepidae Stat. Theb. 9, 622. Nubes trepidae Idem Theb. 12, 529. Os trepidum Ouid. Met. 5, 234. al. Timidum. Rotae trepidae Valer. Argon. 3, 52. Terror trepidus Lucret. 5, 41. Tumultus trepidus Virg. Aen. 8, 5. Vrbs trepida Lucan. 3, 373. Vultus trepidi Ouid. ad Liu. 275.

TREPIDE. Adu. [*τροχίμας*] Celeriter, per timorem. Liu. 22, 31 Nam et stativa trepide deserta fuerunt.

TREPIDVLVS, a, um. Dimin. [*τροχίμας*] Gell. 2, 29 Pulli 30 trepiduli circumstrepere. Plaut. Perf. 4, 2, 3 Trepidula ut graphice decet.

TREPIDO, are. [*τροχίμα*] Metu concuti, timere, vel quacunque de causa celeriter mouere, satagere. Ter. Eun. 5, 6, 8 Quid est quod trepidas? fatisne saluae? dic mihi. Cic. de Orat. 3, 166 c. 42 At

Romanus homo, tamen, etsi res bene gesta est, Corde suo trepidat. Trepidare et concursare Caes. Bell. Gall. 5, 33. Ter. Hec. 3, 3, 35 Trepidari sentio, cursari sursum prorsum. Laetitiam trepidare Arnob. 7 p. 213. conf. hic Herald. Metu trepidare Virg. Aen. 6, 491. In

dubiiis trepidare Periculis Lucret. 3, 1089. Mens trepidat metu Hor. Carm. 2, 19, 5. Pectus mihi trepidat, i. Palpitat Perf. Sat. 3, 88. Pas-

sim trepidatur in vrbe Sil. 17, 509. Vastis trepidatur in agris Sil. 4, 26. conf. Lucret. 3, 598. Trepidare, Festinare. Vid. Non. 1, 7. Virg. Aen. 4, 121 Dum trepidant alae, saltusque indagine cingunt. Purior

in vicis aqua tendit rumpere plumbum, Quam quae per pronum trepidat cum murmure riuum Hor. Ep. 1, 10, 30. conf. Burm. ad Rutil. Itin. 1, 280. Hor. Carm. 2, 4, 23 Cuius octauum trepidauit aetas Clau-

dere lustrum. conf. Id. Od. 3, 27, 17 ibidemque Vet. Schol. Gressus trepidant Sen. Hippol. l. 7. Apes trepidant Varr. R. R. 3, 16, 32. Liu. 27, 1 Trepidante tota ciuitate ad excipiendum Annibalem

vifendumque. Vid. Gronou. ad. h. l. TREPIDANS, antis. Partic. [*τροχίμας*] Ut, Fuga trepidans Lucan. 3, 159. Trepidantes reliquerat Curt. 7, 11, 26. Alis trepidantibus effugit Ouid. Met. 7, 382. Corda trepidantia bello

Virg. Georg. 4, 69. Linguis trepidantibus vlulat. Catul. de Berecynth. 64, 29. add. ib. v. 44. Moenia trepidantia Sil. 1, 129. add. Liu. 23, 7. Hirt. B. Alex. c. 31. Tac. Hist. 3, 58, 5.

TREPIDANTER. Adu. [*δίην τροχίμας*] Timide. Suet. in Claud. Caes. c. 49 Quod ut sensit, trepidanter effatus, etc. Trepidanter et timide agere Caes. Bell. Ciuil. 1, 19. Omnia trepidan-

tius timidiusque agere Id. Bell. Ciuil. 1, 19. TREPIDATIO, onis, f. [*τροχίμα*] Cic. pro Deiot. 20 c. 7 Num quae trepidatio? num qui tumultus? Trepidatio conscientiae indicium est Curt. 7, 1, 9. add. Id. 4, 10, 25. Infana trepidatio Liu. 32. Facere trepidationem Idem 3, 3. Iniicere trepidationem

Idem 2, 53. add. Sen. de Ira 3, 10. et Ep. 71. Tac. Hist. 2, 22, 4. et Ann. 15, 16, 3.

TREPIDIARI equi apud Veg. Mulom. 1, 36, 37 sunt quasi Tripedarii, a Tripedando dicti. Nempe TRIPEDO non modo reddunt

Vet. Glossae *τροχίμας*. Sed videtur hoc verbum etiam restituendum eid. 60 Vegetio 3, 47, 11 ut Trepidans est subsiliens ad sudorem excutiendum. Certe apud Veg. de Re mil. 2, 23 pro eo quod habent libri Insurgere tre-

pidantes (editur tripudiantes) in clipeum, tripedantes legi vult Salmas. ad Capitolin. Maxim. 3 p. 9 Hack. ubi multus est in hoc verbo, adeo ut ipsum trepidare a tripedare deriuet. Nam quod tripudium ex tripedio

corruptum putat, minus etiam videtur falli. Sed et Trepidans, 3, 47, 11 idem videtur esse quod Tripedans.

TREPONDO. [*τροχίμας*] Indecl. quo utitur v. g. Scribon. 105. 271. i. tres librae. Quincetil. 1, 5, 15 Nam dua et tre pondo diuersorum generum sunt barbarismi. At duapondo et trepondo vsque ad

nostram aetatem ab omnibus dictum est et recte dici Messala confirmat. conf. Gron. de Pec. Vet. 1, 7 p. 36.

TRES, et TRIA. Plur. num. [*τρῆς*] Numerale nomen. Virg. Ecl. 8, 77 Neeste tribus nodis ternos Amarylli colores. Tres con-

uiuiae Hor. Epist. 2, 2, 61. Digitis tribus Scribon. 78. Trium 75 literarum homo, i. Fur, quod tres in ea dictione tantum sint literae Plaut. Aul. 2, 4, 46. Tria Millia Horat. Sat. 1, 5, 25. Tribus

verbis, i. Breuiter Plaut. Mil. 4, 2, 28. Idem Trin. 4, 2, 121 Pax, te tribus verbis volo. conf. Cic. Fam. 9, 19.

TER cum deriuatis, TERTIVS, TERVNCIVS, vid. f. l. 80 TRESSIS, is, m. [*τροχίμας*] Tripodium, numus aeneus pretii et ponderis trium assium. Varr. de L. L. 8, 49 Tressis ex tribus aeris; quod sic pro assibus nonnunquam aes dicebant antiqui. Itaque pro minuta pecunia vsurpabant, velut apud Perf. Sat. 5, 76 Hic Dama est, non tressis Agafo. Vid. Gronou. de Pecun. vet. 1, 8. et 3, 12. Hotman. 85

Antiq. Roman. 4, 1, 13. Laudatur Cic. Att. 5, 20 Mancipia venibant Saturnalibus tressis. Sed modo ex antiquis codicibus legitur Tertius.

TRESVIRI, orum, m. Pl. [*οἱ τρεῖς*] idem qui Triumviri, de quibus suo loco. Tresviri epulones Cic. de Orat. 3 c. 19. Pompon. l. 2 §. 30 ff. de Orig. Iur. Sed sine addito cum dicuntur, fere in-

telliguntur Capitales illi s. nocturni, de quibus f. l. Plaut. Amph. 1, 1, 8 Quid faciam nunc, si tresviri me in carcerem compegerint? add. Id. Aul. 3, 2, 2. Treuiri etiam dicebantur. Hoc satis indicat

Ciceronis iocus Fam. 7, 13 sub finem, Treuiros, inquit, vites cenfeo: audio capitales esse: mallem auro, argento, aere essent. Sed 95 alias iocabimur. Iocatur Cicero, quod utitur verbo Ictorum cenfeo: deinde quod Treuiros Galliae populos comparat cum Treuiris, i. tribus viris vel Triumviris Capitalibus, qui caput petant et ipsi: denique quod illis quasi e regione opponit, Tres viros s. Triumuiros, quos ita inscri-

bebant, A. A. A. F. F. hoc est, Auro, Argento, Aere, Flando, Feriun-

do, ut in numis antiquis hodieque visitur: quod genus homini togato carius esse debet illis aliis. Triumuiros autem eosdem quoque Treuiros solitos dici, Liuus testis esse potest 40, 29 pr. Colonia Grauiscae eo anno deducta est in agrum Hetruscum de Tarquinienfibus quondam captum. quina iugera agri data. Treuiri deduxerunt, C. Calpurnius 105

Piso, P. Claudius Pulcher, C. Terentius Ister. Sic legit Bembus et alii. Tresuri Gron. Drakenb. ex MSS. quod parum ab illo abludit.

TREVĒRI, siue TREVĪRI. [Τρεβιροι] Galliae Belgicae populi, vetusti sane, nomenque retinentes. Caes. Bell. Gall. 1, 37 Et legati ab Heduis et Treuiris veniebant. Singulari numero usus est Lucan. 1, 441 Tu quoque laetatus conuerti praecia Treuir.

T R I

10 TRIAMBI. Festus Iambi vocabantur, qui singuli ex profcenio loquebantur, Triambi, qui terni.

TRIANGVLVS, i. m. et TRIANGVLVM, i. n. [τριγωνος] Figura tres angulos habens, quam Graeci τριγωνον vocant. Cic. de Nat. Deor. 2, 125 c. 49 Grues quum loca calidiora petentes maria transmittant, trianguli efficere formam. Idem de Diuin. 2, 89 Quum autem in

15 eam ipsam partem orbis venerint, in qua sit ortus eius qui nascatur, aut in eam, quae coniunctum aliquid habeat, aut consentiens, ea triangula illi et quadrata nominent. Triangula etiam Manil. 2, 282.

TRIANGVLVS, a, um. Adi. Triangulus ager Columel. 5, 2.

20 Triangulus solis Radius Plin. 2, 16. Forma triangula Cels. 7, 25. tit. 2.

TRIANGVLARIS, e. Adi. [τριγωνιος] Quod trianguli formam refert: ut Triangularis agri forma, apud Columel. 5, 2.

25 TRIARI, orum. m. Pl. [τριαντος] Genus militum, qui quales fuerint olim, lucidissime explanat Liu. 8, 8 Primum vexillum triarios

ducebat, veteranum militem spectatae virtutis: secundum rorarios minoris roboris aetate factisque: tertium accensos, minimae fiduciae manum. Eo et in postremam aciem reiciebantur. Hastati omnium

30 primi pugnam inibant. Si hastati profligare hostem non possent, pede presso eos retrocedentes, in intervallo ordinum principes recipiebant. Tum principum pugna erat, hastati sequebantur. Triarii, sub vexillis confidebant, sinistro crure porrecto, scuta innixa humeris, hastas subrecta cuspide in terra fixas, haud secus quam vallo septa inhor-

reret acies, tenentes. Si apud principes quoque haud satis prospere esset pugnatum, a prima acie ad triarios sensim referebantur. Inde

35 rem ad triarios redisse, quum laboratur, prouerbio increbuit. Triarii consurgentes vbi in intervallo ordinum suorum principes et hastatos receperunt, extemplo compressis ordinibus velut claudebant vias: vnoque continente agmine, iam nulla spe post relicta, in hostem incedebant. Id erat formidolosissimum hosti, quum velut victos insecuti, no-

40 vam repente aciem exsurgentem, auctam numero cernebant. Item Vegetius de Re militari 1, 20 declarat post omnes acies solere collocari triarios, omni armorum genere instructos, qui genu posito subsidebant: ut si primam aciem vinci contigisset, ab eis integrato praecio vi-

45 gloria repararetur. Idem 3, 14 Sextus, inquit, ordo post omneis a firmissimis et scutatis, et omni genere armorum munitis, bellatores tenebat, quos antiqui triarios appellabant. Hi ut requieti et integri

acrius inuaderent hostes, post vltimas acies sedere consueverunt, et si quid in primis ordinibus accidisset, de horum viribus reparationis spes tota pendebat. Flavius Vopiscus Firmo 4 indicat robustissimum

50 quemque militem in triarios allegi solitum, docens eum neruis robustissimis fuisse, hoc argumento, quod triarium quoque vinceret. Varro de L. L. 4, 16 p. 24, 4 Pilani quoque Triarii dicti sunt, quod in acie

tertio ordine extremis subsidio deponerentur. Quod hi subsidebant, ab eo subsidium dictum, a quo Plautus, Agite nunc, subsidete omnes

55 quasi solent triarii. Conf. Sen. de Tranquill. Ann. c. 3. ¶ 2 Est etiam cognomen Valeriorum. V. g. ille, cuius meminit Cic. de Clar. Orat. 266 Me quidem admodum delectabat etiam Triarii in illa aetate

60 plena literatae senectutis oratio, quanta seueritas in vultu, quantum pondus in verbis, quam nihil non consideratum exibat ex ore. Tum Brutus Torquati et Triarii mentione commotus etc. De alio Idem Att. 4, 15 Scaurum Triarius reum fecit.

TRIAS, adis. f. Numerus ternarius. Gell. 1, 20 Numerus ternio, qui Graece dicitur trias. Trias triplicata nouem numeros facit Mart. Capella 2 p. 26. add. 7 p. 239.

65 TRIACONTAS, tadis. f. Numerus tricenarius. Tertull. de Praescript. c. 49.

TRIBALLI, orum. m. [Τριβαλλοι] Epiri populi, Dardanis oppositi et Moesia gentibus, ut scribit Plin. 4, 1.

70 TRIBACCA. Margarita Petron. c. 55 i. quae tribus baccis constat.

TRIBAS, adis. f. [τριβας] Mulier, quae in sexum suum libidinem exercet. τριβω idem valet quod frico, tero. Tribades itaque dici possent Latine Fricatrices, de quibus Iuuen. Sat. 6, 310 Inque vices equitant etc. Hoc libidinis portentum describit Martialis 1, 91 quod inscribitur, ad Bassam tribadem. Id sceleris primo instituisse dicuntur Les-

75 biae mulieres. Vnde apud Aristophanem λασβιαζαν et λασβιζαν id agere est. Talis fuit Sappho, ut ipsa fatetur: et propterea dicitur ab Hor. Epist. 1, 19, 28 Mascula Sappho. Phaedr. 4, 14, 1 Rogauit alter tribades et molles mares, Quae ratio procreasset, etc. conf. Martial. 7, 6 et 7. Sen. Controu. 2 in fine. Cael. Aurel. Tard. 4, 9, 132.

80 TRIBOCI, m. Pl. Populi Germaniae, nunc, ut volunt, Alsatii dicti. Vid. Plin. 4, 17. Tacit. de Germ. 28, 7.

TRIBON, onis. m. vel TRIBONIVM, i. n. Plane Graecum est, τριβων, τριβωνιον, Pallium tritum. Auson. Epigr. 53, 1. Vid. Ferrar. de Re Vest. 2, 4, 14. it. Fest. in Adtritum.

85 TRIBRACHVS, i. m. [τριβραχος] Pes tribus Syllabis breuibus constans. a τρις, tres: et βραχος, breuis, ut Dominus. Vid. Terentianum, de octo pedibus trisyllabis.

TRIBVARIVS, vid. TRIBVS.

90 TRIBVLA, ae. f. vel TRIBVLM, i. n. [θλιπτηριον] Genus vehiculi, quo frumenta in area teruntur. Tribulam et traham iungit Colum. 2, 21, 4. Sic Virg. Georg. 1, 164 Tribulaque trahaeque, et iniquo pondere rastro. Varro de R. R. 1, 52, 1 E spicis in aream excuti grana: quod fit apud alios iumentis iunctis ac tribulo: id fit e

95 tabula lapidibus aut ferro asperata, quo imposito auriga, aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, ut discutiat e spica grana. Add. Colum. 12, 50, 7. Tribulum fit a Praeterito Triui, ut a Pavi pabulum. Hoc indicat prima producta. Vid. Schoestgenii Antiquit. Triturae §. 10 p. 22 sq.

100 TRIBVLARIVM, i. n. [θλιπτηριοφυλακιον] Locus ubi tribulae reconduuntur, apud Columellam esse dicitur. Non puto.

TRIBVLO, are. [θλιβω] Tribula, aut alio quouis instrumento comminuere. Cato de R. R. 23 Si indideris defrutum, aut marmor, aut refinam, dies viginti permisceto crebro, tribulatoque quotidie.

¶ 2 Tribulare, Torquere, et molestiis afficere; apud scriptores eccle-

105 iasticos. Tertull. adu. Gnost. c. 13 Qui in omnibus tribulemur sed

sed non coangustemur. *Vid. Ol. Borrich. Cogit. p. 254. Andr. Borrich. p. 231.*

TRIBVLĀTVS, ā, um. Pallad. R. R. i. tit. 43 Falciculae breuissimae tribulatae. *Sed vid. leg. tribulariae, ad tribulos excidendos factae.* Et tribulata carne victrix castitas Consumat igne criminum Paullin. Iambo ad Cyther. v. 621.

TRIBVLATIO, ōnis. f. *Vox ecclesiastica pro Aerumnis vel dolore.* Tertull. adu. Iud. c. 11 In die tribulationis. *add. Vulg. Rom. 5, 3. Lactant. 4, 19. Firmic. de Err. Prof. Relig. p. 48. Saluian. de Gubern. Dei 3 p. 44.*

TRIBVLIS, *vid. TRIBVS.*

TRIBVLVS, i. m. [τρίβλος] *Spinæ Genus a semine triangulari dictum: vel quod cuspidatum trifariam feriat.* Virg. Georg. 1, 153

Subit aspera silua, Lappaque, tribulique. Ouid. Met. 5, 486

Lolium tribulique fatigant Triticeas messes. Plin. 18, 27 Nam

lolium et tribulos et carduos, lappasque non magis quam rubos, inter

frugum morbos potius quam inter ipsius terrae pestem numerauerim. Plin. 22, 10. Colum. 7, 3. Veget. 3, 24. Tertull. de Cor. Mil. c. 14.

Tribuli, *Machinulae ferreae. Vid. MVREX.*

TRIBVLŌSVS, a, um. Adl. *Asper, spinosus.* Opus per ha-

mata syllogismorum puncta tribulosum Sidon. Ep. 4, 3. Viarum voragines tribulosae Id. 3, 2. Idem Epist. 1, 7 Diffinulatio tribulosissima.

TRIBVNAL, ālis. n. [ἔθνος, δικαστήριον] *Locus excelsus, in quo residebat; qui ius tribubus redderet, a quibus, tribunisque adeo dictum videtur.* Cic. Q. Frat. 1, 1 Nullius inopiam ac solitudinem non modo illo populari accessu ac tribunali, sed ne domo quidem et cubiculo esse exclusam. Tribunal qua forma fuerit Vitruuius 5, 1 docet de basilica Iulia loquens, quam ipse architectatus erat: in basilicis enim fere iura reddebantur. Verba autem eius haec sunt, Item tribunal est in ea aede hemicycli schematis, minore curuatura formatum. Eius autem hemicycli in fronte est interuallum pedum quadraginta sex: introrsus curuatura pedum quindecim: vti eos, qui apud magistratus starent, negotiantes in basilica ne impedirent. Quibus verbis Vitruuius significat formam illius tribunalis non semicircularem fuisse, sed arcuatam. Non enim iusti ambitus plenique centri hemicyclium illud fuisse: sed ita modulatum, ut in fronte, id est (ut mathematici dicunt) in chorda, sex et quadraginta pedes: introrsus vero, id est in linea perpendiculari, quae quasi sagitta est in arcu, quindecim pedes pateret. Si enim iustum, plenumque hemicyclium fuisset: linea haec perpendicularis trium et viginti pedum esset introrsus: quae media pars est diametri. Propterea schema vocauit Vitruuius curuatura hemicyclio minore formatum. Hinc intelliguntur cornua tribunalis, i. extremae partes illius hemicyclii apud Liu. 25, 3. et Tac. Ann. 1, 75, 1 Tiberius iudiciis assidebat in cornu tribunalis, ne praetorem (praesidentem in medio, sella, quae ibi posita erat) curuli depelleret. Partem primorem vocat Sueton. Tib. c. 33 Tale tribunal Rostra apud Plin. 16, 4 l. 3 Antea rostra nauium tribunali praefixa fori decus erant. His rostris hemicyclii forma in numo gentis Lolliae apud Spanb. diff. 10 p. 191. Ordinarie e ligno compacta fuisse tribunalia, docent Ascon. Pedian. in Argum. Milon. et Sueton. in Caes. c. 85 ubi Clodii et Caesaris cremandi causa populus cum subselliis tribunalia confracta in ignem congerunt. Videntur porro haec tribunalia e porticibus aliquot gradibus eleuatis, instar pontium procurrisse, quod studui declarare in Prolusione de Sipario Quinctiliani, quae habetur Opu-sculor. Tom. 1. Erat autem tribunal Consulium, Praetorum, Praefecti urbis, Proconsulium, et praesidium in prouinciis, ut et imperatoris in castris quod cespitium fieri solebat. Plin. in Paneg. 56 Decora facies Consulium: multa post saecula tribunal viridi cespite exstructum: nec fascium tantum, sed pilorum signorumque honore circumdatum. Aurelium tribunal Cic. Post redit. ad Quir. 13 Ego cum homines in tribunali Aurelio palam conferibi, etc. Fuit autem hoc tribunal in foro Romano, apud Gradus, puto, Aurelios, de quibus Cic. pro Cluent. c. 34. Castrense tribunal suggestus editior ex cespite constructus, in quo sella curuli posita Imperator aut ius dicebat, aut exercitum alloquebatur. Tacit. Ann. 1, 18 Simul congerunt cespites, exstruunt tribunal, quo magis conspicua foret sedes. Vid. Lips. ad Tac. Ann. 1 p. 42. Numarium tribunal Senec. de Benef. 1, 9. Sublime tribunal Claud. in Eutrop. 1, 311. Turpe tribunal Ouid. Amor. 1, 10, 40. Cic. Fam. 3, 8 Idque pro tribunali cum aliquid ageretur, et nonnullis in conuiuiis intelligi potuisse. Vos qui tribunal mecum assistitis Apul. Apol. p. 336, 21 alloquitur aduocatos suos. Citare de tribunali, vid. CITO. Cic. de Clar. Orat. 289 c. 84 Volo hoc oratori contingat, ut cum auditum sit eum esse dicturum, locus in subselliis occupetur, compleatur tribunal, etc. Praetor de sella ac tribunali pronuntiat Cic. Verr. 2, 94 c. 38. Metaphor. Apul. Flor. 3 p. 356, 16 Quid ergo superest ad honoris mei tribunal et culmen, ad laudis meae cumulum? Tribunale legitur apud Tertull. adu. Marc. 4, 7.

TRIBVNATVS, *vid. TRIBVNVS.*

TRIBVNVS, i. m. [δήμαρχος, φύλαρχος] a Tribu: dictus quod primo in tres partes diuisus erat Populus Romanus, et ex singulis, certe pro singulis, singuli creabantur tribuni. Vel a Tribubus: quia tribuam suffragio creabantur, inquit Pomponius de Origine iuris. Vel quia, ut Vegetius ait 2, 7, tribuebant iura militibus. Verum hic usus potius est, quam vero similis derivatio. Nobis illud obseruandum hic est. Nomen hoc pluribus magistratibus tributum fuisse. Antiquissima mentio est Tribuni Celerum: Pomponius l. 2 §. 19 D. de Or. iur. Iisdem temporibus (initio ciuitatis huius) et Tribunum Celerum fuisse constat. Is autem erat, qui equitibus praecerat, et veluti secundum locum a regibus obtinebat: quo in numero fuit Iunius Brutus, qui auctor fuit reges eiciendi. Liu. 1, 59 Praeco ad tribunum Celerum, in quo tum magistratu forte Brutus erat, populum aduocauit. Pomponius l. c. §. 19 cum Magistris equitum Tribunos celerum comparat. §. 2 Proximi ab his Tribuni militum. Varro de L. L. 4, 14 p. 22, 20 Tribuni militum, quod terni tribus tribubus Ramnium, Lucerum, Tatiensium, olim ad exercitum mittebantur. Haec origo. Post constituta rep. tribuni licet plures essent in una legione, alternis tamen legioni toti praecerant, ut possit dicere Tribunos fuisse, qui Legionem Romanam ducerent. Hor. Sat. 1, 6, 48 Quod mihi pareret Legio Romana tribuno. In horum numero et constitutione variatum: de quo vid. Lips. de Mil. Rom. 1, 2. Horum Tribunorum alii Rufuli, alii Comitii creati siue comitiati, vid. RVFVLVS. Tribuni certe IV primarum habuerunt ius lati clauis, i. dignitatem senatoriam. Cic. pro Cluent. c. 54 Senatorii ordinis homines ita enumerantur e lege veteri, Qui tribunus militum legionibus quatuor primis, quique quaestor etc. vid. LATICLAVVS, a, um. Aliis equestrem tantum dignitatem dabat tribunatus: Vid. Martial. 3, 95. Unde cupiebant

- multi tribunatum modo ad hoc ipsum, ut honoratiores essent. Vid. Semestre aurum. Add. Graeu. ad Sueton. Othon. 10. et Domit. 10 ubi ostendit, ea aetate Laticlauios tribunos fuisse ex equestri aut Senatorio genere homines, quibus hoc gratia Imperatoris tribuerit: angusticlauios autem, qui suis stipendiis et meritis paulatim ad tribunatum ascendissent. Tribunus cohortis etiam memoratur Plin. Epist. 3, 9, 18. Tribunorum haec genera ponit Veg. 2, 7 Maior, Minor, Ordinarii, Augustales, Flauiales. de Officio Tribunorum est l. Officium D. de Re milit. Officium tribunorum est, vel eorum, qui exercitui praesunt, milites in castris continere, et ad exercitationem producere, clauces portarum suscipere, vigiliis interdum circumire, frumentationibus commilitonum interesse, frumentum probare, fraudem messorum coercere, delicta secundum suae auctoritatis modum castigare, principiis frequenter interesse, querelas commilitonum audire, valetudinarios inspicere. His officiis qui recte fungerentur, Seueri vocabantur, quos demouet Piso apud Tac. An. 2, 56.
- 3 Tribuni militares consulari potestate tres, quatuor, sex, octo etiam creati sunt illo interuallo, quo Consulatum communicari cum plebeiis volebat populus, patricii recusabant h. e. ab A. V. C. CCCX ad CCCLXXXVIII quo primus e plebe Consul L. Sextius fuit. Vid. Liu. 4. tit. 5 et 6.
- 4 Nobilissimi omnium sunt tribuni plebis s. plebei, quos populus suae libertatis et iuris quosdam defensores ac vindices aduersus patriciorum iniurias sibi post secessionem in sacrum montem parauit, magistratus, ut ait Liu. 2, 33 sacrosanctus, quibus auxilii latio aduersus consules esset: additum, ne cui patrum capere eum magistratum liceret. Horum quoque auctus subinde ad X usque numerus, et potestas per dissidia nobilium ita subinde creuit, ut tempore ultimo resp. paene summa, certe maxima et metuenda principibus fuerit, qui consules in vincula ducere, non modo comitia, sed Senatum quoque habere e. i. g. a. ausi sint: cum initio vis illorum magis in prohibenda vi, in intercedendo, vetandoque fuerit. Sed haec persequuntur, qui antiquitatem explicant. Nos loca quaedam et formulas protulisse contenti erimus. Et ante omnia Cic. de Legib. 3, 9 c. 3 Plebes quos pro se contra vim, auxilii ergo, decem creauit, tribuni eius sunt, quodque ii prohibessint, quodque plebem rogassint (comitia tribuitis) ratum esto: sanctique sunt: neue plebem orbam tribunis relinquunt. Hac lege videlicet Cicero reuocare ad veterem formam tribunos conatur. Id. de L. Agr. 2 c. 6 Per saepe seditiosis atque improbis tribunis plebis boni et fortes consules obtiterunt, et vis tribunicia nonnunquam libidini restitit consulari. Varro de L. L. 4, 14 p. 22, 23 Tribuni plebei, qui ex tribunis militum (haec igitur appellandi ratio) militum primum tribuni plebei facti, qui plebem defenderent. Tribunus pleb. quem maiores praesidem libertatis, custodemque esse voluerunt Cic. de Lege Agr. 2, 15. Appellantur Tribuni Cic. pro Quint. 29. Petere auxilium a Tribunis ibid.
- 5 Superare furiosam vim vesani Tribuni plebis Idem pro Domo 55. Improbis Tribunis plebis Idem Acad. 4, 63.
- 6 Tribuni aerarii dicti sunt, quibus attributa erat pecunia, quam militibus redderent: id quod attributum erat, aes militare. Varro de L. L. 4, 36 p. 42, 24. Hi Tribuni aerarii ad iudicandum adhibiti sunt lege Aurelia, ut etiam plebeiorum aliquae in ea re partes essent. Vid. Cic. ad Qu. Fr. 2, 16, 6 et ad Att. 1, 16 ubi ludit, in iudicio Clodiano eos fuisse non tam aeratos (diuites, numatos) quam aerarios, aere corruptos. Idem vocantur Tribuni aeris Plin. 33, 2.
- 7 Tribuni, sub Imperatoribus saltem, ut Tribuni voluptatum, qui ludorum publicas voluptates curarent, de quibus l. 13 C. Th. de Scenicis et Cassiod. Varr. 7, 10 ubi est eius formula, i. muneris et honoris descriptio. In libellis vulgaribus laudari videas etiam tribunos matrimoniorum. Sed illi debentur mendo etymologici Vossiani, ubi ex Cassiod. Varr. 12, 24 pro Tribunis Maritimarum expressum est matrimoniorum.
- 8 Alios Tribunos Chartariorum, Prouinciarum etc. dabunt Inscriptio-num veterum collectiones, cum labente aeuo generale nomen potestatis aut praefecturae factum esse videatur.
- TRIBUNICIUS, sive TRIBUNITIVS, a, um. Adi. [δῆμογχιος] Quod ad tribunos pertinet. Cic. de Legib. 3, 19 De tribunicia potestate tacet. conf. Id. de Orat. 2 c. 28. Actio Tribunicia Idem de Lege Agrar. 65. Candidatus Tribunicus Idem Q. Frat. 2, 14 sub fin. Conciones Plin. 36, 15. Mucro Tribunicus Cic. de Legib. 3, 21. Potestas Tribunicia saepe in numis Imperatorum, et historiis memoratur, a quo tempore Caesar Octavianus ut nomine principis primum locum in Senatu totoque adeo rep. Imperatoris titulo summum rei militaris etiam in urbe imperium, sic Tribuniciae potestatis obtentu (nomen enim tribuni non placuit) primo ἀουλιαν, s. ut sacrosanctus videretur, tum vim reliquam omnem, praesertim compescendi si opus esset Senatus, complexus est, qua de re Tac. Ann. 1, 9 Continuata per septem et triginta annos Tribunicia potestas. Argumentum nobile tractatum pro dignitate a Spanhemio de Vsu et Praest. Num. Diss. 12 p. 424 sqq. Spiritus Tribunicii Cic. pro Cluent. 109. Vir Tribunicus Idem Philipp. 13, 30 c. 14. Vis Tribunicia Idem pro Cluent. 95. Absolute vocabantur Tribunicii, qui tribunatu functi fuerant, sicut Consulares, qui consulatu. Idem Philipp. 13, 30 c. 14. Qui aedilicii? Qui tribunicii? Qui quaestorii? Adde Suet. Tiber. c. 8. Columel. 1, 3. Plin. 33, 3. et Sidon. 1, 3.
- 9 TRIBVNATVS, ūs. m. [δημαρχία] Tribunorum munus ac dignitas. Cic. de Amicit. 41 De C. Gracchi autem Tribunatu quid expectem, non libet augurari. Tribunatus aliud est, aliud Tribunicia potestas. Sulla Tribunatum non sustulit, sed Tribuniciam potestatem. Romani Imperatores Tribunatum non gessere, quod plebeiorum is magistratus erat; sed simili commento, quo alia immutarent pro arbitrio, Tribuniciam potestatem sumserunt. Fretus sanctitate tribunatus Idem pro Sext. 79. Auferre tribunatum Idem Q. Frat. 2, 14. Exutus Tribunatu Tacit. Ann. 15, 71. Inire Tribunatum Cic. Att. 11, 9. Petere Tribunatum ab aliquo Idem Q. Frat. 2, 14. et de Orat. 1 c. 7.
- 10 TRIBVO, ūi, ūtum, ēre. [δίδωμι, ἀνατίθημι, νέμω] Simpliciter pro dare ponitur et exhibere. Licet forte ab initio de iis dictum sit, quae tributim s. per tribus darentur. Pro dare simpliciter Plin. in Paneg. 94 Tribuas ei successorem, quem genuerit, quem formauerit. Lucret. 2, 973 Principiis etiam si est sensus tribuendus eorum, i. adscribendus. Cic. Fam. 11, 27 In reliquis officiis cui tu tribuisti, excepto Caesare, praeter me, ut domum ventitares, horasque multas saepe suauissimo sermone consumeres? Idem de Orat. 1, 48 Tamen huic ipsi multa tribuat et concedat necesse est. Idem Acad. 4, 12 c. 4 extr. Quibus ille secundum fratrem plurimum tribuebat. Idem Fam. 2, 25 Hoc nostra laus erit illustrior, quod illi tribuebatur ignauiae, imputabatur, ut dabatur. Auctoritatem tribuere, vid. AVCTOR. Bona

Bona tribuere alicui Ouid. de Arte Am. 2, 693. Fidem sensibus
 tribuere Cic. Acad. 1, 42. Fidem testimonio tribuere Idem pro
 Sulla 10. Idem de Finib. 4, 13 Quod item cum vestri faciant, non
 satis magnam tribuunt inuentoribus gratiam. Honorem Idem
 de Finib. 3, 13. add. Id. de Orat. 2 c. 11. Honorem literis tri- 5
 buere Quinctil. 2, 12. Idem de Finib. 2, 17 c. 6 Zenonis est inquam
 hoc Stoici, omnem vim loquendi, vt iam ante Aristoteles, in duas
 tributam esse partes dicere. conf. Id. in Orat. c. 4. Idem Fam.
 13, 71 Ego autem tribuo nonnunquam in vulgus, sed plerumque neces-
 sariis in hoc tempore. Laudes tribuere alicui Propert. 3, 24, 3. 10
 Locum alicui tribuere Quinctil. 3, 3. Cic. pro Milon. 93 Quid
 restat? nisi vt orem obtesterque vos Iudices, vt eam misericordiam
 tribuatis fortissimo viro, quam ipse non implorat? Ninium sibi
 tribuere Quinctil. 1, 2. Nomina deorum tribuere sibi Ouid. Met.
 6, 89. Officium alicui Cic. Fam. 4, 11. Mihi, beneuolentiâ 15
 credo, dūctus, tribuebat Omnia Cic. de Cl. Orat. c. 51. Idem de
 Diuin. 2, 8 Nunc quoniam de Rep. consuli coepti sumus, tribuenda est
 opera Reip. vel omnis potius in ea cogitatio et cura ponenda. Pal-
 mam mensarum alicui pisci tribuere Plin. 32, 6. Pietatem, san-
 ctitatem, religionem, numini deorum tribuere Cic. de Nat. Deor. 1, 10
 3. Plurimum tuo iudicio tribuo Scribon. Ep. fin. Praemium
 tribuere Idem pro Corn. Balb. 37 c. 17. Propert. 4, 2, 49. Prae-
 mia bene meritis tribuere Hirt. Bell. Alex. 65. Precibus alicui-
 us aliquid tribuere Ouid. de Arte Am. 1, 689. Primas prato tri-
 buerunt veteres in agricolatione Columel. 2, 7. Idem Q. Frat. 25
 3, 4 Tibi istius generis in scribendo priores partes tribuo quam mihi.
 Silentium orationi alicuius tribuere Idem pro Cael. 29 c. 12. Suavi-
 loquentiam alicui Idem de Clar. Orat. 58. Societatem hominum
 tueri, et suum cuique tribuere Idem Off. 1, 15 c. 5. Tantum
 cuique tribuendum est, quantum ille, quem diligas atque adiuues, su- 30
 stinere possit Idem de Amicit. 75. Tantum tibi tribuo, quantum
 mihi arrego Idem Fam. 4, 1. Idem Off. 2, 4 c. 1 Cui cum multum
 adolescens discendi causa temporis tribuissem, etc. Triumphalia
 alicui tribuere, vid. TRIUMPHVS. Cic. Tusc. 1, 119 c. 49 Sed
 nunc quidem Valetudini aliquid tribuamus. Veniam Quinctil. 35
 7, 5. Tributum est, impersonale. Cic. Off. 1, 11. Geni animan-
 tium omnium a natura tributum est, vt se, vitam, corpusque tucatur.
 Idem de Fin. 4, 17 Primique ex omnibus Philosophis a natura
 tributum esse docuerunt, vt hi, qui procreati essent, a procreatori-
 bus amarentur. 40

TRIBVENS, entis. Part. Nec tamen hoc tribuens Hor. Sat. 1, 10, 5.
 Multum fortunae victoris Caesaris tribuens Hirt. B. Alex. c. 43.
 TRIBVTVS, a, um. Honor mulieri tributus Cic. de Orat. 2 c. 11.
 add. Suet. Tib. c. 9 aliam significationem vid. post TRIBVS.
 TRIBVTVRVS, a, um. Partic. [δύων] Ouid. Met. 9, 401. 45
 TRIBVTIO, ōnis. f. [τρεμν] Cic. de Nat. Deor. 1, 50 c. 19 Hanc
 ἰσονομίαν appellat Epicurus, id est, aequabilem tributionem. Vlp. in
 l. Procuratoris. D. de tribut. action. Tributio autem fieri debet
 pro rata eius, quod cuique debetur. Tributiones praedii l. 52
 ff. de pactis. 50

TRIBVTVM, vid. loco suo.
 TRIBVS, ūs. f. [Φυλή, Φρατρία, δῆμος, τεττὸς] Est pars Populi
 Rom. primo quidem tertia, vnde, s. a tribus, nomen ortum videtur: cum
 tria genera essent primorum ciuium, vt mox apparebit: deinde pro locis,
 quibus habitabant diuisae, numero subinde crescente, vt in XXXV ultimis 55
 reip. liberae temporibus consisteret. Varro L. L. 4, 9 p. 16, 27 Ager Rom.
 primum diuisus in partes tres, a quo tribus appellatae, Tatiensium,
 Ramnium, Lucerum, nominatae, vt ait Ennius, Tatienses a Tatio;
 Ramnenses a Romulo; Luceres, vt ait Iunius, a Lucumone. — Ab
 hoc quoque partes vrbs tribus dictae, et ab locis Suburana, Esqui- 60
 lina, Collina, Palatina, Quinta, quod sub Roma, Romilia. Sic reli-
 quae tribus ab iis rebus, de quibus in tributum libris scripti. Trium
 tribuum distarum mentionem adhuc aliquoties facit c. 14 et 16. Liu.
 1, 13 A Romulo centurias equitum tres fuisse conscriptas, Ramnenses
 et Tatienses et Luceres, cum dicit, non negat, totum etiam populum sic fuisse 65
 distributum. Sed de regno Seruili Tullii cum dicit Idem 1, 43 Quadri-
 fariam enim vrbe diuisa regionibus collibusque, quae habitabantur par-
 tes. Tribus eas appellauit, vt ego arbitror, ab tributo. nam eius
 quoque aequaliter ex censu conferendi ab eodem inita ratio est, ne-
 que hae tribus ad centuriarum distributionem numerumque quidquam 70
 pertinere. Videtur oblitus, Varronianae disciplinae, et primae originis.
 Melius Columel. 5, 1, 7 Tribus dictae primum a partibus populi tri-
 partito diuisi, quae tamen nunc multiplicatae pristinum nomen possi-
 dent. Cic. de Legib. 3, 33 Descriptus enim populus censu, ordini-
 bus, aetatibus, plus adhibet ad suffragium consilii, quam fusc in tri- 75
 bus conuocatus. conf. Liu. 6, 5 extr. Sigon. ad Liu. 2, 11 extr. Ascon.
 Ped. ad Verr. 1, 14 c. 5 Credent omnes quinque et triginta tribus; sic
 ait, Ac per has totus Populus Rom. Tribus principio tres fuerunt,
 Tatiensis vna a Tatio rege, Ramnensis altera a Romulo, Luceres al-
 tera a Lucumone, siue Lucretino, siue a Luco, quem lucum Asylum 80
 vocauerat Romulus. Post de nominibus Sabinarum plures fuere: qui-
 bus deprecatrix parentum bellum maritorumque finitum est. Ad
 postremum triginta et quinque factae. Obtinuerunt autem nomen aut
 a tributo dando, aut quia primo tres fuerunt, vnde etiam tribuni di-
 cti. Haec Ascon. Rectiora docet Liu. 1, 13 Ex bello tam tristi laeta re- 85
 pente pax cariores Sabinas viris ac parentibus, et ante omnes Romu-
 lo ipsi fecit. Itaque quum populum in triginta curias diuideret, no-
 mina earum curiis imposuit. Id non traditur (quum haud dubie ali-
 quanto numerus maior hoc mulierum, fuerit) aetate, an dignitati-
 bus suis virorumque, an sorte lectae sint, quae nomina curiis darent. 90
 Nempe Tribus dixit Asconius, cum deberet Curias: quo errore etiam alii
 abrepti sunt. Curiae sunt partes decimae primarum trium tribuum,
 vt s. l. diximus. Cum perierint libri tribuum Varronis, quos modo ex
 ipso laudauimus, gratiae habendae sunt P. Manutio, qui in Comm. ad Cic.
 Fam. 8, 8 et alias hoc argumentum luculenter illustravit: itemque Onuphrio 95
 Panuino cuius Ciuitas Rom. luculentum tribuum et auctiorem Manutiano
 exhibet: et nuper Boindino, qui in Commentariis Academiae Inscriptio-
 num aliquoties materiam tribuum tractauit.



Tribuum XXXV nomina ex libris P. Manutii excerpta, quae damus ex
 Stephano Londinensi vna modo alteraque obseruatiuncula aucta.

AEMI. Aemilia. Cic. Att. 2, 14. Liu. 38, 36 Antiquae vrbs in-
 scriptiones 75. 100

- ANL. Anienfis. Cic. Fam. 8, 8. et pro Planc. 54. Liu. 9, 20. [Liu. 24. Anienfis iuniorum] Antiquae vrbis inſcript. 160. 175. et in libro Petri Appiani de inſcriptionibus antiquis totius orbis 93.
- 5 ARNIENSIS Cic. de Lege Agr. 2, 79. Liu. 6, 5. et 29, 37. ubi corrupte legi putamus Narnieſi; nam lapis antiquus, quem Vuſſiniis in templi parietibus vidimus, expreſſam Arnienſis mentionem continet. [Boindinus in Comm. Acad. Inſcr. Tom. 7 p. 105 pro Arnienſi putat ſubſtituendam Anienſem, cum ad Arnun eo tempore Romani nondum penetrarint, etc. pluribus enim argumentis utitur.]
- 10 CLA. Claudia. Liu. 2, 16. Virg. Aen. 7, 708. Dionyſius Halic. 5 Antiquae vrb. inſcript. 75. 84. 114. Liber Appiani 479.
- 15 CLV. Cluſtunina. } Cic. pro Planc. 38. pro Balbo 57 Antiquae }
vel CR. Cruſtu- } vrbis Inſcriptt. Liu. 42, 34. }
mina. nam vtro- }
que modo legitur. }
- 20 COL. Collina. Varro l. 4. de L. L. Plin. 18, 3. Feſtus in litera V. Antiquae vrb. inſcr. 27. 99. 120. Liber Appiani 110. Joſeph. Antiq. Iud. 14, 7. Liuius 38, 36. Antiquae vrb. inſcr. 29.
- 25 COR. Cornelia. Varro de L. L. 4, 9. Plin. 18, 3. Feſtus in lite- }
ESQ. Eſquilina. } ra V. Antiquae vrb. inſcr. 75. Eſt praeterea in }
vel EX. Exqui- } aedibus Gentilis Delphini Romani, fragmentum }
lina. } antiqui lapidis cum hac tribu; quod ipſe quidem }
non vidi, ſed is, cui facile credo, ſe vidiffe dixit, }
30 Honofrius Veronenſis, (Onuph. Panuinius) mo- }
nachus ordinis Auguſtiniani, qui ordinem anno- }
rum vrbis Romae a Romulo ad Juſtinianum peri- }
tiſſime deſcripſit. }
- FAB. Fabia. Hor. Epift. 1, 6, 52. Sueton. in Aug. c. 40. An- }
35 tiquae vrb. inſcr. 61. 73. 76. 94. et Petri Appian. }
l. 62. 66. 335. 343. 500. }
- FAL. Falerina. Liu. 9, 20. et in libro Petri Appiani 105. 120. et }
Neapoli antiquus lapis eſt ita inſcriptus, C. PI- }
40 STORIO C. F. FAL. FIRMO AEDIL. }
II. VIR CVRATORI OPER. PVBLI- }
COR. item Joſephus εν τῷ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολο- }
γίας λόγῳ ιγ. κεφαλῆ ιζ. }
- GAL. Galeria. Liu. 27, 6. [Galeria iuniorum] Plin. 7, 2. eſt }
45 pro Galeria legitur Galerius, ſed corrigendus lo- }
cus eſt ex antiquo libro auunculi mei Franciſci Aſu- }
lani: et Antiquae vrb. inſcr. 89. 142. 159. Liber }
Appiani 14. 15. 18. 19. 21. 22. }
- LEM. Lemonia. Cic. pro Planc. 38. Philipp. 9, 15. Feſtus in li- }
tera L. Antiquae vrb. inſcr. 91. 151. }
- 50 MAEC. Maecia. Hanc in antiquis lapidibus duobus inuenimus, C. }
OCTAVIO C. F. MAEC. VERO. C. HE- }
BACIO. MAEC. ROMANO; in libris qua- }
ter nominatam obſeruauimus, a Tullio ad Att. 4, }
14. a Liuius 29, 37. a Valerio Max. 2, 4. a Feſto }
in litera M. }
- 55 MEN. Mentina. Cic. Fam. 13, 9. Joſephus εν τῷ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρ- }
χαιολογίας λόγῳ ιγ. κεφαλῆ ιζ. cum quibus lapi- }
des tres conſentiunt, C. VALERIO C. F. }
60 MEN. DOLV TIO MARCIANO. A. MV- }
NIO A. F. MEN. EVARISTO. C. CA- }
TIO C. F. MEN. BALBO C. CASTIVS }
C. F. MEN. CALLVS. Sed reſtius ſcriber }
Menenia. Mentina enim nullam ſecum fert ſigni- }
ficationem; ſed gens fuit Menenia florentiſſima, }
65 a qua procul omni dubio Tribus Menenia nomen }
ſumfit. Sic ſcriptus eſt locus Cic. Fam. 13, 9 P. }
Rupilius, P. F. Men. qui in vetuſtis Codd. modo }
Menenius, modo Menius legitur; nunquam vero }
Mentinus. Lapis eſt apud Feltriam ad laeuam, }
70 cum aedem Cathedralẽ ingrediariſ: }
- C. FIRMIO. C. F. }
MENENIORVFINO. }
EQ. PVB. LAVRENT. }
LAV. DEC. FLAMIN. }
75 PATRONO. COLLE- }
GIORVM. FAB. CENT. }
DENDR. FELTRIAE. }
ITEMQVE. BER. VENS. }
COLLEG. FABR. ALBI- }
80 NATIVM. PATRONO. }
- OVF. Oufentina. Liu. 9, 20. Feſtus in litera O. Antiquae vrb. }
inſcr. 86. 133. in libro Appiani 27. 28. 30. 51. 67. 71. }
79. 84. 85. 86. et in libro Veronenſium antiquita- }
85 tum 51. Q. EVPHEMVS. Q. F. OVF. LV- }
CVLLIVS. }
- PAL. Palatina. Cic. Verr. 4, 107. Pedianus 18. Varro de L. L. }
4, 9. Plin. 18, 3. Liu. 20. Feſtus in litera V. }
Antiquae vrbis inſcript. 29. 34. 39. 62. 116. 155. 176. }
Liber Appiani 17. 22. 34. 64. }
- 90 PAP. Papia. Scriptum in libris de hac tribu nihil eſt, quod ego }
quidem legerim; in libro tamen de Antiquae }
vrbis inſcriptionibus explicata, mentio eſt 61. nec }
95 ſemel in Pyrrhi (Ligorii) theſauris. ſic enim eius }
libros appello. Frequentiſſima eſt eius mentio in }
vetuſtis lapidibus. Lapis vet. Sutrii, M. AN- }
TEIO. M. F. PAP. RESTL TVTO PR. }
IVV. AEDILI. AVGVRI. CVR. R. P. }
DECVR. AVGVST. ET. POP. AERE. }
CONLATO. }
- 100 PAP. Papiria. Feſtus in litera P. Antiquae vrb. inſcr. 72. 135. }
POB. Pobilia. Quae deinde Publilia ſcripta eſt: ſicuti ex Po- }
blius Publilius factus eſt. reperitur in lapidibus }
et PV. et PVB. et PVBL. et PVBLIL. et }
105 POB. Liu. 7, 15. Antiquae vrb. inſcript. 10. }
Lib. }

Lib. Appiani 252. et in libro Veronensium antiquitatum saepe exempla Publiliae, per V scriptae, quinque habemus, duo in Antiquae urbis inscriptionibus, 66, 81. tria in Appiani lib. 65. 105. 352.

- POL.** Pollia. Liu. 8, 37. Valer. Max. 2, 4. et 9, 10. Antiquae urbis inscript. 110. 113. 147. Liber Appiani 18.
- POM.** Pomptina. Cic. Att. 4, 15. Liu. 7, 15. Festus in litera P. Antiquae urbis inscript. 114. 117. Liber Appiani 141. 484.
- POP.** Popilia. Cic. Fam. 8, 8. Valerius Max. 8. Festus in litera P. Liber Appiani 297. *Non alia videtur quam Pobilia. nam varie scribitur.*
- PVP.** Pupinia. Cic. Q. Frat. 2, 3. et Fam. 8, 8. Liu. 26, 9. Festus in litera P. *Duo antiquorum lapidum exempla exstant, alterum Capuae, D. VIBIDI D. F. PVP. NIGRI; alterum Patuuii, C. CLAVSIO C. F. PVP. Tam Popinia quam Pupinia (POP. et PVP.) in vetustis Epigrammatibus exarata inuenitur.*
- QVIR.** Quirina. Cic. pro Quint. 24. et Fam. 8, 8. Asconius 61. Festus in litera Q. Antiquae urbis inscript. 15. 34. 44. 115. Liber Appiani 14. 17. 18. 19. 103.
- ROM.** Romilia. Cic. in Verr. 2, 22. et in Agraria 2, 78. Asconius 18. Varro de L. L. 4, 9. Festus in litera R. Servius in Aeneidos. 3 Antiquae urbis inscript. 165. *in libro Veronensium antiquitatum 51. L. GAL-LIO L. E. ROM. est etiam Ferrariae semifra-ctus lapis, in imis summi templi parietibus instratus, in quo ita scriptum vidimus, ITIOT. F. ROM.*
- SAB.** Sabatina. Liu. 6, 5 Festus in litera S. Lapis antiquus Romae in aedibus Cardinalis Carpensis, CN. CORNELIO. CN. F. SAB. MVS AEO MANCIPI VIAE APPIAE. *Et alius in via Latina, L. IVNIO L. F. SABATINA. POLI-ONI. AVROMATARIO. A. VIC. PVBL. VIX. ANN. XLVII.*
- SCA.** Scaptia. Liu. 8, 17. Suet. in August. 38. Festus in litera S. Lapidis antiqui exemplum Romae exstat in regione Pantheonis, C. AVFELIVS C. F. SCA. SEVERVS. *et item aliud, C. GRANTANI-VS SCAPTIA MACER.*
- SER.** Sergia. Asconius 61. Antiquae urbis inscr. 61. 63. 81. 165. est et in eodem lib. 63. *quatuor literis SERG.*
- STEL.** Stellatina. Liu. 6, 5. Antiquae urbis inscr. 110. Liber Appiani 150. et duabus literis ST. 239.
- SVB.** Suburana. Varro de L. L. 4, 9. Cicero. etiam in Agraria 2, 78. *quo in loco videtur corrupte legi, Ab Ocri-culana: cum libris quinque manuscriptis, quos se vidisse affirmavit vir optimus ac doctissimus Gabri-el Phaernus, legatur, Ab vsura nam. unde mihi orta coniectura est, quam Phaernus ipse et Octa-vius meus probarunt, legi posse, A Suburana mu-tatione fere nulla. Plin. 18, 3. Festus in litera S. et litera V. Antiquae urbis inscr. 147.*
- TER.** Terentina. Cic. pro Planc. 38. et Fam. 8, 8. Liu. lib. 9. et lib. 10, 9. Antiquae urbis inscr. 140. 199. Liber Appiani 105, 336.
- TRO.** Tromentina. Festus in litera T. *Liuius etiam 6, 5 scripsit, Tormentina, ut opinor, non, ut impressum est, Promentina. Antiquae urbis inscr. 107. Liber Ap-piani 16, 177. et in lapide, qui Gaietae est, LA-TILLIO L. F. TROMEN.*
- VEI.** Veientina. Cic. pro Planc. 38.
- VEL.** Velina. Cic. Att. 4, 15 in Bruto. Hor. Epist. 1, 6, 52. Perf. Sat. 5, 73 Antiquae urbis inscript. 162. Liber Appiani 19.
- VOL.** Voltinia. Cic. pro Planc. 38 Antiquae urbis inscript. 155. *et in antiquo lapide, qui est Venetiis in turri S. Vitalis, CN. NVMERIVS. CN. F. VOL. FRONTO. est et quatuor literis VOLT. in Appiani lib. 484.*

Sunt et aliae quaedam tribus, praeter notissimas istas XXXV, quas memoravit Manutius. v. g.

- AEL.** Aelia. Panuin. de Ciu. Rom. c. 51.
- CAM.** Camilla, vel Camilia. *Memorata est in antiquis quibusdam inscriptionibus in libr. Epigr. Antiq. Urb. L. VICIDIIVS. L. F. CAM. PRAESENS. Et, Q. MAN-LIVS Q. F. CAM. etc.*
- CL.** Claudia. *Rustica. Liu. 2, 16. Virg. Aen. 7, 706. Rosin. Antiq. Rom. 6, 15.*
- CLV.** Cluentia. *Bello sociali addita est. Appian. de Bell. Ciuil. 1 p. 380. Virg. Aen. 5, 123.*
- CLV.** Cluuvia. *Item Bello sociali addita. Liu. 9, 31. Panuin. de Ciu. Rom. c. 51.*
- DVM.** Dumia. *Item Bello sociali addita. Panuin. de Ciu. Rom. c. 51 Inscr. vetus, Q. PERCERNIVS. Q. F. DVM. MASCVLINVS.*
- FL.** Flauia. *Panuin. de Ciu. Rom. c. 51. Inscr. vetus Romae, C. VALERIVS. C. F. FLAVIA. SPE-CTATVS, etc.*
- HOR.** Horatia. *Rustica. Frequens est eius mentio in vetustis marmoribus. Pauin. de Ciu. Rom. c. 50.*
- IVL.** Iulia. *In Augusti honorem appellata. Dio 44 p. 242. De hac inscriptio Fani, Q. TITIENVS. Q. F. IVLIA. QVADRATVS.*
- SAP.** Sappinia. *Fuit extra numerum. Memoratur a Liu. 31, 2. et 33, 23.*
- VET.** Veturia. *Rustica. Nomen a gente Veturia accepit. Liu. 26, 22 Seniorum et iuniorum.*

Vrbanae tribus, et rusticae antiqua distinctione. Liu. 9 ad finem, Fla-

- vium, dixerat Aedilem forensis factio, Appii Claudii Censura vires
 nacta: qui Senatum primus libertinorum filiis lectis inquinauerat.
 Et posteaquam eam lectionem nemo ratam habuit, nec in curia adeptus
 erat quas petierat opes urbanas: humilibus per omnes tribus diuisis,
 5 forum et campum corrupit. Tantumque Flauii comitia indignitatis
 habuerunt, ut plerique nobilium annulos aureos et phaleras deponerent.
 Ex eo tempore in duas partes discessit ciuitas: aliud integer populus
 fautor et cultor bonorum, aliud forensis factio tenebat: donec
 10 Q. Fabius et P. Decius Censores facti. Fabius simul concordiae causa,
 simul ne humillimorum in manu comitia essent, omnem forenses
 turbam excretam in quatuor tribus coniecit: urbanasque eas appellavit,
 adeoque eam rem acceptam gratis animis ferunt, ut Maximii cognomen,
 quod tot victoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pareret.
 15 Hoc et Valer. Maximus memoriae prodidit 2, 1. Plin. 18, 3 Rusticae
 tribus laudatissimae, eorum qui rura haberent. Urbanae vero, in
 quas transferri ignominiae esset, desidiae probro. Itaque quatuor
 solae erant a partibus vrbis, in quibus habitabant, Suburrana, Palatina,
 20 Collina, Esquilina. Haec Plinius. Epitome Liu. 20 Libertini in quatuor
 tribus redacti sunt, quum antea dispersi fuissent, Esquilinam, Palatinam,
 Suburranam, Collinam. Afconius in orationem pro Milone, significasse
 iam puto nos, fuisse inter leges P. Clodii, quas ferre proposuerat,
 eam quoque, qua libertini, qui non plus quam in vrbis tribus
 25 suffragium ferebant, possent in rusticis quoque tribubus, quae
 propriae ingenuorum sunt, ferre. Certa tribus, certus numerus Cic.
 pro Corn. Balb. 30. Tribum ferre; est Tribum aliquam sibi suffragantem
 habere in alicuius magistratus petitione. Idem pro Planc. 54. et Att. 2, 1
 Fauonius meam tribum tulit honestius quam suam, Luceii perdidit.
 In aerarios referri, ac tribu moueri Idem pro Cluent. 122. ¶ 2
 30 *Metaph.* Vites in secunda quasi tribu Colum. 3, 2. TRIBVLIS, is. m. [*Φυλέρης, Φράτης, Φράτωρ*] Qui ex eadem tribu
 est. Hor. Epist. 1, 13, 15 Ut cum pileolo soleas conuiuia tribulis.
 Cic. Fam. 13, 24 Lucio Collinio amico et tribuli tuo valde familiariter
 vtor. *Add. ib.* Ep. 58. Ter. Adel. 3, 3, 85 Estne hic Hegio tribulis
 noster? *Exprimit Gr. δημότης.* Liu. 2 Vetus Claudia tribus, additis
 35 postea nouis tribulibus, qui ex eo venirent agro appellata. Martial. 9, 50,
de toga veteri ac detrita. Nunc anus: et tremulo vix accipienda tribuli.
 Tribulis qui nulla alia re censetur quam tribu, homo tenuis. *Conf.* 9, 58
 Nec pallens toga mortui tribulis. Tribulis conuiuia, pro Non
 diuite ab Horatio usurpatum; non dissimili notione, qua Plinius quoque
 40 Tribus pro Pauperioribus dixit. *Locus Horatii est* Epist. 1, 13, 15. *Conf.*
Torrent. b. l. *Add.* Cic. Att. 1, 18. Suet. Aug. c. 40. Sidon. Ep. 1, 9.
 Prud. Hymn. 12, 185. Qui apud tribules suos plurimum gratia possunt
 Cic. de Petit. Consul. 25. Idem pro Rosc. Amer. 47 Quid ad istas ineptias
 45 abis, inquires? quasi vero mihi difficile sit quamuis multos nominatim
 proferre (ne longius abeam) vel tribules, vel vicinos meos, qui suos
 liberos, quos plurimi faciunt, agricolas assiduos esse cupiunt. Decuriare
 tribules Cic. pro Planc. 47 c. 19. Obseruare tribules Idem pro Planc.
 47 c. 19. Patricii tribules, *vid.* Liu. 5, 30. Iudex tribulis Cic. pro Planc.
 47 c. 19. TRIBVARIUS, a, um. Adi. [*Φρατμακός*] Quod ad tribus pertinet:
 50 ut, Tribuarium crimen, et Tribuaria res. Cic. pro Planc. 47 c. 19
 Itaque haesitantem te in hoc sodalitorum tribuario crimine ad communem
 ambitus causam contulisti, *vid.* *Ibid.* 36. TRIBVTIM, Adu. [*κατὰ Φυλῆς*]
 Per singulas tribus. Cic. Att. 55 4, 16 Populo tributum domi suae
 satisfecerat. Hor. Serm. 2, 1, 69 — atqui Primores populi arripuit,
 populumque tributum. Tributum et centuriatim descriptis ordinibus
 Cic. pro Flacc. 15 c. 7. Spectacula sunt tributum data Idem pro Muraen.
 72. Tributum idem est quod In comitiis tributis, *apud* Liu. 3, 55. TRIBVTVS,
 60 a, um. Quod ad tribus pertinet. Comitia tributa Cic. Fam. 7, 30
 in quibus populus tributum vocatus ac descriptus fert suffragia,
 ut quod pluribus vnius tribus hominibus placeret, pro sententia
 totius tribus haberetur, quod tribus plures decernerent, totus iubere
 populus conferetur. De Populo tributo, i. plebeiis hominibus, *vid.*
 65 P O P V L V S n. 3. TRIBVTVM, i. n. [*Φόρος, δασμὸς, εἰσφορά*] a Tribubus
 Varro de L. L. 4, 36 dictum ostendit, quod ea pecunia, quae populo
 imperata erat, tributum a singulis pro portione census exigebatur.
 Festus, Tributum dictum, quia ex priuato in publicum tribuitur. Sumi
 70 postea hoc vocabulum coegit laxius, pro omni Munere, quod a ciuibus
 vel subiectis soluitur: quin tributum est, quidquid plures ad eundem
 usum conferunt. Vlpianus de Verb. signific. l. Ager, Tributum sane
 appellatur ab intriutione: vel ex eo, quod militibus tribuitur. Cic.
 Off. 2, 74 c. 21 Danda etiam opera est, ne quod apud maiores nostros saepe
 fiebat, propter aerarii tenuitatem, assiduitatemque bellorum,
 tributum sit conferendum. *Vid.* *Fest. cum not. Dacer. Lindenbr. ad*
 75 *Ammian. p. 50.* Cic. pro Flacc. 44 Si praetor dedit, ut est scriptum,
 a Quaestore numeravit, Quaestor a mensa publica, mensa aut ex
 vecligali, aut tributo. *Vid.* *Sam. Petit. Varr. Lect. 2, 1.* Vacuus tributo
 80 Tacit. Ann. 12, 61, 2. Confectio tributi Cic. pro Flacc. 20. Leuamentum
 tributi Tacit. Hist. 1, 8, 2. Immortalia tributa Idem Hist. 4, 32.
 Nescia tributa Idem Ann. 1, 59. Vitro tributum, *vid.* *suo loco.* Conferre
 tributum, *vid.* *CONFERO.* Debere tributum alicui Claud. Conf. Stil. 2, 279.
 Exigere tributa Cic. Fam. 3, 7 *ubi hodie dicunt Collectam facere.* Sic Verr. 3
 c. 42 Imacharesens tributum facere coegisti, ut Apronius darent. Exuere
 85 tributa Tacit. Ann. 1, 59. Ferre tributa alicui Ouid. de Nuce 88.
 Frenare vrbem tributis Stat. Silu. 4, 1, 40. Imperare tributum Plaut.
 Epid. 2, 2, 43. Imponere tributum Liu. 23, 31. Indicere tributum
 populo Caes. Bell. Gall. 3, 32. Inferre tributum, *vid.* *INFERO.* Irrogare
 tributum, *vid.* *IRROGO.* Liberare tributo Cic. Fam. 15. Pendere lamentabile
 tributum Ouid. Met. 8, 263. Caes. B. G. 6, 13. Petere tributa ex
 90 omni gente Ouid. Epist. 4, 54. Poscere insigne tributum Stat. Silu. 1, 4, 40.
 Vindicare a tributis Cic. Philip. 2, 93. Vocari in tributum Vlpian. in l. 1
 §. Si is qui. D. de exercit. actione. TRIBVTVS, us. m. etiam dicitur,
 [*Φόρος*] Gell. 13, 20 Hic tributus, quod tributum nos dicimus, a
 plerisque veterum dictum est. Sic Plaut. Epid. 2, 2, 43 At tributus cum
 imperatus est, negant pendere potesse: Illis, quibus tributus maior
 100 penditur, pendere potest. *Conf.* Cato ap. Non. 3, 252. Gell. 13, 13. TRIBVTOR, oris. m. Apul. ad Asclep. p. 92
 Mundus praestitor est et tributor omnium, quae mortalibus videntur bona.
 TRIBVTORIVS, a, um. Adi. *Vnde* Titulus Digestorum lib. 14 De
 105 tributoria actione, quae est velut distributoria, ut in pluribus creditoribus,

bus, tributatur, uniuersique de bonis debitoris aequa pars. Vlp. *ibidem* l. Illud quoque. §. Si cuius dolo malo factum est, quo minus ita tribueretur: in eum tributaria datur, vt quanto minus tributum sit quam debuit, praestet. *Add.* l. 1 §. 20 D. de exercit. act. it. l. 6 pr. ff. *cod. tit.* *Causa* l. 46 §. 5 ff. de iure fisci.

TRIBVTARIVS, a um. *Adi.* [ὑπόφορος, ὑπορέτης] *Qui soluendo tributo obnoxius est.* Iustin. 1, 7 Sed ciuitates, quae Medorum tributariae fuerant. *Add.* Id. 5, 2 et 3. Plin. 12, 1 Tributarium solum. Tabulae non commendaticiae, sed tributariae, quibus tributum imperatur Cic. Verr. 4, 148. Cuius tributarius Petron. c. 57. *Conf.* Suet. Aug. c. 46. Flor. 3, 4, 1. Tertull. de Fuga in Persec. c. 12. Sidon. Epist. 7, 9. Necessitas tributaria Iustin. 32, 2, 1. Pro- uinciae Suet. Callig. c. 40. *Conf.* S. Petit. Var. Lect. 2, 1. Indi- cationes tributariae Saluian. de Gub. Dei 5 p. 171.

TRICA E, arum. f. *Plur.* Num. tantum. [τριχώματα] Charif. 1 p. 20 *fn.* *Pili confusi, inexplicabiles proprie, tum Impedimenta omnia, minu- ta in primis et tamen molesta.* Plaut. Curc. 5, 2, 15 Quod argentum? quas tu mihi tricas narras? Cic. Att. 10, 8 Cuius quidem virtus mi- rifica, quomodo illa fert publicam cladem, quomodo domestica tricas. Coniicere se in tricas, *uid.* **CONIICIO.** Quin tu istas Mittis tricas Plaut. Most. 3, 1, 41. Plaut. Rud. 5, 2, 36 Eloquere prope celeriter. L. numos trecentos. G. tricas: Tricas et A- pinas vulgo Res futiles ac nugatorias dicebant. Martial. 14, 1 Sunt api- nae, tricaeque, et si quid vilius istis. *Adagium ab euentu natum.* Nam Tricam et Apinam oppida fuisse quondam Apuliae, demonstrat Plin. 3, 11 Diomedes, inquit, ibi deleuit gentes Monadorum, Dardorumque, et vrbes duas, quae in prouerbii ludicrum vertere, Apinam et Tricam. Stephanus ostendit Tricam urbem fuisse Thessaliae, sortitam id nominis a Trica, Penet filia. Nonius Marcellus 1, 26 Tricas, Impedimenta et implicationes inter- pretatur ἀπὸ τῶν τριχῶν, id est a pilis, quibus inuoluuntur pulli gallina- ceii. unde dictum sit Extricare et Intricare, i. impedire, morari. Luc- lius *ibid.* Nec mihi amatore hoc opus, nec tricone vadato, i. qui me moretur litibus et vadimoniis. Turpil. Iudicia, lités, turbas, tricas, contiones (cunctationes) maximas. Varro, Putas eos non citius tricas Tellanas, quam id extricatuos. *Haec Nonius.* Trica laudatur, nescio unde, Plaut. *Replica* tricam atque extende. Euagrius Interpres Athanasii in vita Antonii, Operante illo, traxit qui- dam sportellae quam texebat tricam siue funiculum.

TRICO *uid.* in suo LOCO.

TRICOR, ari. *pro Nugas agere dicebant veteres.* Cic. Att. 15, 13 Quas literas, quum e balineo exiissem, accepi, sese de attributione omnia summa fecisse, Vectenum accusat. Tricatur scilicet, vt homo- talis. *Eidem* 14, 19 Publilius tecum tricatus est. i. falsa locutus est. *Vid.* *Auf.* Popma ad b. l.

TRICAMERATVS, a, um. [τριώροφα, τρισηγα] Hieron. adu. 45 Iouin. 1, 9 *extr.* *Vid.* supra **BICAMERATVS.**

TRICARIO. Mart. Capella 7 p. 239. i. numero ternario.

TRICASTINI. [Τρικαστινοί] Populi sunt Galliae prope Druentiam fluium. *Hinc*

TRICASTINVS, a, um. *Adi.* *Vt, Fines Tricastini.* Sil. 3, 466 Iamque Tricastinis incedit finibus agmen.

TRICĒNI, ae, a. [τριάνοντα] *Adi.* *Plural. num.* a Triginta, G lite- ra in Cmutata: sicut pro Vigeni, Viceni. Plin. 9, 3 Anguillae quoque in Gange amne tricenos pedes. *Ibid.* c. 36 Latent sicut murices circa Ca- nis ortum tricenis diebus. *Conf.* Id. 36, 1. Sic Martial. 1, 44 et 1, 127. Columel. 3, 3 At si qui cum scientia sociauerint diligentiam, non vt ego existimo tricenas vel quadragenas certe: sed vt Graecinus minimum computans, Licet, inquit, amphoras vicenas percipient ex singulis iugeribus. *Add.* Id. 2, 15. Varro R. R. 2, 8. Tricenis tauris Hor. Carm. 2, 14, 5. Auctor ad Heren. 3, 126 Interualla locorum mediocria placet esse fere paullo plus, aut minus pedum tricenum. *Legitur et Trececi, quod vide in suo loco.*

TRICENARIVS, a, um. *Adi.* [τριανονταίος] *Cui triginta competunt, aut attribuuntur.* Tricenariae vites. Varr. 1, 2 Nonne item in agro Faentino, a quo ibi tricenariae appellantur vites, quod iuge- rum tricenas amphoras reddat? Quot vultis annos agens? vultis vicenna- rius? vultis tricenarius? Arnob. 2 p. 58. *Conf.* Vitr. 8, 7. Pallad. Aug. t. 12.

TRICENNIVM, i. n. *Spatium triginta annorum.* Possessio, connu- meretur in viginti annorum spatium vel tricennium Cod. lib. 7, 4, 31 l. 1.

TRICENNALIA, um. n. Tricennialibus suis Delmatium Caesarem legit Constantinus Oros. 7, 28 *extr.*

TRICENTĒNI, ae, a. [τρικόσιοι] *Idem quod Trececi, scil. CCC.* Columel. 5, 2 Quoniam sex latera sunt, quae consummata sunt duo millia tricentena et quadraginta.

TRICENTESIMVS, a, um. Tricentesimo anno post Romam conditam Gell. 20, 1.

TRICENTIES. *Adi.* [τρικοσιάνης] Martial. 3, 22 Dede- ras Apici bis tricenties ventri, Sed adhuc supererat centies tibi laxum.

TRICEPS, ūtis. *Adi.* [τρικέφαλος, τριάρηνος] *Tria capita habens.* Cic. in Orat. 159 Quid in verbis iunctis? quam scite insipientem, non insipientem? iniquum non inaequum? tricipitem, non tricapitem? *Idem* Tusc. 1, 10 Dic quaeso, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus? *Ibid.* 2, 22 Haec a Tartarea tenebrica abstractum plaga Tricipitem eduxit Hydra generatum canem. *ex Poëta.* Ouid. Met. 7, 194 Tuque triceps Hecate.

TRICESIMVS, vel **TRIGESIMVS**, a, um. *Adi.* [τριανός] Cic. Off. 2, 29 Tricesimo anno post, etc. *Et in Epist.* Quadam, Tricesimo post die. Plin. 17, 23 Ante tricesimum sextum mensem attingi falce ve- tantur. Hor. Serm. 1, 9, 69 Hodie tricesima sabbata. i. nouilunium Iu- daicum. Liber tricesimus octauus, — nonus Gell. 13, 10. Tri- cesimo quoque die Cic. Att. 6, 6. *Add.* Sen. ad Helu. c. 2.

TRICESIMANI. *Milites legionis trigesima, ap.* Ammian. 18, 9.

TRICESIMARIVS, a, um. Tricesimaria purgatio Sext. Placit. c. 12.

TRICĒSSIS, is. m. Tres decusser. Varro L. L. 4, 36.

TRICHA, ae. f. In tricha multiplici perplexa i. trica, ex quo cor- ruptum videtur, Tertull. adu. Valent. c. 14. *vid.* Iun. ad b. l. Rhenan. legit trechea.

TRICHALCVM, i. n. Numi genus, tres calci, id est aerei minu- ti. Vitr. 3, 1.

TRICHAPTVM, i. n. [τριχάπτρον] *Inter Ornamenta muliebria po- situm a Septuaginta interpretibus, Ezechielis 16, 10 et 13* Nullo tamen Graecorum vsu aut exemplo, vt scribit D. Hieronymus in commen- tariis eius loci. Idque subdit, fuisse tantae subtilitatis vestimentum,

vt pilorum et capillorum tenuitatem habere credatur: unde et ego (inquit) volens tenuitatem exprimere vestimenti, pro Trichapto subtilius transtuli, Quod tenui stamine atque subtegmine textum erat.

TRICHIAS, ac. [τριχία] Genus piscis. Plin. 9, 15 Intransium Pontum soli non remeant trichiae.

TRICHILVM, i. n. vel TRICHILA, ac. f. [τριχειλον] Vasest habens tria labra, quibus liquor effundi potest. Columella 10, 379 Tum modo dependens trichili modo more cylindri, etc. Verum ostendit Gesner. legendum esse trichilis. Trichilas apud Caes. Bell. Civil.

3, 96 stragulae vestis praetenuis genus sunt qui putent. Sed Dionys. Vossius negat apud Caesarem legi Trichilas, sed potius Triclinia strata. Rursus Columel. 10, 394 At qui sub trichila manantem reperit ad vnam, etc. De cucumere Virg. vel auctor incertus in Copa v. 8 Sunt cuppac, calices, cyathi, rosa, tibia, chordae. Et trichila umbriferis frigida arundinibus.

15 Vbi Scaliger, Trichilae nomine intelligit pergulas, quae et umbellae et umbraculae vocabantur. Sed quibusdam mirum videtur, cur media syllaba sit brevis, quum labrum Graecis dicatur χᾶλος, unde τριχειλον nascitur. Proinde legunt, Triclinia umbrosis frigida arundinibus. Vel ne cli syllaba fiat brevis, Triclina umbriferis, etc. ut sit trium duntaxat syllabarum.

TRICHINVS, a, um. Adi. Idem quod Tardus, et quasi impeditus, et ficcus: vel sine succo, vt sunt capilli, qui Graece τριχες dicuntur. Varro Eudaemonibus, Quod nunc quaestus trichinus erat, nunc est vber: vt quaestus sit magnus. Haec Non. 2, 864. Salmas. emendat Tricinus, a Tricis.

TRICHITIS, is. f. [τριχίτις] Aluminis genus, in pilos velut minutos scissile, de quo Plin. 35, 15. Diosc. 5, 77.

TRICHOMANES. [τριχωμανές] Herba, quae Romanis capillaris dicitur, aliqui pinnulam, alii filiculam, aliqui adianton et hanc vocant. 30 A luxuria capillitii nomen adipiscitur. Plin. 22, 21 Duo genera adianti, candidius et nigrum breuiusque. Id quod maius est polytrichon, aliud trichomanes vocant. Vtrique ramuli nigro colore nitent foliis filicis, ex quibus inferiora aspera ac fusca sunt: omnia autem contrariis pediculis densa inter se ex aduerso: radix nulla: umbrosas petras, parietumque aspergines, ac fontium maxime specus sequitur, et saxa manantia, quod miremur, quum aquas non sentiat. Idem tamen aliam esse ab adianto sentit, 27, 13 Trichomanes, inquit, adianto similis est, exilius modo, nigriusque, foliis lenticulae densis, amaris, aduersis inter se.

TRICHOPHYES, is. n. Herba eadem, quae et trichomanes. Apul. de Herb. c. 47.

TRICHORDIS, e. Adi. Tres habens chordas. Sidon. 5, 5 Citharae trichordes.

TRICHORVM, i. n. [τριχωρον] Proprie locus in tres minores loculos distinctus. Reuera nihil aliud, quam illud triquetrum fastigium, de quo agimus h. v. n. 4. Spartianus in Pescennino Nigro 12 Domus eius hodie Romae visitur in campo Iouis, quae appellatur Pescenniana: in qua simulacrum eius in Trichoro constituit, statim post annum ex Thebaico marmore, quod ille ad similitudinem sui factum a rege Thebaeorum acceperat. Salmas. ad h. l. omnia docuit. Addi possunt tamen Lud. de la Cerda Aduers. c. 102. et Herib. Rosweyd. ad Paullini Nol. Epist. 12 p. 784. collato tamen iterum Salmasio ad Solin. p. 853, b. it. Barth. ad illud Stat. Silu. 1, 3, 58. Quid nunc ingentia mirer Aut quid partitis distantia tecta trichoris?

TRICHRVS, i. m. [τριχρος] Gemma nomen a tribus coloribus impositum, quos reddat coti aestivae. Plin. 37, 10 Trichrus ex Africa nigra est: sed tres succos reddit, a radice nigrum, medio sanguineum, summo candidum.

TRICIES. Adu. [τριακοτάκις] a Trīginta, pro Trigecies. Liu. 28, 60 Pecuniae in aerarium tulerunt sestertium tricies octoginta millia aeris. Cic. Verr. 1, 92 c. 38 His nominibus solis Cn. Dolabellae H. S. ad tricies litem esse aestimatam, tricies octies centena viginti quinque millia. Vid. Plin. 4, 16. Tricies quater centena quinquaginta Plin. 8, 108.


TRICINIVM, i. n. Trium vocum cantio. Symmach. Epist. 1, 47.

TRICIPITINVS. Cognomen in gente Lucretia. 2. Hoc titulo scripsisse putatur. Varro de Triumviris, eorumque proscriptione, quorsum refert Spanhemius Diff. 10 p. 173 numum tribus illorum capitibus insignem. Coniecturae auctor Reines. V. L. 2, 1 extr. p. 129.

TRICLINIVM, i. n. [τρικλινοσ] Conclauē discubitorium dici potest. Est enim locus, in quo discumbent et coenabant praecipue in convivium accepti: dictum a tribus lectis, quos sternebant, vid. Seru. ad Aen. 1, 698. Lips. Ant. Lect. 3 p. 95 Erat locus celsus, vbi triclinio posito caenabatur Varro R. R. 3, 13. Hinc Hor. Serm. 1, 4, 86 Saepe tribus lectis videas coenare quaternos, etc. Iuuen. Sat. 5, 17 Tertiane vacuo cessaret culcitra lecto, etc. pro conclauē: Cic. Att. 13, 50 Villa ita completa militibus est, vt vix triclinium, vbi coenaturus ipse Caesar esset, vacaret. Vix eo limen egresso, triclinium illud supra conuiuas corruit Quinctil. 11, 2. Duo Syri expilaturi lagenam triclinium intrauerunt Petron. c. 22. Add. Vitruv. 6, 5 et 7. Suet. Caes. c. 43 fin. et Tib. c. 72 f.

Vltimus f. Consularis. Medius. Summus locus.

MEDIVS LECTVS



- Huc accommodemus verba Sallustii, seruate a Seruio ad Aen. 1, 702. ut constituit ea Salmasius: Igitur discubere, Sertorius (Imperator) inferior in medio (lecto, in quo proinde duo tantum hic accumbant, loco 6 consulari) supra (loco 5 vel 4) L. Fabius Hispaniensis Senator ex proscriptis. Antonius in summo (lecto, in quo etiam modo duo hic fuere) infra scriba Sertorii Versius. (Hi duo itaque occupant loca 1, 2, 3 sive totum lectum summum) Alter scriba Maecenas in imo (lecto) medius (loco 8) inter Tarquitium (loco 9) et dominum Perpernam (loco 7) qui proinde proxime Imperatorem accubat, quod ita factum ordinarie, Plutarchus l. c. docet. ¶ 2*
- TRICLINIUM**, secundam syllabam producit, ut Hexaclinon penultimam, Clinicus primam. Manil. 5 Nunc iam luxuriae pars, et triclinia templis Concertant. *Vid. TRICHLIVM de versu Copae 8. Cic. pro Muraena. 75 Rogatus est a Maximo, ut triclinium sterneret. Idem de Orat. 2, 263 Quando tandem Galba de triclinio tuo exibis? Quin tu, inquit, de cubiculo alieno. Capax triclinium quindecim conuiuarum, vid. CAPAX. Duo triclinia argentea Nep. ap. Plin. 33, 11. Cic. Verr. 2, 183 Iam non quaero unde CCC amphoras mellis habueris, unde tantam Melitensem vestem, unde quinquaginta tricliniorum lectos.*
- TRICLINIARCHES**, ae. m. *Atriensis quidam triclinio praepositus. Iam tricliniarches experrectus, lucernis occidentibus oleum infuderat Petron. c. 22. Tricliniarcham Inscript. Grut. p. 474. Vid. Plures Inscript. ap. Wower. ad Petron. c. 1. Stuck. Antiqq. Conuual.*
- TRICLINIARIUM**, i. n. [*τρικλίνιον*] *Idem quod Triclinium: vel Quod ad triclinium pertinet. Varro de R. R. 1, 13, 7 Quo elaborant, ut spectent sua aestiua tricliniaria ad frigus Orientis. al. Tricliniaria.*
- TRICLINIARIS**, e. Adi. [*τρικλινιαρός*] *Quod ad triclinium pertinet: ut Lectus tricliniaris Plin. 37, 2. Lamprid. Heliog. c. 20. Apothecae tricliniariae Varro apud Non. 2, 597 et 15, 14. Tricliniaria Babylonica Plin. 8, 48 Stragulorum genus. Vestimenta tricliniaria, Quibus utimur in tricliniis Labeo in l. Apud Aufidium D. de opt. legat.*
- TRICLINIARIUS**, vel **TRICLINARIUS**, a, um. *Vetus Inscr. apud Gruter. p. 576. n. 6. SERVVS TRICLINIARIUS. Plin. 9, 39 Quis non iam tricliniaria facit. scil. Vestimenta.*
- TRICO**, ōnis. m. [*ἀρχαῖος, ἔκλυτος* Gloss. tricones, διστέρες Onomast. Vet.] *Morofus, et ad ridendum durus; ut ait Non. 1, 85. Alii exponunt Triconem, Contentiosum, et litium peramantem. Iulius Capitolinus in Aelio Vero 4 Fertur et nocte perpete alea luisse, quum in Syria concepisset id vitium, atque in tantum vitiorum Caianorum et Neronianorum ac Vitellianorum fuisse aemulum, ut vagaretur nocte per tabernas, ac lupanaria oblecto capite cuculione vulgari viatorio, et commiseretur cum triconibus et committeret rixas, dissimulans quis esset, saepe afflictum liuida facie rediisse, et in tabernis agnitum, quum sese absconderet. Vid. ibi Salmasium, et Parei Lex. Crit. p. 1252. Vulg. Sirac. 32, 13.*
- TRICOLON**, s. **TRICOLVM**, i. n. *Trium membrorum s. colorum Systema aut. periodus. Sen. Controu. 12 Hanc controuersiam cum declamaret Maximus, dixit quasi tricolorum tale, qualia sunt, quae basilicam infestant; i. quotidie in iudiciis ex ore corruptorum oratorum audiuntur.*
- TRICŌSVS**, a, um. *Lucil. apud Gell. 11, 7. Hic tricofu' bouinatorque ore improbu' duro. Bouinator autem est Tergiuersator. Vid. Festum. Vetus est Inscriptio ad Herculem Romae in Capitolio, ALCME-NAE IOVIS ET MAGNI FORTISSIMA PROLES TRICOSVS SVBITO POST MEA FATA VOCOR. Vid. Ferret. Mus. Lap. p. 309.*
- TRICOR**, vid. **TRICAE**.
- TRICOCCVS**, i. m. [*τρίκοκκος*] *Plin. 22, 21 Genera heliotropii duo, Tricocum, et helioscopium, etc. Alterum genus, quod tricocum appellauimus, et alio nomine scorpiuron vocatur, foliis non solum minoribus, sed etiam in terram vergentibus. Τρίκοκκον, quod tria grana habet.*
- TRICONGIVS**. [*Τρίκογγιος*] *Cognomen Nouellii Torquati Mediolanensis, qui gestis honoribus a Praetura ad Consulatam vsque peruenit. Hic enim tribus congiis epotis, spectante miraculi gratia Tiberio principe praeclarum cognomen meruit. Plin. 14, 22.*
- TRICORNIS**, e. [*τρίκωνος*] *Quod tria cornua habet. Plin. 8, 21 Indicos boues vnicornes, tricornesque. conf. Solin. 65.*
- TRICORNIGER**, a, um. *Furca tricornigera specie paene vltima sum Ψ Anson. Technop. c. de literis, extr.*
- TRICORVM**, i. n. *In tricolis et in omnibus huius generis sententiis Sen. Contr. 25. Add. Id. Contr. 12.*
- TRICORPOR**, ōris. aut **TRICORPORVS**, a, um. Adi. [*τρίσωμος*]. *Triahabens corpora. Virg. Aen. 6, 289 Et forma tricorporis umbrac. Inde tricorpora tergemini vis Geryonai Lucret. 5, 28. al. tripeçora. Geryonis peteret quum longa tricorporis arua Sil. 3, 422.*
- TRICVSPIS**, idis. Adi. [*τρίγλωχίς*] *Tres habens cuspides. Ouid. Met. 1, 330 Positoque tricuspide telo Mulcet aquas rector pelagi.*
- TRIDENS**, entis. m. [*τρίδεννα*] *Quod habet tres dentes, ut Neptuni sceptrum. Plin. 9, 15 Thynni a gubernaculis non superantur, ne tridente quidem in eos saepius iacto territi, quo nempe utebantur piscatores, et horum inuitatione gladiatores Retiarii v. v. Virg. Georg. 1, 13 — cui prima frementem Fudit equum magno tellus percussa tridenti: Saeuus tridens Virg. Aen. 1, 142. Saeuit tridenti Nereus Virg. Aen. 2, 418.*
- TRIDENTIFER**, era, erum. [*τρίδεννοφόρος*] *Neptunus. Ouid. Met. 8, 595 Regna vagae dixi sortite tridentifer vndae.*
- TRIDENTIGER**, era, erum. *Idem. Ouid. Met. 11, 203 Cumque tridentigero tumidi genitore profundū.*
- TRIDENTIPOTENS**, entis. *Diue tridentipotens Sil. 15, 29. in MSS. vulgō. leg. tridente potens.*
- TRIDVVM**, i. n. [*τρίημέριον*] *Spatium trium dierum. Ter. Andr. 2, 6, 9 Nihil hercle, aut si adeo, bidui, aut tridui est haec sollicitudo. Cic. de Legib. 2, 57 Cotta censet habendas triduum ferias, et porco femina piaculum pati. Idem pro Milon. 26 Clodius respondit, triduo illum, ad summum quadriduo periturum. Si totus tibi triduo legatur Martial. 2, 6. Triduo Scribon. 20. 159. 268. Per triduum Id. 71. 122. 140. Per triduum continuum Id. 52. Continuum triduum, vid. CONTINEO. In triduo hoc, vid. IN. Non interest triduum, vid. INTEREST.*
- TRIDVANVS**, a, um. *Apul. lib. 10 p. 247 Spectaculum triduanum. Hieron. Epist. 10 ad Furiam de Viduit. Seru. Triduana ieiunia. Dominus, Mors p. Chrysolog. Serm. 81.*
- TRIENNIVM**, i. n. [*τριετία*] *Spatium trium annorum. Cic. Verr. 2, 49 Triennium prouinciam obtinuisti. Idem Acad. 4, 5 Inimicorum calumnia triennio tardius, quam debuerat, triumphauit.*

Add. Idem in Bruto c. 43. Ouid. Met. 9, 641 Ismariae celebrant repetita triennia Bacchae. Triennia vocat dictione Latina, quae Graece alibi Trieterica appellat. Continuum triennium, vid.

CONTINEO.

5 TRIENS, entis. m. [*τριημόριον*] *Tertia pars assis, unciae quatuor.* Assis triens Scribon. 110. 157. Numus Iuven. Sat. 3, 267

Infelix nec habet quem porrigat ore trientem. Cic. Att. 4, 15 Foenus ex triente Idem Quint. factum erat bessibus. *vid. AS, ubi ostendimus, foenus esse menstruum: quot igitur unciae dantur in menses, tot asses annui, Foenus triens, quatuor de centum; bes, octo de centum.*

Add. ibid. 7, 8. Plin. 34, 13 f. 38 Vnum etiam aeris miraculum non omitteremus. Seruilia familia, illustis in Fastis, trientem aereum pascit auro et argento, consumentem vtrumque. Origo atque natura eius incomperta est mihi. Verba ipsa, de ea re Messalae senis ponam.

15 Seruiliorum familia habet trientem sacrum, cui summa cum cura magnificentiaque sacra quotannis faciunt: quem ferunt alias crevisse, alias decrevisse videri, et ex eo aut honorem aut deminutionem familiae significari. *Simpliciter ad assis distributionem pertinet* Horat. A. P. 328 Dicat Filius Albinus, Si de Quincunce remota est Uncia,

20 quid superet? poterat dixisse, Triens: heu, Rem poteris seruare tuam. Lex frumentaria de semissibus et trientibus Auctor ad Herenn. 1, 21 c. 12. Triens poculum quatuor cyathos continens. Perf. Sat. 3, 100 Sed tremor inter vina subit, calidumque trientem. *Al.*

Triental. Propert. 3, 8, 29 Quum fuerit multis exacta trientibus hora. Sic Martial. 6, 86 et saepe. Triens pondo Scribon. 42.

25 Triens, Tertia pars iugeri Colum. 5, 1. Trientes, siue quod idem est, Trientalis materia, ap. Vitruvium 10, 6. nomen habent a mensura, quod asseres instrumenti eius, trientali, hoc est crassitudine quatuor unciarum essent, siue quatuor pollicum. *In mensuris enim uncia pollicem significat. Ex Budseo.*

TRIENTALIS, e. Adj. *Vt, Trientalia folia, a mensura dicta sunt, quae amplitudine trientem aequant, hoc est pollices quatuor.* Plin. 27, 5.

30 TRIENTALIS, alis. n. [*τριημοριαίων*] *Vasis genus, tertiam partem sextarii capiens.* Perf. Sat. 3, 100 Calidumque triental Excudit e manibus. Nonnulli legunt Trientem.

TRIENTARIUS, a, um. Adj. Iul. Capitol. in Antonino Pio c. 2 Idem foenus trientarium, hoc est mininis vsuris exercuit; vt patrimonio suo plurimos iuaret. *Conf. Lamprid. in Alex. Seu. c. 21.*

40 TRIERARCHVS, i. m. [*τριηραρχης*] *Praefectus trieris, s. triremis nauis.* Cic. Verr. 1, 52 Qua de re Charidemum Chium testimonium priore actione dicere audistis, sese quum esset trierarchus, etc. Datae a classe Misensensi duae triremes, cum quibus Cythnum insulam tenuit; nec desuere, qui trierarchos nomine Neronis accirent Tac. Hist. 2, 9. *Conf. Sueton. Neron. c. 34.*

45 TRIERIS, is. f. [*τριρης*] *Nauis triremis.* Nep. 7, 4, 3 In trierem, quae ad eum deportandum erat missa, ascendit. *Sic optimi Codd. Vulgo, Triremem.*

TRIERIS, idis. f. [*τριητης*] *Spatium trium annorum.* Stat. Theb. 4, 722 Ludus et atra sacrum reuocet trieteris Ophelten, alio nomine Archemorum. Martial. 6, 38 Adspicis vt paruus, nec adhuc trieteride plena Regulus, auditum laudet et ipse patrem. Cic. de Nat. Deor. 3, 58 c. 25 Dionysum quintum Niso natum et Thyone, a quo trieterides constitutae putantur.

55 TRIETERICVS, a, um. Adj. [*τριητηριος*] *Triennalis.* Nox trieterica Stat. Theb. 2, 661. Orgia trieterica Virg. Aen. 4, 502. Sacra trieterica Ouid. Met. 6, 587. *Nimirum Trieterica, appellata sunt Sacra Bacchi, quae ei ex India cum victoria redeunti instituta sunt, tertio quoque anno celebrari solita, annuis eius orgiis sumtuosiora.* *Vid.*

60 Seruius ad Virg. Aen. 4, 502 Thyias, vbi audito celebrant Trieterica Baccho Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithaeron.

TRIFARIAM. Adu. [*τριχαι, τριχως*] *Tribus modis, siue in tres partes.* Sueton. in Vitel. c. 13 Sed vel praecipue luxuriae, saeuitiaque deditus, epulas trifariam semper interdum quadrariam distuebant. Liu. 5, 26 Trifariam Romani muniebant. *Add. Id. 3, 22. Plato omneta naturam rerum trifariam diuisit Apul. de Deo Socr. pr.*

70 TRIFARIUS, a, um. Adj. Quorum trifarium genus scinditur Solin. c. 27. *Add. Cassiod. Var. 5, 40.*

TRIFARIE. Adu. Genitiuo trifarie proferuntur Diomed. c. de Declinat. Mascul. sub fin. *Add. Messala Coru. p. 1.*

TRIFATIDICVS, a, um. *Laudatur Aufon. in Ternario 85 Atque trifaticae nomen commune Sibyllae. b. e. Valde, aut plus quam fatidicae, vt Trifurcifer, etc. Sed Toll. Et tris fatidicae.*

75 TRIFAVX, faucis. Adj. [*τριφομος*] *Tres fauces habens.* Virg. Aen. 5, 417 Cerberus haec ingens latratu regna trifauci Personat. *Non tutum est casum rectum adhibere.*

80 TRIFAX, acis. m. *Telum longitudinis trium cubitorum, quod catapulta mittitur. Ennius, Aut permaceret paries percussus trifaci. Haec Festus. Trifaces inter Tela enumerat Gell. 10, 25.*

TRIFER, era, erum. [*τριφορος*] *Quod ter fructus producit.* Plin. 16, 27 Vites quidem et triferae sunt, quas ob id insanas dicunt, quoniam in iis alia maturescunt, alia turgescunt, alia florent. Columel. 5, 10 Omnes etiam biferae et triferae.

85 TRIFIDVS, a, um. Adj. [*τριχηλος*] *Quod tribus partibus finditur.* Cuspis trifida Neptuni Claud. de Rapt. Proserp. 2, 181. Flamma trifida, Fulmen Ouid. Met. 2, 325. Hasta trifida Valer. Argon. 1, 641. Trifidam dispergunt guttura Linguam Alcim. Auit. 2, 135. *de serpente.*

90 TRIFILIS, e. Adj. Calua trifilis Martial. 6, 74. *in qua tria tantum fila, tres pili.*

TRIFINIUM, i. n. Isidor. 15, 14 Trifinium dictum, eo quod trium possessionum fines adstringit. Flacc. de condit. Agr. p. 6 Si in trifinium (id est in eum locum, quem tres possessores attingebant) termini ponebantur. *Add. Rei Agrar. Aucutt. et Legg. p. 226. 244. 343 Goef.*

95 TRIFISSILIS, e. Adj. Aufon. Epigr. 128 Forma trifissilis; *de Graeca litera & dicitur.*

TRIFOLIUM, i. n. [*τριφυλλον*] *Herba, quae inuenitur confragosis locis, efficacissima traditur contra viperac venenum, odoris grauissimi, neque absimilis bitumini. Et idcirco Graeci eam asphaltion appellant: nostri autem propter figuram acutam trifolium vocant: non longis et hirsutis foliis viret, caulemque robustiorem facit, quam pratense.* *Vid. Plin. 21, 21. Commune, pratense Scribon. 163. Acutum Id. 163.*

5 Q 2 TRIFO-

TRIFOLINA Vina laudat Plin. 14, 7 f. 8, 6. Iuuenal. 9, 56 Te Trifolinus ager secundis vitibus implet, Suspectumque iugum Cumis. Martial. 13, 114 lemma Trifolinum vinum, Non sum de primo fateor, Trifolina Lyaco, Inter vina tamen tertia vitis ero.

TRIFORMIS, e. Adj. [τρίμορφος] Tres habens formas, ut, Canis triformis, Cerberus Senec. Herc. Oct. 1202. Diua triformis, Hecate Hor. Carm. 3, 22, 4. vid. TRIVIA. Add. Sidon. Carm. 9, 96. Tertull. de An. c. 21. Firmic. l. 11.

TRIFUR, ūris. [τρίφυρ] Plus quam fur, vel Maximus fur. Plaut. Aul. 4, 4, 6 Non fur, sed trifur.

TRIFURCIFER, ĕra, ĕrum. Adj. Plus quam furcifer. Plaut. Aul. 2, 4, 47 Vituperas me? A. etiam fur trifurcifer. Idem Rud. 3, 4, 29 Tun' trifurcifer mihi audes inclementer dicere?

TRIFURCIVM, i. n. Gramen, quod in se trifurcium habet Apul. de Herb. c. 77.

TRIFURCVS, a. um. Adj. [τρίφυλλος, τρίδυμος] Quod tribus furculis furcatum est, ut bifurcum, quod duobus. Columel. 5, 10 Trifurcam maxime ponito, ea exstet minime tribus pedibus. Ibid. 11, 3 Surculi sint bifurci, vel trifurci. Add. Idem 4, 28. et de Arb. c. 20. Pallad. Febr. t. 17.

TRIGA, ac. f. [τρίππος] Quasi Triiuga, a tribus equis iunctis: Currus sic dicitur, tribus equis iunctus, ipsique adeo equi, in quantum pares et iungendi intelliguntur. Vlpian. in l. Aediles aiunt. D. de aedil. edict. l. 38 §. 14 Et si triga venierit, redhibenda erit tota; sed et si quadriga, redhibeatur. Ex veteri Poëta citat Scaliger ad Propert. 3, 21 Triga mihi paucos inter dilecta sodales, Triga sodalitiū pars bene magna mei.

TRIGAMIA, ac. f. Hieron. adu. Iouinian. 1, 3.

TRIGARIVM, i. n. [τρίπαιον] Curule trigarum certamen. Plin. 37, 13 Ne equos quidem in trigariis inferri vllos vernaculis animadverto. conf. Salmaf. p. 632. Martian. Capella lib. 9 Trigarium supplicantis semper germanitatis adueniat: hoc est, trigemina illa mulier, siue tres in vnius nominis vocabulum conspirantes.

TRIGARIVS, i. m. [τρίπηνλάτης] Trigorum agitator. Plin. 28, 16 Feruntque et Neronem principem hac poitione recreari solitum, quum sic quoque se trigario approbare vellet. Add. Idem 29, 1. Salmaf. ad Solin. p. 40.

TRIGEMINVS, a. um. Adj. [τρίδυμος] Vict. de Viris Illustr. 4 Tullus Hostilius, quia bonam operam aduersum Sabinos nauauerat, rex creatus, bellum Albanis indixit, quod trigeminorum certamine finiuit. Duo vel trigemini Columel. 7, 6. de capella. Idem 2, 1 Trigeminos vocat, quum tres vno partu eduntur. Trigemi-
mini fratres, nec aetate nec viribus dispares Liu. 1, 24. Plin. 15, 28 Quorundam natura trigemina est, corpus, deinde lignum, rursusque semen in ligno, ut Persicis. Trigemina porta dicebatur Romae, per quam trigemini fratres Horatii exierant: sed tertius qui superstes fuit, porta Capena rediit. Liu. 35, 10 Minutius extra portam trigeminam boue aurato donatus est. Conf. Aur. Victor. de Vir. Ill. c. 65, Trigemini filii Plaut. Mil. 3, 1, 122. vid. Gell. 13, 24. Columel. 3, 8 etc.

TRIGEMMIS, is. m. [τρίλιθος] Surculi epibeton tres gemmas habentis. Columel. 3, 19 Vallis et vliginosa campi situs serimus etiam trigemmem (scilicet malleolum) qui est paullo minor dodrante, longior vtique semipede. isque non ab eo trigemmis dicitur est, quod omnino trium oculorum est, quum fere circa plagam, qua-matri abscissus est, plenus sit gemmarum: sed quod his acceptis, quibus est frequens in ipso capite, tres deinceps articulos, totidemque gemmas habet. Plin. 17, 21 Idem quum decissi, nec intorti trigemmes. conf. Idem 15, 28.

TRIGESIMVS, a. um. Adj. [τριάκοντός] Cic. de Senect. 19 c. 6 Cuius a morte iam tertius et trigessimus est annus. Trigesimo et altero die Vitruu. 9, 4.

TRIGINTA. Indecl. [τριάκοντα] Nomen numerale. Virg. Aen. 3, 391 Inuenta sub ilicibus sus Triginta capitum foetus enixa facebit. Triginta iudices Cic. pro Cluent. c. 27. Denar. p. triginta duum Scribon. 144. Triginta octo Plin. 4, 12. conf. Borrich. Cogit. p. 255.

TRIGLA, [τρίγλα] Genus piscis, qui a Latinis mullus dicitur et barbio. Diosc. 2, 21. Hinc

TRIGLITES, is. m. [τρίγλιτης] Lapillus, qui nulli piscis colorem habet. Plin. 37, 11 de gemmis loquens, Ab animalibus cognominantur carcinias marini cancri colore, echites viperæ, scorpites scorpionis; aut colore aut effigie, scarites scari piscis, triglites nulli.

TRIGLYPHVS, i. m. [τρίγλυφος] Vox architectorum dicitur a tribus glyphis, id est sculpturis vel canaliculis. Originem eius ornamenti et rationem ita describit Vitruu. 4, 2 Proiecturas tignorum quantum eminebant ad lineam et perpendicularum parietum praefecerunt: quae species cum inuenusta iis visa esset, tabellas ita formatas, uti nunc fiunt triglyphi, contra tignorum praecisiones in fronte fixerunt, et eas cera caerulea depinxerunt, ut praecisiones tignorum tectae non offenderent visum. Add. Lexicon Vitruu.

TRIGON, ōnis. m. [τρίγων] Pilae genus. Martial. 12, 84 Captabit tepidum dextra, laeuaque trigonem. Idem 4, 19 Seu lentum ceroma teris tepidumue trigona, vid. PILA trigonalis, in PILA. ¶ 2 Trigona, nomen Piscis apud Auson. Epist. 4, 60 Letalis trigona, 85 Videtur Trygon esse potius, v. v.

TRIGONOMETRIA, ac. f. Ars triangulos mensurandi.

TRIGONVS, i. m. vel **TRIGONVM**, i. n. [τρίγωνος] Triangulus. Manil. 2, . . . Quadrati si forte voles effingere formam, Aut trinis paribus facies quum membra trigonis. vid. Vitruu. 1, 1, 90 7, 1- 10, 11. Colum. 5, 10. et de Arb. c. 22. Frontin. de Colon. p. 132 Goef. Ausonius parum recte corripuit in Ternario 50 Per trinas species trigonorum linea currit. ¶ 2 Trigonum, herba trifolium, apud Plin. 21, 9. Item piscis, ap. Plaut. Capt. 4, 2, 71.

TRIGONVS, a. um. Adj. Triangularis. Manil. 2, 276 Et quaecunque tamen dicuntur signa trigona. Ibid.

Licet ergo signa trigona Dicantur, partes non seruant illa trigonas. add. Vitr. 9, 2.

TRIGONICVS, a. um. Adj. Idem. unde Trigonica radiatio apud Iulium Firmicum 2, 32. et rursus 3, 1 et c. 3.

TRIGONĀLIS, e. Adj. Forma tribus lineis constans. De pila trigonali est epigramma Martial. 14, 51. vid. PILA.

TRIGONION, i. n. Triangularis forma. In trigonion constitutum Innocent. de Cas. p. 224. ¶ 2 Herba, ap. Apul. de Herb. c. 3 et 65.

- TRIHORIVM**, i. n. *Spatium trium horarum.* Aufon. Epist. 4, 62 Nec duraturi post bina trihoria corui. *Corui autem pisces sunt.* Add. Idem in Mosella v. 87.
- TRIIUGIS**, e. vel **TRIIUGVS**, a, um. Cerberus triiugo capite praeditus Apul. Met. 6 p. 181. Aufon. Epist. 8, 6 Vel cisio triiugi si placet infilias. *Al. triiugo.*
- TRILIBRIS**, e. Adi. [*τρίλιτρος*] *Quod est trium librarum.* Hor. Serin. 2, 2, 33 Laudas infane trilibrem Mullum. Misi ad eum pateras gemmatas trilibres duas, scyphos aureos gemmatos trilibres duos Treb. Pollio in Claud. c. 17.
- TRILINGVIS**, e. Adi. [*τρίγλωσσος*] *Qui tres linguas habet, vel linguam tricuspideam, ut serpentes.* Os trilingue Hor. Carm. 2, 19, 31. de Cerbero. *Conf. Prudent. Cathem. 3, 27. Weitz ad Prudent. contra Symmachi. 1, 28 p. 723.* ¶ 2 Massilienses, trilingues vocat Varro apud Isidor. 15, 1. *quod graece, gallice, et latine loquebantur. Similiter Siculi trilingues apud Apul. Met. 11. conf. Caes. Rhodig. Ant. Lect. 1.3 extr.*
- TRILINGVVS**, a, um. Caput inferit ille trilinguae Coniugis in fauces Prudent. Hamart. v. 587. *Al. trilingue: loquitur de viperis coeuntibus.*
- TRILIX**, icis. [*τρίλιτρος, τριπλῆς*] *Textarum rerum epitheton, quo indicatur, terna licia deinceps, alternis, in textura trahi, unde terni ordines liciorum et filorum adeo staminis orientur: in texto autem tessellatae trinorum filorum staminis s. porrectorum, et totidem subteminis s. transuersorum: quanquam et aliae pro diuersa ordinatione existere figurae in texto possunt.* Maneat illud modo, a tribus s. ternis licis dictum esse hoc nomen, vid. **LICIVM**. *Hic quidem satis est intelligere triplicato filo metallico textum. Nempe nondum occurrit, nisi* Virg. Aen. 3, 467 Loricam confertam hamis, auroque trilicem. *Et Valer. Argon. 3, 199 Per clipei cedentis opus, partemque (cratem Heinsf. pulchre) trilicem.*
- TRILORIS**, e. Vopisc. in Aurel. 46.
- TRIMACRVS**, i. m. [*τρίμακρος*] *Pes constans ex syllabis tribus longis; ut, Virtuti.*
- TRIMATVS**, vid. **TRIMVS**.
- TRIMEMBRIS**, e. Adi. Hygin. Fab. 30 Geryonem Chrysaoris filium, trimembrem, vno telo interfecit Hercules.
- TRIMESTRIS**, e. Adi. [*τρίμηνος*] *Quod est trium mensium.* Plin. 7, 15 Et hoc tale, tantumque omnibus tricenis diebus malum in muliere existit, et trimestri spatio largius. Idem 10, 25 Trimestres aues, ut turdi. *Fructus trimestris, Triticum trimestre Colum. 2, 6 et 10. Trimestria Idem 2, 13. Pallad. Febr. t. 3. Trimestres anni apud Arcades Plin. 7, 48. Add. Idem 18, 7. Trimestres annorum caelique vices Aufon. in Ternario 24. h. e. Quatuor anni partes, quarum singulis terni menses tribuuntur.*
- TRIMENSTRVVS**, a, um. Adi. *τρίμηνιαῖος* Gloss. Gr. Lat.
- TRIMETER**, tri. vel **TRIMETRON**, i. n. [*τρίμετρον*] *Tria habens metra. Versus trimetri, qui tres habent mensuras s. dimodias, hoc est sex pedes: unde et a Latinis dicuntur Senarii: suntque vere Iambici, id est pedem ultimum semper habent iambum.* Hor. de Arte Poët. 252 Hic et in Acci Nobilibus trimetris apparet rarus, et Enni. *De spondeo loquitur in carminibus Iambicis.* Add. ibid. v. 552.
- TRIMETRIVS**, a, um. Adi. *Vt, Aesopia trimetria Aufon. Epist. 16, 78. Add. Sidon. Epist. 9, 15.*
- TRIMODIA**, ae. f. *Trium modiorum mensura.* Trimodiae satoriae int. corbes Columel. 3, 3, 9. Plin. 33, 1 Neque enim aliter potuisset trimodia illa annulorum Carthaginem ab Annibale mitti. *Sic legendum monuit iam Turneb. 6, 22. Tres modios memorant, qui plurimum.*
- TRIMODIVM**, i. n. *Idem.* Plaut. Men. Prolog. 15 Nunc argumentum vobis demensum dabo Non modio, neque trimodio, verum ipso horreo.
- TRIMODIVS**, a, um. Adi. Columel. 12, 50 de apparatus oliuifatis. *Tum scalae, corbulae, decemmodiae, trimodiae, satoriae, quibus districta bacca suscipitur. Conf. Idem 2, 9. et 12, 18. ubi simpliciter Trimodia.*
- TRIMVS**, a, um. Adi. [*τρίηνος*] *Quod est trium annorum.* Plaut. Rud. 3, 4, 39 Trima quae perit mihi, iam tanta esset, si viuit, scio. Plin. 17, 11 Arborem nec minorem bima, nec maiorem trima transferri quidam praecipunt. *Varro de R. R. 2, 7 Videndum ne sint minores trimae, maiores decem annorum. Add. ibid. c. 5. Equa trima Hor. Carm. 3, 11, 9. Add. Idem Sat. 2, 3, 251. Pallad. Febr. t. 25.*
- TRIMVLVS**, a, um. Dim. [*τρίενίων*] Sueton. in Neron. 6 Trimulus patrem amisit.
- TRIMATVS**, us. m. [*τρίητία*] *Ipsa trium annorum aetas.* Colum. 8, 5 Summouebimus autem veteres, id est quae trimatum excefferunt. Plin. 8, 43 Partus a XXX mense ocyslinus, sed a trimatu legitimus. *Conf. Id. 17, 10. 21, 11. 27, 9.*
- TRINACRIA**, ae. f. [*τρίνακρία*] *Insula, quae et Sicilia, Sicania et Triquetra appellatur, a tribus promontoriis (quae ἀκραι Graecis) dicta est Trinacria, Pachyno scilicet, Lilybaeo, et Peloro: Hinc*
- TRINACRIS**, idis. f. [*τρίνακρῖς*] *Patronym. pro Adiectiuo apud Ouid. Fast. 4, 420 Terra tribus scopulis vastum procurrit in aequor, Trinacris, a posito nomen adepta loci.* Insula Trinacris Idem Met. 5, 347. *Hybla Trinacris Ouid. Trist. 5, 13, 22.*
- TRINACRIVS**, a, um. Adi. [*τρίνακρῖος*] *Siculus, ut, Aqua Trinacria Ouid. Epist. 12, 126. Iuuenes Trinacrii Virg. Aen. 5, 300. Litus Trinacrium Idem ibid. 1, 200. Viri Trinacrii Idem Aen. 5, 530.*
- TRINĒPOS**, otis. m. [*τρίεγγονος*] *Abnepotis filius: quod sit post tres a nepote.* Paullus in l. Iurisconsultus D. de gradibus l. 10 §. 9 Trinepos, trineptis: hi sunt filii filiae abnepotis, abneptis.
- TRINEPTIS**, is. f. Ict.
- TRINĪTAS**, atis. f. [*τρίτης*] *Vox apud Patres et scriptores ecclesiasticos frequens. ut Augustin. de vera Relig. c. 18. Tertull. de Praescript. c. 8. et adu. Valent. c. 17. et adu. Prax. c. 3. it. Cod. Iustin. 1 t. 1 l. 1.*
- TRINOANTES** et **TRINOBANTES**, um. m. [*τρίνοάντες*] *Bri-tanniae insulae populi Orientales, penes Iamesam aestuarium, ut auctor est Ptolemaeus 2, 3 Trinobantes Caesar appellat Bell. Gall. lib. 5 Trinobantibus defensis, atque ab omni militum iniuria prohibitis.*
- TRINOCTIVM**, i. n. [*τρίνοκτιον*] *Tres noctes.* Gell. 3, 2 Non enim posse impleri trinocetium, quod abesse a viro usurpandi causa ex

XII tabulis deberet. Add. Idem 10, 15. Per triduum et trinocium flumen transisse Germanos Ammian. 16, 26.

TRINOCTIALIS, e. Adj. [τρηνόκτιος] Martial. 12, 74

Sed ipse diuim

Offensus genitor, trinociali

Affecit domicilio clientem.

TRINODIS, e. Adj. [τρηνόδιστος] *Trium nodorum*: ut, Claua trinodis Ouid. Epist. 4, 115 Ossa mei fratris claua perfracta trinodi. Vid. Idem Fast. 1, 575. Dactylus trinodis Aufon. 21, 38. i. constans tribus syllabis: nempe Dactylos digitus proprie est; hic habet tres 10 nodos, s. articulos.

TRINODO, Ære. Tres nodos facere. Laudatur Plin. forte Valerianus ille.

TRINVS, a, um. Adj. [τρῆς] Tres significat cum distributione. Plaut. Bacch. 2, 3, 40 Etiamne est quid porro? C. hem accipe, trina 15 haec nunc erit. Caes. Bell. Gall. 7, 46 Milites signo dato celeriter ad munitionem perueniunt, eamque transgressi, trinis castris potiuntur. Forum trinum Stat. Silu. 4, 9, 15. Sueton. in Nerón. c. 56 Detecta confestim coniuratione, pro summo numine, trisque in die sacrificiis colere perseueravit, i. Quotidie tribus. Plin. 2, 41 20

Trinos soles antiqui saepius videre, i. Tres simul. Ibidem, Lunae quoque trinae apparuere. Add. Idem ibid. c. 31. Varro R. R. 1, 1 et 22. Reddere trinas literas Cic. Att. 11, 17. Nulla trinis aestiuus gratulatio Idem in Pison. 97.

TRINUNDINVM, i. n. [τρίτη ἡμέρα, τρίτη πανήγυρις] siue 25 *Trinum nundinum*, dicebatur Dies tertiarum nundinarum, qui praedici antea in comitiis indicendis solebat, ut notior esset uniuersis. Liu. 3, 35

Postquam vero comitia decemuiris creandis in Trinundinum (Gronou. Trinum nundinum) indicta sunt. Cic. pro Domo 41 c. 16 Si quod in caeteris legibus trinundinum (Graeu. Trinum nundinum) esse oporteat, 30 id in adoptione satis est trium esse horarum. Et c. 17 Quarta sit accusatio, trinum nundinum pro dicta die, qua die iudicium sit futurum: de iudicio populi, perduellionis, sermo est. Idem Phil. 5 c. 3. de lege ferenda, Vbi promulgatio? trinundinum? De lege Clodii contra Ciceronem etiam

Quinctil. 2, 4, 35 Siue non trino forte nundino promulgata, siue non idoneo die — lata. Apud Cic. Fam. 16, 12 promittit Caes. Ad consulatus petitionem se venturum, neque se iam

velle, absente se rationem habere sui; se praesentem trinum nundinum petiturum. De spatio Trinundini non videtur nimis difficilis disputatio. Nundinas periodo octo dierum contineri, suo loco ostendimus. Ad hoc igitur ut trinis nundinis aliquid promulgetur, XVII 40 minimum diebus opus est. Sed potest, vel non ipsis nundinis primis inter trinas promulgari; potest illa tabula promulgationis aliquot diebus, usque ad septem, ante primas, et totidem post ultimas pendere, qua ratione dies XXX comprehendi posse, manifestum est, vid. NVNDINAE. 45

TRINUNDINVS, a, um. Adj. Scita atque consultata trinundino die proposita Macrob. Sat. 1, 16. Et mox Vnde etiam mos tractus, ut leges trinundino die promulgarentur.

TRIOBOLVM, i. n. s. TRIOBOLVS, i. m. [τρίβολος] Tres obolos valent. Alio nomine Hemidrachmium dicitur. senos enim obolos 50 drachmae efficit, ut auctores sunt Plinius et Pollux, et alii. Trioboli nota ab altera parte effigiem Iouis, ab altera noctuam habebat; quam illi glaucem appellant. Ex quo factum prouerbium: Noctuum Athenas. Plaut. Bacch. 2, 3, 26 Negare sese debere tibi triobolum.

Non potest triobolum hinc abesse Plaut. Rud. 5, 2, 43. 55 Add. ibid. v. 67. it. 5, 3, 11. Abiudicare ab suo triobolum Plaut. Rud. 5, 2, 43. Idem Poen. 1, 2, 168 Trioboli hominem vocat, ut

Nauci hominem antiqui dixerunt, et frugi. Dicuntur et Diobolares homines.

TRIONES, um. m. Pl. [βόες ἀρτῆρες] Quasi Teriones; Boues 60 aratores dicti sunt antiquis. Vnde Septem stellas Septentriones nostri veteres a bobus iunctis appellauerunt, ex quibus figurantur. Vid. Varr. L. L. 6, 4. Dalech. ad Plin. 2, 68. Martial. 6, 58 Cernere Parrhasios dum te iuuat Aule triones, Comminus et Scythici sidera ferre poli. Cic. de Nat. Deor. 2, 105 c. 41 Altera dicitur esse 65

Helice, cuius quidem clarissimas stellas, totis noctibus cernimus, Quas nostri septem soliti vocitare triones. Gelidi Ouid. Met. 2, 171.

Claud. Conf. Honor. 4, 429. Inocidui Claud. de Gigantom. 11. Gemini Virg. Aen. 1, 748. Prudent. Cathem. 5, 146. Pigri Claud. Conf. Hon. 3, 205. Scythici Idem ibid. 4, 473. Trio, in Sing. 70

non legitur extra compositionem, et tmesin, ut apud Virg. Georg. 3, 381.

TRIOPTHALMVVS, i. m. Lapis in Sicyonia nascens, qui trium oculorum effigiem prae se fert, auctore Plin. 37, 11.

TRIORCHES, is. m. [τρίορχης] Avis est ex accipitrum genere 75 a testium numero, dicta Latinis Buteo Plin. 10, 8. ¶ 2 Triorches, item, Tertium centauri genus Plin. 25, 6.

TRIPALIS, is. m. Tripales vites dicebantur, quae tribus palis sustinebantur. Varro apud Non. 3, 171 Quid tu? non vides in vineis quod tria pala habeant, tripales dici? 80

TRIPARCVS, a, um. Adj. [τρίαρκαρσος] Valde parcus. Plaut. Pers. 2, 3, 14 Nam id demum lepidum est, triparcos homines, vetulos, auidos, aridos bene admordere.

TRIPARTITVS, siue TRIPERTITVS, a, um. Adj. [τριμέρης] Quod in tres partes diuisum est. Argumentatio breuissima et tripartita Auct. ad Her. 2 c. 19. Cic. de Inuent. 1, 7 Oratoris ars et facultas in hac materia tripartita versari existimanda est, etc. Causa 85 tripartita Cic. Verr. 5, 13. et 1 c. 5. Diuisio tripartita Cic. Off. 3 c. 2. Cic. ad Quir. post redit. 16 Cuius oratio fuit, quemadmodum accepi tripartita. Primum vos docuit, etc. Phi- 90

losophia tripartita Senec. Epist. 89. Ratio bonorum tripartita Cic. Acad. 1, 19. Add. Apul. de Dogm. Plat. p. 48. Tripartita, Substantiue de Libri titulo. Pomponius in l. 2 §. 38 D. de orig. iur.

Sextum Aelium etiam Ennius laudauit: et exstat illius liber, qui inscribitur Tripartita, qui veluti canabula iuris continet. Triper- 95

tita autem dicitur, quoniam lege duodecim tabularum praeposita, iungitur interpretatio, deinde subtexitur legis actio.

TRIPARTITO, siue TRIPERTITO. Adv. [τριμέρως] In tres partes. Cic. Tusc. 5, 40 c. 14 pr. At dissidat necesse est, qui bona diuidit tripartito. Liu. 21, 7 Urbem tripartito aggreditur. Add. 100

Vitruu. 6, 11. Colum. 3, 1. et 5, 1.

TRIPATINVM, i. n. Plin. 35, 12 Atque ut luxu auctoritas quoque aliqua contingat figlinis. Tripatinum, inquit Fenestella, appellabatur summa coenarum lautitia. Vna erat murenarum, al-

tera luporum, tertia myxonis piscis, inclinatis iam scilicet moribus, ut tamen eos praefere Graeciae etiam philosophis possimus.

TRIPECTORVS, a, um. Adj. *Tria habens pectora*, ut, Lucret. 5, 28 Quidue tripectora tergemini vis Geryonai? *Alii legunt, Quidue tripectora tergemini quoque Gerionae vis? Fingunt Poetae Geryonem fuisse tricolorum.*

TRIPELLIS, e. Martial. 6, 74. *Al. trifilis.*

TRIPERTITVS et TRIPERTITO, vid. TRIPARTITVS.

TRIPES, edis. m. [*τριπες*] *Quod tres pedes habet. Ultimam licentiose corripuit* Aufon. Gripho Tern. 39 Qui bipes et quadrupes foret, et tripes omnia solus. Martial. 12, 28 Ibat tripes grabatus, et bipes mensa. Liu. 40, 2 Simul procuratum est, quod tripedem mulum Reate natum nuntiatum erat. Mensa tripes Hor. Serm. 1, 3, 13. *conf. Sen. Epist. 120.*

TRIPETIA, vid. Sauar. ad Sidon. Epist. 4, 24. *2 Sellae genus, quae et*

TRIPEDO, vid. TREPIDARII equi.

TRIPEDALIS, e. Adj. [*τριποδάλιος*] *A Tripes; Quod tres pedes longitudinis habet.* Plin. 27, 12 Medion folia habet iridis fatiuae, caulem tripedalem. Tripedalis latitudo Varro de R. R. 3, 9. et Plin. 17, 22 pr. Tripedalis parma Liu. 38, 21.

TRIPEDANEVS, a, um. Adj. [*τριποδάλιος*] *Idem.* Cato c. 45 Taleas oleaginas, quas in scrobe saturus eris tripedaneas decidito. Plin. 27, 12. Varro de R. R. 3, 9. Colum. 5, 5. 3, 2. 11, 3. 12, 44. Plin. 14, 3. 17, 18.

TRIPITES, vid. TRIPITES.

TRIPETIA *quid esset, dicamus verbis* Sulpicii Seu. Dial. 2, 1 Sedebat autem in sella rusticana, quas nos rustici Galli tripetias; vos scholastici — tripodas nuncupatis.

TRIPHALLVS, i. m. *Epitheton nomen Priapi, in Priap. 83, 6.*

Al. aliter: vid. Scalig. p. 211.

TRIPHERA, medicamentum, quod facit ad omnia, quae ferro debent tolli sine magno dolore Scribon. 230. *Mel. Tryphera, v. v.*

TRIPICTVS, a, um. Pilatus iubet ignorans: I, scribe, tripiclis Digere versiculis, quae sit suffixa potestas Prudent. Apoth. v. 381. *i. triplici lingua expressis.*

TRIPLARIS, e. Adj. Macrobi. in Somn. Scip. 1, 6. Alternatio triplaris. Idem 1, 19 Numerus triplaris. *add. Idem 2, 1. vid. DVPLARIS.*

TRIPLASIVS, a, um. Adj. Mart. Capell. 9 p. 322 Ratio triplasia. *Simpliciter Graecum est, τριπλάσιος.*

TRIPLEX, icis. Adj. [*τρίπλες, τριπλάζ, τριπτυχος*] *Quod est trium plicarum, deinde generatim, ubi tria distingui possunt.* Hor. Carm. 1, 3, 9 Illi robur, et aes triplex Circa pectus erat. Cic. Acad. 1, 17 c. 5 Fuit ergo iam accepta a Platone philosophandi ratio triplex.

Idem Tusc. 1, 20 c. 10 Plato triplicem finxit animam, cuius principatum, id est rationem, in capite sicut in arce posuit, et duas partes separare voluit, iram et cupiditatem, quas locis suis disclusit: iram in pectore, cupiditatem subter praecordia locavit. Colore triplici diuersa licia Virg. Ecl. 8, 73. Deae triplices, Parcae Ouid. Met. 2, 654. Forma triplex Idem ibid. 9, 185. Literas triplices remittere Cic. Att. 13, 3. Muro triplici circumdata moenia Virg. Aen. 6, 549. Natura triplex animi Lucret. 3, 238. Pugna triplex, Quae ter facta est Martial. 5, 66. Triumphus triplex

Virg. Aen. 8, 714. Triplex, pro quodam Tabellae genere, in quo scribi epistolae leuiore et amatoriae solebant. Martial. 14, 6 Tunc triplices nostros non vilia dona putabis, Quam se venturam scribet amica tibi. *Dicti autem sunt* Triplices a tribus foliis. Vid. Cic. Att. 13, 8. Martial. 7, 82. Triplex, Substant. pro Triplum. Scribonius

Largus 218 Emplastrum aliud ex sale nigrum efficacius, idem ad omnia facit: sed recipit singulorum pondus libram similitur, olei autem veteris triplex adicitur.

TRIPLICITER, Adu. Aucr. ad Herenn. 4 c. 42 Eandem rem commutabimus tripliciter. Mart. Capell. 3 p. 54 L littera tripliciter sonat.

TRIPLVS, a, um. Adj. [*τριπλάσιος*] *Idem quod Triplex.* Cic. de Vniuers. 20 c. 7 Vnam principio partem detraxit ex toto, secundam autem primae partis duplam: deinde tertiam quae esset secundae sequi altera, primae tripla: deinde quartam quae secundae dupla esset: quintam inde quae tertiae tripla. *Et paullo post, Tripla interualla.*

Tripla proportio musicalis.

TRIPLYCO, are. [*τριπλασιάζω*] Plin. 7, 48 Cornici nouem nostras attribuit aetates Hesiodus, quadruplum eius ceruis, id triplicatum coruis. Triplicabis septem, et faciunt viginti vnum Macrobi. Somn. Scip. 1, 20. *Conf. Manil. 3, 587.* Idem ipse numerus triplicatur Gell. 1, 20. Trias triplicata, nouem numeros facit Mart. Capella 2 p. 26. Vox triplicata Sidon. Epist. 2, 2.

TRIPPLICABILIS, e. Adj. Sedul. i extr. Quod simplex, triplicet, quodque est triplicabile, simplet.

TRIPPLICATIO, onis. f. Caius in l. Consilio D. de curat. furios. etc. D. 27 tit. 10 l. 7 §. 1. Firmicus quoque lib. 2 c. 26 Nulla vel duplicatione, vel triplicatione vel quadruplicatione. Vid. QVADRVPLICATIO, in QVADRVPLEX. Triplicatio numeri Mart. Capella 2 p. 25. et 7 p. 259.

TRIPPLINTHIVS, a, um. Adj. Vitruu. 2, 9 de pariete tres lateres crasso. *Conf. Bald. Lex. p. 40.*

TRIPODA, vid. TRIPVS.

TRIPOLIS, is. f. [*Τριπολις*] *Phoeniciae locus, ex numero dicitur trium urbium, Tyro scilicet, Sidone, atque Arado, ut testatur Strabo, Plinius, et Pomponius Mela in descriptione Phoeniciae. Hinc*

TRIPOLITANA, Regio dicta est. [*Τριπολιτικός*] *Sunt autem duae hoc nomine, Africana scilicet, et Syriaca in Phoenice. Oppida Tripolis Africanae sunt, Abrotonum, Tophia, et Leptis magna.*

TRIPOLIVM, i. n. [*τριπόλιον*] *Herba, quae videtur quibusdam Polium, ut Plin. 26, 7 l. 22 vult, dicitur. Nasctur in saxis maritimis, ubi allidit vnda, neque in mari, neque in sicco, folio isalis crassiore, palmum alto, in mucrone diuiso, radice alba, odorata, crassa, calidi gustus. Vid. Diosc. 4, 130.*

TRIPONDIS, e. Adj. Tripondes homines Zeno Veron.

TRIPORTENTVM, i. n. Deum tripotentia Pacuu. apud Varr. de L. L. 6, 3 p. 53.

TRIPSACA, ae. f. *Herba.* Theod. Priscian. de Diaeta c. 9.

TRIPTES, Plur. m. Mart. Capella 2 p. 40 Item Fura Furinaque, et mater Mania, Intemperiaeque et alii Triptes diuorum. *Al. Tri-*

pitēs. *Grotius conicit* Thripes quasi vermiculi inter deos, minuti, viles. Patrem

*Patrem suum ait coniecisse Cryptes, (forte rectius cryptae) quos Oper-
tancos dixit.*

TRIPTOLEMVS, i. m. [*Τριτόλεμος*] Celei filius, teste *Seruius*
Georg. 1, 18 Aratri inuentor et agriculturæ. Eleusin ciuitas est Atti-
cæ prouinciæ, non longe ab Athenis, in qua quum regnaret Celeus, 5
et Cererem filiam quaerentem liberalissime hospitio suscepisset, illa
pro remuneratione ostendit ei omne genus agriculturæ: filium etiam
eius Triptolemmum recens natum per noctem igne fouit, per diem di-
uino lacte nutriuit: et cum alatis serpentibus superpositum, per to-
tum orbem milit, ad vsum frumentorum hominibus indicandum. *Ha-* 10
Elenus Seruius. Auctor ad Herenn. 4, 10 Si Triptolemus quum omni-
bus semen largiretur, ipse ab aliis hominibus id mutuaretur. Aethe-
reus Triptolemus Stat. Silu. 4, 2, 36.

TRIPTÓTVM, i. n. [*τριπτότων*] Nomen dicitur, quod tribus dunta-
xat casibus declinatur, ut Opis, opem, ope. Vid. Isidor. 1, 6. et 15
Grammat. Diomed. 1 p. 288. et Priscian. 5 p. 672.

TRIPVDIVM, i. n. [*χορὸς, χορεία, χορομασία*] Quasi Terripau-
um: sic enim primo dictum volunt: post Terripudium, deinde Tri-
pudium a pauio ferio. Unde Tripudia solistima dicebantur auguria, 20
quæ fiebant, quoties offa, quæ pullis dabatur, aliquo modo cadebat in solum,
ita enim a solo solistimum, ut a medio mediastimum dicitur. Cic. de
Diuin. 72, 2 c. 34 Attulit in cauea pullos is, qui ex eo ipso nominatur
pullarius. Hæ sunt igitur aues internuntiae Iouis: quæ pascantur,
nec ne, quid refert? Nihil auspicia. Sed quia cum pascuntur,
neesse est aliquid ex ore cadere, et terram pauire, terripauum primo, 25
post terripudium dictum est: hoc quidem iam tripudium dicitur.
Cum igitur offa cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solisti-
mum nunciant. Ergo hoc auspiciam quidquam diuini habere
potest, quod tam sit coactum et expressum? Quo antiquissimos augu-
res non esse vsos, argumento est, quod decretum collegii vetus habemus,
omnem auem tripudium facere posse. Tum igitur esset aus-
piciam, si modo ei esset liberum, se ostendisse: tum auis illa videri
posset interpres et satelles Iouis. Nunc vero inclusa in cauea, et
fame enecta, si in offam pulvis inuadit, et si aliquid ex ore cecidit,
hoc tu auspiciam, aut hoc modo Romulum auspicari solitum putas? 35

Conf. ibid. 1 c. 15. Et Fam. 6, 6. de quo in SONIVI. It. Festus, voce
PVLVS. Liu. 10, 40. Min. Fel. 26, 1. Plin. 10, 21 f. 24 de gallis
gallinaceis, Horum sunt tripudia solistima. Hi magistratus no-
stros quotidie regunt, domosque ipsis suas claudunt ac referant: hi
fascies Rom. impellunt aut retinent, iubent acies aut prohibent, victoria- 40
rum omnium toto orbe partarum auspices: hi maxime terrarum imperio
imperant, etc. Alii sic dici putant Tripudium, quod saltantes
ter pedibus terram feriebant, uti describit Hor. Carm. 3, 18, 15 Gau-
det inuisam pepulisse fossor Ter pede terram. Et Calpurn. 4,
128 Ter pede laeta ferire Carmina. Gloss. τριποδίαζω tripedo, τριπο- 45
διον, tripudium. Fuerit ergo quasi Tripediare. vid. quæ monuimus
in TREPIDIARII. Tripudium pro Saltatione Liu. 1, 20 Ac per
urbem ire canentes carmina cum tripudiis, sollemnique saltatu iussit.
Citatis celerare tripudiis Catull. de Berecint. f. 61 (64) 26.

TRIPVDIO, Ære. [*χορεύω*] Saltare. Cic. pro Sext. 88 c. 41 Sed 50
illum tot iam in funeribus Reip. exultantem ac tripudiantem, legum si
posset, laqueis constringeret. Credunturque sacro tripudiare gra-
du Fortunat. 8, 4, 4.

TRIPVS, ðdis. m. vel **TRIPÓDA**, ac. f. [*τρίπους*] Dicitur
quidquid habet tres pedes. Tripodes erant Mensæ in templo Apolli- 55
nis Delphici, quibus superpositæ Phoebades vaticinabantur, ut ait
Seruius ad Aen. 3, 360. vid. Diod. Sicul. 16, 26. Plin. 34, 3 Ex
acre scitaueret et cortinas tripodum nomine Delphicas, quoniam do-
nis maxime Apollinis Delphici dicabantur, vid. CORTINA n. 2. Cic.
de Nat. Deor. 3, 42 c. 16 Ex eo igitur et Lysito (nomen ignorabile, vid. 60
Intt.) est is Hercules, quem concertauisse cum Apolline de tripode ac-
cepimus. Tripodas sentire; i. quiddam reuelatum ab Apollinis
Oraculo percipere Virg. Aen. 3, 360. Sacri tripodes Idem ibid.
5, 110. Idem Aen. 9, 265 Et tripodas geminos, auri duo magna ta-
lenta. In talibus pocula intelligere, vel crateras, ex usu Graecorum 65
nihil prohibet. Hor. Carm. 4, 8, 3 Donarum tripodas præmia for-
tium Graiorum. Add. Nep. 4, 1, 3. Ouid. Her. 3, 32. Sidon. Epist.
4, 24. Isidor. 20, 8. ¶ 2 Sella tripus etiam recentiori æ-
tate. De tripode Martini Sulpic. Seuer. Dial. 2, 1.

TRIQUËTRVS, a, um. Adj. [*τρίγωνος*] Triangularis, qualis litera 70
quarta Graecorum Δ. Plin. 2, 15 Postea radiorum eius contractu
teguntur, et in triquetro a partibus centum viginti stationes matutinas
faciunt: i. in triente s. tertia parte caeli, qui sunt gradus, ut hodie lo-
quuntur, CXX. Lucret. 4, 657 Esse triquetra aliis, aliis quadrata
neesse est. Caes. Bell. Gall. 5, 13 pr. Insula natura triquetra: cuius 75
vnum latus est contra Galliam. Omnis ager aut quadratus, aut
longus, aut cuneatus, aut triquetrus Columel. 5, 2 pr. Trique-
tra, Sicilia dicta est a tribus promontoriis Peloro, Pachyno, Lilybaeo,
ut Trinaeria. Triquetram dici Siciliam, an Triquedram oportet,
quaeritur Quinctil. 1, 6, 30. Posteriori rationi fauet cum a tri- 80
bus quadris deducit, Schol. ad Hor. Sat. 2, 6, 55 Militibus promissa Tri-
quetra Prædia Cæsar, an est Itala tellure daturus. Lucret. 1, 718
Insula quem Triquetris terrarum gessit in oris. conf. Plin. 3, 8 et 16.
Gell. 1, 20. Solin. c. 11.

TRIRĒMIS, is. f. [*τρίρης*] Nauis tres remorum ordines habens. 85
Naves triremes Nep. 2, 2, 8. Caes. B. G. 2, 6. Idem Bell. Ciuil.
2, 6 Appulsaque ad proximum litus trireme confrata, et in litore re-
licta, pedibus Adrumetum profugerat. Cic. Verr. 5, 43 c. 17 Na-
vem vero Cybeam maximam, triremem instar pulcherrimam atque or-
natissimam. Adscendere triremem Nep. 7, 4, 3. Damnari 90
ad triremes Ict. Aerata triremis Hor. Carm. 3, 1, 39. Bella-
trix triremis Claud. Conf. Hon. 6, 135. Val. Max. 9, 15, 2 Remo pu-
blicæ triremis aliquis affixus in poenam ab Augusto. Validæ triremes
Lucan. 3, 529. Interdum Triremis non tres ordines, sed tres in vniuer-
sum remos habet. Isid. 19, 1 Celones, quas Graeci *νήπρας* vocant, id est 95
veloces biremes, vel triremes agiles, et ad ministerium classis aptæ.
Vid. ex Graecis Scheffer. de Mil. Nau. 2, 2 p. 69.

TRIS, [*τρεῖς*] Pro Tres in Accusatiuo, legimus apud antiquos.
Cic. Acad. 4, 138 Testatur saepe Chryssippus tris solas esse sententias,
quæ defendi possint de finibus. Virg. Aen. 1, 112 Tris notus ab- 100
reptas in saxa latentia torquet. Priscian. 7 p. 775 Hos et has Tres
vel Tris. vid. Gell. 13, 19. Quinctil. 1, 7, 17 In tris syllabas,
quod ibi illustro.

TRISCHOENVVS, a, um. Adj. Plin. 5, 24 Mensura trischoena; i.
quæ tres schoenos, ter sexaginta studia, complectitur. 105

- TRISCVRIA**, orum. n. Pl. Maximae scurrilitates, a Tris et Scurra: nam Tris et Ter pro Superlativo Graeci et Latini vsi sunt: unde Trifurcifer, Triportentum Triueneficus Iuuen. Sat. 8, 190 Qui sedet, et spectat triscurria patriciorum. *b. e. Nobilitum facta maxime scurrilia.* Scalig. leg. Transcurria. Conf. Voss. Etymol. p. 458.
- TRISECLISENEX**, i. Senex trium saeculorum. Ita vocatur Nestor a Naeuio ap. Gell. 19, 7.
- TRISEMVVS**, a, um. Trium signorum s. punctorum, Ternarius Mart. Capell. 1, 9.
- TRISEXTIVM**, i. n. Ad Trisextium venire Marc. Empir. cap. 16.
- TRISMEGISTVS**, i. m. [*Ἐμὴς Τρισμεγιστος*] Mercurii epitheton, s. Hermetis, quasi ter maximus dictus, vel valde maximus, qui fuit nepos maioris Mercurii, quem fabulantur fuisse filium Nili. Hunc tamen secundum adferunt occidisse Argum, Aegyptiisque praefuisse, et leges literasque tradidisse: sed literarum characteres, animalium arborumque figuras habuisse. Hic condidit urbem, quam a se Hermopolim nominavit. Dicitur est autem Trismegistus, quod et philosophus maximus, et sacerdos, et maximus denique rex fuerit. Conseruerunt enim Aegyptii ex omni philosophorum numero sacerdotes, ac rursus ex sacerdotibus regem eligere. Hic autem ut philosophos sapientia, ita religione sacerdotes excelluit, ac mox in imperio ministrando superiores omnes reges superauit. Hic primus a Physicis ad diuinorum speculationem se erexit. Primus de maiestate Dei, de Daemonum ordine, animarumque mutationibus sapientissime disputauit. Scripsit multa volumina, quibus arcana mysteria et oracula panduntur. Non enim ut philosophus solum, sed ut propheta futura saepe praedicit. Haec ex Diodoro Siculo. Conf. Lactant. 1, 6 et 9.
- TRISPASTVS**, i. m. [*τρίπαστος*] Trochlea per tres orbiculos circumuoluta. Vitruu. 10, 3. vid. Bald. Lex.
- TRISPITHAMVS**, a, um. Pygmaei vocantur trispithami, trium spithamorum hominuli, ap. Plin. 7, 2.
- TRISSAGO**, s. **TRIXAGO**, inis. f. [*Χαμαιδὸς*] vulgo Chamaedreos: alii Serratam, et ab ea ferram inuentam dixere, teste Plin. 24, 15 Carpitur praegnans succo, petrosi gaudet Apul. de Herb. 24, 3.
- TRISSO**, are. De Cantu hirundinis dicitur, Auc. Philom. v. 26 Trissat hirundo vaga. conf. Schott. Obs. Hum. 2, 52.
- TRISTEGA**, orum. n. Pl. [*τρίτεια*] Trium contignationum aedificia, siue tres contignationes. Hieronymus lib. 1 aduersus Iouinianum 40 vertit Tricameratum. Alcim. 4, 245 Tristegaque hic facies, simulac coenacula, in illis, etc. Nempe sic Vulgat. Genes. 6, 16 de arca Noë. vid. STEGA.
- TRISTIS**, e. Adi. [*ἄδύμος, ἐπιλυπος, ἀκούρωνος*] Hilari contrarius. Oderunt hilarem tristes, tristemque iocosi Hor. Epist. 1, 18, 89.
- Donatus**, Tristis animo, Truculentus vultu. Quapropter tristis es Cic. de Diuin. 1 c. 28. Virg. Ecl. 10, 31 Tristis at ille tamen, Cantabitis Arcades, inquit. Idem Georg. 4, 235 Tristior hiberna caelo descendit in vnda. Cic. Verr. 4, 13 Quum iste ab sese hydriam Boëti manu factam, praeclaro opere, et grandi pondere per potestatem abstulisset, se sane tristem et conturbatum domum reuertissis. Triste ac seuerum genus dicendi Idem de Clar. Orat. 113 c. 30. Mitibus mutare tristitia Hor. Od. 1, 16, 25. Illi iacere ligati Turpiter: atque aliquis de dis non tristibus optat Sic fieri turpis Ouid. Met. 4, 186. de Martē cum Venere. Suppliciter tristis Virg. Aen. 1, 485. Cum tristibus seuerē, cum remissis iucunde viuere Cic. pro Cael. 13. Liu. 24, . . . Lacus Trasymenus, et Cannae, triste ad recordationem exemplar. Tristis, Saevus aliquando dicitur: quod tristitia in fronte hominis crudelitatis, grauitatis, irae, minarum, indicium est. Virg. Aen. 2, 548 Tristitia facta. Idem Aen. 6, 315 Nauita tristis. Et Aen. 2, 337 Tristis Erynnis. Domi forisque semper seuerus, ita vt et tristis cognomen acciperet Capitolin. de Maximo c. 6. Aestimatione recta seuerus; deterius interpretantibus tristior habebatur Tac. Hist. 1, 14, 4. Tristis, Grauis Cic. de Repub. 6 apud Non. 4, 455 Qui numero optimatum et principum obtulit his vocibus, et grauitatis suae liquit illum tristem, et plenum dignitatis sonum. Vid. mox SEVERITAS tristis. Plin. in Paneg. c. 41, 3 Nunquam principibus defuerunt, qui fronte graui et tristi supercilio utilitatibus fisci contumaciter adessent. conf. Brouckhus. ad Tibull. 3, 3, 35. Tristis, Iratus Lucilius ap. Non. 4, 455 Timeo certe, ne mihi sit tristior. Et Afran. Iactauit sese, iactet, mihi erit tristior. Conf. Plaut. Caf. 2, 3, 12. Tristis, Minax Virg. Aen. 2, 115 — Isque adytis haec tristitia dicta reportat. Tristis, Horridus Martial. ad Scazontem 1, 92 Amator ille tristium lacernarum. Tristis, i. furiosus, maniacus, sicut Orestes ap. Hor. A. P. v. 124. et Ouid. Trist. 1, 5, 22. Add. Non. 4, 455. Tristis, i. infelix. Agro qui statuit meo Te triste lignum Hor. Od. 2, 13, 10. Triste iaces lucis euitandumque bidental Perf. 2, 27. ¶ 2 Haec applicare iam licebit ad Substantiuā: Acheron, vid. ACHERON. Adulatio tristis Tacit. Ann. 11, 21. Aegrimonia tristis Hor. Epod. 17, 73. Antiquitas tristis et impexa Tacit. in Dialogo in Orat. 20. Arbor tristis adpectu Plin. 13, 22. Arma tristitia Tibul. 1, 10, 51. Bellum triste Senec. Octau. 6 v. 300. Virg. Ecl. 6, 7. Carmina non tristitia Ouid. Trist. 2, 493. Clades tristis Hor. Carm. 3, 3, 62. Cor triste Virg. Aen. 6, 185. Curae tristes Idem Georg. 4, 531. Damna tristitia Ouid. Fast. 1, 60. Isque adytis haec tristitia dicta reportat Virg. Aen. 2, 115. Tristi compressit corda Dolore Iuuen. 1, 439. Domus tristis sine sole Virg. Aen. 6, 534. Epulae tristes, i. Inspidae, vel mali saporis Sil. 3, 281. Extia tristitia, Res tristes protendentia Virg. Georg. 1, 483. Facinus triste Ouid. Met. 6, 623.
- Fortuna** tristis, Mala Ouid. Epist. 3, 43. Frons tristis Tibul. 2, 3, 37. Funus triste Virg. Georg. 4, 256. Hiems tristis, Aspera Virg. Georg. 4, 135. Ianua nostrae artis est tristissima, Maior est difficultas in prima statim curatione Ouid. Rem. Amor. 233. Al. et Burm. Strictissima. Imago tristis ponti, Aspera facies maris Ouid. Met. 11, 427. Imago tristissima noctis Ider. Trist. 1, 3, 1. Irac tristes, Quae tristes faciunt Virg. Ecl. 2, 14. Hor. Od. 1, 16, 9. Literas tristes dare ad aliquem Cic. Att. 4, 27. Add. Idem 7, 25. Lupus Prudent. Cath. 3, 259. Triste, Lupus stabulis Virg. Ecl. 3, 80. add. Non. 1, 9. Mens tristis Ouid. Epist. 12, 148. Morbus tristis Virg. Georg. 4, 252. Mors tristis Senec. Octau. 4. Nebulae tristes Stat. Theb. 5, 184. Nefas triste Virg. Aen. 2, 144. Nox tristior quam tempora Phoebi, i. Quam dies Ouid. Rem. Amor. 585. Nubila tristitia Idem Met. 6, 690. Oratio tristis, cui Hilaris opponitur Quintil. 8, 3. Ora tristitia Virg. Georg. 2, 247. Lucill. op. Non. 4, 455 Adde eodem tristis ac seueros Philosophos. Sic leg. puto pro seuerus philosophus. Poena

- Poena tristis, *Exilium intelligit* Ouid. *Trist.* 2, 494. Querimoniae
tristes Hor. *Carm.* 3, 24, 33. Ruinae tristes Virg. *Aen.* 1, 242. Se-
nectus tristis Virg. *Georg.* 3, 67. Tristis et seuerus Senex, Lyffis
Nep. 15, 2, 2. *Add.* Plin. *Epist.* 1, 10. Sermo tristis Hor. *Serm.* 1,
10, 11. Seueritas tristis inest in vultu atque in verbis fides Ter.
Andr. 5, 2, 16. *vid.* Donat. Silentium Liu. 1, 29. Quid tua
Sors? tristis, atrox Cic. *pro Muraen.* 42. Supercilium triste
Lucret. 6, 182. Tempus triste Ouid. *Trist.* 14, 3, 36. Trunci tristes
et squalidi Sen. *Epist.* 12. Verba tristia Hor. *de Arte Poët.* 105. Cic.
de Finib. 2, 118 c. vlt. Sic enim maiores nostri labores non fugiendos,
tristissimo tamen verbo aerumnas etiam, in deo nominauerunt. Vul-
tus tristis Ouid. *Epist.* 17, 15. Patrare aliquid triste Tacit. *Ann.*
5, 4. Statuere triste aliquid Ouid. *ex Pont.* 2, 2, 119. Tristis
succus, *Amarus* Virg. *Georg.* 2, 126. Idem *Georg.* 3, 448 Amurca
tristis. Absynthium triste Ouid. *ex Pont.* 3, 8, 15. Sapor tri-
stis Ouid. *Trist.* 4, 6, 12. Suauiolum tristi tristius helleboro Catul.
ad Iuenc. f. 96, 14. ¶ 3 *Obseru.* Tristis, Qui inuitus ali-
quid facit, nec libenter, *auctore* Donato *ad Ter. Eun.* 4, 1, 8 Inuitat
tristis, mansit ibi. Tristis, Tristi similis, *inquit* Donat. *ad Ter.*
Eun. 3, 5, 48 Heus tu, inquit, Dore, Cape hoc flabellum, etc. accipio
tristis. *Compar.* Val. *Max.* 3, 3, 1 Mutius tristior Porfennae salute,
quam sua laetior. *conf.* Cic. *Tusc.* 5 c. 32. *Superl.* Liu. 5, 51 Tri-
stissimi exitus solatium.
- TRISTIVS, Adu. *Compar.* [*ἀθυμώτερον*] Cic. *de Senect.* 67
c. 19 Facilius in morbos incidunt adolescentes, grauius aegrotant, tri-
stius curantur. Quo facilius, quibus est iratior, respondere tri-
stius possit Cic. *Fam.* 4, 13, 16. *i.* *Asperius.* Tristius ingemuit Pru-
dent. *adu. Symmach.* 1, 479.
- TRISTICVLVS, a, um. Dimin. [*ὑποδύδμος*] Cic. *de Diuin.*
1, 103 c. 46 Filiolam suam Tertiam, quae tum erat admodum parua
osculans, animum aduertit tristiculam.
- TRISTITIA, ae. f. [*ἀθυμία, λύπη, ἀγρία*] *Sequitur significatio-
nem et usum Adiectiui.* V. g. *De philosophis,* Cic. *de Finib.* 4, 79
Quam illorum tristitiam atque asperitatem fugiens Panaetius, nec acer-
bitatem sententiarum, etc. Imitamenta tristitiae Tac. *Ann.* 13, 4. 35
Conf. Marc. Donat. h. l. Cic. *de Clar. Orat.* 97 Homo non libera-
litate vt alii, sed ipsa tristitia et seueritate popularis. *Add.* Idem *de*
Amicit. c. 18. *Coniungitur cum* Arrogantia a Tac. *Agric.* 9, 4. *cum*
malignitate a Sueton. *Ner. c. 22 extr.* Cic. *de Orat.* 2, 72 c. 17 Iu-
dex tum ad tristitiam, tum ad laetitiam est contorquendus. Tem-
porum tristitia, *calamitas, miseria* Idem *Fam.* 3, 8. *et Att.* 12, 40. Si-
mulata et versuta tristitia Cic. *post red. in Senat.* 12. Abstrudere
tristitiam, *vid.* ABSTRVDO. Compescere tristitiam alicuius Ouid.
Met. 9, 397. Condire tristitiam, Contorquere aliquem ad tristi-
tiam, Contrahere tristitiam, *vid.* *hb. vv.* Cic. *de Nat. Deor.* 2, 45
102 Recessus solis quasi tristitia quadam Contrahit terram. *Add.* *Cels.*
3, 18. Cic. *de Orat.* 2, 346 c. 83 *extr.* Nihil enim tam facile quam
multitudo a tristitia et saepe acerbitate, commode ac breuiter, et acute
et hilariter dicto, Deducitur. Finire tristitiam Hor. *Carm.* 1, 7, 17.
Mitigare tristitiam Cic. *de Orat.* 2, 236. *et de Off.* 1 c. 12. Quinctil.
1 *Prooem.* Vultum, et tristitiam, et dissentientem a caeteris habitum
pessimis moribus Praetendebant. Cic. *Fam.* 5, 14 Lacrimis ac tristi-
tiae te Tradidisti.
- TRISTITIAS pro Tristitia Pacuu. *ap. Non.* 2, 869. *Secd*
vid. TRISTITAS. 55
- TRISTITIES, ei. f. [*λύπη* Gloss. Lat. Gr.] Apul. *Met.* 9. . .
Mira tristitie deformis.
- TRISTITVDO, inis. f. Apul. *Met.* 3 p. 134 Tristitudinem de pe-
ctore suo mittere. Sidon. *Epist.* 8, 11 Animus tristitudine grauis.
Conf. Apul. *Apol.* p. 295. *Symmach.* 2, 21. 60
- TRISTITAS, atis. f. Pacuu. *ap. Non.* 2, 869 Quid istuc est?
Vultum alligat quae tristitas? *Sic videtur melius quam* Tristitias.
- TRISTIMONIVM, i. n. Petron. *Fragm. Trag.* c. 63 Cum nos
tum plures in tristimonio essemus. Naeuius *ap. Festum,* Tristi-
monium deturbat ex animo. 65
- TRISTOR, ari. [*λυπέω*] Senec. *de Ira* 2, 7 Concitari tristarique
ob scelera. Nunquam flere, nunquam tristari, nunquam laborare Id.
de Proud. c. 2.
- TRISTIFICVS, a, um. Adi. [*ἀλγύνων*] *Quod tristitiam affert.*
Cic. *de Diuin.* 1, 13 c. 7 Tristificas certant Neptuno reddere voces. *ex*
Poëta. Promere voces tristificas Cic. *de Diuin.* 1, 20 Voces tristifi-
cas chartis promebat Etruscis. *ex Poëta.* *conf.* Prudent. *Tetrastr.* 13.
Macrob. *Sat.* 7, 12.
- TRISVLCVS, a, um. Adi. [*τριγύλων*] *i.* *Trifidum; hoc est*
tres acies habens, et a tribus partibus sciudens. Fulmina trifulca 75
Senec. *Herc. Oct.* 17 f. *extr.* Varro *apud Non.* 6, 2. Auien. *Arat.*
v. 220. Ignibus trifulcis armata dextera Iouis Ouid. *Met.* 2, 848.
Linguis micat ore trifulcis Virg. *Georg.* 2, 439. Ramus trifulcus
Pallad. *Mart. t. 2 de ficu.* Resonat Sermone trifulco Prudent. *Ha-*
mart. v. 202. *de serpente deceptore Euae.* Tela trifulca Iouis 80
Ouid. *Amor.* 2, 5, 52.
- TRISVLLAVS, a, um. Varro *de L. L.* 8, 52. Mart.
Capella 5 p. 170.
- TRITANVS, i. m. [*Τριτάνος*] *Vt auctor est* Varro in relatione pro-
digiosa virium, *Gladiator fuit,* qui in ludo gladiatorio Sannitium ar-
matuura celebris, et rectos et transuersos cancellatim toto corpore ha-
buit nervos, in brachiis etiam manibusque. Filium habuit Cnei
Pompeii militem *pavi fortitudine natum.* Hic hostem ex prouoca-
tione pugnantem inermi dextra superatum vno digito et captum in ca-
stra Imperatoris sui reportauit. *Ex Plin.* 7, 20. 90
- TRITAVVS, i. m. [*τριτάκνος*] *Quasi tertius auus.* Plaut. *Perf.* 1,
2, 5 Pater, auos, proauos, abauos, atauos, tritauos. Paullus in l. In-
risconsultus D. de gradibus affinitatis, Tritauus autem is est patris et
matris atauus, aui vel auiae abauus, proauus vel proauiae
auus, abauus vel abauiae auus, atauus vel atauiae pater, dictus 95
quasi tertius auus.
- TRITE, es. f. *i.* *Tertia.* *Nomen phibongi ap.* Vitruu. 5, 4.
vid. Baldi *Lex.*
- TRITEMORIA, ae. f. *Triens, pars tertia.* Mart. Ca-
pella 9 p. 315. 100
- TRITHALES, [*τριθάλης*] *Herba, quae est alterum genus aizoi.*
Plin. 25, 13 Aizoi duo genera: maius in sicilibus vasis seritur, etc. al-
terum minusculum, quod erithales vocant, alii trithales, quia ter flo-
reat, alii cryfotales, aliqui isoëtes.
- TRITIANVS, a, um. Brassica Plin. 19, 8. *i.* *triplo maior.* 105

TRITICVM, i. n. [*τριχός, σίτος*] Genus frumenti, ut ait Isidor. 17, 3 vel a Tritura dictum, quod purissimum horreo condatur, vel quia granum eius commolitur et teritur. Plin. 18, 7 Tritici genera plura quae fecere gentes, Italico nullum equidem comparauerim candore ac pondere, quo maxime discernitur, montanis modo comparetur Italiae agris externum, in quo principatum tenuit Boeotia, deinde Sicilia, mox Africa. tertium pondus erat Thracio Syrioque, deinde Aegypto. Colum. 2, 6, 1 Tritici genera complura cognouimus: vnum ex his maxime serendum est, quod robus dicitur, quoniam et pondere et nitore praestet. Secunda conditio est habenda siliginis, cuius species in pane praecipua pondere deficitur. Tertium erit trimestre, cuius vsus agricolis gratissimus. Nam ubi propter aquas aliamue causam matura satio est omissa, praesidium ab hoc petitur. Reliquae tritici species, nisi si quos multiplex varietas frugum, et inanis delectat gloria, superuacuae sunt. Triticum exterrere Plin. 18, 7. Serere Colum. 2, 8.

TRITICEVS, a, um. Adi. [*τριτικός*] *Ve*, Messis triticea Virg. Georg. 1, 219. Ouid. Met. 5, 487. Paleae Cato R. R. c. 54. add. Colum. 7, 10. Foetus triticeus Ouid. Fast. 1, 693.

TRITICIARIVS, a, um. *Ad triticum pertinens*. Conditio triticiaria Dig. pecul. tit.

TRITON, ōnis. m. [*Τριτων*] Deus marinus, Neptuni et Salaciae deae marinae filius, ab aqua falsa dictae. Haec Seruius ad Virg. Aen. 1, 158 Cymothoë simul, et Triton adnixus acuto Detrudunt naues scopulo, etc. Cic. de Nat. Deor. 1, 79 Hic Neptuni tubicen esse fertur, cui mandat, ut receptui canat, fluuiosque in suos fontes reuocet. Idem Att. 2, 9 Non modo de Cynico Consulari, sed ne de istis quidem piscinarum Tritonibus poterit se iactare. in Hortensium et Lucullum dicit, quibus nimium piscinarum studium obiicit. vid. PISCINARIVS.

TRITON Idem ibid. 2, 8. Citi Tritones Virg. Aen. 5, 824. Immanis Triton Idem ibid. 10, 209. Ingens Triton Valer. Argon. 1, 93. Maritimus Cic. de Nat. Deor. 1, 79. **2 Triton Annis et Lacus Africae.** Plin. 5, 4 ubi de Syrtibus, Ab his non procul a continente palus vasta annem Tritonem, nomenque ab eo accipit, Pallantias appellata Callimacho, et citra minorem Syrtim esse dicta, a multis vero inter duas syrtis. Conf. Mela 1, 7. Solin. 27. Hinc Rapi di Tritonis hera Minerua Catull. Argon. l. 63, 394. Mineruae Periphra sis.

TRITONIA, vel **TRITONIS**, idis. f. [*Τριτωνία, Τριτωνίς*] i. Minerua, quod temporibus Ogygii regis ad lacum Tritonis virginatè primum habitu apparuerit. Vbi ait Herodotus virginis annis singulis se purgare lampadibus et lignis in venerationem Palladis. Diodorus scribit dictam Tritoniam a Cretae filio Tritone Lucan. 9, 685 Armi potens Tritonia. Inuocat eam etiam Pseudo-Cic. anteq. iret in Exil. 24. Audax Tritonia Stat. Theb. 10, 889. Virg. Aen. 2, 226 Sacuaeque petunt Tritonidos arcem. Virgo Tritonia Stat. Silu. 1, 1, 37. Lucret. 6, 750 Palladis ad templum Tritonidos almae. Arx Tritonis Ouid. Met. 5, 645. *Intelligit Athenas.* Palus Tritonis Sil. 3, 322.

TRITONIACVS, a, um. Adi. [*Τριτωνιάκος*] Ouid. Met. 15, 358 Quum Tritoniacam nouies subiere paludem.

TRITVRA, **TRITVRO** et **TRITVS**, vid. TERO.

TRIVENEFICVS. *Maxime veneficus.* Plaut. Aul. 1, 2, 8 Mirum, quin tua nunc me causa faciat Iuppiter Philippum regem aut Darium, triuenefica.

TRIVERBĒRO, ōnis. m. Gloss. Cyril. Verberibus obduratus.

TRIVIA, ae. f. [*Τριωίτης*] Dicta est Diana, quod triuis praesesset, propter quod tres facies habere fingebatur, quae etiam ad triplicem illius personam pertinent, quod Luna s. Phoebe in caelo, Diana venatrix, et apud inferos Hecate est, s. Proserpina. Graecorum commenta dabit Cerda ad illud Virg. Aen. 4, 511 Tria virginis ora Dianae. Ouid. Fast. 1, 141 Ora vides Hecates in tres vergentiã partes, Seruet vt in ternas compita facta vias. Ara Triuia Ouid. ex Pont. 3, 2, 71. Sacerdos Triuia Virg. Aen. 6, 35. Potens Triuia Valer. Argon. 3, 321. Virgo Triuia Lucret. 1, 85.

TRIVIUM, i. n. [*τριόδος*] Locus, e quo trium viarum iter fieri potest, vel Spatium, quod est inter tres vias, quemadmodum Quadruium, in quem permulti propter tot viarum concursum affluere solent. Laudatur Catulli, sed falso, arbitror, Omnibus in triuiis vulgetur fabula passim. Cic. de Lege Agrar. 1, 7 Vt in atriis auctionariis potius quam in triuiis aut in compitis auctionentur. conf. Idem de Diuin. 1 c. 54. Dionysius ludimagistrum professus, pueros in triuio docebat Iustin. 21, 5, 8. Proiectae (tabellae) triuiis iaceatis Ouid. Am. 1, 12, 13. In triuiis Virg. Ecl. 3, 26. conf. Idem Aen. 4, 609. Val. Flacc. 3, 453. Arripere maledictum ex triuio Cic. pro Muraen. 13. Triuia erant etiam rusticorum sacris attributa; nam illic oves caedebantur, et ferta appendebantur. Tibull. 1, 1, 12 Nam veneror: seu stipes habet desertus in agris, Seu vetus in triuio florida ferta lapis. Add. Lucret. 4, 1196. Catull. 47, 7

Vos conuiuia lauta sumtuose
De die facitis: mei Sodales
Quaerunt in triuiis vocationes?

Hor. A. P. 245
Siluis deducti caueant, me iudice Faunl,
Ne velut innati triuiis, ac paene forenses,
Aut nimium teneris iuuentur versibus vnquam,
Aut immunda crepent ignominio saque dicta.

TRIVIĀLIS, e. Adi. *Quod in triuio fit, vel quo in triuiis utebantur, ut,* Sueton. de Clar. Rhetor. c. 5 Tum ne vsquequaque scholasticus existimaretur, circumcise ac fordide, et tantummodo verbis triuialibus egit. Carmen triuiale Iuuen. Sat. 7, 55. Quinctil. 1, 4, 27 Sed in verbis quoque quis est adeo imperitus, vt ignoret genera, et qualitates, et personas, et numeros? Literarii paene ista sunt ludi et triuialis scientiae. Conf. Borrich. Cogit. p. 256.

TRIVIALITER. Adu. Passim. Arnob. 7 p. 242 Infantes parvuli, triuialiter et populariter instituti. Add. Solin. c. 11.

TRIVIĀTIM. Adu. Per triuia. Mart. Capell. lib. 1 Cum id loquax triuiatim discurreret humanitas.

TRIVMPHVS, i. m. [*ἑπαιγεῖος*] Sollemnis illa pompa, qua Imperator Romanus deuictis, debellatis in primis, hostibus, cum exercitu urbem, et Capitolium ingrediebatur. Graecum videtur, aliquantum, ut solebant praesci, deflexum. Varro, Bacchi Victoris epitheton putat, vid. mox TRIUMPHO. Tranquillus apud Isidor. Orig. 18, 2 Triumphum Latine dicit appellatum, quod is, qui triumphans urbem ingrederetur, tripartito iudicio honoraretur. Nam primum de triumpho duci conce-

concedendo exercitum iudicare solitum erat, secundo senatum, tertio populum. *Sunt plura in illo loco ad antiquitates triumphi pertinentia. Sed nos hoc non agimus. Illud unum obseruamus, esse in apparatu triumphi aliquam Iouis imitationem.* Liu. 10, 7 Qui Iouis O. M. ornatu decoratus, curru aurato per urbem vectus in Capitolium ascenderit. Plin. 33, 7 s. 36 Enumerat auctores Verrius, quibus credere sit necesse, Iouis ipsius simulacri faciem diebus festis minio illini solitam, triumphantumque corpora: sic Camillum triumphasse. *De hoc triumpho Camilli Liu. 5, 23 Iouis solisque (quid si Ioui Solique?) equis aequiparatum dictatorem, in religionem etiam trahebant.* Descriptio luculenta Triumphus est Ouid. Trist. 4, 2. Peculiaris de Triumpho liber est Onuphrii Panuini, cuius pulcherrimam icona Floro suo p. 346 inseruit Begerus. Cic. in Pison. 80 c. 25 Diseres de triumpho: quid tandem habet iste currus? quid aurum? quid argentum? quid legati in equis et Tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa? inania sunt ista mihi crede, delectamenta paene puerorum. Is demum est mea sententia iustus triumphus ac verus, quum bene de Repub. meritis testimonium a consensu ciuitatis datur Cic. Philipp. 14, 13 c. 5. Diues triumphis terra Africa Virg. Aen. 4, 37. Castellanus triumphus, Castrensis triumphus, *vidi* CASTRUM. Felices triumphus Claud. de Bell. Get. 636. Ingens triumphus Senec. Herc. Oet. l. 6. Insignis triumphus Claud. in Ruff. 1, 54. Laeti triumphus Ouid. Met. 13, 252. Laurigeri triumphus Claud. Conf. Hon. 3, 12. Magni triumphus Hor. Carm. 1, 2, 49. Magnificus triumphus Ouid. Amor. 1, 2, 28. Naualis triumphus, *vidi* NAVIS. Opimus triumphus Hor. Carm. 4, 4, 52. Praeclarus triumphus Claud. de Rapt. Proserp. 3, 329. Sacer triumphus Ouid. Amor. 1, 2, 49. Speciosissimus triumphus Val. Max. 7, 1. Superbus Hor. Carm. 1, 37, 4. Agere triumphum Ouid. Met. 15, 757. Agere triumphum de aliqua re Cic. Verr. 7, 98. Idem Fam. 3, 10 Agere victor ex inimicorum dolore triumphum iustissimum. Idem Off. 1, 78 c. 22 Pompeius dixit frustra se tertium triumphum Deportaturum fuisse nisi, etc. Ducere aliquem in triumpho Plin. 7, 43. Cic. Verr. 5, 66 Vium tu illum seruabas, quem per triumphum, credo, quem ante currum tuum Duceres. Frequentare triumphum Liu. 36, 39, 8. Cic. pro Corn. Balb. 9 Qui tot Habuit triumphos, quot orae sunt partesque terrarum.

TRIVMPHO, *äre.* [*Τριμψέω*] Triumphum agere. Varro de L. L. 5, 7 p. 58, 6 postquam dixerat de verbis Quiritare et Iubilare; Sic Triumphare appellatum, quod cum imperatore milites redeuntes clamitant per urbem in Capitolium eunti io Triumphe, io. Idque a *Τριμψέω*, Graeco Liberi patris cognomento, potest dictum esse. Cic. de Fin. 2, 65 Bella magna gesserat is, bis Consul fuerat, triumpharat. Amplissime et honestissime triumphare Cic. pro Muraen. 15 c. 9. Triumphauit Achaeos, *i. Victis Achaeis triumphauit* Aur. Vict. de Viris Illustr. Hic terram triumphabit, hic erit consimilis deo Lactant. 6, 23 extr. Gloriose triumphare Cic. Fam. 2, 11. Idem de Senect. 55 c. 16 Curius quum de Samnitibus triumphasset. De sententia alicuius triumphare Idem Att. 7, 1. Amor de me triumphat Propert. 2, 8, 4. Triumphare ex aliquo Plin. 7, 43. Pa. 50 terc. 2, 96 extr. Huius victoriae compos Nero, ouans triumphauit, *i. minorem illum s. pedestrem triumphum, qui ouatio vocatur, egit.* Sic loquitur etiam 2, 122, 2. Pass. Gentes non extinguuntur omnino, sed quaedam relinquuntur in victoriam Dei, vt triumphentur a iustis, ac subiugentur perpetuae seruituti Lactant. 7, 24. Achaeos bis praelio fudit triumphandos tradidit Mummio Aur. Vict. c. 61 de Metallo Macedonico. Liu. 3, 63 Tum primum sine auctoritate Senatus, populi iussu triumphatum est. Cic. Off. 2, 28 Itaque vexatis ac perditis exteris nationibus, ad exemplum amissi imperii portari in triumpho Massiliam vidimus, et ex ea vrbe triumphari, sine qua nunquam nostri imperatores ex Transalpinis bellis triumpharunt. Annon sensistis, triumphatum hodie de vobis esse? Liu. 2, 38. Triumphare, Exultare, et sibi placere Caes. Fragm. Epist. 2 Quod euenisse nobis gaudeo et triumpho. Ter. Heaut. 4, 2, 5 Triumpho, si licet me latere testis abscedere. Add. Idem Phorm. 3, 3, 10. Cic. 65 Att. 9, 16 Atque ego cum ex ipsa re magnam capio voluptatem, tum meum factum probari abs te triumpho et gaudeo. Idem pro Cluent. 14 c. 5 Tum vero illa egregia ac praecleara mater palam exultare laetitia, ac triumphare gaudio coepit. Cic. in Catil. 2, 3 At si quis est talis, quales et se omnes oportebat, qui in hoc ipso, in quo exultat et triumphat oratio mea, me vehementer accuset. Cic. Verr. 5, 120 Lactaris tu in omnium gemitu et triumphas.

TRIVMPHANS, *antis.* Partic. Cic. Philipp. 14, 12 c. 5 Quum hesterno die propter eorum res gestas me ouantem et prope triumphantem Pop. Rom. in Capitolium domo tulerit. Consules triumphantes urbem inierunt Liu. 3, 24. Add. Idem 29, 27. Equi triumphantes Ouid. ex Pont. 2, 8, 43. Propert. 4, 3, 67.

TRIVMPHATVS, *a, um.* Partic. [*Τριμψέωδης*] De quo triumphatum est. Virg. Georg. 3, 33 Bisque triumphatas utroque ab litore gentes. Add. Ouid. Am. 1, 14, 46. Plin. 5, 5 Omnia armis Rom. superata, et a Cornelio Balbo triumphata. Orbis triumphatus Ouid. Am. 1, 15, 26.

TRIVMPHĀTVS, *üs. m.* [*Τριμψέωυς*] Plin. 9, 35 s. 59 Ne triumphatu suo nimis superbiat Antonius. Alii legunt Triumuiratu.

TRIVMPHĀTOR, *öris. m.* [*Τριμψέωυρής*] Qui triumphat, vel qui aliquando triumphauit. Apul. Apol. p. 285 De Pyrrho triumphator. Conf. Idem de Mundo p. 75. Cyprian. Epist. 34, 2. Minuc. Fel. 37, 1. et 40, 1. Prudent. in Symm. 1, 539.

TRIVMPHĀTORIVS, *a, um. Adi.* Tertull. adu. Marc. 5, 10 Verbum triumphatorium et insultatorium.

TRIVMPHALIS, *e. Adi.* [*Τριμψέωυς*] Quod ad triumphum pertinet. Coronae triumphales, Festo auctore sunt, quae Imperatori victori aureae praeferuntur, quae temporibus antiquis propter paupertatem laureae fuerunt. Nomen illarum habet etiam Plin. 22, 3. Sed rem magis declarat Gell. 5, 6 Triumphales coronae sunt aureae, quae Imperatoribus ob honorem triumphus mittuntur. Id vulgo dicitur aurum coronarium. Haec antiquitus e lauro erant: post fieri ex auro coeptae. *vidi* CORONARIUM aurum. Quibus imperatores in triumphis coronabantur. Plin. 22, 3. it. Fest. Coenae triumphales Plin. 9, 55. Currus triumphalis Idem 7, 26. Fronde triumphali vinctus tempora Ouid. ad Liu. 334. Habitus triumphalis Quinctil. 10, 7. Imagines triumphales, *i. triumphali habitu, stantium in curribus maiorum* Hor. Epod. 8, 12. Laurus triumphalis Tibull. 2, 5, 5. Ornamenta Sueton. Aug. c. 38. it. Tib. 105

c. 9 et 20. *it.* Claud. c. 1 et 17 *etc. it.* Vell. 2, 104, 2 *his attributa ab Imperatoribus, qui meruerant triumphum, cum triumphare nisi augusti ipsi, non amplius solerent. Dicuntur etiam simpliciter Triumphalia Tac.* An. 4, 14 et 16. Vell. 2, 116, 3. Plin. Pan. 89, 3. Porta triumphalis Romae dicta, quod per eam triumphantes victores in urbem deducerentur Cic. in Pison. 55 c. 23. Prouincia triumphalis, Propter quam deuictam imperator triumphum reportauit. Idem in Pison. 42 Vt ex ea prouincia, quae fuerit ex omnibus vna maxime triumphalis, nullas sit ad senatum literas mittere ausus. Statua triumphalis Plin. Epist. 2, 3. *i. habitu triumphantis.* Lege Plin. 34, 4 *de honore statuarum.* Tituli triumphales Iuuen. Sat. 1, 129. Cic. in Pison. 61 Numus interea mihi Caesar, neglectis vehiculis triumphalibus domi manet et manebit. Plin. 8, 48 Pictas vestes iam apud Homerum fuisse, vnde triumphales natae. Idem 9, 36 *De purpurae succo, seu colore purpureo, Diis aduocatur placandis, omnemque vestem illuminat, in triumphali miscetur auro.* Vir triumphalis, *Qui triumphauit; quemadmodum Consularis, qui consul fuit.* Suet. de August. Liu. 5. Vell. 2, 6, 4. Bis triumphalem fieri Pseud-Cic. in Salust. 21.

TRIVMUIR, *Tri.* m. [*τῆς τῶν τριῶν ἀρχόντων*] Nomen magistratus Romani, quem tres collegae administrabant. Triumuiiri fuere diuersi, vt Agrarii, qui colonis agros diuidebant. Liu. 3, 1 Triumuiros agro dando creat. Idem 8, 16 Triumuiros coloniae deducendae agroque diuidendo creauerunt. Add. Id. 9, 28. 32. 2. Cic. contra Rull. 2, 17 c. 7 Toties legibus agrariis curatores constituti sunt triumuiiri, quinqueuiiri, decemuiiri: quaero, — equando nisi per XXXV tribus creati sint? Capitales Triumuiiri (inquit Pompon. De orig. iuris, l. Necessarium. §. Eodem tempore) constituti sunt, Qui carceris custodiam haberent: vt quum animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret. Valer. 5, 4 Tam admirabilis spectaculi nouitas ab ipso custode ad triumuiirum, a triumuiro ad praetorem, a praetore ad consilium iudicum perlata Cic. in Orat. 156 c. 46 Planeque duorum virorum iudicium aut Triumuiirorum capitalium, aut Decemuiirorum litibus iudicandis dico nunquam. Liu. 25, 1 Incusati grauius a senatu Aediles, et triumuiiri capitales. Add. Val. Max. 6, 10, 10. Varro L. L. 4, 14. Liu. Epit. 11. Videntur iidem Nocturni fuisse. Liu. 25, 7 Creati sunt triumuiiri reficiendis aedibus Fortunae, *etc.* Liu. 33, 42 Romae eo primum anno triumuiiri Epulones facti C. Licinius Lucullus, T. Romuleius, qui legem de creandis his tulerat, et P. Porcius Lecca. His triumuiiri, item vt pontifici lege datum togae praetextae habendae ius. Add. Id. 32, 28. Monetales triumuiiri, *vid.* MONETA. Cic. Att. 10, 11. l. 2 §. 30. ff. de Orig. Iur. Liu. 23, 21 Triumuiiri mensarii creati sunt: hisque numulariis et monetae omnis generis et formae cusoribus praecerant. Vid. Idem 24, 18. 26, 16. Nocturni triumuiiri, *iidem videntur qui Capitales.* Liu. 39, 14 Triumuiiris Capitalibus mandatum est, vt vigilias disponerent per urbem, seruarentque, ne qui nocturni coetus fierent. Plautus fere Tresuiros vocat. v. v. Val. Max. 8, 1, 6 P. Villius triumuiir nocturnus, a P. Aquilio trib. pleb. accusatus, populi iudicio concidit, quia vigilias negligentius circumierat. *Nescio an recte laudetur Tacit. . . Triumuiiri nocturni, quod ad incendium in sacra via ortum tarde venerant, a Tribuno plebis die dicta, damnati sunt. Forte ex memoria citatus pro Valerio Tacitus.* Reip. constituendae Triumuiiri Suet. Aug. c. 27 *quo nomine appellari voluerunt Octavianus, Antoniusque et Lepidus.* Conf. Nep. 25, 12, 2. Flor. 4, 2, 12 sqq. Hi postea fere simpliciter Triumuiiri appellati.

TRIVMUIRĀTVS, *ūs.* m. [*ἀρχὴ τῶν τριῶν*] Triumuiirorum officium. Cic. de Clar. Orat. 117 Qui quidem in triumuiiratu iudicaverit contra P. Africani auunculi sui testimonium. Liu. 9, 46 Tribunatu ante gesto triumuiiratusque nocturno altero, altero coloniae deducendae. Initio triumuiiratus sui Vell. 2, 86, 2 *de Augusto.* Nullo bono more triumuiiratus inuaditur Flor. 4, 6, 3. Triumuiiratus legendi senatus, *is.* recognoscendi turmas equitum Suet. Aug. c. 37.

TRIVMUIRĀLIS, *e.* Adi. Hor. Epod. 4, 11 Sectus flagellis hic triumuiiralibus (*f. Capitalium f. nocturnorum Triumuiirorum.*) Praeconis ad fastidium. Proscriptio Sen. de Benef. 2, 11. Lactant. 2, 4 *extr.* Supplicium triumuiirale Tacit. Ann. 5, 9, 3.

TRIVNCIS, *vel* TRIVNX. [*τρίγχιον*] a tribus vnciis dicebatur Quadrans. Plin. 33, 3. Quadrans antea triuncis vocatus, a tribus vnciis.

TRIXĀG O, *vid.* TRISSAGO.

TRIXALIS, *is.* f. Genus locustae. Plin. 30, 6. et 13 et 14.

TRIXIS, *nomen arboris, quam describimus ex Plinio sub CICI.*

T R O

TROAS, *adis.* f. [*Τρωάς*] Asiae regio Helleponto adiacens, pars Troianis, eadem quondam Aeolis et Mysia appellata, auctore Plin. 5, 30. Mela 1, 18 *pr.* Proxima regio, ex quo ab Aeolis incolae coepit, Aeolis facta, ante Mysia, et qua Hellepontum attingit, Troianis possidentibus, Troas fuit.

TROAS, *Patronym.* f. *pro gentili.* Virg. Aen. 5, 613 At procul in sola secretae Troades acta Amissum Anchisen flebant. *b. e.* Troianae mulieres.

TROCHAEVS, *i.* m. [*τροχάειος*] Pes celer, et volubilis, quod rotatim et celeriter diceretur. nam *τροχός*, Latine rota dicitur. Mart. Cap. 9 p. 333 Quod celerem reuersionem faciat veluti rota. A Mercurio repperit constatque duabus syllabis, priore longa et altera breui. Vti scribitur in versu hoc tecnico, Longam si sequitur correpta, vocato trochaeum. Cic. de Orat. 3, 180 c. 47 Quum sint numeri plures, iambum et trochaeum frequentem segregat ab oratore Aristoteles. Idem

in Orat. 191 c. 57 Quod enim Paeon habeat tres breues, dactylus autem duas, breuitate et celeritate syllabarum labi putat Ephorus verba proliuius: contraque accidere in spondaeo et trochaeo, quod alter ex longis constaret, alter e breuibis fieret: alteram nimis incitatam, alteram nimis tardam orationem, neutram temperatam. Quae potest, cur Cic. dicat trochaeum e breuibis fieri, quum Grammatici dicant, hunc pedem ex longa et breui constare, vt Totus. Sed sciendum est, ab antiquis eundem fuisse trochaeum, qui tribrachus dicitur, eo quod ex tribus breuibis constat, vt Dominus, quod ex Quinctiliano satis intelligi potest. Is enim 9, 4 scribit: Tres breues trochaeum, quem tribrachyn dici volunt, qui Choraeco trochaei nomen imponunt: totidem longae molosson efficiunt. Deinde aliquot post versibus ait, Trochaeum, quoties vltima sit longa, conuertit in Anapaestum, quod certe fieri non posset, nisi tres breues essent in trochaeo. Praeterea subiungit, Idem trochaeus praecedente longa fit Paeon: quale est, Si potero: et, Dicit hoc Cicero: Obstat inuidia. Paeon autem primus, e longa et tribus breuibis

constat. ergo sublata longa, restat trochaeus e tribus breuibus. Trochaeus, qui temporibus et interuallis est par iambo Cic. in Orat. 194. Add. Prud. Perist. Praef. v. 8. Sidon. Ep. 5, 8. et 9, 15. Mart. Capella 5 p. 169.

TROCHAEICVS, a, um. Adj. *Vt, Versus trochaicus.* Garrulitas trochaica Sidon. Ep. 5, 15.

TROCHAEIDES, is. m. [τροχαιειδής] Mart. Capella 9 p. 335 pr. Numerus, qui figuram quandam speciemque trochaei habere videtur, ex elationibus geminis, et longa positione consistens. *Fuerit igitur id est Anapaestus, sed Trochaicis intermixtus, et in scandendo iis utcumque accommodatus.*

TROCHILVS, i. m. [τροχίλος] *Parua avis, rexque auium dicitur, alio nomine Regulus appellatur, siue ut Suetonius ait, Regalio-lus.* Plin. 10, 74 Aquilae et trochilus, si credimus, quoniam rex appellatur auium. Idem 8, 25 Auis, quae trochilos ibi vocatur, rex auium in Italia, etc. *Legitur a quibusdam etiam ap. Colum. 10, 378. sed vid. TRICHILA.*

TROCHISCVS, vid. TROCHVS.

TROCHLEA, ae. f. *Totam illam machinam significat, quae continet rotulam, et axiculum per rotulam traiectum, circa quem rotula versatur: et praeterea ductarium funem, qui circa eam currit: cuius quidem vis cum numero rotularum proportione crescit.* Huiusmodi meminit Cato de R. R. 12 in instrumento torcularis, in quo siculas quinque, funes ductarios quinque, trochleas decem oportere esse tradit. Id. c. 3 Trochleas Graecanicas binas, quae funibus sparteis ducantur. Lucret. 4, 903 Multaque per trochleas, et tympana pondere magno Commouet, atque leui sustollit machina nisu. *add. Vitruv. 9, 9. et 10, 1. 2. Trochleis pituitam ab imo pulmone adducere, i. magno conatu et strepitu exscreare adducere, metaphorice dixit Quinctil. 11, 3, 56.*

TROCHLEATIM. Adu. *Per modum trochleae.* Sidon. Ep. 5, 17.

TROCHVM, i. n. Genus fellae, teste Festo.

TROCHVS, i. m. [τροχός, σρόμβος] *Turbo, quo ludent pueri. A rotando dictus, nam τροχῶν, curro significat. Et, Trochus, Rota, reuolutio: quae rota, inquit Acron, a ludentibus pueris scutica agebatur.* Martial. 14, 168 Inducenda rota est, das nobis vtile munus: Iste trochus pueris, at mihi cantus erit. *Indoctusque pilae, disciue, trochiue quiescit Hor. de Arte Poet. 380. Vid. Scholiast. ad h. l. Graecus trochus, A Graecis inuentus Hor. Carm. 3, 24, 56. add. Plin. 9, 52. Hier. Mercurial. Art. Gymn. 3, 8. Scalig. ad Cat. Dist. Rigalt. ad Artemid. p. 23.*

TROCHVLVS, i. m. [τροχίλιον] *Diminut.* Plaut. Amph. Prol. 144 Tum meo patri autem trochulus inerit aureus sub petaso. *Sed Torulus hodie legitur, de quo s. l.*

TROCHISCVS, i. m. Dimin. [τροχίσκος] *Parua rota. Vnde Compositiones quaedam medicorum in formam rotulae, Trochisci dicuntur.* Latini Pastillos vocant, teste Celso 5, 17. Apul. de Herb. c. 122, 1. *¶ 2 Item Piscis quidam apud Plin. 9, 52.*

TROCHISCVLVS, i. m. *Aliud Dimin.* Apul. Apol. 1 p. 153 Stew. *add. Elmenhorst. Emend. ad p. 294.*

TROCTA, vid. TRVTTA.

TROEZEN, enis, vel TROEZENE, es. f. [Τροίσην] *Oppidum Peloponnesi in sinu Argolico, a Troezene, filio Pelopis. In eo educatus fuit Theseus. Meminit Cic. Off. 3, 48 Athenienses cum Persarum impetum nullo modo possent sustinere, statuerentque, vt vrbe relicta, coniugibus et liberis Troezene depositis, naues conscenderent, libertatemque Graeciae classe defenderent, etc.* Ouid. Epist. 4, 107 Hic tecum Troezena colam Pittheia regna. *Alta Troezene Ouid. Fast. 2, 276. al. Cyllene. Est et Troezene, Vrbs Cariae minoris Asiae regionis. Plin. 5, 29.*

TROEZENIVS, a, um. Adj. [Τροίσηνιος] *Vt, Heros Troezenius Theseus Ouid. Met. 8, 566. Troezenii, populi [Τροίσηνιοι] fide societatis Atticae illustres, vt inquit Pomponius Mela 2, 3. in Peloponneso siti, ad quos recto cursu ex Piraeo commodissima nauigatio est. Eo igitur tempore, quo Xerxes cum tantis copiis in Graeciam traiecit, quum Themistoclis oraculum interpretantis sententia valuisset, vt terrarelictā, mari se conderent: iuuentutem omnem Athenienses in triremes imposuerunt, plurimi vero parentes et uxores in Troezenem, Troezeniis eos humanissime suscipientibus. Decreuerunt enim, vt hi publice alerentur, duobus obolis in singulos distributis: puerisque facta potestas, vt vdecumque liberet, poma acciperent: et pro his erudiendis, magistris merces persoluta est. Eius decreti auctor Nicagoras fuisse traditur. Haecenus in Themistoclis vita Plutarch.*

TROGLODYTAE, arum. m. [Τρωγλοδύται] *Populi Aethiopiae, nularum opum domini, inquit Mela 1, 8 strident magis, quam loquantur: specus subeunt, alunturque serpentibus. Meminit Cic. de Diuin. 2, 93 In his locis, quae nos incolumus, post solstitium Canicula exoritur, et quidem aliquot diebus apud Troglodytas, vt scribitur, ante solstitium, etc. Troglodytes myrrha Scribon. 90. Troglodytis murrhae vncia Veg. 2, 22, 5.*

TROGVS Pompeius floruit tempore Augusti; Graecas et totius orbis hystorias composuit, quas (hodie non superstitēs) ex quatuor et quadraginta voluminibus in epitomen redig. Iustinus, vid. praef. ad Iustini historiam.

TROIA, ae. f. *Proprie Regio est minoris Asiae, in qua fuit Ilion, ciuitas cantatissima, vid. Seru. ad pr. Aen. Plerumque tamen pro ipsa vrbe [Troia] ponitur Ouid. Epist. 1, 3. Troia iacet certe Danais inuisa puellis. Troia dicebatur, a Troe rege: antea Teucra a Teucro, et Dardania a Dardano. Scribiturque Graeca diphthongo, nec diuiditur j Consona: in Adiectiuo vero o et i Vocales diuisae. Et quum provinciam significat, principale nomen est, et breuis est TRO: (Senec. Troad. v. 822 Misit infestos Troiae ruinis Non semel arcus) quando autem non est principale, et deriuatio est, TRO longa est: Haec Seru. ad Aen. 1, 123 Et Troia gaza per vndas. Add. mox TROIVS. Auctor Troiae Cynthius Virg. Georg. 3, 36. Domitor Troiae Vlyses Hor. Epist. 1, 2, 19. Alta Troia Hor. Carm. 4, 6, 3. Laomedontea Troia Virg. Georg. 1, 502. Magnae Troiae vastator Achilles Stat. Achil. 2, 318. Neptunia Troia Virg. Aen. 2, 625. ¶ 2 Troia, etiam Ludus puerilis equestris, ab Aenea constitutus. Virg. Aen. 5, 602 Troiaque nunc pueri Troianum dicitur agmen. *vbi Seruius, Vt ait Suetonius Tranquillus, Lusus ipse, quam vulgo Pyrrhicham appellant, Troia vocatur. Suet. in August. c. 43 Sed et Troiae ludum edidit frequentissime magnorum minorumue puerorum delectu, prisci, decorique moris existimans clarae stirpis indolem sic notescere. Hunc lulum pulcherrime describit Virg. Aen. 5, 575 sqq. ¶ 3 Troia, Locus est in agro Laurente, in quo primum Aeneas constitit. Liu. 1, 1.**

TROS. [Τρῶς] *Qui ex Troia est. Virg. Aen. 1, 537. Dido ait, 10*

Tros, Tyriusque mihi nullo discrimine agetur. *Et ex persona Iouis*
 10, 108 Tros Rutulusque fuit nullo discrimine habebat. *Ibid.* 6, 51
 — cessas in vota precesque Tros, ait, Aenea, cessas? etc. *Troës, Plur.*
 Virg. *Aen.* 2, 32; — fuimus Troës, fuit Ilium et ingens Gloria Teu-
 5 crorum Ouid. *Met.* 12, 66. ¶ 2 TROS *Ganymedis pa-*
ter, vid. infra separatim.

TROIAS, adis. *Patronymicum fem. ut TROAS, de quo s. l. quo*
Romanis, Troianorum, ut videri volebant, posteris mollitiem exprobrat
 Perf. 1, 4 Ne mihi Pulydamos et Troiades Labeonem Praetulerint.

TROIANVS, a, um. *Adi. [Τρωϊανός] Ut, Aestes Troianus, vid.*
 ACESSES. *Arma Troiana* Virg. *Aen.* 9, 180. *Bellum Tro-*
 10 *ianum* Hor. *de Arte Poët.* 147. *Cic. pro Muraen.* 78 Intus, intus inquam,
 est Equus Troianus, a quo nunquam me Consule dormientes opprime-
 mini. *Equi Troiani fraudem graphice exponit* Virg. *Aen.* 2 pr.
 15 *Gens Troiana* Virg. *Aen.* 4, 425. *Iuuentus Troiana* Idem *Aen.* 1,
 47: *Opes Troiana* Idem *Aen.* 2, 4. *Porcus Troianus* v. b. v.
Urbs Troiana Virg. *Aen.* 1, 628. *Ferocitas Troianorum* Cic. *de*
Diuin. 2, 82.

TROIICVS, a, um. *Adi. [Τρωϊκός] Ut, Bellum Troicum* Cic.
 20 *Fam.* 5, 12. *Castra Troica* Virg. *Aen.* 1, 341. *Ensis Troicus* Ouid.
Epist. 7, 184. *Eata Troica* Idem *Epist.* 1, 28. *Tempus Tro-*
icum Cic. *de Clar. Orat.* 40.

TROIUS, a um. *Aliud Adi. [Τρωϊός] Ut, Virg. Aen. 1, 600 Tro-*
ius Aeneas, Libycis creptus ab vndis. Arma Troia Virg. *Aen.*
 25 3, 596. *Gaza Troia* Idem *Aen.* 2, 763. *Heros Troius* Id.
Aen. 8, 530. *Pubes* Idem *Aen.* 5, 699.

TROIUGENA, ae. c. *Troiugena, et Graiugena, quum gemino i*
scribi debuerint, mutarunt i sequens in u, ut pro Troiugena et Graiuge-
 30 *na, Troiugena et Graiugena factum sit. Catul. Argon. l. 62, 355 Troiuge-*
nium infesto prosternit corpora ferro. Virg. Aen. 3, 359 Troiugena inter-
pres diuūm, ad Helenum. Et 8, 117 Troiugas et tela vides inimica
Latinis. Gentes Troiugenaë Lucret. 1, 466. ¶ 2 *Iuven. 8, 181 At*
vos Troiugenaë vobis ignoscitis, et quae Turpia Cerdoni, Volesos Bru-
 35 *tosque decebunt. Sunt Troiugenaë antiquissimae nobilitatis, a Troia-*
nis tractae homines. Sic 1, 100 Iubet a praecone vocari Ipsos Troiu-
genas. Et 11, 95 Clarum Troiugenis facturae ac nobile fulcrum.
Sic Troiadas vocat Romanos esse minatos Persius 1, 4.

TROIIVS, i. m. *[Τρωϊός] Priami et Hecubae filius, aetate impar cum*
 40 *Achille congressus, perit: cuius meminuit* Virg. *Aen.* 1, 478. *Hor.*
Carm. 2, 9, 15.

— Nec impubem parentes
 Troilon, aut Phrygiae sorores
 Fleuere semper.

TROMENTINVS, a, um. *Adi. Ut, Tribus Tromentina apud*
 45 *Romanos. Vid. TRIBVS.*

TROPAEVS, i. m. *[Τροπαιός] Dicitur secundum quosdam quasi Ver-*
 50 *sarius, qui alios vellicat, infestat, et ne deprehendatur, se conuertit. Suet.*
in Claud. Caes. cap. 8 Et quoties post cibum obdormisceret, quod ei
fere accidebat, olearum ac palmularum ossibus incessabatur, interdum
ferula, flagroue, velut per ludum excitabatur a tropaeis. Sic Beroal-
das. Sed placuit fere postea Copreis v. v. Certiores Venti tropaei,
 55 *Plin. 2, 43 Namque vt e fluminibus, ac e niuibus, et e mari videmus,*
et quidem tranquillo, et alios quos vocant altanos, e terra confurgere
ventos, Qui quidem quum e mari redeunt, tropaei vocantur: si per-
gunt, apogaei.

TROPAEVM, i. n. *[Τροπαιών] Sic enim scribendum est, et non vt*
 60 *vulgo, Trophaeum; vt ipsa ostendit vocis Etymologia, signum s. monu-*
mentum fugati hostis, Deo, Marti, Ioui, Apollini, etc. sacrum. Non.
1, 271 Tropaei significantiam propriam Varro Bimargo ostendit.
Ideo fuga hostium, Graece vocatur τροπή. Hinc Spolia capta, fixa in
stipitibus, appellantur Tropaea. Graphice describit Virg. *Aen.* 11, 7
 65 *Mezentii, ducis exuuias (tibi magne tropaeum Bellipotens) aptat*
rorantes sanguine cristas, etc. Toto enim illo loco pulcherrime Tropae-
um pingitur. Etiam Ouid. ex Ponto 3, 4, 104 pingit, quae videmus ex-
pressa in numis tropaea: Stentque super vincos trunca tropaea viros.

65 *Plin. 6, 28 Tropaea eodem in loco Ioui ac Neptuno statuisse. Hor.*
Carm. 9, 19 — Et potius noua Cantemus Augusti tropaea. Virg.
Georg. 3, 32 Et duo rapta manu diuerso ex hoste tropaea. Signum
cupiditatis, tropaeum necessitudinis, indicium amoris Cic. *Verr.* 2, 115.
 70 *In Vet. Epigr. Pithoei p. 124 (Lugd. 1596) Arcui Romae inscriptum*
ponitur, Dum tibi, Roma, decus, aeternaque sudo trophaea (sic edi-
tum) Ister pacatis lenior ibet aquis. Belligera tropaea Stat. *Theb.*
 75 *10, 28. Clarum et exornatum tropaeum* Cic. *de Inuent.* 1, 69 c.
 38. *i. Victoria. Immane tropaeum retulimus* Claud. *de Nupt.*
Hon. 117. *Salaminum tropaeum* Cic. *Tusc.* 1, 110. *Cic. pro*

75 *Dom.* 100 c. 37 *extr. Demigrandum potius aliquo est, quam habitan-*
dum in ea vrbe, in qua tropaea de me, et de Rep. videam constituta. Or-
nare urbem tropaeis Auctor ad Heren. 4, 67 c. 53. Hic in Mace-
 80 *donia tropaea Posuit eaque, quae bellicae laudis victoriaeque omnes*
gentes insignia et monumenta esse voluerunt Cic. *in Pis.* 92 c. 38. *Re-*
ferre tropaeum Claud. *in Nupt. Honor. et Mar.* v. 117. *Cic. de*
Inuent. 2, 69 c. 23 *Cum Thebani Lacedaemonios bello superauissent,*
 85 *et fere mos esset Graecis, cum inter se bellum gessissent, vt ii, qui vi-*
cissent, tropaeum aliquod in finibus statuerent, victoriae modo in
praesentia declarandae causa, non vt in perpetuum belli memoria ma-
neret; aeneum statuerunt tropaeum. Accusantur apud Amphictyonas,
etc. Vid. de isto more Diod. *Sic.* 13, 24 *et ibi Wesseling.*

TROPAEATVS, a, um. *Tropaeo ornatus. Ammian. 23, 14 (Va-*
 90 *lef. 5) Traianus et Verus hinc sunt digressi victores et tropaeati.*

TROPAEOPHORVS, i. m. *Triumphator. Apul. de Mundo p. 75.*

TROPHIMA, atis. n. *[τροφήμα] Quid esset disputant Icti ad Paullum in*
 lege *Publia* 26 §. 2 *D. Depositi. Habere me a vobis auri pondo plus minus dec-*
 95 *cem, et dis: os duos, saccum signatum, ex quibus debetis mihi decem, quos*
apud Titium deposuistis: item quos trophimati decem: item ex ratione
patris vestri decem, et quod excurrit. Sic enim habent Pandectae Florenti-
 100 *nae. Alciatus lib. 1. Dispositionum cap. 18. Significat, inquit, trophi-*
ma hic τροφήμα, id est mercedem ipsam et pretium nutritionis, pot-
est Latine dici nutrimum, sicut Pluviali numero Nutricia, nutrimum mer-
 105 *ces: a qua voce nec Vlpianus se abstinet. Ostendit igitur Titius, habe-*
re depositum, super quod inter caetera sibi debeantur decem, quos trophi-
mati debebat Sempronius. τροφήν significat alere, τροφή η τροφήμα nu-
 110 *tritionem. Haec Alciatus. Vlpian. in l. 1 §. Ad nutricia. D. de ex-*
traord. cognit. Ad nutricia quoque officium Praesidis vel Praetoris
 115 *deuenit, namque et nutrices ob alimoniam infantium apud Praesides,*
 120 *quod sibi debetur, petunt. Sed nutricia eousque producemus, quoad*

infantes vberibus aluntur. *Secundum ista esset expendere τροφήματα idem, quod impendere in nutritatum s. nutrimenta.*

TROPHIVM, i. n. Ornamenti genus apud Pſychaesa Tritonia datum scribit Martianus Capella 1. Sed ita dedit illum locum Grotius p. 3 extr. Tritonia etiam interula, resolutio vicinio, strophioque instar 5 flammaram e cocco — virginem virgo contexit.

TROPHONIVS, i. m. [Τροφόνιος] Cum Agamede templum aedificauit Apollini, etc. vid. AGAMEDES. Caeterum nobile fuit oraculum Trophonii in Lebadia Boeotiae, in quo tantis terribus afficiebantur consultores, ut reliquo tempore vitae pallerent, ac tristes essent. Res Graecula 10 quam post Erasmus in Adagiis, explicauit copiose Antonius van Dale de Oraculis c. 8. ubi praesertim descriptionem Pausaniae persequitur et illustrat. Trophonii meminit et Cic. de Nat. D. 3, 56 Alter (Mercurius) Valentis et Phoronidis filius, qui sub terris habetur (al. habet i. habitat) idem Trophonius. Idem de Diuin. 1, 74 Quumque eodem tempore 15 apud Lebadiam Trophonio res diuina fieret, gallos gallinaceos in eo loco sic assidue castere coepisse, vt nihil intermitterent.

TROPHONIANVS, a, um. Cic. Att. 6, 2 Narratio Trophoniana.

TROPIS, is. f. [τροπὴς] Videtur esse vinum vappa, fugiens, et in dexterioribus versum a τροπέω, τροπίος alias vocatur. Martial. 12, 84 Fumofae feret ipse tropin de faece lagenae, Frontis et humorem colliget vsque tuae. 20

TROPOLOGIA, ae. f. [τροπολογία] Figura, sermo ad emendationem morum dirigitur. Hieron. Epist. 1, 9 s. ad Hedibiam circa fin. fol. 693. Froben. Triplex in corde nostro descriptio et regula scripturarum est. 25 Prima, vt intelligamus eas iuxta historiam: secunda iuxta tropologiam: tertia iuxta intelligentiam spirituales. — In tropologia de litera ad maiora confurgimus, et quidquid in priori populo carnaliter factum est, iuxta moralem interpretatur locum, et ad animae nostrae emolumenta conuertimus. 30

TROPOLOGICVS, a, um. Adi. Sidon. Epist. 9, 3 Tropologicum genus et figuratum.

TROPOLOGICE. Adu. Hieron. in Ezech. 26, 19 p. 410.

TROPVS, i. m. [τρόπος] Dicitur potest Modus, figura, conuersio. Est dictio translata a significatione propria ad non propriam, sed similem, ornatus necessitatisue causa: cuius species sunt metaphora, catachresis, metalepsis, metonymia, etc. Donat. Et definitur a Quintil. 8, 6 Verbi vel sermonis a propria significatione ad aliam cum virtute mutatio. Ad Virg. Aen. 1, 169 Horrentique atrum nemus imminet umbra. Seru. Atrum nemus, tropus est: per atrum, nigrum ostendit: 40 per nigrum vmbrosum: per vmbrosum densum, id est frondibus plenum. Cic. de Clar. Orat. 69 c. 17 Ornari orationem Graeci putant, si verborum immutationibus vtantur, quos appellant τροπῆς, etc. Add. Cic. de Orat. 3 c. 38. Quintil. 9, 1. Mart. Capella 6 p. 231. i. Rhetores Pithoecani. 45

TROPICVS, a, um. Adi. Gell. 13, 24 Tropica quadam figura mutationem vocabuli facere. ¶ 2 Apud Astronomos sunt Circuli Tropici, quos cum attingit Sol, cursum suum mutat, et reuertitur. Ad Tropicum canceri fit Solstitium aestiuum; ad Tropicum Capricorni Solstitium biemale s. bruma. Manil. 3, 620 Quae tropica appellant, quod in illis 50 quatuor anni Tempora vertuntur signis, nodosque resoluunt. Vid. Macrob. in Somn. Scip. 1, 15. et 2, 15. ¶ 3 Pecuniae cupiditas haec tropica instituit Petron. c. 88. i. conuersam rerum faciem.

TROPICE. Adu. August. de Gen. ad lit. 4, 9 Maluit tropice loqui, i. per Tropum rhetoricum. 55

TROS. [Τρῶς] Rex Troiae, inquit Seruius, Ganymedis pater, a quo Troia dicta. Virg. Georg. 3, 36 — demissaeque ab Ioue gentis Nomina, Trosque parens et Troiae, Cynthius auctor. Tros etiam ponitur pro Troius, de quo sub TROIA.

TROSSVLVM, i. n. [Τρόσσυλον] Oppidum Tusciae citra Volfinios 60 pass. IX. M. quod cum sine peditum adiumento equites cepissent Trossuli dicti sunt Plin. 33, 2.

TROSSVLVS, i. m. Trossuli dicti sunt Equites, quod oppidum Tuscorum Trossulum sine opera peditum ceperint. Festus. Perf. Sat. 1, 81 — vnde istud dedecus, in quo Trossulus exsultat tibi per 65 subsellia lacus. Vbi Casaubonus dicit, Trossulos vulgo vocari, Qui cultu et toto vitae genere caeteris praestare vellent. Et sane sic Sen. Epist. 86 pr. Quid ergo? idem faciam, quod Trossuli, et iuuenes? nempe discere. Et Epist. 87 p. 374 Cum dixisset de Scipione, canterio vehebatur, et hippoperis quidem impositis, vt secum vtilia (utensilia) 70 portaret: addit, O quam cuperem illi nunc occurrere aliquem ex his trossulis in via diuitibus, etc. Conf. Vet. Scholiast. Perf. c. 1. Salmas. ad Lamprid. Commod. p. 114. Plin. 33, 2 de equitibus Rom. Celeres sub Romulo, regibusque appellati sunt, deinde flexumines, postea trossuli, cum oppidum in Tuscia citra Volfinios passuum IX mill. si- 75 ne vllō peditum adiumento cepissent, eius vocabuli (i. nominis) idque durauit vltra C. Gracchum. Iunius certe, qui ab amicitia eius Gracchanus appellatus est, scriptum reliquit his verbis: Quod ad equestrem ordinem attinet, antea Trossulos vocabant, nunc equites vocant; ideo quia non intelligunt Trossulus nomen quid valeat, multos pudet eo nomine ap- 80 pellari: et causam, quae supra indicata est exponit; inuitosque etiamnum tamen Trossulos vocari. Haec vltima et causam — vocari nescio qua causa, puto tamen oscitatione potius, quam consilio, ommissa sunt in editione Harduini posteriore. Addimus ista Non. 1, 240 Trossuli, dicti sunt Torosuli. Varr. Sesquilyffe, Nunc emunt trossuli nardo nitidi 85 vulgo Attico talento equum. Vet. Gl. Trufulus δ̄ ἰν μισρῶ παχῆς.

T R V

TRVA, ae. f. Emiffarium culinae. Truae, quae a culina in lauatrio nam aquam fundunt, quod trauolat ea aqua. Varr. de L. L. 4, 25 p. 36, 14. Est ergo emiffarium, quod late patens ea parte, qua humorem infusum accipit, angustiore canali eum emittit. Huic similis Trua lignea coquorum, cochlear cum longo manubrio. Titinnius apud Non. 1, 68. Sapia gubernator torquet nauem haud valentia: Cocus magnum ahenum, quando seruit, paulla confutat trua. 95

TRVLLA, ae. f. Dimin. [ἀγγεῖδις γένος] Varro de L. L. 4, 25 p. 30, 12 Trulla a similitudine truae, quae quod magna et haec pusilla vt trulla, hinc Graeci τροβλίον, nos Trullam. Etiam obscenis vsibus seruebat. Iuuen. Sat. 3, 108 Si trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo. Hic Trulla, Vas in quo ventris onus deponitur. Martial. 9, 98 Clinicus Herodes trullam subduxerat aegro. Trulla, Genus est vasis, seu poculi vinarii, vt declarat Cic. Verr. 4, 62 c. 27 extr. Erat enim vas vinarium ex vna gemma praegrandi, trulla excauata cum manubrio aureo. Nempe in hoc formae Truae et Trullae inesse videtur, vt 100

- fit cauum quiddam cum manubrio: quod ipsum quoque cauum in viuaria hac trulla fuisse, mox videbimus in TRVLLEVM. Hor. Serm. 2, 3, 144 Qui Veientanum festis potare diebus Campana solitus trulla, etc. i. Fictili poculo. Ferreae trullae Liu. 7, 11. De Trulla pro lance vel patina vid. Reines. Var. L. L. 3, 17 p. 634. Murrhea Plin. 37, 2.
- 5 Trulla, Caementarii instrumentum, quo fabri murarii in tectoriis lincendis et generatim in arenato vel calce caementis adicienda utuntur. Vid. Cat. R. R. c. 11 et 13. Colum. 9, 12. Plin. 37, 8. Pallad. 1, 15. Petron. c. 75 ubi conf. Interpp. it. Alex. ab Alex. Gen. D. 3, 20. Dempster. ad
- 10 Rosin. 5, 30 p. 539. Trulla, Vas est apud Catonem de R. R. c. 10. quo de situla aquam hauriebant, et de ahenis aut labris. Sic explicat Turneb. et fauet tum forma, tum Gloss. Vet. in quibus ζυμύγυαίς et ζυμύγυαίς vocatur, utrumque nomen ab hauriendo iure dictum. Trulla congregatas apes recondere iubet Colum. 9, 12, 3. In apparatu bellico vas
- 15 ardenti materiae continendae aptum. Liu. 37, 11 Quinque tantum Rhodiaca naues. — effugerunt, terrore flammae micantis via sibi inter confertas naues facta. Contis enim binis a prora prominentibus, trullis ferreis multum conceptum ignem prae se portabant.
- 20 TRVLLEVM, vel TRVLLIVM, i. n. [ζυμύγυαίς, ζερόν Gloss. Lat. Gr.] Vas, in quo manus perluntur. Varr. de Vit. Pop. Roman. l. 1 Itaque ea sibi modo ponere ac suspendere, quae vtilitas postularet, trulleum, matellionem, pelluum, nasiternam, etc. Eius vrceolum aquae manalem vocamus, quod ea aqua in trulleum effundatur. Vnde Manalis lapis appellatur in pontificalibus libris, qui tunc mouetur,
- 25 cum pluuiae exoptantur. Haec Non. 15, 32. Trulleum figura trullae simile, nisi quod aquam latius concipit, et quod manubrium cauum non est, nisi vinaria trulla accessit Varr. de L. L. 4, 25 p. 30, 16. Ergo trulleum lauandis manibus primo minus erat trua culinaria, s. emissario, maius trulla obscura, cuius manubrium, ut hodie in similibus
- 30 plane vasis, cauum fuisse, hic locus docet. Exceptio a Varrone addita indicat etiam illud trulleum lauandis non nunquam auctum fuisse appendicula, quam hic trullam vinariam vocat, per quam defundi vel defuere posset scilicet aqua sordida, non euerso toto trulleo.
- 35 TRVLLEVS, i. m. Idem. Plin. 34, 2 Vasa Corinthia transferrunt in trulleos. Add. Arnob. 2 p. 56.
- TRVLLIO, ōnis. m. Idem. Plin. Valer. 3, 38 Mittere in trullionem.
- TRVLLISSO, āre. Trulla gypsum inducere. Vitruu. 7, 3 Coronis explicatis parietes quam asperrime trullissentur: postea autem supra trullissione subarescente deformatur directiones arenati. Add. Idem 5, 10. Inferior pars testa cum calce trullissetur Vitruu. 7, 3.
- TRVLLISSATIO, ōnis. f. Vitruu. in loc. citat. supra in TRVLLISSO.
- TRVCIDO, TRVCVLENTVS, vid. TRVX.
- 45 TRVDO, si, sum, ēre. [ώδω, ώδτω, ώδτωαί] Violentia quadam impellere. Plaut. Asin. 3, 1, 30 Nae ille ecastor hinc trudetur largus lacrumarum foras. Quo ne trudamur, dii immortales nos admonent Cic. de Arusp. Resp. 61. Trudebantur in paludem Tac. Ann. 1, 63, 3. Cic. Tusc. 1, 71 Et cum paene in manu iam mortiferum
- 50 illud teneret poculum, locutus ita est, vt non ad mortem trudi, verum in caelum videretur ascendere. Idem Att. 4, 3 Ille omnium vobiscum cum se non ad iudicium, sed ad supplicium praesens trudi videret, omnes Catilinas, Acidinos postea reddidit. Fallacia aliam trudit Ter. Andr. 4, 5, 40. Truditur dies die Hor. Carm. 2, 18, 15. Trudere tenebras, i. Obiicere Plaut. Epid. 3, 4, 40. al. Cudere.
- TRVDENS, entis. Part. Sed frustra oppositum trudentes pectore montem Virg. Georg. 3, 373.
- 60 TRVSVS, a, um. Partic. Tacit. Hist. 5, 25, 5 In arma trusus. Rufinus ad discrimen trusus vltimum Ammian. 14, 10. vid. Rigalt. ad Artemid. p. 60.
- TRVSO, āre. Vox obscena apud Catull. 57, 6.
- TRVSITO, āre. Frequentat. Phaedr. Fab. 2, 7, 8 Interque caedem ferro mulum trusitant.
- 65 TRVSATĪLIS, e. Adi. [ώσος] Quod truditur: vt, Mola trusatilis, i. Mola manuaris, quod manibus trudatur, id est pellatur. Gell. 3, 3 Ob quaerendum victum ad circumagendas molas, quae trusatiles appellantur, operam pistori locasset. de Plauto. Cato de R. R. 10, 4. et 11, 4 Molas asinarias et trusatiles separatim commemorat.
- 70 TRVDES, is. [ώσθρον] Instrumenti genus, quo aliquid truditur. Tacit. Ann. 3, 46, 7 Quidam trudibus aut furcis inertem molem prostertere, de militibus Gallorum ferratis sermo est, additur Iacentesque nullo ad resurgendum nisu, quasi exanimis linquebantur.
- TRVENTVM, i. n. [Τρυέντιον] Fluius Picenorum, et urbs eiusdem nominis Ptolemaeo 3, 1. Vid. Plin. 3, 13.
- 75 TRVENTINVS, a, um. Adi. Sil. 8, 434 Quique Truentinas seruant cum flumine turres.
- TRVLLA, vid. TRVA.
- TRVNCVS, i. m. [στέλαχος, κορμόν, κρέμμον, σῆπος] Pars plantae, praesertim arboris, quae ramos sustinet, quaeque ramis truncatis superstat. Columel. 3, 6 Vt ex his partibus trunci sumantur, quae et genitales sunt, et maxime fertiles. Cic. de Orat. 3, 177 Quid in arboribus, in quibus non truncus, non rami, non folia denique, nisi ad suam retinendam conseruandamque naturam? Arboris accliuus trunco
- 85 Virg. Aen. 10, 835. Arboris obnixus trunco Idem Georg. 3, 233. Cui trunci Hor. Carm. 2, 19, 10. Caelebs sine palmite truncus Ouid. Met. 4, 663. Enodes trunci Virg. Georg. 2, 78. Ficulnus truncus Hor. Serm. 1, 8, 1. Iners truncus Ouid. Amor. 3, 7, 15. Sincerus truncus, Non laesus Ouid. de Nuce 35. Teretes trunci Virg. Aen. 6, 207. Valentes trunci Idem Georg. 2, 426. Recto trunco se attollere Ouid. Met. 7, 640. Denudat foliis ramos, et cortice truncos Cic. in Arat. 119. Terra ex minutissimis feminibus, tantos truncos ramosque procreat Cic. de Senect. 51 c. 15.
- 95 ¶ 2 Corpus sine manibus, pedibus, capite consideratum, vocatur Truncus corporis Cic. pro Rosc. Com. 28 c. 10. Virg. Aen. 2, 557 Iacet ingens litore truncus, Auulsumque humeris caput, et sine nomine corpus. Ibid. 9, 332 Tum caput ipsi aufert domino, truncumque relinquit Sanguine singultantem. Quum Bhrygii Teucro manabant sanguine trunci Catull. i. truncati homines. v. Voss. ad b. l. p. 245. Lucret. 3, 405
- 100 Quamuis est circum caesis laecer vndique membris: Truncus, adempta anima, circum membrisque remotis, Vivit et aetherias vitales suscipit auras etc.
- Informes trunci Lucan. 2, 189. ¶ 3 Metaph. Truncus atque stipes, pro Homine stupido. Cic. in Pison. 19 c. 9 Sed qui tanquam

- quam truncus atque stipes, si stetisset modo, posset sustinere tamen titulum consilatus. Quis potest esse in eiusmodi trunco sapientia? Cic. de Nat. Deor. 1, 85 c. 30. Truncus aegritudinum Idem Tusc. 3, 83 Atqui stirpes sunt aegritudinis quam multae, quam amarae, quae, ipso trunco euerso omnes elidendae sunt.
- TRUNCULVS, i. m. Dimin. [*σελεχάριον*] Cels. 2, 22 de carne glutinosa, Praecipue tamen in vngulis, trunculisque suum, in petiolis, capitulisque haedorum. *Intelligo, quae hodie truncari solent, rostrum, aures, caudam, Acrones, Acrocotia, Acroteria.*
- TRUNCVS, a, um. Adi. [*κόλοβος*] Truncatus. Columel. 2, . . . 10
Quum deinde truncam reddideris, acuto ferramento plagam laeuato. Liu. 27 Trunca et turpia exta nimis laeta apparuissent. Anima-
lia trunca pedum, *Pedibus carentia* Virg. Georg. 4, 310. Arbor
Curt. 8, 11, 8. Arma trunca Stat. Theb. 10, 336. Corpus trun-
cum, *Oculis priuatum, cui euulsi sunt oculi* Senec. Oedip. f. 14. *Add.* 15
Curt. 6, 9, 28. Frons Sil. 3, 42. de *Acheloo, cui Hercules cornu*
decussit. vid. Heins. et Drakenb. ad h. l. Manus trunca Propert.
4, 9, 16. Nares truncae inhonesto vulnere Virg. Aen. 6, 497.
Pinus trunca Idem ibid. 3, 659. Sermo truncus Stat. Theb. 12,
479. *b. e. Inarticulata vox, seu semiplenus sermo.* Tempora trun-
ca Ouid. Epist. 9, 140. Vrbs trunca, sine senatu, sine plebe, etc.
Liu. 31, 29. Vulnere trunca Ouid. Met. 3, 724. Vultus trun-
cus, *Caput hominis recisum* Stat. Theb. 5, 236. Trunca quaedam
ex Menandro Gell. 2, 23. *i. fragmenta.*
- TRUNCO, are. [*λωβέω, μελίζω, κολοβώω, ἀπροτομέω*] *Partes emi-* 25
nentes auferre. Valer. Argon. 6, 567 *Iam non per curua volantem* Sta-
gna: nec in medio truncantem marmore ceruos. Anguis trun-
catus Claud. de Bell. Gildon. 471. Ceruos truncare Val. Flacc. 6,
568. Caput truncavit Lucan. 6, 566. Manibus truncatus, et
armis Claud. de Bell. Get. 89. Membra truncata Idem de Bell. 50
Get. 263. Truncatulus foliis Ouid. Met. 8, 647. Truncatis
Radicibus Pallad. Febr. t. 24. Plin. Epist. 9 penult. Erit etiam fa-
ciendum ipsius deae Signum: quia antiquum illud e ligno quibus-
dam sui partibus vetustate truncatum est. Simulacra deum semi-
sta et truncata Liu. 31, 30. 35
- TRUNCATIO, onis. f. [*ἀπροτομίας*] Gloss. Cyrill.
- TRVO, onis. m. Aus quaedam apud Festum.
- TRVO, are. *Mouers.* Festus in Antroare. vid. ANTRVO.
- TRVTILO, are. Auctor. Philomel. v. 15 Tum turdus trutilat. al. 40
Truculat. Vid. Schott. Obs. Hum. 2, 52.
- TRVSATILIS, vid. TRVDO.
- TRVTINA, ae. f. [*πλάστιγγς, τροχάνη, τάλαντον*] *Statera.* Ar-
gentaria trutina Varro ap. Non. 2, 861. Vitruu. 10, 8 Id autem
ex trutinis quae staterae dicuntur, licet considerare. Cic. de Orat.
2, 159 Ad ea probanda, quae non artificis statera, sed quaedam populari 45
trutina examinantur. Pensari eadem trutina, *Eodem examine, eodem*
iudicio, eadem aestimatione Porphyr. ad Hor. Epist. 2, 1, 30. Suspen-
dere in trutina Iuuen. Sat. 6, 436. Trutinam Cornutus scribit fo-
ramen esse, intra quod est lingua bilancis, ad quod est examinatio;
quod alii Aequamentum, alii Libramentum, alii Aequilibrium vocant, 50
ad illud Perf. Sat. 1, 7 Examenue improbum in illa Castiges trutina.
Add. Casaub. b. l. Mihi simpliciter videbatur examen improbum ca-
stigare hoc dicere, prauum iudicium corrigere velle.
- TRVTINO, are. [*ταλαντάω, ταλαντίζω*] est Animo pensulare. 55
καθ' αἰζω Gloss. Cyrill.
- TRVTINOR, ari. Depon. [*σαθ' αἰζωμαι*] Idem. Perf. Sat. 3, 82
Atque exporrecto trutinantur verba labello. *locuturis similes, sed etiam*
dubitantibus velintne verbis iam inter labra luctantibus dare exitum.
- TRVTINATVS, a, um. Partic. Pass. Sidon. Epist. 7, 9 Statu fa- 60
tis superque trutinato.
- TRVTTA, vel TRVTA, ae. f. *Piscis, qui et Varius oel Variolus*
dicitur. C. Gesner. Trocta Ambros. it. Gloss. Lat. Gr. *ubi etiam*
Trocta. Vid. Scalig.
- TRVX, trucus. Adi. [*ἀκνήης*] *Ferox, crudelis.* Plaut. Bacch. 5,
2, 29 Arietes truces nos erimus. Idem Truc. Prol. 5 Vi magna 65
feruos est, ac trucus moribus, lupae ne rapiant domini parsimoniam.
Fronte trux Valer. Argon. 4, 232. Tactu trux Plin. 22, 6. Affe-
ctus truces comprimere Senec. Agam. f. 3. Animi truces Lucan.
7, 128. Cic. de Diuin. 2, 133 c. 64 in *descriptione poetica testudi-*
nis, Capite breui, ceruice anguina, adpectu truci. Clasico truci 70
excitatur miles Hor. Epod. 2, 5. Fremitus truces tubae Senec.
Octau. 7. Inimicitiae truces Hor. Epist. 1, 19, 48. Candida
pax homines, trux decet Ira feras Ouid. A. A. 3, 502. Irae truces
Valer. Argon. 1, 673. Mons Grat. v. 510. *i. asper.* Cic. de
Nat. Deor. 2, 107 c. 42 E trucusque Oculis duo feruida lumina fla- 75
grant. ex Poeta. Puellae truces Senec. Oedip. f. 5. de *Amazoni-*
bus. Sonus trux oris Plin. 6, 22. Tauri truces Ouid. Met.
8, 297. Tribunus plebis horridus et trux Cic. de Lege Agr. 2, 64.
Venti truces Plin. 2, 36. Vocem trucem expauescere Sil. 1, 67.
Vultus trux Tacit. Ann. 4, 34. Compar. Ammian. 25, 4 Maior 80
vis et trucior. al. Atrocior.
- TRVCVLENTVS, a, um. Adi. [*ἀκνήης*] *Qui vultu crudelitatem*
prae se fert, aliosque terret. Ter. Adelph. 5, 4, 12 Ego ille agrestis,
saevus, tristis; parcus, truculentus, tenax. Cic. pro Sext. 19 c. 8
Alter o dii boni! quam teter incedebat, quam truculentus, quam terri- 85
bilis adpectu. Idem de Nat. Deor. 2, 110 *Aduersum caput huic*
Helice truculenta tuetur. ex Poeta. Aequor truculentum Catul.
Argon. 1, 62, 179. Auster truculentior Claud. de Rapt. Proserp. 2,
308. Facinus nefarium et truculentissimum Auctor ad Heren. 4,
12 c. 8. Imperia truculentissima Val. Max. 7, 6 pr. Insomnia 90
truculenta Sil. 10, 354. Foeta truculentior Vrsu Ouid. Met. 13, 804.
Add. Hor. Sat. 1, 3, 51. Sidon. 5, 9. Truculentus, cum *Datiuo.*
Plin. 8, 4 Sic et tigris etiam feris cunctis truculenta. Truculentus,
speciatim homo agrestis, abhorrens a cultiore vita. Truculentus, et sil-
vester, et vitae incius, *Tristem iuuentam venere deserta colis* Sen. 95
Hippol. v. 469. *Hinc nomen accepit Plautina fabula: vid. Cic. de*
Sen. c. 14.
- TRVCVLENS, entis. Truculens: immanis, ferox, inhumana-
nus, truci vultu Salomo in Lexico. Non formidavi faciem trucu-
lentem tortorum Basilius, a Goldasto editus, in Admonitionibus *sub fin.* 100
Homines truculentes et barbari Ekkehard. in Casib. Monasterii
S. Galli.
- TRVCVLENTER, ius, issime. Adu. [*ἀκνήως*] Cic. de Lege
Agr. 2, 13 c. 5 Truculentius se gerebat quam caeteri. Truculen-
tius sibi minitans Val. Max. 3, 8, 5. Adspicere aliquem truculen- 105
tissime Quinctil. 6, 1.

TRUCULENTIA, ac. f. Plaut. Truc. 3, 2, 7 Tuam exspecto truculentiam. Tacit. Ann. 2, 24, 2 Truculentia caeli. Conf. Apul. Met. 9 p. 420.

TRUCULO, vid. TRUULO.

TRUCIDO, Æc. [κατακόπτω, φάττω] Crudeliter necare. Virg. Aen. 2, 494 Fit via, vi, rumpunt aditus, primosque trucidans. Cic. pro Lege Manil. 5 c. 3 Vno nuntio, atque vna-literarum significatione ciues Rom. necandos, trucidandosque denotauit. Qui nos, qui coniuges, qui liberos nostros trucidare voluerunt Cic. in Catil. 4, 12.

Idem ibid. 1, 9 c. 4 Et quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero. Cic. pro Cael. 42 c. 18 Parcat iuuentus pudicitiae suae, ne spoliat alienam, ne effundat patrimonium, ne foenore trucidetur. Verbis grauibus, trucidari ab aliquo Idem de Arusp. Respons. 2 c. 1. Trucidatas legiones ostentabat Tacit. Ann. 2, 45, 4. Viris truci-

15 datis Aur. Victor Epit. c. 12. Add. Idem de Caes. c. 42.

TRUCIDATIO, ðnis, f. [κατακόψις] Cic. Philipp. 4, 11 c. 5 Nul-
lus ei ludus videtur esse iucundior, quam cruor, quam caedes, quam
ante oculos trucidatio ciuium. Non iam pugna, sed trucidatio,
velut pecorum, fieri coepit Liu. 28, 16. Conf. Cels. Praef. l. 1.
20 Sen. de Benef. 5, 16. Tantas trucidationes facis Cato apud
Gell. 13, 24.

TRUCIDATOR, ðris, m. August. de Ciu. Dei 16, 43 pr. Moses
subtractus trucidatoribus paruulorum.

T R Y

TRYBLIUM, i. n. Catinus; verbum quidem Graecum, sed quod
Varro usurpauit, cuius locum datus in TRULLA, et Plaut. Stich. 5, 4, 9
Hoc conuiuium est pro opibus nostris satis commodule nucibus; fabu-
30 lis, ficulis, oleae in tryblio.

TRYCHNOS, i. m. [τρύχνος] Vid. STRYCHUS, Herba, quae
et Strychnon dicitur; Latine, Solanum Plin. 21, 31.

TRYGETER, eris, m. Vindemiator inter sidera. Colum. 11, 2, 24
Mere Graecum τρυγητήρ.

TRYGINON, i. n. [τρυγινόν] Atramenti genus. Plin. 35, 6
Sunt qui et vini faecem ficatam excoquant: affirmantque si ex bono
vino faex fuerit, Indici speciem id atramentum praebere. Polygno-
tus et Mycon celeberrimi pictores Athenis, e vinaceis fecere, tryginon
appellant. Interpretari potest Faecatum, aut faecutinum: utpote fa-
40 ctum ex faecibus.

TRYGODES, i. Faeculentum Cels. 6, 6, 8.

TRYGON, onis, m. est Piscis venenatus, Lat. Pastinaca. Auson.
Epist. 4, 58 Letalis trygon. Vid. Cels. 6, 9. Plin. 9, 48. et Diosc.
2, 19. Alius est Trigonus. u. u.

TRYPANE, et TRYPANVM, vid. ABAPTISTVM.

TRYPHERA, ac. f. [τρύφερα] Compositio lenis, medicamentum
quod sine magno dolore curat; τρυφερός delicatus est. Vid. Scribon. 230
ubi Triphera non bene. Τρυφεροί αντίδοτοι sunt passim apud Nicol.
Myrepsum.

TRYXALIS, [τρύχαλις] Animal locustae simile sine pennis, La-
tinum nomen non habet, vt aliqui arbitrantur: nec pauciores, hoc esse
quod Gryllus vocetur. Haec Plin. 30, 6. al. Troxalis.

T V

TV, tui, vel tis antiquè, tibi, te. [σύ] Tu mihi quodcumque hoc
regni, tu scepra Iouemque Concilias, tu das epulis accumbere diuim
Virg. Aen. 1, 78. Ter. Heaut. 5, 4, 11 Crede, et nostrum te esse
credito. Plaut. Trinum. 2, 2, 30 Nimio satius tui opus est, te ita
60 esse, quam vt animo lubet. Miseret tui me Ter. Eun. 4, 7, 32.

Tui studiosus Cic. Fam. . . . Copia placandae sit modo facta
tui Ouid. Her. 20, 74. Conf. Periz ad Sanct. 1, 2, 7. et 3, 8, 18.
Quia tis egeat, quia te careat Plaut. Mil. 4, 2, 42. Idem Merc.
Prol. 71 Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis. Tibi

55 est domi Plaut. Trucul. 1, 2, 86. Frequens est pleonasmus Prono-
minis Tibi, ubi familiariter communicare cum auditore vel lectore
videri volumus. Ecce tibi e transuerso Cic. Acad. 4, 121. At
tibi repente Cic. Fam. 9, 2. Hic tibi strepit Cic. Fam. 8, 2. Al-
ter tibi descendit de palatio et aedibus suis Idem pro Rosc. Amer. 133.

70 Nunc tibi nostri milites Cic. Fam. 8, 15. Vid. Drakenb. ad Sil. 1, 46.
Burm. ad Calpurn. Ecl. 7, 33. Te, dulcis coniux, te solo in litore
secum; Te veniente die, te decedente canebat Virg. Georg. 4, 565.

Cic. Fam. 4, 13 Per me quondam, te socio defensa Republica. Tu,
repetitum, Cic. pro Rabir. Perd. 13 c. 4 Tu mihi etiam legis Portiae,
75 tu C. Gracchi, tu horum libertatis, tu cuiusquam denique hominis po-
pularis mentionem facis? Tune vel Tun' interrogatiue, Plaut.
Amph. 2, 2, 126 Tun' me heri aduenisse dicis? Virg. Aen. 1, 621
Tune ille Aeneas, etc. Tune an illi Ter. Andr. 3, 3, 4. Add.

Idem Andr. 5, 4, 7. et Eun. 1, 2, 6. Plaut. Mostel. 2, 1, 17
80 Egone? A. tu tu. Obs. Cic. Att. 4, 14 Velim domum ad te
scribas, vt mihi libri tui pateant etc. i. ad tuos. Sic Ad me, vid.
sub EGO.

TVTE, Tu ipse. Ter. Eun. 1, 1, 19 Et quod nunc tute tecum ira-
tus cogitas. Cic. Fam. 1, 8 Vt tute mihi praecepisti. Conf. Seru.
35 Sulp. ad Cic. Fam. 4, 5. Plaut. Curc. 1, 1, 9. et Poen. 3, 3, 96.
Tute ipse Virg. Ecl. 3, 35.

TVTĒMET, pro Tute, i. Tu ipse. Lucret. 1, 103 Tutemet in
culpa quom sis, vid. suo loco. Tu et Tute et Tutemet et Tūtemet
ipse facis Donat. in Ter. Adelph. 3, 1. Nunc tibimet ipse iusta
00 supplicia irroga Sen. Hippol. 1217.

TVĀTIM, Adu. a Tuus, i. Tuo more. Plaut. Amph. 2, 1, 4 Ecce re-
iam tuatim facis. Sic laudat Non. 2, 853. et Charis. p. 196. Sic
Nostratim Sisenna apud Charisium l. c. et Meatim Priscian. 12 p. 949.
Utrumque et Meatim et tuatim Donat. p. 1759 pr. et 1850.

T V B

TVBA, ac. f. [τύβη] Instrumentum, quod inflatur, musicum,
bellicum, a tubo s. canali sic dicta, a Tyrrhenis inuenta, aerea, puto, s. alio
00 ex metallo, semper. Vid. Isid. 2, 20. et 18, 4. et Bartholin. de Ti-
bitis Vett. c. 7. Cic. in Catil. 2, 13 c. 6 Quum tubas, quum signa
militaria, quum aquilam illam argenteam scirem esse praemissam.
Aeris directi tuba Ouid. Met. 1, 98. Clangor tubarum Virg. Aen.
2, 313. Iuuen. 15, 157 Communi dare signa tuba, defendier isdem
05 Moenibus. Fremitus truces tubae Senec. Octau. l. 7. Au-

Et or ad Herenn. 4, 21 In concione de virtute loqueris, in praelio per ignaviam tubae sonitum perferre non potes. Sonitus fracti tubarum Virg. Georg. 4, 72. Canora tuba Ouid. Fast. 3, 849. Navalis tuba, vid. NAVIS. Stridentes tubae Lucan. 1, 432. Vocales tubae Senec. Thyest. f. 8. Canunt tubae, vid. CANO. 5
Canere ludos tuba Virg. Aen. 5, 113. Tacit. Ann. 2, 81 Tum Sentius Occanere cornua tubasque, et peti aggerem, erigi scalas iussit, ac promptissimum quemque succedere. Floralis tuba est, Qua committebantur ludi Florales, in quibus meretrices nudis corporibus per varias artes ludendo discurrebant, et armis certabant gladiatoris, atque pugnabant. Scholiast. in Iuven. Sat. 6, 249 Atque omnes implet numeros, dignissima prorsus Florali matrona tuba. ¶ 2 Obs.
Tuba belli civilis, Per translationem. Cic. Fam. 6, 13 Quod mirifica est improbitas in quibusdam qui tulissent acerbius, tibi veniam dari, quam illi appellabant tubam belli civilis. De possessis grandiore generè, Angusta cantare licet videaris avena, Dum tua multorum vincat avena tubas Martial. 8, 3. Quae veterum tuba, quaeue lyra Prudent. Hymn. 3, 81. Add. Paullin. ad Iou. Carm. 19, 33. Etiam de oratoribus Prudent. adu. Symm. 2, 68. Sidon. Epist. 4, 3 sub fin. In machinis hydraulicis est Fistula, quae tuba dicitur Vitruv. 10, 12.

TVBARIUS, i. m. Tubarum faciendarum artifex. Aurelius Arcadius in l. ult. D. de iur. immunit.

TVBICEN, inis. m. [σαλπικτής] Qui tuba canit. Veget. 2, 7 et 22 pr. Tubicines a tuba et canendo Varro de L. L. 4, 16 p. 24, 23. Senec. Epist. 79 (78) Nec tubicen praedicationi nominis nostri silentium faciens. Bellicus aere canoro signa dedit tubicen Ouid. Met. 3, 704. Licet ad tubicines mittas Petron. c. 129. v. curandi funeris gratia. ¶ 2 Apud Festum, Tubicines etiam ii appellatur, qui sacerdotes, viri speciosi, publice sacra faciunt tubarum lustrandarum gratia. Varro de L. L. 4, 24 p. 30, 1 Tubae a tubis, quos etiam nunc ita appellant tubicines sacrorum.

TVBICINO, et TVBICINATOR. Gloss. Cyrill. σαλπικτήν et σαλπικτής.

TVBILVSTRIVM, i. n. Festus dies mense Martio, ultimo Quinquatuor die celebratus. Varro de L. L. 5, 3 p. 47, 5 post Quinquatuor die disputationem addit, Tubilustrum (ed. Durdr. Tubilustrum) appellatur, quod eo die in atrio sutorio sacrorum tubae lustrantur. Hinc restituere viri docti Festo sua verba Tubilustria, quibus diebus adscriptum in fastis est, cum in atrio sutorio agna tubae lustrantur: ab eis tubos appellat, quod genus lustrationis ex Arcadia Pallanteo transuectum esse dicunt. Statim subiungit, quod damus in TVBICEN n. 2. Ultimo die Quinquatuor fuisse Tubilustrum, docet Ovidius Fast. 3, 849 Summa dies e quinque tubas lustrare canoras Admonet, et forti sacrificare Deae. ¶ 2 Sed alia quoque Tubilustria fuisse docet Ouid. Fast. 5, 725 ubi ex emendatione Scaligerana sic legitur, Proxima Vulcani lux est; Tubilustria dicunt, Lustrantur purae, quas facit ille, tubae. Fauet emendationi Kalendarium vetus apud Grut. ubi ad X Kal. Iun. adscriptum TVBIL.

TVBER, eris. n. [ὑδών] Terrae callus edulis, Galli truffas vel truffas vocant. Plin. 19, 2 f. 11 Et quoniam a miraculis rerum coepimus, sequemur eorum ordinem, in quibus vel maximum est aliquid nasci, aut viuere sine vlla radice. Tubera vocantur haec, vndique terra circumdata nullisque fibris nixa, aut saltem capillamentis, nec vti que extuberante loco, in quo signuntur, aut rimam agente, neque ipsa terrae cohaerent. Cortice etiam includuntur, vt plane nec terram esse possimus dicere, neque aliud quam terrae callum. Siccis haec fere et sabulosis locis frutescentisque nascuntur, Excedunt saepe magnitudinem mali cotonei, etiam librali pondere. Duo eorum genera, arenosa dentibus inimica, et altera sincera. Distinguuntur et colore ruffo, nigroque, et intus candido. Laudatissima Africae, etc. Idem capite sequenti f. 13 Quum fuerint imbres autumnales, ac tonitrua crebra, tunc nasci; et maxime e tonitribus, nec vltra annum durare; tennerrima autem verno esse etc. Illud de tonitru illustrat Iuuenal. 5, 116 Raduntur tubera, si ver Tunc erit, et facient optata tonitrua coenas Maiores. Raduntur, i. parantur cibo, abradendo cortice. Vid. Iuuenal. 14, 7 ubi Radere tubera terrae inter luxuriae characteres. Martial. 13, 50 ex parte contradicit Plinio, Rumpimus altricem tenero de vertice terram Tubera, boletis poma secunda sumus. Vid. CYCLAMINVS.

¶ 2 Tuber, [Φύμα, ἄλη, κέρως] metaphorice pro quouis Tumore capitur: tuncque Adiectiuum quidam esse volunt, sed falso. Ter. Adelph. 2, 2, 37 Praeterea colaphis tuber est totum caput. Sic dicitur Caput tuber, pro Tuberoso: quo modo Homo scelus, pro Scelerato. Hor. Serm. 1, 3, 73 Qui, ne tuberibus propriis offendat amicum, etc. Tubera bina in dorso habent cameli, teste Plin. 8, 18. Tubere super armos a ceruicibus eminente Id. 8, 45. de hubus. Conf. Idem 30, 3. 22, 24. 26, 12. it. Scribon. 82. Immodico prodibant tubere tali Ouid. Met. 8, 808. ¶ 3 Tuber, Durities illa in arboribus exstans ad nodi similitudinem. Plin. 16, 16 Reperitur et in alno tuber tanto deterius, quanto ab acere alnus ipsa distat. Ibid. Pulcherrimum vero est in acere bruscum, multoque excellentius molluscum. Tuber vtrumque arboris eius: sed bruscum, intortius crispum.

TVBER, eris. f. Arboris genus, Nucipersicam a vulgo vocari ait Harduin. ad Plin. 15, 14. Columel. 11, 2, 11 Possunt etiam his diebus cerasi, et tuberes, et armeniaca, atque amygdala, caeteraque arbores, quae primae florent, inferi commode. Plin. 15, 14 Peregrina sunt zizipha, et tuberes, quae et ipsa non pridem venere in Italiam: haec ex Africa, illa ex Syria. Sext. Papinius, quem Consullem vidimus, primus vtraque attulit D. Augusti nouissimis temporibus, in castrorum aggeribus sata, baccis similiora quam malis. Id. 16, 25 Ab ea (amygdala) proxime florent Armeniaca, dein tuberes, et praecoces: illae peregrinae, hae coactae. Add. Idem 17, 10. ¶ 2 Tuber. m. pro Fructu arboris. Martial. 13, 42 Lecta suburbanis mittunt apyrina ramis Et vernae tuberes, quid tibi cum Libycis? Vernae, i. domi nostrae nati. Suet. in Domit. c. 16 Oblatos tuberes seruari iussit in crastinum.

TVBERCVLVM, i. n. Dimin. [Φυματίον] Plin. 11, 11 Apes regias exstruunt tuberculo eminentes. Idem 22, 32 Habet proximam terrae mastichen tuberculo fabae: quae apposita, seminarum menses trahere dicitur. Conf. Cell. 2, 1. 2, 8. 6, 13. 7, 6. 8, 1. et Columel. 7, 5, 11 Tuberculo nucis auellanae fumitur Scribon. 167. i. magnitudine.

TVBERO, are. Tumescere. Φυματώ Vet. Onomast.

TVBERANS, antis. Part. Apul. Met. 2 p. 121 Rosa soluta in sinu tuberante.

TŪBEROSVS, a, um. Varro de R. R. 1, 49, 2 *Herba quasi tuberosus campus. post foenicicam, ubi hic illic aliquid relictum est.* Petron. c. 15 *Caluus tuberosissimae frontis.* Tuberosum musculis prominentibus latus Sidon. Ep. 1, 2.

TŪBĒRO, ōnis. m. [*Τῆβίρω*] *Aeliorum cognomen. Unus notissimus est ex Ciceronis Oratione pro Ligario.* Tuberonem historicum laudat Liu. 4, 23 *et alibi.*

TŪBICEN, **TŪBILVSTRIVM**, etc. vid. **TVBA**.

TŪBVRCINOR, āri. [*λαφύσσω*] *Raptim comedere, auctore Nonio 2, 851 qui laudat Titinn.* Tuburcinari sine me vultis reliquias. Plaut. Perf. 1, 3, 41 *Lubido extemplo coepere est convitium, tuburcinari de suo, si quid domi est.* Prandio raptim tuburcinato Apul. Met. 6 p. 183.

TŪBVRCINABVNDVS, a, um. Cato auctor: *sed quod nemo quisquam in nobis ferat.* Quinctil. 1, 6, 42. *Vid. Burmann. in loc. qui per CH scribit, cum aliis.*

TŪBVS, i. m. [*σιφών*] *Canalis fictilis, per quem aqua deducitur.* Cic. de Legib. 2, 2 *Ductus vero aquarum, quos isti tubos et euripos vocant, quis non, quum haec videat, irriserit? Sed tunc hodie legitur ex MSS. Nilos.* Tubos viscerum dicit de locis muliebribus Martial. 11, 62. *Cavari in tubos* Plin. 16, 42. *Conf. Vitruu. 8, 7. Colum. 1, 5. Pallad. 1, 18.* ¶ 2 *Tubos in sacris dixisse videntur, quae alias tubae sunt. Vid. loca Festi in TVBILVSTRIVM, et Varronis in TVBICINES n. 2.*

TŪBVĻVS, i. m. Dimin. [*σιφώνιον*] *Varro de R. R. 1, 8 Inde enim aliquot colligatas libris demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuso, quos cuspidas appellant.* Columel. de Arborib. 9. *Vitruu. 8, 7 pr.* Tubuli crasso corio ne minus digitorum duorum fiant ex testa, sed ita, ut hi tubuli ex vna parte sint lingulati, ut alius in ali-

30 *inire convenireque possint. Tum coagmenta illorum calce viua ex oleo subacta sunt illinenda etc.* Etiamque multo salubrior est ex tubulis aqua, quam per fistulas plumbeas etc. *Totus ille locus enim est videndus, qui sit classicus.* Add. Pallad. Aug. 11, 2 *qui in compendium Vitruvii praecepta redegit.*

TŪBVĻĀTVS, a, um. Adj. *Cavatum ad effigiem tubuli.* Plin. 9, 36 *sub fin.* Alterum purpura vocatur cuniculatim procurrente rostro et cuniculi latere introrsus tubulato: qua profertur lingua.

TŪBVĻATIO, ōnis. f. *Excavatio.* Apul. Flor. 2 *post pr. p. 546.*

TŪBVĻARIVS, i. m. Obscurissime natus est patre tubulario 40 *Amnian. 28, 1. al. tabulario.*

T V C

TVCCA, [*Τέκκας*] *Cognomen Plotiorum. L. Varus, et* 45 *Plocius, viri doctissimi, amici Virgilii, heredesque ex parte testamenti relictii, iussu Augusti carmina Aeneidos emendauerunt, hac lege, ut nihil adderent, ut Seruius tradit et Donatus in Vita.*

TVCĒTVM, i. n. [*ζυγίος, παχός* Gloss. Lat. Gr.] *Micae carniuum cum aruina, et minutim infecta itia; idem certe cognatum Isicio et Tomaculo.* Apul. Met. 2 p. 117 *Tucetum perquam sapidissimum.* Perf. Sat. 2, 43 *Esto, age, sed grandes patinae tucetaque crassa.* Vet. Scholiast. in loc. *Cibos regios interpretatur Fulgent. in libello de Vocibus antiq. Tuceta, inquit, dicuntur escae regiae.* Callimachus in Pisacia, *Ambrosio redolent tuceta sapore.* Haec illi. *Gla-* 55 *ciali conditione tuceta* Arnob. 2 p. 73.

T V D

TVDER, [*Τῆδε*] *Oppidum mediterraneum Umbriae. Auctor* 60 *Plin. 3, 14. Sil. 6, 645. Hinc*

TVDERTES, um. m. Pl. *Incolae.* Sil. 4, 222.

TVDES, is et itis. f. *Malleus; a Tundo, tududi.* Virg. in Aetn. 561 *Fabriles operae tudibus contundere massas Festinant, etc.* *Tudites, Mallei a tundendo dicti, inquit Festus.* Inde et cuidam (gen- 65 *tis Semproniae) cognomen TVDITANO fuit, quod caput malleo simile habuerit.*

TVDICŪLA, ae. f. *Machina, qua tunduntur oleae.* Columel. 12, 50 *Est et organum erectae tribulae simile, quod tudicula vocatur: idque non incommode opus efficit, nisi quod frequenter vitiatur, et si* 70 *baccae plusculum inieceris, impeditur.*

TVDICŪLO, āre. [*τρογίω* Gloss. Gr. Lat.] *Tundere, contundere.* Cum bene serbuerit, tudiculabis, et in mortario teres Apic. 5, 2. *Add. Ibid. c. 3.* *Tudiculare, per translationem ponitur pro Commovere.* Varro Marci pore, *Haecine nobis cernis hanc mala tudicu-* 75 *lasse vetulam.* Nonius 2, 844.

TVDĪTO, āre. *Frequentatiuum a Tundere.* Lucret. 2, 1141 *Nec tuditantia rem cessant extrinsecus villam Corpora conficere, et plagis infesta domare.* Idem 3, 395 *Tuditantia, i. Frequenter tundentia, siue agitantia.* *Tuditant, ap. Phaedr. 2, 7, 8 legit Meurf. ubi al.* 80 *trusitant.*

TVDITĀNVS, i. m. *Cognomen apud Romanos. Vid. TVDES.*

TVDIATOR, ōris. m. *Tudiatores, χαλκόντομοι* Gloss. *Fuerint ergo fabri aerarii.*

T V E

TVEOR, ēris, tūtus vel tuitus sum, ēri. [*προσθεμαι, ἀμύνω*] *Primum videre est, unde Intueor, Contueor etc. deinde etiam curare, servare, defendere: quod diligenter videre et respicere solemus, quae curare volu-* 90 *mus.* Varro de L. L. 6, 2 p. 67, 36 *Tueri duo significat, vnum ab adspectu, — unde est illud, Tueor te senex proh Iupiter! Et, Quis pater aut cognatus volet nos contra tueri? Alterum a curando ac tutela, ut cum dicimus Bellum tueor, et tueri villam. — Sed tamen hoc ipsum ab eadem profectum est origine, quod quem volu-* 95 *mus domum curare, dicimus, Tu domi videbis — Sic dicta Vestispica, quae vestem spiceret, hoc est, videret vestem, ac tueretur etc. Ergo primum Videre significat.* Virg. Aen. 1, 717 *Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo.* Et 6, 688 *Datur ora tueri, Nate,*

tua? Ouid Met. 6, 621 Oculis immitibus tuens. Acerba

100 *tuens serpens* Lucr. 5, 34. *Virg. Aen. 4, 362 Talia dicentem iam dudum auersa tuetur Aeneam* Dido. *Ouid. Fast. 1, 283 Diverfa tuentes oculi.* Virg. Ecl. 3, 8 *Transversa tuentibus hircis.* *Add. Catull. 66, 114.* ¶ 2 *Dicebant etiam tertia Coniugatione*

Tuor. Albinou. ad Liu. 137 *Teneoque tuorque.* Lucr. 1, 300

105 *Nec calidos aestus tuimur.* Et 4, 224 *Cum tuimur misceri abstin-*

thia.

thia. *Non audiendus est Festus, Tuor video, tuor defendo. Sed verius est quod addit, Sed iam promiscue altero pro altero vtuntur.*
 ¶ 3 Tueri est seruare, curare, defendere. Ouid. de Arte Am. 2, 13
 Nec minor est virtus, quam quaerere, parca tueri. Cic. de Amicit. 50 Populos vniuersos tueri, eisque optime consulere. Idem pro Lege Manil. 6 Vobis turpissimum fit, illud quod accepistis, tueri et conseruare non posse. Tueri et defendere Cic. de Orat. 1, 172. Idem in Catil. 3, 117 Illud perficiam profecto Quirites, vt ea, quae gessi in Consulatu, priuatus tuear atque ornem. Cic. de Legib. 2, 9 Quae vis modo senior est quam aetas populorum et ciuitatum, sed aequalis illius caelum atque terras tuentis et regentis Dei. Quintil. 3, 8 Quosdam ratio ipsa aegre tuetur. Fortiter tueri Idem 3, 1. Pertinaciter aliquid tueri Quintil. 6, 4. A morfu tueri Scribon. 167. Infirmiores A validioribus Sen. Ep. 91. Cic. Fam. 2, 15 (16) Te tamen oramus, quibuscunq; erimus in terris, vt nos, liberosque nostros ita tuere, vt amicitia nostra et tua fides postulabit. Idem Verr. 1, 110 Aedem Castoris Iudices P. Iunius habuit tuendam. Vid. AEDITVVS. Aedificia tueri Varro de R. R. 1, 11. Suet. Aug. c. 30 Spatium vrbs in regiones vicosque diuisit, instituitque, vt illas annui magistratus sortito tuerentur. Colum. 1, 1. Plin. Paneg. c. 51. Cic. de Finib. 3, 13 Atque etiam ad iustitiam colendam, ad tuendas Amicitias et reliquas charitates quid natura valeat, haec vna cognitio potest tradere. Armenta et vitulos tueri Virg. Georg. 2, 195. de patrefamilias, i. alere, habere. Sic et alii. Quare vel inprimis hoc animal mercari tuerique debet agricola Colum. 7, 12. de canibus. Eius parandi tuendique duplex ratio est Idem ibid. Crassus negabat locupletem, nisi qui redditu annuo tueri legionem posset Plin. 32, 10. Atque antea quidem alere maiores copias poterat, nunc exiguas vix tueri potest Cic. pro Deiot. c. 8. Arua tueri Virg. Georg. 1, 21. colere. Certamina belli tueri Lucret. 2, 5. Concordiam conglutinatam tueri Cic. Att. 1, 14 (17). Idem Tusc. 2, 48 c. 21 Hos admonitu simili oportebit vt bonos milites reuocatos Dignitatem tueri. Cic. pro Sext. 38 Ea conditione gesseram, vt meum Factum semper omnes praestare, tuerique deberent. Fines suos ab excursionibus hostium tueri Cic. pro Deiot. 22 c. 8. Paternam Gloriam Nep. 19, 1, 3. Cic. Tusc. 3, 74 Possit tamen tueri mediocritatem officiorum, et vitae communem cultum atque vstitutum. Idem Fam. 10, 11 Quod reliquum est, tuum Munus tuere. Add. Liu. 45, 11. Burm. ad Quintil. Decl. 383 p. 781. Cic. Fam. 5, 9 Si tuam consuetudinem in Patrociniis tuendis seruas, P. Vatinius cliens aduenit, qui pro se causam dicere vult. Idem de Clar. Orat. 171 Atque etiam L. Paull. Africani pater, Personam principis ciuis facile dicendo tuebatur. Conf. Sen. ad Polyb. c. 25. Cic. Off. 2, 2 Ab hoc igitur genere largitionis, vt aliis detur, aliis auferatur, aberunt, hi qui Remp. tuebuntur. Idem de Finib. 2, 73 c. 22 Iam si pudor, si modestia, si pudicitia, si vno verbo temperantia poenae aut infamiae metu coerebuntur, non Sanctitate sua se tuebuntur: quod adulterium, quod stuprum, quae libido se non prouipiet ac proiciet aut occultatione proposita, aut impunitate, aut licentia. Se tueri, pro eo quod est Alere et tolerare. Scaeuola in l. penult. et vltima, De in rem verso, Sine quibus aut se tueri, aut seruos paternos exhibere non posset. Budaeus. Add. Liu. 39, 9. Societatem coniunctionis humanae munifice et aequae tueri, vid. MVNVS. Valetudinem tueri Nep. 25, 21, 5. Tueri aliquem Scribon. Ep. i. a morbo praeseruare. ¶ 4 55 Tueri, Passiue, pro Defendi. Caius in l. Consilio, in princ. D. de curatoribus furioso dandis. Consilio et opera curatoris tueri debet non solum patrimonium, sed et corpus et salus furiosi. Varro de R. R. 3, 1 In pace a rusticis Romani alebantur, et in bello ab his tuebantur. Vitruu. Praef. l. 8 Res omnes non ali, neque crescere, nec tueri. Vitrus Inscrip. in Philandri not. ad Vitruu. loc. cit. NOSCANT OMNES SENATVS ET POP. ROM. IMPERIVM ET DEORVM NUMINE ET MILITVM FORTITVDINE ET TVERI ET REGI. Add. ICt. e. c. Papin. l. 17 de iniust. rupt. et irr. test. Vid. Gothofr. ad b. l. it. Briffon. Lex. Item Tuere in voce Actiua in Vet. Inscrip. apud Fabrett. p. 498 ROGO PER SVPEROS QVI ESTIS, OSSA MEA TVEATIS. Ipse Cic. de Legg. 3, 7 c. 3 Censores — vrbs templa, vias, aquas, aerarium, vectigalia tuento. Sic. Gron. et Dauif. 70 TVOR, oris. m. Visus. Apul. de Deo Socr. p. 48 Fila tenuia vtque adeo, vt radios omnes nostri tuoris raritate transmittant. TVITVS et TVTVS, a, um. Partic. Quintil. in Pariete palmato s. Decl. 1 Tuitus sum adolescentis miserimi causam. Plin. Epist. 6, 29 Tuitus sum Iulium Bassum. i. In iudicio defendi. Paull. D. de vacatione et excusat. munerum l. Legato, qui publicum negotium tuitus sit, intra tempora vacationis praestituta rursus eiusdem negotii defensio mandari non potest. Numidas pedes magis quam arma tuta sunt Sall. Iug. 74, 8. vid. Cort. et add. 85, 45. TVENDVS, a, um. Partic. [ἀμυντός] Cic. Fam. 1, 9 Totus est nunc ab iis, a quibus tuendus fuerat, derelictus. Sumtus ad tuendos eos suppeteret Suet. Aug. c. 49. i. alendos. Pacis mihi cura tuendae Ouid. Met. 11, 297. al. Tenendae. Qui mihi tuendus esset Cic. Fam. 1, 9. Vita tuenda mea est Ouid. Trist. 4, 4, 36. Caius in l. An vsufr. §. vlt. D. de vsufruct. Dubitatio est: quousque tuendi essent in eo vsufructu municipes? Et placuit centum annis tuendos esse municipes: quia is finis vitae longaeui hominis est. Vlpian. in l. 3 §. 1 D. de iureiur. Tuendum erit iusiur. Neratius in l. Si ea res in sine D. de actionibus emti, Siue ab eodem emimus, siue ab alio atque alio: is ex nobis tuendus est, qui prior ius eius apprehendit; hoc est; cui primum tradita est. Sed si alter ex nobis a domino emisset, is omni modo tuendus est. 90 TVTO, are. Frequentat. Verbum antiquum, idem significans quod Protego, defendo. Plaut. Merc. 5, 2, 25 Inuoco vos Lares Viales, vt me tutetis. Vid. et Non. 7, 70. 95 TVTOR, arri. Dep. [ἐπαμυντω, ἀσφαλιζω, πορὸς αμαί] Frequentius longe est. Diligenter defendere. Ter. in Hec. Prol. 42 Ego interea meum non potui tutari locum. Idem Hec. 5, 1, 8 Nam mores facile tutor. Cic. in Somn. Scip. 4 c. 3 pr. Sed quo sis Africanae alacrior ad tutandam Remp. sic habeto. Eos, quos tutari debent, defertos esse patiuntur Cic. Off. 1 c. 9. Plin. Praefat. 7 Truncos etiam arboresque cortice interdum gemino a frigoribus et calore tutata est. Cic. pro Sulla 61 Hunc patronum, defensorem, custodem illius coloniae, si in omni fortuna atque honore incolumem habere non potuerunt, in hoc tamen casu, quo afflicus iacet, per vos 105

- tutari, conseruareque cupiunt. Patris sui honeste parta indiligerter tutari Ter. Phorm. 5, 3, 5. Fortiter et industrie aliquid tutari Quinctil. 5, 13. Armis tutari res alicuius Hor. Epist. 2, 1, 7. Partes alicuius Idem Epist. 2, 1, 171. Sallust. in oratione Lepidi ad Popul. Rom. Aut si prouideritis, in tutandis periculis magis, quam uiscendo teneamini. i. defendendis, depellendis. Sic Famem tutari Calpurn. Ecl. 4, 27 est arcere. Conf. Idem 6, 70. Praesidio suo tutari aliquem Hor. Epist. 1, 18, 81. Reum gratia laborantem tutari Sen. de Benef. 4, 12. Genae tutantur oculos ab inferiore parte subiectae, leuiterque eminentes Cic. de Nat. Deor. 2, 43. Se committere alicui tutandum Phaedr. 1, 32, 1.
- TUTANS**, antis. Partic. Dictator agrum suum tutans Liu. 22, 25. Facile tutantes agmen Romani Idem 21, 25.
- TUTATVS**, a, um. Part. Pass. Auxilio tuo tutata possessio a mortuis uindicatur Symmach. Ep. 9, 11. *Actiue*: Carina palam tutata viros Val. Flacc. 5, 630. Add. Ouid. Trist. 5, 6, 15.
- TUTOR**, oris. m. [*ἐπίτροπος, προστάτης*] *Defensor pupilli*. Cic. pro Caecin. 72 Cui filius agnatus sit, eius testamentum non esse ruptum, iudica: quod mulier sine tutore auctore promiserit, deberi. Datio tutoris Vlp. in l. Muto D. de tutelis. Tutores, quasi tutores atque defensores: sicut aeditui dicuntur, qui aedes tuentur Inst. 1, 13, 2. Vlpian. titulo vndecimo, Lex Atilia iubet mulieribus, pupillisue non habentibus tutores, dari a Praetore, et maiore parte Tribunorum plebis: quos Atilianos appellamus. Sed quia lex Atilia Romae tantum locum habet, lege Iulia et Titia prospectum est, ut in prouincia quoque similiter a praesidiis earum dentur tutores. Celsicus tutor, *vid. CESSICVS, in CEDO*, cedis. Vlpian. titulo vndecimo, Testamento nominatim tutores dati confirmantur lege duodecim Tabularum, his uerbis, Vti legassit super pecunia, tutelaue suae rei, ita ius esto: qui tutores Datiui appellantur. Modestinus l. Datus D. Rem pupilli saluam fore, Datus, vel testamentarius tutor, siue curator non petet satis a collega suo: sed offerre ei poterit, utrum satis accipere velit, an dare. Vlpianus in l. 1 D. Quod falso tut. etc. Si duo tutores, alter Falsus, alter Verus auctoritatem accommodauerit, etc. Parens bonus et tutor Fidelis Cic. de Orat. 3 c. 1. Vlpian. titulo vndecimo, Qui liberum caput mancipatum sibi, vel a parente, vel a coemitore manumisit, per similitudinem patroni tutor efficitur, qui Fiduciarius tutor appellatur. Fiduciarius tutor Modestinus in l. Quo defuncto D. de legit. tut. Honorarii tutores Vlpianus l. 3 D. de administrat. et peric. tut. et Paullus in l. Si quis tutor §. 1 D. de rit. nupt. Idonei atque honesti tutores Vlpian. in l. Testamento D. de testament. tutel. Idoneus tutor, *vid. paullo post*, Eximere aliquem tutela. Iustus tutor Vlpian. in l. 3 D. de tutel. Sic Triphoninus in l. Idem fiet D. de testament. tut. Legitimi tutores sunt, qui ex lege aliqua descendunt. Per eminentiam autem Legitimi dicuntur, qui ex lege duodecim tabularum introduuntur seu propalam, quales sunt agnati: seu per consequentiam, quales sunt patroni. Legitimi tutores, alii tutela in iure cedere possunt Vlpian. titulo vndecimo. Legitimus tutor Vlp. l. 1 D. de legitimis tutoribus. Idem titulo vndecimo, Moribus tutor dari mulieri, pupillou, qui cum tutore suo lege aut legitimo iudicio agere uult, ut auctore eo agat, (ipse enim tutor in rem suam auctor fieri non potest) qui Praetorianus tutor dicitur, quia a Praetore urbis dari consuevit. Temporarius tutor Vlpian. l. 2 D. de tutoribus et curatoribus datis, etc. Testamentarius tutor Vlpian. in l. Si quis sub conditione D. de testam. tutel. Abicere tutorem Id. in l. Si quis sub conditione D. de testamentaria tutela. Accipere tutorem Vlpian. l. 3 D. de tutel. Idem in l. 1 D. Quod falso tutore, Ne contrahentes decipiantur, dum falsus tutor Adhibetur. Tryphonius in l. vltima D. Vbi pupillus educari vel morari debeat, Si idoneus sit tutor, nec expedit alium Adiungi. Adscribere tutorem liberis, *vid. ADSCRIBO*. Paullus in l. Nefennius D. de excusationibus, Nam et Praetor, qui eum Confirmat tutorem, defuncti sequitur iudicium. Modestinus l. 1 D. de confirmando tutore vel curatore. Constituere tutorem: Paullus in l. Si tutor Constitutus D. de administ. et peric. tut. Sic Modestinus in l. Caius D. de excus. tutor. Creare tutores Modestinus in l. Scire oportet D. de tutoribus et curatoribus datis. Definit esse tutor Vlpian. in l. Si tutor Reipublicae causa D. de tutel. et ration. distrahendis. Idem in l. Si adrogati D. de tutel. Modestinus in l. Caius D. de excusationibus, Caius testamento suo Nigidium filio suo tutorem Dedit. Sic Paullus in l. Nefennius D. de excusationibus. Et rursus ibidem l. Ex his apparet Paullus l. 1 D. de tutel. Dari tutores feminae non possunt, quia id munus est masculorum: nisi a principe filiorum tutelam specialiter postulent Neratius in l. vltima D. de tutel. Datus alicui uitiuose tutor Scaeuola in l. Qui testamento D. de excusationibus. Vlpian. l. §. D. de suspect. tutor. Tutor quoque contutorem potest suspectum facere: siue Duret adhuc tutor, siue iam desierit ipse, contutor autem maneat tutor. Eligere tutores liberis Paullus in l. Amicissimos D. de excusationibus. Vlpian. in l. D. de magistratibus conueniendis, Si magistratus ab initio tutorem idoneum dedit, et satis non exegit, non sufficit. Quod si satis exegit, et idoneum Exegit: quamuis postea facultatibus lapsi sunt tutores vel fideiussores, nihil est quod ei, qui dedit, imputetur. Habere tutorem legitimum Scaeuola in l. Qui testamento D. de excusationibus. Instituire aliquem tutorem filio suo Cic. Fam. 13, 61. Idem de Orat. 1 c. 55. Institui tutorem testamento Liu. 1, 34. Manet tutor Vlpian. in l. Si tutor Reipublicae causa D. de tutel. et ration. distrahendis. Mittre tutorem alicui Cic. de Finib. 5, 64. Orbanus tutoribus Idem post redit. in Senat. 4. Perseuerant tutores Paullus in l. Quaesitum est D. de tutel. Petere sibi tutorem Pomponius l. 2 D. de tutel. Non est exigendum a pupillo, ut tutorem sibi petat. Petere tutorem alicui Vlpian. in l. 1 D. de eo, qui pro tutore, etc. *Vid. titulum, Qui petant tutores, etc.* Postulare tutorem uidetur, et qui per alium postulat; item nominare, et qui per alium hoc idem facit Vlpian. l. 2 D. de fideiussoribus et nominatoribus tutorum. Remanet tutor Vlpian. in l. Si filiusfamilias D. de tutel. et ration. distrahendis. Vlpian. in l. Si hereditas D. de testamentaria tutela, Quid enim interest, suum seruum an alienum tutorem scripserit: quum pupilli fauore, et publicae utilitatis gratia assumpta libertas sit in persona eius, qui tutor Scriptus est? Scribere aliquem tutorem testamento Paullus in l. Nefennius D. de excusationibus. Esse tutorem alicui Scaeuola in l. Qui testamento D. de excusationibus, Quum nemo patruus impuberi tutor Esset.
- TUTOR**, i. censor, obiurgator. Ne sis mihi tutor Perf. 105

3, 96. Tutorisque supercilium, patruisque rigorem Manil. 5, 449. *Vid. Casaub. ad Pers. Sat. 1, 1. Sed in his proprietates respicitur. Sed Tutor finium Silvanus Hor. Epod. 2, 23.* Orbae eloquentiae quasi tutores relictī simus Cic. de Clar. Orat. 330 c. 69. Idem Phil. 6, 12 c. 5 *Cum recitasset titulum statuæ Antonii, QVINQVE ET TRIGINTA TRIBVS PATRONO, Populi Rom. igitur est patronus Antonius? — Sed quis vnquam tantis opibus, tantis rebus gestis fuit, qui se Populi Rom. — tutorem dicere auderet.*

T V T R I X, icis. f. Iustinian. Cod. 5, 35, 3 Filiorum tutricem eam existere fancimus.

T V T O R I V S, a, um. Adi. Iustin. 33, 4 Mittitur, qui tutorio nomine regnum pupilli administret.

T V T E L A, ae. f. [*ἐπιτροπή, ἐπιτροποιᾶ, ἀσφάλεια*] Tuendi actus, vel ius tuendi, interdum etiam ipse ille vel illud ipsum quod tuetur. Sic pro cura et conseruatione ponitur. Desperata tutela urbis Liu. 23, 17. Tutelae nostrae duximus Carthaginenses Idem 21, 41. Venio nunc ad tutelam Pecudum siluestrium, et apium educationem Colum. l. 9 praef. it. 6, 2, 15. Quantulum est, quod ad tutelam homini necessarium sit Sen. ad Helu. c. 9. Add. similia ib. Col. 7, 1, 2 Tutelae exiguae animal asinus. Cum tenuiorum tutelam locupletiores in se contulissent Suet. Caes. c. 68. i. *alimoniam.* Tutela haud minor pacis quam regni Liu. 1, 21. Tutela Reip. Tac. Ann. 1, 2, 1. Villa vrbis capax, non sumtuosa tutela Plin. Ep. 2, 17, 4. Aut incuruatae si qua est tutela podagrae Grat. Cynege. v. 478. i. *cura-stio, remedium.* Cic. pro Muraen. 22 c. 10 Omnes urbanae res — latent in tutela ac praefidio bellicae virtutis. Curt. 8, 11, 25 Quibus loci tutela permissa. Et 7, 11 extr. Qui in loci tutela relictī sunt. Ouid. Rem. Am. 78 Tu pariter vati pariter succurre medenti Vtraque tutelae subdita cura tuae. Cic. de Finib. 3, 66 30 c. 20 Iouem cum optimum maximum dicimus, cumque eundem salutarem, hospitalem, statorem, hoc intelligi volumus, salutem hominum in eius esse tutela. Add. de Prouinc. Conf. c. 14. ¶ 2 Tutela id quod tustur. Sic Varr. R. R. 1, 14, 1 Tutelarum genera quatuor, i. *septorum.* Hor. Epist. 1, 1, 103 Rerum tutela mearum cum sis. Et Od. 4, 14, 43 O tutela praefens Italiae, ad Augustum. Petron. c. 57 Ita tutelam huius loci habeam propitiam! i. *genium.* Vid. Fabretti Inscr. p. 69 et 79. et Burm. ad Petron. l. c. itemque ad Grat. 482 Supplicibusque vocanda sacris tutela deorum, i. *ipsi DI tutelares.* Inprimis huius loci est Tutela nauis. Petron. 105 40 Vt tutela nauis expiaretur. Sil. 14, 543 in naufragii descriptione, Tutelaeque deum fluitant. Val. Flacc. 1, 501 Coronatae fulgens tutela carinae. Sen. Epist. 76 Nauis bona dicitur, non cuius aureum aut argenteum est rostrum, nec cuius tutela ebore celata est. Tutela est imago Dei vel Deae, cui tuenda nauis commissa est. Hanc in puppi collocatam, diuersam a *πρωασήμω* s. insigni, in prora, quod nomen dat naui, multo cum apparatu ostenderunt Salmas. ad Solin. p. 403. Scheffer de milit. nau. 3, 1 p. 172 sq. Sed interdum tamen tutelam in prora fuisse, interdum ab insigni non diuersam, quin Graecos eodem nomine *πρωασήμα* et tutelam et insigne comprehendisse, erudite disputat Stan- 50 lei. ad Aeschylī Septem contra Thebas p. 214 sq. affirmatque Dioscurus in nauī Alexandrinae Act. Apost. 28, 11 tutelam simul et insigne fuisse. ¶ 3 Peculiari autem ratione tutela est potestas tutoris in pupillum, ius ac potestas aliquem tuendi. Paullus l. 1 D. de tutelis, Tutela, est vis ac potestas in capite libero constituta ad tuendum eum, qui per aetatem sua sponte se defendere nequit, iure ciuili data ac permisa. Tutores autem sunt, qui eam vim ac potestatem habent. Cic. Att. 1, 4 De tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nisi vsu capi posse. Idem Off. 1, 85 Vt enim tutela, sic procuratio Reip. ad eorum vtilitatem, qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa est, gerenda est. Actor tutelae Pomponius in l. Solet D. de tutelis. Iura tutelarum Cic. de Orat. 1, 173. Cessicia tutela, vid. CESSICVS, in CEDO, ēre. Legitima tutela Cic. Att. 1, 5. Legitimae tutelae dicuntur, quae, quum quis intestato mortuus est, eius liberis lege dantur. Dari autem agnatos, et consanguineos, item patronos, id est eos, qui ad legitimam hereditatem admitti possunt, scribit Vlpianus in consuetudine fuisse: et patronos ob eam causam, vt qui sperarent successionem, iidem ea bona studiosius tuerentur. Vlpian. in l. Si tutor Reipublicae causa D. de tutel. et ration. distrah. Quia semper legitima tutela testamentariae cedit. Vid. etiam titulum De testamentaria tutela. Abdicare se tutela, vid. ABDICO. Abiit ad propinquos tutela, vid. ABEO. Vlpian. l. 3 D. de suspect. tut. Non erit famosus, quia non est abire tutela iussus. Vlpian. in l. Si filiusfamilias D. de tutelis, Si filiusfamilias tutor a Praetore datus sit, si quidem pater tutelam Agnouit: in solidum debet teneri. Si non agnouit: duntaxat de peculio. Agnouisse autem videtur, siue gessit, siue gerenti filio consensit, siue omnino tutelam attigit. Vnde quum quidam filio scripsisset, vt diligenter tutelam gereret, Quum scias (inquiens) periculum, ad nos pertinere: dixi, hunc quoque videri agnouisse. Plane si solum monuit filium, non videtur agnita. Agere tutelae cum tutore Vlpian. in l. 1 D. de tutel. et ration. distrahendis. Et rursus ibidem l. Si tutor Reipublicae causa. Amittere tutelam legitimam Vlpianus in l. 2 D. de legitimis tutoribus. Idem in l. 1 D. de eo, qui pro tutore, etc. Si omnino non Attigerit tutelam, non tenebitur. Neque enim attingere debuit, qui tutor non erat. Cohaerere tutelīs ante susceptis Triphonius in l. penult. D. de excusationibus. Commendare filios suos alicuius tutelae Cic. de Orat. 1, 228 c. 53. Commendata tutelae nostrae Lucret. 5, 859. Committere se in tutelam alicuius Ter. Procl. Hec. 52. Committtere alicui tutelam Vlpian. l. Muto D. de tutelīs. Idem in l. Te- 90 stamento D. de testamentaria tutela. Vacationem tutelarum concedere alicui, h. e. Ne cogatur alicuius tutelam suscipere Callistratus in l. Non tantum D. de excusationibus. Ad tutelam patriae tanta multitudo feminarum concurrat, vt, etc. Iustin. 25. Confirmata tutela Vlpian. in l. Si hereditas D. de testamentaria tutela. Con- 95 venire aliquem tutelae. Subaud. Iudicio Vlpian. in l. Si tutor Reipublicae causa D. de tutel. et ration. distrahendis. Decernere tutelam alicui Idem in l. Legitimos D. de legitimis tutoribus. Deferre alicui tutelam: et Delata alicui tutela Paullus in l. Si is, qui D. de excusationibus. Delata alicui tutela ex testamento Tryphonius in l. penult. D. de excusationibus. Paullus in l. Post susceptam D. de excusationibus, Post susceptam tutelam caecus, aut mutus, aut furcus, aut furiosus, aut valetudinarius Deponere tutelam potest. Paupertas, quae operi et oneri tutelae impar est, solet tribuere vacationem. Descendunt tutelae ad aliquem, vid. Transit tutela. Descendit tu- 100

tela ad solum filium, post filium tunc ad nepotem Vlpian. l. 3 D. de legitimis tutoribus. Detinere aliquem in aliqua tutela Paullus in l. Si is, qui D. de excusationibus. Idem in l. penultima D. de tutoribus et curatoribus datis, etc. Diffusa et negotiosa tutela Paullus in l. Si is, qui tres tutelas administrabat D. de excusationibus. Diminuere aliquid de tutela legitima Cic. pro Flacc. 84. Modestinus l. 3 D. Qui petant tutores, Qui qualitercunque Dimissi sunt per excusationem a tutela, necesse non habent petere pupillis tutorem. Papinianus in l. vltima D. de excusationibus, Sed et hoc genus excusationis est, si quis se dicat ibi domicilium non habere, vbi ad tutelam Datus est. Durare in tutela, *Demeurer en tutelle*, Vlpianus l. tertia D. de tutelis. Excusari a tutelis Callistratus in l. Non tantum D. de excusationibus. Excusare se a tutela Paullus in l. Nefennius D. de excusationibus. Hermogenianus in l. Administrantes D. de excusationibus, Eorum qui Reipublicae causa absunt, comites de tutela, quae absentibus vel profecturis delata est, Excusantur; nam susceptam antea non deponunt. Modestinus in l. 15 D. de excusationibus, Claudius Marcus (quamuis filiusfamilias) si idoneus tutor esse videbitur, pater autem eius idcirco cauere non vult, vt filium suum tutela Eximat, et in hoc artificio perseuerabit; existimo te huic fraudi recte occurrurum, vt et filius, et ipse ad tutelam liberorum Clementis gerendam compellantur. Expediri non potest administratio tutelae sine hoc Vlpianus in l. Si tutor post pubertatem D. de tutel. et rationibus distrahendis. Factus suae tutelae pupillus dicitur, Qui non est amplius in potestate tutoris Vlpian. in l. Quoties §. Nequaquam D. de administ. et peric. tutor. Sen. Epist. 33. *Vid. mox* Venire in suam tutelam. Finitur tutela non solum pubertate, sed etiam morte tutoris vel pupilli Paullus in l. 4 D. de tutel. et ration. distrahendis. Fungi tutela Vlpian. l. 2 D. de tutoribus et curatoribus datis, etc. Gerere atque administrare tutelam Idem l. 1 D. de administ. et pericul. tut. Habere tres tutelas Paullus in l. Si is, qui tres tutelas administrabat D. de excusationibus. Imputare alicui tutelam Idem in l. Si is, qui D. de excusationibus. Iniungere alicui tutelam filiorum Idem in l. Nefennius D. de excusationibus. Iniungere alicui munus tutelae Tryphonius in l. penult. D. de excusationibus. Papinianus in l. Iure nostro D. de testamentaria tutela. Idem ibidem l. Qui tutelam testamento Mandatam excusationis iure suscipere noluit. Caius in l. Si plures D. de legitimis tutoribus, Si plures sint agnati, proximus tutelam nanciscitur: et si in eodem gradu plures sint, omnes tutelam Nanciscuntur. Obire munus tutelae Tryphonius in l. penultima D. de excusationibus. Obligatur et furti et tutelae Vlpian. in l. 1 D. de tutel. et ration. distrahendis. Martianus l. in eos D. de tutelis, In eos extra ordinem animaduertitur, qui probantur numis datis tutelam Occupasse. Onerari tutela Paullus in l. Quaero D. de testamentaria tutela. Pertinet ad Plautium tutela Iabolenus in l. penultim. D. de testamentaria tutela. Sic Vlpian. l. 3 D. de legitimis tutoribus. Pupillum fraudare, qui in tutelam Peruenit Cic. pro Rosc. Com. 16 c. 6. Diu, atque etiam post tutelam Receptam alieni arbitrii et sub paedagogio fuit Sueton. Claud. c. 2. Recusare onus tutelae Paullus in l. Nefennius D. de excusationibus. Redit tutela ad legitimum tutorem Vlpian. in l. Si quis sub conditione D. de testamentaria tutela. Papinianus l. 8 D. de tutel. et ration. distrahendis, Quamuis iure postliminii tutelam pristinam possit Redintegrare. Remanebit tutela apud fratres Vlpian. l. 1 D. de legitimis tutoribus. Remouere aliquem tutela Idem l. 4 D. de suspect. tut. Remotus a tutela Paullus in l. Quid. autem D. de excus. tut. Repelli et reici a tutela Vlpian. in l. Testamento D. de testamentaria tutela. Retineat tutelam, quoad restituatur hereditas Papinianus in l. Si impuberi D. de tutoribus et curatoribus datis, etc. Reuertitur eius tutela ad agnatum Paullus in l. Intestato D. de legitimis tutoribus. Subire onus alicuius tutelae Idem in l. Si is, qui D. de excusationibus. Sufficere non posse administrationi tutelae Pomponius in l. Solet. D. de tutelis. Sum: Vlpian. l. 3 D. de legitimis tutoribus, Si aliquis ex patronis decesserit: tutela penes caeteros patronos Est, quamuis ille filium reliquerit. Tutela non Erit apud patronum Papinianus in l. Si impuberi D. de tutoribus et curatoribus datis, etc. Suscipere tutelam Paullus in l. Amicissimos D. de excusationibus. Ibidem in l. Plane. Tacit. Ann. 1, 2. Suscepta tutela finitur eo casu Paullus in l. Amicissimos D. de excusationibus. Suscipere officium tutelae Callistratus in l. Non tantum D. de excusationibus. Suscipere onus tutelae Paullus in l. Amicissimos D. de excusationibus. Suscipere tutelam, *vid. MANDARE* tutelam, *supra*. Sustinere periculum alicuius tutelae Paullus in l. Si is, qui D. de excusationibus. Teneri iudicio tutelae Vlpian. l. 1 D. de tutel. et ration. distrahendis. Tradi in tutelam Cic. de Orat. 2, 193. Caius in l. Tutela D. de tutelis, Tutela plerumque virile officium est. et sciendum est, nullam tutelam hereditario iure ad alium Transire. Et licet ad liberos virilis sexus perfectae aetatis descendunt legitimae, caeterae tamen non descendunt. Valet tutela Pomponius in l. Si nemo D. de testamentaria tutela. Venire in suam tutelam Cic. Topic. 44 c. 10 Crassus in Curiana causa exemplis plurimis vsus est, agens de eo, qui testamento sic heredem instituisset, vt si filius natus esset in decem mensibus, isque mortuus prius quam in suam tutelam venisset, secundus heres hereditatem obtinisset. h. c. *Inquit*, Boethius, Ante obiret diem, quam testamentum iure facere posset, secundus heres succederet. Idem Cic. de Orat. 1, 18 Quum Q. Scaeuola ex scripto testamentorum iura defenderet, negaretque nisi postumus et natus, et ante quam in suam tutelam venisset, mortuus esset, heredem eum esse posse, qui esset secundum postumum et natum et mortuum heres institutus: ego autem defenderem hac eum mente fuisse, qui testamentum fecisset, vt si filius non esset, qui in tutelam veniret, M. Curius esset heres. Secundum postumum, *i. Post postumum*. In suam igitur tutelam venisse, est Sui iuris esse, non tutoris, et per aetatem testamentum facere posse. Sic rursus loquitur ipse Cic. in Brut. 194 et 196. *Conf. Nep. 18, 2, 2.* Versari in aliqua tutela, *pro* Tutelam aliquam administrare Vlpian. l. 3 D. de suspectis tutoribus, Si tutor inimicus pupillo parentibusue eius sit: et generaliter, si qua iusta causa Praetorem mouerit, cur non debeat in ea tutela versari: reicere eum debet. Vocari ad tutelam Papinianus in l. Qui tutelam D. de testamentaria tutela.

TUTELARIS, c. Adi. *Quod ad tutelam pertinet: ut*, Causa tutelarum Vlpian. in l. Videamus §. 1 D. de litem iurando. Dii tutelares, *In quorum tutela sunt vrbes* Macrob. Saturn. 3, 9. Diui tutelares Arnob. 3 p. 115. Praetor tutelarum Capitol. in Ant. Philos. 105 c. 10. Sub annis adhuc tutelaribus agunt Sidon. Epist. 4, 24. Paullus

sed framentis vel arundinibus, aliove simili genere teguntur: tuguria appellant. Tuguria sua promouebant Mela 1, 8. *Add.* Colum. 12, 15. et Varro de R. R. 3, 1, 3. Virg. Ecl. 1, 69 Pauperis et tuguri congestum caespite culmen. *Pro Tugurii.* *Add.* Fest. c. not. Dacer.

5 TVGVRIÖLVM, i. n. Dimin. [*καλύβιον*] Paruum tugurium Apul. Miles. 4 p. 147. Arnob. 6 p. 191.

TVGVRIVNCVLM, i. n. Aliud Dimin. Hieron. in vita Hilarii. et Alcim. in Vita Richarii.

TVITIO, *vid.* TVEOR.

T V L

TVLI, *vid.* FERO.

15 TVLLIA, Gens patricia, ex qua fuit Servius Tullius Rex Rom. quem M. Tullius Cicero gentilem suum ioco vocat Tusc. 1 c. 16. Nam plebeiam agnoscit gentem suam. V. g. Bruto c. 16. Inter Tullias nobiles illae Servii Tullii filiae, et Filia Ciceronis nostri, de qua saepe in Epistolis Fam. 2, 15. 6, 18. et Att. 10, 18.

TVLLIOLA, ae. f. Eadem Ciceronis filia. Att. 1, 3 etc.

20 TVLLIANVM, i. n. Sallust. in Catil. c. 55 Ipse dispositis praesidiis, Lentulum in carcerem deducit: Idem sit caeteris per Praetores. Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur: vbi paululum ascenderit ad laeuam, circiter duodecim pedes humi depressus, cum muniunt vndique parietes, atque insuper camera lapideis fornicibus iuncta: sed inculta tenebris, odore foeda, atque terribilis eius facies est.

25 In eum locum postquam dimissus est Lentulus, iudices rerum capitalium, quibus praeceptum erat, laqueo gulam fregere. Varro dictum ait Tullianum, quod fuerit a Tullo Romanorum rege additum carceri, de L. L. 4, 32. *vid.* Fest.

30 TVLLIANE. Adu. Augustin. de Grammat. p. 98 Aduerbia etiam ab appellatiuis transeunt; et sicut a pulcro, pulcre, sic a Tullio, Tulliane.

35 TVLLIOS, alii dixerunt Silanos, alii Riuos, alii Vehementes projectiones sanguinis arcuatim fluentis, quales sunt (*intell.* aquarum projectiones) Tiburi in Aniene. Ennius in Aiace, Ajax (*haec vox importune videtur repetita*) misso sanguine tepido Tullii effiantes euolant. *Haec* Festus.

TVLLVS, [*Τύλλος*] Hostilius, tertius Romanorum rex bellicosus. *Vid.* Liu. 1, 26 etc.

T V M

45 TVM, Copulatiua Particula frequenter sequitur dictionem Cum, [*τὸ μὲν, τὸ δὲ, τῆτο μὲν, τῆτο δὲ*] et vel enuntiationes coniungit, quarum prior Protasis, Apodosis altera vocatur, tum partes enuntiationis copulat. Plaut. Cist. 1, 1, 2 Cum antehac te amavi, et mihi amicam esse creui, mea Gymnasium, et matrem tuam, tum id mihi hodie aperuistis, tu atque haec.

50 Cic. de Nat. Deor. 1, 1 Cum multae res in philosophia nequaquam satis adhuc explicatae sunt, tum perdifficilis Brute (quod tu minime ignoras) et perobscura quaestio est de natura deorum. *Hic duplex est verbum, duae enuntiationes. Aliquando una tantum est, ut diximus:* Cic. Tusc. 4, 1 Cum multis in locis nostrorum hominum ingenia virtutesque Brute soleo mirari, tum maxime in his studiis, quae sero admodum expetita in hanc ciuitatem e Graecia translulerunt, *vid.* CVM.

55 Idem Att. 14, 13 Nosque cum multum literae, tum non minimum Idus quoque Martiae consolentur. Cic. Fam. 2, 2 Qui cum suis laudibus, tum vero te filio superasset omnium fortunam, si ei contigisset, ut te ante videret, quam a vita discederet. Idem Diuin. in Caec. 2 Factum est, uti cum summum in veteribus patronis multis, tum nonnullum etiam in me praesidium suis fortunis constitutum esse arbitrarentur. Cum spe summa, maxima, tum maiore etiam animo Cic. Qu. Fratr. 1, 2. *Pro cum protaseos est etiam tum:* Quintil. 7, 3, 4 Nam tum est certum de nomine, sed quaeritur, quae res ei subiicienda sit? tum res est manifesta, sed de nomine non constat. *Potest et tum pro Aduerbio temporis haberi, interdum, interdum, ut* Cic. de Amic. 13 c. 4 Qui non tum hoc tum illud, sed idem semper. *Sed etiam* Idem Verr. 2, 107 c. 43 Sthenio nemo inimicior — tum semper, tum in his ipsis rebus et temporibus fuit.

60 Idem de Nat. Deor. 2, 52 Quia tum occultantur, tum rursus aperiantur, tum abeunt, tum recedunt, tum antecedunt, tum autem subsequuntur, tum celerius mouentur, tum tardius. ¶ 2 *Aduerbiu temporis est* Tum, pro Tunc. [*τότε*] Ter. Phorm. 2, 1, 12 Quamobrem omnes, cum secundae res sunt maxime, tum maxime meditari secum oportet, quo pacto aduersam aerumnam ferant. Qui tum illam amabant Idem Andr. 1, 1, 53 et 60. *Add.* v. 82. 94. Nisi forte haec illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus Cic. Att. 7, 6. Tum interim Idem pro Cluent. 179. Tum cum maxime Frontin. 2, 9, 5. *vbi vid.* Keuch. Conf. Liu. 40, 32, 1. Curt 5, 7, 2. Cic. Acad. 4, 71 Quoque solebat uti argumento tum cum ei placebat nihil posse percipi. Virg. Aen. 12, 6 Tum demum mouet arma leo. Plaut. Trin. 3, 3, 52 Tum igitur demum adolescenti aurum dabis, vbi erit locata virgo in matrimonium. Conf. Cic. Cat. 3 c. 2. et Verr. 3 c. 1. Liu. 2, 20 et 29. Colum. 11, 3. Ouid. Fast. 4, 615. Cic. de Legib. 2, 9 Erat enim

65 ratio profecta a rerum natura, et ad recte faciendum impellens et a delictio auocans: quae non tum demum incipit lex esse, quum scripta est, sed tum quum orta est. *Add.* Idem ad Qu. Fratr. 1, 1. et Fam. 5, 12. Liu. 4, 55. Cic. Verr. 2, 1 Putabam tum denique recte iudicari posse, si, etc. ¶ 3 *Continuat orationem, ut deinde, praeterea, etc.* Ter. Eun. 2, 3, 11 Ut illum di, deaque senium perdant, qui me hodie remoratus est, meque adeo, qui restiterim: tum autem qui illum non floccifecerim. Tum autem, Praeterea, inquit Donatus. Ter. Andr. 1, 5, 34 Rogas? laborat e dolore, atque ex hoc misera sollicita est, diem quia olim in hunc sunt constitutae

70 nuptiae, tum autem hoc timet, ne deferas se. Cic. de Nat. Deor. 2, 101 Isque tum fufus et extenuatus sublime fertur: tum autem concretus in nubes cogitur. *Iterum* Ter. in Prol. Eun. 4 Si quisquam est, qui placere se studeat bonis Quamplurimis, et minime multos laedere: In his Poeta hic nomen profitetur suum. Tum si quis est, qui dictum in se, etc.

75 *Add.* Idem Heaut. Prol. v. 21. *it.* Virg. Aen. 3, 228. Tum praeterea Cic. Verr. 1, 63. Quid tum inde? Idem pro Muraen. 26. Quid tum postea? Ter. Eun. 2, 3, 78. Cic. de Orat. 1, 94 Ex his enim et dignitatem maxime expetendam videmus, tum vero iustus atque

80 hono-

85

90

95

honestus labor honoribus, praemiis atque splendore decoratur. *Conf.* Idem pro Cluent. c. 5. Liu. 6, 14. Virg. Aen. 1, 489 Tum vero ingentem gemitum dat pectore ab imo. Cic. de Orat. 1, 201 Deinde qui possit non tam caduceo, quam nomine oratoris ornatus incolumis vel inter hostium tela versari: tum qui scelus fraudemque nocentis possit dicendo subicere odio civium, supplicioque constringere. *Seruit Apodosi post coniunctionem Si.* Laetant. 3, 6 in Alysati exemplo, Si enim crediderit, tum sequitur, ut credendum non sit: si autem non crediderit, tunc sequitur, ut credendum sit. Sic Balsama si geminis instillans auribus addas, Tum poteris alacrem capitis reparare vigorem Sammonic. v. 15.

TVMBA, *vid.* TYMBVS.

TVMEO, ui, ěre. [*οἰδέω, ἰζοδέω*] *Inflari, maiorem esse, quam natura et sanitas fert.* Plaut. Perf. 2, 5, 11 Quid hoc quod in collo tibi tumet? Corpus tumet omne veneno Ouid. Met. 3, 33. Iecur bile Hor. Od. 1, 13, 4. Lingua tumet Ouid. Met. 7, 556. Lumina fletu tument Tibull. 1, 8, 68. Orbis genuum tumebat Ouid. Met. 8, 807. *Al. Rigebat.* Vere tument terrae Virg. Georg. 2, 324. *de gemmis plantarum turgentibus et florem ac folia enitentibus: De Terrae montibus collibusue:* Tumet ardua Calpe Auien. Descr. Orb. 20 v. 478. Rupis dorsum tumet Idem v. 506. ¶ 2 *De commotionibus animi vehementioribus, ira praesertim, et superbia, adhibetur.* Cic. Tusc. 3, 18 c. 9 Itaque non incite Heracleotes Dionysius ad ea disputat, quae apud Homerum Achilles queritur, hoc, ut opinor, modo, Corque meum penitus turgescit tristibus iris, Cum decore atque omni me orbatum laude recordor. Num manus affecta recte est, cum in tumore est? aut num aliquodpiam membrum tumidum ac turgidum non vitiose se habet? Sic igitur inflatus et tumens animus in vitio est. Sapientis autem animus semper vacat vitio, nunquam turgescit, nunquam tumet. At iratus animus eiusmodi est: nunquam igitur sapiens irascitur. Hor. A. P. 197 *de choro,* Amet pacare tumentes. Sic Bentl. pro vulgato peccare timentes. *Ostendit hic, quam saepe tumor et ira iungatur, ac tumorem etiam ad alios affectus referri.* De Superbia Plin. 7, 7 Tu qui te deum credis aliquo successu tumens, tanti perire potuisti. Sic Bella tument Ouid. Epist. 7, 121. Corda tument rabie Virg. Aen. 6, 49. Quoniam Galliae tument Tacit. Histor. 2, 32, 1. *i. seditione laborent.* Laudis amore tumes Hor. Epist. 1, 1, 36. *Alia Metaphora:* Tumere negotia Cic. Att. 14, 4. *dixit, quae in eo sunt, ut in tumultum, aut bellum erumpant: ut tumescunt arborum gemmae, cum parturunt frondes: tument animalia, cum in libidinem turgent: tument terrae, cum parere, aut gignere cupiunt, ut vere.* Turneb. Aduers. 13, 5. Vid. Cuper. Obs. 2, 4. Ora tument ira Ouid. de Arte Am. 3, 503.

TVMENS, entis. Partic. [*οἰδαίνω*] *Vt.* Stat. Silu. 2, 1, 58 Accensum quis bile feret? famulisque tumentem Leniet. Tumentibus plebis animis Plin. Paneg. 27. Tumentes populos non imperio magis quam ratione comescere Idem ibid. c. 80. *Conf. Heinsf. ad Ouid. Her. 7, 121.* Vana tumens Virg. Aen. 11, 854. *i. Superbiens in vanum, Plenus vana gloria.* Animi tumentes Lucan. 1, 354. Nero, longa Caesarum serie tumens Tacit. Histor. 1, 50 16, 4. Aura tumens Ouid. Trist. 5, 5, 29. Fluius tumens Virg. Aen. 8, 86. Pedes tumentes Idem ibid. 2, 273. Surae tumentes Hor. Epod. 8, 9. *conf.* Tacit. Histor. 3, 31, 3. Tertull. de Pall. c. 4.

TVMESCO, ěre. [*ἰζογνώσκω*] *Tumidum fieri, turgere.* Cic. de Diuin. 1, 13 c. 7 Atque etiam ventos praemonstrat saepe futuros Inflatum mare, quum subito penitusque tumescit. Rabie succensa tumescit Claud. Conf. Honor. 4, 234. *Conf. Barb. ad b. l.* Aquae tumescens aequoris Ouid. Amor. 3, 11, 30. Colla inflata tumescunt Idem Met. 6, 377. Maria alta tumescunt Virg. Georg. 2, 479. Incipiunt agitata tumescere Idem ibid. 1, 357 *sc. freta. conf. Quinctil. 8, 3, 47.* Pondera ventris tumescabant, Infans crescebat in utero Ouid. Epist. 11, 37. *Add. Idem Met. 1, 36. Tacit. Ann. 1, 70, 2.* Alte tumescunt feruiles animi Claud. in Eutrop. 1, 176. Bella operta tumescunt Virg. Georg. 1, 465. Mors Drusi iam pridem tumescens Bellum excitauit Vell. 2, 15, 2.

TVMEFACIO, fěci, factum, ěre. [*ἰζογνώσκω*] *Tumidum facere.* Martial. 4, 11 Dum nimum vano tumefactus nomine gaudes. Ouid. Met. 15, 303 Extentam tumefecit humum. Cor tumefactum Sen. Agam. 952. Vt nostris tumefacta superbiat Vmbria libris Propert. 4, 1, 63.

TVMOR, ōris. m. [*ὄγκος, ὄδνημα, ὄδνησις*] *Inflatio, maior moles, quam pro natura.* Deinde easdem metaphoras habet, quas in verbo TVMEO obseruauimus. Plin. 7, 6 Ingestabile onus: crurum et inguinum leuis tumor. Cic. Tusc. 3, 19 c. 9 Num manus affecta recte est, quum in tumore est? Repentinus oculorum tumor Idem Tusc. 4, 81 c. 37 *extr.* Corporis bonam valetudinem tumor imitatur Auc̄t. ad Herenn. 4, 16. Arteriae tumor Scribon. 73. Minuere aliquid ex tumore Cels. 5, 28. Narium Scribon. 52. Fieri tumorem non patitur Idem 208. 214. Occalluit tumor Cels. 4, 24. Cic. Tusc. 3, 26 c. 12 Non inerant in his quae tibi casus inuexerat, et quidem inueterato malo quum tumor animi resedisset. Tumores Syrii Mart. 4, 43. *videntur mariscae aut id genus morbi locis obscuris insidentis: origo forte ex sacra Scr. de Philistaeorum arcae felderis raptorum malis. Et alioquin non bene audiunt cum Syris Phoenices.* Dicti Val. Max. 1, 5, 8. *i. dictum superbum.* Vanus tumor Sil. 11, 150. Gerere tumores mente, Superbire Lucan. 10, 100. Tumor rerum, *Commotio et eruptio.* Cic. Att. 14, 5 Meam stultam verendum, qui legari noluerim ante res prolatas, ne deferere viderer hunc rerum tumorem: cui certe si possem mederi, deesse non deberem. Vid. TVMENT negotia. Erat in tumore animus Cic. Tusc. 3 c. 31. *de maxima tristitia.* Add. Tusc. 3 c. 12. et 4 c. 29. Intempestiuos igitur compece tumores Ouid. Trist. 5, 7, 49. *i. iras. Conf. Heinsf. ad Claudian. Epist. 1, 7.* Tumores Terrae, *i. tumuli:* Vid. Frontin. de Colon. p. 126. et Goef. Ind. Script. 95 Rei Agrar.

TVMIDVS, a, um. Adj. [*ὄγκωδης*] *Inflatum significat, eadem ratione transfertur, quam in TVMEO et TVMOR obseruauimus.* Plin. 19, 6 Siluestri minores, tumidae. Cic. Tusc. 3, 19 Num aliquod quippiam membrum tumidum ac turgidum non vitiose se habet? Aequor tumidum Virg. Aen. 3, 157. Annis tumidus Lucan. 1, 205. Homo durus, confidens, tumidus Hor. Serm. 1, 7, 7. Mare tumidum Virg. Aen. 8, 671. Montes tumidi Ouid. Amor. 2, 16, 51. Pontus tumidus fluctibus Idem Trist. 1, 2, 24. Terrae Tacit. Ann. 2, 23, 3. Torrens tumidus Ouid. Amor. 1, 7, 43. Venter

- tumidus pondere caelesti Ouid. Fast. 3, 42. Vuae tumidae Idem Met. 15, 77. Successu tumidus Idem ibid. 8, 495. Imagine falsi genitoris tumidus Idem ibid. 1, 754. de Phaëthonte respectu Phoebi, ex more et ratione nobilitatis Rom. quae imaginibus censetur. Cic. in Vat. 4 c. 2 Repente enim te, tanquam serpens e latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis Ceruicibus intulisti. Cor tumidum Hor. Serm. 2, 3, 213. Stat. Theb. 9, 79 Polynicen, manus sibi inferre conantem, socer Solatur tumidum, i. aestu desperationis agitatam. Fastus tumidi Ouid. de Arte Am. 1, 715. Ira tumida Idem Epist. 11, 15. Minae tumidae Hor. Carm. 4, 3, 8. Ore tumido delitigare Hor. de Arte Poët. 94. Sermones tumidi Idem Serm. 2, 5, 98. Spiritus tumidi, Animi superbi Senec. Agamem. 4. Vultus tumidi et truces Idem Octau. l. 4. Compar. Humus tumidior Colum. 4, 1. Oculi tumidiores Cels. 2, 6. Superl. Sil. 11, 25 Eridani tumidissimus accola, i. Superbissimus. Tumidissimum animal Sen. de Benef. 2, 16. de Alexandro M.
- TVMIDE.** Adu. Plaut. Afin. 3, 3, 115 Vt tumide is? Al. Vt tu incedis. Sen. Suafor. 1, 11 Tumide scribere. Idem Controu. 4, 25 Tumidissime dixit Murrhedius.
- TVMIDVLVS**, a, um. Dimin. Apul. Apol. p. 277 Complanafor tumidulae gingiuae puluisculus.
- TVMIDITAS**, atis. f. Firmic. 8, 29 Vicefima pars aquarii si in horoscopo fuerit inuenta, hydropicos faciet, qui ventris tumiditate correpti, hac ex causa moriantur.
- TVMENTIA**, ae. f. Cacl. Aurel. Acut. 1, 10, 74 Capitis tumentia. Add. 3, 8, 92.
- TVMIDO**, are. οἰδαίνω Gloss. Gr. Lat.
- TVMIDOSVS**, a, um. Ammian. 21, 10 Angustiae tumidosis collibus desinentes.
- TVMEX**, icis. f. A Tumendo, Vibex. Vet. Gloss. vid. TOMEX.
- TVMVLO**, vid. TVMVLVS.
- TVMVLTVS**, us. m. [ἄποβος] Motus vehemens et inordinatus, trepidatio: speciatim bellum in proximo et in ipsa patria. Seruius: Tria genera olim militiae fuerunt: Sacramentum, quae legitima erat militia, quum singuli milites iurabant: Tumultus, id est bellum Italicum vel Gallicum, in quibus ex periculi vicinitate erat timor multus. Et quando singulos interrogare non vacabat, qui conuenerant, simul iurabant: et dicebatur ista militia, Coniuratio. Qui enim ducturus erat exercitum, ibat ad Capitolium, et exinde proferens duo vexilla, vnum roseum, quod pedites euocabat; et vnum caeruleum, quod erat equitum (nam caeruleus color est maris, a cuius deo constat equum inuentum) dicebat, Qui Remp. vult saluam esse: me sequatur. Erat et Euocatio, quum ad diuersa loca diuersi cogebantur exercitus. Haecenus Seruius in hunc locum Virg. Aen. 8, 4 Extemplo turbati animi, simul omne tumultu Coniurat trepido Latium. cuius de sacramento et coniuratione dicta aliunde emendanda sunt. De tumultu Cic. Philipp. 8, 2 c. 1 Belli nomen ponendum in sententia quidam non putabant, tumultum appellare malebant, ignari non modo rerum, sed etiam verborum. Potest esse bellum sine tumultu. Tumultus esse sine bello non potest. Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur? vnde etiam nomen ductum est tumultus. Itaque maiores nostri, tumultum Italicum, quod erat domesticus: tumultum Gallicum, quod erat Italiae finitimus: praeterea nullum tumultum nominabant. Grauius autem esse tumultum quam bellum, hinc intelligi licet, quod bello Gallico vacationes valent, tumultu non valent. Haecenus Cicero. Repetit. Quinctil. 7, 3, 25. Liu. 8, 20. Et 7, 11 Dictator quum tumultus Gallici causa iustitium edixisset, omnes iuniores sacramento adexit. Insignia autem omnia tumultus Cicero vno in loco expressit Philipp. 5, 31 Rem administrandam arbitror sine vlla mora, et confestim gerendam censeo, tumultum decerni, iustitium indici, saga sumi dico oportere, delectum haberi sublatis vacationibus, in Vrbe et in Italia. Satis apparet, omnia in tumultu propropere administrari publice priuatimque solita, quum bellum vrgens, et quasi muris imminens sollemnes actus non admittit. Sed hic tumultus magis fuit quam bellum Flor. 3, 19, 2. Add. 3, 21, 3. Cic. pro Deiot. 20 Num qua trepidatio? num qui tumultus? Tumultus pro omni Trepidatione, et perturbatione Plaut. Milit. 4, 9, 16 Nunc in tumultum ibo, intus clamorem audio. O imitatores, seruum pecus! vt mihi saepe bilem, saepe iocum vestri mouere tumultus Hor. Epist. 1, 19, 19. i. anxiae curae, etc. Conf. Burm. ad Quinctil. De l. 1 p. 9. Tumulti, Gentilius antiquus pro Tumultis Plaut. Caf. 2, 5, 22 Quid intus tumulti fuit. Ter. Andr. 2, 2, 28 Nihil ornati, nihil tumulti. Idem Hec. 3, 2, 21 Quid fuit tumulti? Vid. Non. 8, 7 et 50. ¶ 2 Strepitus cachinnantium. Cum, defraetis compluribus subfelliis obesitate cuiusdam, risu exortus esset, ne sedato quidem tumultu temperare potuit, quin ex interuallo subinde facti reminisceretur, cachinnosque reuocaret Sueton. Claud. c. 40. Sic Inflatus tumultu condiscipulorum laudantium Quinctil. 2, 2, 12. Caeci tumultus, Coniurationes occultae Virg. Georg. 1, 465. Ingentes tumultus Lucret. 2, 955. Magnus tumultus Virg. Aen. 2, 122. Miseri tumultus mentis Hor. Carm. 2, 16, 10. Monstrifer tumultus Lucan. 2, 3. Plebeius tumultus Stat. Silu. 1, 2, 234. Repens tumultus. Tacit. Histor. 2, 49. Reptentini tumultus Ouid. Met. 5, 5. Tremendus tumultus Hor. Carm. 1, 16, 12. Comprimere tumultum Tac. Hist. 4, 16, 1. Concussa omnia trepido belli tumultu Lucret. 3, 846. Facere tumultum Sallust. in Iugurth. c. 53. Ferre tumultus alicuius Ouid. Met. 3, 308. Iniicere tumultum ciuitati, vid. INICIO. Miscetur domus misero tumultu Virg. Aen. 2, 486. Miscere tumultum in concionem, vid. MISCEO. Personare tumultu, vid. PERSONO. Praebere tumultum Liu. 25. Reddere tumultum sermonis Plin. 7, 12. Sedare tumultum Liu. ... Vastata impio tumultu fana Hor. Carm. 4, 4, 47. Cic. in Catil. 2, 26 Mihi vt vrbi sine vestro metu, ac sine vlllo tumultu, satis esset praesidii, etc. Denique ¶ 3 Tumultus, est quidquid sine ratione et ordine administratur: vid. Barth. ad Stat. Theb. 6, 589. et ad Claud. Mamert. p. 381 seq.
- TVMVLTVOSVS**, a, um. Adi. [ἄποβωδης] Plenum tumultu. Plaut. Trin. 5, 2, 52 Quis homo tam tumultuoso sonitu me exciuit subito foras? Cic. Fam. 2, 11 Ita tumultuosae conciones, ita molestae Quinquatriis afferebantur. Mare tumultuosum Hor. Carm. 3, 1, 26. Tumultuosum genus pugnae Liu. 1, 14. Tumultuosa somnia Plin. 26, 8. Cels. 2, 2. Cic. de Inuent. 1, 4 c. 3 Sic ex Seditiosa et tumultuosa vita se in studium aliquod traderent quietum.
- Nuntius tumultuosus** Liu. 2, 24. Tumultuosus, Qui turbas excitare

tare solet. Liu. 4, 28 In otio tumultuosi, in bello segnes? *Compar.* Vell. Patere. 2, 74, 1 Tumultuosior Italia, *inquietior* Cic. Fam. 12, 17 Ex Syria nobis tumultuosiora quaedam nuntiata sunt. *Superl.* Liu. 2, 10 Quod tumultuosissimum pugnae erat parumper sustinuit. *Add.* Sueton. Ner. c. 40.

TVMVLTVOSE. Adu. [*ἄτακτος*] Tumultuose et cunctis copiis Afran. *op.* Charif. p. 197. Liu. 2, 28 Adeo tumultuose excepta est clamoribus undique et indignatione Patrum. Senatus tumultuose vocatus, tumultuosius consultitur Liu. 2, 29. Caes. Bell. Gall. 7, 45 Iis imperat, ut paullo tumultuosius omnibus in locis peruagarentur. Liu. 1, 40 In vestibulo regiae quam potuere tumultuosissime specie rixae in se omnes apparitores regio conuertunt. Quam tumultuosissime adoriri aliquem Cic. Verr. 2 c. 14 *extr.* *Add.* Senec. de Benef. 2, 13.

TVMVLTVO, ÆRE. [*ἄτακτος*] In perturbatione esse. Plaut. Rud. 3, 2, 14 (24) Ut mihi istuc dicas, negotii quid sit quod tumultues. *Sed usitatus est,* Sub lucem hostibus nuntiatur, in castris Romanorum tumultuari Caes. B. G. 7, 61. Cum Gallis tumultuatam verius quam belligeratum Liu. 21, 16. *Add.* 25, 21. Ter. Hec. 3, 2, 1 Nescio quid iam dudum hic audio tumultuari, misera male metuo. *Depon.* Cic. de Lege Agrar. 2, 101 c. 37 Qui Tribunos plebis perhorrescam? qui saepe et sine causa tumultuer? Cum aqua securibusque tumultuari Petron. c. 78. Apes acrius tumultuantur et murmurant Pallad. Iun. t. 7. In otio tumultuaris, in tumultu solus es otiosus Auctor ad Herenn. 4, 22 c. 15. Quid tumultuaris soror? quid insanis? Cic. pro Caes. 36 c. 15. Per lamentationes et ululatus muliebris Dolor tumultuatur Senec. ad Helu. c. 3. Passim tumultuari Quinctil. 2, 12, 11. *de oratore imperito.*

TVMVLTVANS, antis. Partic. Curt. 5, 2, 7 Fremitus tumultuantium. *add.* 8, 13, 23.

TVMVLTVATVS, a, um. Partic. *Depon.* Petron. c. 79 Non diu tumultuatus stabuli ianuam effregit.

TVMVLTVĀTIM. Adu. Sidon. Epist. 4, 11 Non tumultuatim doctrinae suae opes erogaturus. *add.* Idem 1, 5. et 8, 6.

TVMVLTVĀTOR, òris, m. [*ἀνακτορ*] Gloss. Gr. Lat.

TVMVLTVATIO, ònis, f. [*διατάξις*] Liu. 38, 2 Haec tumultuatio regem cupientem, si se sequerentur, raptim euadere angustias, reuocare primos, et eadem qua venerat via, referre coepit signa. *Add.* Isidor. 9, 3.

TVMVLTVARIVS, a, um. Adi. [*ἄτακτος*] *Properatum et subitarium, aut rapide factum significat.* Cateruae Tac. Ann. 1, 56, 1. et 15, 33. Delectus tumultuarius Liu. 24, . . . Dux tumultuarius, *Qui per tumultum eligitur* Idem 28, . . . Exercitus Liu. 8, . . . Idem 35, 2 Mens ea Senatus fuit, ut in Hispania tu-

multuarii milites legerentur. *add.* Idem 1, 37. 5, 37. Genus tumultuarium Mortis Apul. Met. 1 p. 117. Miles tumultuarius et subitarius Idem Liu. 31, . . . Opus tumultuarium, *In promptu, et rapide factum* Quinctil. 7, 3, 34. Liu. 6, 29. Pons Frontin. Strat. 4, 7, 28. Pugna Liu. 21, 8. Sermo tumultuarius et fortuitus Quinctil. 10, 7.

TVMVLTVARIE. Adu. Ammian. 24, 8 His raptim ac tumultuarie actis. *Conf.* Spartian. in Carac. c. 6. Mart. Capella 5 p. 139.

TVMVLVS, i, m. [*ἄνοι, λόφοι, τύμβοι, τύμβος σόρδιλα* Gloss.] 55 *Terra tumens, est itaque non moue solum, sed etiam colle minor.* Virg. Aen. 2, 713 Est vrbe egressis tumulus. Caes. Bell. Gall. 1, 43. Planities erat magna, et in ea tumulus terreus satis grandis. Cic. Verr. 7, 93 E spelunca sublatus aut tumulo. Agger tumuli Virg. Aen. 5, 44. Albani tumuli atque luci Cic. pro Milon. 86. Arduus tumulus Ouid. Met. 15, 297. Cic. in Catil. 2, 24 c. 11 Iam vero vrbes coloniarum, ac municipiorum respondebunt Catilinae tumulis siluestribus. Struere tumulum Tacit. Ann. 2, 7. Nivalis tumulus, *vid.* NIX. Tumulus, *Sepulcrum: quod in sepulcris coaceruari terra consuevit.* Virg. Aen. 3, 322 65

O felix vna ante alias Priameia virgo,
Hostilem ad tumulum, Troiae sub moenibus altis
Iussa mori. Id. ibid. 3, 304

Manesque vocabat
Hectoreum ad tumulum. 70

Vid. Seru. ad Aen. 3, 22. Exfanguis tumuli Claud. de Rapt. Prose rp. 3, 342. Marmoreus tumulus Ouid. Met. 14, 442. Componi tumulo eodem Idem ibid. 4, 157. Contegere tumulo, *vid.* CONTEGO. Dare corpora tumulo Ouid. Met. 2, 326. Quinctil. 7, 75 3, 31 Iuuenes, qui conuiuere solebant, constituerunt, ut in litore coenarent. Vnius, qui defuerat, nomen tumulo, quem Exstruxerant, inscripserunt. Pater eius a transmarina peregrinatione cum ad litus idem appulisset, lecto nomine suspendit se — Ille potuit vel ex loco (*litore*) tumulum, vel ex opere tumultuario suspicari non esse monumentum. Ex litore poterat suspicari tumulum esse temere vel a fluctu congestum: ex inscriptione tumultuaria autem, hoc non esse veri nominis monumentum, quae studiosius et apparatius fieri solent. Facere tumulum Virg. Ecl. 5, 42. Parare tumulum Lucan. 8, 713. Struere tumulum Senec. Med. f. 12. Vili tumulo tectus Idem 85 ibid. f. 8. Honorarius tumulus, *pro* Cenotaphio Sueton. in Claud. c. 1.

TVMVLO, ÆRE. [*ἄτακτος*] *Sepelire, Condere in tumulum.* Quam tumulauit alumnus Ouid. Met. 15, 716. Mart. 11, 92 Aeolidon Canace iacet hoc tumulata sepulcro, etc. Catull. Argon. f. 65, 103 90

— Nec iniecta tumulabor mortua terra. Ouid. Met. 8, 710 — Ne coniugis vnquam Busta meae videam, neu sim tumulandus ab illa. Ossa tumultuarii cespitis mole tumulabant Sidon. Epist. 3, 3.

TVMVĀTVS, a, um. Ouid. ex Pont. 1, 6, 49 Inque Tomitana iaceat tumulatus arena. Nobilissime tumulatus, *i.* Honorifice sepultus Liu. Epit. 54.

TVMVLATIO, ònis, f. Varr.

TVMVLĀMEN, inis, n. In versu veteri apud Fabrett. p. 634

IPSE MEIS QVOD CONSTITVI TVMVLĀMINA MEMBRIS. 100

TVMVLŌSVS, a, um. Adi. [*λοφώδης*] *Plenum tumulis.* Salust. in Iugurth. 91 Deinde tertia multo ante lucis aduentum peruenit in locum tumulosum, a Capsa non amplius doſum millium interuallo. Colles Ammian. 21, 10 *Vales.* tumidosos. *Conf.* Id. 31, 7. 105

TVNC. [*τὸτε, τὸς, τῆς, τῆς, τῆς*] *Adverbium temporis. Eo tempore.*
 Plaut. . . Tunc ad eam accede, quum potes. Tunc sic laetus ait
 Claud. in Conf. Hon. 11. *al* Tum. Conf. Stat. Theb. 1, 497. Virg.
 Aen. 1, 597 Tunc decuit quum fœptra dabas. Cic. de Amicit. II
 5 Senectus enim quamvis non sit gravis, tamen aufert eam viriditatem,
 in qua etiam tunc erat Scipio. Cic. Philipp. 7, 14 c. 5 Sed erat
 tunc excusatio oppressis, misera illa quidem, sed tamen ista: nunc
 nulla est. Plaut. . . Ego tunc adero, quum tui videndi mihi copia
 erit. Conf. Nep. 17, 1, 3. Tunc tua me infortunia laedent Hor.
 10 de Arte Poët. 103. Plin. II, 24 *de araneis*, Et lacertorum catulos, ven-
 nantur, hos primum tela inuolventes, et tunc demum labra vtraque
 morfu apprehendentes amphitheatrali spectaculo. *add.* Lin. 41, 3. Iu-
 stin. 1, 4, 4 Sed de gente obscura tunc temporis Perfarum Cambysi me-
 diocri viro in matrimonium tradidit.
 15 TVNDO, tũtildi, tũsum et tũsum, ěre. [*κὼπτω, ἀπόσω*] *Percutere,*
pulsare: ut Tundere pectus Plaut. Caf. 2, 6, 62. Virg. Aen. 1, 485
 Suppliciter tristes, et tunsae pectora palmis. Denique proximus
 lictor Sextius, conuerso bacillo oculos misero tundere vehementissime
 coepit Cic. Verr. 5, 141 c. 54. Ictu crebro tundi Lucret. 4, 1279
 20 et 931. Cic. Verr. 5, 141 c. 54 Cum ille nihilominus iacenti latera
 tunderet, vt aliquando spondere se diceret. Litus tunditur vnda
 Catull. ad Furium II, 4. Pectora tundere manu Ouid. Amor. 3,
 9, 10. Pectora tundens palmis Idem de Arte Am. 1, 535. Ter-
 ram pede tundere Hor. de Arte Poët. 430. Tympana tundere
 25 Ouid. Fast. 4, 183. Aures alicuius tundere, *pro Obtundere, sæpius*
rem aliquam repetendo Plaut. Poen. 1, 3, 25. Cic. de Orat. 2, 162 c. 39
 Ego autem si quem nunc plane rudem institui ad dicendum velim, his
 potius tradam assiduis uno opere eandem incudem diem noctemque
 tundentibus. *Conueniet in grammatistas ac literatores, quibus sine fine*
 30 *eadem sunt inculcanda pueris, vt haereant aliquando.* Vocibus tundi
 Virg. Aen. 4, 448. Tundere, *Sæpius idem repetere, vt obtun-*
dere, translatio a fabrorum malleo, inquit Donatus Ter. Hec. 1, 48
 Tundendo, atque odio denique effecit senex. Tundere, *Comm-*
nuere in mortario Virg. Georg. 4, 267 Proderit et tunsam gallae ad-
 35 miscere saporem. Columel 2, 21 Ipsae aut spicae melius sustibus
 tunduntur, vannisque expurgantur. Tunduntur, teruntur, cri-
 brantur Scribon. 113. ¶ 2 *Penultimam Praeueriti a pleris-*
que correptam, a quibusdam autem etiam productam memorat Pri-
 scian. 10 p. 891 *pr. Corruptae exempla ponit* Horat. Carin. 3, Quod regum
 40 tumidas contuderit minas, etc. Sed productae Ennii illud, Viroque
 valentes Contudit crudelis hiems.
 TVNDENS, entis. Part. Tundens vultur rostro lecur Virg.
 Aen. 6, 597.
 TVNSVS, vel TVSVS, a, um. Part. Virg. Aen. 1, 481 Suppliciter
 45 tristes, et tunsae pectora palmis. Absinthium tunsam Apic. 1, 3.
add. 1, 5 et 35. Colum. 6, 7. Pallad. 1, 30. et Oct. 1, 14. Tun-
 sa, creta Scribon. 61. Hordeum tunsam minutatim Apul. Met.
 4 p. 152. Herba ostrigo tusa Idem de Herb. c. 28. Testa
 tusa Vitruu. 2, 5. et Plin. 36, 25.
 50 TVNES, ětis. m. [*δὲ Τύνης*] *Locus Africae, de quo* Liu. 30, 9 Scipio grauem
 iam spoliis multarum urbium exercitum trahens, captiuus aliaque praeda
 in vetera castra ad Uticam missis, iam in Carthaginem intentus, oc-
 cupat relictum fuga custodem Tuneta: abest ab Carthagine XII millia
 ferme passuum locus cum operibus, tum suapte natura tutus: et qui
 55 ab Carthagine conspici, et praebere ipse prospectum cum ad urbem,
 tum ad circumfusum mare vrbi posset. *Vid. ibi caetera.* Putatur
 hodie vna Tunis esse.
 TVNYCA, ae. f. [*χιτών, ἐπέδυμα*] *Vestis apud Romanos inte-*
rior, breuior et sine manicis. Virg. Aen. 9, 616 Et tunicae manicas, et
 60 habent redimicula mitrae. *Hoc autem dicit, vt barbarum et peregrin-*
um morem indicet, non antiquorum Italorum, qui, vt veteres Romani,
sine manicis tunicas gestarent. Plaut. Milit. 5, 30 Magis sapis de tu-
 nica, chlanyde, et microne qui speres. Cic. Verr. 4, 3 Tunicae
 65 camque eius a pectore abscidisset, etc. Gell. 7, 12 Tunicae vti vi-
 rum prolixis vltra brachia et vsque in prioris manus ac prope in di-
 gitos Romae atque omni in Latio indecorum fuit. Es tunicas
 Graeco vocabulo nostri chirodotas appellarunt — Viri Romani
 primo quidem sine tunicis toga sola amicti fuerunt; postea substri-
 ctas et breues tunicas circa humerum desinentes habebant, quod ge-
 70 nus Graeci dicunt ἐζυμίδας. — Q. quoque Ennius Cartha-
 ginensium tunicatam iuuentutem non videtur sine probro dixisse.
Diutius caeteris morem tunicarum sine manicis gestandarum tenere Ce-
 thegi, qui inde exserti dicuntur. v. v. Tunica pallio propior Pro-
 verbiale apud Plaut. Trin. 5, 2, 30. *vid.* PALLIVM. Ouid. Amor.
 75 3, 14, 21 Illic nec tunicam sibi sit posuisse pudori. Et *max* v. 27
 Indue cum tunicis metuentem crimina vultum. *Nempe quo delica-*
tiores essent homines, eo tenuiores, et frigoribus eo plures, sumebant tu-
nicas. *Tunicas etiam, cum iam mollissima esset Roma, corpus proxime*
contigisse, indicat obscenum epigramma Martial. 11, 100 De cathedra quo-
 80 ties surgis, etc. Ouid. Amor. 1, 5, 14 Pugnat tunica se tamen
 illa regi. *Hinc Tunica aliqua intima* Gell. 10, 15. *It.* Interior
 Valer. Max. 7, 4, 5 Si huius consilii mei interiorum tunicam consciam
 sensero, continuo eam cremari iubebo. *Haec est, quam sunt qui In-*
terulam vocent. Athenaeus χιτώνιον ἐχέσασον, appellat in decimo
 85 tertio, ubi d. Phryne scorto robili, ἐχέσασον γὰρ χιτώνιον ἀμπίχερο, hoc
 est, tunicae carni proxima amiciebatur. Adamantina tunica, *vid. h. v.*
 Sufficiunt tunicae summis aedilibus Albae Iuuenal. 3, 179. Cal-
 losa tunica, *vid.* CALLVM. Candidae tunicae lintae, *vid. in*
 LINTEVM. Coloriae tunicae colore tinctae alio praeter coccine-
 90 um, aut purpureum. Vopisc. Aurel. 46 Vt blatteas matronae tu-
 nicas haberent certas vestes, cum antea colorias habuissent. Flu-
 entes tunicae Ouid. de Arte Am. 3, 301. Laxa tunica Idem Epist.
 16, 247. Lucentes auro tunicae Stat. Theb. 9, 691. Sueton.
 in Aug. c. 97 Sumentem virilem togam tunica Laticlavi resuta ex vtraque
 95 parte ad pedes decedit. Cic. in Catil. 2, 22 c. 10 Quos pexo ca-
 pillis nitidos aut imberbes aut barbatos videris, Manicatis, et tafari-
 bus tunicis, velis amictos, non togis: quae manus ipsas tegant.
 Molesta tunica, *Genus supplicii: quod describit* Seneca Epist. 14 Co-
 gita hoc loco carcerem, et cruces, et eculos, et vncum, et adactum
 100 per medium hominem, qui per os emergat stipitem, et distracta in di-
 versum actis cruribus membra, illam tunicam alimentum ignium et illi-
 tam et intexam, et quidquid aliud praeter haec commenta faeuitia
 est. Iuuenal. Sat. 8, 235 Ausi quod liceat tunica punire molesta. *vid.*
 PIX, genus tormenti. Martial. 10, 25 Nam cum dicatur tunica
 105 praesente molesta, Vre manum; plus est dicere, non facio. *Est*
 Ge.

Ge. Nic. Kriegk. diff. de tunica molesta veterum Christianorum. Pertinet huc Tac. Ann. 15, 45, 7 ubi Christiani, incendii Neronis rei subiecti, ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis vruntur. Palmata tunica, vid. PALMA. Hor. Epist. 1, 1, 96 Pexa tunica, i. noua, villosa, quae tritae opponitur. Pulchrae tunicae Hor. Epist. 1, 19, 33. 5
Cic. Verr. 4, 55 Ipse tamen praetor, qui sua vigilantia pacem in Sicilia dicit fuisse, in hac officina maiorem partem diei cum tunica pulla sedere solebat et pallio. Dedecus Praetori Rom. non togatum esse, turpe pullatum, non candida tunica sub toga indutum. Recincta tunica Ouid. Amor. 1, 5, 2. Recta tunica, vid. RECTVS sub REGO. 10
Russae tunicae, Pomicides, sagula rubra Vopisc. in Aurelliano 13 Tunicae ducales russas quatuor. Scissa tunica Ouid. Epist. 11, 57. Plin. Epist. 4, 16, 2 Quidam ornatus adolescens, scissis tunicis, ut in frequentia solet, sola velatus toga perstitit. Tunicae tenuiores; Toga collecta, etc. Solutae tunicae Tibull. 1, 5, 15. Valentes tunicae, 15
Craesae, non molles Ouid. de Arte Am. 3, 109. Cingere tunicas Sen. Troad. f. 2. Demissis tunicis ambulare Hor. Serm. 1, 2, 25. i. discinctum. Cingi tunicas, et ita Sinum effici, ostendimus in SINVS n. 2. Diducere tunicam Quinctil. 1, 15. Diripere tunicam alicui Ouid. Amor. 1, 5, 13. Discindere tunicam, et cicatrices ostendere Cic. de Orat. 2, 105. Instaurare sibi densas tunicas aduersus hiemem, vid. INSTAVRO. Laniare tunicam Ouid. de Arte Am. 2, 171. Nere tunicam Virg. Aen. 10, 818. Cic. Tusc. 5, 60
Cum pila ludere vellet, tunicamque Poneret, adolescentulo, quem anabat, gladium tradidisse dicitur. Tunica velata, Recincta 25
Ouid. Am. 1, 5, 9. Relaxare vincla tunicarum Idem Fast. 2, 321. Tunicae purpuram latiore Plin. 33, 1 vocauit Latum clauum; dicens, Annuli distinxere alterum ordinem a plebe, ut semel coeperant esse celebres, sicut tunica ab annulis Senatuum tantum, quanquam et hoc sero, vulgoque purpura latiore tunicae usus inuenimus etiam 30
praecones. ¶ 2 Metaph. Tunicae oculorum, pro Membranis, quibus varie conteguntur. Plin. 11, 37 f. 54 Tenuibus, multisque membranis oculos natura composuit, callosis contra frigora caloresque in extremo tunicis. Oculi tunica Scribon. 21. . . Prima, aliaue Idem 24. Cels. 7, 24 Deinde non extracto testiculo, sicut 35
intestinis quoque prolapsis interdum fieri docui, colligendae venae: vinciendaque ubi tunicis inhaerebunt, et sub his nodis praecidendae sunt. Tunica arboris Plin. 12, 19 Probatur casta breui tunicarum fistula, et non fragill. Bulborum replicatae Stat. Silu. 4, 9, 30. Viceris Cels. 7, 6. Tunica lupini, pro Folliculo seu filiqua lupini 40
Iuuen. Sat. 14, 153. Tenuis tunicae Virg. Georg. 2, 75 de interiore libro arboris.

TUNICŪLA, ae. f. Dimin. [τιώνιον] Plin. 26, 12 Morbum regium in oculis praecipue mirari est, tenuitatem illam densitatemque tunicularum felle subeunte. Redactus sum ad hanc usque vnam 45
 tuniculam Plaut. Rud. 2, 6, 65. conf. Plin. 30, 10. Petron. c. 12. 13. 100.

TUNICO, are. [τιωίζω] Tunicam induere. Varr. ap. Non. 2, 873 Haec lanigeras detonderi docuit, tunicareque homulum.

TUNICĀTVS, a, um. Part. [τιωωφόρος] Tunicam indutus. Cic. 50
 pro Cael. 11 c. 5 Vt exercitatione ludoque campestri tunicati vterentur. Ouid. de Arte Am. 2, 301 Assiterit tunicata, etc. Cepe tunicatum Perf. 4, 30. Homo tunicatus Plaut. Poen. 5, 3, 2. Popellus tunicatus Hor. Epist. 1, 7, 65. Auct. Dial. de Oratorib. 7, 5. Tunicatus, Expeditus, et nullam aliam supra tunicam vestem habens. Iuuen. 55
 Sat. 3, 143 Tunicati fuscina Gracchi, ut expeditus esset ad pugnam in arena. Quies tunicata Sidon. Epist. 2, 14. Togatorum molestis opponitur.

T V O et T V R

TVOPTĒ, vid. TVVS.

TVOR, vid. TVEOR, ubi etiam nomen TVOR, ōris explicamus.

TVRA, ae. f. Herba. Marcell. Emp. c. 8. 65

TVRARIVS, f. THVRARIVS. [Τυρῳάριος] Vicus Romae. Asconius, Signum Vertumni in ultimo vico Turario est, sub basilica se flectentibus, vid. THVS.

TVRBA, ae. f. [τύρβη, ὄχλος, τάρβηχος] Confusio est, et ordinis vel absentia vel corruptio, itemque multitudo non ordinata, etc. Vlpian. Vi 70
 bonorum, et de turba l. praetor ait, Turbam appellatam esse Labeo contendit ex genere tumultus, idque verbum ex Graeco tractum, τύρβη. Si duo rixam commiserint, utique non accepimus in turba id factum, quia duo turba non proprie dicuntur. Si vero fuerint decem, aut quindecim homines, turba dicitur. Rectissime Labeo inter turbam et rixam multum interesse ait: nempe turbam multitudinis hominum esse turbationem et coetum. Cic. Fam. 6, 6 Exponerem etiam quemadmodum hic, et quanta in turba quantaque in confusione rerum omnium viueremus. Ter. Eun. 5, 5, 5 Quae illaec turba est? numnam ego perii? Idem Andr. 4, 5, 6 Dī vestram fidem 80

quid turbae est apud forum? Sic Heaut. 1, 2 (1) 16 Propter eam haec turba atque abitio euenit. Cic. Verr. 4, 148 Ecce autem noua turba atque rixa. Turbam et Turbas diuersam volunt habere significationem, ut sit Turba, Populi conuentus: Turbae, Turbationes. Nos contra, inquit Nonius 12, 26 Lectum inuenimus, 85
 et indiscrete positum, et pro turbis turbam. Accius, Athamante, Ah dubito, ah quid agis? caue, ne in turbam te implices. Ter. Eun. 4, 1, 2 Ne quam ille hodie infans turbam faciat, aut vim Thaidi, Vid. plura apud eundem. Sic Terentiana sunt: Si quidquam hodie turbae Coeperit. Eunuchum, quem tu dedisti nobis, quas 90
 turbas Dedit. Nunc turba nulla Est. Tum illae turbae Fient: iam tum Inceperat turba inter eos. Concire turbas, vid. CONCIEO. Euoluere se turba Ter. Eun. 4, 4, 56. Excitare turbas populares Quinctil. 2, 16. ¶ 2 Turba, Multitudo quatenus non ordinata, non consilio recta, etc. intelligitur. Liu. 2, 40 95

Vxor deinde ac liberi, amplexi, fletusque ab omni turba mulierum ortus, et comploratio sui patriaeque, fregere tandem virum. Turba argumentum pessimi Sen. de Vita B. c. 2. Sed quid Turba Remi? sequitur fortunam, ut semper, et odit Damnatos Iuuenal. 10, 72. Haec ego, diuino cupiam quae ad sidera flatu Ferre, nec in turbam, 100
 nec turbae carmina condam Manil. 2, 136. Stat. Theb. 4, 810 Incubere vadis passim discrimine nullo Turba simul, primique. Cic. de Senect. 85 c. 23 Cumque ex hac turba et colluue discedam. Acris turba praedonum Hor. Serm. 1, 2, 43. Comes turba Ouid. Met. 13, 353. Confusa Idem ibid. 12, 214. Densa Senec. Herc. 102

- Fur. 9. Frequens Idem ibid. 10. Imbellis feminarum Inermisque turba, *vid.* IMBELLIS. Impia Hor. Serm. 2, 3, 228. Inops Ouid. Met. 14, 114. Lewis Hor. Carm. 1, 10, 19. Luxuriosa Ouid. Epist. 1, 88. Maxima Virg. Aen. 6, 611. Plurima Idem ibid. 6, 667. Pullata Quinctil. 6, 4. Rustica Ouid. Met. 6, 348. Sodalis turba, *i.* Turba sodalium Idem Rem. Amor. 182. Temeraria Idem Met. 10, 574. Vaga Idem ibid. 13, 221. Congregare magnam turbam Cic. de Nat. Deor. 1, 39 c. 15. Philistus quoque meretur, qui turbae quamvis bonorum post hos auctorum
- 10 Eximatur Quinctil. 10, 1. Exire in turbam Nep. 14, 6, 3. Inferere se turbae Ouid. de Arte Am. 1, 605. Rarefcit turba, *Minuitur* Stat. Theb. 2, 612. Ruebat effusa turba ad ripas Virg. Aen. 6, 305. Ruit furens turba omnis in vnum Ouid. Met. 3, 716. Stipatus comitum turba Ouid. Met. 3, 186. Sum in turba Quinctil. 1, 2. *i.* unus e multis, homo vulgaris. Atomorum turba Cic. Tusc. 1 c. 11. Comitantum Ouid. Amor. 1, 7, 37. Capitum Virg. Aen. 8, 300. Malorum Sen. Med. 679. Negotiorum Plin. Epist. 9, 25. Prunorum turba, *pro Variis generibus* Plin. 15, 13. Ingens postea turba prunorum, vericolor, nigra, candicans.
- 20 Rerum Stat. Silu. 2, 2, 44. Rotarum turba Ouid. Met. 6, 219. Scelerum Lucan. 4, 251. Saeculorum Poëta Phallic. Carm. 57. Stultorum Cic. Tusc. 5, 46. Vocum Gell. 9, 15. Voluminum novorum turba Cic. de Clar. Orat. 121 c. 32. Vulnerum turba, *pro Multitudine* Plin. 11, 37.
- 25 TVRBVLA, ac. f. Dimin. Apul. Met. 11 p. 259 Dimotis turbulis. *add.* Id. ibid. p. 260. 3 p. 141. et 4 p. 151. TVRBELA, ac. f. Plaut. Bacch. 4, 9, 134 Tantas turbelas facio. Quantas soleam turbelas dare Idem Pseud. 1, 1, 108. Apul. de Deo Socr. 1 p. 48 Omnes turbelae tempestatesque procul exulant. Populari turbela discerptus Ammian. 14, 31.
- 30 TVRBIDVS, a, um. Adi. [*ῥολός, ῥολῆρος*] *Conturbatum, confusum, non clarum, eadem diuersitate, quam de nomine Turba, obseruauimus, ut ad corpora varii generis, et humanos animos pertineat.* Plaut. Trin. 2, 2, 18 Nihil ego istos moror fatuos mores et turbidos. Plin. 35 Epist. 8, 17 Num istic quoque immite et turbidum caelum? Homo turbidus, Commotus, vel Turbationis plenus, *ut ait* Seruius Virg. Aen. 9, 57. Idem 12, 10. Reduxit in hiberna turbidos et nihil ausos Tac. Ann. 1, 38 *extr.* Compositis rebus nulla spes: omne in turbido consilium Idem Histor. 1, 21, 1. *de Othone.* Animi turbidus Idem ibid. 4, 48. Ira turbidus Stat. Silu. 3, 1, 39. Achelous turbidus, *vid.* ACHELOVS. Acies oculorum turbidae, *vid.* ACIES. Actiones turbidissimae Quinctil. 1, 10. Aequora turbida Ponti Lucret. 5, 998. Annis turbidus imbri Id. 1, 287. Cic. Tusc. 5, 97 c. 34 Darius in fuga quum Aquam turbidam et cadaueribus inquinatam bibisset, negauit vnquam se bibisse iucundius. In puteis turbidior Aqua Plin. 2, 81. Si quid turbidiorum Cogitationum Quinctil. 9, 4. Dies turbidus, *Procellosus* Plin. 11, 10. Imago turbida, me terret in somnis terribilis Seruius *ad* Virg. Aen. 4, 353. Imber turbidus aqua Idem ibid. 50 5, 696. Iurgia turbida Lucan. *ad* Pison. Liquor turbidus, *Minime clarus* Plin. 13, 12. Loca turbida Virg. Aen. 6, 534. Mens quae omni turbido motu semper vacet Cic. Tusc. 1, 80 c. 33. Natura turbidior Plin. 2, 52. Nouitas turbida Claud. in Conf. Stilich. 1, 148. Nubila turbida Virg. Aen. 4, 245. Pectora turbidiora ipso mari Ouid. Trist. 1, 10, 34. Puluis turbidus atro caligine voluitur ad muros Virg. Aen. 11, 876. Cui turbidus armis Obuia Marcellus rapido tulit ora tumultu Sil. 12, 254. Cic. Philipp. 2, 39 Veruntamen homines, quamvis in turbidis Rebus sint, tamen si modo homines sunt, interdum animis relaxantur. Seditio turbida Ouid. Met. 9, 426. Cic. de Inuent. 1, 4 Quasi ex turbida tempestate in portum, sic, *etc.* Idem Fam. 6, 14 Fac animo magno fortique sis: et si turbidissima sapienter ferebas, tranquilliora laete feras. Virg. Aen. 11, 742 Haec effatus, equum in medios moriturus et ipse Concitat, et Venulo aduersum se turbidus infert. Turbidus, Elatus, arrogantia tumens *secundum* Seruium *ad* Virg. Aen. 10, 648 Tum vero Aeneam auersum vt cedere Turnus Credidit, atque animo spem turbidus hausit inanem. *conf.* Sil. 12, 254. Stat. Theb. 7, 668. *Superl.* Tacit. Hist. 3, 43, 3 Turbidissimus quisque. Cic. Fam. 6, 15 Turbidissima sapienter ferre. Turbidum, *aduerbialiter* Hor. Carm. 2, 19, 5 Mens trepidat metu, plenoque Bacchi pectore turbidum lactatur.
- TVRBIDVLS, a, um. Dimin. *Vt*, Turbiduli sensus et litigiosa argumenta Prudent. Apoth. v. 8.
- TVRBVDE, Adu. [*ῥολῆρος*] Cic. Tusc. 4, 24 c. 10 Intelligatur 75 igitur perturbationem iactantibus se opinionibus inconstanter et turbide in motu esse semper. Turbide et seditiose Tacit. Ann. 3, 12, 5. *add.* Gell. 5, 9. Tumultuosius atque turbidius Quinctil. 3, 8.
- TVRBVDO, are. Sidon. Epist. 6, 2 Anima serenitatem saecularium versutiarum flatibus turbidare. Solin. Salmaf. c. 49 Limum excitant, vt turbidetur. Mart. Capell. 2 p. 40 Aër ex calore supero madoreque infero turbidatus. *add.* Id. lib. 1.
- TVRBVLENS, entis. *Pro* Turbulentus; *ut*, Opulens *pro* Opulentus Callistr. ICT. D. 48 t. 19 l. 28 §. 3.
- 85 TVRBVLENTVS, a, um. Adi. [*ῥολῆρος, παραχῆρος, ὀχληρός, ὀχληρός*] Turbationum plenus; Commotus, iratus. Plaut. Epid. 1, 1, 68 Tu edepol re es turbulentus. Ea sunt et turbulenta et temeraria et periculosa Cic. pro Caecin. 34. Animus turbulentus Idem Tusc. 4, 9 c. 5 *pr.* Annus inde turbulentior L. Valerio, T. 90 Aemylio COSS. Liu. 2, 61 *pr.* Annus ipso freto turbulentior Solin. c. 8. Ciuis seditiosus et turbulentus Cic. de Orat. 2, 48 c. 11. Idem Att. 4, 3 Conciones turbulentae Metelli, temerariae Appii, furiosissimae Publii Quinctil. 5, 13. Cic. de Clar. Orat. c. 62. Concurso turbulenta Idem de Finib. 1, 20. Errores 95 turbulenti Idem de Nat. Deor. 2, 70. Libido, temeritas, et ignauia turbulenta Cic. de Finib. 1, 5. Mens turbulenta Id. de Fin. 1, 5. Negotium turbulentum Idem Att. 7, 11. Res placatae et minime turbulenta Cic. in Orat. 63 c. 19. Idem Verr. 5, 26 c. 10 Vt nullus vnquam dies tam magna, turbulentaque tempestate fuerit, quin aliquo tempore solem eius diei homines viderent. Cic. Fam. 2, 17 Tempora autem Reip. qualia futura sint, quis scit? mihi quidem turbulenta videntur fore. Tempus meum turbulentissimum, tuo tranquillissimo praestat Cic. in Pison. 33 c. 15. Tribunatus turbulentissimus Cic. de Clar. Orat. 193. *add.* Id. Fam. 9, 1, 5. Val. 105 Max. 6, 2, 3. Turba turbulenta Varro *apud* Gell. 13, 11.

TVRBULENTE, Adu. [*θολωδώς*] *Concitate*. Cic. pro Domo 68 c. 26 Omnia contra leges, moresque maiorum temere, turbulente, per vim, per furorem esse gesta. Non turbulente humana pati Cic. Tusc. 4 c. 28. Agere aliquid raptim et turbulente Idem pro Domo 139 c. 54 *extr.* Egit de Caepione turbulentius Cic. Partit. c. 30. Inimicum quidam suum commisisse in maiestatem turbulentius deferebat Ammian. 22, 9. Ipsam aulam turbulentissime rexit Sidon. Epist. 2, 13.

TVRBULENTIA, ae. f. Tertull. adu. Hermog. c. 41. et adu. Prax. c. 29.

TVRBULENTIO, āre. Hospes totam ciuitatem turbulentat Apul. Met. 2 p. 120. *Add.* Idem 9 p. 222.

TVRBULENTER, Aliud Adu. [*παρὰχωδώς*] Cic. Fam. 2, 15 (16) Extremum illud erit, nos nihil turbulenter, nihil temere faciemus.

TVRBO, āre. [*ὄχλησι, τυρβάζω, παραίττω*] *Confundere, commouere.* Plaut. Epid. 2, 3, 7 Sed me vna turbat res, ratioque. Ab imo turbare aliquid Lucret. 3, 38. Omnia infima summis paria fecit, turbauit, miscuit Cic. de Legib. 3, 19 c. 9. Notabilius turbare Tacit. Hist. 1, 55. Aristoteles multa turbat a magistro Platone dissentiens Cic. de Nat. Deor. 1, 33 c. 14. Plaut. Casin. 5, 2, 6 Ridicula — sunt, quae ego intus turbauit, i. per errorem egi et passus sum. Aciem turbare, *vid.* ACIES. Affectibus animos iudicum turbare Quinctil. 5, 14. Capillos turbare Martial. 2, 36. Conuiuia turbant euersae mensae Ouid. Met. 12, 222. Delectum ciuium turbare Cic. Verr. 2, 123. Foedera turbare Virg. Aen. 12, 633. Fortunae turbare timore Lucret. 1, 107. Iura turbantes Tribuni Lucan. 1, 177. Pacem turbare Liu. 35, 13. Quietem alicuius turbare Propert. 1, 3, 17. Vlpian. in l. 1 in fine D. de seru. corrupt. Vt Rationes dominicas intercideret, vel adulteraret, vel etiam vt rationem sibi commissam turbaret. *Vid.* CONTRVBARE. Res animos incognita turbat Virg. Aen. 1, 519. *Pass.* Cic. Att. 2, 14 Prorsus, vt scribis ita sentio: turbatur Sampsiseramus. Regibus defunctis turbabantur nationes Tac. Ann. 2, 42, 8. Arenaes turbantur Zephyro Virg. Georg. 2, 106. Metu turbari Ouid. Met. 15, 517. Turbare, *Absolute.* Tacit. Ann. 3, 47, 2 Si vna, alteraue ciuitas turbet. Repente turbare fortuna coepit Tac. Ann. 4, 1, 1. Ego sum ancilla Quartillae, cuius vos sacram ante cryptam turbastis Petron. c. 16. *Add.* *Parci Lex. Crit.* p. 1257. Imperf. Totis Vsque adeo turbatur agris Virg. Ecl. 1, 12. Ancipiti bello turbatur vtrinque Lucret. 6, 376. Pugna tam atrox fuit, vt Obsidius inuectus in regem, turbauerit, coegeritque, proiectis insignibus praelio excedere Flor. 1, 18, 7. Ter. Eun. 4, 3, 7 Nescio quid profecto absente nobis turbatum est domi. Turbatum, *Absolute.* Tacit. Ann. 1, 20 Postquam turbatum in castris accepere. Turbastis, *pro* Turbauerit *vsurpatum ab antiquis.* Cic. de Legib. 3, 11 c. 4 Ast quid turbastis in agendo, fraus actoris esto. *Vetus exemplar habet* Turbastitur.

TVRBANS, antis. Part. Leo per ouilia turbans Virg. Aen. 9, 33. Turbantes ciuitatis otium Liu. 3, 48. Turbantibus inuicem copiis Flor. 4, 2, 49. *Add.* Virg. Aen. 6, 857. Tac. Hist. 1, 50 7, 1. 1, 55, 4.

TVRBĀTVS, a, um. Part. [*τετυρβημένος*] Turbatus inopinato malo Caes. Bell. Ciuil. 2, 12. Mentis vulnere turbatus Virg. Aen. 12, 160. Pectora turbatus Virg. Aen. 8, 29. Excanduit Licas, hoc sermone turbatus Petron. c. 105. Turbatus nunciis de seditione militum Suet. Aug. c. 17. Itaque et infirmitate vxoris, et meorum periculo, quorundam etiam morte turbatus Plin. Ep. 8, 19. Acies turbatae, *vid.* ACIES. Animi Virg. Aen. 8, 4. Aqua Hor. Serm. 1, 1, 60. Castra Virg. Aen. 9, 13. Comae Ouid. Fast. 3, 16. Equi Virg. Aen. 9, 124. Fides Claud. tert. Conf. Hon. 63. Freta procellis Virg. Georg. 3, 259. Mens funere Idem Aen. 11, 3. Quies Stat. Silu. 3, 5, 86. Turbatae Palladis arma Virg. Aen. 8, 435. *vid.* Seru. ad h. l. Pede turbato fugere Ouid. Epist. 11, 102. Cic. pro Planc. 11 c. 4 Nostrum est autem, qui in hac potestate populi iactemur ac fluctibus, ferre modice populi voluntates, allicere alienas, retinere partas, placare turbatas: honores si magni non putemus, non seruire populo. Viri turbati Ouid. Epist. 3, 88. *Compar.* Suet. Tiber. c. 69 Turbatiore caelo. Sen. de Ira 2, 35 Facies turbatiore: Mare turbatiore Suet. Calig. c. 23.

TVRBATE, Adu. [*τετραρραγμένος*] Caes. Bell. Ciuil. 1, 5 His de causis aguntur omnia raptim atque turbate. *Add.* Tertull. de Resurr. Carn. c. 43.

TVRBATIO, ōnis. f. Gell. 19, 1 Coloris et vultus turbatio. Solin. c. 3 Incisa temporum turbatio. Flor. 4, 6, 2 Spes ex turbatione Reipublicae. *Sed frequentius legitur* Perturbatio. Conf. Fest. in Trepit. Non. 12, 26. Vlpian. Dig. 47 t. 8 l. 4 §. 3. Frontin. Strat. 1, 12, 10. Symmach. 10, 71.

TVRBĀTOR, ōris. m. [*ταρρακτης*] Qui turbat. Liu. 2, 16 Quum pacis ipse auctor a turbatoribus belli premeretur. i. ab his, qui turbando et miscendo omnia bellum concitare studebant. Pulchre hunc locum ab emendationibus tuetur I. A. Ernesti Miscell. Lips. nouis T. 2 p. 495 sq. Praecipuus turbator Tacit. Ann. 1, 30, 1. Germaniae turbator Id. Ann. 1, 55, 2. *Add.* Ibid. 3, 27, 3. Sen. Contr. 17. Iulian. Dig. 49 t. 16 l. 16.

TVRBĀTRIX, icis. f. Prudent. Psych. v. 669 Placidae turbatrix inuida pacis. Accumulat crebros turbatrix fama pauores Stat. Theb. 4, 369.

TVRBAMENTVM, i. n. [*τάραγμα*] *Perturbatio.* Tacit. Hist. 1, 23, 2 Quaeque alia turbamenta vulgi. Sallustius in Oratione Lepidi ad Populum Romanum, Fragm. c. 6 Maxima turbamenta Reipubl. atque exitia probate. *Add.* Ammian. 25, 7. et 26, 7.

TVRBOR, oris. m. *Turbatio.* Turborem magnum facere atque stomachum vexare Caes. Aurel. Tard. 1, 4. *add.* Id. ibid. et c. 5. *Barth.* Adu. 38, 3.

TVRBO, inis. m. (*et forte* TVRBEŅ, inis. n. de quo n. 4) [*δῖνος, σπρόμβος*] *Ventus cum fragore, obiecta quaeque deturbans, prosterrensque: ac deinde omnis agitatio, quae fit in circulum, vt cum vortice conueniat.* Plin. in Paneg. 65. *metaphor.* Erant sub oculis naufragia multorum, quos inuidiosa tranquillitate prouectos improuisus turbo perculerat. Conf. Plin. 2, 48. Ventorum turbo Lucret. 6, 152. et Tacit. Ann. 16, 13, 1. Ventus turbo Plaut. Curc. 5, 2, 41. Ater turbo Virg. Aen. 1, 516. Immanis turbo Idem ibid. 6, 594. Indomitus turbo Catul. Argon. 62, 107. Nimbofus turbo Ouid. Met. 11, 551. Nigro turbine Virg. Georg. 1, 320. Pulueres turbo Claud. de Bell. Get. 458. Versabundus turbo, id est versatilis et se

contorquens Lucret. 6, 437. *Violentus turbo* Idem 3, 824. *Ar-*
armatur Boreas turbine rauco Claud. de Rapt. Proserp. 1, 69. *Erump-*
punt vndique omnes venti, faeu existunt turbines Cic. de Orat. 3, 155
 c. 39. *Fertur celeri turbine* Virg. Aen. 12, 320. *Fumans piceo*
 5 *turbine nubes* Idem ibid. 3, 573. *Furit insanis turbinibus ventus*
 Sil. 8, 665. *Gubernare nauem in maximis turbinibus* Cic. in Pison.
 20. *Perflant venti turbine terras* Virg. Aen. 1, 87. *Ruit aequo-*
re turbo Idem Georg. 3, 470. *Rupto turbine configunt venti* Virg.
 Aen. 2, 416. ¶ 2 *Metaph.* Cic. pro Domo 137 c. 53 *Tu*
 10 *procella patriae, turbo ac tempestas pacis atque otii.* Antonius, fax
 et turbo sequentis saeculi Flor. 4, 3, 2. *Conf.* Idem 3, 21, 18.
Duo Reipublicae turbines Cic. pro Sext. 25 c. 11. *Turbo leti* Ca-
 tull. Argon. 62 f. 149. *Non modo Militiae turbine factus eques*
 Ouid. Am. 9, 15, 6. *Mentis turbine agi* Ouid. Amor. 2, 9, 28.
 15 ¶ 3 *Turbo, pro Vortice aquae, [divn, εὐρύβηλος]* Stat. Theb.
 4, 809

Incubuere vadis passim discrimine nullo
Turba simul, primique: nequit discernere mistos
Aequa sitis, frenata sris in curribus intrans
 20 *Armenta, et pleni dominis, armisque feruntur*
Quadrupedes: hos turbo rapax, hos lubrica fallunt
Saxa.

Videtur ita intelligi posse etiam Ouid. Epist. 7, 66 *Finge age te rabido*
 (nullum sit in omine pondus) *Turbine depreudi: quid tibi mentis*
 25 *erat? Sed melius, ut de Vento intelligatur. Sequitur enim, Quaeque*
cadent, in te fulmina missa putes. *Furialis turbo* Sil. 3, 191.
Turbo, pro Gyro, et spiris serpentum. Sil. 3, 191 *Ater letifero stride-*
bat turbine serpens. Nisi malis pro Impetu accipere. Virg. Aen.
 12, 531 *Praecipitem scopulo, atque ingentis turbine saxi, Excutit cur-*
 30 *ru, i. Saxo, quod rotatur, quum impellitur aut iacitur.* *Conf.* Id. 11, 284.
Drakenb. ad Sil. 4, 542. *Stat. Silu. 2, 1, 72 Non te barbaricae ver-*
sabat turbo catasta, non es in Catasta circumactus, ut inspicit ex omni
parte posses. id. CATASTA. *Sic Plin. 36, 13 f. 19 de columnis,*
Quarum in officina turbines ita librati penderunt, ut puero circum-
 35 *agente tornarentur.* *Perf. 5, 75 Verterit hunc dominus, momen-*
to turbinis exit Marcus Dama, i. Si sollempni ritu manumissionis dominus
seruum circumuerterit, ipso illo motu vertiginoso, qui adhuc Dama serui
nomine fuerat, exit cuius Romanus, cui licet praenomen habeat, quale est
 40 *Marcus.* ¶ 4 *Ipsa res, quae in turbinem s. vorticem agitur,*
ut verticillus in fuso Catull. Argon. f. 62, 314 *Tum prono pollice tor-*
quens Libratum tereti versabat turbine fustum. *Sic Albinou. ad*
Liu. 164 Hanc lucem celeri turbine Parca neat. *Hinc etiam*

Turbo, [βέμβηξ]. Instrumentum tusorium, pueros maxime delectans,
rhombus, trochus. Tibull. 1, 5, 3 *Namque agor ut per plana citus sola*
 45 *verbere turbo, Quem celer affueta versat ab arte puer.* *Charis-*
sius in hoc loco l. i non Turbo legit sed, TURBEN, quod probat Sca-
liger: non item Brouckhus. Virg. Aen. 7, 378 *Ceu quondam torto vo-*
litans sub verbere turbo, etc. *Vbi Seruius, Catullus hoc turben*
dixit, ut hoc carmen. Hic turbo, vnde turbinis facit: nam si turbonis
 50 *sit, erit a proprio nomine Genitiuus.* Cic. de Fato 42 c. 18 *Sed*
reuertitur ad Cylindrum, et ad turbinem suum, quae moueri incipe-
re nisi pulsa, non possunt. Id autem quum accidit, suapte natura,
quod superest, et cylindrum volui, et versari turbinem putat. de Chry-
sippo. *Nempe Turbo, [κῶνος] Meta est, siue Conus inuersus,*

corpus orbiculare, in imo acutum, in summo latius. *Turbo inuersus,*
 55 *idem quod meta, ap. Plin. 2, 10 f. 7. Plin. 27, 4 de aloë, In tur-*
binibus cadorum. *Ouid. Met. 1, 335. Caua buccina sumitur illi,*
Tortilis in latum quae turbine crescit ab imo. *It. superior pars*
 60 *molae, Meta. Vid. Scalig. ad Mañil. 3, 306 Laterumque meatus Tur-*
binis in morem recta vertigine currit. *Turbo, Vasculi genus,*
quo pruna et cottana inter Saturnalia xenibia missabantur: cuius effigies
turbinis in imo angustissima erat, in summo latissima, qualis est
figura pyrorum.

TURBO, ònis. m. [Τῆρβον] Gladiatoris proprium nomen. Hor.
 65 *Serm. 2, 3, 301 Corpore maiorem rides Turbonis in armis.*
TURBINEVS, a, um. Adi. [τρομβωειδής] Ut, Vortex turbineus
Ouid. Met. 8, 556. In modum turbinis se voluens. Vortex enim hic Con-
torta in se aqua.

TURBINATVS, a, um. [κωνοειδής] Turbinis s. metae aut con-
 70 *inuersi speciem habens.* Plin. 21, 31 *Folliculis magnis, latisque et tur-*
binatis. *Idem 11, 37 Cor homini infra laeuam papillam, turbinato*
muerone in priora eminens. *Idem 15, 15 Turbinatior pyris figura.*
Add. Idem 32, 7. Solin. c. 30. Fumus vel vis turbinata
 75 *pulueris Ammian. 14 extr. quae quo altius elata est, eo magis*
panditur.

TURBINATIO, ònis. f. [εὐρύβητος] Plin. 15, 21 Aliis turbi-
natio pyri, aliis ouata species.

TURBYSTVM, i. n. Medicamenti genus. Plin. 33, 5.
TURCAE, vel TURCI. m. Pl. [Τῆρκαί] Apud Pompon. 1
 80 *extr. Populi sunt Scythici, iuxta Thyssagetas, et Gelonos, ultra Sauro-*
matas. Ab his orti iudicantur, qui Turci bodie dicuntur: sed flu-
ctuat lectio. Turcae sunt Pintiano. Turcae tamen in eodem circiter con-
sortio ponuntur Plin. 6, 7.

TURDETANI. m. Pl. Lusitaniae populi Straboni 3. Hinc
 85 ¶ 2 *Comica lasciuia Turdetani, qui turdos venditant, Plaut. Capt. 1,*
 2, 60 *Opus Turdetanis opus est Ficedulensibus.*

TURDVLI. m. Pl. [Τῆρδῶλοι] Populi in Hispania Baetica praecipui,
 vt et Baetica Turdetania dicta sit Strabo 3. *Plin. 3, 1 Ab vna autem,*
 90 *inquit, Atlantico Oceano obuersa Hispania, Bastulorum, Turdulo-*
rumque est. Strabo 3. Turdetanos cum Ptolem. 2, 44 nominat. Var-
ro de R. R. 2, 10, 4 Non omnis apta natio ad pecuariam, quod neque
Basculus, neque Turdulus idonei; Galli appositissimi maxime
ad iumenta.

TURDVVS, i. m. [μύχλα] Auis siluestris, inter primas a saporis
 95 *bonitate collocata.* Hor. Epist. 1, 15, 41 *Nil melius turdo.* Plin. 10,
 53 *Turdi in caeuinibus arborum luto nidificantes, paene contextim*
in secessu generant. *Ibid. 29 Turdis color aestate circa collum*
varius, hieme concolor. Hor. Serm. 1, 5, 72 *Macer turdus.*
Obesus turdus Idem Epist. 1, 15, 40. *Ab transfenna hic turdus*

100 *lumbricum petit* Plaut. Bacch. 4, 6, 22. *de amatore loquitur. Vid.*
TRANSENNA. Martial. 2, 40 Subdola tenduntur crassis mo-
do retia turdis, etc. *Idem 13, 92 Inter aues tendunt, si quis me iu-*
dice certet: Inter quadrupedes gloria prima lepus. *Conf. Plin.*

105 *10, 25.* ¶ 2 *Turdus, Piscis. Columel. 8, 16, 8 Rursum*
optime saxofum mare nominis sui pisces nutrit, qui scilicet quod in
 petris

petris stabulentur, saxatiles dicti sunt, ut merulae, turdique, nec minus melanuri. *Add.* 8, 17, 8. *Plin.* 32, 11 Turdus inter saxatiles nobilis. *Vid.* Quinctil. 8, 2. *Varro de L. L.* 4, 12. *Colum.* 10, 53. *Apul. Apol. p.* 299.

TURDARIUM, i. n. *Varro de L. L.* 5, 1 Locus in quo turdi faginantur.

TURDELA, ae. f. *Paruus turdus.* *Isid.* 12, 7.

TURDILLVS, i. m. *Aliud Dimin.* *Sen. Epist.* 96. *Sed varia est lectio.*

TUREVS, *vid.* **THVS**.

TURGEO, si, ēre. [*οὐδαίνω, οὐδαίνωμαι*] Cognatum verbum alteri Tumere: nisi quod Turgere videtur proprie de his dici, quorum canaliculos et interstitia humor implens molem et rigorem auget. *Accedit deinde Metaphora.* *Virg. Ecl.* 7, 48 Iam lacto turgent in palmitum gemmae.

Imponunt et mannis turgentibus decoctam rutam, et pituitae eruptionibus cum cera *Plin.* 20, 15. Frumenta in viridi stipula lactentia turgent *Virg. Georg.* 1, 315. Oratio quae turget et inflata est *Auctor ad Heren.* 4, 16 c. 10. Turgere alicui, *Irasci*

in aliquem, et commoueri *Plaut. Casin.* 2, 5, 17. et *Moff.* 3, 2, 10. *Veteres in tertia Coni. dixerunt* Turgere. *Sic, Vet. Gloss.* Turgit.

TURGENS, entis. Partic. [*οὐδαίνων*] *Vt, Lumina turgentia gemitu* *Propert.* 1, 21, 3. *Mammae turgentibus* *Plin.* 20, 15. *Ora turgentia Sileni ab apibus puncti* *Ouid. Fast.* 3, 757.

TURGESCO, ēre. [*ἐζογκῆμαι*] *Perf. Sat.* 5, 19 Non equidem hoc studeo, bullatis ut mihi nugis *Pagina turgescat, dare pōn-*

dus idonea fumo. *Cic. Tusc.* 3, 19 c. 9 *Corque meum penitus turgescit* *tristibus iris.* *ex Poeta.* *Et mox, sapientis animus nunquam turgescit,* *nunquam tumet* *Varro de R. R.* 3, 9. *Semen turgescit in agris* *Ouid. Amor.* 3, 10, 11. *Ramus turgescit, in arbore* *Idem*

Trist. 3, 12, 15. *Virgulta turgescit* *Plin.* 8, 50.

TURGIDVS, a, um. Adi. [*ἐζογκος*] *Inflatus; tumens.* *Cic. Tusc.* 3, 19 c. 9 *Nun aliquod quippiam membrum tumidum ac turgidum non vitiose se habet?* *Martial.* 6, 39 *Turgidis labris.* *Fluuii turgidi* *Hor. Carm.* 4, 12, 4. *Frons turgida cornibus* *Idem Carm.*

3, 13, 4. *Mare turgidum* *Idem Carm.* 1, 3, 19. *Pudica Oratio non est turgida* *Petron. c.* 2. *Vela turgida* *Hor. Carm.*

2, 10, 24.

TURGIDVLVS, a, um. *Dimin.* *Catull. de Passere Lesbiae f.* 3, 17 *Flendo turgiduli rubent ocelli.*

TURGOR, ōris. m. *Mart. Capel.* 2 p. 35 *Distentum magno cum turgore respiciens.* *Add. Id.* 5 p. 187.

TURICREMVVS, *vid.* **THVS**.

TURIO, onis. m. *Teneritas summitatum arborum vel arborum dicitur.* *Columel.* 12, 48 *Concisus deinde pleno vase oliuis, immitte defrutum vsque ad os.* *Lauri turiones in hoc vsu mittito, ut oliuas de-*

primant: post dies viginti vtere. *Conf. Apic.* 8, 1. *Reines. Varr. Lect.* 3, 11. *Vid.* **CYMA**.

TURMA, ae. f. [*ἄλα, εἰς, εἶδος, εἶρη, ὄμιλος, ἐνωμοτία*] *Ordo militaris equitum.* *Triceni equites ex tribus tribubus, Tatiensium, Ramnensium, et*

Luccrum fiebant. *Varro L. L.* 4, 16. et *Vegetius* 2, 14 *Festus, Turmam equitum dictam esse ait Curvatus, quasi termam, quod terdeni equites,*

etc. eadem verba quae supra. *Itaque primi singularum decuriarum, Decuriones dicti.* *Cic. Att.* 5, 21 *Appius noster turmas aliquot equitum dederat huic Scaptio.* *Turma differt a Cohorte, vid.* **CO-**

HORS. *Cohors et turma.* *Cic. pro Marcell.* 7 c. 2 *Nihil sibi ex ista laude centurio, nihil praefectus, nihil cohors, nihil turma decerpit.* *Equitum turmae* *Virg. Aen.* 5, 560. *Equestris turma* *Claud. de Bell. Get.* 579. *Feroces turmae* *Virg. Georg.* 3, 179. *Mortales turmae* *Hor. Carm.* 3, 4, 47. *Ducere turmas* *Virg. Aen.*

5, 550. *Glomerare turmas* *Sil.* 3, 225. *Invadere turmas* *Virg. Aen.* 11, 620. *Porc. Latro in Catil. c.* 32 *Si L. Catilinam constat dies omnes — siue in foro, siue in turmis agere: declarat, puto, cum addit, nunc stipatum cateruis exoletorum suorum, nunc vero gladiatorii agminibus per ora vulgi palam obuolitare.*

TURMALIS, e. [*ἰλαρχης*] *Qui eiusdem turmae est:* *Cic. de Orat.* 2, 122 c. 65 *Ex translatione autem, ut quum Scipio ille maior Corinthiis statuam pollicentibus eo loco, ubi aliorum essent imperatorum turmales, dixit displicere.* *Vid. TRANSLATIO s. TRANSFERO.* *Liu.* 25, 18. *Bellona turmale fremens* *Stat. Theb.* 4, 10. *Diu cunctantem Crispinum perpulere turmales, ne impune insultare Campanum paterentur* *Stat. Silu.* 5, 2, 18. — *non sanguine cretus Tur-*

mali. *Buccina turmalis* *Claud. de Bell. Gild.* 447.

TURMARIVS, i. m. *Turmarii dicebantur, Qui turmas tyronum cogebant.* *Cod. Theod.* 1. 6 tit. 35 *Quibus omnibus condonamus, ne exactorum vel turmariorum, quos capitularios vocant, curam subeant.*

TURMATIM, Adu. [*λαδόν*] *Per turmas.* *Caes. Bell. Gall.* 8, 18. *Turmatim in eum locum deuenerunt* *Liu.* 5, 39. et 28, 13. *Lucret.* 2, 118 — *pugnasque* *Edere turmatim certantia, etc.*

TURNVS, i. m. [*Τῆρνος*] *Nomen ducis Rutulorum, qui ab Aenea occisus est, ut videre licet in* *Virg. Aen.* 12 extr. *Praestanti corpore Turnus* *Virg. Aen.* 7, 783. *Audax Turnus* *Idem Aen.* 9, 3. *Barbarus Turnus* *Tibul.* 2, 5, 48. *Pulcherrimus Turnus* *Virg. Aen.* 7, 55.

TURONES, m. Pl. [*Τῆρνος*] *Lugdunensis Galliae populi ad fluuium Ligurim auctore* *Plin.* 4, 18. *Caes. Bell. Gall.* 2, 35. *Instabiles Turonas circumfusa castra coercent* *Lucan.* 1, 437.

TURPICVLVS, *vid.* infra **TURPIS**.

TURPILIVS, i. m. *Vetus Poeta comicus, cuius pauci iam exstant versus apud Nonium, Priscianum et Victorinum, vid.* *Non.* 4, 422.

TURPIS, e. Adi. [*αἰσχρός, δυσσεδής, ἀρχήμος, ἀρχήμων*] *Deforme: contrarium Pulchro.* *Ad corpus et animum refertur.* *Ter. Phorm.* 1, 2, 57 *Lacrimae, vestitus turpis* *Idem Heaut.* 5, 4, 19 *Pudet dicere hac praesente verbum turpe.* *Ouid. Amor.* 1, 9, 4 *Turpe senex miles, turpe senilis amor.* *Non eadem omnibus honesta, atque turpia* *Nep. praef. n.* 3. *ubi vid. Interpp. in primis Laccen. p.* 4. *Turpe, leuior res est interdum; Foedum vim habet maiorem.* *Cic. Off.* 1, 123; c. 34 *Luxuria vero cum omni aetate turpis, tum senectuti foedissima est.* *Nonius.* *Turpis et miser.* *Cic. pro Quint.* 98 *Multis vexatus contuneliis, plurimis iactatus iniuriis, non turpis ad te, se miser confugit.* *Turpis et foedissimus* *Idem Off.* 1, 123 c. 34. *Turpissimus et sordidissimus* *Idem Att.* 9, 11. *Amor turpis* *Hor. Serm.* 1, 4, 111. *Simia quam similis turpissima Bestia nobis* *Vet. Poët. ap. Cic. de N. D.* 1 c. 35. *Campus turpis sine gramine* *Ouid. de Arte Am.* 3, 248. *Caput turpe sine crine* *Idem de Arte Am.* 3, 249. *Crimen turpe* *Hor. de Arte Poët.* 262. *Egestas turpis* *Virg. Aen.*

105

- 6, 276. Fabula turpis relatu Claud. in Eutrop. 2, 549. Habebat quidam filiam turpissimam, Idemque insigni et pulchra facie filium Phaedr. 3, 9, 2. Formido turpis Virg. Aen. 2, 400. Fuga turpis, *Inhonestas* Cic. de Finib. 2, 97 c. 30 Trecentosque eos, quos eduxerat Sparta, quum esset proposita aut fuga turpis, aut gloriosa mors, opposuit hostibus. Homo turpissimus et inhonestissimus Cic. pro Rosc. Amer. 50. Lacrimae turpes Stat. Theb. 8, 58. Macies turpis Hor. Carm. 3, 27, 53. Mors turpis Lucret. 6, 1238. Opprobrium turpe Hor. Serm. 1, 6, 84. Praeceptor turpis, *h. e.*
- 10 *Flagitiosus* Quintil. 1, 2. Praelia turpia Propert. 2, 5, 25. Pudor turpis Ouid. Met. 11, 180. Rana Hor. Epod. 5, 19. O rem turpem et miseram Cic. Att. 8, 8. Rebus in turpissimis habere Caes. Bell. Gall. 6, 21. Scabies turpis Virg. Georg. 3, 441. Senecta turpis Idem Georg. 3, 96. Vestes Ter. Phorm. 1, 2, 57.
- 15 Quid est nequius aut turpius effeminato Viro? Cic. Tusc. 3 c. 17. Vngui turpior vno Hor. Carm. 2, 8, 3. Vita turpis Tacit. in Vita Agric. 33. Vita turpis et infamis Cic. pro Font. 24 c. 11. Vitia turpia decipiunt caecum Hor. Serm. 1, 3, 39. Celare turpia Idem Serm. 1, 2, 85. Quintil. 1, 2 Turpe Ductet cedere pari, pulchrum superasse maiores. *de pueris.* Quid hoc turpius, quid foedius? Cic. Philip. 2, 86. Turpis, *Magnus, et ex mole sua aliquantum terribilis.* Virg. Georg. 3, 51 — optima toruae Fornia bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix. Idem Georg. 4, 395 — Et turpes pascit sub gurgite Phocas. Turpis, *Crudelis: frequens apud Sallustium esse, hic aliquis notauit: nescio quam certa fide.* Turpe aduerbialiter. Catull. 43, 8 Turpe incidere. Turpe gemens Stat. Theb. 3, 335. Conf. Claud. in Eutrop. 2, 446.
- 20 TVRPICVLVS, a, um. Dimin. [*ὑπεροχος*] Cic. de Orat. 2, 248 c. 61 Tantum interest, quod grauitas honestis in rebus seuerere, iocus in turpiculis et quasi deformibus ponitur. Idem Att. 4, 5 Quid? etiam subturpicula mihi videbatur *καλωφιδία*. Nasus turpiculus Catull. de Acme 42, 3. Add. Varro L. L. 6, 5.
- 30 TVRPITER. Adu. [*αἰσχρῆς*] *Inhoneste, indecore.* Ter. Eun. 2, 1, 24 Mirum ni ego me turpiter hodie hic dabo cum meo decrepito hoc eunucho. Cic. de Finib. 2, 25 Quia quod bene, id recte, frugaliter, honeste: ille porro male, praue, nequiter, turpiter coenabat. Breve sit, quod turpiter Audes Iuuenal. 8, 165. Matrimonia Contrahere turpius Suet. Calig. c. 25. Turpiter atrum Desinat in piscem mulier formosa superne Hor. A. P. v. 3. *add. ib. v. 284.* Ouid. Trist. 5, 6, 13 Turpius eiicitur, quam non admittitur hospes. Flagitiose et turpiter Cic. Att. 6, 5. Turpiter et nequiter. Cic. Tusc. 3, 36 c. 17 Quae te turpiter et nequiter facere nihil patiat. Extimesco, ne quid turpiter faciam Cic. Att. 9, 6 (7) Empedocles in deorum opinione turpissime Labitur Cic. de N. D. 1 c. 12. Perpeti turpiter Cic. pro Milon. 9. Cato in me turpiter fuit maleuolus Cic. Att. 7, 2. Ingenium turpiter hirtum Hor. Epist. 1, 3, 22. Cato morte honestissime Vfus est, Brutus turpissime Sen. Ep. 82. Turpiter iners Ouid. Rem. Amor. 780.
- 40 TVRPITUDO, inis. f. [*αἰσχος, ἀμορφία, δυσαιδέα*] *Deformitas, quae vel oculis iudicatur, vel quam in vitiis bona mens deprehendit.* Cic. de Finib. 2, 47 Sunt etiam turpitudines, plurimae, quae, nisi honestas natura plurimum valeat, cur non cadant in sapientem, non est facile defendere. Cic. de Orat. 2, 236 Locus autem et regio quasi ridiculi turpitudine et deformitate quadam continetur. Turpitude quae a libidine, aut petulantia, aut ab audacia nata est Cic. pro Font. 27 c. 12. Crimen turpitudinis Quintil. 2, 2. Generis turpitude Quintil. 3, 7. Paullus in l. Si mandauero tibi. §. Qui aedem, D. Mandat. Qui aedem sacram spoliandam, hominem vulnerandum occidendumue mandatu suscipit: nihil mandati insequi potest, propter turpitudinem mandati. Delere turpitudinem Cic. Verr. 2. Foedare turpitudine Idem de Arusp. Resp. 32. Habere turpitudinem Idem pro Domo 83. Infligere sibi turpitudinem, *vid. INFLIGO.* Liberare turpitudine aliquem, *vid. LIBERO in LIBER,*
- 50 Adi. Notari turpitudine Cic. pro Cluent. 119. Venire in turpitudinem Idem pro Quint. 53. Vitare verborum turpitudinem et rerum obscenitatem Idem de Orat. 2, 242 c. 59. Plural. Idem Verr. 3, 23 c. 9 *de Apronio*, Immensa aliqua vorago est aut gurgis vitiorum turpitudinumque omnium.
- 60 TVRPIDO, inis. f. Idem Tertull. de Cor. Mil. 14 Et turpido et dedecoratio. *An vitium librarium est?* TVRPIFICATVS, a, um. Adi. [*αἰσχροποιός*] *Turpis factus.* Cic. Off. 3, 105 c. 29 Quae si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis, quanta illa deprauatio et foeditas turpificati animi debet videri? *Sic sine varietate legitur: nec causa idonea est abiudicandi Tullio id verbum, ex Poeta forte repetitum.* TVRPO, are. *Turpes facere, foedare.* Cic. Tusc. 1, 85 Haec omnia vidi inflammari, Priamo vi vitam euitari, Iouis aram sanguine turpari Virg. Aen. 10, 832. Cum quosdam ornare voluit, non illos honestavit, sed ornamenta ipsa turpavit Cic. ap. Hieron. Ep. 26 ad Pammach. super obitu Paullinae c. 3. Aram turparunt sanguine Lucret. 1, 85. Pallor turpat ora Sil. 7, 631. Rugae turpant te Hor. Carm. 4, 13, 11. Add. Id. Sat. 1, 5, 61. Sidon. Ep. 5, 13.
- 70 TVRPANS, antis. Sanguine turpans comtos capillos Virg. Aen. 10, 832. Conf. Id. 12, 611. TVRPATVS, a, um. Stat. Theb. 4, 106 — Herculea turpatus gymnade vultus. Add. Paullin. Petroc. 4, 230. TVRPILOQVIVM, i. n. Gloss. Gr. Lat. [*αἰσχρολογία*] Tertull. de Pudicit. 17 Concupiscentia mala et turpiloquium.
- 80 TVRPILVCRIS, e. *αἰσχροκερδής* Gloss. Gr. Lat. TVRPILVCRICVPIDVS, a, um. *Ficticia vox apud Plaut. Trin. 1, 2, 64 Turpilucricupidum te vocant ciues tui.* TVRRANIVS, i. m. *Cognomen Romanum; ut, D. Turranius* Cic. Att. 1, 6.
- 90 TVRRANIANS, a, um. Adi. Columel. 5, 10 Pira Turraniana. TVRRICVLA, TVRRIFER, etc. *vid. infra TVRRIS.* TVRRIS, is. f. [*πύργος*] *Aedificium altitudine et reliquo robore munitum. Secundum quosdam a Terrendis hostibus dicta est; vel quod ad spectu torua sit, hoc est terribilis.* Quod sumtum forte e Varron. L. L. 4, 32 p. 34, 35 Turres a torueis, quod haec prospiciunt ante alios. *Sed propius duxeris a Graeco τῦρος, hoc autem ab Ebr. צור f. חור.* Caes. Bell. Gall. 5, 42 Tum ex omni parte lapidibus coniectis deturbati, turrisque successa est. *De altioribus quoque domibus ap. Poetas, vid. Brouckhus. ad Tibull. 1, 8, 19.* Aerata turris Claud. in Eutrop. 1, 85. Ahe-

- Ahenea turris Hor. Carm. 3, 16, 1. Cic. Tusc. 5, 59 Dionysius concionari ex turri Alta solebat. Ardua turris Ouid. Met. 11, 392. Caua Virg. Aen. 9, 46. Celsa Hor. Carm. 2, 10, 11. Contabulata, *vid.* CONTABVLO. Excelsa Sil. 13, 688. Valida Lucret. 5, 1439. Confringere turres Lucan. 6, 123. Munitus turribus et trophaeis locus Cic. de Prouinc. Conf. 4 c. 2. Quassae nutant turres Lucan. 6, 136. Percussae de caelo turres, *vid.* PERCVTIO. Stabilire quassas turres Sen. Thyest. 7 v. 567. *Fiunt etiam in oppugnationibus turres ambulatores, de quibus Vegetius 4, 17 Turres dicuntur machinamenta ad aedificiorum speciem ex trabibus, tabulatisque compacta. Et ne tantum opus hostili concremetur incendio, diligentissime ex crudis coriis, vel centonibus communitur. Quibus pro modo latitudinis additur altitudo. Nam interdum tricenos pedes per quadrum, interdum quadragenos, vel quinquagenos latae sunt. Proceritas autem ipsarum tanta sit, vt non solum muros, sed etiam turres lapideas altitudine superent. His plures rotae mechanica arte subduntur: quarum lapsu volubili magnitudo tam alta moueatur. Praesens autem periculum ciuitatis est, si ad murum fuerit turris admota. Plures enim accipit scalas, et diuerso genere conatur irrumpere, nam in inferioribus habet arietem, cuius impetu destruit muros. Circa mediam vero partem accipit pontem factum de duabus trabibus, septumque de vimine, quem cito prolatum, inter turrim murumque constituunt, et per eum egredientes de machina bellatores in ciuitatem transeunt, et occupant muros. In superioribus autem turris illius partibus contati et sagittarii collocantur, qui defensores urbis contis, missilibus faxisque ex alto prosternant. Quo facto ciuitas capitur sine mora. Cic. Fam. 15, 4 Aggere, vineis, turribus oppugnauit vsusque multis tormentis. Turres faxeae in monumentum victoriae positae Flor. 3, 2, 6.*
- TURRITVS**, a, um. *Adi.* *Altus et excelsus turris instar.* Papes turritae Virg. Aen. 8, 693. Scopuli turriti Virg. Aen. 3, 536. *Turritus aliquando dicitur Turribus plenus. unde et Turritae vrbes, et Mater deum nominatur Turrita: quia terra est, quae vrbes sustinet.* Virg. Aen. 6, 786
- Qualis Berecyntia mater
Inuchitur curru Phrygiae turrita per vrbes,
Laeta deum partu.
- Castella turrita Lucan. 6, 40. Dea turrita Cybele Propert. 4, 12, 52. Elephanti turriti, *Quibus superponuntur turres, vel qui turres, gerunt* Plin. 8, 7. Moenia turrita Ouid. Amor. 3, 8, 48. Muri turriti Idem ex Pont. 3, 4, 105.
- TURRICOLAS** Lamias tribuunt quidam viri docti Lucilio, cuius versus sunt apud Laetant. 1, 22, 13. *Et sunt sane Lamiae turres notae. Sed Terriculas, quae terrorem pueris incutiant, defendit consensus librorum apud Bunem.*
- TURRIFER**, era, um. *Adi.* [*πυργοφόρος*] *Vt, Corona turrifera Cybeles* Ouid. Fast. 4, 219. *Alii* Turrita.
- TURRIGER**, era, erum. *Adi.* [*πυργοφόρος*] *Gerens turres.* Plin. 11, 2 Sed turrigeros elephantorum miramur humeros. *Sic apud* Virg. Aen. 10, 253 *Turrigeras vrbes.* *Add.* Rutil. It. v. 117 *Dea turrigera Cybele* Ouid. Fast. 4, 224. *Carina turrigera* Lucan. 4, 226. *Frons turrigera* Cybeles Ouid. Fast. 6, 321. *Ops* Idem Trist. 2, 24. *Mater turrigera* Cybele Stat. Achil. 2, 147.
- TURRICVLA**, ae. f. Dimin. [*πυργίον*] *Parua turris.* *Supra medium tecti fastigium turricula* Vitruu. 10, 19. *Add.* Pallad. 1, 24. *Hieron. Ep. 27, 2 f. epitaph. Paullae.* *Turricula, Vasculi genus, a turris similitudine, quo iactari tali ludendo solent; eadem Pyrgus et Orca dicitur.* *De hac* Martial. 14, 16 *Quaerit compositos manus improba mittere talos: Si per me misit, nil nisi vota facit.* *Vid.* TALVS pro Ludo, in TALVS.
- TURRIGENA**, ae. m. *In Turri natus f. munito loco.* Rutil. 1, 596 *Inter turrigenas Lydia tota suos. Loquitur de Etruria et Etruscis antiquis.* *Al. Turrigenas. Vid. Interpretes.*
- TURRILIS**, e. *Adi.* *Turriles lusus* Val. Max. 8, 8, 2 *tribuit Bynckershoeck. in Praetermiss. ad l. 2. §. 41 D. de O. l. ubi ita edidit Torrenius, Vt enim in rebus seriis Scacuolam, ita in seurrilibus lusibus hominem agebat. Sed ingens est varietas. Vid. Torrenii editio. Turriles autem interpretatur Bynckershoeckius, ubi per pyrgum f. turriculam iactantur tali.*
- TURSIO**, onis. m. *Genus piscis.* Plin. 9, 9 *Delphinorum similitudinem habent, qui vocantur tursiones.* *Add.* Apic. 4, 2.
- TURTUR**, uris. m. [*τρυγών*] *Auis nota, a sono vocis nomen habens.* *Turturis Nominatiuo casu Ausonius, si vera lectio. Locum damus in OSICVLVM n. 2.* *Plaut. Most. 1, 1, 44 Tu tibi istos habeas turtures, pisces, aues.* *Martial. 3, 58 Gemit hinc palumbus, inde cereus turtur. Domitius interpretatur Pinguem.* *Cic. de Fin. 2, 209 c. 33 Turtures et cursu et peregrinatione laetantur.* *Al. dicitur, vid. Gronou. Niger turtur* Ouid. Epist. 15, 38. *Gemit turtur* Virg. Ecl. 1, 59. *Nec tamen interea raucae, tua cura palumbes, Nec genere aëria cessabit turtur ab vlmo.* *Add.* Ouid. Her. 15, 38. *et Amor. 2, 6, 12 et 16.* *Martial. 5, 114. Plin. 10, 24. Varro R. R. 3, 8. Colum. 8, 9. Pallad. 1, 25.*
- ¶ 2 *Turtur, [τρυγών, θαλαττία] Piscis, qui alias dicitur Pastinaca. Trygon autem a Graecis, in cuius cauda emergit radius praesentissimi veneni.*
- TURTVRILLA**, ae. f. Dimin. *Seneca in Epist. 96 vocat istos, quos publica quies, aliis laborantibus, molliter habet, turturillas. Nam turtures sunt aues molliusculae. Verum dubius locus est: vid. Interpp. itemque Taubm. ad Plaut. Bacch. 1, 1, 35 p. 540.*
- TURVANDA**, ae. f. *Genus panificii.* *Non. 17, 18 Turunda libum sacrum quoddam ex farre, genus panificii.* *Varr. de R. R. 3, 9 Amplas omnes ex his, euulsis ex alis pinnis, et e cauda, farciunt turundis ordeaceis, partim admistis ex farina loliacea aut semine lini ex aqua dulci.* *De gallinis.* *Cato 89 (90) Gallinas teneras, quae primum pariunt, concludat, polline vel farina ordeacea conspersa turundas faciat, eas in aquam intinguat, et in os indat.* *Varro de Liberis educandis ap. Non. l. c. Alii afferunt libum ac turundam.* *Turunda apud Catonem 157, 14 significat Linamentum illud ex filis, quod in vlcus immitti a medico solet, Et si fistula erit, turundam introtrudito: si turundam non recipiet, diluito, succum exprimito.* *Conf. ROTVNDIA sub ROTVNDVS n. 2.*

TVSCIA, quae et **HETRVRIA** dicitur. [Τυρρηνία] Italiae regio celebris: a sacrificiis, ut quidam arbitratur, dicta; Graeci enim θυεω sacrificare dicunt. Vel a Thure, quo maxime in sacrificiis utimur. Vel a Tusculo Herculis filio, quod veteres grammatici probant. Unde et sine H ab eis scribitur. Tyrrhenia, etiam dicta fuit, vid. TYRRHENI. Liu. 2, 51 et passim. Plin. 2, 54. etc.

TVSCI. m. Pl. [Τυρρηνιοί] Qui Tusciam habitant. Cic. de Nat. Deor. 2, 11 An vos Tulci ac barbari, auspicio Pop. Rom. ius tenetis, et interpretes esse comitorum potestis? vid. **ETRVSCI**: Est enim hoc nomen eiusdem populi.

TVSCVS, a, um. [Τυρρηνός] Ut, Aequora Tusca Hor. Carm. 4, 4, 54. Annis Tuscus, Tiberis Ouid. de Arte Am. 3, 386. Flumen Tuscum Ouid. Met. 14, 615. Mare Tuscum Hor. Epist. 2, 1, 202. Tiberis Tuscus Virg. Georg. 1, 499. Vicus Tus-

cus ubi habitauerunt Tusci, qui recedente ab obsidione Porfenna remanserunt, Festus. Hor. 2, 3, 228 Tusci turba impia vici. Tusca disciplina Cic. Fam. 6, 6 est ars diuinandi, quam a Tuscis Romani accepere. Sic Tuscis libellis digna res Iuuenal. 13, 62 prodigii instar, quod ex Etruscorum libris procurari debet.

TVSCE. Adu. Varro opud Gell. 2, 25 Quam dicamus ab Osco, Tusco, Graeco; Osce, Tusce, Graece.

TVSCANVS, a, um. Adi. Vitruu. 4, 6 Tuscanus columna.

TVSCANICVS, a, um. Idem 4, 7 Opera Tuscanica.

TVSCVLVM, i. n. [Τάσκυλον] Italiae oppidum, Telegoni Ulyssis et Circes filii opus, patria Catonis Censorii, Ciceronis villa nobilissima. Sil. 7, 693 Maenia Laertae quondam regnata nepoti. Hor. Epod. 2, 29 Nec ut superni villa candens Tusculi Circaea tangat maenia.

TVSCVLANVS, a, um. Adi. [Τάσκυλωνός] Cic. de Lege Agr. 3, 9 Ego Tusculanis pro aqua Crebra vectigal pendam, quia a municipio fundum accepi, si a Sulla mihi datus esset, Rulli lege non penderem. Tusculanum suum praedium (quod nomen plerumque omittitur) saepe memorat Cicero e. g. Att. 1, 6 Nos Tusculano ita delectamur, ut nobismet ipsis tum denique, cum illo venimus, placeamus. Cogito

Tusculanum, vid. **COGITO**. Cic. de Diuin. 2, 2 Cumque fundamentum esset philosophiae positum in finibus bonorum et malorum, perurgatus est is locus a nobis quinque libris, ut quid a quoque, et quid contra quemque philosophum diceretur, intelligi posset: totidem subsecuti libri Tusculanarum disputationum, res ad bene viuendum maxime necessariae aperuerunt.

TVSCVLANENSIS, e. Aliud Adi. Cic. Fam. 9, 6 Equidem hos tuos Tusculanenses dies instar esse vitae puto, etc.

TVSCVLVS, a, um. Aliud similiter Adi. [Τυρρηνός] Vt, Umbra Tuscula Stat. Silu. 4, 4, 16. Tellus Tuscula Tibul. 1, 7, 57.

TVSCVS, vid. **TVSCIA**.

TVSILLAE, arum. f. Plur. i. tonsillae. Isidor. 11, 1.

TVSSIS, is. f. [Σηζ] Affectio arteriam asperam cum pulmonibus concutiens et strepitum quandam efficiens, interdum subitanea et transiens, ab irritatione fortuita, interdum ab acredine humoris, permanens etc. interdum affectata, ut Ter. Heaut. 2, 3, 132 Gemitus, scretus, tussis, risus abstine. Arida Scribon. 88. 94 sq. i. sicca. cum fluore 87 i. humida. Vetus 77. 89. Exasperare tussim Plin. 25, 6. Martial. 1, 20.

Si memini, fuerant tibi quatuor, Aella dentes:

Exspuit vna duos tussis, et vna duos.

Iam secuta potes totis tussire diebus;

Nil istic quod agat tertia tussis habet.

Veterem tussim acetum inhibet Plin. 23, 1. Mortuus tussi Lucret. 4, 1161. Malam tussim expulsi pectore Catul. 45, 7. Anhe-

la tussis quatit aegros suos Virg. Georg. 3, 497. Arida Cels. 4, 4.

Sen. Epist. 78 p. 311 Vis continuae tussis, egerens viscerum partes.

Tussim exasperant palmae Plin. 25, 4. Tusses concoquere Plin. 24, 8.

Tussis sicca quae nihil emolitur Cels. 4, 6.

TVSSEDO, inis. f. Idem. [βήγμα] Apuleius Met. 9 p. 222 (185 Pric.) Assiduo pulsu tuffedini hiulci pectora.

TVSSICVLA, ae. f. Dimin. [βηγματίον] Plin. Epist. 5, 19 Veteris infirmitatis tussicula admonitus, rursus sanguinem reddidit. Conf. Cels. 4, 5. et 3, 22. Cael. Aurel. Tard. 2, 8.

TVSSICVS, Qui multum tussit. Firmic. 5, 16 Luna alios tussicos, alios splenicos efficit.

TVSSICVLARIS, e. Adi. Ad tussim spectans. Cael. Aurel. Tard. 2, 13, 177 Medicamenta tussicularia. i. Quae ad tussim amouendum idonea sunt. Herba tussicularis Id. ib. 2, 7, III. tussilago.

TVSSICVLVS, a, um. Adi. Tussi laborans. Cael. Aurel. Acut. 2, 13, 90 Tussiculosa atque frigida senilis est aetas.

TVSSICVS, a, um. Idem. Marc. Empir. 20.

TVSSIO, iui, itum, ire. [βήττω] Tussim pati. Cupiditas tussienti est, et nihil in tussi excreatur Cels. 2, 7. Plaut. Afin. 4, 1, 50 Forte si tussire occoepit, ne sic tussiat, ut cuiquam linguam in tussiendo proferat. Plin. 20, 2 Semen eorum cum cumino tritum potumque in vino tussientibus auxiliatur. Martial. 1, 11 Petit Gemellus nuptias Maronillae Et cupit et instat, et precatur, et donat. Adeone pulchra est? Immo foedius nil est. Quid ergo in illa petitur et placet? Tussit, phthisi mox moritura adeo, et heredem factura maritum. Acutius etiam est alterum 2, 26

Quod querulum spirat, quod acerbum Naeuia tussit,

Inque suos mittit sputa subinde sinus:

Iam te rem factam Bithynice, credis habere?

Erras: blanditur Naeuia, non moritur.

Blanditur, procum inuitat, marito spem mortis et hereditatis falsam ostendit. Male tussire Hor. Serm. 2, 5, 107. Add. Plin. 27, 5. Petron. c. 117.

TVSSIENS, entis. Tussientibus et in rheumatismo nominata profunt Plin. 23, 1. In febris tussientes Id. ibid.

TVSSILAGO, inis. f. [βήχιον] Herba tussicularis f. ad tussim faciens. Plin. 26, 6 f. 16 Tussim sedat bechion, quae et tussilago dicitur. Duo eius genera: siluestris vbi nascitur, subesse aquas credunt, et hoc habent signum aequileges. Folia sunt maiuscula quam hederiae, quinque aut septem subalbida a terra, superne pallida, etc. Add. Id. ib. c. 12. Apul. de Herb. c. 101. Vid. **BECHION**.

TVSVS, vid. **TVNDO**.

T V T

TVTAMEN, vid. **TVEOR**.

TVTANVS, i. m. [Τετανος] Deus, qui gentes tueri putabatur. Varr.

105 opud Non. 1, 242. cuius versus Scalig. Coptect. in Varron. p. 65 ita concinnat.

Noctu Annibalis cum fugavi exercitum,
Tutanus hoc, Tutanus Romae nuncupor.
Hoc propter omnes qui laborant inuocant.

TUTE, *i.* *Tu ipse*, *vid.* **TV**. Cic. Verr. 2, 137 Hoc autem tute fatebere. Idem de Fin. 2, 87 Etenim quemadmodum tute dicebas, negat Epicurus diuturnitatem quidem temporis ad beate viuendum aliquid afferre, nec minorem voluptatem percipi in breuitate temporis, quam si illa sit sempiterna. Idem de Orat. 1, 99 Nam ne quidem semper a genere hoc toto sermonis refugisse, et tibi cupienti atque instanti sapientissime negasse, tute paullo ante dixisti: quod ego non superbia, neque, etc. Idem Tusc. 2, 47 Quod si tibi persuasum est (principio enim dixisti plus in dedecore mali tibi videri, quam in dolore) reliquum est, vt tute tibi imperes.

TUTEMET, pro *Tu ipse*. Lucret. 1, 103 Tutemet a nobis iam quouis tempore vatum, Terriloquis victus dictis, etc. *Meminit* Priscian. 12.

TUTE LA, **TUTOR**, **TUTVS**, *vid.* **TVEOR**.

TUTIA, *vid.* **POMPHOLYX**.

TUTILINA, *ae. f.* [*Τυτιλίνα*] Dea a tuendo dicta Non. 1, 243 qui laudat Varron. Non. Tutilinam, quam ego ipse inuoco, quod meae Aures abs te obsidentur.

TUTVLVS, *i. m.* Tutulum, *inquit* Festus, vocari aiunt Flaminicarum capitis ornamentum, quod fiat vitta purpurea innexa crinibus, et exstructum in altitudinem. Ennius, Libaque, fictores, argeos, et tutulatos Itaque Varr. de L. L. 6, 3 p. 73, 27 exponens hunc eundem Ennii versum, ait, Tutulati dicti ii, qui in sacris in capitibus habere solent vt metam. Id Tutulus appellatur ab eo, quod matres familias crines conuolutos ad verticem capitis, quos habent vt velatos, dicunt tutulos. Siue ab eo, quod tuendi causa capilli fiebant. Siue ab eo, quod altissimum in vrbe est, quod est arx, ea res tutissima, tutulus vocatur. *Haecenus* Varro. Fulgent. lib. de Prisc. sermone n. 14 Varro, inquit, in Pontificalibus ait Tutulos sacerdotes dici breuium deorum. Numa vero Pompilius et ipse de Pontificalibus scribens, Tutulum dici ait Pallium, quo sacerdotes caput tectabant, cum ad sacrificium accessissent, sicut et Virg. ait Aen. 3, 545 Et capita ante aras Phrygio velamur amictu. *Haec* Fulgent. *Add.* Tertull. de Pall. c. 5. Scalig. ad Varr. Taubmann. ad Plaut. p. 17. *Drakenb.* ad Sil. 2, 77.

TUTVLATVS, *a, um.* Adi. Tutulum gerens Varro de L. L. 6, 3. *Vid. modo in* **TUTVLVS**.

TUTVNVS, *i. m.* *Deus, al. Priapus, custos hortorum etc. vid.* Arnob. 4 p. 131 et 133 c. not. Stew. p. 100. Augustin. de C. D. 4, II. et 6, 9. Mutinus Tutunus, *ap. Fest. Al.* Titunus.

TUTVS, *vid.* **TVEOR**.

T V V

TVVS, *a, um.* [*τὸς, τῆος*] Pronomen possessiuum a *Tu*. Sed *Tui etiam Genit. ex Tu*. Plaut. Pers. 4, 3, 37 *Tua merx est, tua indicatio est.* Cic. Fam. 15, 20 Nunc haec primo cupio cognoscere, iter tuum cuiusmodi sit. *Tuum est mihi ignoscere* Ter. Andr. 4, 1, 54. *Tuo arbitrato* Plaut. Aul. 4, 4, 20. *Tetigine tui quidquam?* Ter. Adel. 2, 1, 24. *Conf.* Plaut. Trin. 2, 2, 46. Non est tuum, fortuna quod fecit tuum Sen. Ep. 8. *De tuo, vid.* **DE**.

Cic. Fam. 16, 9 Ego A. Varroni, quem cum amantissimum mei cognoui, tum etiam valde tui studiosum, diligentissime commendavi. Cic. Fam. 10, 6 Me autem impulit tui caritas, qua tui mihi carus est.

Ouid. Epist. 5, 105 *Ardet amore tui, sic et Menelaon amauit.* Cic. Fam. 13, 17 Qui et in bello tecum fuisset, et propter memoriam Crassi de tuis vnus esset. *Daphnimque tuum tollemus ad astra* Virg. Ecl. 5, 57 *ubi vid.* **Seru.** Cic. Att. 4, 14 (15) Nunquam enim tu sine iustissima causa tam longe a tot tuis et hominibus, et rebus carissimis et suauissimis abesse voluisses. Id. de Orat. 1, 45 Vigebat auditor Panaetii illius tui Mnesemarchus. *Tuus est Chremes* Ter. Andr. 5, 6, 12. *q. d. in tua potestate, facit quod vis.* Sed ne tempore non tuo disertam Pulses ebria ianuam memento Martial. 10, 19. *Posteaquam nostris testibus nos quam horis tuis vti malle vidisti* Cic. Verr. 1 c. 19. Id. Phil. 10, 6 An vero hoc pro nihilo putas (in quo equidem pro amicitia tuam Vicem dolere soleo) efferri haec foras, et ad Populi Rom. aures peruenire. *Tua virtus* Cic. Fam. 15, 5. Idem Fam. 15, 13 Sed moleste fero, me Consulem studium tuum adolescentis perspexisse: te meum, quum id aetatis sim, perspicere non posse. Idem Att. 13, 1 Nicias te (vt debet) amat vehementerque tua sui memoria delectatur. *Tuo tibi iudicio est vtendum* Idem Tusc. 2, 63. *Animum virtute quieta Compositus semperque tuus* Stat. Silu. 2, 2, 71. *i. praesentis animi constantisue.* Sed tuus, et nulli ruis expugnabilis astro Id. Theb. 4, 836.

TUOPT. Plaut. Mil. 3, 1, 11 *Tuopte consilio occludunt linguam.* Idem Capt. 2, 3, 11 *Tute tibi ea tuopte ingenio prodes plurimum.* *Tuapte* Diomed. p. 321.

TUOMET. *Tuomet testimonio conuictus* Apul. Apol. p. 319

T Y

TYANA, *ae. f.* [*Τύανα*] *Vrbs Cappadociae: Apollonii Tyanei patria.* Inde Tyanensis praectura, in qua est oppidum Tyana. *Auctor* Strabo 12. et Plin. 6, 3.

TYANEIVS, *a, um.* Adi. [*Τυανήιος*] Ouid. Met. 8, 719 *Ostendit adhuc Tyaneius illic Incola de gemino vicinos corpore truncos.*

TYBER, etc. *vid.* **TIBER**.

TYBVR, etc. *vid.* **TIBVR**.

TYCHA, *f.* **TYCHE**, *es.* [*Τύχη*] *Vrbs Siciliae, quam tertiam partem Syracusarum constituit* Cic. Verr. 4, 119 *Tertia est vrbs, quae, quod in ea parte Fortunae fanum antiquum fuit, Tyche nominata est, in qua et gymnasium amplissimum est, et complures aedes sacrae; coliturque ea pars, et habitatur frequentissime.*

TYCHIVS, *i. m.* [*Τύχιος*] *Cerdo siue faber celeberrimus apud Homerum Iliados 7. qui scutum Aiace fecit: cuius etiam mentionem facit* Ouid. Fast. 3, 823 *Nec quisquam inuita faciet bene vincula plantae* *Pallade: sit Tychio doctior ille licet.*

TYDEVS, *disyllabum, Tydei, vel Tydeos. m.* [*Τηδευς*] *Althaeae et Oenei filius, quem in bello Thebano Menalippus extinxit.* *Auctor* Servius *in illud* Virg. Aen. 6, 479 *Hic illi occurrit Tydeus, hic inclitus armis* *Parthenopeus.* *Extrema Tydei et vt mutuis Menalippi vulneribus perierit, ante vero huius cerebrum vorauerit, graphice describit* Statius Theb. 8 *extr. et 9 pr.* *Cruentus Tydeus* Stat. Theb. 8, 479. *Fulmineus Tydeus* Idem Theb. 4, 94. *Ma*

gnanimus Tydeus Stat. Theb. 6, 824. Maximus Tydeus Idem Theb. 6, 380.

TYDIDES, ac. m. Patronym. [*Τυδίδης*] Diomedes, Tydei filius, bellator strenuus, qui praeter alia bene et fortiter gesta, Venerem in dextra, et Martem sub utero percussit, ut late scribit Homerus Iliad. 5. Hor. Carm. 1, 15, 28 Tydides melior patre. Sic ibid. 6, 16 Tydden superis parem? Virg. Aen. 1, 101 O Danaum fortissime gentis Tydide. Cruentus Idem Aen. 1, 475. Impius Id. Aen. 1, 164. Par superis Tydides Hor. supra.

TYLOS. [*Τύλος*] Insularum duarum nomen est in sinu Persico, margaritis abundantium, et gossampinis (gossypinis) arboribus, quae cucurbitas ferunt mali cotonei amplitudine, quae maturitate ruptae, ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretioso linteo conficiuntur. Vid. Plin. 6, 28. it. 12, 10 et 11. Solin. c. 65. ¶ 2

Item Vermis multiples Plin. 29, 6.

TYMBRA, vid. THYMBRA.

TYMBVS, i. m. [*τύμβος*] Latine Sepulcrum sive Monumentum dicitur. Cic. de Legib. 2, 64 c. 26 Si quis bustum (nam id puto appellari tymbon) aut monumentum, inquit, aut columnam violarit, deiecerit, fregerit. Ab hoc nomine Tumba deducitur.

TYMOETES, ac. m. [*Τυμοίτης*] Priami filius. Seruius Euphorionis verba referens: Priamus, inquit, ex Arisba filium vatem suscepit. Qui quum dixisset quadam die nasci puerum, per quem Troia posset everti: pepererunt simul et Tymoetae vxor et Hecuba, quae Priami legitima erat. Sed Priamus Tymoetae filium, vxoremque iussit occidi. Haecenus Seruius ad Virg. Aen. 2, 32 Primusque Tymoetes Ducem intra muros hortatur, et arce locari.

TYMOLVS, vid. TMOLVS.

TYMPANVM, f. TYPANVM, i. n. [*τύπανον, τύπανον*] Instrumentum ex una parte membrana clausum, intus vacuum, quod baculo pulsatur. Eo uti solebant in sacrificio Matris deum. Tympana et crepundia, instrumenta luxuriae Iustin. 30, 1, 9. Impulsa palmis tympana Ouid. Met. 4, 29. conf. ib. 3, 537. Catull. de Berycynt. f. 62, 8 Niueis citata cepit manibus leue typanum, Typanum, tubam Cybelles, tua mater initia. Typanum corripientiae syllabae causa, ut Graeci. Rauca tympna Ouid. in Ibin 456. Saeua tympna Hor. Carm. 1, 18, 4. Taurina tympna Claud. Conf. Stilich. 2, 365. Virilis sonus tympni Sen. Herc. Fur. 6. Metaph. Plin. Praef. Apion Grammaticus, hic quem Tiberius Caesar cymbalum mundi vocabat, quum publicae famae tympnum potius videri posset, immortalitate donari a se scripsit, ad quos aliqua componebat. Adhibere tympnum, vid. ADHIBEO. Dare tympna eloquentiae Quintil. 5, 12, 22. Reboant tympna, vid. REBOO. Remugit tympnum, vid. REMUGIO. Tenta tympna Lucret. 2, 618.

Tundere inania tympna Ouid. Fast. 4, 183. ¶ 2 Ad alia ob qualemcunque similitudinem transfertur. Tympanum pars s. tabula ianuae s. valuae ornatoris media inter scapos et impages conclusa. Sic adhibet Vitruu. 4, 6. Tympanum in aedium fastigiis dicitur spatium triangulare fastigii cornicibus conclusum: Vitru. 3, 3. itemque Lex. Vitru. p. 139. Tympanum, Vehiculi tectum non bene vocat Seruius ad illud Virg. Georg. 2, 444 Hinc radios triuere rotis, hinc tympna plaustris. Melius Probus ad Georg. 1, 163 Rotas ait non radiatas etc. Nempe sunt ex solidis tabulis compactae. Vid. Scheffer. de Re vehic. 1, 6 p. 44. Tympanum, quod Graeci γέρονον i. gruem appellant. Est autem rotae genus, ambitus magni, intra quam verticali situ positam homines vel iumenta calcant regulas interiori orbi affixas, atque ita pondere suo totum tympnum circumagunt, quo facto funi, qui axi circumdatus est, et e trochlea in extremo velut rostro Geranii, s. gruvis suspensus, onus forsice prehensum tollitur et facile e nauis, v. g. aut in nauim promouetur. De hoc genere Vitruu. 10, 4. Ex hoc genere est Tympanum, quo leuatur prelum Vlpian. l. 19 §. 2 ff. Locati. Lucret. 4, 903 Multaque per trochleas, et tympna pondere magno Commouet, atque leui sustollit machina nisu. Tympanum etiam Machina haustoria dicitur, quae dum versatur, aquam haurit, et defundit: qualis non vnus generis copiose ac diserte describitur Vitru. 10, 9. Denique Tympanum, Genus vasis. Plin. 33, 11 f. 52 Tympana vero se iuuenes appellata stateras, et lances, quas antiqui magidas appellauerant.

TYMPANIOLVM, i. n. Dimin. Arnob. 6 p. 209.

TYMPANIVM, i. n. Margaritae genus Plin. 9, 35.

TYMPANISTA, ac. m. Qui tympnum pulsatur. Apul. de Deo Socr. p. 49.

TYMPANISTRIA, ac. f. [*τυμπανίστρια*] Quae tympnum pulsatur. Sidon. Epist. 1, 2 Tympanistris psalteria canit.

TYMPANIZO, are. [*τυμπανίζω*] Tympana pulsare. Suet. de August. c. 68 Et assensu maximo comprobauit versum in scena pronuntiatum de Gallo Matris deum tympnizante. Videsne vt cinaedus orbem digito temperat?

TYMPANOTRIBA, ac. m. Tympanista. Vititur Plautus Trucul. 2, 7, 49 in descriptione hominis mollis, qui possit, vt Galli illi, Matris Deum tympna pulsare. De tympnis enim i. fustibus Graecorum, quibus tritus sit, hic sermonem esse, vix probabile est. Haec summa eorum, quae disputat Turn. 17, 17.

TYMPANITES, ac. m. [*τυμπανίτης*] Species aquae intercutis, quum ventre vehementer intento, creber intus ex motu spiritus sonus est Cels. 3, 21.

TYMPANICVS, a, um. Adi. [*τυμπανικός*] Qui hoc morbo laborat. Plin. 25, 5 f. 24 de Melampodio, Medetur Hydropicis, incipientibusque tympnicis, stomachicis, etc. al. Tympaniticis, vt Harduin.

TYMPANITICVS, a, um. Idem. Veget. Mulom. 3, 27 vbi Tympaniticum iumentum ab hydropico distinguit, et curationem praescribit.

TYMPHAEI, m. Pl. [*Τυμφαίοι*] Populi sunt Aetoliae, Pindi montis accolae, Thesprotis et Perrhaebis proximi, apud quos in summa terra gypsum inuenitur, quod ab iis TYMPHAICVM appellatur, fullonibus in Graecia Cymoliae cretae vsus supplens. Vid. Plin. 4, 2. et 35, 17.

TYNDARIS, Siciliae vrbs, media ex parte a mari absumta Plin. 2, 91. Hodie Tindaro.

TYNDARVS, f. TYNDAREVS, i. m. [*Τύνδαρος*] Rex Oebaliae, filius Oebali regis, habuit uxorem formosissimam Ledam. Ouid. Epist. 8, 31 Me tibi Tyndareus vita grauis auctor et annis. Tradidit. Cic. de Fato 34 Nec Hecubam causam interitus fuisse Troianis, quod Alexandrum genuerit: nec Tyndareum Agamemnoni, quod Clytaemnestrani. Hinc

TYNDARIDAE, arum. m. Pl. [*Τυνδαρίδαι*] Castor et Pollux dicti sunt.

Et sunt. Ouid. Met. 8, 301 Tyndaridae gemini praestantes, caestibus alter, Alter equo. *Meminit Cic. Tusc. 1, 28.* Valer. Argon. 6, 612 Tum magis atque magis peditem candore notato Tyndaridem incendit amor. *i. Castorem.* Astrocomantes Tyndaridae, Valer. Argon. 5, 367 Pulchritudinem fideream laudat, et fit allusio ad astra: *nam et Castor et Pollux in sidera mutati fuerunt, ut dictum est in dictione CASTOR.*

TYNDARIS, idis. f. Patronym. [*Tyndaris*] Dicta est Helena. Ouid. Epist. 5, 91 Tyndaris infestis fugitiua reposcitur armis. Lucret. 1, 461 Denique Tyndaridem raptam. Virg. Aen. 2, 601 Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacaenae, Culpatuae Paris, etc. Vbi Seruius, Atqui, *inquit*, Helena Iouis est, non Tyndari filia. Sed sic dicimus Tyndaridis de Helena, ut de Hercule Amphitryonides. Nam de Ioue et Leda nati sunt Pollux et Helena. De Tyndareo et Leda Castor, qui et solus mortalis fuit. Vnde Virg. Aen. 6, 121 Si fratrem Pollux alterna morte redemit. Qui immortalitatem suam cum fratre partitus est. Helenam vero immortalem fuisse indicat tempus. Nam constat, fratres eius cum Argonautis fuisse. Argonautarum filii cum Thebanis dimicauerunt. Item illorum filii contra Troiam bella gesserunt. Ergo si immortalis Helena non fuisset, tot sine dubio saeculis durare non potuisset. Hanc autem legimus prius a Theseo raptam, et in Aegypto commendatam Proteo.

TYNDAREVS, a, um. Adi. [*Tyndareos*] *Vt*, Puer Tyndareus, Castor, aut Pollux. Valer. Argon. 1, 167.

TYPHIS, vid. TIPHYS.

TYPHŌEVS, trisyll. cum eu diphthongo, ei vel eos. m. [*Typhoeus*] Gigas fuit, Terrae et Titani filius. Saeuus Typhoeus Virg. Georg. 1, 179. Lucan. 5, 101 Conditus Inarimes aeterna mole Typhoeus. *Hinc*,

TYPHŌEVS, a, um. Adi. *Quatuor syllabarum.* [*Typhoeus*] Virg. Aen. 1, 665 Nate patris summi, qui tela Typhoea temnis.

TYPHŌIVS. [*Typhoios*] *Idem.* Claud. de Rapt. Proserp. 3, 183 Rupitne Typhoia ceruix Inarimem?

TYPHON, ōnis. m. [*Typhon*] *Idem qui et Typhoeus. Certe habet quaedam communia.* Sen. Octau. 238 Non tam ferum Typhona neglecto Ioue Irata Tellus edidit quondam parens. *Est inter Gigantas Deorum oppugnatores.* Ouid. Fast. 2, 461 Terribilem quondam fugiens Typhona Dione, Tunc cum pro caelo Iupiter arma tulit, *i. regnum suum contra Titanas s. gigantes defendit.* ¶ 2 Typhon

Ventus est. Gell. 19, 1 Nauigabamus, a Cassiopa ad Brundisium mare Ionium violentum et vastum et iactabundum. Nox deinde, quae diem primum secuta est, in ea fere tota ventus a latere saeuens, nauem vndis compleuerat. Tum postea complorantibus nostris omnibus, atque in sentina satis agentibus, dies quidem tandem illuxit: sed nihil de periculo atque saeuitia remissum, quin turbines etiam crebriores, et caelum atrum, et fumigantes globi, et figurae quaedam nubium metuentiae, quas *typhones* vocabant impendere, imminereque ac depressurae nauem videbantur. *Haecenus* Gell. Plin. 2, 48 de *repentinis flatibus*, Sin vero depresso sinu arctius rotati effregerint, sine igne, hoc est sine fulmine vorticem faciunt, qui Typhon vocatur, id est vibratus ecnephas. Desert hic secum aliquid abruptum e nube gelida conuolens, versansque, et ruinam suo illo pondere aggrauans, et locum ex loco mutans rapida vertigine: praecipua nauigantium pestis, non antennas modo, verum ipsa nauigia contorta frangens. *Add.* Solin. c. 8. Ammian. 17, 13. Apul. de Mundo p. 64. ¶ 3 Typhon, cometes, ap. Plin. 2,

25 Dira comperta Aethiopum et Aegypti populis, cui nomen acui eius rex dedit Typhon, ignea specie, ac spirae modo intorta, visu quoque toruo, nec stella verius, quam quidam igneus nodus. *Quod de rege Aegypti dicit*, ¶ 4 Typhon, frater Osiridis regis Aegypti, qui, ut testatur Diodor. Sicul. 1, 2. ipsum regem clam necauit, et in vintiquingue partes corpus eius discerpit. Tandemque ab Iside regina, Osiridis et sorore et uxore, auxilio filii, cui Orus nomen erat, in bello est interemptus, cum iis, qui caedis fuerant conscii.

TYPHONICVS, a, um. Typhonicus ventus Vulg. Act. Apost. 27, 14.

TYPHONIOS, i. m. *Herba, al. hyoscyamus.* Apul. de Herb. c. 65

¶ 2 Specus in Cilicia, ap. Mel. 1, 13 extr.

TYPHONOS, i. m. *Herba, ap.* Apul. de Herb. c. 42. Typhonos esse videtur Genitiuus *Herba Typhonis.*

TYPHOS, i. m. [*τύφος*] Latine Superbia, elatio, fastus, arrogantia, iactantia, a *τυφόμεαι* Superbio, inaniter iacto. Typhum superciliumque deponere Arnob. 2 p. 53. Typhum et arrogantiam frangere Id. ib. p. 63. *Vtitur frequenter Augustinus, ut de Ciuit. Dei 11 pen. Vnam fruentem Deo, alteram tumentem typho.*

TYPVS, i. m. [*τύπος*] Forma, figura, vestigium, veluti expressa feriendo, pulsandoque (*τύπος τύπτεται*) imago; quales sunt fictiles illae s. gyptae; quarum plures ex una forma, quam matricem vulgo vocant artifices, facili opera exprimi possunt, quod genus etiam mediocri fortunae hominum lacunaria vel tectoria ornare, quin etiam separatim in caminis et armariis et epistyliis collocari solet. De his Cic. Att. 1, 10 Praeterea typos tibi mando, quos in tectorio atrio possim includere. Plin. 35, 12 Vmbra ex facie eius ad lucernam, in pariete lineis circumscriptis, quibus pater eius impressa argilla typum fecit. Omnes Februm typi Apul. de Herb. c. 102. n. 3. *i. formae, temporibus in primis suis descriptae, quibus dignoscuntur.* ¶ 2 Theologi Typos vocant occultas quasdam futurarum rerum significationes, et adumbratas potius quam expressas plane imagines, ut Isaacum immolandum a patre esse Typum Christi etc. Tertull. de Exhortat. Castit. 6 Si adhuc typi, futuri alicuius sacramenta supersunt, quos nuptiae tuae figurent: cum respectu ad polygamiam Patriarcharum. Id. de Idolol. extr. Viderimus enim, si secundum arcae typum et coruus, et miluus, et lupus, et canis et serpens in ecclesia erit. Certe idololatre in arcae typo non habetur.

TYPICVS, a, um. Adi. *Vox apud Ecclesiasticos scriptores frequens.* Typicque cruoris Auxilio ventura docet Sedul. 1, 102 de *ligatione Isaaci.* add. Id. 3, 208. Typicae documenta figurae Arator in Act. Apost. c. 13. *Vid.* Tertull. de Patient. c. 6. Hieron. Epist. 9.

TYPICE, Adu. Vulg. Interp. 1 Corinth. 10, 11.

TYPICO, are. Typo exprimere. G. Brito Phil. 12, 211 Virginis intactae typicis noua gaudia.

TYPOGRAPHIA, ae. f. *Nomen pulchre formatum ad signandam artem mirabilem, nisi nunc ubique nota esset, premendo, et formis affigendo chartas, scribendi.*

TYPOGRAPHICVS, a, um. [*τυπογραφικός*] Ars typographica.

TYPOGRAPHVS, i. m. [*τυπογράφος*] Qui hanc artem exercet.

TYPOGRAPHĒVM, i. n. [*τυπογραφείον*] *Locus, in quo arsy-*

pographica exercetur.

TYRA, *sive* TYRAS. [*Τύρας*] Ptolemaeo, *Fluvius est sub Borysthene, Sarmatas dividens a Dacis, et non procul ab Istri ostiis in Pontum Euxinum illabens, ubi et oppidum habet sui nominis. Vid. Plin. 4, 2. et Ptolemaeum 3, 5. Ouid. ex Ponto 4, 10, 50 Partheniusque rapax, et*
 5 *voluens saxa Cynapes Labitur, et nullo tardior amne Tyras.*

TYRANNION *Amisenus, [Τυραννίων] Grammaticus tempore Magni Pompeii, docebat Romae. Is docuit Q. Ciceronem filium. Cic. Q. Frat. 2, 1 Hoc nunc magis animaduerto, quod Tyrannio docet apud me. Idem Att. 4, 4. et 2, 6 A scribendo profus abhorret animus: etenim γυνυραφονία, quae constitueram, magnum opus est: ita valde*
 10 *Eratosthenes, quem mihi proposueram a Serapione et ab Hipparcho reprehenditur, quid censes, si Tyrannio accesserit?*

TYRANNVS, i. m. *Gen. communis esse perhibetur Seru. ad Aen. 7, 266. et Scholiast. Ouid. in Ibin ap. Casaub. ad Treb. Pollion. (τύραννος) Apud veteres Omnes et habentur et dicuntur tyranni, qui potestate sunt perpetua in ea ciuitate, quae libertate vsa est Nep. 1, 8, 3. Sed latius patuit olim. Seruius ad illud Virg. Aen. 7, 266 Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni, Graece dixit, id est, regis. Nam apud eos regis et tyranni nulla discretio est; licet apud nos incubator imperii dicatur. Nihil in his accurati. Nunquam, puto, suos Pisistratos, Hippias, Lylandros, Graeci βασιλείας s. reges dixere. Et contra Tyrannum Latini non modo incubatorem, h. e. iniustum possessorem imperii: Sed etiam qui imperio, quod iusto titulo possidet, male abutitur. Late tyrannus Hor. Carm. 3, 17, 9. de Lamo. i. Late regnans, amplum regnum possidens. Sic Virg. Aen. 1, 25 Hinc populum late regem, etc. Tyranni nomen, quum superbi reges ex sua libidine regnarent, ad illos translatum est, qui non iure et aequis legibus, sed vi, et quadam animi libidine dominabantur. Cic. de Finib. 4, 56 Negatque Platonem si sapiens non sit, eadem esse in causa, qua tyrannum Dionysium.*
 20 *Idem Verr. 1, 82 Quum in oppidis et ciuitatibus amicorum non legatum Pop. Rom. sed tyrannum libidinosum, crudelemque praebueris. Tyrannus distat a rege factis, non nomine Sen. de Clem. 1, 12. Capricornus tyrannus Hesperiae vndae Hor. Carm. 2, 16, 20 indicat procellas ab illo fidere veit pro animi libidine excitari etc. Cic. Off.*

25 *2, 24 Nec vero huius tyranni solum, quem arinis oppressa pertulit ciuitas, interitus declarat quantum hominum odium valet ad pestem, sed reliquorum similes exitus tyrannorum. Ferus tyrannus Ouid. Met. 6, 549. Inimicus tyrannus Virg. Georg. 4, 459. de Plutone. Importunus et amens tyrannus, vid. IMPORTVNVS. Impotens tyrannus Sen. Herc. Fur. 738. Infandus tyrannus Lucan. 8, 687. Cic. in Vatin. 23 c. 9 Simulque mihi respondeto tu, qui nos, qui de communi salute consentimus, tyrannos vocas, fuerisne non Tribunus pleb. sed intolerandus ex coeno nescio quo atque ex tenebris tyrannus. Letiferi tyranni Sil. 13, 620. Orbis tyrannus, Nero*
 30 *Sen. Octau. l. 5. Saeuus tyrannus Idem ibid. 87. Perf. Sat. 3, 35 Magne pater diuum factos punire tyrannos Haud alia ratione velis (cum dira libido Mouerit ingenium, feruenti tincta veneno) Virtutem videant, intabescantque relicta.*

35 *Tecta inhospita tyranni Ouid. Met. 1, 218. Cic. de Amicit. 52 c. 15 Haec enim est tyrannorum vita, nimirum in qua nulla est fides, nulla caritas, nulla stabilis benevolentiae potest esse fiducia, omnia semper suspecta atque sollicita sunt, nullus locus est amicitiae. Quam misera esset vita tyrannorum, praesertim sub exemplo Dionysii iunioris, et illius actis cum Damocle ostendit Cic. Tusc. 5, 57 c. 20 sqq. Tota paene Graecorum Tragoedia hoc sibi propositum habuit, ut vitia et miseras Tyrannorum repraesentaret. Ad generum Cereris sine caede et vulnere pauci Descendunt reges et sicca morte tyranni Iuuenal. 10, 112. Cic. Att. 7, 19 Ad fugam hortatur amicitia Cn. causa*
 40 *bonorum, turpitudine coniungendi cum tyranno: qui quidem incertum est Phalarimne an Pisistratum sit imitaturus: Phalarim crudelitate, Pisistratum clementia. Idem pro Milon. 36 Quo tandem animo hoc tyrannum tulisse creditis? Idem pro Deiot. 15 Cuius tam inhumani et ingrati animi, a quo rex appellatus esset, in eum tyrannum*
 45 *inueniri, etc. Teneri crudeli dominatu ab aliquo tyranno Idem de Diuin. 1, 53.*

TYRANNIS, idis. f. [*τυραννίς*] *Saeuum ac violentum imperium. Tyrannis Dionysiorum Nep. 10, 1, 1. Pisistrati Id. 1, 8, 1. Tyrannidis Odium Nep. 20, 2, 3. Propugnacula Id. 20, 3, 3. Iuven. Sat. 8, 223 Quid Nero tam saeva crudaque tyrannide fecit? Cic. de Nat. Deor. 2, 84 Atque in suo lectulo mortuus, in tyrannidis rogi illatus est. Sed fluctuat lectio Ouid. Met. 15, 61 Odioque tyrannidis exul Sponte erat. Affectare tyrannidem Quintil. 7, 2, 11 et 53. Affectatae tyrannidis damnatus torqueatur Idem 9, 2, 81.*
 50 *Concupiscere tyrannidem Nep. 7, 7, 3. Destruere tyrannidem Quintil. 1, 10. Cic. Off. 3, 93 c. 23 Quid si tyrannidem Occupare, si patriam prodere conabitur pater? O dii boni viuunt tyrannis Idem Att. 14, 9.*

TYRANNICVS, a, um. Adj. [*τυραννικός*] *Quod est tyranni. Cic. de Legib. 1, 42 c. 15 Aut si omnes Athenienses delectarentur tyrannicis legibus, num idcirco hae leges iustae haberentur? Tetrum, crudele, nefarium, tyrannicum facinus vel factum. Auctor ad Herenn. 2, 49 c. 30. Cic. de Inuent. 1, 49 Quod tetrum, crudele, nefarium, tyrannicum factum esse dicamus, per vim, per manum operantur, quae res ab legibus et aequali iure remotissima est. Tyrannicis Viriis abundare Iustin. 10, 5, 9. Add. Sen. Controu. 3, 21.*
 55 *TYRANNICE. Adu. [τυραννικός] Crudeliter. Cic. Verr. 2, 115 c. 48 Nunc ut hoc tempore ea, quae regie, seu potius tyrannice statuit in, etc.*

TYRANNICIDA, ae. m. [*τυραννοκτόνος*] *Qui tyrannum occidit Plin. 7, 23 Clarissimum in feminis Leaenae meretricis exemplum, quae torta non indicauit Armodium et Aristogitonem tyrannicidas. Add. Id. 35, 4. Tyrannicidae proprium est, tyrannum occidere Quintil. 5, 10, 36. et 59. Praemia tyrannidarum Suet. Tiber. c. 4. Add. Cic. pro Milon. c. 29. Sen. de Ira 2, 23. et Controu. 4, 27.*
 60 *TYRANNICIDIVM, i. n. [τυραννοκτονία] Plin. 34, 8. Quintil. 7, 3 Tyrannicidium est occidere tyrannum. conf. Sen. Contr. 2, 13. et 4, 27. Val. Max. 3, 3, 5. Quintil. 7, 7, 5.*

TYRANNOCTONVS, i. m. [*τυραννοκτόνος*] *Idem quod Tyrannicida: a Tyranno, et κτάω interficio. Cic. Att. 14, 15 Sustulisse mihi videtur simulationem desiderii adhuc quae serpebat indies, et inueterata, verebar ne periculosa nostris tyrannoctonis esset. conf. Fam. 12, 22.*
 65 *TYRANNOPOLITA, ae. m. Ciuis tyranni. Sidon. Epist. 5, 8.*

TYRAS, vid. TYRA.
 5 X 2 TYRI-

TYRIANTHINVS, a, um. Adi. [*τυριάνθινος*] ex Tyrio i. *purpureo*, et Ianthino f. *violaceo compositum*. Ut, Tyrianthinus color dicebatur, quando absolutus amethystus rursus tyrio inebriabatur: et geminata luxuria faciebat ex utroque improbum nomen Ex Plin. 9, 41. Martial. 1, 54 Sic interposito vilis contaminat uncto Urbica Lingonicus tyrianthina bardocucuius. Pallium Tyrianthinum Vopisc. in Carin. c. 20.

TYRINTHA f. *potius* **TIRYNTHA**. [*Τίρυνθ*] Ciuitas Argis vicina, in qua nutritus est Hercules, qui inde Tirynthius dictus est Virg. Aen. 7, 662 ut notat Seruius,

postquam Laurentia victor,
Geryone extincto, Tirynthius attigit arua,
Tyrrhenoque boues in flumine lauit Iberas.

Heros Tirynthius Sil. 8, 218. Durus Tirynthius Valer. Argon. 6, 5. Ingens Tirynthius Stat. Theb. 6, 270.

TYRINTHIVS, f. *rectius* **TIRYNTHIVS**, a, um. Adi. [*Τίρυνθιος*] Ut, Aula Tirynthia Stat. Silu. 2, 2, 109. Tirynthia nox, quanta fuit, qua generatus est Tirynthius Hercules. Stat. Silu. 4, 6, 17 O bona nox! iunctaque utinam Tirynthia luna. Nox fit Tirynthia, si iungatur, i. continetur lunae praesentia, nec ea soli decedat. 20 Tela Tirynthia, Herculis Ouid. Met. 13, 401. Tirynthia, Alcmena Ouid. Met. 6, 112. Amphitryon fuerit, quum te Tirynthia cepit.

TYRIVS, vid. **TYROS**.

TYRO, *rectius* **TIRO**, ōnis. m. vid. Voss. Etymol. p. 522. *Nouus miles, et nondum satis exercitatus. De his agit Vegetius maiore parte libri primi, unde intelligimus, tirones proprie vocari delectos ad militiam iuuenes, quamdiu exercentur, ante quam stipendia mereantur. Hinc c. 18 Non tantum a tironibus, sed etiam a stipendiariis militibus salitio equorum districte est semper exacta.* Cic. Philipp. 11, 39 c. 1530

Ego autem non tam veteranos intuendos nobis arbitror, quam quid tirones milites, flos Italiae, etc. sentiat. Liu. 40, 35 Ut ii modo, quibus emerita stipendia sint, milites dimittantur: veteribus militibus tirones immisceantur. Signa tironum et collectio Exercitu cum robustissimis legionibus contulit Cic. Fam. 7, 3, 8. Sueton. in Caes. 35 c. 26 Tirones neque in ludo, neque per lanistas, etc. Tirones appellabantur, qui sumerent togam virilem, idque tirocinium vocabatur.

Ouid. Fast. 3, 787 Ergo ut tironum celebrare frequentia posset, Vasa dies dandae non aliena togae. Suet. in Calig. c. 10 Vno atque eodem die togam sumisit barbamque posuit, sine vilo honore, qualis contigerat tirocinio fratrum eius. Et Neron. c. 7 Deductus in forum tiro etc. Hor. Serm. 1, 2, 15 Nomina sectatur modo sumpta veste viri Sub patribus duris tironum: contra leges, quae vetabant filiis familias, et minoribus XXV annis foenerare. Plin. 8, 48 Ea prima texuit rectam tunicam, qua simul cum toga pura tirones induuntur, nouaeque nuptae.

Tiro generatim, qui discit, discere certe debebat, artem; nondum caller. Cic. Diuin. in Caec. 47 Apuleium esse video proximum subscriptorem, hominem non aetate, sed vsu forensi atque exercitatione tironem. Idem de Orat. 1, 218 c. 50 Fateor enim callidum quendam hunc, et nulla in re tironem ac rudem, nec peregrinum, atque hospitem in agendo esse debere. ¶ 2 Tiro

Tullius, M. Ciceronis alumnus et libertus, adiutorque in literis studiorum eius fuit. In libros complures de vsu atque ratione linguae Latinae, item de variis atque promiscuis quaestionibus composuit. Haecenus Gell. 13, 9. Meminit et 7, 3. Exstant aliquot Ciceronis ad eum Epistolae Fam. 16.

TYRUNCVLVS, mel. **TIRUNCVLVS**, i. m. Dimin. Iuven. Sat. 11, 143 — Nec latus Afrae Nouit auis noster tirunculus. Initiandi tirunculi Min. Felix in Octauio p. 87. Plinius Epist. 3, 6 Quod me quanquam tirunculum sollicitauit ad emendum. Tirunculus miles Suet. Ner. c. 21. conf. Sen. Ep. 108. Colum. 11, 1.

TYRUNCVLA, mel. **TIRUNCVLA**, ae. f. *Canis adolescentior et primipara dicitur a Columel. 7, 12 Quoniam tiruncula nec recte nutrit, et educatio totius habitus auferit incrementum.* Christi tiruncula Hieron. Ep. 8 ad Demetriadem.

TYROCINIVM, melius **TIROCINIVM**, i. n. *Status et conditio tironis: item prima actio in quacunque arte.* Plin. 7, 48 Luceia in scenam producta fuerat tirocinio a M. Pomponio Aedili plebis. Deponere rudimenta tirocinii Iustin. 9, 1, 10. Idem 12, 4, 6 Constantiores futuri, si non solum tirocinia, verum etiam incubabula in ipsis castris posuissent. Liu. 45, 37 Sergius quidem Galba, si in L. Paullo accusando tirocinium ponere, et documentum eloquentiae dare voluit, non triumphum impedire debuit — sed postero die, quam triumphatum est — nomen deferret. Est igitur ponere tirocinium idem, quod deponere statum et conditionem tironis. 75

Metaph. Plin. 24, 7 c. 26 Zopissam eradi nauibus diximus cera marino sale macerata. Optima haec a tirocinio nauium h. e. postquam primum mare expertae sunt naues, prima Zopissa quae abraditur, optima. Aetatis tirocinio lapsis, postea se correxerunt. Cic. in Sallust. 14 c. 5. i. Inscitia et ignoratione. Peccare tirocinio Manil. 1, 189. Venuleius de Aedilicio edicto, I. Animi, Nouitium autem non tirocinio animi, sed conditione seruitutis intelligi. Hoc in loco Venuleius eleganter Tyrocinium animi pro simplicitate et ruditate mentis posuit. Suet. Tiber. c. 54 Neronem et Drusum patribus commendauit, diemque utriusque tirocinii, quo in forum deducti erant, congiario plebi dato celebrauit. Add. Suet. Aug. c. 26. et Tib. c. 8 et 9. it. Calig. c. 10.

TYRONATVS, ūs. m. Theod. Cod. l. 7. tit. 13 Tempore tironatus eorum procuratores praesententur.

TYRONIANVS, mel. **TIRONIANVS**, a, um. A Tirone possessivum. Gell. 1, 7 In oratione Ciceronis quinta in Verrem, in libro spectatae fidei, Tironiana cura, atque disciplina facto, ita scriptum fuit, i. Tironis ductu etc.

TYRO, ūs. f. [*Τύρῶν*] Salmonei filia, ex Neptuno Nelei et Pelei mater, cuius fabulam ex Odyssaea A, 234. passim alludunt Poetae. Catullus de veste Parcarum Epithal. l. 63, 308 Candida purpurea, qua Tyro incinxerat ora. Sic Vossius. Nempe inter mulieres Mineruae artibus praestantes illam ponit Homerus Odyss. B. 120. apud inferos autem loco, quem ante indicauimus.

TYROS, i. f. [*Τύρος*] Phoeniciae peninsula. Plin. 5, 19 Tyrus, quondam insula, praecalto mari septingentis passibus diuisa, nunc vero Alexandri oppugnantis operibus continens. Olim partu clara urbis genitrix, (i. coloniis deductis) Lepti, Utica et illa Romani imperii aemula terrarum orbis auida, Carthagine, etiam Gadibus extra orbem conditis. Nunc omnis eius nobilitas conchylio atque purpura constat. Haecenus Plinius. De obsidione eius, utque continenti adiuncta est Dio- 105

- dor, 17. *it.* Curt. 4 Haec fuit olim Sarra nuncupata, *ut ait Gell.* 14, 6
Vnde Sarranum ostrum dicitur, quod ostrum Tyrium, et purpuram
 Tyriam dicimus. Regna Tyri Virg. Aen. 1, 350. Antiqua
 Tyros Idem Aen. 4, 670. Antiqua Tyros; Prouerbum est, quo
 5 significamus summam molestiam extremumque malum. Tyrum enim,
 quae cognominata est vetus, dictione composita Παλαίτυρος, Alexander
 expugnatam, et ex insula comportatis aggeribus redditam continentem,
 crudeliter tractauit, plurimisque affecit incommodis: unde prouerbum τὴ
 ἐκ παλαιῆς, quo significabant tantum malorum, quantum antiqua Tyros
 10 pertulisset. Recensetur in Plutarchi collectaneis, atque item Zenodoti.
 Historia est apud Quint. Curt. Haec Erasmus. Instabilis Tyros
 Lucan. 3, 217. Phoenissa Tyros Ouid. Met. 15, 288. Tyro de-
 spectus Hiarbas Virg. Aen. 4, 36. Contemptus a Tyro i. a te Tyria mu-
 liere. Non enim assentiendum est Seruio, qui Hiarbam facit Tyrium,
 15 quem e Trogo, et hoc Aen. 4 constat Afrum fuisse. Turnebus.
 TYRIVS, a, um. Adi. [Τύριος] Claud. de Bell. Gild. 520 Vrbs Li-
 byam contra Tyrio fundata potenti Tenditur in longum Caralis,
 etc. Amictus Tyrii Ouid. de Arte Am. 2, 297. Arces Tyriae
 Virg. Aen. 1, 24. Coloni Tyrii Idem Aen. 1, 16. Colores
 20 Tyrii Ouid. Met. 9, 340. Ostrum Tyrium Virg. Georg. 3, 17.
 Idem Georg. 3, 307 — quamuis Milesia magno Vellera nuten-
 tur, Tyrios incocta rubores. Lucan. 10, 123 Strata micant Ty-
 rio, quorum pars maxima, succo Cocta diu. Tyriae, *intell.*
 vestes, Purpura Tyria infectae. Ouid. de Arte Am. 2, 297 Siue erit in
 25 Tyriis, Tyrios laudabis amictus. Martial. 4, 28 Hispanas, Tyrias-
 que, coccinasque. Vrbs Tyria Virg. Aen. 1, 392. Tyrius,
 pro Lecto Tyrio vel purpureo Iuuen. Sat. 10, 324
 — Dudum sedet illa parato
 Flammeolo, Tyriusque palam genialis in hortis
 30 Sternitur, etc.
 Tyria maria, in prouerbum deductum est, *ait Festus*, quod Poeni
 Tyro oriundi adeo potentes maris fuerunt, vt per hos omnibus mor-
 talibus nauigatio esset periculosa. Afranius in epistola, Hunc Serrium
 autem maria Tyria conciet. *Vltima sunt corrupta: varia conantur*
 35 *eruditi. Nihil certi, nisi forte hoc*, maria Tyria conciere significare
 idem, quod magnas turbas et periculosas dare.
 TYRIVM, i. n. *intell.* vestimentum, pro Purpura. Tertull. de
 Poenitent. c. II Num in coccino et Tyrio pro delictis nos suppli-
 care concedet.
 40 TYRIANTHINVS, a, um. *Vid. suo loco.*
 TYROPATINA, ae. f. *Vox hybrida.* Apic. 7, 11. *Ex compositione*
patet, intelligi lac ouis admixtis incoctum ad consistentiam casei recen-
tis et mollis.
 TYROPOEIA, ae. f. *Totum Graecum est τυροποιία, casei confe-*
 45 *ctio.* Varro R. R. 2, 1 extr.
 TYROTARICHVS, i. m. [τυροτάριχος] Genus opsonii ex caseo,
 falsamentisque confecti; τυρός enim caseus, τάριχος falsamentum. Cic.
 Fam. 9, 16 Tu vero (volo enim abstergere animi tui metum) ad ty-
 rotarichum antiquum redi. Idem Att. 4, 8 Multa me in epistola
 50 tua delectarunt, sed nihil magis, quam patina tyrotarichi. De tyrota-
 richo Apic. 4, 2 p. 113 Patella tyrotaricha ex quocunque pisce falso vo-
 lueris — caseum deinde mollem adiici iubet. *Adscriptus hic fuit olim*
locus Cael. 13, 26 Inuenio apud Graecos dici quidem tarichos, falsamen-
tum. Suidas tamen carnem intelligere mauult sale conspersam: addito et-
 55 *iam etymo, παρὰ τὸ ὅς γάρων ἐξίχωρίζεσθαι, quod eliquetur inde tabes ga-*
ri modo; nam ichor tabes est ac cruor. Id fuisse annonae vilioris vt
credam, facit Aristophanis interpret, quum in comoedia, cui titulus est
ἰππᾶς, id est Equites, ita scribat: ὄψε τὸ ταριχοπωλεῖον, ἀντι τῆ ὄψε τὰ
ἐντελῆ πολεῖται. ubi inquit, est tarichopoleum, hoc est, ubi tenuis ven-
 60 *duntur. Tarichos Phrygium et Gadiricum est apud Eupolin in Marica.*
Iulius Pollux Aegyptia addit, et tiltitarichos dicitur ab eodem, et λεπι-
δωτόν quod squammatum intelligit: et seruile cibarium fuisse monstrat co-
micus Plato, καὶ περιὼν ἄμα, τίλτε ταριχος ἐπείτα τοῖς οὐκείταις. Ex his
ducor coniectura, non tam ut monitorum plerisque est visum, a caseo duci
 65 *tyrotarichum, quam a loco, ubi conficeretur, mox Romam subuectaretur,*
vti ex Hispania et locis aliis. Nec me fallit, Apicium (4, 2 p. 113)
scribere: Patellam tyrotaricham ex quocunque falso volueris, coques
ex oleo: exoffabis et cerebella cocta, pulpas piscium, iecuscula pullo-
 70 *rum, caseum mollem exaldatum: haec omnia calefacies in patella.*
Apud Philippidem, Eustathio referente, legitur τυρῆ καὶ ταριχος, ubi au-
ctor idem probare nititur, tarichos neutro dici genere, vt apud Menan-
drum ἐπέτασα ἐπὶ τὸ τάριχος ἄλας, id est sale inspersi tarichos: et mascu-
lino apud Aristophanem, τάριχον τῶτον πλύνων, id est tarichum abluens
 bunc. Haec Caelius.
 75 TYRRHENIA, ae. f. Tuscia, Italiae regio.
 TYRRHĒNI, orum. m. [Τυρρῆνοί] Romani Hetruscos appellant
 atque Tuscos. Graeci vero eos hoc nomine nominarunt a Tyrreno Arys
 filio, qui Lydia colonos hac in regione dimississe dicitur.
 TYRRHĒNVS, a, um. Adi. [Τυρρῆνός] Vt, Aequor Tyrrhe-
 80 num Virg. Aen. 1, 71. Arua Tyrrhena Idem Aen. 8, 551. Gens
 Tyrrhena Ouid. Met. 15, 577. Cic. de Diuin. 1, 17 Lydius ediderat
 Tyrrenae gentis aruspex. Mare Tyrrenum dictum est, vel
 quod Tusciam alluit, id est Tyrreniam, vel a Tyrrenis nautis, qui
 se in hoc mare praecipitauerunt. Namque hoc habet fabula, Dor-
 85 mientem in litore Liberum patrem puerum nautas abstulisse Tyrrhe-
 nos, qui quum esset experrectus in nauis, quo duceretur, interrogauit.
 Responderunt illi, Quo vellet. Liber ait, Ad Naxum insulam sibi sacra-
 tam. Sed quum alio vela deflecterent, iratum numen tigris sibi sacra-
 tas, visibus eorum obiecit: quo terróre se illi in fluctus dedere praec-
 90 ipites. Haestenus Seru. enarrans hunc locum Virg. Aen. 1, 71 Gens ini-
 mica mihi Tyrrenum nauigat aequor, etc. *Suo more i. elegantissime*
narrat illam Tyrrenorum in pisces Delphinos mutationem Ouid. Met. 3,
607 sq. Monstra Tyrrhena Ouid. Fast. 3, 723 quos subitos pisces
etiam vocat, nempe Delphinos ex fabula modo indicata. Rex Ty-
 95 *rhenus Idem Fast. 4, 893. Sedes Tyrrhena Virg. Aen. 7, 209.*
 TYRRHVS, i. m. [Τύρρῆος] Pastor, apud quem Lauinia pepe-
 rit. *Inde*
 TYRRHĪDAE, arum. Pl. Tyrrii filii. Haec Seruius apud Virg.
 Aen. 7, 485.
 100 Ceruus erat forma praestanti et cornibus ingens,
 Tyrhidae pueri quem matris ab vberibus raptum
 Nutribant, Tyrhusque pater, cui regia parent
 Armenta, et late custodia credita campi.
 Iuuenes Tyrhidae Virg. Aen. 9, 28.
 105 TYSIAS, *vid. TISIAS.*

VOCALIS quae Ore constricto labrisque prominulis exhibetur Mart. Capella 3 p. 58. *in locum* ὠφιλῆ, et *Diphthongi* 10
 α, saepissime etiam ο μικρὸν Graecorum successit; ut Mūs mus, Μῆσα Musa, Publius Πόπλιος, vid. Priscian. 1 p. 554. Consonae aliquando officio fungitur, idemque quod Digamma Aetolicum munus praestat; ut, Iuuenis, Virtus, etc. idque pro more Digammatis aliquando in initio vocis, ut, ἱ Vis, ἕσπερος Vesper; aliquando in medio, 15
 ut ὠόν, siue ὠφόν, Ouum; δῖος, Diuus; κλεις, κλεις clavis, et sexcenta alia. Vid. Priscian. 1 p. 545. V in potestate Consonantis veteres appellabant Vau, teste Quintiliano 1, 4, 14. Tamen etiam V ante aliam Vocalem, ubi Consonantis more pronunciamus fere, Graeci per Ou exprimabant, ut Ουαλέριος, Ουεργίλιος. Sed sub monumento Claudiani Βιργιλίου νόον, etc. V Vocalem recte censuerunt critici a Consona non esse figura distinguendam. Nam eam formam sub qua hodie vulgariter venit, in antiquis monumentis, siue cippis siue numismatibus nusquam conspicitur. ¶ 2 Permutantur Vocales, A et V, ut κύλιξ, calix; κάλαμος, Culmus; Σάσις, Insulsus. E et V, ut Iuro, Deiero; Opus, 25
 operis, etc. σκοπελός, Scopulus; maxime in Gerundiis, ut Repetundarum, etc. I et V, idque maxime in incremento et compositione: ut Caput, Capitís; Cornu, Corniger; Arcus, Arcitenens; Opus, Opifex, etc. Vicissim διπλῆς, duplus; Dies, Biduum: maxime autem in Superlatiuis: ut Optumus, Maxumus. It. Lubens, libens; Car- 30
 nufex, carnifex. O et V, ut ὠλένη, Vlna; Colo, Occulo; νύξ, Nox; μύλη, mola; Ebur, Eboris; Φῦρε, Fur; Voltis pro Vultis: et quoties post V Consonantem sequi debebat V Vocalis, ut Seruos, Dauos, pro Seruus, Dauus, etc. Quin et Diphthongi sunt V, ut Φαίος, Fuscus; a Caedo fit Cudo; Claudio, Occludo; Φοινίκιος, Puniceus; a 35
 Poena, Punio; a Poenis, bella Punica, Pomoerium a muris, Moenia a muniendo, ut appareat de priscis Latinis pronunciatum eo modo, ut hodie Belgis, quemadmodum Graeci οε suum in ou contrahunt. In verbis quae a Graeco fonte cadunt, terminatio per o breue, praestatur per v; ut Κύρος, Cyrus, πέλαγος, Pelagus, etc. conf. Quinct. 1, 4. Nonnunquam in- 40
 terponitur, ut Ἡρακλῆς, Hercules; Ἀλκυμήνη, Alcumena: Aliquando abiicitur, ut Vinculum, Saeculum, Hercle. V designat numerum quinarium, non quod esset quinta Vocalis, neque, quod esset dimidia pars denarii X: sed quod in antiqua et simplici computatione in omni quinario numero necessaria esset ad ambiguitatem vitandam mutatio figurarum. Qua- 45
 tuor unitates IIII distincte caperet oculus, quinque non ita facile IIII. Unitatibus igitur binis in angulum coeuntibus enascitur V. Ita neque progredimur ultra XXXX, neque ultra CCCC. In Graecis numeralibus hoc quoque accidit. Vid. plenius Alciat. Parerg. et Huetiana. ¶ 3 In notis significat V. Vale, Valeo, Vestalis, Vestis, Veteranus, 50
 Victoriatus, (scil. Numus) Vir, Virgo, Visu, Viuens, Vitum, Viva, Viuus, Vixit, Volera, Volero, Volusus, Vopiscus, Voto, Votum, Vouit, Vrbs, Vfus, Vxor. V. A. Veterano Assignatum. V. AED. Viro Aedilicio. V. AET. Virtus Aeterna. V. A. F. Viuus Aram Fecit. V. A. I. D. Virtus Aram Iussu Dedit. V. 55
 A. I. D. XI. Vixit Annum Vnum Dies Vndecim. V. A. L. Vixit Annos Quinquaginta, Vouit Animo Libens. V. A. L. H. S. E. Vixit Annos Quinquaginta Hic Situs Est. V. A. L. S. Votum Animo Libens Soluit. V. A. V. Vixit Annos Quinque. V. A. X. Vixit Annos Decem. V. B. Vir Bonus. V. B. A. Viri Boni Arbitratu. V. B. F. Vir Bonae Fidei. V. C. Vale Coniux, Viuens Curauit, Vir Clarissimus, Vir Consularis, Viuus Curauit, Vrbs Condita. V. C. C. Vir Clarissimus Consul. V. C. C. F. Vale Coniux Carissima Feliciter. V. C. P. Viuens Curauit Ponendum. V. C. P. P. Vir Clarissimus Praefectus Praetorio. 65
 V. C. P. P. HISP. CIT. Vir Clarissimus Praefectus Praetor Hispaniae Citerioris. V. C. P. T. Vir Consularis Prouinciae Tarraconensis. V. D. Vir Deuotus, Viuens Dedit vel Dedicauit, Votum Dedit, Volentibus Dis. V. D. A. Vale Dulcis Anima. V. D. D. Votum Dedicatum. V. D. V. N. Vale Decus Vrbs Nostrae. V. D. P. R. L. P. Vnde De Plano Recte Legi Possit. V. D. P. S. Viuens Dedit Proprio Sumtu, Viuens De Pecunia Sua. V. E. Verum Etiam, Visum Est, Votum Eius, Vir Egregius. V. E. D. N. M. Q. E. Vir Egregius Deuotus Numini Maiestatique Eius. V. E. F. Viro Egregio Fecit. VE. Vestamen, Veteranus. VELina tribu. VESsalis, Vestalia. VETuria tribu, Veteranus. V. F. Vale Feliciter, Verba Fecit vel Fecerunt, Vir Frugalis, Viro Fidelissimo, Vir Fortis, Visum Fuerit, Viuens vel Viuus Fecit, Voluit Fieri, Votum Fecit, Vfus Fructus. V. F. C. Victoriae Felicitatis Caesaris, Viuens Faciendum Curauit. V. 80
 F. D. M. Viuens Fecit Dis Manibus. V. F. F. Viuens Fieri Fecit. V. F. G. Voluerunt Fieri Gratis. V. F. H. M. H. N. S. Viuens Fecit Hoc Monumentum Heres Non Sequitur. V. F. I. Viuens Fieri Iussit. V. F. N. M. N. S. Viuens Fecit Nouum Monumentum Nomine Suo. V. F. S. Viuens Fecit Sibi. V. F. S. E. 85
 S. Viuens Fecit Sibi Et Suis. V. H. S. F. M. Viuens Hoc Sibi Fecit Monumentum, vel Fieri Mandauit. V. I. Vir Illustris. Vixit. VICarius, Vicit, Victor, Victoria. V. I. C. P. Vir Illustris Comes Patrimonii. V. K. APR. Quinto Kalendas Aprilis. V. L. A. S. Votum Libens Animo Soluit. V. L. M. S. Viuens Locum Monumenti Sibi, 90
 Votum Libens Merito Soluit. V. L. P. Votum Libens Posuit. V. L. S. Votum Libens Soluit. V. M. Vir Magnificus, Viuens Mandauit, Volens Merito. V. M. F. M. Viuens Monumentum Fieri Mandauit. V. M. M. Votum Magnae Matri, Votum Merito Mineruae. V. M. S. Voto Merito Suscepto, Votum Merito 95
 Soluit. V. N. Quinto Nonas, Vrbs Nostra. VOconius, Volero, Votinia tribu, Volusus. VOLkano. VOL-Turnalia. VOT. QQ. MVL. T. X. Votis Quinquennialibus Multis Decennialibus. V. P. Vicarius Praefecti, Vir Patricius, Vir Perfectissimus, Viuens Posuit, Vrbs Praefectus, Vtriusque Pannoniae. V. P. P. P. Vir 100
 Perfectissimus Praefectus Praetorio. V. P. PR. Vir Perfectissimus Praefes. V. P. R. Vota Pro Reditu, Veteri Possessori Redditum. V. PR. Vir Praetorius. V. Q. Vir Quaestorius. V. P. S. Viuens Posuit Sibi. V. R. Votum Reddidit, Vrbs Roma, Vrbs Romae, Vti Rogas (in tabellis suffragiorum, vid. ROGO n. 4). V. 105
 VOL. IV.

S. Vice Sacra, Vir Sanctus, Viuens Statuit, Viuens Sibi, Votum
 10 Soluit, Voto Sollemni, Voto Suscepto, Vxor Sanctissima. V. S.
 A. L. Voto Suscepto Animo Libens. V. S. C. Voti Sui Compos,
 Voto Suscepto Curauit. V. S. D. M. Viuens Sibi Dedit Monu-
 mentum. V. S. D. S. L. M. Viuens Sibi De Suo Locum Monumen-
 ti, Voto Suscepto De Suo Libens Merito. V. S. E. S. F. Viuens
 15 Sibi Et Suis Fecit. V. S. F. Viuens Sibi Fecit, Vniuersi Sic Fecer-
 runt. V. S. F. I. Viuens Sibi Fieri Iussit. V. S. I. Vice Sacra
 Iudicans. VS. IP. Vespasianus Imperator. V. S. L. Votum Sol-
 vit Libere. V. S. L. A. Votum Soluit Libens Animo, vel Voto Su-
 20 scepto. V. S. L. A. P. C. Voto Suscepto Libens Animo Ponendum
 Curauit. V. S. L. D. B. P. Voto Suscepto Libens Deae Bonae Po-
 fuit, (dedit bono publico). V. S. L. D. D. D. Viuens Sibi Locus
 Datus Decreto Decurionum, vel Votum Soluit Loco Dato. V.
 S. L. L. Votum Soluit Libentissime. V. S. L. L. M. Viuens Sibi
 Legauit Locum Monumenti, Votum Soluit Libentissime Merito.
 25 V. S. L. M. Votum Soluit Libens Merito, Voto Soluto Libero Mu-
 nere. V. S. L. M. H. D. S. P. Viuens Sibi Legauit Monumentum
 Hoc De Sua Pecunia. V. S. L. M. P. Viuens Sibi Locum Monumenti
 Posuit, Voto Suscepto Libens Merito Posuit. V. S. L. P. Viuens
 Sibi Locum Posuit, Voto Suscepto Libens Posuit. V. S. M. Vi-
 30 uens Sibi Monumentum, Voto Suscepto Merito, Votum Soluit Me-
 rito. V. S. N. T. L. P. Viuens Sibi Nouum Tituli Locum Po-
 fuit. V. S. P. Viua vel Viuus Sibi Posuit. V. S. P. L. D. D. D.
 Viuens Sibi Posuit Loco Dato Decreto Decurionum. V. S. P. L.
 L. M. Voto Suscepto Posuit Libentissime Merito. V. S. S. Viuens
 35 Sibi Statuit, Voto Suscepto Soluit. V. S. S. L. M. Voto Suscepto
 Soluit Libens Merito. V. S. T. L. M. Voto Suscepto Tulit Libens
 Merito. V. T. Vfus Titulo. V. T. F. Vfus Titulo Fecit. V.
 T. F. I. Vfus Titulo Fieri Iussit. VV. Viri. VV. F. Viuen-
 tes Fecerunt. V. V. Valens Victrix, Virgo Vestalis, Votum
 40 Vouit, Vouerunt. V. V. Virgines Vestales. V. V. C. C.
 Viri Clarissimi. V. V. CC. Virgines Vestales Clarissimae. V.
 V. F. Viuis Viuens Fecit. V. V. L. Virginis Vestalis Locus (Li-
 bertus f. Liberta). V. V. M. Virgo Vestalis Maxima. V.
 V. OSC. Vrbs Victrix Osca. VXO. C. L. B. P. Vxori Carissimae
 45 Lubens Bustum Posuit.

V A C

VACANTER, vid. VACO.
 VACCA, ae. f. [Ἰσῆς] Bos femina. Varro de R. R. 2, 5 Discer-
 50 nuntur in prima, vitulus et vitula: in secunda, iuuenus et iuuenca:
 in tertia et quarta, taurus et vacca. Descriptio est Colum. 6, 21, 1.
 Pallad. Mart. 11, 5. Cic. de Nat. Depr. 1, 78 Cur non gestiret tau-
 rus equae contrectatione, equus vaccae? Candens Virg. Aen. 4, 61.
 Foeta Idem Georg. 3, 117. Nitida Ouid. Met. 2, 694. Niuca
 55 Idem ibid. 5, 330. Operariae Colum. 6, 24, 4: quibus arant Var-
 ro 1, 20, 4 Steriles vaccae deputantur aratro Pallad. Mart. 11, 6. Co-
 lum. 6, 22, 1. Sterilis Virg. Aen. 6, 251. Demittunt vbera
 lactea vaccae Idem Georg. 2, 524. Distent pastae vbera vaccae
 Idem Ecl. 9, 31. Mugit vacca Stat. Silu. 4, 5, 18. Pascere vac-
 60 cas Ouid. de Arte Am. 2, 239. Submittere tauris Colum. 6, 24.
 Pall. Iul. 4, 1. 2 VACCA oppidum Numidiae, potius
 VAGA est v. v.
 VACCŪLA, ae. f. Dimin. [Ἰσῆς] Valer. Cato in Diris 132
 Vaccula nonnunquam secreta cubilia captans. Apul. Met. 7 p. 198
 65 Pastores mei Perditam sibi requirentes vacculam. Asclepiades
 Cynicus vnica vaccula, cuius et dorso vehebatur, et si quando vbera
 alebatur, orbem totum oculis subegit Tertull. adu. Nat. 2, 14. Ste-
 riles vacculae Arnob. 7 p. 225.
 VACCĪNVS, a, um. Adi. [Ἰσῆς] Quod est ex vacca. Plin.
 70 24, 3 Cortex illinitur, decoctus lacte vaccino, serpentis plagae.
 VACCINIUM, (sic enim, non VACINIUM, est in optimis
 libris Virgilii) i. n. [Ἰσῆς] Flor,
 qui Hyacinthus putatur Virg. Ecl. 2, 18 Alba ligustra cadunt, vaccinia
 nigra leguntur. Vbi Seruius: Vaccinia sunt violae, quas purpurei
 75 coloris esse manifestum est. Falso, ut arbitrator, inquit Ruellius, Ser-
 uium accusant, qui vaccinium pro hyacintho Maroni acceptum in carmine
 adfirmavit. Nec, obstat, quod Nigra dicat Poeta, quando purpuream
 quoque violam nigram vocare soleant auctores. In eandem sententiam
 80 disputat la Cerda, et post Turnebum nititur versu Theocriti, quem ex-
 pressit Maro, καὶ τὸ ἴον μίλαν ἐντὶ, καὶ ἂ γράπτὰ ὑάκινθος. Alias
 sententias dabit la Cerda. Mollia vaccinia Virg. Ecl. 2, 50. quod epi-
 theton alias Hyacintho tribuit Ecl. 6, 53. Virg. Ecl. 10, 39 Et nigrae
 violae sunt, et vaccinia nigra.
 VACCINIA, ae. f. Arbor est. Plin. 16, 18 f. 31 Item vaccinia
 85 Italiae mancupiis sata, Galliae vero etiam purpurae tingendae causa
 ad feruliorum vestes. Sic Hard. post Turneb. 4, 6. Al. pro
 mancupiis, in aucupiis. Idem Plin. 21, 26 f. 97 de Hyacintho flore,
 In Gallia maxime prouenit. Hoc ibi fuco hyginum tingunt. Ra-
 dix est bulbacea, etc.
 90 VACCVS, i. m. [Οὐκίανος] Dux Fundanorum in Priuernati bello,
 qui a L. Papirio captus, aedes eius dirutae sunt et bona publicata. vid.
 Liu. 8, 19. et Cic. pro Domo 102 In Vacca pratis domus fuit M. Vacca,
 quae publicata est et euerfa, vt illius facinus memoria et nomine
 loci notaretur.
 95 VACĒFIO, fieri. Vacuus efficior. Lucret. 6, 1003 Hoc vbi ina-
 nitur spatium, multusque vacefit In medio locus. Et 1015 Hoc
 fit item cunctas in partes, vnde vacefit Cunque locus.
 VACERRA, ae. m. Stipes et metaph. Insanus. Festus:
 Vacerram Verrius et alii complures vocari dicunt stipitem, ad quem
 100 equos solebant religare. Ateius vero Philologus maledictum hoc
 nomine significari magnae acerbitatis, vt fit vecors et vesanus, teste Li-
 uio, qui dicat vecors et malefice Vacerra. Sic emendat Scaliger pro
 vecorde et malefica vecordia. Idem Scaliger Vacerram producit a
 Vacia, de qua, vid. VATIVS. Columel. 6, 19 Ii autem in ipsis
 105 quatuor angulis affixi sunt omnesque transuersis sex temonibus, quasi
 vaccr-

vacerrae inter se ligantur, ita vt a posteriore parte, quae latior est, velut in caueam quadrupes possit induci, etc. de machina faciendâ, qua clausa iumenta curentur. Id. Columel. 9, 1 Vbi vero neutrum patri-familiae conducit, ratio postulat, vacerris includi, sic enim appellatur genus clathrorum: idque fabricatur ex robore, quercu, vel subere.

VACERROSVS, a, um. Injanus, vecors. Suet. August. c. 87 inter ea, quae frequentius et notabiliter vsurpauit Augustus ponit etiam Vacerrosuum dixisse pro cerito. Vid. ibi Casaub.

VACIVS, VACIA, vid. VATIVS.

VACILLO, ãre. [σφαδαίζω] Inconstantem esse, et quasi alternatim moueri. Cic. de Clar. Orat. 216 c. 60 Curio in vtramque partem toto corpore vacillans. Cum ille paulum vacillauit, simul nutant Sen. Ep. 114.

Vacillare dictum a senibus, qui sint acuo defessi, atque ad sustinendam lassitudinem baculo tarditatem leuent ex Non. 1, 148 Fuerit ergo quasi bacillare. Sed cum Vatio potius s. Vacio contulerim. Vacillare ex vino Quinctil. 8, 3, 66. it. 11, 8, 165. Imbribus, et tabe nimborum arbuta vacillant Lucret. 1, 806. Aegrotat Fama vacillans Lucret. 4, 1123. Arcad. in l. 1 D. de testib. Testimoniorum vsus ab his praecipue est exigendus, quorum fides non vacillat. i. incerta non est. Iustitia vacillat, vel iacet potius Cic. 20 Off. 3, 118.

Idem Att. 12, 1 Sed quod scribis igniculum matutinum, γεροντικώτερον est memoriola vacillare. Cic. Att. 14, 18 De Petulciano nomine, quod mihi suppeditatus es, gratissimum est, et simile tuorum omnium. Sed ego Erotem ad ista expedienda factum mihi videbar reliquisse: cuius non sine magna culpa vacillarunt. int. Nomina seu debita exacta non sunt. Ad ista expedienda, h. e. ad mea nomina exigenda. Liber vacillat Scribon. 200. i. imperfectus est; licenter. Cic. de Nat. Deor. 1, 108 Sed et ille reprehensus a multis est, nec vos exitum reperitis, totaque res vacillat et claudicat. Stabilitas amicitiae vacillare videtur Cic. de Fin. 1, 66 c. 20. Denique sub pedibus Tellus cum tota vacillat Lucret. 5, 1235. Disputatur de versu Lucret. 3, 503 Tum quasi vacillans primum confurgit etc. vbi prima Syllaba contra vsus perpetuum ipsius Poetae produci videtur. Lambino videbatur vacillans esse glossa verbi Enniani Talipedans, quae in locum verbi obscurioris improvide recepta sit. Et ita editum nuper etiam Parisiis in Cousteleriana. Sed alii matuerunt positum studio versum et ipsum vacillantem a Poeta; alii geminant literam C; alii produci putant posse eadem licentia, qua in imbecillus, ex bacillo, quam originem etiam huic verbo vacillo assignant, vt vidimus.

VACILLANS, antis. Partic. Inconstans, incertus. Arbor ventis pulsa vacillans Lucret. 5, 1095. Idem 4, 1123 Languent officia atque aegrotat fama vacillans. Cic. Philipp. 3, 51 In Galliam mutilatum duxit exercitum: cum vna legione, et ea vacillante, L. fratrem expectat. Cic. Fam. 16, 15 Accepi tuam epistolam vacillantibus literulis, i. Non recte prae valetudine scriptis. Modestini. in l. 2 45 D. de testib. Testes qui aduersus fidem testationis vacillant, audiendi non sunt.

VACILLATIO, ònis. f. Quinctil. 11, 3, 128 Est et illa indecora in dextrum ac laeuum latus vacillatio, alternis pedibus insistentium. Suet. Claud. c. 21 Non sine foeda vacillatione discurrens.

VACILLATOR, òris. m. Gloss. Lat. Gr. Vacillator, συκοφάντης.

VACO, ãre. [χαλέω, χαλάζω] Semper vacuum esse significat: sed cum Datio iungitur, intelligitur vacuum esse aliis omnibus negotiis, vt vni, cui dicimur vacare, recte possimus attendere. Cic. de Diuin. 1, 11 c. 6 Ego vero, inquam Philosophiae Quinte semper vaco. In studiis magis vacabit vnus vni Quinctil. 1, 2. de praeceptoribus. Neque enim, qui se totum in hac cura consumserit, potioribus vacabit Idem 9, 4. de studentibus. Choris epulisque vacare Claud. in Eutrop. 2, 584. Corpori vacare, Curare corpus Plin. Epist. 1, 9, 4. Idem 3, 5, 15 In itinere quasi solutus caeteris curis, huic vni vacabat. Postulationibus vacare, vid. POSTVLO. Sermoni alicuius vacare Curt. 6, 7, 20. Plin. Ep. 1, 8, 2. Sibi vacare Martial. 2, 5. Adde, quod ne Studio quidem operis pulcherrimi vacare mens nisi omnibus vitiis libera potest Quinctil. 12, 1, 4. Vitae vacare Martial. 5, 21. In opus aliquod vacare, Scribendo operam dare Ouid. ex Pont. 3, 3, 36. 2 Ordinarie, vt diximus, Vacare est Vacuum esse. Et absolute aliquando ponitur. Plaut. Caf. 3, 1, 7 Fac vacent Aedes. Agri vacant, non coluntur Caes. Bell. Gall. 4, 3 et 8. Vacat Arena Sen. Ep. 7. Auguratum et septemuiratum vacare Plin. Ep. 10, 8. Locus vacat Caes. Bell. Gall. 1, 28. Cic. Att. 12, 11 Tota domus superior vacat, vt scis. Eidem 13, 50 Villa ita completa militibus est, vt vix triclinium, vbi coenaturus ipse Caesar esset, vacaret. Locus vacat a custodibus Caes. Bell. Ciuil. 3, 25. Add. Plin. 10, 7. Feminae (anseris) reliquo tempore anni vacaturae sunt A foetu Colum. 4, 17. Quantum temporis vacabit ab officio publico: Cic. de Diuin. 2, 7 c. 2 Tantum huic studio relinquendum, quantum vacabit a publico munere. Idem de Clar. Orat. 271 c. 78 Nullum tempus illi vnquam vacabat aut a forensi dictione, aut a commentatione domestica, aut a scribendo, aut a cogitando. A metu vacare Liu. 7, 1. A negotiis Phaedr. 3 Praef. v. 2. Cic. 80 de Nat. Deor. 1, 2 c. 1 An ab omni curatione et administratione rerum vacent. Vacare, Otium habere: Cic. Fam. 12, 29 (30) Quamuis enim occupatus sis, otii tamen plus habes: aut si ne tu quidem vacas, noli impudens esse, nec mihi molestiam exhibere. Idem Att. 12, 38 Scribes aliquid, si vacabis. Vacare re aliqua, pro Carere. Cic. 85 de Orat. 3, 40 Domicilium tantum in ea vrbe remanet studiorum; quibus vacant ciues, peregrini fruuntur. Animo vacare, pro Curis solutum esse. Cic. de Diuin. 1, 10 c. 6 De quibus quid ipse sentiam, si placet, exponam: ita tamen, si vacas animo, neque habes aliquid, quod huic sermoni praeuertendum putes. Conf. Idem de Inuent. 1 c. 6. 90 Armis vacare Lucret. 5, 1348. Sic Cic. Phil. 11, 38 c. 15 Armis vacare est quiescere, otio delectari, vt ibi Cicero. Crimine fama nostra vacat Ouid. Epist. 4, 18. Cic. Fam. 6, 3 Nec enim dum ero, angar vlla re: quum omni vacem culpa. Conf. Ibid. 7, 3. Cic. Fam. 2, 1 Praesertim cum in quo accusabat, Culpa vacarem. Cultu vacat insula Ouid. Epist. 10, 59. Curis vacans Lucan. 5, 126. Cura et negotio vacare Cic. de Legib. 1, 8 c. 3. Custode vacans Ouid. Met. 2, 422. Dolore corpus vacat Idem in Ibin 115. Epu- 100 lis ora vacant Ouid. Met. 15, 478. Cic. Off. 1, 62 c. 19 Ea animi elatio, quae cernitur in periculis et laboribus, si vacat Iustitia, etc. Idem de Senect. 73 Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum Lamentisque vacare. Cic. de Senect. 34 c. 11 Ergo et Legibus et institutis vacat aetas nostra, muneribus iis, quae non possunt sine viribus sustineri. Lite vacent aures Ouid. Fast. 1, 73, Metu vacat amor Idem Amor. 1, 6, 60. 105

Militie et pecunia vacare Liu. 2, 211. Cic. Acad. 4, 131 Voluptatem autem et honestatem finem esse Callipho censuit, vacare omni Molestia Hieronymus: hoc idem cum honestate Diodorus. Add. Idem de Legib. 1 c. 3. Iabolen. in. l. Qui tertia D. de Aedil. edict. Qui

5 tertia febre, etc. ne iis quidem diebus, quibus Morbis vacant, recte sani dicentur. Populo vacare, *Procul esse*. Cic. Tusc. 2, 64 Hoc igitur tibi propono, amplitudinem animi et quasi quandam exaggerationem quam altissimam animi, quae maxime eminent contemnendis et despiciendis doloribus: unam esse omnium rerum pulcherrimam, eoque pulchriorem, si vacet Populo, nec plausum captans, se tantum ipsa

10 delectet. Budaeus. Pudore vacat nox Ouid. Amor. 1, 6, 60. Cic. de Orat. 3, 43 c. 11 Athenis domicilium manet eorum Studiorum, quibus ciues vacant, peregrini fruuntur. Vacare a metu Liu. 7, 1. Cels. 2, 14 Sed ut leuata quoque aduersa valetudine recte frictio adhibetur, sic nunquam adhibenda crescente febre: verum si fieri poterit,

15 quum ex toto corpus ea vacabit, minus recte quum ea remiserit. Vento omni vacare Cels. 2, 1. Vacat, *Imperfonale*. [*χολή* *ἵσι*] *Otium vel vacuum tempus est. Datio et Infinitiuo iungitur.* Virg. Aen. 1, 377 Et vacet annales nostrorum audire laborum. Ouid.

20 Trist. 2, 216 Non vacat exiguis rebus adesse Ioui. Vacat mihi esse deserto Quintil. 11, 1.

VACANS, antis. Partic. [*χολάζων*] *Qui otiiatur.* Cael. ad Cic. Fam. 8, 3 Hoc mihi certum ac iucundissimum vacanti negotium erat, tecum id otii tempus consumere. Animus vacans, *Curis vacuus*

25 Ouid. Met. 9, 611. Bona l. 1 Cod. de bonis vac. Mulier Martian. l. 15 §. 2 ff. de vi publ. *Nuptiae opponitur.* Vacantem Possessionem inuadere Iustin. 27, 3, 1. Add. 25, 2, 4. Saltus longè lateque vacantes Virg. Georg. 3, 477.

30 ¶ 2 *Vacantes dicebantur, Milites adscripticii, ad commoda solum participanda in numeros relati.* Treb. Pollio de Balista tyranno *extr.* Est epistola Valeriani, qua gratias Balistae agit: gaudens, quod eius consilio nullum adscripticium, id est, vacantem haberet. Sic l. 2 C. Ut dignitatum ordo seruetur, itemque l. vn. C. Th. de Comitibus vacantibus, et l. vlt. C. Th. de Primiti-

35 tia, impetrarunt, quibus praeferrí iubentur, qui in actu positi administrationes peragunt. Firmantur haec Cassiod. Var. 6, 10 et 11. Vid. Iac. Gothofr. ad Tit. Cod. Th. 6, 18 de Comitibus Vacantibus. Conf. Suet. Claud. c. 25 vocat Imaginariae militiae genus, quod vocatur supra numerum, quo absentes et titulotenus fungerentur.

40 VACANTER. Adu. Inaniter. Phauorinus apud Gellium 17, 10 Vacanter hoc etiam, inquit, accumulauit et inaniter.

VACANTO, onis. m. Fascis, manipulus, apud Petron. 63. *Alii aliter legunt.* Vid. Interpp.

VACATIO, ōnis. f. [*χολή*] *Feriae, cessatio, immunitas.* Cic. pro Cael. 30 Erat enim meum, deprecari vacationem adolescentiae veniamque petere: non inquam audeo: perfugiis non utar aetatis.

Cic. de Legib. 1, 10 c. 4 Ego vero aetatis (*i. Senectutis*) potius vacationi confidebam, cum praesertim non recusarem, quo minus more patrio sedens in solio, consultantibus responderem. Conf. Nep. 25, 7, 1.

50 Legis vacatio Suet. in Claud. c. 19. *qua quis illius obligatione ac poena liberatur.* Militiae vacatio Caes. Bell. Gall. 6, 13. Cic. Att. 1, 16 Senatus decreuit, ut Consules duas Gallias sortirentur, deiectus haberetur, vacationes ne valerent. Militiae vacationem dare Iustin. 1.

9, 12. Quae studia vacationem habent etiam publici Muneris Cic. Fam. 9, 6. Idem de Nat. Deor. 1, 53 Nos autem beatam vitam in animi securitate, et in omnium vacatione Munerum ponimus. Vacations Munerum Tacit. Ann. 1, 17, 4. Conf. Ibid. c. 35, 2. Iustin. 37, 4, 1. et 38, 3, 9. Sen. ad Helu. c. 2. et de Ira 2, 17. Cic.

60 pro Sull. 26 Si me non modo non Rerum gestarum vacatio, sed neque honoris neque aetatis excusatio vindicat a labore. *i. quae datur ob res gestas.* Vacatio Rerum iudicandarum Sen. de morte Claud. Cic. Verr. 4, 23 Pro hisce rebus, vacatio data est ab illo sumtus, laboris, militiae, Rerum denique omnium. Dare vacationem a causis Cic.

de Legib. 1, 11 c. 4. Idem Acad. 4, 121 c. 38 Sed cum sacerdotes deorum vacationem Habeant, quanto est aequius habere ipsos deos?

65 Sublatis vacationibus delectum haberi in vrbe Cic. Phil. 5, 31. Sublatae sunt vacationes, cum nemo vel aetate vel numero stipendiorum excusatur. Cic. Verr. 5, 41 c. 22 Quod tam immune municipium, quod per hos annos tam commoda vacatione sit vsu omnium rerum, etc.

70 Vacatio etiam ponitur pro Pecunia, quae pro vacatione soluebatur. Tacit. Hist. 1, 46, 4 Ut vacationes praestari centurionibus solitae remitterentur. Vid. ibi Sauii. et Marc. Donat. Add. Tac. ib. c. 58, 2.

VACVVS, a, um. Adi. [*κενός*] *Inanis, nihil continens, vel simpliciter, vacuum est, quidquid adiunctum sibi non habet illud, quo vacuum esse dicitur.* Virg. Georg. 3, 143 Saltibus in vacuis pascant, et plena secundum Flumina. *ubi nihil illas turbet; de equabus grauidis.* Sic

Horat. Epist. 1, 19, 21 Libera per vacuum posui vestigia princeps, Non aliena (*vestigia*) meo pressi pede. Virg. Aen. 7, 379 Vacua Atria circum. Idem Georg. 2, 287 Neque in vacuum poterunt se ostendere rami. *i. nimis angustae positae sint arbores.* Aër vacuus Virg.

80 Georg. 3, 109. Aetas vacua periculo Tacit. Ann. 16, 13. Agri vacui, *Arboribus carentes, et soli expositi, nec obumbrati ramis arborum* Virg. Georg. 2, 54. Animus vacuus, *Otiosus, nullis negotiis curisue irretitus.* Cic. de Clar. Orat. 20 c. 5 Nunc vero, inquit, si es animo vacuo, expone nobis, quod quaerimus. Animus vacuus et solutus

85 Cic. Verr. 4, 23. Animum vacuum ad res difficiles scribendas afferre Idem Att. 12, 37 (38) Aula vacua Virg. Georg. 4, 90. Aurae vacuae Idem Aen. 12, 592. Plaut. Trin. Prol. 11 Accipite, et date mihi vacuas Aures dum eloquor. *h. e. Nolite aliis rebus occupare aures, tantum audite me.* Sic Pseudo-Cic. Anteq. iret in exil.

90 13. Aures vacuas permulcere dictis, *Adulationibus patentes* Hor. Epist. 1, 17, 26. Caelum vacuum Virg. Aen. 5, 515. Cic. Verr. 2, 56 c. 18 Etiam si statim ad dicendum nostro commodo, vacuosque dies habuissemus, tamen oratione longa nihil opus fuisse. Domus

95 vacua Cic. in Catil. 1, 4. Equus vacuus, *Sine fessorè* Liu. 26, 16. et 44, 26. Fundus Ict. Gladius vagina vacuus Cic. pro Marcell. 17. *i. Sine vagina.* Vid. MEDVLLA, *it.* PECTVS. Cic. Verr. 1, 33 Hora nulla vacua a furto, a scelere, crudelitate, flagitio reperietur. Lectus vacuus Ouid. Met. 11, 471. Lecto vacuo vi-

100 vere Propert. 2, 2, 1. Cic. de Fin. 5, 1 Maxime quod is Locus ab omni turba id temporis vacuus esset. Iuuenal. 8, 90 Ossa vides regum vacuis exhausta Medullis, ut Gladius. Cic. Tusc. 3, 8 Sanitatem enim animorum positam in tranquillitate quadam constantiaque censebant, his rebus Mentem vacuum appellarunt insaniam. Men-

105 tes vacuas tenere, *Oblectare animos otiosos* Virg. Georg. 3, 3. Mulier Tac.

Tac. Ann. 13, 44, 2. *i. vidua, certe non habens maritum.* Tac. Hist. 1 Si Respublica et Senatus et Populus vacua nomina sunt. Nox vacua crimine Ouid. Fast. 4, 581. Numi vacui dicuntur, *Quae sunt sine usura et foenore, nec in usum aliquem erogantur* Scaeuola in l. Quintus D. Depositi vel contra. Operarii vacui Columel. 11, 2. 5
 Omne solum forti patria est, vt piscibus aequor; Vt volucris, vacuo quidquid in Orbe patet Ouid. Fast. 1, 493. *i. aëre.* Cic. pro Rosc. Com. 52 Petisse, inquit, suam partem, Roscium a Flauio confiteor, vacuam et integram reliquisse Fannii, concedo. Pectore in vacuo regnat amor Ouid. Amor. 1, 1, 26. *quod paullo ante vacuum erat amoris affectu.* Pectus velamine vacuum Stat. Theb. 1, 593. *i. nudum, vt Gladius vagina vacuus.* Pedes vacui Ouid. de Arte Am. 1, 491. Possessio caduca et vacua Cic. de Orat. 3, 120. Idem pro Rosc. Amer. 26 Cum ille confirmaret se nomen Sext. Roscii de tabulis ex-
 emturum, praedia vacua filio traditurum, etc. Tempus vacuum 15
 (al. vacuum) laboris dare sibi Ter. Heaut. 1, 1, 38. Lucan. 3, 26 Et nullum vestro vacuum sit tempus amori. Tempus sterile et vacuum beneficio Plin. in Paneg. 56, 2. Temporibus quum vacui nihil haberem Cic. Att. 2, 23. Idem Verr. 7, 134 Nullum propugna-
 torem abfuisse, nullum vacuum (*remige*) Transtrum esse: remigi 20
 rem frumentariam esse suppeditatam, etc. Venter vacuo mulier, cui opponitur Venter pleno mulier, id est, praegnans Papinianus in l. Venter D. de acquirenda hered. Vid. Vterus vacuus. Vita va-
 cua laboribus Ouid. Trist. 5, 3, 9. Umbra tonsoris vacua, Ton- 25
 strina tonsoris cessantis Hor. Epist. 1, 7, 50. Vrbs vacua, in qua ho-
 mines degunt otiosi Hor. Epist. 2, 2, 81. Vterus vacuus, *i. Non prae-
 gnans* Vlpian. in l. Cum quidam §. Suum heredem D. de acquirend. he-
 red. Vid. Venter vacuus. ¶ 2 *Construitur* Vacuus cum
 Genitio. Laudatur Sallust. Iugurth. . . . Ager autem aridus,
 et frugum vacuus, ex Nonio. Animi vacuus *meticulosus* Stat. 30
 Theb. 5, 643. Operum vacuus, *Cessans ab opere* Hor. Serm. 2, 2,
 119. Rerum vacuae literae Tacit. Ann. 15, 8. Virium vacuus,
 Qui sine viribus est Plaut. Bacch. 1, 2, 46. Vacuus simpliciter Nul-
 lis negotiis distractus. Cic. in Brut. 10 Itaque hunc elegimus diem,
 quum te sciremus esse vacuum. Cum Praepositione A vel Ab. Cic. 35
 Q. Fratr. 1, 3 Sin eris ab isto periculo vacuus, ages scilicet, si quid agi
 posse de nobis putabis. Ab exercitu locus vacuus, ab defensoribus
 Caes. Bell. Gall. 8, 46. Ibid. 2, 12. Cic. Fam. 11, 16 pr. Permagni
 interest, quo tibi haec tempore epistola reddita sit, vtrum cum solici-
 tudinis aliquid haberes, an quum ab omni molestia vacuus esses. Ab 40
 odio vacuus Sallust. Catil. c. 51. Cic. Att. 10, 16 Consilium nostrum
 spero vacuum a periculo fore. Idem Verr. 4, 3 Nam ipsa Messana,
 quae situ, moenibus, portuque ornata sit, ab his Rebus, quibus iste de-
 lectatur, sane vacua ac nuda est. A securibus vacuus Tacit. Ann. 45
 12, 34. Cic. Verr. 4, 23 Verum vt opinio mea fert, his quidem
 temporibus in omni orbe terrarum vacui, expertes, soluti ac liberi
 fuerunt ab omni sumtu, molestia, munere. A suspitione vacuus
 Cic. de Arusp. Resp. 11. A tributis Tacit. Ann. 12, 34. Cum
 Ablatio, vt Aemulatione Tacit. Ann. 12, 2. Cic. de Fin. 2, 46
 Cum vacui Curis etiam quid in caelo fiat scire debemus. Cura 50
 domestica vacuus Tacit. Ann. 12, 5. Cic. Fam. 4, 14 Quum propter
 eorum scelus nihil mihi intra meos parietes tutum, nihil Insidiis
 vacuum viderem. Metu vacuus Tacit. Hist. 1, 88. Molestiis
 Cic. Fam. 4, 4. Idem de Fin. 4, 12 Vacui Negotiis honeste ac li-
 beraliter possumus viuere. Noxiis Plaut. Merc. 5, 4, 25. Pe- 55
 riculo Tac. Hist. 1, 88. Cic. ad Q. Fratr. 1, 3. Somno vacuus
 Ouid. Amor. 1, 2, 3. Cic. de Fin. 2, 30 Luxuriam non reprehendit,
 modo sit vacua infinita cupiditate et timore. Tributo vacuus
 Tacit. Ann. 12, 61. ¶ 3 *Quid esset* Pendere in vacuum
 apud Sueton. Claud. c. 9 *disputatum est*, In vacuum lege praedictoria 60
 venalis pependit Claudius. *Placet, quae modo proposita est, Cl. Ernesti
 interpretatio, Proscriptam esse praedictorum Claudii auctionem, sed id fa-
 ctum tantum esse contumeliae et sollicitudinis iniiciendae causa, non, vt
 auctio fieret etc. Habet haec significatio aliquam cognationem cum his,
 quae dedimus modo in VACANS n. 2. In vacuum vbi titulus adest, 65
 nomen, species adest, sed sine re, vt vacuum caput est personae Tragicae,
 vel vacua est claua Herculis in Tragoedia, quam alias vibrare non possit
 histrio. Venire in vacuum, Succedere in locum morte alterius vacantem,
 de herede substituto Hor. Serm. 2, 5, 50. Vacuus, pro Otioso.
 Tacit. Ann. 2, 46 Quoniam tres vacuas legiones, et duceim fraudis 70
 ignarum perfidia deceperit. Vacuus ad narrandum aliquid, *b. e.*
 Cui vacat narrare, aut agere Ter. Andr. 4, 2, 13. Postquam, remoto
 metu Punico, simultates exercere vacuum fuit Sallust. ap. Gell. 9, 12.
i. per otium licuit. Sic Vbi securas opes concupiscere vacuum fuit
 Tac. Hist. 2, 38, 2. Superl. Ouid. ex Pont. 3, 1, 141 Nec rursus 75
 iubeo, dum sit vacuissima quaeras. *b. e. Otiosissima, vacua et libera ab
 aliis negotiis.**

VACVE. Adu. Idem. Arnob. 3 p. 121 Inaniter, vacue et sine
 vlla substantia constituta.

VACIVVS, a, um. Adi. [*ἐναίσιμος* Gloss. Lat. Gr.] Vacuus, Vt, 80
 Aures vacuae Plaut. Trin. Prol. 2, 11. Aedes vacuae Idem Cas.
 3, 4, 6. Aedes aurium vacuae Idem Pseud. 1, 5, 54. Ter.
 Heaut. 1, 1, 38 Sine me, vacuum tempus ne quod dem mihi laboris.

VACIVE. Adu. Idem. Phaedr. Prol. 5, 14 Libellum vaciue
 perleges. 85

VACIVITAS, atis. f. Vacuitas. Plaut. Curc. 3, 2, 40 Cibi va-
 ciuitate. Et D. Brutus ad Cic. Fam. 11, 10 Cupiditatem hominibus
 iniiciat vaciuitas non te fugit. Alii legunt Vacuitas; sed l. G. Grae-
 vius Vacuitas ex MSS.

VACVITAS, atis. f. [*κένωσις, κένωμα*] Cic. Off. 1, 73 c. 21 Ad- 90
 hibenda est vacuitas ab angoribus. Idem de Fin. 1, 37 c. 10 Nam
 quoniam quum priuamur dolore, ipsa liberatione et vacuitate omnis
 molestiae gaudemus. Loci Vitruv. 8, 2. Cic. Tusc. 5, 42 Se-
 curitatem autem nunc appello vacuitatem aegritudinis, in qua vita be-
 ata posita est. Dolorum omnium vacuitas Cic. de Fin. 2, 36. Add. 95
 Ibid. 3 c. 25. Plur. Interuenientium vacuitates Vitruv. 2, 7. *i.*
spatia vacua.

VACVO, are. [*κενώω*] Vacuum efficere. Martial. 11, 6 Si redeant
 veteres, ingentia nomina, patres, Elysium liceat si vacuare nemus.
 Columel. 3, 13 Opus est autem perito, ac vigilante exactore, qui ripam 100
 erigi iubeat, sulcumque vacuari. Conf. Solin. c. 25.

VACVATVS, a, um. Partic. Vt, Vacuata dolia Columel. 12, 50.
 Sanguine vacuatus Aur. Victor Epit. c. 43. Sil. 11, 57 Impensis
 belli vacuati saepe penates. Vacuatum auxiliis oppidum Frontin.
 Strat. 3, 6, 2. 105

VACUEFACIO, Ære. *Idem quod Vacuo.* Macrobius Saturn. 7, 12. Venas inedia vacuefacere. Nepos 5, 2, 5 Vacuefacere insulam.

¶ 2 Abolere, Superuacuum pronuntiare, [νεῦν] V. g. Circumcisionem vacuefacere, abstinentiam suillae carnis auferre Lactant. 4, 17, 1.

5 VACUEFIO, Æri. Lucret. 6, 1003 Hoc vbi inanitur spatium, multusque vacuefit In medio locus: et 1015 Hoc fit item cunctas in partes, vnde vacuefit Cunque locus. Al. vacuefit, it. vacuefit. Sed hanc lectionem tuetur Carrio Ant. lect. 1, 18 qui etiam Ciceroni illud ex MSS. restituit.

10 VACUEFACTVS, a, um. Nepos 20, 3, 2 Ciuibus veteribus sua restituit, nouis bello vacuefactas possessiones diuisit. Subsellia Cic. Catil. 1 c. 7. al. vacua facta. Erubescenda sentina (scortorum) vacuefactus exercitus Val. Max. 2, 7, 1.

VACVNA, æ. f. [Ὀυκνήνα] Dea, quæ præerat otiosis et vacanti-
15 bus. Huic sacrificabant agricolæ, quum post collectas fruges quiescebant. Ouid. Fast. 6, 367 Nam quoque quum fiunt antiquæ sacra Vacunæ, Ante Vacunales stantque sedentque focos. Hor. Epist. 1, 10, 49 Hæc tibi dictabam fanum post putre Vacunæ. Vet. Schol. Aufon. Epist. 4, 99 Totam trado tibi simul Vacunam, Nec iam post metues vbi que
20 dictum. i. Vacuum te iubeo esse liberum et immunem ab omni dicto et contumelia. Turneb. 2, 23. Conf. Torrent. ad Hor. c. 1. Sed Scal. legit plane aliter Tostam trado tibi simulque et agnam, i. agnam tostam.

VACVNĀLIS, e. Adi. Modo vidimus ex Ouid. Fast. 6, 368.

25 V A D

VADIMONIS lacus, [Ὀυαδιμῶνος λίμνη] celebratus a Plin. 2, 95 propter insulas in eo fluctuantes. Plin. iun. Epist. 8, 20 Exegerat focer meus, vt Amerina sua prædia inspicerem, hæc perambulanti mihi ostenditur subiacens lacus nomine Vadimonis etc.

VĀDIS, is. [ὄρκιος, ἑγγυητής] Primo dicebatur, deinde per syncope
30 pen VAS, vadis. m. Sponsor alterius in re capitali, vt ait Festus. Vas (inquit Varro de L. L. 5, 7) dictus est, qui pro altero vadimonium promittebat. Liu. 3, 13 Reus, dum consulerentur patres, re-
35 tentus in publico est. Vades dare placuit: vnum vadem tribus milibus aeris obligarunt: quot darentur permissum tribunis est: decem finierunt. Tot vadibus accusator vadatus est reum. Hic primus vades publicos dedit (Fabius Cæso A. V. CCXLIII) dimissus e foro, nocte proxima Tuscos in exilium abiit. — Pecunia a patre exacta crudeliter, vt diuenditis omnibus bonis — in deuio quodam tugurio viueret. Cic. Off. 3, 45 c. 10 de duobus Pythagoreis, Quum is,
40 qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum subrum causa postulauisset, vas factus est alter sistendi eius, vt si ille non re-
45 vertisset, moriendum esset ipsi. Cic. Tusc. 5, 63 Cum Dionysius alterum vadem mortis accepisset, alter vt vadem suum liberaret præsto fuisse, etc. Liu. 25, 4 Rei capitalis diem Postumio dixerunt, ac ni vades daret, prehendi a viatore atque in carcerem duci iusserunt. Postumius vadibus datis non affuit. Inter Vadem et Prædem, differ-
50 rentiam vide in PRAES. et Gronou. ad Liu. 3, 13. Vas dictus est, quod qui vades dedit, vadere ei, id est discedere interim liceat. Hor. Serm. 1, 1, 19 Ille datis vadibus, qui rure extractus in urbem est. Cic. Fin. 2, 79 c. 24 Vadem te ad mortem tyranno dabis pro amico. Accipere aliquem vadem pro aliquo, vid. ACCIPIO. Deferere vades
55 Liu. 39, 41. Liberare vadem Cic. Tusc. 5, 63.

VADIMONIUM, i. n. [ἑγγύη] Sponsio quaedam sistendi, com-
parendique in iudicio ad diem præstitutam per se, vel per aduocatos, quam deferere non licet. Cic. pro Quint. 48 c. 15 Ad vadimonium non venit quis? is qui tibi præsto semper fuit. Plaut. in Curc. 1,
60 3, 5 Vbi tu es qui me conuadatus Veneriis vadimoniis? Vadimonium a Vade deductum est, vt Mercimonium a Merce: et quanquam eo nomine proprie censetur obligatio sistendi se iudicio, tamen omnis sponsio et promissio eo interdum vocabulo continetur, vt e dicto Thaletis Milesii cognosci potest, ἑγγύα παρὰ δ' ἄρκου quod Aufonius in Sipient. Sentent. extr. vertit, Mileti fugisse Thales vadimonia alumnus. Idem Lud. Sipient. 190 conuertit, Sponde, noxa tibi præsto est, etc. Ad vadimonium Aduocatus descendit Sen. Ep. 8. Garrula vadimonia
Ouid. Amor. 1, 12, 23. Concipere vadimonium, Certam formulam vadimonii exprimere. Cic. Q. Fratr. 2, 14 Negat enim in tanta multi-
70 tudine eorum, qui vna essent, quemquam fuisse, qui vadimonium concipere posset. Vid. CONCIPIO. Cic. de Senect. 21 Omnia quæ curant, meminerunt, vadimonia constituta, qui sibi, cui ipsi debeant. Plin. in Præfat. Inscriptiones propter quas vadimonium deferri posset. i. Festiuissima, et magna, multaque promittentes, ita, vt vel vadimonium
75 propter eorum librorum recitationem deferri possit. Illustrari hoc potest ex Horat. Sat. 1, 9, 40 vbi garrulus, Dubius sum, quid faciam, inquit, Tene relinquam an rem: P. accessit Ex casu tum respondere vadato Debebat: quod ni fecisset, perdere litem. tum deserit vadimonium sectans Horatium. In fine Satiræ venit aduersarius, Et, Quo tu turpissime? magna Inclamat voce. Vid. DESERO. Cic. Catil. 2 c. 3. Idem Att. 2, 7 In hominem ire cupiebam, non mehercule, vt differrem cum eo vadimonium: nam mira sum alacritate ad litigandum. i. Differre diem iudicii, diem adeundi Praetoris. Vid. DIFFERO. Cic. pro Quinct. c. 14 Idem ibid. 23 c. 6 Qui quo
85 tempore primum male agere coepit, in vadimoniis differendis tempus omne consumferit, qui postea quoque vadimonium missum fecerit. Imponere vadimonium alicui Nepos 20, 5, 2. Obire vadimonium, vid. OBEO. Suet. Calig. c. 39 Et litigatorum plerique, quod Occurrere absentes ad vadimonium non possent, causa caderent. Promittere vadimonium, i. promittere se ad futurum in iudicio Cic. Verr. 3, 38. Idem ibid. 5, 140 Quod isti simul ac nuntiatum est, hominem iubet Lilybaeum vadimonium Venerio seruo promittere, vid. PROMITTO. Cic. pro Quint. 20 c. 8 Venit Romam Quintius, vadimonium sistit, i. obit. Conf. Cato ap. Gell. 11, 14. Nep. 25, 9, 4. Esse vadimonium alicui cum aliquo Cic. pro Quint. 56. Esse in vadimonio Idem ibid. 23.

VADOR, Æri. [κλητεύω] Verbum commune est secundum Priscianum l. 8 p. 794 pro Vadimonio obstringere, siue diem iudicii ex pacto constituere, et in ius vocare, et vicissim pro obstringi. Cic. pro Quint. 61 c. 19 Debere tibi dicis Quintium: procurator negat. vadari vis; promittit: in ius vocas; sequitur: iudicium postulas; non recusat. Plaut. Perf. 2, 4, 28 Vadatur hic me. P. vtinam vades desint, in carcere vt sis. Cic. pro Quint. 23 c. 6 Se iam neque vadari amplius, neque vadimonium promittere: si quid agere secum
90 vellet Quintius, non recusare. Hic quum rem Gallicanam cuperet re-
95 visere,

visere, hominem in praesentia non vadatur, Ita sine vadimonio disceditur. Tot vadibus accusator vadatus est reum Liu. 3, 13. quem locum damus in VAS. Hor. Serm. 1, 9, 36 Et casu tunc respondere vadato Debebat: quod ni fecisset, perdere litem. Bentl. Vadatus, quod alterum putat ab his substitutum, qui nescirent etiam Passivum esse, et respondere absolute sine Casu poni. Caeterum passivum rationem probat ex Plauto Bacch. 2, 2, 3 Ita me vadatum amore vinctumque attines. Lucil. ap. Non. 1, 26 Nec mihi amatore hoc opus, nec tricone vadato. Fulg. Expos. ser. ant. 61 Vadatus obstrictus, vel sub fideiussione ambulans, sicut Fenestella ait, Apud quem vadatus amicitiae nodulo tenebatur. Apul. Met. 11 p. 259, 40 Memineris — mihi reliqua tuae vitae curricula ad vsque terminos ultimi spiritus vadata. Addit Symmach. Epist. 1, 31. 2, 45 etc. Ouid. Rem. Amor. 665 Iamque vadaturus, lectica prodeat inquit.

VADATIO, ōnis. f. apud ICtos.

VĀDO, si, sum, ěre. [*ἄμ, βᾰδίζω, βᾰίω*] Iter facere suis pedibus proprie. Virg. Aen. 2, 396 Vadimus immisti Danais, haud numine nostro. Cic. Att. 4, 9 (10) extr. Ad eum postridie mane vadebam, quum haec scripsi. Ad illum ex Libya Hammon vasit Tertull. de Pall. c. 3. Vadit aduersus imminentem hostium aciem Liu. 9, 3. Lentulus Spinter hodie apud me, cras mane vadit Cic. Att. 14, 11. Post hunc ore fero Capricornus vadere pergit Idem in Arat. 326. Vade age Virg. Aen. 3, 462. Veloci via vadere Senec. Med. f. 4. Ferae erectae vadunt Auctor ad Herenn. 2, 29. In hostes vadendum Liu. 7, 24. In Mesopotamiam vadit Euphrates per Seleuciam Plin. 5, 2. In mortem vadere Virg. Aen. 2, 359. In praeceptis vadere Sen. Hippol. f. 2. In praeceptis animus vadit Idem Hippol. f. 2. In praelium vadere Liu. 3, 63. Per iter praeceptis gloria vadit Ouid. Trist. 4, 3, 74. Per medios hostes Liu. 22, 50.

VADENS, entis. Partic. [*βᾰδίζων*] Virg. Aen. 6, 263 Ille ducem haud timidus vadentem passibus aequat. Liu. 26, 6 Elephanti per media castra vadentes, stragem tabernaculorum ingenti sonitu ac fuga abruptum vincula iumentorum facerent.

VĀDVUM, i. n. [*ῥόγος*] Locus in flumine, lacu, mari, et quacunq̄ aqua, quae propter breuitatem pedibus, transiri potest, siue per quem vadere licet, quum sit minus profundus. Plin. Lignum vado haerebat Liu. 38, . Pontem quia vado nusquam transitus erat, facere instituit Idem 38, 18, 7. Rursum Caes. Bell. Gall. 1, 6 Rhodanus nonnullis locis vado transitur. Quum venissent ad vada Volaterrana quae nominantur, vident per familiarem Naeuii, etc. Cic. pro Quint. 24. Scitus vadorum Ouid. Met. 9, 108. Catull. Argon. f. 62 (65) 6 Ausi sunt vada salsa cita decurrere puppi. ubi fretum notat, qua traicere nauibus licet. Nam late patet. Interdum est alveus fluuii, lacus, aut maris: vid. Gronou. Obs. 1, 19. Drakenb. ad Sil. 2, 1. Margo putei, ap. Phaedr. 4, 8, 12. Quin pori corporis aut venae. Subeatque latentibus vltro Quae facta est medicina vadis Gratius Cynege. v. 424. Videntur itaque vadum accepisse non modo qua vadere pedibus per aquam licet: sed qua vadit humor. Epitheta: Vada Breuia Virg. Aen. 5, 221. Caeca Idem ibid. 1, 540. passivae, quae non videntur. Caerulea vada Virg. Aen. 7, 198. Dura vada caecis saxis Idem ibid. 3, 706. Fœuida Virg. Aen. 7, 24. Gelida Ouid. Amor. 3, 6, 26. Iniqua Propert. 1, 17, 10. Limosum Ouid. Fast. 4, 300. Palustris Claud. de Rapt. Proserp. 2, 59. Piscosa Ouid. de Arte Am. 2, 82. Prona vada fluuii Claud. in Eutrop. 1, 353. Sacra vada fontis Numici Virg. Aen. 7, 242. Salsa vada Idem ibid. 5, 158. Tarda vada, Aquae torpentes et pigrae Sen. Herc. Fur. f. 9. Torua vada Idem Phoen. f. 1. Vitrea vada Claud. de Aponi balneis 5, 32. Applicare remos vadis Ouid. Trist. 3, 9, 10. Cic. pro Caes. 51 c. 21 Sed quoniam emeruisse iam e vadis, et scopulos praeteruecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur. Hic vada Breuia sunt, ut Syrtes. Exultant vada Virg. Aen. 3, 557. Frangere vadosum vadum nando Sil. 8, 555. Labitur placido vado Lethe Senec. Herc. Fur. f. 9. Nudantur vada, vid. NVDVS. Pellere vada remis Catull. Argon. f. 62, 58. Re. 65 fusa imis vadis stagna Virg. Aen. 1, 130. Tentare vadum, pro Aggredi negotium aliquod, dixit Ouid. de Arte Am. 1, 457. Transiliunt rates vada Hor. Carm. 1, 3, 24. Vertere vada liuida remis Virg. Aen. 6, 320. Res est in vado, i. In tuto. Nam ut in profundo periculum consistit, ita in vado securitas Ter. Andr. 5, 2, 4. Haec prope modum iam esse in vado salutis videtur Plaut. Aul. 4, 10, 73. Vadum, pro Fundo. Plin. 31, 3 de aquarum salubritate, Super omnia obseruatio vna, ut illa vado exiliat vena, non e lateribus.

VADVS, i. Masculino genere apud antiquos. Sallust. Hist. 1 Et mox Fufidius adueniens cum legionibus, postquam tantas asperitates haud facilem pugnantibus vadum, cuncta hosti quam suis opportuniore videt, etc. Ex Nonio 3, 265.

VADA, orum. n. Pl. Locus Italiae in Liguria, cui Sabatorum nomen adicitur. Brut. ad Cic. Fam. 11, 10 Ad Vada peruenit. Id. Epist. 13 Priusquam ad Vada venit.

VADVS, 2, um. pro Vadofus. Pomp. Mela 2, 5 Atax ex Pyrenaeo monte digressus, vadusque est. Al. Vadofus.

VADABILIS, e. Idem. Sarisb. 2, 24 Non vadabilis Alyffus.

VADO, ěre. [*διανορῖω*] Per vadum transire. Solin. Flumen quod propter breuitatem facile vadari poterat. Conf. ICt. 1. vlt. Dig. de seru. praed. rust.

VADŌVS, 2, um. Adi. [*ῥογῶδης*] Ut, Vadofus amnis Virg. Aen. 7, 728. qui frequentia habet vada, quae transiri pedibus possunt. Caes. Bell. Ciuil. 1, 25 Quod his locis vadofium mare erat longius progressus, etc. Liu. 37, 14 Quod in fluminis modum longum et angustum et vadofium ostium portus sit. Add. Idem 33, 17. Aquae vadofae Lucan. 8, 698. Superl. Solin. c. 65 Ganges, vbi vadofissimus est.

V A E

VAE. [*ἄει*] Interiectio minantis, certe malum denuntiantis. Martialis. 5, 34 Carpere caufidicus fertur mea carmina: quis sit, Nescio: si sciero vae tibi caufidice. Ter. Andr. 2, 1, 3 Vae misero mihi. Pro heu! Virg. Ecl. 9, 28 Mantua vae miserae nimium vicina Cremonae. Vae victis! a Brenno Gallorum Rege in prouerbum venit, qui ea voce usus est, cum gladium suum adiceret ponderi auri, quod a Romanis pro soluenda obsidione stipulatus erat. Vid. Festus, et Liu. 5, 48 extr.

VAEORS, vid. VECORS.

VAENEO, *vid.* VENEO.
VAESANVS, *vid.* VESANVS.

V A F

- 5 VAFER, fra, frum. Adi. [*καρδαίλος, πανέργος*] *Callidus, astutus, quasi aliquantum Afer, minutus quidam Afer. Mira enim semper fuit Afrorum calliditas. Ita malim quidem, quam Valde Afrum, ut vult Non. 1, 70 qui laudat etiam Cic. de Rep. 3 Non sunt in disputando vafri, non*
10 veteratores, non malitiosi. *Et Off. 3, 57 Certe non aperti, non simplicis, non ingenui, etc. versuti potius obscuro, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri. Ouid. de Arte Am. 3, 332 Vafere Geta. Ius vafrum Hor. Serm. 2, 2, 131. Compar. Hieron. Epist. 23 Cauillentur vafriora licet. Superl. Senec. Epist. 48 In-*
15 terrogationes vaferrimas struere. *Cic. de Nat. Deor. 1, 39 c. 15 Chryssippus, qui Stoicorum somniorum vaferrimus habetur interpres.*
VAFELVS, a, um. Dimin. *Festus, Sicut fit diminutiue a Macro macellus, a Vafro vafellus.*
VAFRAGMENTVM, i. n. *Factum vafrum, strategema. Valer.*
20 Max. 7, 3 ext. 2 *Quantum imperium quam paruo interceptum est vaframento. Item, Lampfacenae vrbis salus vnius vafamenti beneficio constitit. Add. ib. ext. 4.*
VAFRE. Adu. [*πανέργος*] *Callide. Cic. Verr. 2, 132 c. 53 Nihil sane vafre, nec malitiose facere conatus est. De vafre dictis*
25 aut factis Val. Max. 7, 3 tit. *Add. ibid. ext. 2.*
VAFRITIA, ac. f. *Senec. Epist. 49 Non vacat mihi vafritiam meam experiri.*

V A G

- 30 VAGA, ac. f. *Oppidum Numidiae. Sall. Iug. 47 pr. Erat haud longe ab eo itinere, quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum nomine Vaga (sic scribendum ostendit Cortius ad h. l. et Cellar. non*
VACCA) *forum rerum venalium totius regni etc.*
35 VAGENSES, non VACCENSES, *incolae Sall. Iug. 66 sqq.*
VAGEDRUSA, ac. f. *Fluuius inter Achatem et Gelam, apud Sil. 14, 230 Qui fontes, Vagedrusa, tuos, etc.*
VAGĒNI, orum. m. Pl. [*Ουάγηνος*] *Plin. 3, 20 Populi inter Alpinas gentes. Sil. 8, 608 Tum pernix Ligur, et sparsi per*
40 faxa Vageni.
VAGĪNA, ac. f. *Theca. Vagina Isidoro 18, 9 videtur dicta quasi Baiugina, quod in ea mucro vel gladius baiulatur, Vossio quasi Vacina a vacuitate, quod certe probabilius est. Inprimis frequens Vagina gladii. [θήκη, κολοός] Cic. in Catil. 1, 4 Verumtamen vt inclusum in tabulis, tanquam gladium in vagina reconditum. Idem de*
45 Nat. Deor. 2, 37 *Vt clypei causa inuolucrum, vaginam autem gladii, sic praeter mundum caetera omnia aliorum causa esse generata. Gladium vagina vacuum in vrbe non vidimus Cic. pro Marc. 17 c. 6. Vid. VACVVS. Eburna vagina Virg. Aen. 9, 305. Deripere*
50 ensem vagina Ouid. Met. 10, 475. *Virg. Aen. 10, 475. Ducere ferrum vagina Ouid. Fast. 4, 929. Educere gladium e vagina Cic. de Inuent. 1, 14 c. 4. Eripere ferrum vagina Virg. Aen. 6, 260. Liberare ensem vagina Ouid. Fast. 2, 792. Tectus ensis vagina*
Hor. Serm. 2, 1, 41. *Terebris vaginae ex oleastro vtilissimae*
55 *fiunt Plin. 16, 43. i. manubria. Metaphor. Corporis in vaginas vnguuium mucrones condunt ferae Plin. 8, 15. Viscerum membranae et vaginae Plin. 11, 37. Varro de R. R. 1, 48, 3*
Aristae enim quasi cornua sunt spicarum: *quae primitus quom oriuntur, neque plane apparent, in qua sublatent herba, ea vocatur vagina, vti qua latet conditus gladius. Add. 1, 32, 1. Cic. de Senect. 51 c. 15 Culmoque erecta geniculato, vaginis iam quasi pubescens*
60 *includitur. Conf. Cato R. R. c. 32. Vagina velut animae corpus Plin. 7, 52. Locum damus voce HERMOTIMVS.*
VAGINŪLA, ac. f. Dimin. [*καλεάριον*] *Plin. 18, 7 Et far in vaginulis suis seruant ad satus.*
65 VAGIO, ire. [*βαβάζω*] *Proprium est infantum sonum desiderii vel doloris indicem edentium. Ter. Hec. 4, 1, 2 Nam audisse vocem pueri visus est vagientis. Cic. de Senect. 83 c. 23 Et si quis deus mihi largiatur, vt ex hac aetate repuerascam, et in cunis vagiam. Ouid.*
70 *Fast. 2, 405 Vagierant ambo pariter. Heinl. ex MSS. legit, Vagierunt clamore pari. Conf. Gell. 16, 17. Dicitur de Haedis, Varro de L. L. 6, 5 Eiusdem (sc. Ennii) ab haedo, Clamor ad caelum voluendus per aethera vagit. Conf. Voss. Inst. Orat. 4 p. 96. Item de Leporibus Auctor Philomel. v. 60. De coruis, Pulli eius*
75 *clamant ad Deum vagientes Vulgat. Iob. 38, 41.*
VAGĪTO, āre. *Frequentat. [βαβάζομαι] Stat. Silu. 4, 8, 35 Quumque tibi vagitet tertius infans. Alii Vagiret.*
VAGITANVS, i. m. *Vagientium deus. Augustin. de Ciuitat. Dei 4, 8 Vagitanum, qui infantum vagitibus praefideret. Al.*
80 *Vaticanum, v. u.*
VAGĪTVS, ūs. m. [*βαβασμός*] *Ipsa infantium vox. Natura hominem nudum, et in nuda humo, natali die abiicit ad vagitus statim et ploratum; et sic a suppliciiis homo vitam auspicatur Plin. 1, 7 praef. Martial. 9, 9 Sordida vagitu posceret aera puer. In-*
85 *gens vagitus Virg. Aen. 6, 426. Lugubris vagitus Lucret. 5, 227. Rudis vagitus Stat. Silu. 2, 1, 105. Edere vagitum Quinctil. 1, 1. Misti agris vagitibus ploratus Lucret. 2, 579.*
VAGŪLVVS, a, um. a Vagio. *Adrianus imperator in carmine, quod moriturus dixit apud Spartianum c. 25 Animula vagula, blandula, etc.*
90 VAGVLATIO, ōnis. f. a VAGVLO, āre. *quod a VAGIO descendit; Vagitus, clamor, conuicium. Festus h. v. Vagulatio in lege duodecim tabularum significat questionem cum conuicio. Cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum ob vagulationem ito.*
95 *Tertiis diebus valet, diebus perendinis, vt dicitur tertiis nundinis: ob portum, ad aedes: ob vagulationem, ad quiritandum et conuicium homini faciendum, qui ad testimonium dicendum non venerit. Nec assentior iis, qui a Vagor deducunt, nec qui Obvagulatum legunt, cum Vagulationem Festus plane aperteque legat, et interpretetur, sitque Ob vagulationem dictum antiquo more pro Ad vagulationem. Ex Turnebo.*
100 VAGOR, ōris. m. [*βαβασμός*] *Idem. Lucret. 2, 575 Et superantur item, miscetur funere vagor. Nonius 2, 889. Enn. ap. Fest. Qui clamor oppugnantis vagore volanti.*
VAGVS, a, um. Adi. [*πλάγης, πλανήτης*] *Qui modo huc, modo illuc dis-*
105 *currit, volat, fertur, inconstantes fere et temerarios motus significat. Sed tamen*

tamen etiam discursum cum consilio. Cic. Att. 7, 11 Vult enim me Pompeius esse, quem tota haec Campana et maritima ora habeat *ἐπι-σκηπτον*, ad quem delectus et summa negotii referatur. Itaque vagus esse cogitabam. *i. huc illuc discurrere et curare.* Vagum et exulem errare Cic. pro Cluent. 175 c. 62. Cum patulis terrerem vagus otia septis Stat. Silu. 4, 6, 2. Animi vagus Catull. de Berecynt. l. 61, 4. Aues vagae Hor. Carm. 4, 4, 2. Aura vaga Ouid. Met. 8, 197. Errores vagi Idem Met. 4, 501. Exul vagus Idem Met. 11, 408. Fama vaga Idem Epist. 21, 233. Febres vagae Cels. 3, 5. Flumina vaga Hor. Carm. 1, 34, 9. Fortuna vaga et volubilis Cic. pro Milon. 70 c. 26. Martial. 2, 57 Hic quem videtis Gressibus vagis lentum, etc. Iuuentus vaga Martial. 2, 90. Lumina vaga noctis Stat. Theb. 3, 63. Mane vagum: Martial. 7, 38 Discursus varios vagumque Mane. Mercator vagus Hor. de Arte Poët. 117. Murmura vaga Stat. Theb. 15, 6, 563. Natura vaga Hor. Serm. 2, 7, 74. Nomen herbae vagum, *Inconstans, et multis opinionibus obnoxium.* Plin. 27, 4 Ambrosia vagi nominis est, et circa alias herbas fluctuati. *b. e. Ambrosiae nomen multis herbis est commune.* Pars quaestionum vaga, libera et late patens Cic. de Orat. 2, 67. Pecora vaga Catul. de Berecynt. 20, 61, 13. Pede vago quisque discedebant Catul. Argon. l. 62, 225. Rumores vagi Ouid. Met. 11, 667. Cic. de Nat. Deor. 2, 2 c. 1 Est enim et Philosophi et Pontificis et Cottae de diis immortalibus habere non errantem et vagam, vt Academici, sed vt nostri, stabilem certamque Sententiam. Sermonibus vagis complet aures Claud. Conf. 25, Prob. et Olyb. 1, 31. Turba vaga Ouid. Met. 13, 221. Vitam profsequi inopem et vagam Cic. Philipp. 12, 15. Villicus vagus, *i. Libidinosus.* Columel. 12, 1 Curandum est, ne vagum Villicum, nec auersum contubernio suo habeamus. Conf. Martial. 6, 21. Volucres vagae Ouid. Met. 14, 340. Solutum quiddam sit, nec vagum tamen, vt ingredi libere, non vt licenter videatur errare Cic. in Orat. 77.

VAGABUNDVS, a, um. [*ἀναμύκτος* Onomast. Vet.] Seneca de Vita beata c. 12 Ille effusus in voluptates, ac vagabundus semper et ebrius. *Alii aliter legunt.* Flamma vagabunda Solin. cap. 11. 35 Cum vagabunda volat commotis plausibus ales Dracont. Heaxaëm. v. 140. Conf. Augustin. Conf. 5, 6 pr. et 13, 5.

VAGE. Adu. Auctor ad Herenn. 4, 43 Restant etiam decem exornationes verborum, quas idcirco non vage dispersimus, sed a superioribus separauimus, etc. Amnes vage deerrarunt Lucret. 3, 872. 40 Res sparsae et vage disiectae. Auctor ad Herenn. 4, 3 c. 2. Add. Liu. 22, 29. et 26, 39. Sen. Qu. Nat. 2, 48.

VAGOR, ari. [*περιπατέω, περιφέρομαι*] Huc atque illuc ferri, plerumque leuiter et sine consilio, vt de Vagus obseruatum est. Cic. pro Font. 23 Hi contra vagantur lacti atque erecti passim toto foro, cum quibusdam minis, et barbaro atque immani terrore verborum. Et de Invent. 1, 2 Nam fuit quoddam tempus, quum in agris homines passim bestiarum more vagabantur. Boues vagantur per arua Ouid. Fast. 1, 545. Ferae vagantur gregatim cuiusque generis squamosi Plin. 9, 16. Per orbem terrarum vagari Cic. de Lege Agr. 2, 41. 50 Quacunque velis vagari Idem de Lege Agr. 2, 34. Tota vrbe vagatur Virg. Aen. 4, 68. In foro volitare et Vagari Auctor ad Herenn. 4, 52. Cum coniugibus et liberis vagamur egentes Cic. Att. 8, 2. Terras vagari Propert. 2, 28, 19. Idem Off. 2, 7 c. 2 Non enim sumus ii, quorum vegetur animus errore, nec habeat vquam quid sequatur. Fama vagatur Virg. Aen. 2, 17. Mors immatura vagatur Lucret. 5, 222. Nomen tuum longe atque late vagabitur Cic. pro Marcell. 30. Oratio ne vagari et errare cogatur Idem de Orat. 2, 209. Idem Tusc. 3, 13 Et primo si placet, Stoicorum more agamus, qui breuiter perstringere solent argumenta: 60 deinde nostro instituto vagabimur. Eo fit vt errem et vager latius Cic. Acad. 4, 60. Suet. de Neron. c. 26 Post crepusculum statim arrepto pileo vel galero popinas inibat, circumque vicos vagabatur ludibundus. Vid. Idem Othon. 2. et Arnob. l. 4 de Ioue. *Aliter tamen legit Herald. quem vid. ad p. 141 in Animadu. p. 171.* ¶ 2 Vago, 65

are. Neutrum. Plaut. Mil. 2, 5, 13 Te alloquor, vitii probrique plena, quae circum vicinos vages. *al. Vagae.* Add. Varro, Acc., Pacui., Enn. etc. ap. Non. 7, 2. Tac. Hist. 1, 44, 2. Prudent. Hymn. ante Somn. v. 29.

VAGANS, antis. Partic. [*περιφερόμενος*] Vt, Aues vagantes Tibull. 1, 3, 59. Per deuia lustra vagantes Ouid. Met. 3, 146. Aues huc et illuc passim vagantes Cic. de Diuin. 2, 80 c. 38. Licentia vagans Hor. Carm. 4, 15, 10. Spartacus vagans Idem Carm. 3, 14, 19.

VAGATIO, onis. f. [*περιφορά*] Liu. 5, 8 Neglectum Anxuri praesidium vagationibus militum. Incerta vagatio Apul. de Deo Socrat. p. 50.

V A H et V A L

V A H. [*φῆ*] *Interiectio admirantis.* Plaut. Curc. 3, 78 Subegit solus intra viginti dies. LY. vah. C. quid mirare? Cum exultatione et laetitia, Ter. Andr. 3, 4, 10 Vah consilium callidum. Cum insultatione, Ter. Adelph. 2, 1, 33 Vah, leno iniqua me non vult loqui.

V A H A. *Interiectio exultantis, vel videntis.* Plaut. Casin. 4, 4, 25 Vaha. s. quid negotii est? Add. Barth. ad Stat. Theb. 4 p. 1060. 85

V A L D E. Adu. *intendendi et augendi.* [*λίαν, μάλα, πάνν, ἄγαν, σφόδρα*] *i. Multum, potenter, est enim a valeo, Valide factum. Positiuis iungitur, etiam Verbis et Aduerbiis.* Cic. de Senect. 83 c. vlt. Et si quis deus mihi largiatur, vt ex hac aetate repuerascam, et in cunis vagiam, valde recusem. Idem Fam. 16, 19 Literas tuas valde expecto. Epi- stola tua valde me leuauit Cic. Att. 4, 7. Idem Fam. 1, 8 Rem te valde bene gessisse rumor erat. Idem Fam. 15, 21 Quod de ingenio eius valde existimaui bene. Idem Att. 1, 14 (17) Qui primum illud valde grauiter tulerunt, promulgatum ex Senatusconsulto fuisse. Eidem 1, 11 Valde grauiter praetexuit. Valde vehementer eum visum et libere dicere Cic. Att. 14, 1. Idem Acad. 4, 98 Homo et acutus vt Poenus, et valde studiosus ac diligens. Valde iniquum esse Idem de Arusp. Resp. 6. Idem Fam. 15, 17 De Hispania, noui nihil: sed expectatio valde magna. Idem de Diu. 2, 81 c. 39 Quasi vero quidquam sit tam valde, quam nihil sapere vulgare. Nimis valde, dixit Cic. de Legib. 3, 1. Idem Att. 11, 16 Neque enim valde de aduentu eius opinio est. Idem Fam. 11, 10 Nam suos valde quam paucos habet. Compar. Hor. de Arte Poët. 321. Idem Epist. 1, 9, 6 Quid possim videt, nouit me valdius ipso. Conf. Plin. 30, 2.

VALENTIA, ae. f. [Ὀυαλεντία] Nomen priscum urbis, quae Roma post dicta est, si credimus Solino pr. Sunt, qui videri velint Romae vocabulum ab Euandro primum datum, cum oppidum ibi offendisset, quod exstructum antea Valentiam dixerat iuuentus Latina: seruataque significatione impositi prius nominis, Πῶμην Graece Valentiam nominatam: quam Arcades, quoniam in excelsa parte montis habitassent, derivatum deinceps, vt tutissima vrbiu arces vocarentur. Vt. Gl. Πῶμην Valentia.

¶ 2 Hispaniae citerioris urbs, tribus millibus passuum a mari remota, vt auctor est Plin. 3, 3. et Ptolemaeus 2, 10. et Mela 2. ¶ 3 Est et Valentia, iuxta Viennam ad Rhodanum, Allobrogum ciuitas, vt docet Plin. 3, 4. etc.

VALENTINA, ae. f. Herba Artemisia Apul. de Herb. c. 10.

VALEO, ui, itum, ēre. [ῥῶννωμαι, ὑγιαίνω, δύναμαι] Sanum vel potentem esse. Plaut. Amph. 2, 1, 34 Equidem valeo, et saluos sum recte Amphitruo. Non est viuere, sed valere, vita Martial. 6, 70. Ouid. Trist. 5, 13, 7 Si tamen ipse vales, aliqua nos parte valemus. Nos hic valemus recte: et quo melius valeamus, operam dabimus Brut. ad Cic. Fam. 11, 23.

Imperjon. Quid agitur? vt valeatur? Plaut. Pers. 2, 5, 8. Cic. de Fin. 2, 43 Quaecum Aristoni et Pyrrhoni omnino visa sunt pro nihilo, vt inter optime valere, et grauissime aegrotare nihil prorsus dicerent interesse: recte iampridem desitum est disputari. Valere ab oculis Gell. 13, 30 est morbo oculorum carere, sanos et valentes habere oculos. Plaut. Epid. 1, 2, 26 A morbo valui, ab animo aeger fui.

Valere a pecunia Plaut. Aul. 2, 2, 9. Impercantis vox Martial. 2, 5 Ne valeam, si non totis Deciane diebus Et tecum totis noctibus esse velim. Vid. Idem 2, 92. Pulchra apud Phaedrum 4, 1 extr. ad mustelam farina inuolutam musculus, Sic valeas, vt farina es, quae iaces: conditionem ponit, quae non existit. Valere de animo: Facile omnes, cum valemus, recta consilia aegrotis datus

Ter. Andr. 3, 1, 9. Conf. Plaut. Curc. 1, 3, 13. De formula salutandi in discessu Vale etc. n. 5.

¶ 2 Valere, Possē, poliere, potentem esse, vim vel vires habere, Momentum vel pondus, siue auctoritatem habere, alicuius momenti putari. Ter. Eun. 5, 2, 42 Neque tam imperita, vt quid amor valeat, nesciam. Idem in Prol. 26 Arbitrium vestrum, vestra existimatio valebit. Cic. de Amicit. 48 Non tantum valet, vt tollat e vita amicitiam. Quantum valerent inter homines literae Phaedr. 4, 24, 1. Cic. de Clar. Orat. 139 Omnia veniebant Antonio in mentem, eaque suo quaeque loco, vbi plurimum proficere et valere possent. Haec amor et maiora valet Tibull.

3, 6, 17. Plus valere Phaedr. 1, 5, 9. Minus valet, vid. MINOR in PARVVS. Valet purgare, Pollet ad purgandum Plin. 34 vlt. Mustela cum mures veloces non valeret assequi Phaedr. 4, 1, 10. Sed neque Laertes, vt qui sit inutilis annis, Hostibus in mediis regna tenere valet Ouid. Heroid. 1, 105. Sic Heins. ex XIV MSS. Al. potest. Valet pro antidoto Plin. 20, 13. Idem 16, 32 f. 59 Illud propius mirum, mutari naturam in iisdem locis, atque pro indiuiso valere. i. perinde, aequaliter. Valet eodem Cels. 6, 6. b. e. Ad idem. Naturaliter valere Quinctil. 3, 8. Nihil valet, vid. NIHIL. Publice valere Tacit. Ann. 12, 60. i. vim in rep. habere. Dicendo

valere Nep. 7, 1, 2. Rogando valere Ouid. Met. 2, 183. Gell. 5, 12 Nam et augendae rei, et minuendae parum valet. Quidquid valebo, vel auctoritate vel gratia, valebo tibi Cic. Fam. 6, 6. Idem Acad. 1, 21 Vitae autem adiuncta esse dicebant, quae ad virtutis usum valerent. Ad gloriam haec res mihi valet Idem in Caril. 3, 29. Idem Diuin. in Caec. 29 Etenim ista Quaestura ad eam rem valet, vt elaborandum tibi in ratione reddenda sit, quamobrem qui Quaestor eius fueris accuses. Cels. 4, 15 Valensque est etiam aduersus cancerem intestinorum minii gleba, cum salis hemina contrita. Apud aliquem valere, Possē aliquid ab aliquo facite obtinere. Ter. Heaut. 3, 1, 79. Cic. Fam. 9, 14 O mi Cicero, inquit, gratulor tibi, quum tantum vales apud Dolabellam. Apud eum valet mea gratia, vel auctoritas. Cic. ad Brut. 8. Idem Tusc. 2, 11 Sed haec eadem num censes apud eos ipsos valere, nisi admodum paucos, a quibus inuenta, disputata, conscripta sunt? Apud plebem valet auctoritas illius b. e. Multum potest Caes. Bell. Gall. 1, 17. Apud me auctoritas tua plurimum valet Cic. Fam. 4, 11. In arte aliqua valere Martial. 2, 64. Id. Tusc. 1, 26 Quod in omnibus causis et debet et solet valere plurimum. In hoc felicitatis fama sermoque valet Cic. pro Muraen. 38. In id valet Quinctil. 4, 5. In omnes partes valere Cic. Fam. 4, 10. In

70 vtramque partem valent arma facundiae Quinctil. 2, 16. In vtramque rem illud verbum, Vnde valet Cic. pro Caecin. 89. Idem Tusc. 2, 63 c. 26 Sed tamen hoc euenit, vt in vulgus insipientium opinio valeat honestatis, quum ipsum valere non possit. Cic. de Orat. 1 c. 27 extr. Cuius in dicendo aliquid reprehensum est, aut aeterna in eo, aut certe diuturna valet opinio tarditatis. Idem de Legib. 2, 23 Tamen erant fere in more maiorum, qui tum vt lex valebat. Lex valet, i. obseruatur Nep. 8, 3. Valet, pro Significat. Ipse Cic. Tusc. 5, 24 c. 9 Non vsquam id quidem dicit omnino, sed, quae dicit, idem Valent. Valere est vim habere: vis verborum est significatio. Sic Offic. 3, 39 Verbum quid valet, non vident. Suet. in Vitell. cap. vlt. Cui Tolosae nato cognomen in pueritia Beco fuerat, id valet, gallinacei rostrum. b. e. Significat. Nep. Themistocle 2, 7 Athenienses miserunt Delphos consultum, quidnam facerent de rebus suis. Deliberantibus Pythia respondit, vt moenibus ligneis se munirent. Id responsum quo valeretur, (quam vim haberet) quum intelligeret nemo, Themistocles persuasit consilium esse Apollinis, vt in naues se suaque conferrent: cum enim significari murum ligneum. Paulo post, Hoc eo valebat, vt ingrati ad depugnandum omnes cogerebantur. Laudatur etiam

90 Tac. An. 1, 62. Sed vitiose. Arma plus valent legibus Ouid. ex Pont. 4, 9, 94. Fiet enim quodcumque volent qui valebunt, valebunt autem semper arma Cic. Fam. 9, 17. Idem Tusc. 2, 53 Cur ergo postea alii? valuit auctoritas. Opinio diuturna valet tarditatis Idem de Orat. 1, 125. Preces vestrae valuere Ouid. Met. 13, 89. Cic. pro Quinct. 10 Certe aut apud te, et eos, qui tibi adsunt, veritas valebit: aut, etc. ¶ 3 Ablatiui: Animo valere, vid. ANIMVS. Cic. Att. 4, 17 Reliqui duo plebi sic exaequantur, vt Domitius valeat amicis, et adiuuetur, tamen non gratissimo munere. Idem de Legib. 3, 38 Libertatem istam largior populo, vt et auctoritate valeant, et vtantur bonis. Cic. Verr. 2, 19 Quae omnia ante istum praetorem, et nostrorum magistratum auctoritate, et Halesinorum summa voluntate valebant. Idem de Clar. Orat. 77 Filius quidem eius, is qui hunc minorem Scipionem a Paulo adoptauit, si tantum corpore valuisset, in primis habitus esset disertus. Cursu valere Quinctil. 9, 2.

105 Cursu pedum valere Virg. Aen. 5, 67. Gratia valere apud Senatum

tum Liu. 31, 48. Ingenio valere Ouid. Amor. 1, 15, 14. Perfidia valere Plaut. Bacch. 2, 2, 40. Sic Cic. Fam. 1, 7 Qui plus Opibus, armis, potentia valent, perfecisse tantum mihi videntur stultitia, et inconstantia aduersariorum, ut etiam auctoritate iam plus valent. Pugnis valere Idem Amph. 1, 1, 244. Stomacho valere Iuuen. Sat. 6, 100. Cic. Off. 1, 107 Alios enim videmus velocitate ad cursum, alios Viribus ad luctandum valere. Idem de Orat. 1, 4 Nam neque auctoritate quisquam apud me plus valere potest, neque Voluntate. ¶ 4 Valere, ad pretium et aestimationem refertur, tuncque pretium in Ablatiuo ponitur. Plin. 33, 3 f. 13 Aureus numus post annum sexagesimum secundum percussus est, quam argenteus ita, ut scrupulum valeret sestertii vicenis. Accusatum dedit Varro L. L. 5, 36 dicens, Denarii, quod denos aeris valebant; quinarium, quod quinos. Admittit et Genitiuum, Paullus in l. Si seruum meum D. Ad Leg. Aquil. Si seruum meum occidisti, non affectionem aestimandam esse puto, sed quanti omnibus valet. i. Omnium opinione et aestimatione. Quasi minimo valere res dicitur, Quae fere nullius aut exigui pretii est. Vlpianus in l. Iulianus. §. Si venditor D. De actionibus emti, Quum Terentius Victor decessisset, relicto herede fratre suo: et res quasdam ex hereditate, et instrumenta, et mancipia villicis subtraxisset: quibus subtractis, quasi minimo valeret hereditas. ¶ 5 Vale; Imperatiuus, quo utimur, quum recedimus: vel quum remanentes respondemus abeunt. Ouid. Tr. 1, 8, 26 Dicendumque semel toto non amplius aeuo Accipere, et parili reddere voce, Vale. Ter. Eun. 1, 2, 110 In hoc biduum Thais vale. Cic. Fam. 16, 4 Vale mi Tiro, Vale, vale et salue. Mi frater vale Idem Q. Frat. 2, 5. Etiam atque etiam vale Idem Att. 5, 19. Valetate mea desideria, valetate Idem Fam. 14, 2. Virg. Ecl. 3, 79 Et longum formose vale, valde inquit Iola. Cui geminum Ouid. Met. 3, 501 Dictoque Vale, Vale, inquit et Echo. Posterioris e obsequentem Vocalem Graeco more corripitur. Nam ultima in Vale producit. Nam Vet. Epigr. apud Pithoe. 3, 5 p. 105 Semper perpetuo vale micarissime coniux, est hominis semibarbari. Et quod in VALEDICO laudamus Ouidianum exemplum vel compositione excusatur, ut Videtis, vel emendandum est. Ouidius, qui frequenter adeo utitur hoc verbo, semper alias producit. Ablatiuos consequentiae Vale dicto similiter posuit Tr. 1, 3, 57 Saepe Vale dicto rursus sum multa locutus. Cic. Att. 5, 2 Postea cum iussi valere, quum me spectans e sua villa numquid vellem, rogasset. Ibid. 5, 2 Hominem aliquid agentem salutavi, postea valere iussi. Valebis, pro vale Cic. Fam. 15, 17. Suet. in 40 August. c. 53 Die Senatus nunquam Patres nisi in curia salutavit: et quidem sedentes, ac nominatim singulos, nullo submonente: et discedens, eo modo sedentibus, valere dicebat. Virg. Aen. 11, 97 Salue aeternum mihi maxime Palla, Aeternumque vale. Vid. SALVE. Ouid. Fast. 4, 852 Osculaque applicuit posito suprema feretro, Atque ait, 45 Inuito frater adempte, Vale. Catull. 99, 10 Accipe Fratrum multum manantia fletu, (munera) Atque in perpetuum frater, aue atque vale. Supremum vale dicere Ouid. Met. 10, 62. Valere iubemus eos vel ea, quibuscum nihil nobis negotii esse volumus. Varro apud Seru. ad Aen. 11, 97 Ideo mortuis Salue et vale dici, ait; non quod 50 aut valere aut salui esse possint; sed quod ab his recedimus, eos nunquam visuri. Hinc ortum est, iam pergit Seruius, ut etiam maledicti significationem interdum Valeat! obtineat, ut Terentius (Andr. 4, 2, 14 Valeant, qui inter nos discidium volunt, h. e. ita a nobis recedant, ut nunquam ad nostrum reuertantur ad spectum. Ergo cum mortuo 55 dicitur Vale, non etymologia consideranda est, sed consuetudo, quod nullis vale dicimus, nisi a quibus recedimus. Ter. Andr. 5, 3, 18 Habeat, valeat, vivat cum ista: habeat quam sibi sine me elegit: sed exeat domo mea, non redeat ad me. Ter. Adel. 4, 4, 14 Valeas, habes illam quae placet. Cic. de Nat. Deor. 1, 123 Si maxime talis est 60 deus, ut nulla gratia nulla hominum caritate teneatur, valeat. Lepide Martial. 9, 8

Dicere de Libycis reduci tibi gentibus, Afer,

Continuis volui quinque diebus aue.

Non vacat, aut dormit, dictum bis terque reuerso.

Iam satis est: non vis, Afer, auere; vale!

VALENS, entis. Partic. [ὑγιανών] Sanus, incolumis. Cic. Fam. 16, 9 Sed tamen Asclapo medicus plane confirmat propediem te valentem fore. Valentes Scribon. 154 i. robusti. Oblectatio valentium Cic. Off. 2, 6 c. 4. Recte valens Hor. Epist. 1, 7, 3. Membris et mole valens. i. Mole membrorum. Virg. Aen. 5, 431. Valens et Imbecillus siue infirmus, contraria. Cic. Att. 7, 3 His ille rebus ita conualuit, ut nunc in vno ciui res ad resistendum sit: qui mallem tantas ei vires non dedisset, quam nunc tam valenti resisteret. Varro de R. R. 3, 16 Prouidendum, ne infirmiores a valentioribus opprimantur. Valentius ad omnia utilius, potentius, efficacius. Plin. 20, 18. Add. Nep. 23, 6, 2. Hic omnia speciosa, illic valentia Vell. 2, 49, 3. Cic. Fam. 5, 21 Quauis tua conditione pacem accipere malui, quam viribus cum valentiore pugnare. ¶ 2 Substantia: Adiuuentum valentissimum Plin. 22, 19. Adolescens imberbis bene valens et meritis Cic. pro Domio 37. Amor patriae valentior omni ratione Ouid. ex Pont. 1, 3, 29. Argumenta valentiora Quinctil. 5, 13. Causa valentior Ouid. ex Pont. 1, 10, 35. Causis valentibus vincitur Ouid. Trist. 1, 7, 29. Cels. 2, 18 Valentissimum Cibum voco, in quo plurimum alimenti est. Civitas firma et valens Cic. de Arusp. Resp. 60. Deus morbo omni valentior Stat. Silu. 1, 4, 111. Homo colonus quidam Staius valens Cic. pro Cluent. 175. Iuuenis valens Ouid. Met. 15, 207. Iuuenta valens Catul. Epithal. Iul. 59, 234. Lictores valentissimi, et ad pulsandos verberandosque homines exercitissimi Cic. Verr. 5, 90 141 c. 54. Cels. 2, 18 Ouum durum valentissimae materiae est: molle, vel subtile, imbecillissimae. Id. 2, 18 Scire oportet quae ex frumentis panificia sunt, generis valentissimi esse. Id valentissimum voco, in quo plurimum alimenti est. Medicamentum valentius Cels. 4, 5. Oppida valentissima Nep. 22, 2, 4. Cic. Att. 7, 95 6 Est illa quidem impudens postulatio opinione valentior. Purgationes sunt perniciosae, si nimis valentibus Remediis fiant Cels. 1, 3. Satelles robustus et valens et audax Cic. de Lege Agr. 2, 83. Sensus sani et valentes Idem Acad. 4, 19. Trunci valentes Virg. Georg. 2, 426. Tunicae Valentes, vid. TUNICA. Vox valentissima Sen. Contr. Praef. 3.

VALENTER. Adu. [ἐδδωμένως] Non diu dicebat, sed valenter Sen. Controu. 3, 22. Si sensum aestimes copiose et valenter Val. Max. 8, 7 ext. 6. Columel. 1, 5 Quippe quae ab imo praestructa valenter resisteat contra ea, quae postmodum superposita incumbunt. 105

Nimis valenter ibi retenta materia Cels. 5, 26, 21. *Compar. ut,*
Valentius spirare Ouid. Met. 11, 481. *Add. Cic. in Bruto c. 16. Tac.*
Germ. c. 40, 1. et 43, 4.

VALENTIA, ae. f. [ῥώμη] *Potentia, firmitas, fortitudo, robur,*
5 *cuius contrarium est Invalentia. Sapientia gubernator nauem tor-*
quet, non valentia Titin. *ap. Non. 1, 68. et 2, 901. Imbecillioris va-*
lentiae est Boeth. 3 pr. 9. Tertull. adu. Iudaeos cap. 9 Congre-
gavit omnem valentiam populorum. *Add. Id. Adu. Hermog. c. 45.*
et de Anima c. 20. et de Resurr. Carn. c. 29. ¶ 2 Valentia,
10 *Dea Ocricularum. Tertull. Apol. 24. ¶ 3 In quan-*
tum est nomen Romae et aliorum oppidorum, separatim supra positum est.

VALENTVLVS, a, um. Dimin. Plaut. Caf. 4, 4, 26 Obscuro
vt valentula est, paene exposuit cubito.

VALITVRVS, a, um. Partic. Commendationem valituram apud
15 te arbitrabar Cic. Fam. 13, 16. Ouid. Trist. 1, 3, 44 Multaque
in aduersos effudit verba penates. Pro deplorato non valitura vi-
ro Plin. 17, 1.

VALESCO, 3re. [ῥώννυμαι] *Inchoatium, Validum fieri. Lucret.*
1, 940 Sed potius tali facto recreata valescat. *b. e. Vires recolligat,*
20 *et pristinam sanitatem recipiat. Vid. Idem 4, 17. Meditatio et la-*
bor in posterum valescit Tacit. Ann. 4, 61, 3. Bona consilia mo-
ra valescunt Tacit. Hist. 1, 32, 3. Superstitiones valescunt Id.

Ann. 4, 15, 2. *Add. ib. 2, 39, 5.*

VALIDVS, a, um. Adi. [ῥωμαλτος, εὐδαινης, ἐρρωμένος] *Valens.*
25 Plaut. Men. 5, 3, 2 Qui me vi cogunt, vt validus insaniam. Va-
lidus ex morbo, *Conualescens* Liu. 3, 13. Omnia viceris, si vt spe-
ro, te validum videro Cic. Fam. 16, 6. Validum ac saluum Ter-
Hec. 3, 5, 7. Animi validus et corpore ingens Tacit. Ann. 15, 53.

Orandi validus Idem Ann. 4, 21. Virium et opum validus Idem

30 Hist. 2, 19. Copiis validus Idem Hist. 3, 8. *Conf. Id. Ann. 14,*
58, 3. Ducibus validiorem, quam Exercitu, rem Romanam esse

Liu. 2, 39. Facundia validus Plin. Ep. 3, 9 (Epist. 53) ad Corne-

lium Minutianum. Honoribus spernendis validus Tacit. Ann.

4, 37. Mente minus validus quam corpore Hor. Epist. 1, 8, 7.

35 Societate validiorum attriti Tac. Hist. 4, 12, 4. Praecipua vali-

diorum vitia Id. Hist. 1, 51, 5. *Cum verbo: vt, Validus sustinere pondus*

Plin. 16, 42. *b. e. ad sustinendum. Tacit. Ann. 4, 12 Quia prisca in animo*

Augustae valida, anum suapte natura potentiae anxiam infociabilem nu-

40 Met. 14, 352. Armis validis potens Idem Met. 6, 678. Au-

ctor Validissimus Tacit. Ann. 6, 31, 4. Castellum validissimum

Idem Ann. 13, 39, 3. Certamina valida Stat. Theb. 6, 704. En-

50 Idem Ann. 13, 39, 3. Certamina valida Stat. Theb. 6, 704. En-

sis validus Virg. Aen. 10, 815. Fama validissima Tac. Ann. 13, 8, 4.

Flumen validum Lucret. 1, 292. Fons validus Plin. Epist. 161.

45 Gens valida Claud. de Bell. Get. 134. Gressus validi Stat. Silu. 2,

1, 126. Hostis validus Ouid. Met. 12, 511. Hostis validior Liu. 8, 19.

50 Idem Fast. 2, 11. Leges validas rescindere Lucret. 5, 59. Leo

validus Lucret. 5, 983. Mala granata valida, quae nunquam matu-

55 Idem Fast. 2, 11. Leges validas rescindere Lucret. 5, 59. Leo

rescunt Scribon. 41. Manu valida lacerare aliquid Virg. Aen. 12,

98. Opes validae, *b. e. Magnae* Plaut. Cist. 2, 1, 18. *Et apud*

60 Idem Fast. 2, 11. Leges validas rescindere Lucret. 5, 59. Leo

Plin. Paneg. c. 9 Validissimum praesidium. Plaga valida Lucret.

3, 819. Ponderus validum Virg. Georg. 3, 172. Puer validus

Hor. Serm. 2, 2, 87. Radices validae Lucret. 2, 102. Ru-

55 mor validus Tacit. Ann. 4, 10. Segetes validae Ouid. Rem. Amor.

84. Silices validi, *i. Duri* Lucret. 1, 572. Spes valida Tibul.

2, 6, 25. Taurus validus Tibul. 1, 3, 41. Vino valido

60 Id. 34, 40. VALIDE. Adu. [ἐρρωμένος] *Vehementer. Plaut. Merc. Prol. 42*

Amare valide coepi hic meretricem. Tonuit valide Plaut. Amph.

5, 1, 10. et 78. *Add. Id. Pseud. 1, 3, 129. et Rud. 2, 1, 14. Com-*

65 *par. [ἐρρωμενεστέως] Magis. Quinctil. 3, 8 Verborum autem magnifi-*

centia non validius est affectanda. Idem in prooem. 6. Si a lac-

70 *sis validius ageretur Tacit. Ann. 13, 25, 4. Flagitare validius*

Phaedr. 1, 19, 8. *Conf. Id. 1, 24, 9. et 3, 11, 4. Cocta beta va-*

75 *lidius Plin. 20, 8. Superl. ἐρρωμενεστέως Plin. Epist. 9, 35. Idem*

Epist. 3, 15 Nam et poetice ipsam religiosissime veneror, et te vali-

80 *dissime diligo. Cic. Fam. 8, 2 Quin ego, quum pro amicitia vali-*

didissime fauerem ei, et me iam ad dolendum praeparassem, postquam

factum est, obstupui. Plin. Epist. 1, 20 Non quia non ille mihi

75 *validissime placeat. Add. Vell. 2, 29, 5. et 2, 98, 3. Charif. p. 197.*

80 *VALIDITAS, atis. f. Apul. in Asclepio p. 97 Membra et validi-*

75 *tate et tenuitate diuersa.*

80 *VALETUDO, vel VALITUDO, inis. f. [ῥώμη, ἀρρώστια, ἐνρωσία,*

85 *ῥώσις] Est status et conditio corporis, quatenus illud vel bene vel male affectum,*

80 *vel valere vel aegrotare dicimus. Cic. Off. 3, 22 Si vnumquodque*

85 *membrum sensum hunc haberet, vt posse putaret se valere, si proximi*

80 *membrum valetudinem ad se traduxisset. Add. Id. de Cl. Orat. c. 16.*

85 *Idem Fam. 4, 1 Molesteque te ferre, quod me propter valetudinem*

80 *tua, quum ad vrbein accessissem, non vidisses. Sic de Orat. 1, 124 Valetu-*

85 *dine impeditus non potui. Conditae valetudinis impedimento*

80 *mibi fuit, quo minus, etc. Vlp. in l. si pecuniam in princip. D. de*

85 *condit. caus. dat. Idem Fam. 9, 15. Idem de Diuin. 2, 123 Aescu-*

80 *lapius potest praescribere per somnium curationem valetudinis. Plin.*

85 *20, 5 Firmitatem valetudinis custodiui. Cic. Att. 11, 20 Scripse-*

80 *ras enim te quodam valetudinis genere tentari. Grauitas valetu-*

85 *90 Idem Att. 7, 7 Sed prorsus te commoueri incommodo valetudinis tuae*

80 *nolo. Idem Cic. Fam. 7, 1 Si te dolor aliquis corporis aut in-*

85 *firmitas valetudinis tuae tenuit, quo minus ad ludos venires, fortun-*

80 *nae magis tribuo quam sapientiae tuae. Morbus valetudinis*

85 *95 Plin. 20, 8. Prosperitate tanta vsus est valetudinis, vt annis tri-*

80 *ginta medicina non indiguisset Cornel. Nepos in vit. Attici. Cic.*

85 *de Diuin. 1, 81 Qui valetudinis vitio furerent, et melancholici dice-*

80 *rentur. Tacit. Hist. 3, 2, 3 Circo quoque ac theatris et amoeni-*

85 *90 tate vrbeis emollitos, aut valetudinibus fessos. Cic. Q. Frat. 2, 9*

80 *Marius et valetudine est et natura imbecillior. Plin. 21, 27 Ru-*

85 *100 fci radix decocta, bibitur alternis diebus in calculorum valetudine, et*

80 *tortuosiore vrina, vel cruenta. Febrium valetudines Plin. 23, 1.*

85 *Mentis valetudo Suet. in Caes. c. 49. i. Vitium, quod mentem tanquam*

80 *105 letudine impediatur, hominem fidelem remisit. Plural. Graues et peric-*

culosas valetudines per omnem vitam aliquot expertus est — quasdam et annuaria et tempore certo recurrentes experiebatur Suet. Aug. c. 80.

¶ 2 *Epitheta*: Acerba valetudo Firmic. 6, 17. Aduersa valetudo, *vid.* ADVERSVS. Cic. de Finib. 1, 42 Vt enim medicorum scientiam, non ipsius artis, sed Bonae valetudinis causa probamus. Bona valetudo orationis, *vid.* Succus orationis, in SVCCVS. Commodior valetudo Quinctil. 6, 3. Confirmata a morbo Cic. Att. 10, 17. Difficilis valetudo, *vid.* infra Insuperabilis valetudo. Dura valetudo Hor. Serm. 2, 2, 88. Extrema valetudo. *Vnde*, in Extrema esse valetudine, quod et Esse in extremis, dicitur. Iulianus in l. si pater. §. Quaedam D. de fideicommissariis libertatibus. Firma valetudo Plin. Epist. 2, 1 ad Romanum. Grauisima Vell. 2, 48, 2. Impatibilis valetudo, *vid.* IMPATIBILIS. Inclinata in deterius Vell. 2, 123, 2. Incommoda valetudo Cic. Att. 5, 8. Infensa valetudo Tacit. Ann. 14, 56. Infirma valetudo Cic. Fam. 16, 1. Idem de Orat. 1, 200 In eius Infirmissima valetudine, affectaque iam aetate. Cic. de Clar. Orat. 180 Is semper Infirma, atque etiam aegra valetudine fuit. Ingrauescens valetudo Vlpian. in l. Si quis, in princ. D. de S. C. Silaniano. Iniqua Plin. Ep. 1, 12. Idem Epist. 1, 22 Nuper me, paucosque mecum, quos maxime diligit, aduocauit: rogavitque, vt medicos consuleremus de summa valetudinis, vt si esset Insuperabilis, sponte exiret e vita: sin tantum Difficilis et longa, resisteret, maneretque. Integra valetudo, *vid.* INTEGER. Longa valetudo. i. *Diuturnus morbus modo adfuit* ex Plin. Epist. 1, 22. Cic. Tusc. 4, 80 Qui autem natura dicuntur iracundi, aut misericordes, aut inuidi, aut tale quid: ii sunt eiusmodi constituti, quasi Mala valetudine animi, sanalibes tamen. Meliorem valetudinem senibus faciunt fici Plin. 23, 7. Idem Philipp. 8, 31 Ego Q. Scaeuolam augurem memoria teneo bello Marfico, quum esset summa senectute et Perdita valetudine, quotidie simulatque luceret, facere omnibus conueniendi sui potestatem, *vid.* PERDO. Plin. Epist. 1, 22 Perturbat me longa et Pertinax valetudo Titii Aristonis. Prospera Suet. Caes. c. 45. Secunda Cels. Praef. 1. Cic. de Senect. 35 c. 11 Quam fuit imbecillus P. Africani filius, is qui te adoptauit? quam Tenui, aut nulla potius valetudine? ¶ 3 *Verba*: Cic. Fam. 9, 18 Ipse melior fio, primum valetudine, quam intermissis exercitationibus Amiseram. Confirmata a morbo valetudo Idem Att. 11, 19. *V. d.* CONFIRMO. Consiictari iniqua valetudine, *vid.* CONFLICTO in CONFLIGO. Consiictabatur valetudine nouissima Plin. Epist. 2 vlt. Consulere valetudini Cic. Fam. 16, 4. Consumi longiore valetudine Quinctil. 7, 3. Contigit valetudo bona Cels. 1 Prooem. Creat aduersam valetudinem Ib. Curare valetudinem Cic. Fam. 14, 7. Dare operam valetudini, A morbis se conseruare. Idem de Orat. 1, 265 c. 62 Nunc Scaeuola, etc. paulum requiescet, dum se calor frangat, et nos ipsi, quoniam id temporis est valetudini demus operam. Emergere valetudine Idem Att. 5, 8. Camillus paratus est iurare in verba Excusandae valetudini solita Liu. 6, 22 *extr.* Explicari valetudine Sen. de Tranq. c. 2. It in melius valetudo Tacit. Ann. 12, 68. Facere bonam valetudinem Plin. 23, 7. Quid secundam, quid aduersam valetudinem, Faciat Cels. Praef. 1. Ferre valetudinem: Quinctil. in Prooem. 6, 10 Nam quo ille animo, qua medicorum admiratione, mensium octo valetudinem tulit? *de filio mortuo.* Firmare valetudinem Tacit. Ann. 3, 31. Fluctuare periculosa valetudine Valer. Max. 5, 15. *de Tiberio Caesare.* Habere rationem valetudinis Cic. Fam. 16, 6. Impeditus valetudine Quinctil. 3, 6. Increuerat valetudo, quam temperantia mitigare tentauit, perseuerantem constantia fugit Plin. Epist. 1, 12. *ad Caestrium.* Indulgere valetudini, *vid.* INDVLGEO. Instantur corpora valetudine Quinctil. 2, 3. Inseruire valetudini, *vid.* INSERVIO. Leuatur aduersa valetudo Cels. 2, 14. Obire ex valetudine Suet. Claud. c. 26. Parcere valetudini, *vid.* PARCO. Praestare secundam valetudinem Cels. 1 in Prooem. Premi valetudine Nep. 23, 4, 3. Recolligere se a longa valetudine Plin. 23, 7. Tacit. Ann. 6, 50, 3 Erat medicus arte insigni nomine Charicles, non quidem Regere valetudines principis solitus, etc. Sentiente eius valetudine Scribon. 113. Seruire valetudini, Idem. Cic. Q. Frat. 1, 1 Te oro, vt valetudini tuae, si me et omnes tuos valere vis, diligentissime seruias. Succurreret valetudini Patere. 2. Cic. Off. 2, 86 c. 24 Valetudo Sustainatur notitia sui corporis, et obseruatione: quae res aut prodesse solent, aut obesse, et continentiam in victu omni atque cultu corporis tuendi causa, et praetermittendis voluptatibus. Idem Att. 11, 20 (23) Scripseras enim, te quodam valetudinis genere Tentari. Vfus est firma valetudine, nisi quod solebant ei manus tremere Plin. Epist. 2, 1. *Conf.* Suet. Tib. c. 68.

VALETVDINARIVS, a, um. [*ἀσθενος*] Adi. Qui male sanus est, et frequenter aegrotat. Martianus de Re militari l. Officium, Officium Tribuni est, delicta militum secundum suae auctoritatis modum castigare, principiis frequenter interesse, querelas commilitonum audire, valetudinarios inspicere. Cels. in Praefat. 3 Qui ample valetudinarios nutriunt. Valetudinario medicamenta mittere Sen. de Benef. 1, 11 *extr.* *Conf.* Id. de Ira 3, 35 l. 40 D. de excusationibus. ¶ 2 Valetudinarius medicus, qui in valetudinario, ministerio fungitur. Callistratus de Iure immunitatis. l. Quibusdam aliquam vacationem munerum grauiorum conditio tribuit, vt sunt mentores, optiones, valetudinarii medici, capsarii artifices. Alii sic distinguunt, Valetudinarii, medici, capsarii, artifices.

VALETVDINARIVM, i. n. [*ἀσθενήριον, διατηρητήριον* Gloss. Lat. Gr.] Locus, in quo valetudinarii et infirmi curantur, vt valetudinem malam bona permutent. Col. 11, 1 Siue quis sauciatus in opere noxam ceperit, adhibeat fomenta: siue alter languidior est, in valetudinarium confestim deducat. Sic 12, 3, 7 et 8. Valetudinaria quoque vel si vacent, etc. Adde Senec. Epist. 27 *pr. e. not.* Lips. it. Sen. Qu. Nat. 1 prooem.

VALOR, oris. m. [*τιμή* Onomast. Vet.] Pretium. Laudatur Plin. Victoriati valore redimi potest. Sed non inuenio: nec Facciolatus.

VALEDICO, ere. Tibi hinc abiens valedixi Sulpic. Seu. Dial. 1 c. 3. Add. Borrich. *Vind.* p. 232. Laudatur Ouid. Trist. 1, 7 (8) 21 Idque quod ignoti faciunt, valedicere saltem. *Burm. diuissim vale dicere: qui etiam refert annotationem Francii, qui obseruat, postea v. 26 demum Vale illud vltimum memorari: hic legendum, bene dicere Recte sane. Valedicere illud Monachum sapit.* Senec. Epist. 17 Tibi valedicere non licet. Saepius vocabula diuisa legimus.

VALEFACIO, ere. Idem. Valefaciens collegae suo Augustin. Ep. 336. Post hic valefacto discessimus Apul. Met. 4 p. 150. *Conf.* Vulgat. Act. Apost. 18, 18. et 2 Cor. 2, 15.

VALERIA, ae. f. [Ὀυαλερία] Ptolem. 3, 3. Oppidum Hispaniae, a qua VALERIENSES populi Plin. 3, 3.

VALERIA Gens inter antiquissimas Romanarum et nobilissimas, cui praesertim libertatem populus ab oppressione Patriciorum debebat, a qua re Publicolarum cognomen familia illius tulit. Hinc etiam Coruini, etc. quos nosse oportet aliunde, hic referre omnes nihil attinet. Valerii prius Valefii, teste Quinctiliano appellati, 1, 4, 13 sicut Fusii, deinde Furrui. Post illos Publicolas et Coruinos, literarum studiis nobiles sunt Messalae, summi oratores, tum Valerius Soranus. Poeta, quem Cic. de Oratore 3, 13 doctissimum togatorum appellat. Valerius Antias scriptor historiae, saepe ab auctoribus testis citatus: ut a Livio 33, 32. Valerius Maximus, qui scripsit dicta ac facta memorabilia ad Tiberium Caesarem. Valerius Flaccus, qui scripsit Argonautica. Valerius Catullus, itemque Valerius Martialis, Epigrammatum Poetae etc.

Gens Valeria Cic. pro Flacc. 1. Leges Valeriae de provocations aduersus magistratus ad Populum, sacrandae cum bonis capite eius, qui regni occupandi consilia inisset. Vid. Liu. 2, 8. Sed est etiam Lex Valeria, qua L. Valerius Flaccus interrex L. Cornelium Sullam dictatorem creauit, et omnium rerum potestate, etiam indicta causa interficiendi quem vellet, armauit. Vid. Cic. de L. Agr. 3, 5 c. 2. Vet. Schol. ad Cic. pro S. Rosc. 125 c. 43. Tabula Valeria Idem in Vat. 21.

VALERIANVS, a, um. Adi. Ut, Statua Valeriana, in Descript. urbis Romae. Cognomen item Valeriani Imperatoris, de quo Trebellius Pollio.

VALGVS, a, um. Adi. Surarum vitium s. deformitatem notat. Festus, Valgos — aiunt dici, qui diuersas furas habeant. Plautus (Mil. 5, 1, 128) Tum ne vxor mihi insignitos pueros pariat postea, Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut pactum, aut brocchum filium. E contrario Vari dicuntur incurua crura habentes. Non. 1, 98

Valgum est proprie intortum. Hinc Valgum Sautium Plaut. Mil. 2, 1, 16 est os distortum ad derisum et contumeliam: Itaque hic meretrices labiis dum ductant eum, Maiorem partem videas valgis sauiis. Compar. Cels. 8, 20 Crus longius altero et valgius est.

VALGIA, orum. n. ut ait Fulgent. 47 sunt labellorum obtortiones in subatione peractae.

VALGITER. Adu. Commouebat valgiter labra, et me tanquam furtiuis subinde osculis verberabat Petron. 27. Abroso valgiter labello Id. Fragm. p. 673 al. obtorto, quod citat Fulgent. 47.

VALGIUS, i. m. Saturnius Rufus, Orator, Valgius etiam Poeta. Hos saepe confundi docet Brouekhus. ad Tibul. 4, 1, 180.

VALLES, vel VALLIS, is. f. [κοιλὰς, ἀλλών, φάραγξ, μετάγκεια] Planities duobus (intell. minimum; nam potest etiam undique inclusa esse) lateribus inclusa, ut ait Festus: dicta quod hinc atque hinc vallata sit. conf. Isidor. 14, 8. Vicus positus in valle, non magna adiecta planitie, altissimis montibus undique continetur Caes. B. G. 5, 1.

Virg. Aen. 11, 522 Est curuo anfractu valles accommoda fraudi. Seruius. Metri necessitate compellimur, ut Vallis dicamus. Statius, Vallis in amplexu nemorum sedet: Nam plenum est Valles, sicut nunc Virgilius posuit, quod ita esse Deminutio indicat: nam Vallecule dicitur, ut Vulpes Vulpecula facit etc. Caua vallis Virg. Georg. 2, 391. Concaua Ouid. Met. 8, 334. Condensa arboribus, vid.

CONDENSVS. Curua Virg. Aen. 2, 748. Gelida Id. Georg. 2, 485. Ima Ouid. Met. 2, 761. Madidae valles cliuose Idae Idem Amor. 1, 14, 11. Opaca Idem Met. 11, 277. Rauca vallis Stat. Theb. 4, 801. Refusae valles Sil. 17, 62. Supina vallis Liu. 6. Tonsa Virg. Georg. 4, 277. Umbrosa vallis Idem Georg. 5, 331. Claudere altas valles insidiis Tibull. 1, 4, 49

Conditus occulta valle Sil. 7, 132. Decurrunt inter saxosas flumina valles Virg. Ecl. 5, 84. Quinctil. 5, 14 Sed ut latissimi amnes, totis vallibus fluat: ac sibi viam, si quando non acceperit, faciat. de eloquentia. Seclusum reducta in valle nemus Virg. Aen. 6, 703. Catul. in Rufum 67, 6 Laedit te quaedam mala fabula, qua tibi fertur Valle sub alarum trux habitare caper.

VALLECULA, vel VALLICULA, ae. f. Dimin. [κοιλάδιον] ut legitur apud Festum. Vid. Vulg. Interpr. Leuit. 14, 37 ubi fossulam significat.

VALLESTRIS, e. Adi. Ambros. Epist. 12 In vallestribus subterraneis habitaculis.

VALLONIA, ae. f. Dea vallium apud Romanos August. de Ciu. Dei 4, 8.

VALLVS, i. m. [χώραξ] Firmior palus. Vari, varuli, valli, proprie sunt furcae bicornes, ad muniendum adhibitae. Vid. VARVS. Liu. 33, 5 Romanus leues et bifurcos plerosque et trium, aut cum plurimum quatuor ramorum vallos caedit etc. Videndus est totus ille locus, qui comparisonem habet valli Graeci et Romani plane egregiam. Tibull. 1, 11, 9 Nam arces, non vallus erat, in descriptione aureae aetatis. Caes. B. Ciu. 3, 63 Erat eo loco fossa pedum XV. et vallus contra hostem in altitudinem pedum X. Hirt. B. Alex. 2 Triplicem vallum obduxerunt. Induere se acutissimis vallis Caes. B. G. 7, 73. De palis et furcis, quibus vitis alligatur Virg. Georg. 1, 264 Exacuunt alii vallos, furcasque bicornes. Idem Georg. 2, 409 Quadrifidasque fudes, et acuto robore vallos. Vid. Isidor. 15, 9. et Voss. Etym. p. 539.

¶ 2 Metaph. Ouid. Am. 1, 14, 15 de capillis puellae, Non acus abruptit, non vallus pectinis illos.

VALLVM, i. n. [ἄσχος, ἐρνίον, χώραξ, χαράκιμα, στρατόπεδον] Municio castrorum: quod ex vallis, id est palis fiat. Vid. Isidor. 1, 9. Veget. 3, 8. Varro L. L. 4, 4. Voss. Etymol. Scalig. Coniect. p. 51. Caes. Bell. Gall. 2, 5 Castra in altitudinem pedum duodecim, vallo, fossaque duodeviginti pedum munire iubet. Cic. Fam. 15, 4 Vallo et fossa circumdedi, sex castellis castrisque maximis sepsi. Spanhem. de Numism. Diff. 10 p. 228. Caecum vallum, vid. CAECVS. Non exsuperabile vallum Claud. in Ruf. 2, 127. Linea valli, vid. LINEA.

Cingere oppidum vallo et fossa Cic. Att. 5, 20. Circumunicere vallum, vid. CIRCVMNICIO. Disiectum vallum Sil. 7, 523. Claudere ducto vallo locum Tibul. 4, 1, 85. ad Messalin.

Ferre vallum et arma Cic. Tusc. 2, 36. Hor. Epod. 9, 15. Induere se acutissimis vallis aut stimulis, vid. INDVO. Intersepire urbem vallo, vid. INTERSEPIO. Munitaeque sunt palpebrae tanquam

vallo pilorum Cic. de Nat. Deor. 2, 143 c. 57. Fructus contra auium morsus Munitur vallo Aristarum Cic. de Sen. c. 15. Cuius ego imperio non Alpium vallum Obiicio Cic. in Pis. c. 33. Rescindere vallum Virg. Aen. 9, 523. Scindere vallum ferro Idem Aen. 9, 146. Tenere aliquem fossa et vallo septum Cic. Att. 9, 14 (12)

Subruendo vallo inducit Tac. Ann. 13, 39. Pectinis vallum Ouid. Amor.

5 Z 2

Amor. 1, 14, 15. *ad puellam, cui capilli deciderant, Non acus abruptit, non vallum pectinis illos.*

VALLVS et VALLVM, significat nonnunquam Vannum Diminutivae, ut vinum, vinulum, villum etc. Varr. R. R. 1, 23, 5 *Vt habeas vimina, unde viendo quid facias, ut sirpeas, vallos, crates. Neque enim opus est cum Vrsino reponere qualos. Nam idem Varro R. R. 1, 52, 2 His tritis, oportet e terra subiaceri vallis aut ventilabris, quum ventus spirat lenis: ita fit, ut quod leuissimum est in eo, atque appellatur acus, euannetur foras extra aream. Vid. Ios. Scalig. Coniect. p. 60 et 176. Beroald. ad Apul. Met. 11 p. 692. it. VOLSCO.*

VALLĀRIS, e. Adj. [*κοιλιαδίκος*] Quod ad vallum pertinet; ut, Vallaris corona, qua donari solebat, qui primus vallum hostium fuisset ingressus. Liu. 30, 28 Qui imperatores, qui Consules Romanos sua manu occidissent, muralibus, vallaribusque insignes coronis. Vid. Id. 10, 46. Adde Suet. Aug. c. 15. Plin. 16, 4. et 22, 3.

VALLO, āre. [*περιβάλλω, περιφράττω*] Munire, firmare, et quasi vallo circumdare. Munire et vallare contra feras Plin. 10, 33. Castra vallare Hirt. B. Alex. c. 30. Oppida vallarent muri nulli Lucan. 4, 224. Valer. Argon. 1, 697 Medioque in crimine patrem Liquerit, ac nullis inopem vallauerit Armis. Sil. 7, 408 Sic castra relinquens Vallarat monitis. Cic. de Legib. 1, 62 c. 24 Atque haec omnia quasi Sepimento aliquo vallabit, differendi ratione, veri et falsi iudicandi scientia, et arte quadam intelligendi quid quamque rem fequatur: et quid sit cuique contrarium.

VALLATVS, a, um. Partic. Cic. pro Muraen. 49 c. 24 Catilinam interea alacrem, atque laetum, stipatum choro iuuentutis, vallatum indicibus atque sicariis. Castra vallata Plin. 15, 18. Cumulus vallatus arenae Propert. 3, 15, 29. Gula vallata et indomita, Macrob. Saturn. 2, 11. Ius legatorum diuino iure vallatum Cic. de Arusp. Resp. 34 c. 16. Odii publici mole vallatus Sidon. Ep. 1, 7. Vrbs vallata vertice montis Sil. 15, 408.

VALLATIO, ōnis. f. Munitio Octau. Hor. 4 Integra salute reliquum tempus facile transiges, sine vallatione medicorum.

VALLESCO, ěre. Est Vallo siue vanno excuti, et foras eiici et perire. Secundum Festum est a vallo militari. Sic Salmas. in Solin. p. 907, a. Verba Festi ita habent: Vallefcit: perierit, a vallo militari quod fit circa castra, quod qui eo eiiciuntur, pro perditis habentur. Secundum haec Vallefcit non fuerit Praefens tempus Indicatiui, sed Praeteritum Coniunctiui s. Dubitatiui, et forte legendum Vallefcit, vel Vallasit potius.

VALLEFACTVS, a, um. Vanno excussus. Festus: Valuoli folliculi fabae, quasi valliuoli, quia vallefacti excutiantur. Ita legit Salmasius. Vulgo, Vallo facti, vid. VALVVLVS.

VALOR, vid. VALEO.

VALVAE, arum. f. [*παροισάται θύραι* Gloss. Lat. Gr.] Dicuntur quod intus reuoluantur, suntque Portae geminas partes habentes. Vid. Isidor. 14, 7. Cic. Verr. 4, 124 c. 56 Confirmare hoc liquido iudices possum, valuas magnificentiores ex auro atque ebore perfectiores nullas vnquam vlllo tempore fuisse.

Valuae significant *θύρας ἑρᾶς, καὶ θύρας ἰσχυρᾶς, καὶ θύρας διπλώτας* Vet. Gloss. Ibi enim postis est, vbi templi aditus est, et valuae ambulationis Cic. pro Domo 121. Strepitus ingens valuarum Hor. Serm. 2, 6, 112. Apertae valuae Ouid. Met. 1, 172. Bifores valuae Idem Met. 2, 4. Eburnae valuae Idem Met. 4, 185.

Valuas aedis Obstruxerunt Nep. 5, 4, 2. Patent cur non valuae Concordiae Cic. Philipp. 2, 112 c. 44. Patefacere valuas Ouid. Met. 4, 185. Stare ad valuas alicuius Cic. Verr. 3, 61. *Iuuat hic retractare, quae de fenestrarum et valuarum differentia ad Plin. Epist. 2, 17, 5 disputauit. Valuae ibi quoque ad ianuas pertinent, vel potius pro ipsa ianua et apertura positae sunt. Sic etiam 2, 17, 20. it. 5, 6, 19.*

VALVARIVS, i. m. Qui facit valuas. Gloss. Vet. Valuarius, *δομοτέκτων*.

VALVĀTVS, a, um. Valuas habens. *Vt, Lumina fenestrarum valuata Vitruu. 6, 6. Ornamenta forium valuata Idem 4, 6. Triclinia valuata et fenestrata Varro de L. L. 7, 14.*

VALVVLVS, i. m. [*λοβός*] Folliculi fabae et aliorum leguminum, in quos grana separatim recipiuntur. Col. 2, 12, 7 Sic cultam fabam comperimus exiguam portionem in valuulis abere, fresaeque eius et expurgatae modium paene tam plenum esse, quam integrae, cum vix minuatur mensura, detractis putaminibus Sunt ergo valuuli putamina. *F. Vrsinus huc etiam referri vult* Vacron. R. R. 2, 1, 19 Dicuntur agni chordi, qui post tempus nascuntur, ac remanserunt in volvis intimis; *legi iubet* valuolis intimis. *Sed nolim aliquid mutare.* Columel. 6, 10, 1 Interdum magis profunt gramina concisa, et his admista fresca faba. Lentas quoque valuulis exemptae, et minute molitae miscentur aquae calidae. *Idem dicit, quod* Col. 2, 9, 10 Panicum pinfitum et euolutum furfure. et 6, 31, 1 A valuulis separata lens. Scribon. 158 Faba molita cum suis valuulis. Col. 6, 4, 3 Valuulis erui bubus medentur. Festus, Valuoli, fabae folliculi appellati, quasi valliuoli, quia vallo facti excutiantur. *Leg. vallo fracti i. fustibus. Salmas. ad Solin. p. 907, a. vallefacti, i. vallo j. vanno iactati.*

VALVIFRĀGVS, et VALVIPATVS, a, um. Sarisb. 8, 7 Leges illae valuipatae (quae patere iubent valuas conuiuentium) seu valuifragae (quae frangi iubent valuas clausas epulantium) — nullo abrogante irritae factae sunt. Vid. Cassel. Var. Lect. 7, 6.

V A N

VANDALI, orum. m. Gens septentrionalis, quibus ora maris Balcici antiqua sedes assignari solet, peruagati bonam Europae partem et litora Africae etc. Prudent. in Syminach. 2, 807 Denique Romanus, Dacia, Sarmata, Vandalus, Hunnus.

VANDALICVS, a, um. Prosp. Aquitan. praef. lib. de Prouidentia, Vandalicis armis sternimur et Geticis.

VANGA, ae. f. Instrumentum, quo vepreta persequimur Pallad. 1, 43. Bipalium esse, ostendit Cangius.

VANGIŌNES, um. m. [*Ὀυαγγιόνες*] Inter populos Galliae Belgicae ponuntur, Coloniae Agrippinensi vicini. Plin. 4, 17. Lucan. 1, 430 Et qui te laxis imitantur Sarmata braccis Vangiones.

VANITAS, vid. VANVS.

VANNVS, i. f. [*λίχνος*] Vas vimineum latum, hoc est, si audimus Seru. ad Georg. 1, 166 cribrum areale, in quo propter capacitatem, rustici cogere primitias frugum solent, et frumenta purgare. Cribrum areale vocat, quo in ipsa statim area subdiali vtantur: non rarum, puto, quod transmittat grana, paleas relinquat: sed quo ipsa iacta-

tione graua grana a leui stipula et palea fecernantur, & cernendo autem cribrum dictum nouimus. Columel. 2, 21 Ipsae autem spicae melius fustibus tunduntur, vannis expurgantur. Aurea vannus,

5 aureis congesta ramulis Apul. Met. 11 p. 262, 9. Virg. Georg. 1, 166 Et mystica vannus Iacchi. Mystica, inquit Seruius, quod Liberi patris sacra ad purgationem animae pertinebant: et sic homines eius mysteriis purgabatur, sicut vannis frumenta purgantur.

VANNO, Ære. [λιμνάζω] Ventilare, ut sit vannis, quum frumenta purgantur. Hinc compositum Euanno, Ære, apud Varronem de R. R. 10 1, 52. Sed ¶ 2 Vanno, Ære. dictum veteribus Ventilare a Vanno. Lucil. Sat. 7 Hunc molere, illam autem ut frumentum vannere cunnis (lumbis Merc.) Idem 11 Crissauit, ut si frumentum clunibus vannat. Haec Nonius 1, 69.

VANVS, a, um. Adj. [σκαῖος, μάταιος, κενός Gloss. Lat. Gr. κενός, μάταιος Lex. Cyr.] Idem fere quod Vacuus significat. Virg. Georg. 1, 226 — sed illos Expectata seges vanis elusit auenis. Umbrae Idem Aen. 12, 53. Vanus, Stultus, quasi mente vacuus, qui in rebus inanibus studium collocat. Iuuen. Sat. 3, 159 Sic libitum vano, qui nos distinxit, Othoni. Vanum, Nec possibile,

20 nec verisimile, inquit Donatus ad Ter. Eun. 1, 2, 24. Sin falsum, aut vanum, aut fictum est, continuo palam est. Cic. pro Planc. 101 Memini, neque vnquam obliuiscar noctis illius, tibi vigilantis, assidenti, moerenti, vana quaedam miser atque inania, falsa spe inductus pollicebat. Nec tota ex vano criminatio Liu. 33, 31. Sed latius

25 patet. Gell. 18, 4 Nos autem postea ex Apollinari didicimus, vanos proprie dici, non, ut vulgus diceret; desipientes, aut hebetes, aut ineptos; sed, ut veterum doctissimi dixissent, mendaces et infidos, et leuia inaniaque pro grauibus et veris astutissime componentes. Virg. Aen. 1, 396 Ni frustra augurium vani docuere parentes. Idem

30 Aen. 2, 80 Nec si miserum fortuna Sinonem Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget. Vid. Seru. ad h. l. Cic. pro Quint. 26 Necessè est iste, qui amicum, socium, affinem, fama ac fortunis spoliare conatus est, vanum se et perfidiosum, et impium esse fateatur. Vanus ingenio Liu. 35, 47. Vanus cum Genituo,

35 ut, Veri vana Virg. Aen. 10, 631. i. ignara veritatis, sec. Seru. Voti vanus Sil. 12, 261. ¶ 2 Substantiua: Liu. 29, 32 Inde vanus auctor absumti Massanissae ad regem redit. Coniucia vana facere Ouid. Met. 9, 302. Dulcedo vana Idem Met. 5, 308. Error vanus Lucret. 1, 1067. Fides vana, Falsa Virg. Aen. 4, 12. Fiducia vana pedum Ouid. Met. 9, 121. Gaudia vana Hor. Epist. 2,

40 2, 188. Ictus vanus Liu. 34, 39. Imago vana Hor. Carm. 1, 24, 41. Inceptum vanum, Frustra Liu. 37, 27. Ingenium vanum, i. Leue et mutabile. Liu. 1, 27. Ira vana Valer. Argon. 8, 374. Vanam sine viribus Iram esse Liu. 1, 10, 4. Lex vana Idem 2, 42. Linguae vanae mendacia Ouid. Amor. 3, 11, 21. Metus vanus Hor. Carm. 1, 23, 3. Cic. pro Rosc. Amer. 117 c. 40 Eius malitiam non viderunt, Orationi vanae crediderunt. Persuasio vana

45 Quinctil. 2, 2. Precibus vanis sollicitare aliquem Ouid. Met. 9, 681. Ratio vana Auctor ad Herenn. 2. Somnia vana Virg. Aen. 6, 284. Spes vana Quinctil. 6, 4. Spem vanam sequi Ouid. Met. 14, 364. Timores vani Valer. Argon. 8, 402. Verba vana Ouid. Met. 13, 263. Vana, Pl. loco Aduerbi. Virg. Aen. 11, 854 Ut vidit fulgentem armis, ac vana tumentem. Compar.

50 Quinctil. 12, 10 Vanior gloria dicendi. Perincertum, stolidior an Vanior Sallust. ap. Gell. 18, 4. Incerta, eoque Vaniora Liu. 3, 3. Superl. Genus vanissimum Plin. 28, 6. Vid. Paterc. 2, 80, 1.

VANE. Adu. Tertull. Apol. c. 49 Vulgus vane de nostra vexatione gaudet. Compar. Apul. Apol. p. 300 Multo vanius et nequius excogitatum. Add. Tertull. ad Nat. 1, 19. Superl. Praecauere vanissime Tertull. de Pudic. sub init. Add. Id. adu. Marc. 4, 24.

60 VANESCO, Ære. [ἀναδομίσω] Vanum fieri. Cic. de Legib. 2, 24 c. 10 Animi labes, nec diurnitate vanescere, nec manibus vllis elui potest. h. e. Euanescere, aboleri. In auras vanescere Ouid. Epist. 1, 79. In herbam Ceres sterilem vanescit Idem Amor. 3,

65 7, 31. Vanescet honor, si vulgatur Tac. Ann. 4, 37, 5. In cinerem Tac. H. 5, 7, 2. Add. Id. Ann. 2, 40 et 82. Quinctil. Decl. 10. Pallad. 1, 10. Catull. 65, 198. Val. Flacc. 3, 266.

VANITAS, Ætis. f. [ἐκαιότης, ματαιότης] Mendacium, fallacia, leuitas. Cic. Off. 3, 58 Quod si vituperandi, qui reticuerunt, quid de iis existimandum est, qui orationis vanitatem adhibuerunt. Orationis Cic. Tusc. 3 c. 1. Vanitati opponitur Constantia Idem de Nat. Deor. 2, 56 c. 21 Nulla igitur in caelo nec fortuna, nec temeritas, nec

70 erratio, nec vanitas inest; contraque omnis ordo, veritas, ratio, constantia. Vanitas et insolentia Suet. Vit. c. 12. — et iactantia Sulpic. Seu. de Virt. Monach. Orient. 1, 17. Manifestus vanitatis Tacit. Ann. 13, 23. Simulatio est coniunctior vanitati quam liberalitati Cic. Off. 1, 44. Nihil est Turpius vanitate Cic. Offic. 1

75 c. 42 i. inani superbia. conf. Tac. Hist. 3, 73, 5. Leuitate, vanitate, malitia, exclusam diuinationem probo Cic. de Diuin. 1, 134. Blanda vanitas Idem de Amicit. 99. Idem Tusc. 3, 2 c. 1 Tum ita variis imbuimur erroribus, ut vanitati veritas, et opinioni confirmatae natura ipsa cedat. Vanitas, Mendacium. Vellei. 2, 60, 3

80 In quo turpiter deprehensa eius vanitas est. Sic Terent. Phorm. 3, 2, 40 Non studet vanitatis? Vti prosperitate rerum in vanitatem Tacit. in Vit. Agric. c. 18. Exitus vanitas Tacit. Ann. 15, 71.

85 VANITIES, Æi. f. Idem. Ammian. 29, 3 Ad extollendam eius vanitatem. Adfertur etiam, non recte, puto, Plebeia vanities Apul. Met. 2. . .

VANITVDO, Ænis. f. [ἐκαιοσύνη] Idem. Plaut. Capt. 3, 4, 38 Pol ego, ut rem, video, tu inuentus vera vanitudine, qui conuincas. ubi, vera, est Accus. cas. Vid. Non. 2, 886.

VANO, Ære. [ἀπατάω] Verbum antiquum: Fallere significat. Accius Alcumena, Sic illum vanans in angiportum deduxit Non. 2, 885.

95 VANIDICVS, a, um. Adj. [ἐκαιολόγος] Qui vana dicit. Plaut. Trin. 2, 1, 37 Cum probis potius, quam cum improbis viuere vanidicis. Erat vanidicus et amenti propior Ammian. 16, 7.

VANILŌQVVS, a, um. Adj. [ματαιόλογος] Plaut. Amph. 1, 1, 223. Ergo istoc magis quia vaniloquus, vapulabis. Genus vaniloquum Sil. 8, 17. Legatus vaniloquus Liu. 35, 48 pr.

100 VANILOQVIVM, i. n. κενολογία Gloss. Gr. Lat. August. Epist. 28 Iouiniani vaniloquia redarguens. Vaniloquio sollicitare animos imperitos Id. Ep. 160. add. Cod. Iustin. 11. 11. 16.

VANILOQVENTIA, Æe. f. [κωνογορία] Liu. 34, 24 pr. Hac vaniloquentia primum Arithenum Praetorem Achaeorum excitauit. Tacit. Ann. 3, 49, 2. et 6, 31, 3. Plaut. Rud. 4, 1, 14.

VANILOQVIDORVS, i. m. *Iocosa Plauti dictio in Pers. 4, 6, so Vaniloquidorus virginisundenides.*

V A P

VAPOR, ōris. m. [*ἀρμῖς, ἀρμῶς*] *Exhalatio. Dicitur et Vapos. 5*
 Lucret. 6, 952 Peruolitant, permanat odor, frigusque vaposque. *add.*
 Non. 8, 27. *Aquae calidae vapor Scribon. 20. Cic. de Nat.*
 Deor. 2, 27 c. 10 Ipse enim oritur ex respiratione aquarum. Earum enim
 quasi vapor quidam aër habendus est. *add. ib. c. 46. Vapor, pro*
Calore. Columel. 5, 10 Scrobs imus summo patentior, vt laxius radi-
ces vagentur: et minus frigoris hieme, minusque vaporis aestate per
angustum os penetret. Flammae leuis vapor Senec. Octau. f. 5.
 Plin. 9, 10 *de testudinibus, Vt Solis vapore siccato cortice, non queant*
 mergi. *Arenas vapor aestiui Solis accendit Curt. 7, 5, 3. Si-*
 derum vapor Hor. Epod. 3, 15. *Calidus vapor Lucret. 2, 843. Ca-*
 lidus tepidusque vapor Idem 2, 857. *Crausus vapor Stat. Theb.*
 6, 471. *Humidus vapor Ouid. Met. 1, 432. Virg. Aen. 5,*
 683 *Lentusque carinas Est vapor, et toto descendit corpore peltis.*
i. ignis. add. ib. v. 697. Pinguis vapor Senec. Herc. Fur. 11.
 Quoque minus possent *Siccos tolerare vapores, Quaesitae fecistis aquae*
 Lucan. 4, 305. *Dissiliunt vero vapore saxa Lucret. 1, 492. Efflat*
 niger vapor anhelio ore Stat. Theb. 10, 104. *Eiectare vaporem*
 Idem Theb. 6, 471. *Findit Phoebus arua vaporibus Ouid. Met.*
 9, 153. *Presserat ora vapor Idem Met. 2, 283. Tepesactum*
 terra semen vapore et complexu suo diffundit Cic. de Senect. 51 c. 15. 25
 Haec materia vapore *Torrída inaruerat Curt. 6, 6, 28. Plin. 9,*
 38 *de purpurae infectura, Ac modico vapore torreri. Idem 13, 4*
 Assiduo vapore *torrentes. Quod neque depressus hieme pruinis*
 torpet, aut torret aestate vaporibus Colum. 1, 4.

VAPORO, are. [*ἀρμίζω, ἀναρμυρίζω*] *Vaporem emittere. Plin. 30*
 31, 2 *de differentiis aquarum, Vaporant et in mari ipso, quae Licinii*
 Crassi fuere. *Lucret. 5, 1130 Inuidia quoniam, ceu fulmine sum-*
 ma vaporant *Plerumque, et quae sunt aliis magis edita cunque. Vap-*
 orant, *i. conflagrant, quod sollemne alias de inuidia verbum est. ¶ 2*
 Vaporare, [*ὑμυρίζω*] *Actiuum, Suffire. Oculos spongiis vaporare, 35*
 Scribon. 20. *Parotidem Id. 43. Aliorum auctoritates, Rhod. in Lex.*
 Scribon. *produxit. Plin. 28, 11 Quidam inassati iocineris sanie in-*
 ungunt, aut felle caprae, carnesque eas vesci, et dum coquantur, ocu-
 los vaporari praecipiunt. *Id quoque referre arbitrantur, si ru-*
 tili coloris fuerint. *Volunt et oculos suffiri, iocinere in ollis de-*
 cocto. *Hic Vaporare et Suffire pro eodem accepit. Virg. Aen. 11,*
 481 *Succedunt matres, et templum ture vaporant. Add. Pallad. 1, 20.*
 et Mart. t. 10. *Hor. Epist. 1, 16, 17*

— Sed vt veniens dextrum latus aspiciat sol,

Laeuum discedens curru fugiente vaporet. *Deinde subiungit. 45*

Temperiem laudes, etc.

conf. Casaubon. ad Lamprid. Heliogab. c. 31 *Vaporare zetas est calefa-*
 cere. *Columel. 1, 5 Quum plerique amnes aestate vaporatis, hie-*
 me frigidis nebulis caligent.

VAPORANS, antis. Intransit. Solin. c. 34 *Capuae riguae fon-*
 tanis interdum sacris et vaporantibus. 50

VAPORĀTVS, a, um. Part. Pass. *Columel. 2, 16 extr. Glebae soli-*
 bus aestiuis vaporatae. *i. Arefactae. Auris vaporata, i. Calefacta*
 Perf. Sat. 1, 126. *Exhalatio vaporata Apul. de Mundo p. 61.*
 Fons vaporatis Aestibus foetens *Ammian. 18, 9. Tempora vapo-*
 rata *Ammian. 17, 7.* 55

VAPORĀTE. Adu. Compar. *Ammian. 24, 4 Efferuescente va-*
 poratius sole.

VAPORATIO, ōnis. f. [*ὑμυρία, ἀναρμυρίζω*] *Vaporis exci-*
 tatio. *Vaporatione inundantium aquarum Sen. Qu. Nat. 6, 11. 60*
 Vaporatione vtendum *Cael. Aurel. Tard. 1, 3. Vid. Plin. 28, 4.*
 Gell. 19, 5 *Quum aqua frigore aëris duratur et coit, necessum est fieri*
 vaporationem, et quandam quasi auram tenuissimam exprimi ex ea,
 et emanare.

VAPORARIUM, i. n. [*ἀρμυρήριον*] *Hypocaustum. Cic. Q. 65*
 Frat. 3, 1 *Vaporarium ex quo ignis erumpit, esset sub tectum cubiculi.*
 Vid. Scalig. ad Catul. p. 13.

VAPORĀLIS, e. Adi. *Augustin. de Genesi ad lit. 2, 5 Vapo-*
 rali tenuitate.

VAPORALĪTER. Adu. *Instar vaporis. Augustin. de Genesi 70*
 ad lit. 3, 3 *extr. Vaporaliter tenuatum et suspensum. add. ib. c. 4.*

VAPORIFĒRVS, a, um. Adi. [*ἀρμυρίζω*] *Stat. Silu. 3, 5, 96*
 Siue vaporiferas blandissima littora *Baias. Ignis Prudent. Apoth.*
 v. 134. *Vaporiferae fornaces Stat. Silu. 1, 3, 45.*

VAPORVS, a, um. Vt, *Vaporus ardor Prudent. Peristeph. 75*
 Hymn. 6, 115. *Vid. Arnob. 6 p. 205 ubi al. leg. Vaporeum. Ter-*
 ture vapore *Lustrauit Nemesian. Eccl. 4, 63. Paucorum dierum*
 vaporea sanitas *Augustini esse dicitur. i. vaporis instar, tenuis et transitoria.*

VAPORŌSVS, a, um. Adi. *Apul. Met. 5 p. 165 Balnearum va-*
 porosis fontibus curatas, etc. *Caligo vaporosa Idem Met. 9 p. 222. 80*

VAPĪDVVS, aut VAPPIDVS, a, um. *Vini corrupti, vap-*
 pae, epitheton, *deinde aliarum quoque rerum vitium. Perf. Sat. 5,*
 117 *Pelliculam veterem retines, et fronte politus Astutam vapido*
 seruas sub pectore vulpem. *i. Veterum vitiorum pleno, et fraudes redo-*
 lente. *Lagena vapida Perf. 6, 17 i. quae vappa repleta est. 85*
 Perf. Sat. 5, 148 *Veientanumque rubellum Exhalet vapida laesum pice*
 sessilis obba. *insipida, quae vini saporem corrumpat. Columel. 12, 5*
 In vini vapidum, vt acre fiat, sextarios duodequingenta, etc. *Quem-*
 admodum ex vino vapido acetum fiat *Idem 12, 5.*

VAPĪDE. Adu. *Vapide se habere solebat dicere Augustus, pro 90*
 Male habere *Sueton. 87.*

VAPPA, ae. f. [*ὄζυνη*] *Vini vitium, quod odorem saporemque ami-*
 fit, vt illud, quod in exhausto vase reliquum fuit, et euaporauit. *Hor.*
 Serm. 2, 3, 144 *Qui Veientanum festis potare diebus Campana solitus*
 trulla, vappamque profestis. *Ibid. Serm. 1, 5, 16 Absentem can-*
 tat amicam *Multa prolutius vappa nauta. Martial. 12, 48 Vap-*
 tici perfida vappa cadit, vt fundus mendax. *Plin. 14, 20 Vitium-*
 que musto quibusdam in locis, iterum sponte feruere: qua calamitate
 quum deseruuit, deperit sapor, vappaeque accipit nomen, probrosum
 etiam, hominum quum degenerauerit animus. *Nimirum Vappa 100*
 pro Homine nequam et nullius pretii. *Priapus Carm. 13 de se sui que simili-*
 bus *Nos vappae fumus, et pusilla culti Ruris numina. Scal. ad b. l.*
 Vappas rūs ἀρχήτας atque homines nihili vocant *Latini. Catullus 28*
 Satisne cum isto Vappa frigora et famem tulistis? *Hor. Serm. 1,*
 1, 104 *Non ego auarum Quum veto te fieri, vappam iubeo, aut ne-* 105

bulonem. Idem Serm. 1, 2, 12 Fufidius vappae famam timet, ac nebulonis. Vappae, inquit Acron, dicuntur Perditi et luxuriosi. Nebulones vero Vani et leues, ut nebula. Aliter Vappa dicitur Stultus et infulsus, qui nihil sapit. Dicitur enim vinum vappa, quod perdit

5 dit saporem. VAPVLO, Ære. [τυπτομαι] Verbum neutrum passivum, Caedi, verberari. Ego vapulando, ille verberando vsque ambo defessi sumus Ter. Adelp. 2, 2, 5. Cic. Fam. 8, 1 Susurrationses duntaxat veniunt, alius equitem perdidisse: quod opinor certe factum est: alius

10 septimam legionem vapulasse. Propert. 2, 12, 20 Non ego, sed tenuis vapulat vmbra mea. Corpus vapulat Lucret. 4, 937. Senec. in Apocolocyntosi, Et proximo munere inter novos auctoratos ferulis vapulare placet. Producit testes, qui illum viderant ab illo flagris, ferulis, colaphis vapulantem Sen. Apocol. extr. Testis in

15 reum rogatus, an ab reo fustibus vapulasset? Quinctil. 9, 2, 12. Metaph. Cic. Att. 2, 14 Qui cum se omnium sermonibus sentiet vapulare, et quum has actiones εὐανατηκτως (faciles euerfu, quae facile possunt irritae reddi) videbit, ruere incipiat. Vapula, ut Gr. ὀμωζε, verbum cum contemptu alterum amolientis. Plaut. Curc.

20 4, 4, 12 Vapulare ego te vehementer iubeo. Et Afin. 2, 4, 72 Male seruus loquere? LE. Vapula. ME. Id quidem tibi hercle fiet, ut vapules. Ter. Phorm. 5, 6, 10 Non manes? G. vapulabis — A. Id tibi quidem iam fiet, nisi resistis verbero. Hinc

25 facile intelligitur Festus: Vapula Papiria, in proverbio antiquis fuit, de quo Sinius Capito sic refert, tum dici solitum esse, cum vellent minantibus significare, se eos negligere et non curare, fretos iure libertatis. Plautus in Feneratrice, Heus tu ni barbaria quod dixisse dicitur Liberta suae Patronae, id ego dico tibi. Liberta salue.

Vapula Papiria. Quid si fuit Libertas Salue. VAPVLANS, antis. Partic. Petron. c. 96 Fauebam ego vapulanti. Add. c. 105.

VAPVLARIS, e. Adi. Qui vapulare solet. Plaut. Perf. 1, 1, 22 Plu- sculum annum fui apud molas tribunus vapularis, primus eorum, qui vapulabant.

35 VAPVLATOR, òris. m. Gloss. Lat. Gr. Vapulator, δαρητής. VAPVLO, ònis. m. Vt, Verbero. Barth. Aduers. 19, 22 p. 966 primum a se productum e tenebris ait; sed non addit, ubi aut unde? Pueri vapulones ut solent plorare Nies de L. L. ortu et occ.

V A R

VARA, VARATIO, VARICO, et VARO, Ære. vid. VARVS, a, um.

45 VARIANVS, vid. VARIVS. VARICOSVS, et VARICVLA, vid. VARIX. VARBASCVM, vid. VERBASCVM.

VARDVLI, orum. m. Hispaniae populi, de quibus Pomponius Mela lib. 3.

50 VARGVS, i. m. Apud Sidon. Epist. 6, 4 Vargi sunt indigenae latrunculi. Vid. Sirmond. not. p. 65. et quae diximus in BARGINA.

VARIVS, a, um. Adi. [ποικίλος, αἰθλος, παντοῖος, ἀλλοῖος, δαιδαλίος] Multiformis, Muliorum colorum, diuersarum qualitatum. Ter. Eun. 4, 4, 16 Ita visus est dudum, quia varia veste exornatus fuit. Plin. 8, 17 Nunc varias et pardos, qui mares sunt, appellant in eo omni genere, creberrimo in Africa, Syriaque. Varias dixit pro Pantheris, bestias maculis insignes. Add. Salmaf. Exerc. Plin. p. 150. Cic. de

55 Finib. 2, 10 c. 3 extr. Varietas enim Latinum verbum est, idque proprie quidem in disparibus coloribus dicitur, sed transfertur in multa disparia, varium poëma, varia oratio, varii mores, varia fortuna: voluptas etiam varia dici solet, quum percipitur e multis dissimilibus rebus, dissimiliter efficientibus voluptates. Cic. Acad. 1, 17 Plato

60 varius et multiplex et copiosus fuit. Ferre ea quae videntur acerba, quae multa et varia in hominum vita versantur. Cic. Off. 1, 67 c. 20. Nepos 4, 1, 1 Varius in omni genere vitae fuit: nam ut virtutibus eluxit, sic vitiiis est obrutus. conf. Horat. Sat. 1, 3. Lacerda ad Virg. Georg. 4, 389.

65 Sic Virg. Aen. 4, 569 Varium et mutabile semper Femina. Aestu vario iterum fluctuat Idem ibid. 4, 564. Animus varius Sallust. Catil. c. 5. Artes variae Virg. Georg. 1, 133. Casus varii Virg. Aen. 1, 208. Colores varios mentitur lana Idem

70 Ecl. 4, 42. Disputationes variae et diuersae, et in omnem partem diffusae Cic. de Orat. 3, 58. Equus Pallad. Mart. t. 13. Gentes variae linguis Virg. Aen. 8, 723. Ius varium et dispar conditio Cic. Verr. 7, 48. Lapis varius alienae gentis Senec. Epist. 8.

75 Lepore vario distincta omnia Lucret. 5, 1375. Lynces variae Virg. Georg. 3, 264. Mens varia Lucan. 4, 704. Opum variarum diues Virg. Georg. 2, 468. Oratio multa et varia et copiosa Cic. de Orat. 2, 214. Sententiae variae et discrepantes Idem de Nat. Deor. 1, 2 c. 1. Sermone vario trahebat noctem Virg. Aen. 1, 752.

80 Terra varia cariosaque, vid. CARIOSIA terra, in CARIES. Columel. 2, 4. Vestis Ter. Eun. 4, 4, 16. Victoria varia Liu. 2, 6. Vucae vel oliuae variae fiunt, quum ad maturitatem perducunt, et colorem mutant. Cato c. 73 Vbi vucae variae coeperint fieri, bubus medicamentum dato quotannis uti valeant. conf. Columel. 3, 2.

85 ¶ 2 Varius, esse quibusdam videtur, qui varis in facie distinctus est, in ioco Ciceronis apud Quinctil. 6, 3, 48 in Isauricum, Miror quid sit quod pater tuus homo constantissimus, te nobis varium reliquit. Sed rectius Turnebus putat Isaurico inconstantiam obici et flagra, quum serutem in modum a patre loris caesus fuisset. Quinctil. 6, 3, 25 M. Caelius Praetor, quum sellam eius curulem Consul Isauricus fregisset, alteram

90 posuit loris intentam: dicebatur autem Consul a patre aliquando caesus flagris. Sic Plaut. in Prol. Poen. 26 Ne et hic varientur virgis, et loris. Caedantur, et velut variis coloribus picturentur eorum terga vibicibus. Sic Virgis varius Plaut. Mil. 2, 2, 61. Ita ego vostra latera loris faciam, ut valide varia sint Plaut. Pseud. 1, 2, 12.

95 VARIE. Adu. [ποικίλως] Variis modis. Cic. Fam. 6, 6 Varie sum affectus tuis literis. Add. ibid. 16, 4. In varie se tondentem, tale est epigramma Martial. 8, 47 Pars maxillarum tonsa est tibi, pars tibi rasa est: Pars vultu est: vnum quis putet esse caput? Agere

100 varie rogando alternis suadendoque Liu. 2, 2. Mox hiemem aut negotia varie causatus Tac. Ann. 1, 47, 4. Cic. Verr. 4, 145 Postea Decernitur ac non varie, sed prope coniunctis sententiis, ut laudatio quae C. Verri decreta esset tolleretur. Idem pro Sext. 97 c. 45

Numerus, ut dixi, huius generis late et varie Diffusus est. Differere varie de reliqua Tacit. Ann. 1, 11, 2. Cic. de Diuin. 2, 89

105 Perinde ut quaeque stellae in his finitimisque partibus sint quoque tempo-

tempore, eamque vim varie Moueri ab iis sideribus, quae vocantur errantia.

Cic. Acad. 1, 16 c. 4 Hic in omnibus fere sermonibus, qui ab iis, qui illum audierunt Perscripti varie, copiose sunt, ita disputat vt nihil, etc.

Varie et inaequaliter prouinciam Rexit Sueton. Galba c. 9. Valui varie Plaut. Epid. 1, 15. b. e. Nunc bene, nunc male.

Turneb. putat Plautum lusisse in seruos, quibus tergum foris redditur varium, vt pantherinum, vid. VARIVS n. 2.

VARIO, ãre. [αἰολῶν, ποικίλῳ] Varium facere. Virg. Georg. 1, 441 Ille vbi nascentem maculis variauerit ortum. de sole. Ouid. de Rem. Amor. 425 Nam quoniam variant animi, variabimus artes.

Sed et transitue Liu. 25, 1 Et variabant secundae aduersaeque res non fortunam magis, quam Animos hominum. Assensum et Indignationem, vid. mox VARIANS.

Ouid. Fast. 3, 449 Iamque vbi caeruleum variabunt sidera caelum, Suspice. Calores frigoraque, vid. VARIANS.

Capillos positu variare Ouid. de Medic. Faciei 19. Id. Met. 2, 412 Nec positu variare Comas. Fortunas, vid. modo ANIMOS variare.

Liuribus variari quasi maculis Scribon. 187. Otium variare labore Plin. Epist. 8, 8. Pectora variare dubiis curis Valer. Argon. 3, 623.

Sententiam variauit timor Liu. 2, 57. Plin. 10, 29 Deinde in vna perfecta musica scientia modulatus editur Sonus, et nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo.

Tapetia variantur acu Martial. 8, 28. Vices variare Virg. Aen. 9, 164.

Virgis variari Plaut. Poen. Prol. 26. vid. paullo ante VARIVS, Qui varis, etc. Vocem variare et mutare Cic. in Orat. 59 c. 18.

Idem de Finib. 1, 38 Omni autem priuatione doloris, putat Epicurus terminari summam Voluptatem, vt postea variari Voluptas distinguere possit, augeri amplificarique non possit.

Oratoris est orationem variare et distinguere Cic. de Orat. 2, 36. Prodigialiter variare rem vnam Hor. de Arte Poët. 29.

Figuris variare Quintil. 6, 1. Mistura iocorum variare materiam aliquam Martial. 8, 1.

Variant multa de morte eius auctores Liu. 27, 27, 12. Variant Graecorum exempla Plin. 12, 14 f. 31. Cels. 3, . . . Non in iis solum, in quibus semper ita se habet: sed in iis quoque, in quibus variat.

Idem 2, 1 Ex tempestatibus optimae aequales sunt: siue frigidae, siue calidae; pessimae, quae variant maxime. Sententia dissidet et variat Ouid. Met. 15, 647.

Sed et Sententias variant ira et timor Liu. 2, 57. Timores variant Ouid. Trist. 2, 153.

Liu. 1, 43 de suffragiis, Ibi si variaret, quod raro incidebat, vt secundae classis centuriae vocarentur. Variare dicuntur vuae vel oliuae, quum mutant colorem Columel. 12, 50

Quum primum baccae variare coeperint, et iam quaedam nigrae fuerint, plures tamen albae, sereno caelo manibus distringi oliuam oportebit.

Variatur, impersonale Liu. 22, 60 Ibi quum sententiis variaretur, etc. Variatum est praeliis Vell. 2, 51, 3.

VARIANTIA, ae. f. Vt, Rerum variantia Lucret. 1, 653 i. Varietas. Vid. Non. 2, 887. Lucret. 3, 319.

VARIANS, antis. Partic. [ποικίλων] Plin. 7, 42 Caetera exempla fortunae variantis innumera sunt. Variantibus Astris Manil. 2, 474.

Caelum varians Plin. 14, 2. Variante hominum partim Dolore, partim Gaudio Iustin. 26, 1, 2. Formae variantes Lucret. 5, 823.

Vuis variantibus adhuc et acerbis Columel. 4, 20. Sed etiam cum Accusatio Liu. 35, 31 Sub hanc vocem fremitus variantis multitudinis fuit partim ad sensum, partim indignationem.

Variat multitudo ad sensum et indignationem, i. alii assentiuntur, indignantur alii. Sic ex bonis libris Gronou. et Drakenb. Sic Liu. 22, 2 Ex verna primum intemperie variante calores frigoraque. Et 23, 5 Variante fortuna euentum.

VARIATVS, a, um. Partic. [πεποικιλμένος] Vt, Figuris multigenis variatus Lucret. 2, 335.

Arcus vix vlla variatus luce colorem Lucan. 4, 80. Cic. pro Milon. 8 c. 3 Itaque hoc iudices, non sine causa fictis fabulis doctissimi homines memoriae prodiderunt, eum, qui patris vlciscendi causa matrem necauisset, variatis hominum Sententiis non solum humana, sed etiam deae sapientissimae sententia liberatum.

Lato variata Mappa clauo Martial. 4, 46. Vestis variata figuris hominum priscis, Tapete diuersis hominum figuris pictum et variegatum Catul. Argon. f. 62 (65) 50. Compar. Apul. Florid. 3 p. 357 Lyra concentu variator.

VARIATIO, ònis. f. Liu. 24, 9 Caeterae centuriae sine variatione vlla Consules eosdem dixerunt.

VARIATIM. Adu. [πεποικιλμένος] Gell. 5, 12 Ve enim particula, quae in aliis atque aliis vocabulis variatim per has duas literas cum A litera media immissa dicitur. Alii Variatum.

VARIABILIS, e. Adi. Mutabilis. Apul. de Mundo p. 58 Aer inferior natura variabilis.

VARIANVS, a, um. Adi. Colorem mutans saepius, vt, Vuae Varianae Plin. 14, 2. Nisi ab aliquo Varo cultore dictam malis, v. v.

VARIATOR, òris. m. ποικιλτής Gloss. Cyrilli.

VARIECOLOR, òris. vel VARIECOLORIVS, a, um. Varieque coloria sicut Nemesian. Ecl. 4, 69. Al. versicoloria.

VARIEGO, ãre. Ornatus varietate distinguere, vel distingui: nam neutraliter Apul. Florid. 1 p. 342 Lyra eius auro fulgurat, ebore candicat, gemmis variegat. Sed actiue, Figuras alius alio scientius variegant Auson. Epist. Praem. Eidyll. 13.

VARIEGATVS, a, um. Vt, Tunica picturis variegata Apul. Florid. 2 p. 351. Nodis per interualla variegatis Idem de Herb. c. 72. Nauis picturis miris variegata Idem Met. 11 p. 264.

VARIETAS, ãtis. f. [ποικιλία, ποικιλία] Vid. Cic. Fin. 2, 10 c. 3. quem damus in VARIVS. Plin. 8, 30 Oculis mille esse varietates, colorumque mutationes. Cic. Verr. 5, 158 Neque hoc prouiderim, vt varietate Criminum vos attentos tenerem. Varietas atque infidelitas Exercitus Planc. ad Cic. Fam. 10, 18. Florum omnium varietas Cic. de Senect. 54 c. 15. Gentium varietate constans prouincia Idem pro Font. 3 c. 2. Locorum varietate distinguere historiam Cic. de Orat. 2, 54. Mensa varietate Macylarum conspicua Sen. de Tranqu. An. c. 1. Sententiarum varietas Cic. de Orat. 2, 58 c. 14. Vocum surdus varietates noscere non potest Idem de Diuin. 2, 9. Vt in corporibus magnae dissimilitudines sunt, sic in animis existunt maiores etiam varietates Cic. Off. 1, 107. Incredibilis quaedam varietas Quintil. 2, 8. Multiplex varietas Senec. Epist. 96. Distinguere varietate inaequabili, vid. INAEQUALIS.

Efficit stella Iouis multas varietates Cic. de Nat. Deor. 2, 53 c. 20. Facere varietatem Id. de Fin. 2, 75. Habere varietatem Cic. pro Corn. Balb. 3. Iucundum nihil est, nisi quod Reficit varietas P. Syrus. Reficit animos ac reparat varietas Quintil. 1, 12. Plin. 20, 9 Flos bulborum tritus crurum maculas va-

rietatesque igne factas emendat.

¶ 2 Est gentis Romanae nomen, e qua v. g. Varius, Poëta tragicus, amicus Virgilii et Horatii. Vid. Hor. Serm. 1, 5, 93: Ibid. 1, 6, 55. et Quintil. 1 p. 912. Pauca eius fragmenta exstant.

5 VARIX, icis. m. [*κίρρος, ἰζία*]. Varices, Venae plus aequo intumescences atque obtortae, in temporibus, ventre, testibus, inguine, et potissimum in cruribus. Non. 1, 104 Varices dicuntur venae in furis inflexae vel obtortae.

Varro, Nam si tuam rhedam non habuisssem, haberem varices. Plin. 11, 45 Varices in cruribus viro tantum, mulieri raro.

10 C. Mario, dolebat. Cels. 5, 26 de noxis in corpore loquens, Quum quid increuit, vt vena, quae intumescens in varicem conuertitur. Add. Idem 7, 31.

Quintil. 11, 3, 143 Quo magis miror Plinii Secundi — persuasionem, qui solitum id facere (Togam ad calceos vsque demittere) Ciceronem velandarum (al. velandorum) varicum gratia tradit, cum hoc amictus genus in statuis eorum quoque,

15 qui post Ciceronem fuerunt, appareat. Par fere auctoritas pro utraque lectione. Sed Phocas in Arte Gramm. p. 1700 Putsch. masculinum esse ait, et probat Vossius.

20 VARICOSVS, a, um. Adi. [*κνρρώδης*]. Qui tumidiores habet huiusmodi venas. Dixeris haec inter varicosos centuriones Perf. 5, 189.

Iuuen. Sat. 6, 396 Haec de Comoedis te consulit, illa Tragoedum Commendare volet: varicosus fiet aruspex. Add. Sidon. Epist. 5, 5.

VARICOSE. Adu. Compar. Festus, Varicosius onera portare,

25 VARICVLA, ae. f. Dimin. a Varix apud Cels. 5, 26, 32 de curatione vlcis.

VARRO, ōnis. m. Pro Stupido et bardo vsurpabatur; vocabulo a varis deflexo, qui perticas significant, vt stipes, truncus, etc. Lucilius ap. Festum in voce Squarofus, Varronum ac rupicum squarofa incondita rostra.

30 Cognati BARONES, de quibus s. l. Huc refert Manutius. etiam illud D. Bruti ad Cic. Fam. 11, 10 extr. Non si Varronis thesauros haberem, subsistere sumtui possem: et intelligi ait Antonium, qui C. Caesaris thesauros ad aedem Opis depositos abstulerat. Sed malim respici ad Varronis librum *περὶ πλάτῃς* s. de diuitiis.

35 ¶ 2 Varro, [*Ὀυάβ-ῶν*] Cognomen Terentiae gentis, v. g. M. Terentius Varro, cuius exstant libri de Re Rustica; et ad Ciceronem scripti libri de Lingua Latina: Quingenta volumina scripsisse Dicitur Gell. 19, 14. Varro sanctissimus atque integerrimus Cic. Philipp. 2, 104.

40 VARROBETACEVS, i. m. Pulmentarii genus, a Varrone inventum. Apic. 3, 2.

VARVS, i. m. [*ἰσῶος*] Vari Celso 6, 5 Maculae sunt in facie, vt lenticulae et ephelides. Vnde Homines varii dicti, vid. VARI-

VS. Plin. 23, 4 Oleum amygdalinum purgat, mollit corpora, cutem erugat, nitorem commendat, varos cum melle tollit e facie. Idem

45 28, 8 Lentigines tollit ac varos, omnesque maculas.

VARIOLAE, arum. f. aut VARIOLI, ōrum. m. Pustulae vel papulae maiores minoresue. Vox recentium medicorum.

50 VARVS, a, um. Adi. [*ἰσῶος*] Epitheton est earum rerum, quae partes habent diuergentes, i. discedentes a se, vt latera anguli apud Geometras, vt litera V. Vititur huius literae figura ipse Varro de L. L. 4, 24 p. 30, 4. in etymologia Valli.

Vallum, vel quod ea varicare nemo, possit, vel quod singula ibi extrema bacilla furcillata habent figuram literae V. Nempe Vari rami ad munendum aggerem adhibiti minores. Hi Varuli, et inde Valli: vt paruulus paulus, niger nigellus, tener tenellus, satur satullus, furula sulla, etc.

55 Ouidio restitui vult Heinsius Met. 11, 83 Robora sunt humeri, porrectaque brachia varos (vulg. veros). Esse putes ramos, et non fallere putando. vid. n. 3. Sic Cornua vara Ouid. Am. 1, 3, 24 Tauri, in quem mutarat se Iupiter.

60 Idem 9, 33 Achelous de se cum Hercule certaturo, Brachiaque opposui, tenuique a pectore varas In statione manus, i. aliquantum extrorsum flexas. Martial. 7, 31 Vara nec iniecto ceromate brachia tenâis. Add. Stat. Theb. 6, 851. Sed sedem velut habet ac domicilium hoc nomen in pedibus, qui vari sunt, et varos homines reddunt, cum valde in imo a se recedunt et inuersum V, vel A.

65 Lamda Graecum efficiunt. Hanc esse vim, verba Varicare et Diuaricare, item Varicus Adiectiuum, et Aduerbium Varicus vel Varitus, ostendunt. Festus, Valgos Aurelius intelligi voluit, qui diuersas suas ras habent, sicut e contrario vari dicuntur incurua crura habentes. Blaut. Mil. 3, 1, 128 Aut Varum aut Valgum. Add. Merc. 3, 4, 54 Cauum, varum, ventricosum.

70 Non. 1, 104 Vari dicuntur obtortis plantis. (viderit Grammaticus, quam bene finierit) Lucil. Compernem aut varam fuisse (iuisse Salmaf.) Amphitruonis acotin (*ἄκωτην, uxorem*).

75 Plin. 11, 44 s. 105 A cruribus Vari, Vatiæ, Vatinii: quae vitia et in quadrupedibus. Nempe Varro R. R. 2, 9, 4 Canes vult esse Cruribus rectis, et potius varis, quam vatiis, i. potius extrorsum incuruis, quam introrsum: quia hoc impedit cursum, illud non item. Vid. Salmaf. ad Solin. p. 662 b sq. Vbi longa de hoc verbo disputatio est. Sed quae adhuc disputata sunt, enertere videtur Celsus 8, 20 Si in interioriorem partem prolapsus est femur, crus longius altero et valgius est; extra enim pes vltimus spectat.

80 Si in exterioriorem, breuius varumque fit, et pes intus inclinatur. Si recte ista Celsus, et quis neget, non perpetua fuerit, quam proposuimus, vari significatio. Et sane, qua brachiorum ad luctam paratorum epitheton est, etiam facilius intus flexum videtur intelligi. Prauum certe quiddam notat semper. Horat. Serm. 1, 3, 47 Hunc Varum distortis cruribus, illum Balbutit Scaurum prauis sultum male talis: de patre vitia nati molliter ferente: nempe Vari et Scauri cognomina magnorum hominum. Perf. 6, 18 Geminos, horoscope, varo Producis genio, i. discrepante a se discedente, vt gemini licet, et eodem astro nati, tamen in diuersa tendunt, vti crura hominis vari, vt crura anguli. Videtur Persus delectatus esse proprietate huius nominis. Nam sic etiam 4, 11 Rectum discernis, vbi inter Curua subit, vel cum fallit pede regula varo. Bene antiquus Schol. qui Cornuti nomen praefert, Regula nunc pro norma abusus est, est enim ea vara. Recte, puto. Norma, gnomon est regula duplex ad angulum rectum iuncta, vel instar circini ad quemcunque angulum mobilis. Talis normae aut regulae duplex vitium est, vel cum inter curua subit, applicatque se ad ea, quae arguere debebat, vt regula Lesbia, vel cum fallit pede varo, i. non indicat eum angulum, quem debebat. Hanc interpretationem puto necessariam, si velis vel pedem vel varum intelligere, quae in simplici regula frustra cogites.

85 Cognomen Aëtiorum, vt illius, quem a Iulio Caesare victum memorat Vell. 2, 55, 4. Item Quintiliorum, vt illius Patroni Virgilii et Horatii, quem male quidam confundunt cum eo, qui in Germania caesus est. Vid. Masson. Vita Horatii ad A. 41 et 42. Est etiam aliquis Varus vates apud Val. Flacc. 6, 116. Sed dubia lectio. ¶ 3 Subst.

90 Varus

95

100

105

Varus *intell.* ramus: *quam positionem suadet derivatio nominis VALLVS v. v. itemque huc referri possunt obliqui nonnulli ex Vara de qua statim. Nempe ¶ 4* Vara *intell.* furca, est instrumenti genus, vel natum vel factum ad formam literae Graecae T. Refer huc, lector, Varronis locum, quem in principio huius capituli posuimus. Columel. 5, 9, 2 de oleis propagandis, Quam recentissimas taleas recidito, ita ut ne corticem, aut ullam aliam partem, quam qua ferra praeciderit, laedas. Hoc autem facile contingit, si prius varam feceris, et eam partem (varae) supra quam ramum secaturus es, foeno aut stramentis texeris, ut molliter, et sine noxa corticis taleae superpositae secentur. Nondum poenitet huius interpretationis, ad locum Columellae a me propositae. Lucan. 4, 459 Dum dispositis attollat retia varis Venator, tenet ora leuis clamosa Molossi. Vari aut Varcae sunt furcillae, quibus eriguntur et suspenduntur retia. Declarat hanc rem copiose Vlitius ad Grat. Cyneg. 87. Huc etiam referendum puto Vitruu. 10, 19 in arietis descriptione, Compegit arrectariis et iugis varas, et in his (varis) suspendit arietem. Denique huc pertinet prouerbiu apud Auson. Technop. praef. monosyllabor. tantum in fine posit. p. 475 Ut in vetere verbo est, sequitur vara vibiam. Multus est in illo Scalig. ad b. l. f. Auson. Lectt. 1, 18. Nihil melius, quam ponere locum, ad quem redeunt omnia, ex vetustissimis glossis, tum ineditis, sed quae postea Isidori nomine publicatae sunt, Col. 698 Vulca. Ac prima quidem sunt corrupta, Varam tibi iam ianani. Sed aureae reliquiae, quae sequuntur, Perticae duae sunt inter se colligatae, quae asserem sustinent: unde Prou. (i. Prouerbiu) Vibia varam sequitur. Comparemus iam haec cum Vitruuii l. c. Vara constat arrectariis, iugum, asser, vibia, res eadem, quae imponitur: ruente uno, cadit et alterum. Magis tamen naturae rei lectio Glossarii conuenit, ut varam sequatur vibia, cadente fulcro, cadat, quod eo sustinetur. Sed nec dissimulandum est, quod subiicit Scaliger, posse etiam nomina propria intelligi. Nempe et Vibia, gens et Varorum cognomen annotata sunt. Quin Vibios Varos et Vibias Varias vetera monumenta suppeditant.

VARO, are. Curuare. Auc. de Limit. p. 257 edit. Goef. Sunt et alii pontes, quorum aluei varantur. Add. ibid. p. 285. Vid. Ind. Goef. et Salmaf. ad Solin. p. 664.

VARATIO, onis. f. Curuatura. Auc. de Limit. p. 257 et 285 Varatio fluminum.

VARICVS, a, um. Adj. Qui longe diuaricat crura, metiturque grandes passus. Ouid. de Arte Am. 3, 304 Illa velut coniux Umbri rubicunda mariti Ambulat, ingentes varica fertque gradus. Vid. Heins. ad b. l. Burm. ad Quinctil. II, 3 p. 1026. Hinc quod apud Vitruuium Baryca aedium species legitur Varica legi debere Turnebo videbatur.

VARICITVS, aut **VARICVS**, vel **VARITVS**. Adj. Cruribus distensis. Apul. Met. I p. 108, 19 Varicus super faciem meam residentes vesicam exonerant.

VARICO, are. vel **VARICOR**, ari. Transgredi est, varum se facere, aut pedes imos a se remouere, quantum potest. Vid. **VARVS** n. 1. Vet. Gloss. Varicat, *ὑπερβαίνω* Varro de L. L. 4, 24 p. 30, 4 Valla varicare nemo potest. Quinctil. II, 3, 125 Varicare supra modum et in stando deforme est, et accedente motu prope obscenum.

VARICATVS, a, uni. Cassiodor. Epist. 6, 6 Superbus quin etiam varicatis gressibus patet.

VARICATOR, oris. m. Vlpian. in l. j. D. De praeuaricatoribus Praeuaricator est quasi varicator, qui diuersam partem adiuvat prodita causa sua. Vid. Dig. 47 t. 15 l. 1. it. 3 t. 2 l. 4 §. 4.

VARIANVS, a, um. Adj. Ut, Variana clades Sueton. Aug. c. 23. Adde Calig. c. 3. et Plin. 7, 45. Pullus Varianus Apic. 6, 9. forte quem Varus aliquis parare eo modo, qui ibi describitur, docuit. Vuae Varianae Plin. 14, 2 forte a Varo aliquo cultore dictae, forte ab illo, ad quem Hor. Carm. 1, 18, 1 Nullam, Varc, sacra vite prius feueris arborem.

V A S

VAS, vâdis, *vid.* **VADIS**.

VAS, vâsis *Plur.* **VASA**, orum. n. [*ἄγγος, ἀγγέων, δοχῶν*] Proprie genus supellectilis cauum, quo contineri aliquid potest. Martial. 14, 98 Aretina nimis ne spernas vasa monemus. Vti quisque domum aut villam, postremo vas aut vestimentum alicuius concupiuerat Sallust. Catil. c. 51. Cic. de Inuent. 2, 16 Vasa magnifica et pretiose caelata.

Vasorum appellatio generalis est: dicimus enim vasa et vinaria et naualia, inquit Vlpian. De auro et argento legato l. Si gemma. Diligenter in patrimonium et vasa debitoris inquirimus Sen. de Benef. c. 1. Aereum vas, *vid.* **AES**, aeris. Argentea vasa Hor. Serm. 2, 7, 72. Aspera vasa, Caelata Iuuen. Sat. 14, 62. Clodiana vasa, *vid.* **CLODIA**. Coquinaria vasa, *vid.* **COQVO**. Corinthia vasa et Delia Cic. pro Rosc. Amer. 133 c. 46. Idem pro Muraen. 75 Et exposuit vasa Samia. Idem Tuscul. 1, 52 Nam corpus quidem quasi vas est, aut aliquid animi receptaculum. Cupreum vas, *vid.* **CVPRVM**. Magnifica et pretiose caelata Cic. de Inuent. 2 c. 40. Duplex Scribon. 66. 73. Ferreum Idem 39. 80 Fictilia Nep. 23, 10, 4. Ligneum Scribon. 16. Nouum Idem 271. Olearia et salsamentaria vasa, *vid.* **OLEARIVS**, in **OLEA**. Pertusum vas Lucret. 3, 949. Rimosa et curta vasa cadunt fenestris Iuuen. Sat. 3, 271. Samia vasa Plaut. Capt. 2, 2, 41. *vid.* **OPVS**. Stagneum Scribon. 64. 168. — vel argenteum Idem 31. Vinatoria vasa, *vid.* **VIATORIVS**, in **VIA**. Vinarium vas Cic. Verr. 62 c. 27. Vinaria vasa, amphoras et cados intelligimus, auctore Proculo, De tritico, vino et oleo legato l. Vinum. Vitreum Scribon. 66. III etc. Apponere in vasis, *vid.* **APPONO**. Colligere in vas, *vid.* **COLLIGO**. Cic. Verr. 6 (4) 4 Ille ex Sicilia castra iam mouerat, et vasa Collegerat. b. e. Repente Diodorus profugerat. Add. Idem ibid. c. 19. Collocare vasa in tabernam, *vid.* **COLLOGO**. Caes. Bell. Ciuil. 3, 37 Scipio suspicatus fore, ut inuitus dimicare cogeretur, noctu neque Conclamatis quidem vasis flumen transiuit. Conf. Idem ibid. 1, 66. Coqui per vas duplex Scribon. 73. Ducere vasa e luto Quinctil. 2, 17. Efferre sine thecis vasa Cic. Verr. 6, 52. Incrustare sincerum vas Hor. Serm. 1, 3, 56 At nos virtutes ipsas inuertimus, atque Sincerum cupimus vas incrustare. Inferuatae vase ferreo Scribon. 39. Hor. Epist. 1, 2, 54 Sincerum est nisi vas, quodcunque infundis acescit. Liquefacere in duplici vase Scrib. 66. Pelliculare vas, *vid.* **PELLICVLO**, in **PELLIS**. Quassatis vasis diffluit humor Lucret. 3, 435. Recondere in vase Scribon. 57. Reponere vase Idem 31. 64 etc. Reponi vase Idem 106. 170. — in vase Idem III. Seruatum vase ligneo reponere Idem 16. Seruatur vase Idem 121. ¶ 2 105

Vasorum appellatio generalis est, dicimus enim vasa et vinaria et navalia Vlpian. l. Si gemina ff. de auro et arg. legato. Idem l. 7 ff. de instructo vel de instrum. leg. Vasa vtilia culturae aratra, ligones, furcula, falces. Seneca de Benef. 1, 1 Diligenter in patrimonium et vasa debitoris inquirimus. De Instrumento Venatorio Gratius 219 — Nec sibi turbam Contraxit comitem, nec vasa tenentia longe. Sic Liu. 1, 24 Vasa comitesque meos Turnebus, i. Impedimenta militaria. ¶ 3 Ioco comico Vasa dicuntur penis et testiculi. Plaut. Poen. 4, 2, 40 Refero vasa salua, quod manifeste moechi haud ferme solent. Vid. Lips. antiq. Lect. 1, 7. et mox VASCVLVM n. 2.

VASVM, i. n. [ἀγγείον] Dixerunt veteres, teste Gell. 13, 22. Plaut. Truc. 1, 1, 33 Aut aliquod vasum argenteum. Conf. Charif. p. 119 Putsch. et Cledom. p. 1902. Vaso fictili decoquitur Scribon. 65 et saepe.

VASVS, i. m. Petron. c. 57 Vastus fictilis vasos, vasus, vasum Gloss. Vet.

VASCVLVM, i. n. Dimin. [ἀγγείδιον] Plin. 15, 28 Quaedam vasculis constant. Cato III Si voles scire, in vinum aqua addita sit, necne, vasculum facito de materia hederacea. Add. Pallad. 1, 39. Argenti puri vascula Iuuen. Sat. 10, 19. Vinarium Plaut. Trin. 4, 2, 46. Vascula pure Eluere Plaut. Aul. 2, 3, 3. Vascula oris angusti superfusam humoris copiam respuunt: sensim influentibus, vel etiam instillatis complentur Quinctil. 1, 2. ¶ 2 Vasculum, est etiam Penis apud Petron. c. 24.

VASCELLVS, i. m. Inscript. Vet. ap. Gruter. p. 1108, 6 FILIVS IN VASCELLO ET MASSA REPOSITVS.

VASARIVM, i. n. Vt Vestiarium, Calcearium: Cic. in Pison. 86 c. 35 Nonne sestertium centies et octogies, quod, quasi vasarii nomine, in venditione mei capitis adscripseras, ex aerario tibi attributum Romae in quaestu reliquisti? Vasarium, appellat, Id quod publice dabatur magistratibus, ut multi, equi et vasa, et reliqua, quae magistratus instrumentum implerent. de Lege Agraria 2, 32 ita exprimit, Deinde ornat — mulis, tabernaculis, canteris, suppellectili, sermo est de Decemviris, quos Rullus facere volebat. ¶ 2 Sunt etiam Vasaria in balneis ap. Vitruv. 5, 10 vasa aquae calidae, tepidae, frigidae.

¶ 3 Plin. 7, 49 Nec sunt omnia Vasaria excutienda, i. libri censuales, instrumentum literatum publice asseruatum. Cassiod. Varr. 7, 45 Decernimus, ut tot solidos — ita faciatis de vasariis publice diligenter abradi, i. deleri in tabulis censualibus, quod catastro hodie vocatur. Sic l. 12 C. Th. de Censitoribus, Id vero, quod impossibile est, e vasariis publicis auferatur. Nostri dicerent deleatur in catastro, ne exitur in posterum.

VASCVLARIVS, i. m. Qui vasa argentea et aurea facit: Sunt enim inter aurifices vascularii, caelatores, inauratores, et bractearii in l. apud Labeonem. De praescript. verbis, Si quum emere argentum velles, vascularius ad te detulerit. Add. l. 39 ff. de auro, arg. Cic. Verr. 4, 54 c. 24 In regiam maximam palam artifices omnes caelatores ac vasculares conuocari iubet, ipse suos complures habebat. Collegium vasculariorum Inscript. Reines. Cl. 10 n. 10. Conf. ibid. 1, 285 et 11. It. Gruteri Inscriptt. et Spon. Miscell. Erud. Antiqu. p. 66.

VASĀTVS, a, um. Adi. Vt, Mutoniatus, Peculiatus. Bene vasati Lamprid. in Heliog. c. 5. 8. 9 et 31. ut VASA n. 3. et VASCVLVM n. 2. Vid. Scalig. in Priap. p. 201. et Rutgers. Varr. Lect. 2, 2.

VASĀTAE, arum. f. [Ὀυασάται] Vrbs Galliae Narbonensis. Paullinus ad Ausonium, Quique superba tuae contemnis moenia Romae Consul, arenosas non dedignare Vasatas. Hinc

VASATICVS, a, um. Adi. Vt, Vasatica rheda Auson. Epist. 7, 18.

VASCŌNES, um. m. [Ὀυασκωνες] Hispaniae populi, versus Gallicum et Britannicum Oceanum, ad Pyrenaeum siti. De quibus Plin. 3, 3 Hi a Metello Romanorum duce obsessi, in tantam famem compulsi sunt, ut humana carne vescerentur. Iuuen. Sat. 15, 93 Vascones (haec fama est) alimentis talibus olim Produxere animas.

VASCONIA, ae. f. Regio Vasconum. Paullin. ad Auson. Epist. 2, 100 Vasconiae saltus, etc.

VASCONICVS, a, um. Ibid. v. 218 Ac si Vasconicis mihi vita fuisset in oris.

VASCVS, a, um. Inanis. Vt, Vasus et inuenustus adpectus Vitruv. 3, 2 extr. Sed quid si legas vastus? Solin. 11 (Salmaf. 5 p. 15 C) Vascas tibias habet, quas Vet. Gloss. explicant μελετητικὰς, Solinus ait foraminum numero praecentorias antecedere. Sunt et hic, qui vastas malint: sed tuetur Salmaf. tum ad Solin. p. 86. tum ad Vopisci Carin. 19 p. 827 Hack. atque interpretatur Vascum ex Gloss. MS. leue et inane. Porro Liu. 24, 48 legi vult, Omnia, velut forte congregata turba, vasca ac temeraria esse. Sed bene vasta tuentur viri docti. Denique Salmaf. etiam Gell. 19, 9 Vastos atque insubidos, in vascos mutari vult, sine causa. Cumque illae glossae inane, leue etiam nomen vastum interpretari possint: relinquuntur solae tibiae vascae Solini, in

quibus solis etiam hoc nomen probat Is. Voss. ad Mel. 3, 3 p. 533. et dicit Graeculum esse, μελετην idem est quod ἀσκῶν, μελετητικὸς ἀνδρὸς est etiam ἀσκητικὸς, unde ἀσκητικὸς et Digammate accedente tandem Vascus, vasca tibia inter artifices dicta sit. Vid. Turneb. Aduers. 17, 20. et Salmaf. Histor. August. p. 495. et ad Solin. p. 86 et 87. Is. Voss. ad Mel. p. 235.

VASTVS, a, um. Adi. [ἀχανής, ἐπερμεγέδης] Quod modum amplitudinis excedit, in primis adiuncta notione vacui, solitudinis, etc. Maior, amplior videtur locus, in quo desideramus, quae alias adesse solent. Sic Quum vasta Romae omnia insueta solitudo fecisset Liu. 3, 52. Plaut. Amph.

4, 4, 1 Quis tam vasto impete has fores toto conuoluit cardine? Plin. Ep. 10, 42 Quum diuersam partem prouinciae circumirem, Nicomediae vastissimum incendium multas priuatorum domos, et duo publica opera, etc. assumpsit. Vastus, Desertus Accius, Hanc urbem ferro vastam faciet Non. et Fest. Vastus locus a natura et humano cultu Sallust. in Iugurth. 48. Acquor vastum Virg. Aen. 2, 780. Ager vastus et desertus Cic. de Lege Agr. 2, 69. Altitudinem in vastiorum ac velut profundum inuehi Liu. 31, 1. Animus vastus immoderata, incredibilia semper cupiebat, tanquam magnum cauum, quod expleri nequit, Sallust. in Catil. c. 5. Antrum vastum Virg. Aen. 1,

56. Aper vastus Claud. Conf. Stil. 2, 306. Arma vasta Virg. Aen. 10, 768. Artus vasti Idem Aen. 5, 432. Bellua vasta et immanis Cic. de Diuin. 1, 49 c. 24. Caede vasta fessus Virg. Aen. 6, 503. Campi vasti Idem ibid. 3, 13. Certamine vasto tendunt Virg. Aen. 12, 553. Vnus et manu promptior et Corpore

vastior Apul. Met. 3 p. 131. Quid. Met. 12, 236

105 Forte

Forte fuit iuxta signis exstantibus asper
Antiquus crater, quem vastum, vastior ipse
Sustulit Aegides.

- Dolore vasto vrgeri Scribon. 182. Elephantus Cic. de Nat. Deor. 1 c. 35. Ferae vastae Ouid. Met. 2, 194. Figura vastior elephanto Cic. de Nat. Deor. 1, 98. Fluctus vasti Virg. Aen. 1, 337. Flumen vastissimum Colum. 1 Pr. 30. Hiatus vasto immanis spelunca Idem Aen. 6, 237. Homo vastus atque foedus Cic. de Orat. 1, 115. Ictus vasti Virg. Aen. 5, 198. Impetus vastus Hor. Carm. 4, 14, 30. Incendium vastissimum Plin. Epist. 10, 42. India vasta et agrestis Cic. Tusc. 5, 77. Ira vasta Ouid. Met. 10, 551. Iter vastum Idem ibid. 14, 438. Latratus vastus et canorus Colum. 7, 12, 3. Litera vastior Cic. in Orat. 153. Locus vastus et Coaedificatus, *contraria* Idem in Partit. 36. Moles vasta Virg. Aen. 3, 656. Molimen vastum Ouid. Met. 15, 809. Mundus vastus Idem Fast. 1, 119. Murmure vasto mare Virg. Aen. 1, 249. In vastissimo atque apertissimo Oceano Caes. B. G. 3, 9. Onus vastum Ouid. Fast. 1, 566. Oratio vasta atque hians Auctor ad Herrenn. 4, 19. Orbis vastus Ouid. de Arte Am. 2, 18. Pondus vastum Virg. Aen. 5, 447. Rupes vastae Idem Aen. 1, 166. Silentium vastum Tacit. Histor. 3, 13. Sinus vastus Virg. Georg. 4, 362. Solitudo vasta Cic. in Somn. Scip. 14 c. 6. *et* Liu. 1, 4. Spinac vastissimae Colum. 11, 3, 4. Tellus vasta Valer. Argon. 2, 597. Tempestas Colum. 2, 21, 5. Tumor vastus Scribon. 27. Turba verborum magnitudine inani vasta Gell. 1, 15 *sub fin.* Vapores sideris aestiui Colum. 2, 21, 1. Vires vastae Virg. Aen. 5, 368. Vorago vasta Idem Aen. 6, 296. Vulnere vasta Lucret. 5, 1289. Cic. de Orat. 1, 115 c. 25 Aut ita vultu motuque corporis vasti atque agrestes, vt etiam si ingeniis atque arte valeant, tamen in oratorum numerum venire non possint. *Ibid.* p. p. Q. Varium vocat vastum atque foedum. Ne nos tanquam profecto vastos et insubidos ἀναφροδισίας condemnetis Gell. 19, 9: *ubi tamen* Vascos legit Salmaf. vid. VASCVS.
- VASTVLVS, a, um. Dimin. Apul. Met. 2 p. 128 *extr.* Vegetis et vastulis corporibus fores nostras irruentes.
- VASTE, ius, issime. Adu. [ἀχρῶς] Cic. de Orat. 3, 170 c. 43 Id assequemini, si verba externa cum consequentibus primis ita iungetis, vt neue aspere concurrant, neue vastius diducantur. Vaste cedia litora Mela 1, 1. Cic. de Orat. 3, 42 c. 11 Sic maiores, non aspere, vt ille quem dixi: non vaste, non rustice, non hiulce, sed presse et aequabiliter, et leniter. Correpti vastius podagra Scribon. 107. *i. vehementius.* Vastius insurgens impetus Ouid. Met. 11, 530. Tumere vastius, *vid.* TVMEO.
- VASTITAS, atis. f. [μὲγας, ἀχανές] Magnitudo. Colum. 3, 8, 3 Pari tamen in hac terra vastitate belluas prognerari quis neget? Idem 5, 1. Vastitas scientiae rusticae Idem 5, 1, 1. Laboris instantis Colum. 4, 18, 2. Vocis Idem 1, 9, 2. Odoris vastitatis Plin. 31, 6. Soli sterilis profundi vastitas Senec. Herc. Furent. v. 701. Vastitas, Vastatio. [ἐρημωσις, δειώσις] Accius, Propterea tot, tantasque habemus vastitates funerum. Cic. in Catil. 1, 12 c. 5 Tecta vrbs, vitam omnium ciuium, Italiam denique totam, ad exitium et vastitatem vocas. Cic. Verr. 4, 114 c. 51 Audistis, etc. quae solitudo esset in Agris, quae vastitas, quae fuga aratorum, quam, etc. *Add.* Colum. 1, 3, 11. Desere iudiciorum vastitatem Cic. de Clar. Orat. 21 c. 6. Depellere vastitatem Idem pro Flacc. 1. Efficere vastitatem Cic. in Pison. 85 c. 35. Faciunt fugam et vastitatem victi Liu. 8, 9 *extr.* Inferre vastitatem Cic. de Arusp. Resp. 3 c. 2. Reddere vastitatem Liu. 3, 26 *pr.* Conf. Sallust. Jug. c. 5. Plin. 2, 12. Colum. Praef. 1. Tac. Ann. 4, 70, 3. *Plur.* Cic. de Prou. Conf. 13 c. 6 Prouinciarum vastitates vocat Pisonem et Gabinium Prol. 55.
- VASTITVDO, inis. f. [ἀναστρωσις] Vastatio. Cato c. 141, 2. Vt in morbos visos, inuisosque, viduitatem, vastitudinemque, calamitates, intemperiasque prohibessis. *Aliorum exempla dabit* Non. 2, 437. 761 *et* 891. *it.* 3, 231.
- VASTITIES, ei. f. [ὑπέρημος] Apuleii esse dicitur, falso credo. Cui in primis tanti corporis vastities horrori fuit. Plaut. Pseud. 1, 1, 68. Harum mihi voluptatum omnium, atque itidem tibi distractio, dissidium, vastities venit. *Add.* Non. 2, 891.
- VASTIFICVS, a, um. Adi. [ἀνασταποιός] Quod vastitatem affert Cic. Tusc. 2, 22 c. 9. *ex persona Herculis, e Sophocle,* Erymanthiam haec dextra vastificam abiicit belluam.
- VASTO, are. [δειώω, πέρθω, ἀναστρώω, ἐρημώω, λυμάνομαι] Vastum et inane facere, perdere, destruere. Cic. Att. 9, 7 Primum consilium est, suffocare vrbs et Italiam fame, deinde agros vastare, vrere, pecuniis locupletum non abstinere. Agros vastare cultoribus Virg. Aen. 8, 8. h. e. Abducendo cultores, vastos et desertos efficere, Seruius. Agros vastare et exinanire Cic. Verr. 3, 119 c. 50. Colonias omni Clade vastauit Curt. 4, 1, 10. Sil. 3, 469 Turbidus hic truncis, saxisque Druentia laetum Vastauit ductoris iter. Locum vastare et diripere Cic. in Catil. 4, 13 c. 6. Mentem vastare dicitur Conscientia Sallust. in Catil. 15. Sed ponamus locum: narrauerat Catilinam necato filio vacuam domum scelestis nuptiis fecisse. *Addit,* Quae quidem res mihi in primis videtur causa fuisse facinoris (*conjuratio-nis*) maturandi. Nanque animus impurus, Dis hominibusque infestus, neque vigiliis, neque quietibus sedari poterat: ita conscientia mentem citam vastabat. Igitur colos exanguis, foedi oculi, citus modo, modo tardus incessus; prorsus in facie vultuque vecordia inerat. *Declarat hanc formulam, et merito Gemmam Latinitatis vocat, Cortius.* Verbo Scelus admissum est hostis, qui vasta et infesta facit omnia suo auctori. Omnia late vastare Virg. Georg. 4, 16. Omnia vastare ferro et incendiis Cic. in Catil. 1, 21. Igne ferroque Ciliciam vastat Curt. 3, 4, 3. Regiones vastare Cic. Fam. 5, 10. Homo magis ad vastandum, quam ad vincendum paratus Idem Att. 8, 16 *f. extr.*
- VASTANS, antis. Partic. Liu. 8, 19 Vastans effuse fetinum. Gothi Macedoniam vastantes Eutrop. 9, 11. Cuncta vastans faeuit Phaedr. 3, 3, 14.
- VASTATVS, a, um. Partic. [ἀνάστατος] Cic. pro Sext. 54 c. 24 Lex erat lata, vastato atque relicto foro. Vastata turbine ventorum Campania Tac. Ann. 16, 13, 1. Fana vastata tumultu impio Hor. Carm. 4, 4, 48. Lustra Val. Flacc. 1, 485. Nationes Tac. Agric. 22, 1. Pascua vastata Claud. de Rapt. Proserp. 3, 168. Vrbs vastata defensoribus suis, pro Spoliata Liu. 23, 30.
- VASTATIO, onis. f. [ἀνάστασις, δειώσις] Liu. 7, 15 Accessit ad eam cladem et vastatio Romani agri. Domorum Sallust. de Ord. 105

Rep. c. 4. Cic. in Catil. 2, 18 c. 8 Ergo in vastatione omnium tuas Possessiones sacrosanctas futuras putas? Defendere aliquid a vastatione Idem Fam. 10, 15 extr.

VASTATOR, ōris. m. [*λυμαντήρ*] *Vt.* Troiae vastator Achil-
les Stat. Achill. 2, 318. Aper vastator Arcadiae Ouid. Met. 9, 192.
Ferarum vastator Virg. Aen. 9, 772. *i. venator.* Ferus vastator
Ouid. Met. 11, 395. *Conf.* Senec. de Benef. 1, 13. Tertull. de
Anima c. 57.

VASTATRIX, icis. f. Senec. Epist. 96 Luxuria terrarum
marisque vastatrix.

VASTATORIVS, a, um. Adi. *Vt.* Globus vastatorius Ammian.
19, 19. Manus hostium vastatoria Idem 18, 13.

VASTABVNDVS, a, um. Ammian. 31, 8 Vastabundi omnes per
latitudines Thraciae pandebantur impune.

VASTESCO, ěre. Inhorrescere vel deseri Acc. Phoëniſſis: Ius-
sit proficisci exilium quouis gentium, ne scelere tuo Thebani vastes-
cant agri. *Haec et plura apud* Non. 2, 892.

VASTITO, āre. *Vnde*

VASTITĀTVS, a, um. Ammian. 16, 5 Terrae vastitatae. *Ita*
20 *legit Hadrian. Valef. ex MSS.* Vulgo Vastatae.

V A T

VATES, is. c. [*μάντις, οἰωνοπόλος, προφήτης*] *A fando dictus est,*
25 *quasi fates: quod certe facilius admiserim, quam mirificam Vætrōnis ety-
mologiam de L. L. 6, 3 p. 72, 14 Antiquos Poëtas Vates appellabant, a
versibus viendis. Certe vates est, qui canit versus vel futura; utrum-
que enim verbo canere efferi solere, suo loco obseruatum est.* Virg.
Aen. 6, 211 Cunctantem et vatis portat sub tecta Sibyllae. *Plaut.*

Mil. 3, 3, 37 Bonus vates poteras esse, quum quae sunt futura videas.
Virg. Aen. 6, 662 Quique pii vates, et Phoëbo digna locuti. Cic.
de Nat. Deor. 1, 55 c. 20 Sequitur *μαντική* vestra, quae Latine diuina-
tio dicitur: qua tanta imbueremur superstitione, si vos audire velle-
mus, ut haruspices, augures, harioli, vates, et coniectores nobis essent
colendi. Nep. 25, 16, 4 Cicero — quae nunc vsu veniunt ce-
cinit vt vates. Praefagia vatū Ouid. Trist. 4, 10, 129. Inter-
pretari effata incognita fatidicorum et vatū Cic. de Legib. 2, 20
c. 8. Pater vatū Latous Stat. Silu. 1, 2, 200. Infana vates
Virg. Aen. 3, 491. *Mente enim excussi vaticinantur, a μαντιδος est*
40 *μάντις, etc.* Peritus vates Ouid. de Arte Am. 1, 29. Pii va-
tes Virg. Aen. 6, 662. Praefagi vates Sil. 16, 591. Sacer vates
Hor. Carm. 4, 9, 18. Sanctissima vates praescia venturi Virg. Aen.
6, 65. Terrifici vates Idem ibid. 5, 524. Vera vates Claud.
in Conf. Stil. 2, 1, 338.

¶ 2 *De Poëtis, qui vates videri vo-
lunt et ipsi, testimonia.* Columel. 10 praef. Ex voluntate vatis ma-
xime memorandi, *i. Virgilii.* Sacri vates et diuinam cura vocamur
Ouid. Amor. 3, 9, 17. Versus, quos olim Fauni vatesque rangebant
Ennius *apud* Cic. de Diuin. 1, 114. Sic honor et nomen diuinis va-
tibus Hor. de Arte Poët. 400. O sacer et magnus vatū labor!
50 omnia leto Eripis, et populis donas mortalibus æuum Lucan. 9, 918.
Attonitus vates Hor. Carm. 3, 19, 14. Cothurnatus vates, Poëta Tra-
goediarum Ouid. Amor. 2, 18, 18. Lauriger vates Stat. Theb. 1, 42.
Q. Seacuola, Legum clarissimus et certissimus vates Val. Max. 8, 12, 1.
Plin. 11, 37 *sub fin.* Herophilus medicinae vates.

VATICINOR, āri. [*μαντεύομαι, θεσπιζώ, προφητεύω, χρησµωδέω*]
55 *Diuinare, quasi fatigare dictum voluit, et fatum canere aut praedice-
re. Sed puto ultimas syllabas esse modo productionem, ut Sermo Sermocinor,
in primis Leno lenocinor, Patronus patrocinor, etc.* Cic. Att. 8,
11 Non multo inquam secus possum vaticinari. Idem de Di-
uin. 1, 67 c. 31 Illud quod volumus expressum est, vt vaticinari furor
vera soleat. Per furorem vaticinari Cic. de Diuin. 1, 34. Liu.
39, 13 Cum iactatione fanatica corporis vaticinari, *de bacchanalibus.*
De Poëtis item, Cic. de Amic. 24 c. 7. *Interdum vt Ariolari, deli-
rare est.* Qui haec dicerent, vaticinari et insanire dicebant Cic.
65 pro Sext. c. 10. Idem Fam. 2, 16 *extr. non procul a fine,* Sed ego
fortasse vaticinor, et haec omnia meliores habebunt exitus: recorder
enim desperationes eorum, qui senes erant adolescente me. Eos
ego fortasse nunc imitor, et vtor aetatis vitio. Sed Plaut. Pseud.
1, 3, 129. *ubi Leno ad maledicta sibi ingesta inter alia respondet* Vetera
70 vaticinamini, *ὄξύμωρον est, q. d. tanquam arcanum quiddam et occultum
profertis, quod olim notum est.*

VATICINANS, antis. Partic. [*θεσπιζών*] Ouid. ex Pont. 2, 1,
62 Iam nunc haec a me iuuenum belloque, togaque Maxime dicta tibi
vaticinante nota. Finem Macedonici regni portendi vaticinantes
75 Iustin. 33, 1 *extr.* Nusquam plura exempla vaticinantium inuenies,
quam vbi formido mentes religione mixta percussit Senec. Qu.
Nat. 6, 29.

VATICINATVS, a, um. Ouid. Met. 6, 157 Venturi praescia Man-
to Vaticinata. *Add.* Idem Epist. 5, 114.

VATICINATIO, ōnis. f. [*μαντεία*] Cic. Att. 8, 11 (12) Nam
pridie quidem quoquo modo potueram, scripseram ipse eas literas, qua-
rum vaticinationem falsam esse cupio. Idem de Nat. Deor. 3, 10
Multa ex Sibyllinis vaticinationibus, multa ex Aruspicum responsis com-
memorare possum, *etc.* *Add.* Idem de Diuinat. 2 c. 3. Vaticina-
85 tionibus declarare Caes. B. G. 1 c. 50. Sortes quae vaticinatione
funduntur Cic. de Diuin. 2, 70. *Conf.* Sueton. Caes. c. 59. Val.
Max. 1, 8, 10.

VATICINIUM, i. n. *Idem.* Plin. 7, 52 Plena est vita his vatici-
niis, sed non conferenda, cum saepe falsa sint. *Et* Solin. c. 2 Euan-
dri mater, quae a vaticinio Carmentis dicta est. *Vid.* Borrich. in Cog-
git. p. 260. Gell. 15, 18. *et* 18, 17. Lactant. 1, 4.

VATICINĀTOR, ōris. m. [*χρησµωδός*] Ouid. ex Pont. 1, 1, 42
Vnde tamen viuat vaticinator habet. Inspirante Deo quod san-
ctus vaticinator Prodidit Prudent. Hamart. v. 343. Vaticinatores,
95 qui se Deo plenos adsimulant Iul. Paullus Rec. Sent. 5 t. 21 Sent. 1. *Add.*
ibid. Sent. 3.

VATICINVS, siue VATICINIVS, a, um. Adi. [*μαντικός*]
Quod ad vatem pertinet: Liu. 25, 1 M. Atilius praetor vrbs et in con-
cione Senatusconsultum recitavit, et edixit, vt quicumque libros vati-
100 cinos, precatationesue, aut artem sacrificandi conscriptam haberet, eos
libros omneis, literasque ad se ante Calend. Apriles deferret. *Et*
39, 16 Quoties hoc patrum maiorumque aetate negotium est magistra-
tribus datum, vt sacra externa fieri vetarent? — vaticinos li-
bros conquirent, comburerentque? Furor vaticinus Ouid.
105 Met. 2, 642.

VATICA, ac. f. *Herba, al. Strychnus.* Apul. de Herb. c. 74.

VATICANVS, i. m. [*Ὀυατικῶνος*] Collis in vrbe Roma, dictus, inquit Festus, quod eo potitus sit Populus Romanus vatium responso, expulsis Hetruscis. *Is collis non longe est a theatro Pompeii,* Vet. Schol. ad Hor. Carm. 1, 20, 7

— Simul et iocosa

Redderet laudes tibi Vaticani

Montis imago.

De Vaticano agro, colle, et deo sic Gellius 16, 17 Et agrum Vaticanum, et eiusdem agri deum praesidem appellatum accepimus a vaticiniis, quae vi atque instinctu eius dei, in eo agro fieri solita essent. Sed

praeter hanc causam Marcus Varro in libris Rerum diuinarum, aliam esse tradit istius nominis rationem. Nam sicut Aius, inquit, deus

appellatus, araque ei statuta est, quae est infima noua via, quod eo in loco diuinitus vox edita erat: ita Vaticanus deus nominatus, penes quem essent vocis humanae initia: quoniam pueri simul atque parti sunt, eam primam vocem edunt, quae prima in Vaticano syllaba est. Idcircoque *vagire* dicitur, exprimente verbo sonum vocis recentis.

Hactenus Gellius. Augustinus tamen de C. D. 4, 8 Vagitanum dixit deum, infantium vagitibus praesidentem. Sed *Viues etiam hic Vaticanum legi vult.* Prima huius nominis semper produuitur: secunda variatur: tertia semper est longa. Iuuen. 6, 343 Et Vaticano fragiles

de monte patellas. In Sapphico Horatii paullo ante citato secunda corrumpitur. Ager Vaticanus Cic. de Lege Agr. 2, 96 c. 35 Campus Vaticanus Id. Att. 13, 33 Illum Vaticanum campum fieri quasi Martium campum.

Vallis Vaticana Tacit. Ann. 14, 14.

VATILLVM, i. n. legit Salmastius ad Trebell. Claud. 14 p. 392 sqq. pro Batillum. ubi vid.

VATINIVS, i. m. [*Ὀυατινῶνος*] Quum esset dignitati Ciceronis semper aduersus, ita postea praeualuere amicitia, ut duobus iudiciis publicis ab eo fuerit defensus Auctor Valerius 4, 2. Seneca de Constant. 17 Vatinius, assiduo conuicio depudere didicerat. Ab hoc

odium Vatiniianum dictum est, de quo statim. ¶ 2 Alius, de quo Tac. An. 15, 34 Nero apud Beneuentum interim confedit, ubi gladiatorium munus a Vatino celebre edebatur. Vatinius inter foedissima eius aulae ostenta fuit, sutrinae tabernae alumnum, corpore detorto, facetiis scurrilibus, primo in contumelias assumptus, deinde optimi cuiusque criminatione eo valuit, ut gratia, pecunia, vi nocendi, etiam malos praemeret. Iuuenal. 5, 46 in poculi vilis descriptione,

Tu Beneuentani sutoris nomen habentem Siccabis calicem nasorum quatuor, ac iam Quassatum, et rupto poscentem sulfura vitro.

¶ 3 Vatinii vocabantur calices, quales descripsit Iuuenalis. De his Martial. 10, 3 in re vilis, Quae sulfurato nolit emta ramento Vatiniorum proxeneta fractorum, qui locus superiorem Iuuenalis clara luce perfundit. Martial. 14, 96 Lemma, Calices Vatinii: Vilia sutoris calicem monumenta Vatinii Accipe: sed nasus longior ille fuit. Ridet nempe Vatinium deformiorem hoc simulacro suo.

VATINIANVS, a, um. Adi. [*Ὀυατινῶνος*] Vt, Carmina Vatiniana Catull. 54, 2. Odiu Vatiniianum, pro publico ac vehementer acerbo. Specimen eius odii esto Macrobr. Sat. 2, 6 Lapidatus a populo Vatinius, cum gladiatorium munus ederet, obtinuerat, ut aediles edicerent, ne quis in harenam nisi pomum misisse vellet. Forte his diebus Cascellius consultus a quodam, an nux pinea pomum esset? respondit, Si in Vatinium missurus es, pomum est. Exemplum formulae Catull. ad Caluum 14, 3

Ni te plus oculis meis amarem Incundissime Calue, munere isto Odissem te odio Vatiniano.

VATIVS vel VACIVS, i. m. Qui pedes introrsus obtortos habet, idem, ut arbitror, qui Valgus. Auctoritates damus in VARRVS, a, um.

VATIA vel VACIA, ac. f. Idem. Varro de L. L. 8, 5 p. 103, II ubi disputat, in sermone consuetudini vitiosae occurrendum, cum nondum inualuit; corroboratae concedendum: ut sit simile cum id faciat, ac si quis puerorum per delicias pedes male ponere atque imitari vacias coeperit, hos corrigi oportere, si concedant: contra si quis in consuetudine ambulandi iam factus sit vacia, aut compernis, si eum corrigi non concedant etc. Vacia, diuersis plantis Isid. Gloss. Hinc inter cognomina Romana est. Vid. Harduin. ad illud Plin. 11, 46 s. 105 Namque et hinc cognomina inuenta — sicut a cruribus Vari, Vaciae, Vatinii. MS. Vatiens. Sed ipsum hoc ultimum videtur suadere, melius esse Vatiac. Conf. VACERRA.

VATRA, acis. et VATRICOSVS, a, um. Qui crura vitiosa habet, teste Nonio 1, 99. Lucil. 28 Vt si progeniem antiquam qua est maximus Quintus Vacax, qua vatricosus vatrax. Add. Voss. Etymol.

V B E

VBBA, pro Obba, ap. Non. 2, 597.

VBER, vberior, vberimus. Adi. [*πῖος, εὐφροπος*] Fertilis, pinguis, secundus. Quod ab animalium vberibus, ut statim dicemus n. 2, translatum, litissime mox patuit, ut ex inductione Substantiuorum patebit, quae statim elementari ordine ponemus. Actio vberior Vlp. l. 1 §. ult. ff. de ia rem verso, quae alias pinguis, qua facilius et plenius ius tuum consequere. Ouid. Met. 15, 208 Neque enim robustior Aetas, Vlla, nec vberior, nec quae magis ardeat vlla est. de iuuentute. Agro bene culto nihil potest esse vsu vberius Cic. de Sen. c. 16. Idem de Orat. 1, 113 Nam et Animi, atque ingenii celeres quidam motus esse debent, qui et ad excogitandum acuti, et ad explicandum, ornandum que sint vberes, etc. Vberimus et quaestuosissimus Annus Cic. Verr. 2 c. 14. Fructus vberissimi Idem de Nat. Deor. 2 c. 62. Multis in locis Aquam profluentem, et eam vberem vidi Cic. ad Qu. Fratr. 3, 1, 3. Aquis vberibus secundus specus Ouid. Met. 3, 31. Artibus vberimis ornatus vir Cic. Bruto 332. Arua vberima Valer. Argon. 1, 511. Vber et secundus Auctor Cic. in Orat. c. 4. Cibaria vberiora facta sunt caritate Cic. Verr. 3, 216. Copia vitiorum quando vberior? Iuuen. 1, 87. Add. Cic. de Fin. 4, 113 ubi Copia exilis et vberima opponuntur. Dona vberiora promissis Ouid. Epist. 17, 222. Edictum vberimum et quaestuosissimum Cic. Verr. 3, 36. Equus vberimus et habitissimus, cuius equus strigosus et male habitus Massurius Sabinus ap. Gell. 4 extr. Fructus vberimus Cic. Tusc. 2, 19. Fructus vberimi lactissimique Idem de Nat. Deor. 2, 156. Fruges vberes Hor. Carm. 4, 15, 5. Fruges vberiores afferre solet ager, quum multos annos quieuit

Cic. Brut. 121. Genis grauidis vberibusque effusae lacrimae Ouid. ad Liuiam 1.6. Guttis vberibus flent omnia, Lucret. 1. 350. Honor vberior Ouid. de Nuce 18. Imber grauis et vber Lucret. 6, 289. Ingenium vberius Ouid. Trist. 2, 74. Literae vberiores Cic. Att. 13, . . . Nullus feracior in Philosophia Locus est, nec vberior, quam de Officiis Cic. Off. 3 c. 2. Mors vberima niueis pomis Ouid. Met. 4, 89. Motus celeres animi atque ingenii, ad excogitandum acuti, et ad explicandum ornandumque vberes etc. Cic. de Orat. 1, 113 c. 25. Oratorum sua aetate vberimus Tac. Ann. 3, 31, 5. Sic Acad. 4, 118. Democritus huic in hoc similis, vberior in caeteris. Et Brut. 121. Nemo plenior et vberior ad dicendum fuit. Praemium vberius Vell. 2, 28, 3. Provincia vberissima supplicationibus triumphisque Cic. in Pison. 97 c. 40. Regna vberissima Virg. Aen. 3, 106. Res vber fuit, antequam vastassent legiones, Cato Originum secundo apud Priscian. 5 p. 647, 18. Riui vberes lactis Hor. Carm. 2, 19, 10. Solum vber Tac. Hist. 5, 6, 2. Spe vberiore commoueri Cic. de Orat. 1, 13. Spicis vberibus et crebris Seges Idem de Fin. 5, 91. Terris vberibus fertilis Umbria Propert. 1, 22, 10. ¶ 2 Multi etiam boni libri cum adspiratione scribunt Huber cum omnibus cognatis, quam orthographiam qui probant, ab *ὑ* vel humeo deriuant, ut nempe a tumeo fit tuber, faber a facio, et creber a cresco. Probabilior tamen altera ratio, qua sine adspiratione scribitur, et Vossiana deriuatio ab *ἄδρα* mamma, cuius *ἄ* Aeoles illi Italiae coloni in *b* mutarunt, ut ab *ἔρδορ* rubor factus est, et plebs et *πληθὺς*, et ex *λίτρα* libra. Illud vber, quae mammam significat, primo translatum ad pingua loca agrorum, ut *ἄδρα ἀγρῶν* Homericum, et ut Campos Roseae, Italiae fumen Varro dixit: deinde paulatim etiam Adlectiue poni coepit etc.

VBERIVS, vberime. Adu. Vt, Vberius atque fufius aliquid disputare Cic. de Nat. Deor. 2, 20 c. 7. Explicata vberius Cic. Acad. 4, . . . Loqui vberius Idem Fam. 3, 11. Tractare vberime Cic. de Diu. 2, 3 c. 1. Vid. Quintil. 10, 3. et Tacit. Ann. 12, 60, 1.

VBER, eris. n. [*ἄδρα*] Mamma, ut modo vidimus. Virg. Aen. 3, 642. Cauo Polyphemus in antro Lanigeras claudit pecudes, atque vbera pressat. Mammamarum vbera lactantia in somnis quaerit puer Lucret. 5, 883. *i. papillas ipsas s. fastigia mammarum.* Disertius Gell. 12, 1. An tu putas, naturam feminis mammiarum vbera, quasi quosdam nauuulos venustiores non liberorum alendorum, sed ornandi pectoris causa dedisse? Vbi vber, ibi tuber Apul. Flor. 4 p. 359, 29. Loquitur ibidem de coniugatione quadam mellis et fellis. Distentum vber, Lacte plenum ad distensionem vsque Ouid. Met. 13, 826. Distenta vbera lacte Virg. Ecl. 4, 22. Vid. mox Demittit vbera tellus. Equina vbera Hor. Epod. 8, 8. Grandius vber habet pecus vicinum Ouid. de Arte Ani. 1, 350. Grauidi superant vix vbera limen Virg. Georg. 3, 317. Sic Cic. de Diuin. 1, 20. Martia (lupa) quae paruus Mauortis femine natos vberibus grauidis vitali rore rigabat. Inania vbera Ouid. Met. 10, 391. Lactantia vbera Ouid. Met. 7, 321. Lactea vbera Virg. Georg. 2, 524. Profusum vber, Lacte manans Sil. 4, 378. Virgata vbera ferae Caspiae Sen. Herc. Oct. 2. Ablatus vberibus Plin. 8, 55. Admouere vbera alicui Virg. Aen. 4, 367. Alere foetus binos vbera Idem Ecl. 3, 30. Consumunt vbera vaccae Virg. Georg. 3, 178. Demittunt vbera vaccae Idem ibid. 2, 524. Hinc Metaph. Colum. 3, 21, 3. Vbera musto distenta mortalibus demittit tellus. Depulsus equus ab vbera matris Virg. Georg. 3, 187. Distentis vberibus manat humor lacteus Lucret. 1, 260. Distentant vbera vaccae, Multum implent lacte Virg. Ecl. 9, 31. Dare vbera alicui Ouid. Met. 4, 324. Ebibere vbera Idem ibid. 6, 342. Exhausto vbera spumiat mulctra Virg. Georg. 6, 306. Potanda vbera infantibus Iuuen. Sat. 6, 9. Praebere vbera Iustin. 1, 4, 10. Pressare vbera palmis Virg. Ecl. 3, 99. Rapti ab vbera infantes Idem Aen. 6, 428. Raptus ab vbera vitulus Ouid. Fast. 4, 459. Siccare distenta vbera Hor. Epod. 2, 46. Sugere vbera, vid. SVGO. Tendunt vbera caprae Virg. Georg. 3, 396. Tenta vbera, Distenta, plena Hor. Epod. 16, 50. Trahunt vbera infantes Lucan. 3, 352. Metaph. Colum. 3, 21, 3 modo vidimus in Demittit. Sic Virg. Aen. 3, 95

Quae vos a stirpe parentum

Prima tulit tellus, eadem vos vbera laeto

Accipiet reduces.

Huc alludit Symmach. Ep. 1, 7. Nos extero ac pleno vbera Roma exceperat. ¶ 2 Vber, pro Vbertate. Pallad. 1, 33, 2. Pratis recentia stercora proficient ad vber herbarum. Vbera suo grauata vitis Col. 4, 27, 5. Virg. Aen. 1, 531. Terra antiqua, potens armis, atque vbera glebae. Add. Idem ibid. 164. et Georg. 2, 234. Fertilis vbera campus Virg. Georg. 2, 185. Idem Aen. 7, 261. Non vobis Rege Latino Diuitis vbera agri, etc. Vbi Seruius, Vbera agri, vbertas. Sic et Tac. Hist. 3, 34, 2. Sic Vber soli feracis Pallad. 1, 7, 1. Vbera campi Col. 10, 90. Apium vber, Globus noui examinis ex ramo pendens, Palladius in Iunio 7, 6. Quum se agmina in ramo, aut loco quocunque suspenderit: si vnus vberis educatione pendebunt, noris aut vnum regem esse vniuersis, aut reconciliatis omnibus manere concordiam. Si vero duo, vel plura vbera suspendens se populus imitatur: et discordes sunt, et tot reges esse, quot velut vbera videris, confitentur. Vber a figura hemisphaerica etc.

VBERTAS, atis. f. [*ἄδρα, πύτης, ἐνφορία*] Fertilitas, fecunditas. Opium vbertas Sil. 15, 412. Facile est remedium vbertatis: sterilia nullo labore vincuntur Quintil. 2, 4. Agrorum vbertas Cic. pro Lege Manil. 44 c. 15. Vet. Poeta ap. Cic. Tusc. 1, 69 c. 28. Rami bacarum vbertate incuruiscere. Dicendi vbertas Cic. in Orat. 12 c. 3. In dicendo Id. de Orat. 1, 50. Frugum Cic. ad Quir. post Red. c. 8. Idem de Nat. Deor. 2, 28 c. 51. Nuper nati Mammias appetunt, earumque vbertate saturantur. Orationis Cic. Fin. 3 c. 5. et pro Corn. Balbo 3. Id. de Nat. Deor. 2, 258. Vbertas et varietas Pomorum. Soli Plin. 7, 2. Cic. de Nat. Deor. 2, 167. Siquidem satis a nostris et a principe Philosophiae Socrate, dictum de vbertatibus Virtutis et copiis.

VBERO, are. [*γονιμοποιῶ, ποιῶ*] Vberem et secundum facere. Steriles Arbores vberantur Pallad. Octob. t. 8. Aures meas affatus largior debuit vberare Symmach. Epist. 3, 1. Plin. in Paneg. 32, 2. Et caelo quidem nunquam benignitas tanta, vt simul terras vberet foventque. Malunt quidam vbertet. vid. Schwarz. ad b. l. Vberare fructus dicuntur, pro Vberes esse, Columel. 5, 9. Neque olea continuo biennio vberat.

VBERATVS, a, um. Pallad. Feb. t. 17 Surculi, qui inferendi sunt, sint nouelli, fertiles gemmis pluribus vberati.

VBERTO, are. Idem quod Vbero, ubi vid. Eumenius pro Flauio. 9 Agros imber vbertat.

VBERTVS, a, um. Adi. Abundans. Gell. 3, 14 Sed ea ipsa genera dicendi iam antiquitus tradita ab Homero sunt tria in tribus: Magnificum in Vlysse, et vbertum, etc. Alii legunt, Vber est. Solum vbertum Solin. c. 34.

VBERTIM. Adu. [*ἀφ' ὅπου*] Abunde. Catul. de Coma Berenice f. 61 (66) 17. Claud. de Laudib. Serenae 214 Quis tibi tunc per membra tremor? quantaque cadebant Vbertim lacrimae? Vbertim flere Apul. Met. 3 p. 129. Conf. Sen. Suaf. 25. Suet. Tit. c. 10.

VBEROSVS, a, um. Vberosum, *γόνιμον* Gloss. Vet.

V B I

VBI. Adu. loci. [*ἔ, πῆ, ὅπου, ἐνθα*] significat In quo loco, siue cum relatione, s. per interrogationem. Plin. 12, 14 Alexandriae ubi tura interpolantur. Hor. Serm. 1, 4, 74 Non ubi vis coramue quibuslibet. Interrogatiue. Ter. Eun. 5, 9 (8) 20 Sed ubi est frater? c. praeflo adest. Heu! aut eu! ubi nunc est? quum quis indignatur abesse, quem vehementer desiderat: vid. Drakenborch. ad Sil. 7, 106. Vbi ego audiuerim? Plaut. Amph. 2, 2, 116. Relatiue. Virg. Aen. 1, 103 Vbi Aeacide telo iacet Hector. Vid. Plaut. Truc. 1, 2, 38. Idem ibid. 3, 2, 30 In tabernam ducor diuersoriam, Vbi male accipiar mea mihi pecunia. Generatim relationem significat non tantum ad locum, sed ad rem. Ter. Eun. 2, 3, 20 Fac sis nunc promissa appareant, siue adeo digna res est, ubi tu nervos intendas tuos. Huiusmodi res semper comminiscere, ubi me excarnifices Ter. Heaut. 4, 6, 9. Huiusmodi paucae Poetae reperiunt comoedias, Vbi boni meliores fiant Plaut. Capt. extr. ¶ 2 Etiam ad Tempus item ad conditionem refertur. Laurus ubi bona signa dedit Tibull. 2, 5, 83. Virg. Aen. 2, 790 Haec ubi dicta dedit. i. postquam. Ter. Andr. 2, 2, 19 Vbi te non inuenio, ibi ascendendo in quendam excelsum locum. Animaduvertebat, ubi id fecisset, totum exercitum periturum, i. si Sic Nep. 15, 7, 4. Vbi semel quis peierauerit, ei credi postea, etiam si per plures deos inret, non oportet Cic. pro Rabir. Post. 36 c. 13. Ter. Eun. 4, 1, 14 Hoc est signi, ubi primum poterit, se illinc subducat scio. Idem ibid. 5, 6 (5) 3 Vbi satias coepit fieri, commuto locum. Ibid. 5, 9, 58 Vbi vis, accede. Est ubi id isto modo valeat Cic. Tusc. 5, 23. Plaut. Capt. 5, 2, 5 Propemodum ubi loci tuae fortunae sint, facile intelligis. i. qua conditione. Idem Merc. 5, 4, 26. Plin. 7, 24 ad finem, Ut inanis mens quaerat ubi sit loci. Cic. Att. 5, 10. Et si mihi nihil erat propositum ad scribendum, quia quid ageres, ubi terrarum esses, ne suspicabar quidem, q. d. in quo loco terrarum. Conf. Plaut. Amph. 1, 1, 180. Idem Merc. 2, 3, 97 Vbi nam est is homo gentium? Ut Vbi terrarum conf. Cic. pro Rabir. Post. c. 13. ¶ 3 Vbi enim, more Graeco usurpatur, ut ὅπου γὰρ, quod significat Cum enim. Lucret. 3, 165

Vbi enim propellere membra,

Corripere e somno corpus, mutareque vultum,

Atque hominem totum regere ac versare videtur;

Quorum nil fieri sine tactu posse videmus:

Nec tactum vero sine corpore: nonne satendum est

Corporea natura animum constare animamque? i. Cum

ista facere videamus animum, nonne corporeus erit? Turneb.

VVICVNQVE. i. In quocunque loco. Cic. Att. 3, 25 Vt te ante Kalendas Ianuarias, vbicunque erimus, sistas. Cic. Verr. 7, 172

Omnes hoc loco ciues Romani, et qui adsunt, et vbicunque sunt, vestram severitatem desiderant. Plin. 10, 4 Oua hic confectatur aquilae auditate malefica: at illa ob hoc rapit vbicunque visum. Vbicunque opus sit obsequi Ter. Heaut. 3, 3, 17. Vbicunque factum est, improbe factum est Cic. Verr. 3, 217 c. 93. Id. de Nat. D. 1, 123 Nihil est enim virtute amabilius: quam qui adeptus erit, vbicunque erit gentium, a nobis diligetur. Cic. Phil. 2, 113 Qui vbicunque terrarum sunt, ibi est omne Reip. praesidium. Add. Idem Verr. 5 c. 55. Secunda anceps est. Quoties ego, dixerit, vni Seruor, vbicunque est, vni mea gaudia seruo Ouid. Met. 7, 735. Hor. Epist. 1, 3, 34 Vbicunque locorum Viuitis. Conf. Idem Od. 3, 37, 13. Te, dea, munificam gentes vbicunque loquuntur Ouid. Amor. 3, 10, 5. Add. Catull. 40, 6.

VBIILIBET. Adu. Cibis vbilibet non defuturus Sen. de Tranqu. An. c. 1. Licebat pedem ponere vbilibet Augustin. Conf. 3, 7.

VBINAM gentium. Cic. In Catil. 1, 9 c. 4 O dii immortales, vbinam gentium sumus? Seruius ad Aen. 1 de accentu huius dictionis, et alijs sic dicit; Pronunciationis causa contra usum Latinum, syllabis vltimis, quibus particulae adiunguntur, accentus attribuitur: vt huiusce, vbinam.

VBIUIS. Cic. Att. 14, 22 Qui mihi videntur vbiuis tutius, quam in Senatu fore. Nemo est quin vbiuis, quam ibi ubi est, esse malit Cic. Fam. 6, 1. Vbiuis gentium Ter. Hec. 3, 1, 4. Secunda communiter longa: sed etiam breuis. Non vbiuis coramue quibuslibet Hor. Sat. 1, 4, 74.

VBIQVE. In omni loco. Ut, Vbique terrarum, locorum, gentium Cic. Verr. 5 c. 55. Quisquis vbiqve habitat, nusquam habitat Martial. 7, 72. Nusquam est, qui vbiqve est Sen. Ep. 2. Itineris vbiqve Apul. Met. 1 ad fin. Virg. Aen. 1, 605

Grates persoluere dignas

Non opis est nostrae Dido, nec quidquid vbiqve est

Gentis Dardaniae.

¶ 2 Vbique, i. et ubi: Liu. 1, 6. ¶ 3 Vbique, i. vbicunque. In lege fundi vendendi in eo fundo vbique essent, exceptae fuerunt, l. 77 Dig. de contrah. emt. Conf. Parei Lex. Crit. p. 1266. De Tertulliano Per vbique orbis, vid. PERVBIQVE.

VBIQVAQVE. Apul. de Mundo p. 69 Omnia vbiquaque gerentur, Otacustarum delatione discebat.

VBIVBI. Compositum pro Vbicunque. Cic. Tusc. 1, 70 c. 29 Nunc vbiubi sit animus, certe quidem in te est. Ter. Andr. 4, 2, 1 iam vbiubi erit, inuentum tibi curabo. Sperantes, facile, vbiubi essent, se conuersuros aciem Liu. 42, 57 extr. Vbiubi gentium Plaut. Asin. 2, 2, 21. Ut, Idem Merc. 4, 5 suppos. 1, 24 Vbiubi erit inuenta, mater redimet.

¶ 2 Vbique, i. et ubi: Liu. 1, 6. ¶ 3 Vbique, i. vbicunque. In lege fundi vendendi in eo fundo vbique essent, exceptae fuerunt, l. 77 Dig. de contrah. emt. Conf. Parei Lex. Crit. p. 1266. De Tertulliano Per vbique orbis, vid. PERVBIQVE.

VBIQVAQVE. Apul. de Mundo p. 69 Omnia vbiquaque gerentur, Otacustarum delatione discebat.

VBIVBI. Compositum pro Vbicunque. Cic. Tusc. 1, 70 c. 29 Nunc vbiubi sit animus, certe quidem in te est. Ter. Andr. 4, 2, 1 iam vbiubi erit, inuentum tibi curabo. Sperantes, facile, vbiubi essent, se conuersuros aciem Liu. 42, 57 extr. Vbiubi gentium Plaut. Asin. 2, 2, 21. Ut, Idem Merc. 4, 5 suppos. 1, 24 Vbiubi erit inuenta, mater redimet.

¶ 2 Vbique, i. et ubi: Liu. 1, 6. ¶ 3 Vbique, i. vbicunque. In lege fundi vendendi in eo fundo vbique essent, exceptae fuerunt, l. 77 Dig. de contrah. emt. Conf. Parei Lex. Crit. p. 1266. De Tertulliano Per vbique orbis, vid. PERVBIQVE.

VBIQVAQVE. Apul. de Mundo p. 69 Omnia vbiquaque gerentur, Otacustarum delatione discebat.

VBIVBI. Compositum pro Vbicunque. Cic. Tusc. 1, 70 c. 29 Nunc vbiubi sit animus, certe quidem in te est. Ter. Andr. 4, 2, 1 iam vbiubi erit, inuentum tibi curabo. Sperantes, facile, vbiubi essent, se conuersuros aciem Liu. 42, 57 extr. Vbiubi gentium Plaut. Asin. 2, 2, 21. Ut, Idem Merc. 4, 5 suppos. 1, 24 Vbiubi erit inuenta, mater redimet.

V B I I, orum. m. [Ὀύβιοι] *Inter Galliae Belgicae populos ad Rhenam, Coloniae Agrippinensi finitimi ponuntur Plin. 4, 17. Vid. Tac Ann. 12, 27. et Hist. 4, 28.*

V C A et V C I

V C A L E G O N, ontis. m. [Ὀυκαλέγων] *Nobilis Troianus, qui tempore Troiani belli ob senium abstinebat armis, ut scribit Homerus Iliad. 3. Inde, ut scribit Seruius ad Virg. Aen. 2, 312 Rem domus ad personam transtulit, dum ait, Iam proximus ardet. Vcalegon: Sigaea igni freta lata relucet. i. domus illius.*

V C I A, ae. f. [Ὀυκία] *Ptolemaeo 2, 4. Plin. 3, 1 Vcia, Hispaniae ciuitas.*

V D

V D L. Videlicet.

V D O, ōnis. m. *Vdones, de quibus Vlpianus l. 25 §. 17 de aur. et arg. leg. his verbis, Alia causa est vdonum, quia vsu calceamentorum praestant: calceamenta sunt ex hircinis pilis contexta. Pro hac voce alii Vdonum, alii Odonum, alii Oedorum legunt, perperam omnes ut Turnebo Aduers. 1, 13 videtur. Martial. 14, 140 lemma est, Vdones Cilicii, Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti: Cinyphio poterit planta latere sinu. Vid. Cuiac. Obseru. 10, 40. Salmas. ad Lamprid. c. 4. Scalig. ad Hesiod. Epy. v. 542. Is. Voss. Epist. ad Graeu. in Add. ad Hesiod. p. 69 v. 17. Bynckersh. Obs. 3, 17 p. 291.*

V D V S, a, um. Adi. [ὕψος, ὑδρηλός] *Quasi Sudum, a sudando; dicitur Humidum. Virg. Georg. 3, 388 Nigra subest vdo tantum cui lingua palato. Plin. 24, 15 Folia epiphoris imponuntur cum polenta supposito vdo linteolo. Vdus oculis Mart. 8, 44. Aqua vdu Id. 11, 22.*

Aleator vdu, *Vino ingurgitatus, Bene potus Mart. 5 vlt. Campi vdi Sil. 8, 509. Gaudium vdu, quod lacrimas exprimit Martial. 10, 78: Capilli vdi Ouid. Met. 5, 513. al. Passi. Genae vdae Idem Fast. 2, 406. Humus vda Hor. Carm. 3, 2, 23. Luminibus vdis respiciens Propert. 2, 7, 10. Conf. Stat. Silu. 5, 2, 4. Pomaria vda mobilibus suis*

Hor. Carm. 1, 7, 13. *Martial. 11, 17 Tu quoque nequitas nostri ususque libelli, Vda puella leges, sis Patavina licet. Nequam verbum, quo indicat prurimum, et imaginem efficacem Veneris. Contrarium Sicca. Terra vda viret granine Ouid. Amor. 2, 6, 50. Ver ydum Virg. Georg. 3, 429. Via vda Lucan. 3, 85.*

V D O, are. *Vdum seu humidum facere. Macrobius Saturn. 7, 12 Quae vdanda sunt corporis, vino fouentur: quae siccanda sunt, melle detergentur.*

V D O R, ōris. m. *Varro de L. L. 4, 5 Vdor aquae vis deorsum. Alii legunt aliter. Vid. Not. Gothofredi p. 1580. Nempe Sudor est*

aliis. *Vdor, Sudor, ἴδωρ prima origine esse rem eandem, valde probabile est.*

V E et V E C

V E, *Particula considerari generatim meretur, quam vim habeat in compositis Vecors, Vedius, Vegrandis, Veious, Vemens s. Vehemens, Vepallidus, Vefanus, Vescus, Vestibulum, Vetus. Vulgo Grammatici utramque illi vim assignant, tum augendi tum minuendi. Vid. Gell. 5, 12: et 16, 5 ubi Ve particula, inquit, tum intentionem significat, tum minutionem. Repetit, ut solet, totidem verbis Macrobius Sat. 6, 8. Ac de minuendi vi dubitare nos exempla non sinunt, quae damus in Vegrandis et Vescus: nec notissima significatio verborum Vecors, Vefanus. De intentione autem inane putamus post Bentleium ad Hor. Sat. 1, 2, 129. de quo in VEPALLIDA. Laudat quidem Non. 2, 884 Vegrande valde grande*

ex Lucilio, *Non idcirco extollitur, nec vitae vegrandi datur. Sed nec semel alucinatur Nonius, nec indicare ex solo hoc versiculo de sententia Lucilii licet. De Vaefer q. d. Vaefer aliquantum Afer s. l. De Vetus plane nugari videtur Gellius, cum ex Ve et aetas arcessit. Qui enim fieri possit, ut duae Syllabae longae coalescant in unam breuem? Maneat ergo Ve particula semper minui significationem vocis, cui adicitur, semper vitium significari: quod planius cognoscet, qui nomina supra posita requirere suis locis volet.*

V E. [ἦ, ἦτοι] *Disiunctiva Coniunctio est, id significans quod Aut. Cic. Att. 6, 1 Appius enim ad me ex itinere, bis, terue, literas miserat. Quum eam tempestas vetustasue consumserit Idem de Legib. 1, 7. Suaves grauesue sententiae Cic. in Orat. 150 c. 44. Omnia quae fiunt futurae sunt Idem de Divin. 2, 19. Ne quid plus minusue dicat Cic. pro Flacc. 12 c. 5. Ne quid plus minusue faxit, cuius eum post pigeat Ter. Phorm. 3, 3, 21. Geminata eleganter*

postponitur *negatiuae. Cic. Fam. 1, 9 Peto a te, ut id a me, neue in hoc reo, neue in aliis requiras. Idem de Orat. 3, 169 Componere et struere verba sic, ut neue asper eorum concursus, neue hiulus sit, sed quodammodo coagmentatus et laeuis. Vel, vel: Ouid. Met. 15, 215 Nec quod fuimusue, fumusue Cras erimus. Adde*

Fast. 5, 110.

V E C O R S, ordis. Adi. [ἄνυς Gloss. Lat. Gr. ἀνόητος, ἀψόφημος, παραφρόνιμος] *Quasi sine corde; Qui, ut ait Festus, est mali, turbatque cordis. Macrobius Saturn. 6, 8 Vecors, et Vefanus, priuationem significant sanitatis et cordis. Vecors repente sine suo vultu, sine voce,*

sine colore constitit *Cic. de Arusp. Resp. c. 1. Add. Hor. Sat. 2, 5, 74. Cic. Tusc. 1, 18 Aliis cor ipsum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordesque dicuntur. Liu. 4, 49 Audita vox eius in concione stolidi et prope vecors. O vecors et amens Cic. in Pison. 21. Vecors Animi Apul. Met. 2 p. 117. et 3 p. 157. Vecors, i. ἀνοήδης vterque Victor in Claudio. Audacia vecors Liu. 28, 22. Furor vecors Catull. ad Aurel. 16, 14. Iuuenes vecordes Sen. Theb. 1. Libelli vecordes Tacit. Ann. 2, 30. Libido vecors Sen. Troad. 4. Mens vecors agitur furis Ouid. in Ibin 345. Rixam vecordem excitare Catul. ad Ravidum 38, 4. Vecors, pro Dolosa et astuta dictum voluit Cic. in Tusc. 2, 20 Vecors Oenei partu edita, hoc est Deianira Oenei filia, dolosa et astuta. Sic enim δολώπις a Sophocle vocatur, a quo hunc versum conuertit Cicero. Sed cum Deianira in fraudem ipsa inducta fuerit a Nesso, et bono consilio venenatam vestem Herculi miserit, potest vecors consuetam et priuatam significationem obtinere, et animo corrigendi Sophoclem a Cicerone esse adhibitum. Compar. Aurel. Vict. de Caes. 40, 17 Agrestibus parentibus vecordior. Superl. Cic. pro Domo sua 141 c. 55 Itaque istius vecordissimi mentem cura metuque terrebant. Vecordissimus iste Apul. Apol. p. 274.*

Vecorditer. *Adu. Plauto tribuitur.*

Vecorditer. *Adu. Plauto tribuitur.*

Vecorditer. *Adu. Plauto tribuitur.*

Vecorditer. *Adu. Plauto tribuitur.*

Vecorditer. *Adu. Plauto tribuitur.*

Vecorditer. *Adu. Plauto tribuitur.*

Vecorditer. *Adu. Plauto tribuitur.*

Vecorditer. *Adu. Plauto tribuitur.*

Vecorditer. *Adu. Plauto tribuitur.*

Vecorditer. *Adu. Plauto tribuitur.*

Vecorditer. *Adu. Plauto tribuitur.*

VECORDIA, ae. f. [*παρὰφροσύνη*] Ter. Andr. 4, 1, 2 Tanta vecordia innata cuiquam ut fiet, ut malis gaudeat alienis, atque, etc. Sallust. . . . Igitur color exanguis, foedi oculi, citus modo, modo tardus incessus, prorsus in facie vultuque vecordia. In facie vultuque vecordia inerat Sall. Catil. c. 15 extr. Add. Idem Iug. c. 72 extr. Pulsat te vecordia Ouid. Met. 12, 228. Vid. Casaub. ad Theophr. Charact.

VECTIARIUS, VECTICVLARIUS, vid. VECTIS.

VECTIBILIS, vid. VEHO.

VECTIGAL, ālis. n. [*τόλος, φόρος, δασμὸς*] Quod ex vectura penditur proprie: nam a vehendo dicitur, quum ex fundis fruges in urbem vehuntur. Deinde vero reditus omnes, quae publicos quae priuatos, significat, neglecta ratione etymologica. Quid differant vectigal et tributum, docent Sam. Petit. Var. Lect. 2, 1. Lips. de Magn. Rom. 2, 2. Idem tamen valet utrumque ap. Suet. Callg. c. 40. De Vectigalibus Pop. Rom. est libellus elegans Pet. Burmanni. Vectigal duplex est, publicum et priuatum; Vectigal publicum, Ex quibus vectigal accipit. Vid. Cic. pro Lege Manil. 17 c. 6. Magna vectigalia Hor. Serm. 2, 2, 100. Onera imperii pleraque vectigalia, institui, ut pro utilitate communi, ita singulorum iniuriis coegerunt Plin. Paneg. c. 37 pr. Abru-
pere vectigalia, vid. ABRVMPPO. Augere vectigalia, vid. AVGEO. Capere vectigal, vid. CAPIO. Cic. pro Lege Manil. 15 c. 6 Itaque neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura vectigal conseruari potest. Constituere vectigal, vid. CONSTITVO. Egeo equidem non iam vectigalibus, et paruo contentus esse possum Cic. Att. 12, 20 (19) Idem pro Lege Manil. 4 c. 2 Quorum magnae res aguntur, in vestris vectigalibus Exercendis occupatae, Exigere vectigalia Cic. Qu. Fratr. 1, 1, 26 (11) Idem pro Font. 10 Vectigal enim esse Impositum fructibus nostris dicitur, et pecuniam permagnam ratione ista cogi potuisse confiteor et inuidiam. Conf. Plin. Ep. 7, 18. Cic. de Clar. Orat. 136 c. 36 Totius agrum publicum vitiosa et inutili lege vectigali Leuauit Claud. in Conf. Stilich. 2, 98. Obsolescere et nitere dicuntur vectigalia, vid. OBSOLEO. Cic. pro Lege Manil. 16 c. 6 Quo tandem animo esse existimatis aut eos, qui vectigalia vobis pensitant, aut eos, qui exercent atque exigunt. Id. Qu. Fratr. 1, 1, 1 Qui per se pendere vectigal non potuerunt. Porrigere parua vectigalia Hor. Carm. 3, 16, 40. Cic. in Parad. 6 Ex meo tenui vectigali detractis sumtribus cupiditatis. Paullus Iurisc. Caesae arundinis, vel pali compendium, si in eodem fundo vectigal esse consuevit, ad fructuarium pertinet. Cic. in Parad. 6, c. 3 Non intelligunt homines, quam magnum vectigal sit parsimonia. Cic. Off. 2, 88 c. 25 Ut bona valetudo voluptati anteponatur, vires celeritati: externorum autem, ut gloria diuitiis, vectigalia urbana rusticis. i. Prouentus, reditus. Add. Cic. Att. 12, 19 et 25 pr. Aerarium militare cum vectigalibus nouis Instituit Suet. Aug. c. 49. Instituire vectigal Columel. 8, 2. Colonias vectigalibus publicis plurifariam Instruxit Suet. Aug. c. 46. Vectigalia, pro Terris vectigalibus Sallust. Hist. Fragn. c. 8. Orat. Philippi, Mithridates in latere vectigalium nostrorum, quibus adhuc sustentantur, diem bello circumspicit. Vid. Cic. Act. 1 in Verr. c. 3. Metaphor. Macrob. Somn. Scip. 1, 6 p. 27 Vterum nulla vi feminis occupatum natura constituit, velut decreto exonerandae mulieris vectigali, mense redeunte purgari. Vectigaliorum, pro Vectigalium, Genitiuus Pluralis. Suet. in Augusto c. vlt. Quantum pecuniae in aerario et fisci, et vectigaliorum residuis.

VECTIGALIS, e. Adi. [*ὑποτέλης, τελεσφόρος*] Quod vectigal s. tributum pendit. Cic. Off. 3, 87 Quas ciuitates L. Sulla pecunia accepta Senatusconsulto liberauisset, ut cae rursus vectigales essent. Vectigalis et Immunis, contraria, vid. IMMVNIS. Liu. 21, 41 Vtrum Annibal hic sit aemulus itinerum Herculis, ut ipse fert, an vectigalis stipendiariusque et seruus Populi Romani a patre relictus. Libere rare vectigales et stipendiarios Cic. de Prouinc. Conf. 10. Agri vectigales Cic. in Pison. 87 c. 36. add. Idem Verr. 3 c. 43 extr. Ciuitas vectigalis Cic. Verr. 1, 79 c. 34. Idem Philipp. 2, 62 c. 25 Tum existimauit se suo iure, cum Hippia viuere, et equos vectigales Sergio mimo tradere. Columel. 1 praefat. 12 Ex mercenariis aliquem iam recusantem quotidianum illud tributum, [qui vectigalis esse non possit] iugiarum rei cui praefuturus est, magistrum fieri iubet. Verba inclusa videntur glossa antiqua esse eorum, quae proxime praecedunt. Pecunia vectigalis, Quae ex vectigalium reditibus prouenit. Cic. Verr. 1, 89 c. 35 Decem enim naues iussu L. Murenae, populus Milesius ex pecunia vectigali Pop. Rom. fecerat. add. Tac. Ann. 4, 6, 5. Prouincia vectigalis Cic. in Pison. 87 c. 36. Socii vectigales Idem Off. 3, 49. Caes. Bell. Gall. 4, 3 Hos quum Sueui multis saepe bellis experti propter amplitudinem grauitatemque ciuitatis, sinibus expellere non potuissent, tamen vectigales sibi fecerunt, ac multo humiliores, infirmioresque redegerunt.

VECTIGALIARIUS, i. m. Qui vectigal exercet. Firmic. 3, 13, 2 Erunt enim aut publicani, aut vectigaliarii; id est, qui vectigalia exigant.

VECTIS, is. m. [*μοχλὸς, ἐπιβλήης*] Palus e ferro siue ligno grandior, rusticis, et fabris caementariis ad molienda saxa et maiores moles alias utilis. Procede huc cum vecte Donax Ter. Eun. 4, 7, 4. Caes. Bell. Ciuil. 2, 11 Saxa quam maxime possunt, vectibus promouent, praecipitataque muro in musculum deuoluunt. Cic. de Nat. Deor. 1, 19 Quae molitio, quae ferramenta, qui vectes, quae machinae, qui ministri tanti muneris fuerunt? Hor. Carm. 3, 26, 7 Vectes foribus minaces, quibus effringi fores possunt. Ferreus vectis cum est admotus ad onus Vitruv. 10, 8. add. Idem 6, 9. Baldi Lex. Vitruv. p. 141. Demoliri signum, ac vectibus labefactare conantur Cic. Verr. 4, 94 c. 43. Vectes, (inquit Bud.) Baculi sunt validi, per mediam machinam traiectioni, quibus manu ductis machina diu versatur, funem ductuarium aduoluit. Ab his vectibus Vectiarii dicti sunt homines, qui vectes versanda fucula manu ducunt, vid. SVCVLA. Vectes, etiam sunt Obices ex ligno vel ferro, quibus ostia clausa muniebant. Virg. Aen. 7, 609 Centum aerei claudunt vectes, aeternaque ferri Robora. Vid. Prudent. Cathem. 9, 70. it. 8, 72. c. not. Spiegel.

VECTIARIUS, i. m. Qui torcularia premit vectibus. Vitruv. 6, 8 (9) Ipsum autem torcular, si non cochleis torquetur, sed vectibus et praelo premitur, ne minus longum pedes quadraginta constituatur. Ita enim erit vectiario spatium expeditum.

VECTICVLARIUS, a, um. Adi. [*τοιχωρύχος*] unde, Vecticularia vita dicitur eorum, qui vectibus parietes perfodiunt alienos, furandi gratia. Cato, Vecticulariam vitam viuere, est Repente largiter habere, repente nihil. Festus.

VECTO, āre. **VECTVRA**, vid. VEHO.

VECTONES s. VETTONES, um. m. Pl. [Oβέρωνες] Hispaniae populi, Vaceis et Celtiberis proximi, ut scribit Plin. 3, 3. Lucan. 4, 9 Vectonesque leues, profugique a gente vetusta etc. Alii Vectones. Vid. Bos. ad C. Nep. 22, 4, 1.

V E D et V E F

VEDIVS, i. m. quasi Malus dius. Vedius, id est, Pluton, quem etiam Ditem Veiouemque dixere Mart. Capella 2 p. 40 extr. Potuerunt etiam ad Diei et lucis priuationem hac appellatione respexisse.

VEFLAMEN, inis. m. interpretantur Flaminialis, qui sanctus est Flaminio, ad differentiam eius, qui dicitur Flamen perpetuus. Grut. Inscript. p. 374 n. 1 C. MVTIVS. BRVTIANVS. FAVSTINVS. ANTONIANVS. VEFLAM. AVG. etc. Neapolis ad Ouid. Fast. 3, 445 inscriptionem laudat P. IVLIVS HONORATIANVS VEFLAMEN AVGVSTI.

V E G

VEGEO, ui; ēre. [ζωοποιέω] Nonius 2, 876 Veget pro vegetat, vel erigit, vel vegetum est. Pomponius, Animos Venus veget voluptatibus. Acquora falsa veges ingentibus ventis Enn. Et Varro, Quam mobilem diuum Iyram sol harmoge Quadam gubernans motibus diis veget. Transitiue. Sic et Festus in Metonymia laudat Ennii versum, ita emendatum a Scaligero, Cum magno strepitu Volcanum ventu' vegebat. Sic Lucret. 5, 533 E quibus vna tamen sit et haec quoque causa necesse est, Quae vegeat motum signis, i. incitet, vegetum reddat. Et 1297 Et prius est armatum in equi conscendere costas, Et moderarier hunc frenis, dextraque vigere. ¶ 2 Etiam

intransitiue ponitur, pro visitatori Vigere, de quo s. l. Nec natus est, nec morietur: viget, veget, utpote plurimum Varro ap. Non. c. l. Audacia, largitio, avaritia vegebant Sallust. Cat. c. 3. al. vigeabant.

VEGETVS, a, um. [ἀναμάζω] Quod viuendo mouet et mouetur, sanum et ob id ipsum agile, alacre etc. Gell. 3, 1 Quid igitur, inquit, dicimus, quod multos videmus esse pecuniae cupidos, et eosdem cum corpore esse vegeto ac valenti? Sueton. de Caes. c. 45 Nigris, vegetisque oculis, valetudine prospera. Cic. Att. 10, 18 Tu, quoniam quartana cares, et nouum morbum remouisti, sed etiam grauedinem, te vegetum nobis in Graecia siste, et literarum aliquid interea. Non.

5, 44 Inter Vegetum et Vigen hoc interest: quod Vegetum sit incolume; Vigen forte. Nam vegetum corporis: vigen etiam animi possumus dicere. Non perpetuam esse Grammatici obseruationem, exempla ostendunt. Ingenium vegetum in viuido pectore vigeat Liu. 6, 22. Cic. Tusc. 1, 41 c. 18 Horum igitur aliquid animus est, nec

45 tam vegeta Mens, aut in corde, cerebroue, aut in Empedocleo sanguine demersa iaceat. Oculi vegeti Suet. Caes. c. 45. Pulsus vegetus venarum, pro Vehementi, opponitur Languido Valer. 5. Cic. de Diuin. 1, 61 c. 29 Vt illa tertia pars Rationis et Mentis eluceat, et se vegetam ad somnandum acremque praebet: tum ei visa quietis occurrent tranquilla atque veracia. Compar. Columel. 6, 20 Neque enim alio distat bonus taurus a castrato, nisi quod huic torua facies est, vegetior adpectus, breuiora cornua. Ingenia hominum vegetiora Gell. praef. Superl. Plin. 18, 26 Hoc interuallum temporis vegetissimum agricolis, maximeque operosum est.

55 VEGES, etis. Idem quod Vegetus. Laudatur Liu. 21, 43 A tergo Alpes vrgent, vix integris vobis ac vegetibus transitae. Sed editur etiam a Drakenb. Vigentibus, alterius lectionis vegetibus ne mentione quidem facta.

VEGETO, are. Recreare, vegetum facere. Gellius 17, 2 Memoriae vegetandae gratia. Maturo cupiens, me vegetare die Aufon. Eidyll. 14, 6. Animo structum vegetauerat Adam Prudent. Hamart. v. 846. Adde Mart. Capell. 6 p. 223.

VEGETATVS, a, um. Prudent. Cathem. 10, 7 Elementa Tibi dum vegetata cohaerent.

65 VEGETATIO, onis. f. Apul. Met. 1 pr. Vt etiam fatigationem sedentariam incessus vegetatione discuterem.

VEGETATOR, oris. m. Ephemer. Aufon. v. 16 Irrequies, cuncta ipse mouens, vegetator inertum.

VEGETAMEN, inis. n. Prudent. Hamartig. v. 75 Sunt tria nempe simul, lux, et calor, et vegetamen. Spiritus vitalis. Nostrae vegetamina vitae Id. ibid. 298.

VEGETABILIS, e. Adi. Quod vegetari potest. Vt, Planta, radix vegetabilis Amnian. 22, 8. Flagra vegetabilia Mart. Capell. 6 p. 223.

VEGETIVS, i. m. Familiae Romanae nomen. V. g. Flavius Renatus, comes Constantinopolitanus, qui scripsit ad Valentinianum principem libros quinque de re militari. Exstant etiam sub eodem nomine artis veterinariae s. Mulomedicinae quatuor libri.

VEGRANDIS, e. Adi. [ἀναείρητος] Festus, Vegrande significari alii aiunt male grande, vt vecors, vesanus, mali cordis, maleque sanus.

80 Alii paruum siue minutum: vt quum dicimus vegrande frumentum. Et Plaut. in Clitell. v. 14 Qui nisi sic biteris, nimum is vegrandi gradu. Haec Festus. Varro R. R. 2, 2 Quod quae postea concipiunt, vegrandes fiunt atque imbecillae. Quid. Fast. 3, 445. Vegrandia farra colonae, Quae male creuerunt, vescaque parua vocant.

85 Aufon. Epist. 22, 13 Hic saepe falsus messibus vegrandibus. Festus in Vesculi, Vegrandem fabam minutam dicebant. ¶ 2 Vegrande, Valde grande. Lucil. 26 Non idcirco extollitur, nec vitae vegrandi datur. Haec Nonius 2, 884. Sed nimis hoc improbabile est. Vid. quae diximus in VE. Laudant etiam Perf. 1, 97. Sed recte Ca-

90 faub. Vt ramale vetus praegrandi subere coctum.

V E H

VEHA, ae. f. [ὄδος] Via veteribus dicebatur. Varro de R. R. 1, 2, 14 A quo rustici etiam nunc quoque viam veham appellant, propter vecturas. Sic ante Victorium: nisi quod Bon. 1504 veheam. A Victorio est veam. Vcha breuis etiam vehiculum dictum est Varr.

L. L. 4, 31 p. 34, 18.

VEHEMENS, entis. Adi. [επιφοδός, βίαιος, δεινός, λάβρος] Graue, magnum, vrgens. Primum notasse idem fere videtur, quod vecors, vesanus, et vitium mentis indicasse. Vid. supra VE. Deinde, cum impetus multo maiores habeant infanti, paulatim omissa illa originis notatione, ad impetum et vim simpliciter designandam deflexum esse. Certe a ve et mente deriuat tribus locis Gellius. Primo 2, 3 Vehemens inter ea

105 ponit, in quibus literae (H) seu Spiritus istius nulla ratio visa est, nisi

6 B 2

V E H

VEHA, ae. f. [ὄδος] Via veteribus dicebatur. Varro de R. R. 1, 2, 14 A quo rustici etiam nunc quoque viam veham appellant, propter vecturas. Sic ante Victorium: nisi quod Bon. 1504 veheam. A Victorio est veam. Vcha breuis etiam vehiculum dictum est Varr.

L. L. 4, 31 p. 34, 18.

VEHEMENS, entis. Adi. [επιφοδός, βίαιος, δεινός, λάβρος] Graue, magnum, vrgens. Primum notasse idem fere videtur, quod vecors, vesanus, et vitium mentis indicasse. Vid. supra VE. Deinde, cum impetus multo maiores habeant infanti, paulatim omissa illa originis notatione, ad impetum et vim simpliciter designandam deflexum esse. Certe a ve et mente deriuat tribus locis Gellius. Primo 2, 3 Vehemens inter ea

105 ponit, in quibus literae (H) seu Spiritus istius nulla ratio visa est, nisi

6 B 2

vt firmitas et vigor vocis, quasi quibusdam nervis additis, intendere-
tur. *Deinde* 5, 12 *Vesum*, vehemens, vegrande, vefanos, vecordes,
et *Veiouem* ex *Ve illo composita ait omnia*: ac 16, 5 *Vehemens* a men-
tis vi atque impetu *dici affirmat*. Macrobius etiam 6, 8 a nimio im-
petu et vi mentis instructum esse ait nomen vehemens. Itaque le-
gendum videtur Hor. Epist. 2, 2, 120 *Vemens* et liquidus, puroque simil-
imus anni: certe ita pronuntiatione contrahendum est nomen, nisi volu-
mus *Anapaesto usum pro Spondeo vatem legis metricae obseruantissimum*.
Sic Catull. 50 extr. *Ne poenas Nemesis repōnat*. Ate Est vehemens
Dea; laedere hanc caueo. *Prima Phaleuci regio non admittit, puto*, 10
Dactylum. Est ergo *Spondeus*, et forte scribendum etiam *vens*. Sic
Lucret. 3, 153. Ter. Andr. 1, 1, 123 *Ne haec quidem satis vehe-*
mens causa ad obiurgandum. Idem Heaut. 3, 1, 31 *Vehemens in*
vtramque partem Menedeme es nimis. Non in plebe coercenda,
quam senatu castigando vehementior fuit Liu. 3, 19. Brassica tenui
succo vehementissima Cato R. R. c. 157. Vehementissimo Cur-
su fugerunt Caes. B. G. 8, 15. Hoc genus et acrimoniam habet in
se, et vehementissimum est Auctor ad Herenn. 4, 41. Exordium
dicendi vehemens et pugnax Cic. de Orat. 2, 317 c. 78. Incitatione
quadam acri et vehementi inflammari Cic. de Orat. 2, 183. Idem 20
Verr. 4, 41 *Litterae mittuntur isti a patre vehementes, ab amicis item,*
videret quid ageret, de Diodoro quo progredereetur. Lupus vehe-
mens Hor. Epist. 2, 2, 28. Si vehementius *Malum est* Cels. 6, 7.
Materia Col. 4, 22, 4. *i. palmes in vite celeris et magni incrementi*.
Sic 3, 10, 2 *Materiae vehementissimae reperiuntur aut in capite vitis,* 25
aut in cruce vicino radicibus. vid. loc. Medicamentum vehe-
mentius et efficacius Scribon. 70. Lucret. 3, 153 *Verum ubi vehe-*
menti magis est commota metu Mens. Leg. *Vementi, ut modo dictum*.
Natura nimium et vehemens feroxque Cic. in Vatin. 4 c. 2. Ope-
ra vehemente minister Hor. Epist. 1, 15, 5. Oratio vehemens et
atrox, cui Oratio lenitatis et mansuetudinis opponitur Cic. de Orat. 2,
200 c. 49. Palus vehemens Columel. 4, 12, 1. Statumina ve-
hementiora Idem 4, 16, 2. *i. validiora*. Vehementius ictu missu-
que Telum Liu. 9, 19. Violentia vehemens Lucret. 3, 481. Vi-
tis vehemens Columel. 3, 1, 5. *i. valida*. 35

VEHEMENTIA, ae. f. [*δὲνός*] Plin. 13, 8 *Flore candido*
cum vehementia odoris.
VEHEMENTER, Adu. [*σφοδρῶς, δὲνός, βίαιός*] *Acriter, valde*
admodum. Cic. Philipp. 8, 16 c. 5 *Vehementer me agere fateor; ira-*
cunde, nego. Lucret. 4, 821 *Vehementer vitare vitium praemedi-* 40
tator. Quae vehementer, acriter, animose fiunt Cic. Tusc. 4, 50
c. 23. Quintum puerum accepi vehementer Idem Att. 10, 5. *i. Se-*
vere. Admirari vehementer Cic. Acad. 4, 63. Aduersari vehe-
menter Idem Verr. 7, 81. Agi autem de summa prorsus vehementer et
seuere volo Cic. Att. 16, 14. *i. Summam mihi debitam volo acerrime exigi,* 45
etiam sponsoribus appellatis. Pugnum acriter vehementerque Compri-
mere Cic. Acad. 4 c. 47. Displicet vehementissime Idem Acad. 4,
133. Dolet vehementer Ter. Adelph. 4, 5, 48. Cic. Verr. 1,
103 *Me vehementer excusatum volo, non negligentia mea fore, etc.*
Exercere se vehementer in aliqua re Cic. de Orat. 1, 152 c. 33. Ex-
spectare vehementer literas alicuius Cic. Fam. 11, 15. Exterreri
vehementius Caes. B. C. 2, 4. Cic. Fam. 12, 15 *Quae res nos vehe-* 50
menter fefellit. Infanire vehementer Plaut. Merc. 4, 6, 19. Cic.
Verr. 6, 8 *Sed quid ego tam vehementer Inuehor?* Irasci vehe-
mentius Curt. 6, 9, 2. Vehementissime ex concursu Laborare 55
Caes. B. C. 2 c. 6. *de nauibus collisis*. Cic. Verr. 6, 149 *Nisi restitu-*
issent statuas, vehementer iis Minatur. Pertinet vehementer ad
rem aliquam Varro de R. R. 1 c. 55. Prodest vehementissime Scri-
bon. 70. Repugnare vehementer Cic. Acad. 4, 41. Idem de
Finib. 5, 77 *Nam illud vehementer Repugnat, eundem esse beatum, et* 60
multis malis oppressum. Sum. *Erat mihi vehementissime gratum*
Cic. Fam. 13, 32. Idem Verr. 5, 132 *Fateor non modo in socios,*
sed etiam in ciues militesque nostros per saepe esse seuere ac vehe-
menter Vindicatum. Velim vehementer Ter. Eun. 5, 9, 39.

VEHEMENTESCO, ēre. Cael. Aurel. Tard. 4, 6 *Cum viderint* 65
fluorem vehementescere. Idem ibid. 1, 2 *Passio vehementescit*.
Add. Ibid. 2, 6.

VEHES vel VEHIS, vid. VEHO, is.
VEHIA, ae. f. Osorum lingua Plaustrum dicitur, Festus. Pla-
cet Scaligeri sententia, *Velam legendum, ut sit quasi vehela, ut querela et* 70
similia. Vid. VELLA et VELLATVRA.

VEHO, vxi, vectum, ēre. [*ἄγω, ὄχτω, ἔποχτω*] *Proprie de Naui,*
equo, caeterisque quadrupedibus et plaustris dicitur. Plaut. Mostel. 3,
2, 95 *Magni sunt oneris: quidquid imponas, vehunt*. Idem
Bacch. 1, 2, 73 *Nam vt e nauī vecta es, credo timida es aliquantum* 75
foror. Idem Afin. 3, 3, 109 *Vehes pol hodie a me. i. humeris tuis*
insidentem gestabis. Curru vehere aliquem Ouid. Epist. 15, 91.
Male vehi malo alio gubernante, quam tam ingratis vectoribus bene
gubernare Cic. Att. 2, 9 extr. Idem Tusc. 1, 113 *Quum enim il-* 80
lam ad sollempne et statutum sacrificium curru vehi ius esset. Cic.
de Diuin. 2, 144 c. 70 *Cursor ad Olympia proficisci cogitans, visus est*
in somniis curru quadrigarum vehi. In curru vehi Ouid. Trist.
4, 2, 47. Dorso cornipedis vehi Senec. Hippol. f. 6. Equo
concitato ad hostem vehitur Nep. 14, 4, 5. Ouid. de Arte Am. 3,
777 *Parua vehatur equo*. Equus in quo vehabar, mecum vna de- 85
mersus rursus apparuit Cic. de Diuin. 2, 140 c. 68. Vehabatur in
Esedo tribunus Idem Phil. 2 c. 24. Naui vehimur Lucret. 4, 388.
In Nauibus vehi Cic. de N. D. 3 c. 37. Phaelis pictis vehitur
circum sua rura Virg. Georg. 4, 289. Per aquora fraterna vexe-
rat Europen taurus Martial. de Spect. 16. Cic. de Nat. Deor. 1, 79. 90
Per maria vasta vehunt ratibus Plin. 12, 19. Per Urbem Cic. in
Pis. c. 25. *Metaph.* Bella vehere trans pontum Se-
nec. Thyest. f. 1. Carpenta vehabant matres Ausonias Ouid. Fast.
1, 619. Cellarium secum vehunt Hieron. in Matth. c. 10. Ci-
bum ore vehit formica Ouid. de Arte Am. 1, 94. Deus ille ma- 95
ximus potentissimusque ipse vehit omnia Sen. Ep. 31. Ager vehe-
bat Lectulum Sedul. Acrost. v. 72. Lucret. 3, 1098 *Posteraque in*
dubio est fortunam quam vehat aetas. Fructus vehere ex agris
Liu. 21, 43. Ventrem grauem vehere Ouid. Met. 9, 684. Sed
Burm. ita, Iamque ferendo Vix erat illa grauem maturo pondere ven- 100
trem: pro quo Vexerat male alii. Cic. de Vniuers. 41 *Ita totum*
animal mouebatur illud quidem, sed immoderate et fortuitu, vt sex
motibus veheretur. Xeromyrrham post sabbatum Quaedam vehe-
bant corpori Sedul. Acrost. v. 81. *de mulieribus aromata Christo unguendo*
afferentibus. Cic. Tusc. 1, 73 c. 30 *Itaque dubitans, circumspe-* 105

Etans, haesitans, multa aduersa reuertens, tanquam ratis in mari immenso nostra vehitur oratio. Dum vehit amissis aquas Tibull. 1, 4, 60. Indus aquas vehit, a colore maris haud multum abhorrentes Curt. 8, 9, 4. Pretium vehendi cantat Arion Ouid. Fast. 2, 115.

5 **VEHENS**, entis. Partic. [*εποχών*] Cic. de Clar. Orat. 331 c. 97 Sed in te intuens Brutē doleo, cuius in adolescentiam, per medias laudes quasi quadrigis vehementem, transuersa incurrit misera fortuna Reip. vid. Gronou. ad Liu. 2, 19. Delphinus vehens Gell. 16, 19 extr. Vehens etiam, ut Vector, est, qui vehitur, vel vehendum se praebet. Iustin. 11, 7 de Gordio, Ille plaustrum, quo vehenti regnum delatum fuerat, in templo Iouis positum maiestati regiae consecrauit. Equo vehentes Gell. 5, 6. Obuium In equo vehens venit Quadrig. ap. Gell. 2, 2. Plaustro vehens Iustin. 11, 7, 13.

VECTVS, a, um. Aliud Partic. [*ωχημένος*] Ut, Molliter vectus Varro ap. Non. 1, 60. Diuersa per aequora vecti Virg. Aen. 1, 380. Super alta vectus Alys celeri rate maria Catull. 64, 1. Multa per aequora vectus Idem 98, 1. Apes vectae liquidum trans aethera Virg. Aen. 7, 65. Iumentis iunctis vectus Nepos 20, 4, 2. In naue vectus Idem 12, 4, 3. Vehiculo vectus Patere. 2, 59, 3.

20 **VECTO**, are. Frequent. [*εποχέω*] Gell. 16, 19 Delphinum — vectauisse et — in terram Laconicam deuexisse. Dorso super fluctus edicto vectasse Propert. 3, 3, 46. Corpora vectare carina Virg. Aen. 6, 391. Equo vectari Ouid. Met. 8, 374. Turba feminarum Equis vectabatur Plaut. Curc. 3, 3, 22. Canes iunxit ad currum, et sic est vectatus Lamprid. Heliogab. c. 28. Add. c. 29. Voluptatis causa huc atque illuc vectatur Petron. c. 101. Add. Id. c. 119. Humeris vectari Hor. Epod. 17, 74.

VECTĀTVS, a, um. Liu. 35, 35 Paullisper cum tyranno vectatus. In orbe vectatus Manil. 2, 138.

30 **VECTATIO**, ōnis. f. Suet. Calig. c. 3 Gracilitas crurum paullatim repleta assidua equi vectatione post cibum. Et Senec. de Tranquill. Anim. c. 15 Aliquando vectatio iterque vigorem dabant.

VECTABVLVM, i. n. [*ωχημα*] Idem quod Vehiculum. Gell. 20, 1 Iumentum quoque non id solum significat, quod nunc dicitur, sed vectabulum etiam, quod adiunctis pecoribus trahebatur.

35 **VECTABILIS**, e. vid. VECTIBILIS.

VECTACVLVM, i. n. Idem. Tertull. de Anima c. 53 Auriga corporis, spiritus animalis, deficientis vectaculi nomine, etc. Add. Id. de Bapt. c. 3.

40 **VECTĪTO**, are. Frequentat. Arnob. 5, 183 Curru quadriungo vectitatus.

VECTIO, ōnis. f. [*ωχησις, αγωγή*] Cic. de Nat. Deor. 2, 151 c. 60 Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones.

45 **VECTOR**, ōris. m. [*εποχος, εποχόμενος, επιβάτης*] Qui in aliena naui vel equo vel plaustro vehitur pretio, ut Vehens Quintil. In corpore proiecto, In nauim filii mei male permutatus vector imponor. Cic. de Nat. Deor. 3, 89 Idemque cum ei nauiganti vectores aduersa tempestate timidi et perterriti dicerent, non iniuria sibi illud accidere, qui illum, etc. Conf. Id. Phil. 7 extr. Petron. c. 103. et 107 Sic Vector, Eques. Ouid. de Arte Am. 3, 555 Sed neque vector equum qui nuper sensit habenas, Comparibus frenis artificemque regat. Adde Trist. 1, 3, 115. Drakenb. ad Sil. 17, 138. Cic. Att. 2,

50 10 Male vehi malo alio gubernante, quam tam ingratis vectoribus bene gubernare. ¶ 2 Vector, qui vehit. Ouid. Fast. 1, 433 Ecce rudens rauco Sileni vector asellus Intempestiuos edidit ore sonos. Equus si virtutibus polleat, ut sit aequabilis vector et corsu pernix Apul. Apol. p. 287. Caeli vector Senec. Medea v. 1968. Fulminis vector, Aquila Stat. Theb. 9, 858.

VECTRIX, icis. f. Paullinus Nolanus Epist. 49, 8 Vectricem draconis Epidauro nauem venerantur.

60 **VECTORIVS**, a, um. Adi. Ut, Vectoria nauigia, pro Maioribus. Caes. Bell. Gall. 5, 8 Qua in re admodum fuit militum virtus laudanda, qui vectoriis quibusque nauigiis, non intermisso remigandi labore, longarum nauium cursum adaequauerunt. Nauicula vectoria Suet. Caes. c. 63.

VECTARIVS, a, um. Adi. [*ωχητηκός*] Ut, Vectarius equus. Qui vehit, aptusque est ad vehendum. Varro de R. R. 2, 7. Add. Plaut. Bacch. Suppos. Prolog. v. 32.

VECTIBILIS, e. Adi. Sen. Nat. Quaest. 3, 25 Aquae medicatae, et ob hoc ponderosae: et ipsius insulae materia vectibilis. al. Vectabilis.

70 **VECTĪRA**, ae. f. [*αγωγήμιον*] Varro de R. R. 2, 7 Equi quod alii sunt idonei ad rem militarem, alii ad vecturam, alii ad admissuram, etc. Cic. Att. 1, 3 Misimus qui pro vectura solueret. Et Verr. 3, 147 Longa difficilique vectura. Difficultas vecturae Cic. Verr. 5 (3) 190 c. 82. Exercere aut locare vecturas nauium Papin. in l. Si urbana. D. de condict. indeb. Vecturas frumenti ciuitatibus Descripsit Caes. B. C. 3 c. 42 i. imperauit, quantum vnaquaeque earum veheret. Facere vecturam, Vehendo parare sibi lucrum. Quintil. in Pastu cadauerum. Equis pro vectura oliui Resoluit Plaut. Asin. 2, 4, 26. Viuere vecturis, vid. VELLATVRAM facere, in VELLA.

Fundum fructuosiore faciant vecturae Varro R. R. 1, 16. Vecturae Foeni et Pabulorum Colum. 2, 13. Vectura [*φάρμακον, ναύλον* Gloss. Lat. Gr.] Merces vehendi Vlpian. in l. Ex conducto. §. Item. D. Locati, Item quum quidam naue amissa vecturam, quam pro inuecto nauita acceperat, repeteret: rescriptum est ab Antonio Augusto, non immerito procuratorem Caesaris vecturam ab eo repetere, quum munere vehendi functus non sit. Idem in l. Si quis pro vxore. D. de donationibus inter virum et vxorem. Papinianus scripsit, vecturas vxoris et ministeriorum eius, virum itineris sui causa datas repetere non posse, vid. Plaut. Most. 3, 2, 138. Petron. c. 101.

85 **VECTVRARIVS**, i. m. Qui vecturas praestat. Theod. Cod. l. 14, 6 Vecturarios praecipimus trecentos boues dare.

VEHICVLVM, i. n. [*ωχημα, ἀπήνη, ὄχος*] In quo aliquid vehitur, quod cum quatuor rotis Phryges traduntur inuenisse, teste Plin. 7, 56. Cic. Verr. 5, 185 Omnesque dii, qui vehiculis thensarum sollemnes coetus ludorum initis, etc. Idem in Pison. 61 c. 25 Numus interea mihi Caesar, neglectis vehiculis triumphalibus domi manet et manebit. Camerata vehicula, vid. CAMERA. Meritoria vehicula, vid. MEREO. Anteire vehiculo, vid. ANTEEO. Comparare furtorum vehiculum Cic. Verr. 7, 58. Comprehendere vehicula Suet. Tib. c. 38. Exigere vehicula Plin. Paneg. c. 20. Cic. de Nat. Deor. 2, 89 c. 35 Qui nauem nunquam ante vidisset, ut procul diuinum et nouum vehiculum Argonautarum e monte conspexit, etc. vid. Fr. Nannius in Curis secundis ad Nonni Paraph.

90

95

100

105

VEHI-

VEHICVLĀRIS, e. Adj. *Ad vehicula spectans. ut, Curfus vehicularis, Dig. 50 t. 4 l. 18 §. 4. Rei vehicularis munera Ibid. l. 1 §. 1. Conf. Suet. Aug. c. 49. cum annotat. et Casaub. ad Spartian. Hadrian. f. 15.*

VEHICVLARIVS, a, um. *Idem. Ut, Curfus vehicularius. Capitolin. in Anton. Pio c. 12. Fabricator vehicularius Idem in Max. et Balb. c. 5. Munus Capitolin. in Seuero c. 14. Res vehicularia Ammian. 14, 11.*

VEHICVLATIO, ōnis. f. *Vet. numus apud Spanhem. Diss. 13 p. 561 et 570 VEHICVLATIONE ITALIAE REMISSA. Conf. Lips. 10 ad Plin. Paneg. c. 20.*

VEHATIO, ōnis. f. *Idem. Cod. Theod. leg. 3. de calcis coloribus.*

VEHES, vel **VEHIS**, is. f. [*ἔλκνηθρον*] a *vehendo*, dicitur quantum foeni vel stercoris una vectura in plaustris vel aliis instrumentis ferri potest. *Plin. 36, 15 Amplitudinem cauis eam fecisse proditur, ut vehem foeni large onustam transmitteret. Columel. 11, 2 Satis erit in singula iugera vehes stercoris comportare numero decem et octo. Vehes autem stercoris habet modios octoginta. Sic 11, 2 Materies si roborea est, ab vno fabro dolari ad vnguem per quadrata debet pedum XX, haec erit vehis vna. Pinus autem V et XX pedum aequae ab vno expeditur, quae et ipsa vehis dicitur. Add. Colum. 2, 15.*

VEHĒLA, ae. f. *Vt, Scythicis vehelis Capitolin. in Maximin. c. 13. Vulgo Vehiculis. vid. Salmaf. ad loc. p. 251. Conf. VELLA.*

V E I

VEIA. *Genus Romana fuisse videtur urbe Veiiis traducta. Hinc Veia venesca mulier, cuius meminit Hor. Epod. 5, 29*

Abaeta nulla Veia conscientia

Ligonibus duris humum

Exhauriebat ingemens laboribus.

Prop. 4, 11, 31 Forte super portae dux Veius astitit arcem. Nempe

VEII [*Οὐνίης*] *Vrbs Hetruriae, quam Camillus cepit: tam praecleara situ atque aedificiis, ut vix prohiberi potuerit populus, quo minus relicta Roma in deuictam a se urbem immigraret. Vid. Liu. 5, 25 sq. Vnde quum Nero domum aedificaret amplissimam, editi fuerunt illi versus, quos refert Sueton. c. 39 Roma domus fiet, Veios migrate Quirites, Si non et Veios occupat ista domus. Veteres Veii Propert. 4, 11, 27.*

VEIENS, entis. [*Οὐνίης*] *Populus Veiorum. Cic. de Diuin. 1, 100 Quum lacus Albanus praeter modum creuisset, Veientem quandam ad nos hominem nobilem perfugisse, eumque dixisse, ex fatis quae Veientes scripta haberent, etc. Et paullo post, Quum autem Veientes bello fessi legatos ad Senatum misissent, etc. Populi Veientum Sil. 7, 40. Etiam Singularis in vsu fuit, Cic. de Diuin. 1, 100*

Quid quod in Annalibus habemus, Veienti bello, etc. Ager Veiens Idem pro Rosc. Amer. 47. Arui Veientis emtor Hor. Epist. 2, 2, 167. Solum Veiens Stat. Silu. 4, 5, 54.

VEIENTĪVS, a, um. Adj. *Vt, Tribus Veientina Cic. pro Planc. 38.*

VEIENTĀVS, a, um. *Aliud Adj. [Οὐνίηραῖος] Vt, Vinum Veientanum Hor. Serm. 2, 3, 143. Plin. 37, 10 Veientana Italica gemma est Veiiis reperta, nigram materiam distinguente limite albo. De Veientana gemma scribit et Solinus c. 8 sub finem.*

VEIANVS, i. m. *Gladiatoris nomen apud Hor. Epist. 1, 1, 4,*

VEIŌVIS *videtur esse malus Iupiter, ut Vedius: certe paruus. Gell. 5, 12 In antiquis spectationibus nomina haec Deorum inesse animaduertimus, Diiouis et Veiovis. Est autem etiam aedes Veiovis Romae inter arcem et Capitolium. — Cum Iouem — a iuuando nominassent, eum quoque contra Deum, qui non iuuandi potestatem, sed vim nocendi haberet (nam deos quosdam ut prodesse celebrabant, quosdam, ut ne obessent placabant) Veiouem appellauerunt, demta atque detracta iuuandi potestate. — Simulacrum igitur Dei Veiovis, quod est in aede, de qua supra dixi, sagittas tenet, quae sunt videlicet paratae ad nocendum. Comparat deinde numina laeua Virgilii etc. Cic. de N. D. 3, 62 c. 24 Quid Veiovi facies? Quid Vulcano? Copiose de illo Ouid. Fast. 3, 429 sqq. Cui potius est paruus Iupiter f. Iouis.*

Disce, ait, quis iste Deus curue vocetur ita.

Iupiter est iuuenis: iuueniles adspice vultus.

Adspice deinde manum fulmina nulla tenet

— Nunc vocor ad nomen. Vegrandia farra colonae,

Quae male creuerunt, vescaque parua vocant.

Vis ea si verbi (particulae VE) est: cur non ego Veiovis aedem

Aedem non magni suspicer esse Iouis?

V E L

VEL. *Velina, scil. Tribus.*

VEL. [*ἦ, ἔρε, ἦροι*] *Coniunctio plerumque disiunctiua; ut, Plaut. Mil. 4, 2, 28 Vel adest, vel non. Siluius Aeneas pariter pietate*

vel armis Virg. Aen. 2, 769. Idem Aen. 1, 749 Quid tantum

Oceano properent se tingere soles Hiberni, vel quae tardis mora

noctibus obstat. Ter. Eun. 2, 3, 27 Hanc tu mihi vel vi

vel clam, vel precario fac tradas. ¶ 2 Interdum copu-

landi potius vim habet. Liu. 1, 42 extr. Hunc ordinem ex censu

descripsit, vel paci decorum, vel bello. Sic Suet. Tit. c. 3. Veget. 85

de Re Milit. 2, 5. Multorum vel honori vel periculo feruire Cic. de Clar.

Orat. 242 c. 69. Sunt ista quidem vel magna, vel potius maxi-

ma Cic. Q. Frat. 2, 14. Fecibus eductis concordant vnda vel ignis

Dracont. Hexaem. v. 150. i. et. Iure suo qui cuncta tenens excelsa vel

ima Sedul. 5, 427. Add. Mar. Victor Praef. in Genes. v. 110. Rufin. 90

Jaepius. it. Victor Vtic. et Barth. ad S. Gallum. Borrich. Vindic. p. 233.

¶ 3 Vel, pro etiam vel adeo, in incrementi significatione. Cic. ad Brut.

8 Et quod te tantum amat, ut vel me audeat prouocare. Ter. Andr.

3, 2, 9 Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te esse ortum?

Virg. Aen. 11, 259 Vel Priamo misera manus. Idem Ecl. 80, 69. 95

Carmina vel caelo possunt deducere lunam. Vid. Seru. ad h. l. Ita

augendi aliquam et exaggerandi vim habet. Ter. Heaut. 4, 6, 2 Nul-

la est tam facilis res, quin difficilis fiet, quam inuitus facias; vel me

haec deambulatio quam non laboriosa, ad languorem dedit. Cic.

Att. Vt vel perire maluerit, quam perdere omnia. Ter. Phorm. 100

2, 1, 71 Postremo si nullo alio pacto, vel foenore. Plaut. Men.

4, 3, 17 Vtere vel tu, vel tua vxor, vel etiam in oculos compingite.

Plaut. Aul. 5, 1, 22 Vel hercle enica, nunquam hinc feres a me. Vi-

storicae vel maxima fuit laus Nep. 17, 4, 6. Cic. Acad. 4, 9 c. 3

Statuere enim qui fit sapiens, vel maxime videtur esse sapientis. Id. 1052

in Orat. 91 Hoc in genere heruorum vel minimum, suauitatis autem est vel plurimum. Idem de Orat. 2, 116 c. 27 Haec sunt omnia ingenii vel mediocris, exercitationis autem maximae. Idem Verr.

4, 181 Nam quod in publicanorum causis vel plurimum aetatis meae versor, etc. Vel quod multo etiam minus est ferendum Idem pro Planc. 8.

¶ 4 Vel *Seruit transitioni a generalibus ad specialia, et significat idem fere, quod compositum* Velut, exempli gratia, vt hoc vtar etc. Ita accipit Donato auctore, Terentius Hec. 1, 1, 3

Per pol. quam paucos reperias meretricibus Fidelis euenire amatores: Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi etc. Ita Ter. Eun. 3, 1,

7 Cum dixisset Thraso, Est istuc datum profecto, vt grata mihi sint, quae facio, omnia: ita pergit, Vel rex semper maximas mihi agebat, quidquid facerem. Et Heaut. 4, 6, 1 Nulla est tam facilis res, quin difficilis fiet, Quam inuitus facias. Vel me haec deambulatio quam non laboriosa, ad languorem dedit. Cic. Fam. 2, 13 pr. Raras tuas quidem, — sed suauis accipio literas: vel quas proxime acceperam, quam prudentes! Et 7, 24 Amoris quidem tui, quoquo me verti, vestigia: vel proxime de Tigellio. *Observandum tamen, in talibus non simpliciter modo illam exempli allegandi vim habere; sed istam quoque emphasin, quam ad priorem Ciceronis locum pulchre expressit I. F. Gronouius, ne de aliis dicam, vt alia taceam, similem. Augendi vim habet Plin. Epist. 1, 8 extr. Vt videar mihi hac sola mercede posse corrumpi, vt vel contra Baeticos adsim, contra quos ne diceret se excusauerat.*

¶ 5 Vel, in principio sententiae positum, pro Nam, indignationi interdum seruiens, a Graecis tractum videtur, qui h eodem ferme modo vtuntur. Quinctilianus 11, 3, 14 Alia commendatio vetustatis, cuius amator vnice Virgilius fuit (Aen. 11, 406) Vel quum se pauidum contra mea iurgia fingit. Plane eandem vim haberet hic Nam, nimirum connectendi cum vehementia quadam. Sic Cic. pro Flacc. 45 c. 19 Vel quod est in eodem decreto scriptum, homines clarissimos ciuitatis amplissimis vsos honoribus, hoc praetore circumuentos: cur hi neque in iudicio adsunt, neque in decreto nominantur? *Paullo aliter, sed tamen in principio, et cum indignatione, Ter. Andr. 3, 2, 9 Vel hoc quis non credat, qui te norit, abs te esse ortum?*

¶ 6 Vel pro An positum videtur Cic. ad Q. Fr. 1, 2 In custodiam Ephesi tradidit: Sed in publicam, vel in pistrinum, non satis ex literis eius intelligere potuimus. *Sed observanda potius talia, quam temere imitanda.*

VELA BRVM, VELAMEN, VELAMENTVM, VELARIS, VELARIVM, vid. VELVM.

VELATVS, vid. VELO, Ære. in VELVM.

VELĒDA, et VELLĒDA, ac. f. *Virgo in summa auctoritate apud Germanos, et instar numinis habita, de qua Tacit. de Moribus German. 8, 3. et Stat. Silu. 1, 4, 90.*

VELES, itis. m. [*φίλος, ἀπρόβολις*] Miles leuissime omnium armatus, qui et Velatus et Ferentarius dicitur. Refert Aelianus Taet. 2 ordinem pedestrem in militia diuidi solitum trifariam: in armatos (*ὄπλίτας*) quae grauis armatura dicitur: et velites (*φίλας*) qui leuissime omnium armantur, unde et expediti nuncupantur: non enim ocreas aut lorica induunt, sed tantum iaculis et fundis vtuntur. In tertio ordine sunt peltati, (*πελτατοὶ*) a pelta, paruo et leui scuto: hi medii erant inter grauem armaturam et leuem. *Quatenus haec cum militia Rom. conueniant, hic non disputamus; hoc tamen apparet, Graecorum φίλας esse velites Romanorum Non. 18, 2 Veles, leuis armatura. Titian. Ita spurius armatur in praelium veles. — Varro, quem sequuntur cum rutundis velites parmis leues. Prima, puto, mentio velitum Rom. Liu. 26, 4 Ex omnibus legionibus electi sunt iuuenes maxime vigore ac leuitate corporum veloces, eis Parmae breuiores, quam equestres, et septena iacula quaternos longa pedes data; praefixa ferro quale hastis velitaribus inest. Eos singulos in equos suos accipientes equites assuesce-*

50 *runt, et vehi post sese, et desilire perneciter, vbi signum datum esset, etc. — Institutum, vt velites in legionibus essent. Conf. Veget. 3, 16: Liu. 31, 35 Velites emissis hastis cominus gladio rem gerebant. — Veliti Rom. parmam gladiumque habenti. Et 38, 22 Alii ruentes in hostem vndique configebantur: et cum cominus venerant, gladiis a velitibus trucidabantur. Hic miles tripedalem parmam habet, et in dextra hastas, quibus eminus vtitur. Gladio Hispaniensi est cinctus. Quod si pede collato pugnandum est, translatis in laeuam hastis stringit gladium. Liu. 38, 21 Ante signa modico intervallo velites erant. Idem 30, 33 Vias patentes inter manipulos antesignanorum velitibus complet. Veg. 3, 24 Velites erant iuuenes, leui armatura, corpore alacri, qui ex equis missilia optime dirigebant, etc. Itaque pro diuerso consilio imperatoris in hac militia variatum videtur. Cic. de Clar. Orat. 27 c. 78 Quibus, vt hastae velitibus amentatae, sic apta quaedam et parata singulis causarum generibus argumenta traduntur. Ouid. in Ibin 48*

75 *Vtque petit primo plenum flauentis arenae, Nondum calfacti velitis hasta solum. Adfertur nescio unde Cic. de Repub. Militari more veterum velocissimi, cum scutis leuibus, pedites ad hoc ipsum exercitati, iisdem miscendi, quos expeditos quasi volitantes, volites appellabant. Inde versa litera O in E Velites. Idem Fam. 9, 20 Me autem a te, vt scurram velitem, malis oneratum esse, non moleste tuli. Scurram velitem dicit, laceffere alios paratum: in malis ludit ambiguitate: mala i. pomamiserat Paetus, malis i. maledictis se oneratum dicit Cicero. Sic Gronou.*

VELITO, aet. dici testatur Priscian. p. 799. Est autem velito, vel

85 VELITOR, ari. [*γυμνητῶν, ἀπρόβολις*] Digladiari, pugnare. Ad verba transfertur, pro Iurgari. Plaut. Men. 5, 2, 28 Nescio quid velitati estis inter vos duos. Gell. 6, 11 Cum inquinatissimis hominibus non est conuicio decertandum, neque in maledictis aduersum impudentes et improbos velitandum; quia tantisper similis et compar eorum fias, dum paria et consimilia dicas, atque audias. Haec est iniqua velitatio, non illa, qua contra Alphenium velitabar Cic. pro Quint. c. 22. de forensi certamine. Velitari labris, pro Verbis contendere et altercari. Afranius ap. Non. 1, 2 Interea verba iactare, et labris Turpil. Comperce verbis velitare, ad rem redi. Inter se velitari, velificarier. Velitari in aliquem calumniis Apul. Apol. p. 274. — Lapidibus Id. Met. 9 p. 239. Videsne, quantum tibi periculum velite-

90 *tur fortuna eminus Id. ib. 5 p. 164. Conf. Elmenh. Ind. in Apul.*

VELITATIO, onis. f. [*γυμνητῶν, ἀπρόβολισμός, λογομαχία*] Pugna, digladiatio. Plaut. Rud. 2, 6, 42 Equidem meam velitationem exerceo, nam omnia corusca prae tremore fabulor. Velitatio, inquit Festus, est Vltro citroque verborum obiectatio, ab exemplo velitaris pugnae. Plaut. Asin. 2, 2, 41 Verbis velitationem fieri compendi volo.

VELITĀRIS, e. Adi. [*γυμνητικός, ἀπρόβολιστικός*] Quod ad velites

105 *persinet. Pugna Fest. in Velitatio. Sallust. in Iugurth. 113 (105) Praeterea*

terea iere sagittarii et cohors peligna cum velitaribus armis, itineris properandi causa. L. iu. 26, 4 Et septena iacula quaternos longa pedes data, praefixa ferro, quale hastis velitaribus incit. Add. Plin. 28, 4. Turneb. Aduers. 14, 11.

VELITĀTIM, Adu. [κατὰ διαλειμμάτων] Per saltus et intervalla: quod velites pugnando, saltibus utantur. Laudatur Sifenna l. 6 Hist. apud Gell. 12 extr. Nos vna aestate in Asia et Graecia gesta idcirco continentia literis mandauimus, ne velitatum aut saltuatim scribendo, lectorum animos impediremus. Sic legendum putat etiam Pricaeus ad Apul. Met. 8 p. 442. Sed Gronou. probat vellicatim.

VELATRĪCVS, a, um. Idem quod Velitaris Sidon. Epist. 7, 2 Historia iuuenis eximii, fabula militiae velatricae par. Sic legit Lau-remberg. in Antiq. p. 481. aliter autem Sirmond.

VELIA, ae. f. [Ὀυέλια] Lucaniae oppidum in Italia, ad mare situm. 2 Pars urbis Romae. Varro de L. L. 4, 815 p. 16, 24 Veliae vnde essent, plures accepi causas, in quibus quod ibi pastores Palatini ex ouibus ante tonsuram inuentam vellere lanam sint soliti; ex quo vellera dicuntur.

VELINVS, a, um. Virg. Aen. 6, 366 Iniice, (namque potes) portusque require Velinos. Lacus Velinus Plin. 2, 64. Tri- bus Velina Cic. Att. 4, 15.

VELIENSIS, e. Adi. Varro de L. L. 4, 8 p. 16, 20 Velien- sis fex- ticepsosin Velia apud aedem deum penatium. Cic. Fam. 7, 20 cuius initium, Amabilius mihi Velia fuit, etc. (nescio quid enim Velientes verebantur,) etc. Populi Velientes Plin. 3, 3.

VELIFICVM, vid. VELVM.

VELITARIS, VELITATIM, VELITOR, vid. VELES.

VELITRAE, arum. f. [Ὀυελίτρας] Ciuitas Volscorum insignis fuit. Inde VELITERNVS ager dictus, quem Volscis victis Romani ademerunt, ut scribit Liu. 8, 14. Inde etiam Veliterni populi, Velitrarum incolae dicti, quos commemorat Plin. 3, 5 Gentem Octauiam Velitris olim praecipuam fuisse, testatur Suetonius in Augusto c. 1.

VELIVÖLVVS, Adi. vid. VELVM.

VELLA, ae. f. [κώμη] ab antiquis dicebatur pro Villa. vnde

VELLATVRA, ae. f. Varro de R. R. 1, 2, 14 Villicus — ap- pellatus a villa, quod ab eo in eam conuehantur fructus, et euehantur cum veniunt: a quo rustici nunc quoque viam veham appellant, propter uecturas, et vellam non villam, quo uehant et vnde uehant. Item dicuntur, qui uecturis viuunt vellaturam facere. Videtur igitur a uehendo vehela dicta, ut querela a querendo. Circa geminandas literas vel semel tantum scribendas, quantum sibi indulerint librarii, notum est. Vehelam supra dedimus in fine deriuatorum ex VEHO. Idem Varro de L. L. 4, 7 p. 14, 14 Velabrum dicitur a uehendo. Velaturam facere etiam nunc dicuntur, qui id (uebere) mercede faciunt.

VELLO, velli et vulsi, vulsum, ere. [τίλλω, μαρίζω, σπῶω, ἐκτίλλω] Eripere, Exstirpare. Praet. perf. velli Ciceroni usitatum est: vulsi fere ap. Poetas reperitur: vid. Malasp. ap. Cic. Att. 5, 20 p. 537 Graeu. Radicitus vellere, vel cum radice Columel. 11, 3. Plin. 12, 12. Cic. Verr. 4, 54 Tum illa ex patellis et turibulis quae vellerat, ita scite in aureis poculis illigabat, etc. Suet. in Caes. c. 45 Circa corporis curam morosior, ut non solum tonderetur diligenter, ac raderetur, sed velleretur etiam. h. e. Pilum sibi ad radicem velli iuberet: quod nonnullae mulierculae facere solent, ne amplius renascatur. Arbos solo vellitur ruptis radicibus Virg. Aen. 3, 28.

et praelia, Cynthus Aurem Vellit, et admonuit Virg. Ecl. 6, 3. Vellitnam saepius Aurem Inuida paupertas, et dicit, vilia cura Calpurn. Ecl. 4, 155. Quod ab antestandi ritu traductum est: vid. Lips. Qu. Epist. 4, 28. Sen. de Benef. c. 3. et Cbiliad. Adag. Barbam vellere; Prouerbi- um est, quo summum contentum, ac ludibrium significamus. Hor. Serm. 3, 1, 133 — Vellunt tibi barbam Lasciuu pueri. Capillos albos a stirpe vellere Propert. 3, 23, 33.

5, 37. Cuneum Col. 5, 12, 5. Herbas vellens dentibus Ouid. Met. 8, 800. in Famis descriptione. Munimenta vellere sepulcra, vallum; Erueret, proiicere in terram. Liu. 2, 25. Idem 10, 25. Pectora mea velluntur secreto morsu, Lacerantur moerore. Stat. Silu. 5, 2, 3. Pisces vellere ex aequore, Extrahere e mari Hor. Serm. 2, 3, 235. Sed al. Verrere, quod praetulerim. Poma vellere manu Tibull. 3, 5, 20. Pontem vellere Virg. Aen. 8, 650. Postes vellere a cardine Idem Aen. 2, 480.

Signa vellere castris Idem Georg. 4, 108. Spicula vellere Idem Aen. 10 889. Cic. de Fin. 4, 6 c. 3 Deinde ea quae requirebant orationem ornatam et grauem, quam magnifice sunt dicta ab illis? quam splendide? de iustitia, de fortitudine, etc. de spinis vellentium ut Stoici, etc. Locus est mutilus. Sed hoc intelligitur, Spinis vellere, esse Stoicorum more dialecticis captionibus impedire. Velli simpliciter i. euellendos sibi pilos toto corpore praebere, molle et effeminatum est. Quinctil. 1, 6, 44 Ut velli, et comam in gradus frangere; et in balneis perpetue, quamlibet haec inuaserint (tanquam morbus) ciuitatem, non erit consuetudo, quia nihil horum caret reprehensione.

VVLSVS, a, um. Partic. [τετλιμένος] Quinctilianus Prooem. 8, 19 Corpora si quis vulsa, inquit, atque fucata muliebriter comat, foedissima sunt ipso formae labore. Sic 2, 5, 12. et 5, 9, 14. Arae, foci, deum delubra, sepulcra maiorum vulsa, temerata ac violata Liu. 26, 13. Tela vulsa pectore Lucan. 6, 232. Conf. Plaut. Aul. 2, 9, 6 Tu istum gallum (in culina praecipitur) Glabriorem reddes mihi, quam vulsus Ludius est.

VVLSIO, onis. f. Irenaeus 3, 11 Nicolaitae sunt vulsio eius. i. furculus inde enatus, et reuulsus, stolo, ἀποθῆνῶς. Secta vna ex altera velut pullulauit.

VVLSVRA, ae. f. [τίλλοις] Ipsa vulsio. Varro de R. R. 2, 11 Quam demtam et conglobatam, alii vellera, alii vellumina appellant: 90 ex quorum vocabulo animaduerti licet, prius lanae vulsuram, quam tonsuram inuentam.

VVLSSELLA aut VVLSSELLA, vid. VVLSSELLA.

VELLICO, are. [κνίζω] Frequenter vellere: quod proprie fit, quum extremas corporis partes vellimus, et pressando infestamus. Propert. 2, 4, 8. minatur puellae aemulam, Inueniam tamen e multis fallacibus vnam, Quae — te vellicet, mordeat, si eam amari videas. Plaut. Mostel. 3, 2, 146 Viden' pictum vbi ludificatur cornix vulturios duo? cornix astat; ea vulturios duo vicissim vellicat? Quinctil. 6, 1, 41 Glyconi — puer, quem in ius productum, quid faret? interrogabat, Ex paedago- go se vellicari, respondit. Nempe pueri lasciuiam comescere, et illum scenae admouere voluerat paedagogus, ut diceret aliquid miserabile, quo iudices mouerentur. Sed hic natura superauit simulationem: puer dicit quod res est. Vellicare, Criminari, mordere, lacerare. Plaut. Merc. 2, 3, 73 Contemplant, conspiciant, nutent, nictent, sibilent, vellicent, vocent, mo-

Contemplant, conspiciant, nutent, nictent, sibilent, vellicent, vocent, mo-

- lesti sint. Gell. 4, 15 In quibus plura inscite aut maligne vellicant, de Sallustii scriptis. Cic. pro Corn. Balb. 58 c. 26 More hominum inuident, in conuiuiis rodunt, in circulis vellicant. Absentem vellicare Hor. Serm. 1, 10, 79. Beneficium vellicare Senec. de Benef. 2, 28. Excitandus e somno et vellicandus est Animus Sen. Ep. 20.
- VELLICANS, tis. Part. Varr. R. R. 3, 16, 7 Minima malefica (apis) quod nullius opus vellicans facit deterius.
- VELLICĀTVS, a, um. Paullinus Nolanus Epist. 49, 3 Vellicata blande auricula suscitauit.
- VELLICĀTVS, ūs. m. [αλιμα] Plin. 28, 6 Extremitates corporis vel aurium vellicatibus perfringi, contra honores corporis, sanguinemue narium immodicum. Sed hodie omittunt hanc dictionem Vellicatibus.
- VELLICATIO, ōnis. f. Senec. de Vita beata c. 5 Quum non tantum lacerationes, sed etiam vellicationes effugerit. Idem de Ira 3 c. 43 metaphorice accipit pro Molestiis, detrimenta, iniurias, conuicia, vellicationes contemnamus.
- VELLICĀTIM. Adu. Sifenn. Hist. 1 Nos vna aestate in Graecia et Asia gesta literis idcirco continentia mandauimus, ne vellicatim ac saltuatim scribendo lectorum animos impediremus. Ex Non. 2, 911. Add. *ibid.* n. 758. Vid. VELITATIM in VELES.
- VELLVS, ōris. n. [πρόκος] Lana ouium a vellendo dicta. Sic certe Varro de R. R. 2, 11, 9 Diligentiores tegeticulis subiectis oues tondere solent, ne flocci intereant. Dies ad eam rem sumuntur sereni, et iis id faciunt fere a quarta ad decimam horam: quoniam sole calidiorē tonsa ex sudore eius lana fit mollior et ponderosior, et colore meliore. Quam ademtam et conglobatam, alii vellera, alii vellimina (vellimina Scal.) appellant; ex quorum vocabulo animaduerti licet, prius lanae vulsuram, quam tonsuram inuentam. Et de L. L. 4, 29 p. 32, 20 Vellus lana tonsa vniuersa ouis, id dictum, quod vellebant lanam. Cygni vellera Grat. Cynege. v. 77. Ouis auratae vellus Ouid. Epist. 6, 2. Pro infulis etiam poni vellera ostendimus in INFVLA n. 3. Atrum vellus Ouid. Met. 7, 244. Ferina vellera, Ferarum pelles Idem Met. 11, 3. Fulua vellera Idem Epist. 6, 14. i. Vellus aureum. Hirsuta vellera fetis leonis Idem Fast. 2, 620. Milesia vellera, vid. MILETVS. Nigro de vellere stamina facta Idem Trist. 4, 1, 64. Niuea vellera Virg. Aen. 4, 459. Peresa vellera illuue Idem Georg. 3, 561. Pullum vellus Ouid. Fast. 4, 620. Splendentia vellera lanae niueae Sil. 15, 709. Succida palliolo vellera quinque petit Martial. 11, 28. Depectant tenuina vellera foliis Seres Virg. Georg. 2, 121. de gossypio f. xylino. Infuscare vellera, vid. INFVSCO. Inquinare vellus murice, vid. INQVINO. Mollire vellera Ouid. Met. 6, 21. Mutare vellera luto, vid. MVTO. Stratis velleribus iacebat Virg. Aen. 7, 95.
- 45 Ouid. de nuce 131 At simul induimus nostris sua vellera ramis, etc. Burm. Munera: et sermo est de nucibus maturis, non de lanugine f. iulis florum: Metaphor. Vellus de Nubibus dicitur Lucan. 4, 123
- Iam clarior aër,
Et par Phoebus aquis densas in vellera nubes
Sparferat.
- 50 VELLEREVS, aut VELLEVS, a, um. Adi. Afcon. Ped. in Verr. p. 50 Crumenae et vellereae et scortecae.
- VELLIMEN, inis. n. Varro R. R. 2, 11, 9 ex Lect. Scalig. al. vellimina: vid. VELLVS.
- 55 VELO, ōre. Vid. VELVM.
- VELOCASSES, um. m. Populi Galliae citra Rhotomagum, quibus etiam olim Rhotomagum attributum erat; meminit Caes. Bell. Gall. 2, 4.
- VELOX, ōcis. Adi. [ἄριος, ταχὺς, ἄριος, πρῶτος] Celer: a volando, quasi volox, nisi quod modus Syllabae mutatus: cum velox priorem producat. Plin. 8, 34 Velox saltu, venatu viuens. Ferro velox Stat. Theb. 3, 399. Ad facinus velox Claud. in Ruff. 1, 240. Ad praemia velox Ouid. ex Pont. 1, 2, 123. Achilles velox, vid. ACHILLES. Aeuī velocis memor. i. Cito transeuntis Senec. Herc. Fur. 1, 3. Alae veloces Claud. in Ruff. 1, 122. Animus velox Hor. Epist. 1, 2, 13. Annus velox Stat. Theb. 5, 460. Cerui veloces Virg. Aen. 5, 253. Crura velocia Ouid. Met. 1, 306. Equi veloces Idem Met. 8, 554. Gradus velocior Senec. de Benef. 5, 2. Horae veloces Ouid. Met. 2, 118. Iaculum velox Virg. Georg. 2, 530. Ingenium velox Ouid. Met. 8, 254. Ingenium velox ac mobile Quinctil. 6, 4. Membra velocia Sil. 17, 537. Oculo veloci percurrere aliquid Hor. Serm. 2, 5, 55. Pedites velocissimi Caes. Bell. Gall. 1, 48. Pila velox Hor. Serm. 2, 2, 11. Procella velox Idem Carm. 3, 27, 63. Victoria velox Idem Epist. 1, 18, 64. Nihil est annis velocius Ouid. Met. 10, 529. Virg. Aen. 5, 444
- 75 Ille iētum venientem e vertice velox Praeuidit, celerique elapsus corpore cessit. Velocissimus quisque si forte iter cum paruulo facit, dat manum, et gradum suum minuit, nec procedit ultra, quam comes possit Quinctil. 2, 3. add. Curt. 7, 4, 14.
- 80 VELOCITAS, ātis. f. [τάχος, ταχύτης, ἄριος] Celeritas. Cic. de Fin. 2, 49 Quid si in ipso corpore multa voluptati praeponenda sunt, ut vires, valetudo, velocitas, pulchritudo? Velocitatem ad belli utilitatem existimabat pertinere Nep. 15, 2, 4. Cic. Tusc. 5, 45 An dubitas quin praestans valetudine, viribus, forma, acerrimis, integerrimisque sensibus, adde etiam, si libet, pernicitatem et velocitatem. Pernix velocitas, vid. PERNIX. Velocitas corporis, celeritas appellatur Cic. Tusc. 4, 31. Videmus alios velocitate ad cursum, alios viribus ad luctandum valere Idem Off. 1, 107 c. 30. Concertare velocitate nandi, vid. CONCERTO. Exercitata studio velocitas Quinctil. 5, 10. Incredibilis Famae velocitas Iustin. 20, 3, 9. Plin. 7, 12 Quoniam velocitas cogitationum, animique celeritas, et ingenii varietas multiformes notas imprimit.
- 95 VELOCITER. Adu. [ταχὺ, ταχέως, ἄριος] Celeriter. Cic. de Vniuers. 27 c. 1 Quae velocissime mouebantur, ea celeritate vinci a tardioribus: et quum superabant, superari videbantur. Auferre aliquid velociter Ouid. Fast. 4, 445. Currere velocius Ouid. Met. 10, 583. add. Id. *ibid.* 4, 509. et 11, 586. Cic. in Somn. Scip. 21 c. 9 Sunt autem optima curae de salute patriae, quibus agitur et exercitatus animus, velocius in hanc sedem et domum suam peruolabit. Rapi velociter Pallad. 1, 9. Hostes velocissime Refugiebant Caes. B. G. 5, 35. add. Sen. Ep. 70. Suet. in Tito c. 3.
- 100 VELVM, i. n. [ἱστόν, ὀθόνη, ἄρμενος, καταπέτασμα, παραπέτασμα] Textile illud, quo ventum captat nauis, et protruditur, vel vehitur adeo, ut a vehendo vehelum, ac deinde velum dictum esse videri queat, quale de vehela, vela, villa ex Varrone, voce VELLA obseruauimus: sic a pre-mendo prelum est. Habet se haec vox ad vexillum, ut ala ad axillam, ut

ut palus ad paxillum, ut talus ad taxillum, ut mala denique ad maxil-
 lam: siue in diminutione ita producere nomina visum est, siue fuga literae
 vastioris contracta sunt ala, talus etc. vid. ALA. Quod si sumas a Prae-
 terito vexi deriuatum fuerit vexillum. Sed fateor, prius iam mihi vero
 vidari similis: ut sit Mala, quae mandit, Ala quae agit, Velum quod
 vehit. Secundum haec velum nauis fuerit prius ita dictum, deinde a
 qualicumque similitudine etiam aulaea et tapetes, quibus vel tentoria indu-
 cuntur, vel alias umbra quaeritur. Videamus ante omnia de velis nauium.
 Plin. 12, 19 Vehunt per maria vasta ratibus, quas neque gubernacula
 regant, neque remi trahant vel impellant, non vela, non ratio vlla
 adiuuet. Tenor veli Lucan. 5, 709. Carbasina vela, vid.
 CARBASVS. Ferruginea Lucret. 4, 73. Fugacia Ouid.
 Epist. 13, 21. Leuia vela Valer. Argon. 2, 447. Lutea Lucret.
 4, 73. Nautica Hor. Serm. 2, 3, 106. Nutantia Lucan. 8, 47.
 Parua Hor. Carm. 4, 15, 4. Passa, vid. PASSVS, in PANDO. 15
 Rufa Lucret. 4, 73. Tumida Hor. Epist. 2, 2, 201. Apul.
 Flor. 23 p. 365, 7 Proinde in vestra manu situm est, Vela nostra sinuare,
 etiam remittere, ne pendula neue Flaccida, neue Restricta et Caperata
 sint. ¶ 2 Verba: Abscuntia vela prosequi oculis Ouid.
 Epist. 5, 55. Aequare vela, vid. AEQVO. Aptare classem 20
 velis, Instruere et dispoñere classem ad nauigandum. Virg. Aen. 3, 472.
 Arripere tellurem velis Idem Aen. 3, 477. Cadunt vela Idem
 Aen. 3, 207. Contrahere vela, vid. CONTRAHO. Contra-
 here turgida vela Hor. Carm. 2, 10, 24. Deducunt vela nautae
 Ouid. Met. 3, 663. Deserta vento vela Senec. Agamemn. f. 6. 25
 Dirigere vela in medio freto Idem Fast. 1, 466. Dare vela, Ventis
 se committere et nauigare Quinctil. 10, 3. Metaph. Dare vela re-
 trorsum, In diuersum mutare sententiam, vitaeque institutum Hor.
 Carm. 1, 34, 4. Dabant vela in altum Virg. Aen. 1, 39. Dare
 vela ventis Idem Aen. 4, 546. Dare laeta vela pelago Senec. 30
 Troad. f. 4. Dare vela suae famae, studere famae, dare operam
 Marcial. 8, 70. Dare vela ingenio Ouid. Fast. 3, 790. ad Bacchum.
 Ducere vela Caes. Bell. Ciuil. 2, 25. Euntia nauigia velis Plin.
 9, 15. Facere vela; idem quod Vela dare. Cic. Verr. 5, 87
 Princeps Cleomenes in quadriremi Centuripina malum erigi, vela 35
 fieri, praecidi ancoras imperauit, i. ad fugam se componere nautas.
 Fertur nauis velis ventoque Lucret. 4, 895. Plenis gloriae velis
 Ferri Val. Max. 3, 7 ext. 1. Flectere viam velis Virg. Aen. 5, 28.
 Implere vela ventis Idem Aen. 7, 23. Inflata vela secundis Notis
 Senec. Agamem. 2. Intendere vela ventis secundis Virg. Aen. 3, 40
 683. Intendunt vela Zephyri secundi Idem Aen. 5, 33. Legit
 humida vela nauita, Colligit Idem Georg. 1, 373. Ministrare ve-
 lis est attendere, facere quae opus est Idem Aen. 6, 302. Pandere
 tota vela Quinctil. 6, 1. Quarebam igitur panderem vela ora-
 tionis statim Cic. Tusc. 4, 9 c. 5. Pandere alas velorum Virg. 45
 Aen. 3, 528. Quinctil. Praef. Permittamus vela ventis, et oram sol-
 ventibus bene precemur. b. e. Editionis ancipitem euentum utcumque ca-
 det, experiamur. Procedit aequatis velis classis Virg. Aen. 4, 587.
 Velis Kaptus est Plin. 35, 11 c. 40. i. nauis aufugit. Soluere vela Virg.
 Aen. 4, 574. Subducta vela, Amota, et ad malum ligata Sil. 6, 50
 325. Subit plono ostia velo Virg. Aen. 1, 404. Subnectere
 totum velum antennis Ouid. Met. 11, 485. Tendunt vela Noti
 Virg. Aen. 3, 268. Tenet concaua vela ventus Ouid. Epist. 6, 66.
 Virg. Georg. 4, 117 Ni iam sub sine laborum Vela traham, et terris
 festinem aduertere proram. A nautis ducta metaphora, qui vicini
 portui aut litori vela contrahunt. Vocant aurae vela, Aurae secundae et
 lenes inuitant ad nauigandum Idem Aen. 3, 357. Velis equisque
 i. Omnibus neruis, omni constu. Cic. Q. Frat. 2, 14 Sic ego quoniam
 in isto homine colendo tam indormiui diu, te me hercule saepe exci-
 tante, cursu corrigam tarditatem tuam equis tum velis. Sed Victor.
 Tum vero quadrigis, poetiis. Laudatur Idem Off. 3, 116 c. 33 Cum
 his velis equisque (vt dicitur) si honestum tueri ac retinere sententia est,
 decertandum est. Sed emendatum est a viris doctis, Viris equisque. Vid.
 Hier. Ferrarius ad Philipp. 8 c. 7 Armis, equis, viris Bruto subueniemus.
 Librorum auctoritate, et vsu Liuii hoc firmat Ferrarius, et quod in bello et pu-
 gna virorum potius quam velorum mentio facienda. Addi potest illud, quod
 in pugna demittere ipsos cum velis malos moris erat. Alia ratio est, cum
 de fuga agitur, vt Cic. Tusc. 3, 25 c. 11 extr. Tetra enim res est, mi-
 sera, detestabilis, omni contentione, velis (vt ita dicam) remisque
 fugienda. Plaut. Asin. 1, 3, 5 Remigio, veloque, quantumque poteris, 70
 festina et fuge. ¶ 3 Vela etiam sunt Aulaea, quae in Thea-
 tris scenae, in diuitum et potentiorum aedibus foribus praetendebantur.
 Cubicula velo obducto opaca Plin. Ep. 7, 21. Idem Ep. 4, 19 Ea-
 dem, si quando recito, in proximo, discretata velo, sedet. Vid. Lu-
 cret. 4, 74. Amnian. 14, 14. Virg. Georg. 3, 24. Suet. Calig. 2, 26. 75
 et in Claud. c. 10. et ibi Torrent. Plin. 19, 1 Postea in theatris tan-
 tam vmbra fecere vela, etc. Niueis tentoria velis Virg. Aen.
 1, 473. De Secretarii velis, vid. SECRETARIVM. Metaph.
 Cic. Q. Frat. 1, 1 Multis enim simulationum inuolucris tegitur et quasi
 velis quibusdam obtenditur vniuscuiusque natura. Sic obducere 80
 vela s. l. ¶ 4 Quaeri potest, an velum antiquis etiam ve-
 stis genus fuerit? Varro de L. L. 4, 29 p. 32, 19 Vestis a velis s. velis
 dicta est. Ouid. Am. 1, 4, 6 de capillis puellae, Quid? quod erant
 tenues, et quos ornare trimeres, Vela colorati qualia seres habent.
 Sed vestibus capillos comparare non satis aptum videtur. Itaque blandi-
 tur coniectura Burmanni, Fila colorati etc. Cum tenuissimis filis Serici
 pulchre comparantur capilli. Denique Cic. Catil. 2, 22 c. 10 Quos pexo
 capillo, nitidos aut imberbes, aut bene barbatos videtis: manicatis et ta-
 laribus tunicis, velis amictos non togis: Vela dicere videtur togas ita laxas
 et amplas, vt vela potius videantur. Caeterum velum fuisse capitis in pri-
 mis tegumentum, suspiceris ex vsu verbi velare. Est libellus Tertulliani de
 virginibus velandis, e quo illud apertissimum est. Et tamen in toto hoc li-
 bello velare et velamen saepissime legimus, velum, puto, nunquam.
 VELIFICO, are, vel VELIFICOR, ari. Depon. [ισίον νε-
 ραννύω] Vela facere, siue Dare vela, et nauigare. Vid. Priscian. p. 95
 794. Plin. 9, 33 de conchis, Nauigant ex his veneriae: praebentes-
 que concauam sibi partem, et alteram aurae opposentes, per summa
 aequorum velificant. Propert. 4, 10, 6 Nauta per vrbanas velificabat
 aquas. Metaph. Cic. de Lege Agr. 1, 27 c. 9 Quod si quis vestrum
 spe ducitur, se posse turbulenta ratione honori velificari suo: primum 100
 me Consule id sperare desistat. b. e. Euadere ad summos honores non
 virtute, et maiorum gloria, sed violenta quadam ratione, vt solet fieri ab
 iis, qui quascunque fortunas experiuntur velis in altum elatis. Bru-
 tus Fauri ciuium etiam domus suae clade et parricidio velificatus est
 Flor. 1, 9, 5. Caes. ad Cic. Fam. 8, 10 Quare tibi suadeo, quicun- 105

que est istic status rerum, diligenter et caute perscribas, ne aut velificatus alicui dicaris: aut aliquid, quod referret scire, reticuisse. Velificatus *i. Gratificatus, augendis in Crassi gratiam belli rumoribus.* Bellicatus, *puto, nihili est.* *Actiue* Apul. de Deo Socr. p. 46, 4 Neque enim pro maiestate deorum caelestium fuerit, ut eorum quisquam Accio auem velificet. *Sic Wower. et Lindebrog. ex MSS. quod recepit Floridus.* Al. Accio Nauio cotificet. Velificare auem fuerit illam regere, ut ita volet, prout augurio conuenit.

VELIFICANS, antis. *Proprie* Flor. 5, 7, 3 Velificantes Cretes portibus suis adremigauerunt.

VELIFICATUS, a, um. Partic. Propert. 2, 28 (21) 40 Vna ratis fati nostros portabit amores Caerula ad infernos velificata lacus. Athos velificatus Iuuen. Sat. 10, 174. *i. Transnauigatus, seu per quem naues suis velis nauigauere.* Xerxes enim bellum Graecis illaturus, eum perfodi curauit. *Vnde est illud* Catul. 64, 46 Per medium clauis barbara venit Athon. Inter vada et freta idololatriae, velificata spiritu Dei, fides nauigat Tertull. de Idolol. c. 24.

VELIFICATIO, onis. f. Cic. Fam. 1, 9 Quum vero id possis mutata velificatione assequi, stultum est eum tenere cum periculo cursum, quem coeperis. Mutato vento, velificatione plena, portum naues ingressae Ammian. 19, 10. *Metaphorice,* Idem 18, 5 Velificatione plena in rempublicam ferri. *Adde* 29, 2.

VELIFICIUM, i. n. *Idem.* Hygin. Fab. extr. Velificia primum inuenit Isis.

VELIFICVS, a, um. Adi. *Vt,* Velificus cursus, *Qui velis fit* Plin. 13, 11.

VELIFER, era, erum. Adi. *Vt,* Carina velifera Ouid. Met. 15, 719. Propert. 3, 9, 35. Malus velifer Valer. Argon. 1, 126.

VELIVOLVS, a, um. Adi. Mare dicitur veliuolum, *Quod velis volatur* Virg. Aen. 1, 228. Rates veliuolae Ouid. ex Pont. 4, 5, 42. Naues veliuolae, Quae velis volant, *apud Ennium teste Seruio ad Virg. l. c.*

VELIVOLANS, antis. *Vt,* Cic. de Diuin. 1, 67 c. 31 Aduenit, et fera veliuolantibus Nauibu' compleuit manus littora.

VELO, are. [*καλύπτω, σκεπάζω*] Tegere, operire. Plin. Paneg. c. 56 Quare non alia maior imperator Auguste gloria tua, quam quod agentibus tibi gratias, nihil velandum est, nihil omittendum. Amiclu croceo velari Ouid. de Arte Am. 3, 179. Caput velare Cic. pro Domo 124 c. 47. et Ouid. Met. 1, 382 et 398. Corpora velantur lino Sil. 3, 24. Corpus velat maculoso vellere Ouid. Met. 3, 197. Corpora pecudum velantur fuluis fetis Virg. Georg. 3, 383. Delubra Deum fronde festa velamus Idem Aen. 2, 249. Gulam velare videtur iocose dictum pro suspendere. Pompon. apud Non. 4, 479 Nunc rogas, quid fiat? Restis vilis est: velet Gulam. Humeros

velare ostro Virg. Aen. 7, 815. Penna latus velat Ouid. Met. 2, 376. *al. Vestit.* Se insignibus honorum Vell. 2, 71, 3. Tempora velat myrto Virg. Aen. 5, 72. Adiuuentis extrinsecus aliquid velare Tacit. Ann. 12, 61. Scelere scelus velandum est Sen. Hippol. 721.

VELANS, antis. Partic. [*καλύπτων*] *Vt,* Squamae velantes artus Ouid. Met. 4, 45.

VELATVS, a, um. Partic. [*πεκαλυμμένος*] Ornatus vistantusne. Virg. Aen. 11, 101 Iamque oratores aderant ex vrbe Latina, velati ramis oleae. *Vbi Seruius: Velati, Instructi, et ornati: id est in manibus ramos oliuae tenentes.* Filo velatus Tibull. 1, 5, 15. Ostro molliter velata Stat. Silu. 5, 1, 225. Velatus, *Vestitus.* Laudatur ex Plauto, Muliebri velatus toga. Stola velatus cummus Hor. Sat. 1, 2, 71. Ouid. Am. 3, 13, 27 Velatae vestibibus albis. Velati amiculis Curt. 3, 3, 10. Velati, *auctore Festo, appellabantur Vestiti* (add. leuiter) et inermes, qui exercitum sequebantur, quique in mortuorum militum locum substituebantur. *Hi postea mutatis literis Velites dicti sunt, et Ferentarii, ab auxilio ferendo.* Antennae velatae Virg. Aen. 3, 549. Capite velato, *Tecto et aperto* Cic. pro Domo 124 c. 47. Id. de N. D. 2 c. 3. Curt. 4, 10, 3. Comae velatae Virg. Aen. 3, 174. Iuuenicus auro et vittis velatus Idem Aen. 5, 366. *Tale est illud* Aen. 9, 637 Et statuamante aras aurata fronte iuuenicum. *b. e. Cornibus auratis.* Vittis, id est fertis rosaceis caput cingentibus. Manibus velatis orare, *i. infulis et vittis praetatis* Plaut. Amph. 1, 1, 101. *Vid.* VELAMENTVM. Monedula

velata nigris pennis Ouid. Met. 7, 468. Liu. 30, 36 Scipio profectus ab Utica, portum Carthaginis petit. Haud procul aberat, quum velata infulis ramisque oleae, Carthaginensium nauis occurrit. Decem legati erant principes ciuitatis, qui cum ad puppim praetoriae nauis accessissent, velamenta supplicum porrigentes, orantes, implorantesque fidem et misericordiam Scipionis, etc. Tempora velata corona Ouid. ex Pont. 4, 14, 55. Viae velatae Ouid. Amor. 3, 13, 12. *i. constratae vestibibus: conf. ibid. v. 24.* *Sed in priore loco variat lectio.* Et Praeuerrunt latas veste iacente vias, *potius motum quendam significare videtur et assimulationem verrentium.*

VELATO. Adu. Tertull. adu. Marc. 4, 29 Tantum velato cum maxime discentes eum.

VELATVRA, *vid.* VELLATVRA.

VELARIS, e. *Quod pertinet ad vela.* Plin. 13, 9 Lignum intus grandis firmaeque duritiae, ex quo velares detornant annulos.

VELAMEN, inis. n. [*ἐλάμα*] *Res qua aliquid velatur, id est tegitur.* Neque tectum ei deerit, neque velamen Sen. ad Heh. c. 11. Eligunt Feras, et detracta velamina spargunt maculis Tac. Germ. 17, 4. Virg. Aen. 1, 653 Et circumtextum croceo velamen acantho. Fulgentia auro velamina Ouid. Met. 6, 567. Mollia velamina Idem Met. 15, 118. Deripere velamina ex humeris Idem Met. 6, 566. Induitur caerula velamina Idem Met. 14, 45. Ponere velamina, Deponere, exuere Idem Fast. 2, 169. Quillum pecus corporibus nostris liberaliora velamina Praebet Colum. 7, 2. Ponere mollia velamina de corpore Ouid. Met. 4, 345. Retegit scisso velamine vultus Lucan. 8, 669.

VELAMENTVM, i. n. [*σκέπασμα*] *Idem.* Liu. 24, 30 Ramos oleae ac velamenta alia supplicum porrigentes orare, ut reciperent sese. *conf. Id. 29, 26.* Liu. 30, 36 Decem legati Carthaginensium velamenta supplicum porrigentes. *Et p. a. narrat, ipsam eorum nauim velatam infulis ramisque oleae.* Et 25, 25 Legati Tycha et Neapoli cum infulis et velamentis venerunt, precantes etc. Varro etiam in definitione Infulae v. v. velamentum generis loco posuit. Velamenta manu praetendens supplice Ouid. Met. 11, 279. Velamenta et infulae Tacit. Hist. 1, 66. *Add. 3, 31, 4.* Curt. 5, 1, 38, Paulatimque pudorem profanant: ad vltimum ima corporum velamenta proii-

6 C 2

proiciunt. Et 7, 5, 36 Omni velamento corporis spoliatus. *Tunicas testiculos ambientes, Velamenta testiculorum, et tunicas ulcerum et tuberculorum, vocat Cels. 7, 18.* Velamento suo includi Idem 7, 2. *i. tunica. Add. Id. 8, 4. Metaphorice, Senec. de Vita Beata 12 Quarentes libidinibus suis patrociniū aliquod ac velamentum, i. excusationem.*

VELARIVM, i. n. [*παροπέρτασμα*] Vela, quibus theatra tegebantur Stat. Silu. 1, 6, 10 non recte huc refertur, iam velaria lintea pluebant. *Vera enim lectio, iam bellaria adorea pluebant. Sed huc facit Iuuen. Sat. 4, 122 — Sic pugnas Cilicis laudabat, et ietus, Et pegma, et pueros inde ad velaria raptos.*

VELARIVS. Velarii in domo Augusta, qui vela conclauium, prout opus esset, attollerent, demitterent. *Grut. p. 599, 7 et 8. Pignor. de Seru. p. 227 sq.*

VELATRVM, i. n. Idem. *Vt, Album velatrum Tertull. de Cultu Fem. 6.*

VELABRVM, i. n. [*Βήλαυρον*] Locus Romae. *Plaut. Capt. 3, 1, 29 Quasi in Velabro olearii. Cic. ad Brut. 15 In eoque sum maiorum exemplum secutus, qui hunc honorem mulieri Laurentiae tribuerunt, cuius vos Pontifices ad aram in Velabro facere soletis. De eadem Re vid. Varro de L. L. 5, 3 p. 49 pr. Nomen deriuant quidam a velis, quibus obtektum volunt. Sed melius, certe maiori auctoritate, alii a Vehendo, Velabrum dictum volunt: quod cum paludibus mons Auentinus a reliquis esset disclusus, eo ex urbe quadrante soluto per paludes illas advehebantur. Vid. Varro de L. L. 4, 7 quem damus in VELLATVRA. Add. ibid. 4, 32 p. 37, 32 Ab his palus fuit in minore Velabro, a quo, quod ibi vehebantur lintibus, Velabrum. Hor. Serm. 2, 3, 209 Cum furtis factos, cum Velabro omne macellum, Mane domum veniant. add. Scholiast. ad Horat. Epist. ad Pison. Velabra, Festo in Euelatum, quibus frumenta ventilantur, quasi Ventilabra. Ouid. Fast. 6, 405. et seq. Brouckhus. ad Tibull. 2, 5, 33.*

VELABRENSIS, e. *Adi. [Βηλαυρησιος] Martial. 11, 53 Velabrensi massa recocta foco, Caseus Velabrensis fumo duratus. Id. 13, 32 Non quemcunque focum, nec fumum caseus omnem, Sed Velabrensem qui bibit, ille sapit.*

VELVT, VELVTI. [*ἡύτε, καθά*] *Aduerbiū similitudinis, imaginem et similitudinem quandam alicuius rei innuit. Cic. de Nat. Deor. 2, 127 c. 48 Bestiae, quae gignuntur in terra veluti crocodili. Idem de Finib. 2, 116 Non elogia monumentorum id significant, velut hoc ad portam. Hor. Carm. 1, 12, 45 Crescit occulto velut arbor aevo Fama Marcelli. Sic Serm. 2, 3, 98 — hoc veluti virtute paratum Sperauit magnae laudi fore. conf. Virg. Aen. 2, 304. Velut hereditate relictum odium confirmavit Nep. 23, 1, 3. Conatum Clodii refutabo velut hesterni die Cic. de Arusp. Resp. 7 c. 4. Columel. 3, 95 Nos quoque pari ratione velut Olympionicarum equarum, ita fortissimarum Aminearum vitium seminibus electis, largae vindemiae spem capiamus.*

Interdum metaphoram vel appellationem quamcumque a similitudine ductam mitigat, vt Quint. 11, 3, 140 Ille, qui sub humero dextro ad sinistram oblique ducitur velut balteus. ¶ 2 Velut si pro Quasi Liu. 21, 16 Tantus patres pudor — cepit, velut si iam ad portas hostis esset. Et 23, 18 Itaque, velut si cum alio exercitu a Capua exiret, nihil vsquam pristinae disciplinae tenuit. Caes. B. Gall. 1, 32 Absentis Ariouisti crudelitatem, velut si coram adesset, horrebant Sequani. Tum omisso Si, Liu. 2, 36 Coepti inde ludi, velut ea res nihil ad religionem pertinuisse. Et 38, 1 Ita inter omnes conuenit, vt primo quieti, velut ad priuatam rem agendam venissent, in foro obuersarentur. Poeticum est illud Claudian. Gigantom. 49

Ac velut hostilis cum machina terruit vrbes, Vndique concurrunt arcem defendere ciues, Haud secus omnigenis coeuntia nomina turmis etc.

VEMENS, vid. VEHEMENS.

V E N

VENA, ae. f. [*φλέψ, φλέβη*] *Canaliculus sanguinem, aut alium humorem habens. Finiente Gellio 18, 10 qui locus classicus est, Conceptaculum sanguinis misti confusique cum spiritu naturali, in qua plus sanguinis, minus spiritus. Sunt ibi plura: V. g. Venae suapte vi immobiles sunt, et sanguinis tantum demittendi (Varietas lectionis suadet tantummodo mittendi) causa explorantur: arteriae autem motu atque pulsu suo habitum et modum febrium demonstrant. — Reprehenditur Medicus, quod Venam pro Arteria dixisset. Vid. locus, et conf. ARTERIA. Plin. 21, 37 Vbi sunt nerui, interiores conducunt membra, superiores reuocant. Inter hos latent arteriae, id est spiritus semitae. His innatae venae, id est sanguinis riuu. Cic. de Nat. Deor. 2, 138 c. 55 Sanguis per venas in omne corpus diffunditur, et spiritus per arterias. Vena tamen passim dicitur pro Arteria Ouid. Met. 10, 289 Saliunt tentatae pollice venae. Cic. de Fato 15 Si cui venae sic mouentur, is habet febrem, etc. et is febrem non habet? Vena, quae est animalis Scribon. 48 i. in viuis mouetur, nempe arteria. Si sanguis in eas venas, quae spiritui accommodatae sunt, transfunditur Cels. 1 Praef. Rursum Celsus, Periculosissimum tum est, si venae quaeque ibi vehementer agitantur. Quod calet halitus inferior Corde quod abdita vena tremit Prudent. Cath. 3, 91. Cels. 2, 10 Ipsius quoque venae, si forte praecisa est, capita comprimuntur, neque sanguinem mittunt. Ora venarum, sanguinem solita fundere, si subito suppressa sunt, aut aqua inter cutem, aut tabes sequitur Idem 2, 7. Percussus venarum Plin. 7, 51. Val. Max. 5, 7 ext. 1. Plin. 2, 97 Quoniam et in corpore, extrema pulsum venarum, id est spiritus magis sentiunt. Aliorum etiam humorum vasa venae dicuntur: Cels. 4, 1 A renibus singulae venae colore albae ad vesicam feruntur, ζρητηρας Graeci vocant, quod per eas inde descendente vrinam in vesicam destillare concipiunt. Lactant. de Opificio Dei 12 Vena in maribus, quae semen continet, duplex est, paullo interior quam illud humoris obsceni receptaculum. Sicut enim renes duo sunt, itemque testes: ita et venae seminales duae, in vna tantum compage cohaerentes. Ipsum semen quidam putant ex medullis tantum, quidam ex omni corpore ad venam genitalem confluere, ibique concrefcere. Iterum de arteriis Ouid. Met. 6, 389 Detectique patent nerui, trepidaque sine vlla Pelle micant venae. Vacuae venae Hor. Serm. 2, 4, 25. Vitales venae Lucret. 2, 1118. Videtur ad omnes canales fluidorum pertinere. Caeterum Ἀρτηρια, vena vitalis Gloss. ¶ 2 Verba: Abrumpere venas, vid. ABRVMPVO. Abcindere venas, vid. ABCINDO. Calentes venae fibrarum Lucan. 1, 582. Cels. 3, 5 Si protinus venae concenterunt, et saepius eodem die, si inter plures accessiones, subinde vis corpori deest. Concidunt venae, 105*

cum pro torulis eminentibus et turgidulis iam fossulae quaedam videntur, certe nihil eminent. Tertia Compositas vidit nox Currere venas

Perf. 3, 91. Concitat venas et resoluit sol, et balneum, et exercitatio, et metus, et ira, et quilibet alius animi affectus Cels. 3, 6.

5 Idem 3, 4. Illud magis ad rem pertinet scire, num oporteat cibum dari, quum iam bene venae conquieverunt, an etiamnum manentibus reliquiis febrium. Detractus sanguis venis Lucret. 3, 443. Distentum venis caput Scribon. 181. Exfoluere venas, quae tum promississima mortis via Tacit. Ann. 16, 17. Ferire venam Cels. 2, 10

10 *Φλεβοτομίαν*, id est, venam secare. Ferire venam inter ima pedis Virg. Georg. 3, 460. Imbuta vena veneno Cic. de Finib. 2, 94. et Tusc. 2 c. 7. Cic. in Pison. 83 Medico quem tecum eduxeras imperasti, ut venas hominis incideret. Inflavit libido tetra venas Hor. Serm. 1, 2, 33. Audacius et liberius Martial. 11, 17 O quoties

15 rigida pulsabis pallia vena, Sis grauior Curio Fabricioque licet. Huc pertinet Testiculi vena vlla paterni Perf. 1, 117. Inflatus venas Iaccho Virg. Ecl. 6, 15. Intercidere venas, vid. INTERCIDO. Laxat hiatus tenues venarum cruor Stat. Theb. 9, 530. Marcent

venae Lucan. 4, 326. Micant venae, vid. MICO. Mouentur

20 venae inaequalibus interuallis Cels. 3, 6. Mouet aegri venas conspectus medici Idem 3, 6. Nigrescunt sanguine venae Ouid. de Arte Am. 3, 503. Cels. 3, 6 Sed his non omnia credere, ac protinus quidem scire non fabricitare eum, cuius venae naturaliter ordinatae sunt, teporque talis est, qualis esse sanis solet. Pallent amisso

25 sanguine venae Ouid. Met. 2, 524. Percutere venam Scribon. 84. Percussa est vena ib. Pertundere venam Iuuen. Sat. 6, 46. Reficere venas cadentes vino Senec. de Benef. 3, 9. Reuulsae venae idem Oedip. f. 12. Saliens vena sanguine Virg. Georg. 3, 460.

Secare venam Cels. 3, 5. Idem 3, 6 Nonnunquam etiam incipiente febre, subeunt et quiescunt venae: ut imbecillus is videri possit, cui facile adhuc grauis instat accessio. Cels. Prooem. 1 Tum

30 requirunt etiam quare venae nostrae modo submittant se, modo attolant. Tangere venas alicui Perf. Sat. 3, 107. Non potest medicus per epistolas, cibi aut balnei tempus eligere: vena Tangenda est

35 Sen. Ep. 22. Tumuerunt plenis guttura venis Ouid. Met. 3, 73. Metaph. Periculum inclusum in venis et visceribus Cic. in Catil. 1, 31 c. 13. ¶ 3 Venae etiam propter qualemcumque similitudinem tribuuntur rebus aliis. V. g. Plin. 16, 38 In quarundam arborum

40 carnibus pulpa, venaeque sunt. Discrimen earum facile. Venae latiores, candidioresque, pulpa fissilibus insunt. Ideo fit, ut aure ad caput trabis quamlibet praelongae admota, ictus ab altero capite vel graphii sentiatur, penetrante rectis meatibus sono: vnde deprehenditur, an tota sit materies, nodisque concisa. Picturata lucentia marmora vena Stat. Silu. 3, 36. Silicum venae Ouid. Amor. 1, 11, 9.

45 Silicis venis abstrusus ignis Virg. Georg. 1, 135. Caryotarum venae interiores Scribon. 74. Terrae venas tribuit Virg. Georg. 1, 91 cum suasit incendere stipulam,

Seu plures calor ille vias, et caeca relaxat

Spiramenta, nouas veniat qua succus in herbas:

Seu durat magis, et venas adstringit hiantes. etc.

- 20 Plin. 12, 19. Impetrare veniam pro aliquo Tacit. Ann. 12, 8. Impetrare veniam edicti, ne illo teneamur, f. ut illo soluiamur Modest. in l. vlt. D. de in ius vocand. Inuenire veniam supplicii, vid. INVENIO. Legere cum venia, Excusando si quid minus probabile occurat Quinctil. 10, 1. Minuere veniam Idem 6, 3. Negare veniam alicui Ouid. Met. 10, 37. Orare veniam Virg. Aen. 4, 435. Cic. Verr. 5, 138 c. 53 Haec si tibi tuus parens diceret, posses ab eo veniam Petere? posses, ut tibi ignosceret, postulare? Petere veniam in praeteritum Tac. Ann. 11, 30. Si mihi veniam quam Peto, dederit, vtar illius conditione: sin minus, impetrabo aliquid a me ipso
- 30 Cic. Att. 9, 2. Peto ab Ioue pacem ac veniam, precorque ab eo, ut, etc. Cic. pro Rabir. 5. Peto veniam aduocandi, intell. amicos ad deliberationem, verbo, spatium deliberandi, dilationem aliquam. Excusare se ab aduocatione Plin. 5, 8 extr. Cic. pro Muraen. 62 Fatetur aliquis, se peccasse, et eius delicti veniam Petit: nefarium est facinus ignoscere. Poscere deos veniam Virg. Aen. 4, 50. Precari veniam Senec. Med. f. 8. Rogare veniam Ouid. Met. 6, 32. Plin. 12, 1 Quapropter haec vel bello quaesisse venia Sit. Sit venia dicto Plin. Epist. 5, 6 extr. Tribuere veniam, vid. TRIBVO.
- 40 V ENIALIS, e. Adi. Venia dignum. Macrob. Saturn. 7 vlt. Si venialis erit ista translatio. Venialibus Erratis implicari Sidon. Ep. 8, 13. Seruius in illud Aen. 4, 333 Ego te quae plurima fando, etc. Expurgat obiecta, remouens a se crimen ingrati: et veniali vitur statu, profectionem suam retorquens in voluntatem deorum. Pax venialis Ammian. 28, 27. Species venialis Mart. Cap. 5 p. 147.
- 45 V ENIABILIS, e. Idem. Sidon. Epist. 9, 1 Nescio qualiter fieri veniabile queat. Culpa veniabilis Idem Epist. 4, 11. Add. Idem 7, 7. Spem capio, fore, quidquid ago, veniabile apud te Prudent. Hamart. v. 935. Omnes rei veniabiles putant semper reatus suos Saluan. contra Auarit. 4 p. 508.
- 50 V ENICVLA, ae. f. Vuae species. Plin. 14, 2. vid. VENVCVLVS.
- V ENILIA, ae. f. Nympha, uxor Fauni, et soror Amatae Latini regis coniugis, mater Turni. Virg. Aen. 10, 76 Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia mater, etc. Add. Ouid. Met. 14, 334. Veniliam item antiqui Neptuni coniugem appellarunt, a veniendo, inquit Varro de L. L. 10 p. 20, 15. Venilia, vnda quae ad litus venit: salacia, quae ad salum redit. vid. Scalig. Coniect. Varr. p. 181. Meminit huius et Augustinus de Ciuit. Dei 4, 11.
- 60 V ENIO, vni, ventum, ire. [ἔκω, ἤκω, ἐρχομαι, εἰδέω, μόλις, ἀνίω] Notae significationis. Cic. Fam. 2, 11 (12) Obuias mihi velim sint tuae literae: quae me erudiant de omni Rep. ne hospes plane veniam. Veni, vidi, vici Caes. ap. Sueton. c. 37. Plaut. Amph. Prol. 140 Nunc hodie Amphitruo veniet huc ab exercitu. Cic. pro Rosc. Com. 30 Quia veniebat a Roscio, plus etiam scire, quam sciebat, videbatur. Angiporto venire, pro Ab angiporto Plaut. Afin. 3, 3, 151. Cic. Att. 16, 18 Nunquam putavi fore, ut supplex Ad te venirem. Idem Fam. 16, 3 Quamquam magni Ad honorem nostrum interest, me quamprimum Ad urbem venire: tamen peccasse mihi videor, qui a te discesserim. Ad coenam venire Hor. Epist. 1, 7, 72. Cic. Att. 5, 13 Veruntamen cum de Cumanis venissem cum imperio, Graeci quasi Ephesio Praet. se alacres obtulerunt. De autione venire, et quo die Cic. Att. 12, 1. Ex Arabia venerunt legati Plin. 12, 14. In hanc urbem missus venio Ouid. Trist. 3, 1, 1. Cic. Fam. 2, 15 In easdem solitudines tu ipse (ut arbitror) venies, in quibus nos confedisse audies. Nonnunquam Praepositio omittitur. Pars Scythiam et rapidum Cretae veniemus Oaxem Virg. Ecl. 1, 66. Conf. Idem Aen. 2, 742. Veniam Cariam Plaut. Cure. 2, 3, 60. Afidue veniebat inter densas fagos Virg. Ecl. 2, 4. Prope exitium venire Liu. 5, 16. Omnes qui istinc veniunt, ita de tua virtute commemorant Cic. Qu. Fratr. 1, 1, 13. Domum venisti ad tuos penates Catull. ad Veranium f. 9, 3. Virg. Aen. 7, 470 Se satis ambobus Teucricisque venire, Latinisque, se parem illis esse. ¶ 2 Venire, pro Euenire, accidere. Cels. 7, 27 Solet vero sub eiusmodi victu venire, ut alius non reddatur. Reputando, quae sibi duobus praeliis venerant Sallust. Jug. 103, 2. Cum Supino Nepos 18, 6, 1 Cum literas et nuncios misisset in Asiam, consultum, vtrum repetitum Macedoniam veniret, i. repeteret. conf. Hor. Epist. 1, 3, 19. Nepos 23, 4, 2. Venire, Prouenire, crescere: Virg. Georg. 1, 54 Hic segetes, illic veniunt felicius vuae. Arborea quaedam veniunt sua sponte
- 90 Virg. Georg. 2, 11. vid. Segetes veniunt n. 3. Sponte venire ex arboribus saporibus Plin. 11, 1. Venire. Portari, deferri. Plin. 35, 6 Species sinopidis tres: rubra, et minus rubens, et inter has media. Et paullo post, Eius quae ex Africa venit, octoni asses. Sic Cic. Fam. 11, 24 Quod scribis in Italia te moraturum, dum tibi literae meae veniant, si per hostem licet, non erraris. vid. n. 3 Venit Hereditas. Commeatus venire, qui afferantur, dicimus per metonymiam Quinctil. 6, 6. Venire, i. esse. Quid Tyrio recubare toro sine amore secundo Prodest? cum fletu nox vigilanda venit Tibull. 1, 1, 64. Vid. Scalig. ad h. l. Conf. Propert. 2, 1, 2. Quaerens, quibus Mortifera veniat Sen. Med. v. 686. i. futura sit. vid. n. 3 Inimicus venias. Gratia, musa, tibi: nam tu solatia praebes, Tu curae requies, tu medicina venis Ouid. Trist. 4, 10, 117. Dummodo morata recte veniat, dotata est satis Plaut. Aul. 2, 2, 62. Conf. Claud. Consul. Honor. 4, 647. Alc. Auit. ad Soror. v. 168. ubi tamen vatriat lectio. Sed in his tamen etiam proprietatem retinet verbum, non minus,

minus, quam ubi ponitur de meretricibus, sui copiam facientibus: vid.
 Ter. Heaut. 4, 4, 3 et 4. Propert. 2, 14, 20. et 2, 22, 43. Venies ad illud quod refert tua: *b. e. Tandem vel postea id leges* Plaut. Pers. 4, 3, 50. Ter. Heaut. 2, 3, 33. Mane, hoc quod coepi primum, enarrem, o Clitipho: post istuc veniam, *in sermone meo.* ¶ 3 5
Iam Substantiua ponentur elementari ordine, cum Praepositione vel sine ea.
 In Aciem venire, *vid. ACIES.* Alicui venire aduersum, *Ire obuiam* Plaut. Most. 1, 4, 1. Cic. pro Domo 35 Neque amissis sacris paternis in haec Adoptiua venisti. Liu. 25, 16 Liberos cum suis legibus venturos in Amicitiam Lucanos, *etc.* Sic Caes. Bell. Gall. 10 6, 5. Cic. Verr. 1, 150 c. 57 Hac conditione, si quis de populo redemptor accessisset, *etc.* tum in eius Arbitrium ac potestatem venire nolebat, qui sibi creptam praedam arbitraretur. Ad Arcefilam, Carneademque veniamus. *b. e. de iis loquamur* Cic. Acad. 4, 12. et pro Rosc. Amer. 46 Vt ad fabulas veniamus. In Arma venire 15 Lucan. 3, 184. Cic. Att. 8, 15 Neque enim eos solos arbitrabamur capi, qui in Armatorum manus incidissent: sed eos nihilominus, qui regionibus exclusi intra praesidia, atque intra arma aliena venissent. Cic. de Orat. 2, 358 c. 87 His autem formis atque corporibus, sicut omnibus rebus, quae sub Adspcetum veniunt, sedes opus est. Ad 20 Aures alicuius venire, *Audiri* Hor. de Arte Poët. 255. Ad Aures meas venit, te, *etc.* Cic. pro Marcell. 25 c. 8. Plauti *videtur esse*, Mulier est, muliebris vox mihi ad Aures venit. Ad Aures vox venit Virg. Aen. 2, 119. Auxilio venire alicui Liu. 9, 43. In Bona alicuius venire Ouid. Trist. 1, 5, 14. Cic. Att. 1, 9 Tu velim saepe ad nos scribas: si rem 25 nullam habebis, quod in Buccam venerit scribito. *Proverbialiter dictum, pro Quidquid occurret et in mentem veniet.* Cic. pro Rosc. Amer. 49 Hoc vero est quod ferri non potest, si et in hanc Calanitam venit propter praediorum bonitatem et multitudinem; et quod ea studiose coluit, id erit ei maxime fraudi. Cic. pro Cluent. 81 30 Postremo, in eum Casum veneram, vt omnis mearum fortunarum status vnius iudicii periculo contingeretur. Cic. Tusc. 5, 78 Mulieres vero in India, quum est cuiusque earum vir mortuus, in Certamen iudiciumque veniunt. Cic. de Clar. Orat. 319 In patrocinio Siciliensi maxime in Certamen venit designatus Aedilis cum designato 35 consule Hortensio. Idem de Finib. 5, 71 Qui omnes motus fortunae, mutationesque rerum et temporum leues et imbecilles fore intelligant, si in virtutis Certamen venerint. Clamor a populo venit ad astram Ouid. Fast. 3, 368. In Cognitionem Senatus venit haec res Quinctil. 7, 3. In Colloquium ad aliquem venire Liu. 25, 16. 40 Cic. de Inuent. 1, 5 Nam hinc ad Remp. plurima Commoda veniunt. Idem Fam. 1, 1 Si in vestrum Complexum venero, ac si et vos, et me ipsum recuperaro, satis magnum mihi fructum videbor percepisse. Caes. Bell. Ciuil. 3, 8 Ipse grauissima hieme in nauibus excubabat, neque vllum laborem aut munus despicens, si in Caesaris Complexum 45 veniret, *i. Vt Caesar ipsum complecteretur et amaret.* In Computationem venire dicitur, cuius ratio habetur, quod computatur, Plin. 6, 33. Cic. Verr. 1, 68 Postridie mane homines in Concionem veniunt, quaerunt quid optimum factu sit. In Confessum venit ea res Plin. Ep. 10, 85 *extr. b. e. Nota est et manifesta.* Cic. Att. 10, 1 Veniendumne sit 50 in Consilium Tyranni, si is aliqua de re bona deliberaturus sit, *in consilium qui venit, consiliarius est.* Cic. de Finib. 1, 24 Reque ex vtraque parte audita, pronuntiaret eum non talem videri fuisse in imperio, quales eius maiores fuissent, et in Conspectum suum venire vetuit. Planc. ad Cic. Fam. 10, 23 (22) Legatos fide Lepidi dimissos, ad me in Conspectum venire vetueram. Cic. de Inuent. 2, 65 Deinde quaedam in Consuetudinem ex utilitatis ratione venerunt, Idem in Pison. 45 c. 19 *fn.* Vt Senatus is, qui in eam iam benignitatis Consuetudinem venit, vt eos, qui bene Remp. gesserint, nouis honoribus afficiat. Id. Off. 2, 55 c. 15 *fn.* Id quod a nostris hominibus saepissime vsurpatum, iam in prouerbii Consuetudinem venit, largitionem fundum non habere. In Contemtionem Caes. Bell. Gall. 5, 47. In Contem- 60 tum Idem ibid. 3, 17. Cic. pro Quint. 24 Quod nisi ex Publicio narratum Naeuio esset, non tam cito res in Contentionem venisset. Idem de Diuin. 2, 129 Venit enim iam in Contentionem, vtrum sit probabilis, *etc.* In controuersiam vel Contentionem venit ea res Quinctil. 3, 6. Cic. Diu. in Caec. 62 Neque fere vnquam venit in Contentionem de accusando, qui Quaestor fuisset, quin repudiaretur. Pseudo-Cic. Anteq. iret in exil. 4 Eos in Contentionem honoris venire, qui officiis se superari aequissimo animo tulerunt? Contra 70 aliquem venire Cic. pro Muraen. c. 4. Idem Verr. 2, 37 Nam hoc animo prouidebat, cum tanta hereditas in Controuersiam venisset. Conf. Idem pro Quint. c. 11. In Crimen Ter. Hec. 3, 1, 55. *b. e. Accusari.* In Cruciatum Caes. Bell. Gall. 1, 31. In Deditionem Idem ibid. 6. In Deliberationem venire Quinctil. 2, 21. Virgil. *de machina illa Troiani equi* Aen. 2, 47 Venturaque Desuper vrbi, *i. Superuentura vrbi, et eam oppressura.* In Desiderium venit res aliqua Liu. 3, 37. *i. Desideratur.* Cic. Att. 4, 15 Venit legi Dies, Terentius intercessit. Ad Digitos, *vid. AD.* In Disceptationem Liu. 39, 37. Cic. pro Rosc. Amer. 10 Quum omnium nobilium di- 80 gnitas et salus in Discrimen veniret. Idem Diu. in Caec. 71 c. 23 *pr.* Itaque semper hi diligentissime, laboriosissimeque accusarunt, qui se ipsos in Discrimen existimationis venire arbitrati sunt. In Disquisitionem Liu. 26, 31. Plaut. Capt. 5, 4, 13 At nunc liber in Diuitias faxo venies. Dolor ad quem veniat, ad eundem necesse est interitum venire Cic. de Nat. Deor. 3, 36. Idem Att. 16, 18 (*sub* 16) Praesertim quum hoc genere cognitionum labefactato, acta Caesaris in Dubium ventura videantur. Idem ibid. 11, 15 Alii capti, alii interclusi non veniunt in Dubium de voluntate, eo minus scilicet, cum se expedierint, et vna esse coeperint: ii autem ipsi, qui sua voluntate ad Fusum venerunt, nihil possunt, nisi timidi existi- 90 mari. Ter. Adel. 2, 2, 35 Etiam de sorte venio in Dubium miser. Cic. pro Caec. 18 Itaque homo timidus imperitusque, qui neque animi, neque consilii satis haberet, non putauit esse tanti hereditatem, vt de ciuitate in Dubium veniret. In Dubium venit, quid sit factum Quinctil. 7, 3. Cic. pro Cluent. 52 c. 19 Sin autem illud egeram, nullum ad Scamandrum morte Auiti venturum Emolumentum fuisse concedebat. Epi- stola mihi venit, *Allata est ad me* Ouid. ex Pont. 1, 9, 1. In Exem- plum venire Id. Fast. 4, 243. Ad Extrema venire Liu. 2, 47. In Faciem pacis veniret Tac. Ann. 13, 38. Fama mihi venit Virg. Aen. 4, 387. Cic. Fam. 7, 15 Quod vero in C. Marii suauissimi doctis- 100 simique hominis Familiaritatem venisti, non dici potest quam valde gaudeam. Fides tarda venit dictis, difficilisque Ouid. Fast. 3, 350. *Tarde et cum difficultate adhibetur fides verbis.* In Fidem alicuius venire, *b. e. sese dedere* Liu. 26, 40. Idem 25, 23 Quum ma- 105

- xime Capua circumuallaretur, Syracusarum quoque oppugnatio ad Finem venit. Cic. Att. 16, 18 Veniendum est igitur vel in ipsam Flam-
 nam: turpius est enim priuatim cadere, quam publice, *i. Conicere
 se oportet in periculum.* Ad Foedus veniunt amantes Ouid. de Arte
 5 Ann. 2, 579. *de coitu ipso venereo.* In Foedera venire Virg. Aen. 4,
 339. Cic. Fam. 16, 21 Emisse te praedium vehementer gaudeo, felici-
 terque rem tibi istam venire cupio. *Vetus exemplar legit Euenire.*
 Sed venire etiam sic poni, n. 2 obseruatum. Fortuna laeta mihi venit
 Virg. Aen. 11, 42. Frigor grauis venit ab axe aetherio Ouid. Fast.
 10 3, 368. Fulgor venit ab aethere Virg. Aen. 8, 524. Cic. de Nat.
 Deor. 1, 90 Nam a beatis ad virtutem, a virtute ad rationem video te
 venisse Gradibus. Cic. Att. 2, 20 Edicta eius et conciones descri-
 bunt et legunt, nouo quodam genere in summam Gloriam venit. Cic.
 de Inuent. 1, 84 c. 45 Sed neque emisti, neque Hereditate venit, neque
 15 domi natus est, neque donatus est. Cic. Verr. 1, 27 c. 10 Quum eius
 filio, praetore Sacerdote, Hereditas a propinquo permagna venisset.
conf. ibid. 126 c. 48. Cic. Att. 5, 18 Hicms si venerit, nec illi ante in
 meam prouinciam transferint, vnum vereor, etc. Sub Iactum telo-
 rum venire Liu. 27, 19. Cic. de Finib. 2, 112 Si cum tanto Impetu
 20 in Graeciam venisset. Idem pro Rosc. Amer. 55 Vident omnes, qua
 de causa huic Inimicus venias: sciunt huiusce pecunia te adductum
 esse. Cic. Qu. Fratr. 3, 4 Ad Inimicitias res venisset, etc. cum Ac-
 fernino Samnite Pacideianus comparatus viderer. Petronius . . .
 Vt si nollet alienam rem domino reddere, ad Interdictum veniret.
 25 Ad Internecionem venire Liu. 36, 34. Intro venire, *vid. INTRO.*
 In Inuidiam ex gratia venire Aur. Vict. de Viris Illust. 66. Cic.
 Att. 2, 1 Quid verius, quam in Iudicium venire, qui ob rem iudican-
 dam pecuniam acceperit? Idem pro Quint. 30 Demonstrabant de
 re Iudicium fieri oportere, vt aut vterque inter se, aut neuter satis-
 30 daret: non necesse est famam alterius in Iudicium venire. In
 Laudem venire Quinctil. 2 c. vlt. Liuor venit in artus, *Membra
 contrahunt liuorem* Ouid. Met. 10, 258. Cic. de Legib. 3, 27 Ex his
 autem, qui magistratum ceperunt, quod Senatusconsulto efficitur, po-
 pularem sane neminem in summum Locum, nisi per populum venire,
 35 sublata cooptatione Censoria. Lues tabida venit membris Virg.
 Aen. 3, 137. Lues miseranda venit arboribus Idem ibid. 3, 138. Ad
 Manum venire Quinctil. 2, 11. Cic. Off. 3, 34 c. 7 *extr.* Neque enim
 quidquam de hac parte post Panaetium explicatum est, quod mihi qui-
 dem probaretur de iis, quae in Manus meas venerint. In Manus
 40 hominum libros venire *dicimus* Quinctil. Tryphoni. Mature ve-
 nit ipse, *vid. MATVRVS.* Cic. Verr. 4, 175 Venient in Medi-
 um: dicent quid statuerint. Ter. Eun. 2, 2, 2 Hoc adeo ex hac
 re venit in Mentem mihi. Idem Phorm. 4, 3, 47 Nam mihi ve-
 niebat in Mentem eius incommodum. Cic. Fam. 2, 17 (18) Quae
 45 mihi veniebat in Mentem, quae ad te pertinere arbitrabar, quod in
 Ciliciam proficiscebam, existimaui me ad te oportere scribere. *Add.*
ibid. 7, 3. Cic. pro Rosc. Amer. 74 Et simul tibi in Mentem ve-
 niat facito, quemadmodum vitam huiusce depinxeris. Idem de
 Finib. 5, 2 Venit enim mihi Platonis in Mentem, quem accepimus pri-
 50 mum hic disputare solitum. Cic. Diuin. in Caec. 33 In Mentem
 tibi non venit, quid negotii sit causam publicam sustinere. In
 Mentem venit vt Plaut. Mil. 4, 8, 48. Cic. pro Quint. 14 Vt ad
 quem summus Moeror morte sua veniebat, ad eundem summus ho-
 nos quoque perueniret. Mores eo venire Plin. 23, 1. In
 55 Morem venire Ouid. ex Pont. 2, 7. Plin. 15, 28. Multoque celerius
 talia ad Nasum veniunt, quam pingua. *b. e. Ascendant in aere et
 nares ferunt.* Nauibus venire Liu. 21, 39. Cic. Tusc. 2, 5 At-
 que oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad summum, vt
 iam, quod natura fert in omnibus fere rebus, senescat, breuique tem-
 60 pore ad Nihilum ventura videatur. Ad Nimium venire Plin.
 26, 4. Idem 10, 70 Spectatur in piscinis Caesaris, genera piscium ad
 Nomen venire, quosdam singulos. *b. e. Quum vocantur suo nomine.*
 Plin. 7, 1 Quis enim Aethiopus, antequam cerneret, credidit, aut
 65 quid non miraculo est quum primum in Notitiam venit? In
 Notitiam venire, *vid. NOTITIA.* Nox venit Propert. 1, 8,
 44. Cic. de Orat. 1, 15 Sed sunt quidam aut ita lingua haesitan-
 tes, aut ita voce absoni, aut ita vultu motuque corporis vasti atque
 agrestes, vt etiam si ingenii atque arte valeant, tamen in oratorum Nu-
 merum venire non possint. *i. dici oratores, siue pro oratoribus haberi.*
 70 Pseudo-Cic. in Sallust. 5 Tu tuis vita, quam turpiter egisti, magnas
 offudisti tenebras: vt etiam si fuerint egregii ciues, certe venerint in
 Obliuionem. Cic. Tusc. 4, 97 Alacris obuiam mihi veniet, com-
 plexum exoptans meum. *ex Poeta.* Idem Att. 2, 1 Eunti mihi
 Antium, et gladiatores M. Metelli cupide relinquenti, venit obuiam
 75 tuus puer. *Conf. Nep. 23, 4, 4.* Sub oculos venire Senec. de
 Benefic. 1, 5. In Odium venire, *vid. ODIVM.* In Officium
 oratoris venire Quinctil. 2 vlt. Venit mihi in Opinionem Nep.
 25, 9, 6. Opportune venire, *vid. OPPORTVNVS.* Optato
 venire, *vid. OPTATO in OPTO.* Quinctil. 9, 4 Horum pedum
 80 nullus non in Orationem venit, *i. Ingreditur orationem.* Cic. de
 Legib. 3, 29 Nam quum omni vitio carere lex iubeat, ne veniet qui-
 dem in eum Ordinem vnquam vitii particeps. Hor. Epist. 1, 3, 9
 Romana breui venturus in Ora. *Hic in bonam partem.* Sed ad
vituperationem pertinet Catull. 38, 5 Anne vt peruenias in Ora vulgi?
 85 Sic Liu. 2, 36 Timorem iniecit, ne in Ora hominum pro ludibrio ab-
 iret. In Ora virum venire Propert. 3, 9, 32. Et 2, 1, 2 Vn-
 de meus veniat mollis in Ora liber. Cic. Att. 1, 7 Omnem spem
 delectationis nostrae, quam, quum in Otium venerimus, habere volu-
 mus, in tua humanitate positam habemus. Idem ibid. 9, 12 Ego,
 90 si Pompeius manet in Italia, nec res ad pacionem venit, longius bel-
 lum puto fore. Parate venire, *vid. PARO.* Liu. 6, 40 Pa-
 rum est si cuius pars tua nulla adhuc fuit, in partem eius venis, nisi
 partem petendo totum traxeris? Cic. Fam. 14, 2 Illud doleo,
 quae impensa facienda est, in eius Partem miseram et despoliatam ve-
 95 nire. In Partem elocutionis memoria ac pronuntiatio veniunt
 Quinctil. 1 Prooem. Passu ingenti venire Ouid. Amor. 3, 1, 12.
 In Periculum venire Ter. Adelph. 2, 2, 32. Cic. Verr. 1, 70 c. 27
 Neque adhuc causam vllam excogitare potuit, quamobrem commise-
 rit, aut quid euenerit, vt in tantum periculum veniret. Cic. pro
 100 Muraen. 55 Venit in Periculum, ne et ea, quae relicta, et haec, quae
 ab ipso parta sunt, amittat. Peropportune venire, *vid. PEROP-
 PORTVNVS.* Cic. Tusc. 2, 56 Sed quia profundenda voce omne
 corpus intenditur, venitque plaga vehementior. Poenae veniunt
 105 crudelitati alicuius Liu. 3, 56. In Populos venire Ouid. Met. 6,
 546. Cic. de Lege Agr. 3, 11 Etiamne si vi eiecit? etiamne si
 clam

clam, si precario venit in Possessionem? Cic. Att. 7, 8 Quid censes, aiebat, facturum esse ipsum, si in Possessionem Reip. venerit, cum haec Quaestor eius infirmus et inops audeat dicere? In Potestatem alicuius Caes. Bell. Gall. 4, 38. Ad Potum, vel Prandium venire Plin. 9, 15. Cic. pro Cluent. 168 Quum ad illud Prandium crudior venisset. Prospero venit Plaut. Pseud. 2, 1, 1. Liu. 40, 46 Vulgatum illud, quia verum erat, in Prouerbiu venit, Amicitias immortales, inimicitias mortales debere esse. Ad Pugnam venire Hor. Serm. 1, 5, 56. Pulchritudo corporis venit ex, etc. Quinctil. 2, 5. In Quaestione venire Idem 7, 3. Rabies venit canibus Virg. Georg. 3, 496. Cic. de Nat. Deor. 2, 10 Gracchus cum comitiâ nihilominus peregrisset, remque illam in Religionem populo venisse sentiret, ad Senatum retulit. In Rem praesentem, vid. IN, Praepositionem. Ouid. de Arte Am. 1, 239 Tunc veniunt Risus, etc. Rumor venit Ter. in Prol. Hec. 39. In Secreta venire Ouid. Met. 13, 555. Segetes veniunt, i. Proueniunt Virg. Georg. 1, 54. vid. n. 2. Cic. Fam. 3, 5 Veni in eum Sermonem, vt dicerem libenter me ad eam partem prouinciae primum esse venturum. Id. Verr. 4, 13 c. 7 Nunquam enim si denariis quadringentis Cupidinem illum putasset, commississet vt propter eum in Sermonem hominum, atque in tantam vituperationem veniret. Cic. Att. 1, 14 In Sermonem se post Idus Martii, praeterquam Lepidi, venisse nemini. Idem Att. 11, 24 Neque eum rogari, ne me quidem: sed quasi ita sit, quoniam in sermone iam venisti, poteris eam monere, vt alicui committat, cuius extra periculum huius belli fortuna est. Sic boni libri teste Graeu. Sed al. In Sermonem. Cic. Att. 14, 19 A te autem peto, vt me hanc, quasi falsam hereditatem alienae gloriae sinas cernere, meque aliqua ex parte in Societatem tuarum laudum venire patiari. Conf. Idem Fam. 9, 14. Cic. Fam. 9, 26 Conuiuio delector: ibi liquor, quod in Solum, vt dicitur. Idem de Nat. Deor. 1, 65 Hinc quodcumque in Solum venit, vt dicitur, effingis atque efficis, i. quidquid est, quidquid accidit, quidquid sese offert, quidquid suenit. Varro hoc prouerbiu etiam usurpauit, apud Non. 9, 8 Libet mi epigrammata facere, et qui nomina non memini, quod in Solum mihi venerit ponam, id est quodcumque nomen sese mihi obtulerit, et in buccam venerit. Vid. Mmut. ad Cic. Fam. 9, 26. In Sortem prouinciae tam longinqua non venit Licinius consul, ne a sacris absit pontifex maximus, Scipio apud Liu. 28, 44. Spes venit ex merito Ouid. Epist. 2, 62. Cic. de Orat. 2, 217 c. 54 Nonnullam in Spem veneram, posse me aliquid ex istis discere. Caes. Oppio sub Cic. Att. 9, 13 Cum in Spem venero, me de compositione aliquid conficere. In Spem ventum est; Imperfonale Liu. 2, 44. Cic. Fam. 11, 13 In Spem venerant, quod neque Planci quatuor legiones omnibus suis copiis pares arbitrabantur, neque ex Italia tam celeriter exercitum traici posse credebant. Idem Att. 6, 5 Ad meque legati eius, et Quaestor, et amici literas mitterent, vt Subsidio venirem. Cic. Tusc. 2, 5 c. 2 Atque oratorum quidem laus ita ducta, ab humili venit ad Summum. Cum Supplemento Liu. 9, 22. Suppetias venire, vid. SVPPETIAE, sub SVPPETO. Cic. de Inuent. 2, 32 c. 10 Si id non poterit si quam in similem ante Suspicionem venerit. In Suspicionem venire de morte alicuius Cic. ad Brut. 6. Pomp. in l. pen. D. de condict. caus. dat. Cum seruus tuus in Suspicionem furti Attio venisset. Taedio venire Plin. 31, 2. Venit mihi in Suspicionem Nep. 4, 4, 1. In Tempore veni Ter. Andr. 4, 5, 19. Turba mihi obuiam venit Propert. 2, 30. Cic. de Clar. Orat. 194 Quum is hoc probare vellet, M. Curium, quum ita heres institutus esset, si pupillus ante mortuus esset, quam in suam Tutelam venisset, pupillo non nato heredem esse non posse. In Vacuum venire, vid. VACVVS. Cic. pro Quint. 48 Ad Vadimonium non venerat, vt ais, is quicum tibi affinitas, societas, omnes denique causae et necessitudines veteres intercedebant. A Vero venit causa, i. Vera est causa Ouid. Fast. 5, 368. Cic. Philipp. 2, 61 Quis qui nescierit venisse eam tot dierum tibi Viam gratulatum? Vigor venit membris Virg. Georg. 4, 418. In Vitam venire Cic. de Legib. 1, 59 c. 22. In Vnitatem Plin. 33, 2. Idem 24, 11 Nec tus Latinum nomen habet, quum in Vsum plurimis modis veniat. In Vsum alicuius rei venire Plin. 8, 48. Ter. Heaut. 3, 2, 45 Et ne ego te (si Vsus veniat) magnifice, Chreme, tractare possim. Vsu mihi venit Cic. Fam. 3, 8. Idem Att. 7, 26 Nunc venit idem Vsu mihi, quod tu tibi scribis, quoties exorior. Cum Gerundiis et Supinis. Ad agendum venire Quinctil. 4, 1. Venient ad te comestatum Plaut. Perf. 4, 4, 19. Derisum venit Idem Aul. 2, 2, 46. Et apud Ter. Enn. 4, 6, 14 Venit ereptum. Cic. Verr. 4, 124 Tamen ad istum venerunt Emtum locum illum senatorium, non solum veteres, sed etiam noui. Oratum venio Caes. Bell. Gall. 7, 32. Mercatum venire Ter. Adolph. 2, 2, 23. Observatt. Grammaticae. Venibo, Futurum antiquum pro Veniam. Pomponius Geminis, Sero est, sexta, si tibi placet, Venibo Nonius 10, 32. Venitur, Imperfonale: Plin. Epist. 9, 13 Venitur ad me: confurgo. Cic. pro Quint. 3 Ad me ventum est. Add. Iustin. 2, 3, 12. Cic. Philipp. 8, 24 Nam si maximum in discrimen venietur, aut libertas pacta est victori, aut mors exposita victo. Idem Off. 2, 33 c. 9 Et quum res agatur, in discrimenque ventum sit, expedire rem, et consilium ex tempore capere posse. In aciem ventum Tacit. in lib. de German. 14. Ad coenam vt ventum est, etc. Hor. Epist. 1, 7, 72. Iuxta seditionem ventum Tacit. Ann. 6, 13. Prope seditionem ventum Idem Hist. 3, 21. Plaut. Cist. 1, 1, 16 Quod ille dixit, qui secundo vectus est mari, ventum gaudeo ad te ecastor. Conf. Id. Curc. 2, 3, 35. Causas veniendi discere Virg. Aen. 6, 458. Causas veniendi poscere Idem ibid. 1, 418. Vlp. in l. 1 in princip. D. de quaest. Ad tormenta seruorum ita demum veniri oportet, quum suspectus est reus.

VENIENS, entis. Part. [ἐρχόμενος] Vt, Classis veniens ad litora Virg. Aen. 3, 652. Aetas veniens Ouid. Fast. 6, 639. Cic. Qu. Frat. 3, 4 (20) Non enim sumus omnino sine cura venientis Anni, etsi fumus sine timore. In annum venientem curas extendere Virg. Georg. 2, 405. Dies veniens, Dies decedens, contraria Idem ibid. 4, 466. Virtus veniens in pulchro corpore Virg. Aen. 5, 344. Crescens. Seruius.

VENTVRVS, a, um. Partic. [ἐλευσόμενος] Vt, Aevi venturi inscius Virg. Aen. 8, 627. Quae sint, quae fuerint, quae mox ventura trahantur Idem Georg. 4, 393. Bella ventura Virg. Aen. 3, 458. Doloris venturi signa Ouid. Epist. 19, 107. Hiemis venturae memores Virg. Georg. 4, 156. Mali venturi prima fauilla Propert. 1, 9, 18. Senectae venturae memor Ouid. de Arte Am. 3, 59. Videre ventura Virg. Aen. 2, 125. Praescia venturi vates Virg. Aen. 6, 66.

VENTIO, ōnis. f. [ἐλευσις] *Veniendi actus.* Plaut. Truc. 2, 7, 61 Quid tibi huc ventio est? *b. e. Ad quid huc venis?*

VENTO, āre. Frequentat. Festus: Ventabant antiqui dicebant sine Praepositione pro Aduentabant.

5 VENTŪTO, āre. *Alterum Frequentat.* [ἐπιχωριάζω] *Vt, Saepius ventitare in agrum* Plin. 18, 5. *Ad comitia eorum ventitavit* Nep. 25, 4, 4. *Cic. Fam. 11, 27 In reliquis officiis cui tu tribuisti, excepto Caesare, praeter me, vt domum ventitares, horasque multas saepe suauissimo sermone consumeres?* Catull. ad seipsum l. 8, 4
10 *Quum ventitabas quo puella ducebat.* *Conf. Cic. Tusc. 5 c. 20.* Plin. 9, 8. *et 18, 5.* Tac. Ann. 15, 52, 1. *et 16, 14, 2.* Sidon. Epist. 1, 9.

VENTŪTANS, antis. Partic. Solin. c. 52 (65) Elephanti ad potum ventitantes.

15 VENOR, āri. [ἀγρεύω, θηρεύω, κυνηγέω, κυνηγετέω, θηροόμαι] *Feras indagare, feris insidiari.* Cic. de Nat. Deor. 2, 158 *Canum tanta alacritas in venando.* Idem Fam. 2, 10 (11) *De pantheris, per eos, qui venari solent, agitur mandato meo diligenter.* Cic. Att. 6, 1 *Illud autem alterum, alienum esse existimatione mea, Cibyratas imperio meo*
20 *publice venari.* *Apros venari* Virg. Ecl. 10, 57. *Leporem canibus venari* Idem Georg. 3, 410. *Pisces venari* Plin. 16, 1. *Venari, per translationem, pro Artificio quodam et solertia quaerere: vt,* Cic. Att. 16, 7 *Bene igitur tu, qui ἐν Σαυκαίαν venaris, relinquis patriam. Sed a Victorio inde loco Venaris legitur Bene.* Amores venari Ouid. de Medic. faciei 27. *Laudem modestiae in aliqua re venari* Auct. ad Herenn. 4, 5 c. 3. *Non ego ventosae plebis Suffragia venor* Horat. Epist. 1, 19, 37. *Viduas auaras venari crustis et pomis* Idem ibid. 1, 1, 77. *i. Captare, ac velut irretire aut inescare cibis delicatis et munusculis, vt heredem scribant.* *Filia formosa et oculis venans Viros* Phaed.
30 4, 4. *Venari de verbis alterius, astute conicere, quid dicto opus sit* Plaut. Milit. 4, 2, 38. *Venari apros in mari; Prouerbiū in eos, qui frustra aliquid conantur, et operam perdunt* Plaut. Afin. 1, 1, 87. *Gerund. et Supin.* *Studio venandi lassus* Ouid. Met. 3, 413. *Venando peragrarē circa saltus* Liu. 1, 4. *Tempora longa ponere venando* Ouid. Epist. 19, 9. *Stultitia est, pater, venatum ducere inuitas*
35 *canes* Plaut. Stich. 1, 2, 82. *Ire venatum* Virg. Aen. 4, 117.

VENANS, antis. Partic. Virg. Aen. 7, 493 *Hunc procul errantem rabidae venantis Iuli Commouere canes.* Catull. 117, 1 *Studio animo venante requiris,* Carmina. *Fera venantum septa corona*
40 *Virg. Aen. 9, 551.* *Add. Id. 12, 5.* Propert. 2, 13, 53. Tacit. Ann. 3, 43, 3.

VENĀTVS, ūis. m. [θήρευμα, ἀγρευμα] Plaut. Rud. 4, 3, 31 *Hunc piscem qui cepi in venatu meo.* Plin. 8, 16 *Quos venatus, aucupia, piscatusque aiebant.* Cic. Tusc. 5, 98 c. 34. *Labor in venatu, sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis.* Caro venatibus quaesita Iustin. 41, 3, 3. *Romuli proles assiduus venatibus exercitata* Colum. praef. *Conf. Virg. Aen. 7, 747. et 9, 407.* Tac. Ann. 2, 2, 5. *Apti saltus venatibus* Ouid. Epist. 5, 17. *Assiduus venatus* Virg. Aen. 9, 245. *Pro ipsa Praeda,* Gell. 9, 4 *Esse in montanis terrae Indiae homines caninis capitibus et latrantibus, eosque vesci auium et ferarum venatibus.* *Conf. Plin. 7, 2. et Animian. 23, 6. Vid. Drakenb. ad Sil. 8, 518.*

VENATIO, ōnis. f. [θήσσις, θηρευτική, κυνηγία, κυνηγία] Idem. Cic. de Fin. 2, 125 c. 81 *Piscatu, aucupio, venatione, his omnibus exquisitis vitantis crudelitatem, etc.* Romanis sollemne viris opus, vtile famae, Vitaeque et membris, venatio Hor. Epist. 1, 18, 49. *add.* Idem Sat. 2, 2, 9. *Scythae virgines armis, equis, venationibus, exercebant* Iustin. 2, 4, 11. *Locus venationum voluptatibus exornatur* Idem 41, 5, 4. *Venatio, Spectaculum venatorum, vt ludi gladiatorii.* Suet. Claud: c. 21 *Circenses frequenter etiam in Vaticano commisit, nonnunquam interiecta per quinos missus venatione. i. quinquies instaurata, aut quincuplici ferarum immissione edita.* Idem in Domitiano c. 4 *Spectacula magnifica assidue, et sumtuosa edidit. Nam venationes gladiatoresque et noctibus ad lychnos: nec virorum modo*
65 *pugnans, sed et feminarum.* *Add. Idem Caes. c. 39.* Cic. Off. 2, 55 c. 16 *Prodigi sunt, qui epulis et viscerationibus, et gladiatorum muneribus, ludorum venationumque apparatu, pecunias profundunt.* Idem Fam. 7, 1 *Reliquae sunt venationes binæ per dies quinque, magnificae, nemo negat. Sed quae potest homini esse politico delectatio, quum aut homo imbecillus a valentissima bestia laniatur, aut praeclara bestia venabulo transuerberatur?* Cic. Att. 16, 4 *Itaque se scripturum aiebat, vt venationem etiam quae postridie ludos Apollinares futura est, proscriberent.* De Venatione direptionis, quae dicebatur, cum diuersi generis ferae immittebantur in circum, populo diripiendae, vid. Salmas. ad Prob. Vopisc. p. 435. *et ad Capitol. in Gordian. p. 258.*

70 Venatio, est etiam ipsa Praeda. Liu. 35, 49 *Apud bonum et scitum coniuatorem comiter accepti, cum miraremur, vnde illi eo anni tempore tam multa et varia venatio.* *Conf. Idem 25, 9. Vid. Cels. 5, 26. et 5, 28. et 2, 20. 34. 26.* Varro R. R. 3, 2, 14 *Vidi ibi greges magnos anserum — aprorum et caetera (vid. leg. caeterae venationis.)* Idem 3, 12, 2 *In Gallia Transalpina T. Pompeius tantum habet septem venationis, vt circiter ∞ ∞ ∞ ∞ passuum locum inclusum habeat.* Colum. 9 pr. 1 *Mos antiquus lepuseculis capreisque — subiecta dominicis habitationibus ponebat viuaria, vt et*
85 *conspectu suo clausa venatio possidentis oblectaret oculos, et cum exgisset vsus epularum velut e cella promerentur.* Sen. de Benef. 1, 12. Frontin. 3, 13, 3. *Quincil. Decl. 13, 18. c. not. Burm. p. 281. Parei Lex. Crit. p. 1270.*

VENĀTOR, ōris. m. [ἀγρευτής, θηρευτής, θηρευτής, κυνηγός, κυνηγέτης] *Qui venatur.* Cic. Tusc. 2, 40 c. 17 *Pernoctant venatores in niue, in montibus vri se patiuntur.* *Add. Hor. Od. 1, 1, 25.* De quatuor Venatorum generibus, vid. I. Scoppa et Isidor. l. 10 lit. V. *Venator adest nostris consiliis, cum auritis plagis.* Per translationem Plaut. Milit. 3, 1, 14. *Naturae venator* Cic. de Nat. Deor. 1, 83 c. 30.

95 Venator canis Virg. Aen. 12, 751. *Conf. Brouckb. ad Tib. 1, 11, 46.*

VENĀTRIX, icis. f. [κυνηγέτρα] Virg. Aen. 1, 323 *Namque humeris de more habilem suspenderat arcum Venatrix, dederatque comam diffundere ventis.* Dea venatrix Ouid. Met. 2, 454. *Phaetrae venatrices* Claud. Conf. Hon. 4, 160. *Turba venatrix canum* Valer. Argon. 3, 335. *Conf. Martial. 11, 70.*

VENĀTĪCVS, a, um. Adi. [ἀγρευτικός] *Quod ad venationem pertinet, vt, Venaticus canis* Plaut. Mil. 2, 2, 113. *Varro de R. R. 2, 9 Canum duo genera: vnum venaticum, et pertinet ad feras bestias ac siluestres: alterum quod custodiae causa paratur, et pertinet ad pastorem.* Cic. Verr. 4, 31 c. 13 *Mirandum in modum canes*

100

105

nes venaticos diceret, ita odorabantur omnia et peruestigabant. *Add.* Nep. 16, 2, 5. Ouid. Met. 3, 206 — 224 *Catalogus est Graecorum nominum scite excogitatorum a forma, colore, virtute, ut Melampus, Ichnobates, Pamphagus, Dorceus etc. quae separatim suis locis declarantur, nisi quod obiter obseruo Sticten non esse explicatam.* Est autem a *σίζω* pungo, *σικρή* punctis et paruis maculis notata. Catulus venaticus Hor. Epist. 1, 2, 65. Parasiti venatici Plaut. Capt. 1, 1, 17. Exercere venaticam, *subaud.* Artem Sarisb. 1, 4.

VENATICIVS, a, um. *Adi. Vt, Praeda venaticia* Ammian. 29, 18. et 30, 3.

VENATORIVS, a, um. *Aliud Adi.* [ἑνεργητικός, κτηνηγετικός] Plin. Epist. 63 (3, 19) Inest huic computationi sumtus supellecillibus, sumtus atrienfium, topiariorum, fabrorum, atque etiam venatorii instrumenti. *Apud* Martial. 14, 31 *Culter venatorius.* *Add.* Suet. Aug. c. 19. et Claud. c. 13. Rusticum opus et venatorium Pallad. 1, 43. Galca venatoria Nepos 12, 3, 2.

VENATVRA, ae. f. *Venatio.* Plaut. Mil. 4, 1 *extr.* Viden' tu illam oculis venaturam facere, atque aucupium auribus?

VENOSVS, *vid.* VENA.

VENTER, tris. m. [γαστήρ, κοιλία, νηδύς] *Pars trunci corporis a pectore ad pubem, tam in animalibus brutis quam hominibus.* Iuuen. Sat. 4, 107 Montani quoque venter adest, abdomine tardus. Plin. 9, 50 Attritu ventrium pisces coeunt. Perf. Prol. Sat. 11 Magister artis, ingenique largitor Venter, negatas artifex sequi voces. Si ventri bene, si lateri etc. Hor. Epist. 1, 12, 5. Quidquid quaesierat, ventri donabat avaro Idem Epist. 1, 15, 32. Rebus merfis in ventrem Iuuenal. 11, 40. Venter praeccepta non audit; postcit appellat: non tamen molestus creditor; paruo dimittitur; si modo das, quod debes; non, quod potes Sen. Ep. 21 *sub fin.* Circumscribere gulam et ventrem Id. Ep. 108. Iuuen. Sat. 5, 6 Ventre nihil noui frugalius. Plin. 19, 5 Cibos salubres ac lenes pluribus modis existimant, qui perfici humano ventre non queant, sed non intumescant. Ventris duo sunt orificia, quorum superius recipit deuorata, inferius via est egerendis Macrobi. Sat. 7, 4. Cels. 3, 18 Vbi ab inferiore parte purgandus aliquis est, ventrem eius ante soluendum esse: vbi a superiore, comprimendum. Crepitus, Flatus ventris Suet. Claud. c. 32. Durities ventris Scribon. 260. Fluxiones ventris sistere Plin. 23, 5. Fluor ventris Cels. 4, 16. Inflatio ventris, *vid.* INFLO. Impetus ventris Victor in Epit. c. 24. *sc. qui compellit ad desiderandum.* Orificia ventris, *vid.* ORIFICIUM. Pro- Iuuius ventris foedissima Virg. Aen. 3, 216. Rabies improba ventris, *Dira fames* Virg. Aen. 2, 356. Solutiones ventris Plin. 24, 10. Et 27, 10. Cic. pro Cael. 44 Nulla luxuries reperietur, nulli sumtus, nullum aes alienum, nulla conuiuorum ac lustrorum libido, quod quidem vitium ventris et gutturis non modo minuit aetas hominibus, sed etiam auget. ¶ 2 *Epitheta:* Albus venter Perf. Sat. 3, 98. *pallidus ab immoderato cibo.* Adstrictus venter Cels. 2, 1. Auarus venter, *Infatiabilis, vid. paullo post* Donabat etc. Carnosus venter, *vid.* CARO. Fusus venter Cels. 2, 1. Grauidus venter Ouid. Met. 10, 505. Grauidus venter iusto pondere Idem Epist. 16, 44. Grauis venter Ouid. Met. 9, 684. Improbos venter Sen. Thyest. f. 5. Inanis venter Hor. Serm. 1, 6, 128. Intentus venter Cels. 4, 9. Liquidus venter, *vid.* LIQVOR. Mollis venter Hor. Epod. 8, 9. Pestifer venter serpentis Ouid. Met. 1, 459. Planus venter, *b. e. Sine rugis* Ouid. Amor. 1, 5, 21. Proiectus Suet. Ner. c. 51. Summus venter Cels. 4, 13. Tumidus venter caelesti pondere Ouid. Fast. 3, 42. Tumido ventre cucurbita Propert. 4, 2, 43. Vacui ventris furor Iuuen. Sat. 15, 100. Vorax venter, *vid. paullo post, Placare etc.* ¶ 3 *Verba:* Auferre aliquid in ventrem Cic. de Orat. 2, 265. Compleuit sua tempora maturus venter Ouid. Met. 11, 311. Comprimere ventrem et Soluere, *contraria* Cels. 3, 18. Contrahere ventrem, *vid.* CONTRAHO. Contractus venter Cels. 2, 8. Crepat mihi venter, *vid.* CREPO. Crescit in ventrem cucumis Virg. Georg. 4, 122. Distringere ventrem Cels. 4, 15. Donabat avaro ventri quidquid quaesierat Hor. Epist. 1, 16, 32. Duci ventre, *Inseruire ventri et gulae* Idem ibid. 2, 7, 38. Emollire ventrem difficilem Plin. 22, 13. Est si venter quasi fermentatus, pinguis, atque rugosus Cels. 2, 8. Exinanire ventrem Idem 4, 12. Facere ventrem Veget. Mulom. 3, 57, 2. *est aluum deicere.* Sed etiam Facere ventrem dicitur paries, *Qui vetustate collabens, curuatura quadam veluti ventre extra fundamenti limites eminent.* Alphenus in l. Si quando §. 1 D. Si seruitus vend. Si quando inter aedes binas paries esset, qui ita ventrem faceret, vt in vicini domum semipedem, aut amplius procumberet, agi oportet, ius non esse illum parietem ita proiectum in suum esse se inuito. Fluit venter Cels. 2, 8. Indurescit venter Idem 4, 12. Inflatum venter Cic. de Diuin. 2, 119. Intumuit venter ab vnda Ouid. Fast. 1, 215. Liquare ventrem Cels. 4, 12. Mersae res in ventrem Iuuen. Sat. 11, 40. Metiri ventrem lino Cels. 3, 21. Mollire ventrem Id. 2, 12. Mouere ventrem, *vid.* MOVEO. Petere ventrem Cic. pro Muraen. 52. Placare ieiunia voracis ventris Ouid. Met. 15, 95. Placat iratum ventrem esca Hor. Serm. 2, 8, 5. Cels. 2, 8 Si venter omnibus horis, et cum somno, et sine hoc profluit. Resoluere ventrem Cels. 3, 16. Idem 2, 8 Si sanguis e naribus fluxit, aut venter Resolutus est, illud malum desinit ex toto. Sistere ventrem Plin. 20, 25. et 21, 19. Soluere ventrem et Comprimere, *contraria* Cels. 3, 18. Suppressus venter Idem 4, 15. Supprimere ventrem Scribon. 192. Tenere ventrem Cels. 4, 19. *b. e. Sistere fluxum ventris.* Turbare ventrem Cels. 1, 6. Turbatur venter semine sumto Plin. 22, 22. Vacare luxuriae ventrique Claud. de Nupt. Honor. et Mar. 54. Victa cupidine ventris pietas Ouid. Met. 15, 173. Vitiati ventris tumescunt pondera Ouid. Epist. 11, 37. *Plur.* Quantum honoris et vtilitatis ventribus tribuat Augustin. Ep. 86. *Add.* Lucret. 5, 1323. Cels. 7, 17, 2. Solin. c. 35. ¶ 4 Venter apud Iurisconsultos accipitur pro Foetu, qui in ventre continetur. Vnde Pandectarum lib. 25 *tit. est,* Si mulier ventris nomine in possessionem missa sit. *Vid. ibidem* Vlpian. Paulus l. 3 ff. de Inp. ventre Qui ventri (*foetui nascendo, si is moriatur*) substitutus est, vel institutus (*si nihil nascatur*) si ventrem (*gravidam*) seruare velit, audiendus est (*a Praetore et admittendus*). Sic Bentl. interpretatur Horat. Epod. 17, 50 Tuusque venter Pactumeius, *i. quem peperisti.* Varro R. R. 2, 6, 4 Venter labore nationem reddit deteriorem. *i. animal grauidum, si laborare cogatur, difficilius parit.* Compleuit sua tempora maturus venter Ouid. Met. 11, 311. Ferre ventrem Varro R. R. 2, 1, 19. Ventrem perferunt decem mensibus 105

Columel. 6, 24, 2. *de vaccis.* Mulier ventre vacuo, incerto, pleno, praeterito, apud Papinianum in l. Ventre D. de acquirenda vel omittenda hereditate. ¶ 5 In aquaeductibus Venter est, cum incuruantur in vallem tubi plumbei, mox in collem erigendi. Vitr. 8, 7 p. 170 Sin 5 valles erunt perpetuae in declinato loco cursus dirigentur: cum venerit ad imum, non alte substruitur, ut sit libramentum quam longissimum (hoc autem erit venter, quod Graeci appellant κοιλίαν) deinde cum venerit ad aduersum cliuim, quia ex longo spatio ventris leniter tumescit, tunc exprimitur in altitudinem summi cliui: quod si non 10 venter in vallibus factus fuerit, nec substructum ad libram factum, sed geniculus erit (subita curuatura) erumpet et dissoluet fistularum commissuras. Et mox de tubulis ex testa, — ut ex decursu tubulus nouissimus in lapide coagmentetur (ut vim aquae decurrentis suslinere queat) et primus similiter librati ventris in cauo saxi rubri haereat, 15 et primus expressionis ad eundem modum coagmentetur. Ita librata planitia tubulorum ac (vid. leg. a vi) decursus et expressionis non extolletur. Venter est ergo spatium cauum imum inter decursum et expressionem interceptum. ¶ 6 Venter, i. capacitas. Intra quendam ventrem memoriae Cl. Mamert. de Statu Anim. 1, 24. Conf. 20 Barth. ad h. l.

VENTRICVLVS, i. m. Dimin. [γαστρίδιον, ἄνω ἢ κοιλία] Conceptaculum illud ciborum, quod vulgo Stomachum vocant, cum sit stomachus canalis inter os et ventriculum interiectus, qua descendunt cibi. Corn. Cels. 4, 1 Ventriculus autem qui receptaculum cibi est, constat 25 ex duobus tergoribus: isque inter lienem et iecur positus est, utroque ex his paulum super eum ingrediente. Iuuen. Sat. 3, 97 Vacua et plana omnia dicas Infra ventriculum. Ventriculus vulneratus Cels. 5, 26, 16. Porta ventriculi Idem 4, 12. Metaphor. Ventriculus cordis: Cic. de Nat. Deor. 2, 138 c. 54 Nam quae spiritu in pulmones 30 anima ducitur, ea calefcit primum ipso ab spiritu, deinde contagione pulmonum, ex eaque pars redditur respirando, pars concipitur cordis parte quadam, quam ventriculum cordis appellant. Cui similis alter adiunctus est, in quem sanguis a iecore per venam illam cauum insluit.

VENTRICVLATIO, ōnis. f. Morbus et tormina ventris. Cael. Aurel. Acut. 3, 17.

VENTRICVLŌSVS, a, um. Adi. Torminibus laborans. Vt, Passio ventriculosa Cael. Aurel. Tard. 4, 3. Add. Idem Acut. 3, 17, 143.

VENTRIGO, āre. Ventrem facere. Plin. Valer. 1, 1 Vt post paucos dies ventriget.

VENTRĪŌSVS, a, um. Adi. [προγάσσω] Qui magnum habet ventrem. Plaut. Afin. 2, 3, 20 Macilentis malis, rufulus, aliquantum ventriosus. Idem Merc. 3, 4, 54 Canum, varuni, ventriosum.

45 Add. Idem R. R. 2, 2. VENTRŌSVS, [πρόκοιλος, προγάσσω Gloss. Lat. Gr.] siue VENTRVSVS, a, um. Aliud Adi. [γαστρώδης] Plin. 14, 21 Ventrosa dolia ac patula minus vtilia. al. Ventruosa.

VENTRĀLIS, e. Adi. Macrobian. Saturn. 7, 8 Sed in ventrem 50 receptae sint, soluitur vis earum ventralis humoris alluione, qua fiunt diluiores.

VENTRĀLE, is. n. [περιγάσμιον] Vestimentum ventrem contegens. Plin. 8, 48 f. 73 Gaulāpa patris mei memoria coepere: amphimalla, nostra: sicut villosa etiam ventralia: nam tunica lati cla-

55 vi in modum gausapae texti nunc primum incipit. Ventrāle Zonae s. subligaculi genus est. Quod Plin. 27, 7 f. 28 de absinthio dicit, Inguinum tumorem arcet in ventrali habitum: hoc Apul. de Herb. 100, 4 ita exprimit. Ad inguinum vel intertriginis molestias Herbae absinthii et marrubii fureculum sumito, et in semicinctio tecum portato, sanabe-

60 boris. Est igitur res vel eadem, vel certe usus eiusdem in tegenda parte ventris inferiore Ventrāle et semicinctium. Ventrāle etiam sic Vlpianus accipit in l. Diuus in principio D. de bonis damnat. Nec si zonam circa se habuerit, protinus aliquis sibi vindicare debet: sed vestem, qua is fuerit indutus, aut numulos in ventrali, quos victus sui

65 causa in promptu habuerit. Conf. Cuiac. Obs. 10, 26.

VENTRICŌLA, ae. m. Qui ventri seruit. Augustin. Epist. 86 Voracitas et ebriositas ventricularum. Add. ibid. p. p.

VENTRIFICATIO, ōnis. f. Adfertur ex Cael. Aurel. Tard. 3, 8, 142 Fortificare ventrificationem: Sed legendum, Neque fortificari 70 venter fricatione etc.

VENTRIFLVVS, a, um. Adi. Vt, Medicamina ventriflua Cael. Aurel. Tard. 1, 4, 134 quae fluere ventrem faciunt, purgantia ergo.

VENTRILŌQVVS, a, um. [ἑγγαστρίμυθος] Qui intra ventrem concipere voces, et loqui videntur: antiquissimae superstitionis genus. 75 Tertull. adu. Marc. 4, 25 Quis alius disiciet signa ventriloquorum? Vid. Barth. Aduers. 44, 18. Add. Tertull. adu. Prax. c. 19. Sarrisb. 8, 13.

VENTIDIVS, i. m. Nomen Romanum. Vid. Gell. 15, 4.

VENTĪLO, āre. [λιμνῶν, λιμνίζω] Ventum excitare ignis alendi 80 augendique causa, vel quacunque alia. Propert. 4, 3, 50 Hanc Venus vt viuat ventilat ipsa facem. Carbasa ventilantur aura Stat. Silu. 4, 3, 106. Faces accensas ventilare Ouid. Amor. 1, 1, 8. Hinc metaphor.

Cic. pro Flacco 54 c. 23 Cuius lingua quasi flabello seditionis illa tum est egentium concio ventilata. Frumentum ventilare; 85 Ventilabro expurgare Plin. 18, 30. Iubas aura ventilat Sil. 16, 444. Incendia flatus ventilat Idem 17, 507. Vinum ventilare et refrigerare Colum. 12, 30. Flabello aestuanti ventilare Frigus Martial. 3, 82. Sed etiam Ventilare, sine adiecto, est Excitare auram ad

calorem temperandum. Suet. in August. c. 82 Aestate apertis foribus ac saepe in peristylo saliente aqua, atque etiam ventilante aliquo cubabat, 90 Claudian. in Eutr. 1, 109 Et cum se rapido fessam proiecerat aestu, Patricius roseis pavonum ventilat alis. Plin. 13, 1 f. 2 de unguento Megalio, Huius proprietates, vt ventiletur in coquendo, donec desinat olere, i. agitetur. Ventilare, Per manus versare: Apuleius Met. 2 p. 1:6 Ad haec ego insperato lucro diffusus in gaudium, et in aureos refulgentes, quos identidem manu mea ventilabam.

Iuuen. Sat. 1, 28 Ventilet aestiuum digitis sudantibus aurum. de annulo. Ventilare dicuntur gladiatores, Cum proludentes brachia iactant et arma, aëremque percutiunt vane, et ventum faciunt. Senec. Epist. 117 Quam 100 stultum est, cum signum pugnae acceperit, ventilare? et Exc. Contr. 3 pr. p. 343 Elz. Totum aliud est pugnare, aliud ventilare. Ventilare, Inquirere. l. 6 Cod. de Maleficis et Mathem. Multi magicis artibus vsi elementa turbare, vitam infantium labefacere non dubitant; et Manibus accitis audent ventilare, vt quisque suos conficiat malis ar-

105 tibus inimicos.

VENTILANS, antis. Part. Haeret profecto semen introrsum veri, quod excitatur ventilante doctrina Boëth. Consol. Philos. lib. 3 metr. 11.

VENTILABUNDVS, a, um. Varro ap. Non. 4, 329. *sec. lect. Scalig. in Fragm. p. 97.*

VENTILĀTVS, a, um. *Vt, Liquamen ventilatum, iactatum, agitatum Apic. 1, 7.*

VENTILATIO, ōnis. f. [*λεμψις*] Plin. 23, 1 Innocentiores, quae decerptae diu pependere: qua ventilatione etiam vtilis fiunt stomacho, aegrisque. *de vuis.*

VENTILĀTOR, ōris. m. [*λεμψητής, λεμψητήρ*] *Qui frumentum ventilat.* Columel. 2, 10 Faba quae longius emittetur, pura eo perueniet, quo ventilator eam iaculabitur.

VENTILĀTORES apud Quinctil. 10, 7, 11 *sunt Praestigiatores, qui ut ventilatores grana quae purgant, in ventum proiciunt, ita rem quam retinent manibus eicere videntur: ita enim ait, Quo vsu constat mira illa in scenis pilariorum ac ventilatorum, vt ea quae emiserint vitro venire in manus credas, et qua iubentur decurrere, Vid. ibi Burm. Conf. Prudent. Hymn. 10, 78.*

VENTILĀBRVM, i. n. [*λεμψητήριον*] *Instrumentum, quo frumenta ventilantur.* Columel. 2, 10 Nam quum aceruus paleis granisque mistus in vnum fuerit congestus, paulatim ex eo ventilabris per longius spatium iactetur. *Add. Varro L. L. 4, 31.*

VENTIGĒNVS, a, um. Adi. *Ventum gignens. Vt, Ventigeni crateres, Aetnae, unde erumpunt venti* Lucret. 6, 701. *Sed alii aliter legunt. Vid. Turneb. Aduers. 22, 28.*

VENTILŌQVVS, a, um. Adi. Sarisb. 7, 21 *Ventiloqui aut ventiloqui habitum induere.*

VENTITO, *vid. VENIO.*

VENTOSVS, *vid. VENTVS.*

VENTVS, i. m. [*άνεμος, ανεῖμα*] a Venio deriuant: *Cum impetu veniens aer, aer commotus atque agitatus.* Vitruuius 1, 6 *Ventus est aeris fluens vnda cum incerta motus redundantia.* Cic. de Nat. Deor. 2, 101 c. 39 *Aer effluens huc et illuc ventos efficit.* Id. de Diuin. 2, 44 *Placet enim Stoicos, eos anhelitus terrae, qui frigidi sunt, quum fluere coeperint ventos esse.* *Lepide Varro apud Non. 1, 222*

Ventique frigido se ab axe eruperant Phrenetici Septentrionum filii Secum ferentes tegulas, ramos, Syrus.

Ociore ventis Virg. Aen. 5, 319. *Domus peruia vento* Ouid. Met. 2, 762. *Accessus ventorum, vid. ACCEDO.* *Curfus ventorum* Catull. in Camerium 53, 28. *Paces ventorum* Lucret. 3, 1229. *Potestas caeca venti* Idem 3, 248. *Praecia ventorum* Virg. Georg. 1, 318. *Rabies saeva ventorum* Ouid. Met. 5, 7. *Turbo venti* Virg. Aen. 9, 91. *Vis fera ventorum* Ouid. Met. 15, 599.

Vires validae ventorum Lucret. 3, 493. *Sententias veterum de ventis, appellationes diuersas ventorum et genera, rectamque de illis loquendi rationem, docebunt* Seneca Nat. Quaest. 5 int. *et Apuleius de Mundo a p. 61, 32. Vid. ECNEPHIAS, ENCOLPIOS, EXHYDRIAS. De nominibus regionum diagramma ponemus.*

Reflare ventus vento, vel aduersus flare dicitur aut e diametro, vt Septentrio et Auster; aut linea breuiori, seu chorda arcus, in circulo; vt Africus atque Eurus. Priori ratione fere vtitur Plin. 18, 34; altera Gell. 2, 22. et Apul. de Mundo p. 63.

Septentrio Aparctias. Boreas. Aquilo Mefes. Caccias. Apeliotes. Subsolanus. Eurus Vulturius. Euronotus Phoenicias, Notus. Auster. Libonotus. Africus. Zephyrus Fauonius. Corus, Caurus Argestes, Iapyx etc. Thrafcias forte et Circius.

Reflare ventus vento, vel aduersus flare dicitur aut e diametro, vt Septentrio et Auster; aut linea breuiori, seu chorda arcus, in circulo; vt Africus atque Eurus. Priori ratione fere vtitur Plin. 18, 34; altera Gell. 2, 22. et Apul. de Mundo p. 63.

Septentrio Aparctias. Boreas. Aquilo Mefes. Caccias. Apeliotes. Subsolanus. Eurus Vulturius. Euronotus Phoenicias, Notus. Auster. Libonotus. Africus. Zephyrus Fauonius. Corus, Caurus Argestes, Iapyx etc. Thrafcias forte et Circius.

- VERBENA, ac. f. [*θαλλία* Gloss. Lat. Gr. *θαλλός* Lex. Cyrilli. *Al. ἱεροβοτάνη*] *Proprie, ut ait Seruius ad Aen. 12, 120 Herba sacra, ros marinus, vt multi volunt, id est λιβανωτίς, sumpta de loco sacro Capitolii, qua coronabantur Feciales et Pater patratus foedera facturum, vel bella indicturi. Abusue tamen verbenas iam vocamus omnes frondes sacratas, vt est laurus, oliua et myrtus. Terentius (Andr. 4, 4, 5) Ex ara hinc fume verbenas: nam myrtum fuisse Menander testatur, de quo Terentius transtulit. Quidam sane veris proximi (i. probabiliter dicentes) Herbas verbenas dicunt. Alii certa ligamenta Verbenas volunt vocari. Haec Seruius. Similia Donatus ad Ter. l. c. Verbenas ait esse omnes herbas et frondes festas ad aras coronandas ex aliquo loco puro decerptas, quasi Herbenas. Nempe H et V saepe permutari, constat, et nos suo loco ostendimus. Add. Seru. ad Ecl. 8, 65. Schol. Hor. ad Od. 4, 11, 7 *ibidemque Cruquius.* Plin. 22, 2 f. 3 Auctores Imperii Romani, conditoresque inmensum quiddam et hinc (a furdis i. ignobilibus herbis) sumisere, quoniam non aliunde sagmina in remediis publicis fuere, et in sacris, legationibusque verbenae. Certe utroque nomine idem significatur, hoc est gramen ex arce, cum sua terra euulsium: ac semper e legatis, quum ad hostes, clarigatumque mitterentur, id est, res raptas clare repetitum, vnus vtique Verbenarius vocabatur. Plaut. Truc. 2, 5, 27 Fer huc verbenam mihi, tus et bellaria. Virg. Aen. 12, 120 Et verbenas tempora vincii. Cic. Verr. 4, 110 c. 50 Dies ille quo ego Ennam quum venissem, praesto mihi sacerdotes Cereris cum infulis ac verbenis fuerunt. Adolere pingues verbenas Virg. Ecl. 8, 65. Velare capita verbenas Propert. 4, 3, 57. Vincita castis verbenis ara Hor. Carm. 4, 11, 7. Vincii tempora verbenas Virg. Aen. 12, 120. *Vid.* Id. Georg. 4, 131. *Etiam apud Medicos generale nomen videtur.* Celsus 2, 33 *inter ea, quae reprimunt et refrigerant, ponit Verbenarum confusa cum teneris caulibus folia: cuius generis sunt olea, cupressus, murtus, lentiscus, tamarix, ligustrum, rosa, rubus, laurus, hedera, Punicum malum.* Id. 4, 15 Quoties defedit (qui torminibus laborat) subluere oportet aqua calida, in qua decoctae verbenae sint. *Et* 4, 16 *in re simili* Ex verbenis decocta in aqua defideat. *Add.* 6, 18, 9. Scribon. 142 ad Tenesmon, Proderit — fouere — verbenis ex (sic legi iubet Rhodius pro et) murti et oliuae ramulis factis ita, vt duae partes murti sint. Id. 205 Oportet imponere spongiam novam ex verbenis murto oleaque factis i. spongia noua implenda aqua decocta ex murto oleaque, quae verbenae sunt. *Add.* Comp. 232. Sic Plin. 15, 29 f. 36 Myrtica verbenas Romanos Sabinosque, cum propter raptas virgines dimicare voluissent, depositis armis purgatas etc. *Herbam sacram etiam simpliciter significat* Plin. 8, 5 de elephantis Victus vocem fugit victoris, terram ac verbenas porrigit. Conf. 22, 4 quem locum damus in HERBAM porrigare.*

VERBENĀTVS, a, um. Adi. Verbenis ornatus, ut vittatus, infulatus. Suet. in Calig. c. 27 Alterum, qui se periturum ea de causa vouerat, cunctantem pueris tradidit verbenatum infulatumque. Sic restituit ex veteribus libris, cum Verberatum mendose excudetur. Turnebus.

VERBENARIVS, i. m. Varro apud Non. 12, 38 Verbenarius ferebat verbenam, id erat caduceus pacis signum. Vid. Plin. loc. cit. in VERBENA.

VERBENĀCA, ac. f. [*ἑρὰ βοράνη, περιεργών*] Herba eadem, quae et Verbenā dicitur. Plin. 25, 9 f. 59 Nulla tamen Romanae nobilitatis plus habet quam Hierobotane (al. et Hard. Hierobotane. Optimum videtur discretim scribere Hiera Botane, ἑρὰ βοράνη). Aliqui peristerona, nostri Verbenacam vocant. Haec est quam legatos ferre ad hostes indicauimus. (22, 2 f. 3. vid. VERBENA) Hac Iouis mensa verri-
15 tur, domus purgantur, lustranturque. Genera eius duo sunt, Foliosa, quam feminam putant, Mas rarioribus foliis. Ramuli vtriusque plures, tenues, cubitales, angulosi. Folia minora quam quercus, angustioraque, diuisuris maioribus, flos glaucus, radix longa, tenuis. Nasci-
20 tur vbique in planis aquosis etc. Nam plura ibi sunt. Add. Id. 26, 5. 27, 4. Apul. de Herb. p. 271. Verbenaca nomen in Latinis scri-
ptoribus non rarum, qua ratione firmatum sit non apparet: proindeque Verbenatam dici debere Turnebus putat, cum praesertim verbenā gra-
men ex arce cum sua terra euulsam significet, quod gramen sacrum puta-
bant; et περιεργών, id est verbenata saepe sumeretur, et verbenā fieret,
25 et, ut ita dicam, verbenaretur. Quo factum est, ut verbenata etiam verbenā diceretur, cum verbenā proprie omnem herbam sacram significa-
ret: sed et ramos, quibus aras ornabant, aut adolebant. Virg. Ecl. 8,
13 Verbenasque adole pingues et mascula tura. Haec Turneb. 8,
23. Sed durum est ita multa loca mutare et nonne Pastinaca simili ter-
30 minatione est?

VERBENNA, Terra profcissa aratro, id est vomere actum, Vet. Gloss. Recte vidit Vulcanius, legendum esse Veruactum, v. v.

VERBER, ēris. n. [*μάστιξ, πληγή, αἰκίσμα*] Ictus, plaga, vel manu vel fuste, loro etc. impacta. Interdum instrumentum quodcumque
35 pulsandi videtur signare. Ter. Andr. 1, 4, 27 Verberibus caesum te in pristinum Daue dedam vsque ad necem. Verbera pellitus
Setosa mouebat arator Propert. 4, 1, 25. i. scuticam ex pelle cruda intel-
ligit Virg. Georg. 3, 106 Illi instant verbere torto, Et proni dant lora.
Cic. Verr. 5, 130 Ne catenae, ne verbera, ne secures, ne cruciatus fo-
40 ciorum, etc. Sed ictum s. plagam notat Martial. 14, 71 Sordida si flauo fuerit tibi puluere vestis, Colligat hunc tenui verbere cauda leuis.
Sic Iuuen. Sat. 13, 194

— Cum tamen hos tu

Euassisse putes, quos diri conscia facti
45 Mens habet attonitos, et surdo verbere caedit,
Occultum quatiēte animo tortore flagellum? Surdo ver-
bere, b. e. Occulto, tacito, nec ab aliis audito vel intellecto, quum inter-
ius a conscientia flagellatur. Tortorem vocat animum, quia tortoris
praestat officium. Malos enim sua punit et torquet conscientia. Plane
50 surdum verber ut Surdi ictus Plin. 19, 1 qui non exaudiuntur. Rursus
flagellum est. Increpuit ictu verberis equos Ouid. Met. 14, 821.
Lacerauit crudeli verbere mea terga Idem Fast. 2, 695. Mugit
crudo verberis forum Stat. Silu. 1, 1, 68. Saeuire verbere Ouid.
Met. 2, 399. Recto verbere saeuus Scorpius, Ictu caudae erectae
55 Lucan. 9, 838. Ter. Heaut. 2, 3, 115 Tibi erunt parata verba, huic
homini verbera. Liu. 2, 23 Inde ostentare tergum foedum re-
centibus vestigiis verberum? Densa verbera Stat. Theb. 6, 422.
Inania verbera Claud. in Ruff. 1, 49. Saeva verbera Virg. Georg. 3, 352.

¶ 2. Verborum formae: Accipere verberibus, Animaduertere verberibus, Castigare verberibus, Coercere aliquem verberibus, vid. hh. vv.
60 Cic. de Fin. 5, 55 c. 20 Videmus igitur, ut conuiescere ne infantes quidem possint: quum vero paullum processerint, lusionibus vel laboriosis delectantur, ut ne verberibus quidem Deterreri possint. Hor. Sat. 2, 7, 49
Excipere verbera turgentis caudae. Ferre verbera in aliquem Ouid.
65 Amor. 1, 7, 6. Ferre verbera alicuius Idem de Arte Am. 2, 533. For-
midare verbera Stat. Silu. 5, 3, 184. Multare aliquem verberibus
Tacit. Ann. 1, 32. Necare aliquem verberibus Cic. in Pison. 84.
Negare se verberibus Tibul. 2, 3, 86. Pati verbera Idem 5, 4, 66.
Pati lenta verbera Virg. Georg. 3, 208. Praebere manus verberibus
70 Ouid. de Arte Am. 1, 16. Scindentia verbera pectus Sil. 1, 171.
Sonant faeua verbera Virg. Aen. 6, 558. Stare ad verbera Ouid. Amor. 1,
6, 19. Subeunt verbera manus tenerae Idem Amor. 1, 13, 18. Linguae
patruae verbera, Obiurgationes Hor. Carn. 3, 12, 3. Radiorum ver-
bera Lucret. 5, 1103. Ventorum verbera vitare Lucret. 5, 955.

VERBERO, āre. [*τίπτω, μαστιγών, αἰκίζω*] Verbere cadere. Liu. 2, 41 Sunt qui patrem auctorem eius supplicii ferant eum cognita domi causa verberasse, ac necasse. Cic. de Fin. 4, 76 c. 27 Aeque peccat
(de Stoicorum sententia) qui parentem, et qui seruum iniuria verberat.
Cic. Verr. 5, 111 c. 43 Quae quum apud te diceret, virgis oculi
80 verberabantur. Catenis verberatus et post occisus Suet. Calig. c. 27. vid. b. l. Torrent. Cic. Verr. 3, 66 c. 26 Videtis pendere alios
ex arbore, pulsari autem alios et verberari, porro alios, etc. Man-
ifesto verberari, vid. MANIFESTVS. Manu ora verberat Propert. 2, 9, 10.
Me furtiuus subinde osculis verberabat Petron. c. 85
26. Cic. Philipp. 8, 20 c. 7 Quid ille ut faceret inducias? ante con-
sules, oculosque legatorum tormentis Mutinam verberauit; opus ostendebat,
munitionemque legatis. Vngula sonante vrbem verberat
eques Hor. Epod. 16, 12. Alas verberat hirundo Plaut. Bacch. 1, 1,
17. Aethera aquila verberat alis Virg. Aen. 11, 756. Auras
90 ictibus verberare Idem Aen. 5, 377. Lapidem verberare noli, ne
perdas manum Plaut. Curc. 1, 3, 41. Prouerb. Partem anteriorem
etiam aer verberat Lucret. 4, 936. Fluctus Sidera verberat vnda
Virg. Aen. 3, 423. Verberari sole, luna, imbre, ac ventis Plin. 14,
21. In vincula verberare, pro includere vinculis, dictum esse putat
95 Bynckersb. Obs. Iur. Rom. 1, 21 p. 89. Verberare, de Verbis etiam dicitur.
Hinc Nonius 1, 216 Verberare non solum a verberibus dictum, sed etiam a verbis.
Plaut. Amph. 1, 1, 177 Hinc enim mihi dextera vox aures ut videtur, verberat. Cic. Fam. 16, 26 Verberauit
te cogitationis tacito duntaxat conuicio. Vid. VERBERATVS, a, um.

VERBERANS, antis. Partic. Petron. c. 134 Arundo quassata verberantis impetum minuit.
¶ 2 Verberantes pro vapulantes Plaut. Truc. 4, 3, 3. Sed de emendendo laborant Salmaf. et Gron.
VERBERITO, āre. Saepē verberare. Festus, Verberitare idem
Cato frequentatine ab eo quod verbero dixit.

VERBERATVS, a, um. Part. Matrōna contumeliis verberata
105 Petron.

- Petron. c. 132. Vineae verberatae grandine Hor. Od. 3, 1, 29.
 Aures sermionibus verberatae Tac. Agric. 41, 4. Add. Sallust. Iug.
 c. 69. Curt. 4, 3, 6.
- VERBERĀTVS, ūs. m. [αἰκισμὸς] *Ipse verberatio.* Plin. 31, 3
 Si etiam expressa in altum, aut e sublimi deiecta, verberatu corripit 5
 aëra. *de qualitate aquarum.*
- VERBERATIO, ōnis. f. [αἰκία, γαβδεία] Cic. Fam. 16, 27 Mi-
 rificam mihi verberationem cessationis epistola dedisti. Conf. Dig.
 48 t. 19 l. 17.
- VERBERATOR, ōris. m. Prudent. Passione Cassiani v. 38 Do- 10
 netur ipsis verberator paruulis.
- VERBERABILIS, e. ior, issimus. Adi. [τυπτός] Plaut. Aul. 4,
 4, 6 Verberabilissime, etiam rogitas? non fur, sed trifur?
- VERBEREVUS, a, um. Adi. [τυπτός] *Quod est dignum ut verbe-
 retur.* Plaut. Perf. 2, 2, 2 Ain' vero verberereum caput? Idem 15
 Pseud. 4, 1, 7 Sed video eccum verbereream statuam. Add. Idem
 Capt. 5, 1, 31.
- VERBERO, ōnis. m. [μαστιγίαι] *Verberibus dignus.* Vid. Non.
 1, 117. Plaut. Amph. 1, 1, 128 Ain' vero verbero. Ibid. 2, 4,
 10 Tun' me verbero audes herum ludificariet? Conf. Id. Amph. 20
 1, 1, 25. et Cura. 1, 3, 40. Ter. Phorm. 4, 3, Apul. Met.
 8 p. 216 extr. Sestilii fundum a verberone Curtilio possideri Cic.
 Att. 14, 6. Vitiorum verberones, *eleganter dixit* P. Chrysolog.
 Serm. 5.
- VERBEROSVS, a, um. [μαστιγίαι] Gloss. Cyril. Verberosus, 25
 flagellaticius.
- VERBUM, i. n. [ἔπος, μῦθος, λόγος, ᾄσμα] a Verberatu, quod
 verberato lingua intra palatum aëre, omnis oratio promatur. Var-
 ro a Veritate deducit, quod verum nos loqui oporteat. Verba
 primigenia, declinata Varro L. L. 5, 5. Ter. Andr. 5, 2, 19 Ver- 30
 bum si addideris. Idem Hecyr. 3, 1, 33 Fortasse vnum aliquod
 verbum inter eas iram hanc conciuerit. Cic. de Orat. 2, 130 Ne-
 que enim quoties verbum aliquod est scribendum nobis, toties eius
 verbi literae sunt cogitatione conquirendae. Idem in Topicis 35
 c. 8 Verba sunt rerum notae. Ex omnibus Latinis verbis huius
 verbi (*loquitur de nomine ineptus*) vim vel maximam putavi Cic. de
 Orat. 2, 27 c. 4. Verbum voluptatis, non habet dignitatem Cic.
 de Fin. 2, 75. Verbum et res sibi interdum opponuntur. Quum hoc
 verbo et simulatione Apronio, reuera tibi obiectum esset Cic. Verr. 3
 c. 58. Causam apud Philippum regem verbo, re ipsa quidem apud 40
 Polyperchontem dicere iussus est Nep. 19, 3, 3. Moriens Brutus
 dixit, virtutem non in re, sed in verbo tantum esse Flor. 4, 5, 11.
 Add. Plaut. Amph. 1, 1, 25. Sic, Verbotenus Liu. 34, 5. Ter.
 Phorm. 3, 2, 32 Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, condu-
 plicauerit. D. verba istaec sunt. Add. Id. Eun. 1, 1, 22. Cic. 45
 in Pison. 65 c. 27 Existimatio, dedecus, infamia, turpitudine, verba sunt
 atque ineptiae. Verba sine penu et pecunia Plaut. Capt. 3, 1, 12.
 Re intellecta in verborum vsu faciles esse debemus Cic. de Fin. 3 c. 16
 pr. Etsi hoc verbo scio reges laudari non solere Cic. pro Deiot.
 c. 9. i. *nomine frugalitatis.* Cic. de Legib. 3, 14 Veteres verbo 50
 renus acute illi quidem, sed non ad hunc vsuum popularem, atque ciui-
 lem de Rep. diserebant. Vno verbo Ter. Phorm. 1, 4, 20. Ca-
 to R. R. c. 157. Cic. Phil. 2 c. 22. Ora peruia verbis Ouid.
 Met. 5, 194. ¶ 2 *Substantia:* Ambage nouorum verbo-
 rum obscurum carmen Ouid. Met. 14, 57. Asperitas verborum Id. 55
 ibid. 14, 526. Cic. in Brut. 164 Orator autem vltis eius aequali-
 bus proximus optimis numerabatur Curio propter verborum Bonita-
 tem, vt ante dixi, et expeditam ac profluentem quodam modo celerita-
 tem. *Paullo ante dixerat:* Itaque in Curione hoc verissime iudicari potest, nulla re vna magis oratorem commendari, quam verbo- 60
 rum splendore et copia. Collocatio verborum Quinctil. 1, 10.
 Comprehensio verborum, *vid.* Periodus et Verborum comprehensio
 in COMPREHENDO. Concinnitas verborum Cic. in Orat. 149.
 Copia verborum Quinctil. 1, 8. Copia casta verborum Lucret. 4,
 514. Delectus verborum, origo est eloquentiae Cic. de Clar. 65
 Orat. 253. Deriuatio verborum Quinctil. 3, 7. Doctrina
 verborum, *vid.* Vera et absoluta eloquentia, in ELOQVOR. Ele-
 ctio verborum Quinctil. 1, 12. Elegantia verborum Idem 1, 8.
 Grauitas verborum Quinctil. 1, 3. Iactatio verborum, *vid.*
 IACTATIO, in IACIO. Iaculatio verborum Quinctil. 6, 3. 70
 Immutationes verborum, *vid.* IMMVTATIO, in IMMVTO. Cic.
 de Orat. 2, 91 Fufius neruos in dicendo C. Fimbriae, quos tamen ha-
 buit ille, non assequitur; oris prauitatem, et verborum latitudinem
 imitatur. Nerui, *sunt robur orationis.* Oris prauitas, oris contorta de-
 formitas. Verborum latitudo, *vasta ac rustica literarum expressio.* 75
 Magnificentia verborum Quinctil. 3, 8. Maiestas verborum Cic.
 in Orat. . . . Murmura verborum Ouid. Met. 10, 382. Splendor
 verborum Cic. in Brut. 164. *Vid. paullo ante,* Bonitas verborum.
 Summa verborum Ouid. Met. 14, 815. ¶ 3 *Epitheta:*
 Balba verba Hor. Serm. 1, 3, 274. Blanda verba, *vid.* BLANDVS. 80
 Ouid. in Ibin 234 Latrat et in toto verba canina foro. Castren-
 se verbum, *vid.* CASTRENSIS, in CASTRVM. Carum ipsum
 verbum est amoris, ex quo amicitiae nomen est ductum Cic. de N. D. 1, 123.
 Certa verba, *vid.* CERTVS. Composita verba, *vid.* COMPONO. Confusa
 verba Ouid. Met. 2, 666. Consulta verba, *vid.* CONSVLTVS 85
 in CONSILIVM. Contumeliosissimum verbum Quinctil. 2, 12.
 Durum verbum, insolens et humile Cic. de Clar. Orat. 273. Exa-
 nimata exiliter verba, *vid.* EXANIMATVS, in EXANIMVS.
 Execrantia verba Ouid. Met. 5, 105. Expressa et sensu tineta ver-
 ba Quinctil. 4, 2. Exquisita verba Idem 4, 2. Grandia 90
 verba Perf. Sat. 3, 45. Grauius verba, plena, sonantia, iuncta, facta,
 cognominata, non vulgata, superlata, in primisque translata, nec in sin-
 gulis verbis, sed in continentibus soluta etc. Cic. in Partit. 53 c. 15.
 Grauius erit tuum vnum verbum ad rem, quam centum mea Plaut.
 Trin. 2, 2, 107. Grauius verba Quinctil. 3, 6. Cic. in Brut. 95
 68 *de Catone,* Antiquior est huius sermo, et quaedam Horridiora ver-
 ba, ita enim tum loquebantur, hoc est, intomta, breuia, non operosa,
 vt ait Gell. 10, 3. Inania verba, *vid.* INANIS. Incomta ver-
 ba Gell. 10, 3. Indignantia verba Ouid. Met. 6, 584. Indo-
 mita verba Senec. Agamem. f. 13. Ingentia verba, *Magnifica* Ouid. 100
 Met. 13, 341. Inopinata verba, *vid.* INOPINANS. Inornata
 verba Hor. de Arte Poët. 234. Inquinatum verbum, abiectum,
 non aptum, durum longe petitum Cic. de Opt. Gen. Orat. 7. In-
 solens verbum, *vid.* INSOLENS. Intrepida verba Senec. Hippol.
 5. Inuersa verba, *vid.* INVERTO. Lenia verba Ouid. Amor. 105

- 2, 1, 22. Libera verba Propert. 4, 12, 90. Lucifica verba Senec. Theb. 1. Luculentiora verba, *vid.* LUCULENTVS, in LVX. Lugubre verbum, *vid.* LVGVBRIS, in LVGEO. Magnifica verba, *vid.* MAGNIFICVS, in MAGNVS. Mala verba, *vid.* MALVS.
- 5 Medentia verba Stat. Silu. 2, 1, 5. Minantia verba Ouid. Met. 5, 669. Natiua verba, Nauticum verbum, Nitida verba, Nostratia verba, *vid.* ff. 4. Noua fictaque verba Hor. de Arte Poët. 52. Plin. Epist. 4, 14 Ex quibus tamen si nonnulla tibi paulo insolentiora videbuntur, erit eruditionis tuae cogitare, summos illos grauiissimos viros, qui talia scripserunt, non modo lasciuia rerum, sed ne verbis quidem Nudis abstinuisse. Nudis, *i.* Nulla circumlocutione verecunda testis. Nuntia verba Valer. Argon. 1, 440. Nupta verba, *vid.* NVBO. Obscura verba Senec. Theb. 1. Obsoleta et Barbara verba, *vid.* OBSOLETVS, in OBSOLEO. Quantia verba, *Elata et magna* Sil. 8, 266. Perabsurda verba, *vid.* h. v. Perplexata verba Senec. Hippol. 8. Praenuntia verba cladis Ouid. Met. 3, 191. Praescriptis verbis, *vid.* PRAESCIBO. Profana verba Ouid. Trist. 3, 5, 48. Propria, vsitata verba, noua, prisca, inusitata Cic. in Orat. 80 c. 24. Propria, significantia, et non sordida
- 20 verba Quinctil. 4, 2. Publica, *vid.* h. v. Saena verba Hor. Epod. 12, 13. Sesquipedalia verba Idem de Arte Poët. 97. Simulata verba Virg. Aen. 1, 714. Significantia Quinctil. 4, 2. Singultantia verba Stat. Silu. 5, 5, 26. Sobria verba, *vid.* SVBNOTO. Solantia verba Ouid. Met. 11, 685. Sollemnia verba Id. ibid. 10, 4. *vid.* SOLLEMNIS. Sonantia verba Plin. Epist. 1, 6. Speciosis verbis aliquid narrare Patere. 2. Splendidioribus verbis utebatur Curio Cic. in Brut. 124. Suadentia verba Stat. Theb. 11, 435. Suspensa semper et obscura verba Tacit. Ann. 1, 11. Tristia verba Hor. de Arte Poët. 105. Vana verba Ouid. Met. 13, 263.
- 30 Violenta verba Idem ibid. 13, 717. Vulgaria et quotidiana verba Quinctil. 4, 2. ¶ 4 Verba: Aberrare verbo aut nutu Cic. de Arusp. Resp. 23. Abstinere verbis, Abstine verbo inuidia, Accedit verbum ad aures, Accidit in te istud verbum, Accipere verbum et verbis, *vid.* hb. vv. Accommodare rebus alicui verba
- 35 Quinctil. 6, 1. Sil. 13, 719 Appellare viros erat ardor, et Addere verba. Addam non amplius verbum Hor. Serm. 1, 1, 121. Addere periuria falsis verbis Ouid. Met. 11, 206. Adigere in verba, *vid.* ADIGO. Affari aliquem blandis verbis Stat. Achil. 1, 383. Anhelata verba, *vid.* ANHELO. Aptare verba rebus Quinctil. 3, 8. Arripere verba de foro, *vid.* ARRIPIO. Aucupari verba, vel vim verborum, *vid.* AVCVPOR. Aucupari verba rumoris Senec. Theb. 2. Auferre alicui vsu verborum Ouid. Met. 14, 99. Cadentia verba tollere, *vid.* CADO. Capta verbis puella, *Decepta* Ouid. de Arte Am. 1, 458. Cauillari verba alicuius
- 45 Tacit. Ann. 1, 46. Claudere verba pedibus Hor. Serm. 2, 1, 28. Claudere verba modis imparibus, *Scribere elegias* Ouid. ex Pont. 4, 16, 36. Coagmentare verba, *vid.* COAGMENTO. Cogere verba in pedes, *Carmina scribere* Ouid. Trist. 5, 12, 34. Cogitare ad verbum, *vid.* COGITO. Conflitari verbis, *vid.* CONFLICTO.
- 50 Coniicere verbum in interdictum, *vid.* CONICIO. Conferere verba Stat. Silu. 2, 1, 5. Consistere cum aliquo verbis, Confuescere verbis idoneis, Contendere inter se verbis, *vid.* hb. vv. Confici verbis grauibus ab aliquo et trucidari Cic. de Arusp. Resp. 2. Commemorare verbis, *vid.* h. v. Committere verba tabellis, *Scribere in tabellis* Ouid. Met. 9, 585. Commutare verba, *vid.* COMMVTO. Compellere aliquem amicis verbis Virg. Aen. 2, 372. Compestere verba Senec. Med. 3. Complecti vno verbo, Comprehendere verbis, *vid.* ff. 4. Ouid. Met. 10, 290 Tum vero Paphius plenissima Concipit heros Verba, quibus Veneri grates agit.
- 60 Concipere verba iusiurandi Tacit. Hist. 4, 31. Conferre verba in pauca, Conferre verba ad rem, *vid.* CONFERO. Contendere fictis verbis Ouid. Met. 13, 9. Continuare verba Quinctil. 4, 1. Conueniunt vtriusque verba, *vid.* CONVENIO. Credere verba alicui, *vid.* CREDO. Decepta sum tuis et amans, et femina verbis Ouid. Epist. 2, 65. Depromere verba Quinctil. 6, 3. Defunt verba animo Ouid. Met. 3, 231. Dicere ad verbum Suet. Caes. c. 30. Dicere excusantia verba Ouid. Met. 9, 215. Dicere nouissima verba Virg. Aen. 4, 650. Dicere precantia verba Ouid. Met. 7, 590. Dictata ab aliquo verba Idem Epist. 20, 29. Dare verba alicui Ouid. Epist. 16, 237. *Vid.* DO. Ouid. Epist. 2, 25 Demophon, ventis et verba et vela dedisti; Veta queror reditu, verba carere fide. Dare verba in ventos Idem Amor. 1, 6, 42. Domare horrida verba, *coercere linguam maledicam* Tibul. 1, 5, 6. Ducere verbum ex verbo Quinctil. 1, 6. Effingere verba alicuius Id. 1, 1. Tacit. Histor. 1, 55 Quartam et duodeuicesimam legiones, paucis seditionis auctoribus, non ultra verba ac voces Errasse, et breui in officio fore. *Simili sensu* Curt. 7, 1, 25 Vtinam, inquit; Philotas quoque intra verba peccasset. *Et* Intra verba desipere, Celfo 3, 18 est Non ultra verba desipere. Est nil opus verbis Lucret. 5, 264. Exasperare rem verbis Quinctil. 4, 2. Exaudi verba mea Senec. Hippol. 1, 12. Excerpta ad verbum Sueton. Aug. c. 89. Id si potes, vno verbo Expedi Ter. Phorm. 1, 4, 20. Exponere rem verbis Lucret. 1, 833. Idem 3, 964. Exprimere verbum de, vel e verbo, *Ad verbum transferre* Ter. in Prol. Adelph. 11. Cic. Acad. 4, 17 Nec definiri aiebant necesse quid esset cognitio, aut perceptio, aut (si verbum e verbo volumus) comprehensio. Facere multa verba, *vid.* MVLTVS. Nunquam cuiquam nostrum verbum Fecit Ter. Andr. 1, 2, 4. *i. dixit obiurgandi causa.* Facere rata verba alicuius Ouid. Met. 4, 387. *Al. Vota.* Facere verba mortuo, *Prouerbialis locutio* Ter. Phorm. 5, 9 (8) 26. *i. Operam ludere.* Fingere verbum aliquod Quinctil. 1, 1. Flectunt animos verba precantia Ouid. Met. 2, 482. Formare recte verba Quinctil. 1, 12. Frangere alicuius verba indomita Senec. Agamem. Fundere verba Ouid. Met. 7, 248. Hortari aliquem verbis Hor. Epist. 2, 2, 35. Iacere verba Ouid. Met. 15, 780. Iactare mitissima verba alicui Idem Met. 2, 816. Incessere aliquem amaris verbis Sil. 11, 209. Incidere verba ceris Ouid. Met. 9, 528. Inclusa verba pectore Valer. Argon. 4, 372. Includere verba versu, *vid.* INCLVDO. Inclusa modis verba Stat. Silu. 4, 4, 11. Inculcare verba Graeca, *vid.* INCVLCO. Incurrere verbis in aliquem, *vid.* INCVRRO. Infarcire verba, *vid.* INFARCIO. Ingerere verba et vocem, *vid.* INGERO. Inhaerere verbis Quinctil. 7, 2. Interponere verbum vllum, *vid.* INTERPONO. Interpretari verbum priscum et insolitum, *vid.* INTERPRETOR. Iterare verba, *vid.* ITERVM.
- 105 Iungere verba, *vid.* IUNGO. Iurgari verbis Hor. Serm. 2, 2, 100.

100. Iurare in verba alicuius Idem Epod. 15, 4. Iurare in verba aliqua, Iurare conceptis verbis, *vid.* IVRO. Plin. Epist. 2 Ne verbo quidem Labitur. Lenire aliquem molli- bus verbis Hor. Epod. 5, 84. Loqui diserta verba Propert. 3, 23, 6. Loqui meditata verba Stat. Silu. 2, 1, 74. Loqui modesta verba Ouid. Amor. 3, 14, 16. Ministrat verba vinum Hor. Epist. 1, 15, 20. Modulanda verba fidibus Idem Epist. 2, 2, 143. Mouent aliquem blanda verba Ouid. Met. 6, 360. Mouere odia verbis Virg. Aen. 2, 96. Niti verbis Quinctil. 3, 6. Notare verba memori animo Ouid. Met. 14, 913. Nuncupare verbis, *vid.* NVNCVPO. 10 Obuoluere vitium decoris verbis Hor. Serm. 2, 7, 42. Onerantia verba lassas aures Idem ibid. 1, 10, 10. Parcite verbis male ominatis Hor. Carm. 3, 14, 12. Peccare verbo aliquo Ouid. Amor. 2, 16, 11. Perdere verba, *Frustrat loqui* Senec. Theb. 1. Dicerem iucundus, nisi id verbum in omne tempus Perdidiſſem Cic. Fam. 5, 15. Perdere verba non proficientia Ouid. Trist. 1, 2, 13. Perhibere verba, *vid.* PERHIBEO. Perferre verba alicuius ad alium Ouid. Epist. 20, 10. Permittere verba, re hortari Cic. Verr. 4, 67. Idem in Brut. 141 Schemata quae vocant Graeci, ea maxime ornant oratorem, eaque non tam in verbis Pingendis habent pondus, quam in illuminandis sententiis. Pingendis. *b. e.* Ornandis, *distinguen- dis.* Hinc Cicero Att. 2, 1 Librum suum totum Isocratis *μυροδμητων*, atque omnes eius discipulorum arculas, ac nonnihil etiam Aristotelica pigmenta consumfisse, ait, *vid.* PIGMENTVM. Posita verba in vsu quotidiano Quinctil. 2, 10. Portare verba alicuius Ouid. 25 Met. 2, 744. Premere aliquem verbo Cic. Tusc. 1, 13. Pro- fundere verba ventis Lucret. 4, 929. Promittere verbis Quin- ctil. 4, 1. Prosequi aliquid verbis ante praeparatis Idem 2, 4. Cic. Verr. 3, 26 Si haec edicta non ex ipsius tabulis totidem verbis Re- citare possem, sicuti faciam, da quaeso scribae recitet ex codice. Red- arguere verba alicuius Virg. Aen. 11, 681. Reddere verba, *Respon- dere* Ouid. Met. 9, 28. Reddere verbum verbo *interpretari*, Hor. de Arte Poet. 133. Cic. de Opt. Gen. Orat. 14 Conuerſi enim ex At- ticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter se contra- rias, Aeschinis, Demosthenisque: nec conuerſi vt interpreſ, sed vt 35 orator, sententiis iisdem, et earum formis tanquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem aptis, in quibus non verbum pro verbo necesse habui Reddere, sed genus omnium verborum, vique seruari. Eis- dem verbis, siue ad verbum Reddere, quod cogitauimus Cic. de Clar. Orat. 301. Quinctil. 10, 6. Relinquit verbum iaculata in ambiguo 40 Lucret. 4, 1131. *dixit, quod torquet amatorem ambiguitate.* Relin- quere imperfecta verba Ouid. Met. 1, 526. Repetere verba Ouid. Epist. 20, 9. Respondere verbum verbo Ter. Phorm. 1, 4, 36. Re- tentare intermissa verba Ouid. Met. 1, 746. Retenta verba dolore Idem ibid. 10, 474. Rogantia verba mittere Id. Epist. 20, 33. So- 45 cianda verba chordis Hor. Carm. 4, 9, 4. Sordent verba Stat. Silu. 5, 5, 51. Spernere verba alicuius Ouid. Met. 5, 669. Sumunt verba ius ab auctoribus Quinctil. 1, 4. Trahere verba largis cum fletibus Sil. 8, 79. *tarde et interrupto sermone loqui.* Trahere verba de verbis Quinctil. 9, 4. Cic. Att. 6, 2 Itaque istum ego lo- 50 cum totidem verbis a Dicaearcho Tranſtuli, *i. conuerſi.* Trans- lata verba ea dico, quae per similitudinem ab alia re aut suauitatis, aut inopiae causa transferuntur: mutata, in quibus pro verbo pro- prio subiicitur aliud, quod idem significet, sumptum ex aliqua re con- sequenti. Cicero in Orat. 92. Translatum audacius verbum 55 Quinctil. 4, 1. Trucidari verbis grauibus ab aliquo Cic. de Arusp. Resp. 2. Vexare aliquem verbis Lucret. 5, 164. Vincere verbis aliquid, *Verſibus describere* Virg. Georg. 3, 289. Volat fe- mel emissum irreuocabile verbum Hor. Epist. 1, 19, 71. Volutare secum verba alicuius Ouid. Met. 1, 389. Vulnerari verbis graui- 60 bus ab aliquo Cic. de Arusp. Resp. 2. Vti minoribus verbis Ouid. Met. 6, 151. Vti petulantibus verbis Idem Epist. 15, 245. ¶ 5 *Obſeru.* Verbum, *Proverbium, vulgare dictum* Plaut. Most. 3, 2, 104. Ter. Adel. 5, 3, 17 Non aequum dicis, non, nam vetus verbum hoc qui- dem est, communia esse amicorum inter se omnia. Idem Andr. 2, 5, 65 15. et Eun. 4, 5, 6. Plaut. Poen. 1, 1 pr. *Pro Tota sententia, vel ora- tione adeo:* Ego vehemens ille consul, qui verbo ciues in exilium eiicio Cic. Catil. 2 c. 6. *Add. ibid. p. p.* Miseram me! quod verbum audio! Ter. Andr. 1, 5, 6. *i. ἀξίωμα, sec.* Donat. Ter. Andr. 5, 3, 14 Olim istuc olim, quum ita animum induxti tuum, quod 70 cuperes, aliquo pacto efficiendum tibi, eodem die istuc verbum vere in te accidit. Idem Eun. 1, 2, 95 Vtinam istuc verbum ex animo ac vere diceres. Idem Adel. 5, 8, 30. Suet. Caes. c. 13. Quid istuc verbi est? Plaut. Cist. 2, 3, 61. *b. e. Quid sibi volunt haec verba.* Bona verba quaeso, *vid.* BONVS. Verbis meis salutem ei adscri- 75 bito: *b. e. Meo nomine.* Plaut. Bacch. 3, 3, 82 Scribe salutem tuo patri verbis meis. *conf. ibid. 4, 4, 79.* Cic. Att. 16, 11 Atticae, quoniam hilarula est, meis verbis suauium des. Dare munera verbis alte- rius; Nep. 17, 8, 4. Plaut. Bacch. 4, 87 Tu aurum rogato, caeterum verbum sat est. *Vid.* Idem Truc. 2, 8, 14. Verbi gratia, et Verbi 80 causa, *quod et Exempli gratia dicitur in eandem significationem* Cic. de Fato 12 c. 6 Si quis, verbi causa, oriente Canicula natus est, is in mari non morietur. Sic de Finib. 5, 30 c. 11 Verbi gratia, Propter voluptatem nos amemus. Idem Verr. 2, 129 c. 52. et Tusc. 1, 12. et Lucret. 3, 423. Ad verbum, *vid.* AD. In haec verba, *vid.* 85 IN. Virg. Aen. 6, 547 Tantum effatus, et in verbo vestigia tor- sit. *b. e. Simul cum ultimo verbo se auertit.* Verbum, *Pars ora- tionis grammaticae, in qua omnis vis orationis est: de qua abunde apud Grammaticos.* Quinctil. 9, 4 Verbo sensum claudere, si compositio 90 patiatur, optimum est.
- VERBIFICO, unde
- VERBIFICATIO, ōnis. *f.* Caecil. apud Donat. in Ter. Eun. 4, 4, 4 Quid tibi aueupatio est argumentum, aut de meo amore verbificatio est patri?
- VERBIGNA, ae. m. *i.* Christus, verbo patris natus, et ipse Ver- 95 bum. Prudent. Cathem. 3, 2.
- VERBIGERO, are. [*λογοναῖω* Gloss. Lat. Gr. *διαλέγομαι*] Verba facere. Apul. Apol. p. 321, 3 Nimis multa est oratio, si velimus memo- rare, quae ego contra responderim, quamdiu et quoties inter nos ver- bigeratum sit. 100
- VERBILEVIS, e. *Legebatur olim a Scalig. ap.* Propert. 2, 4, 28: at Brouckhus. forma leuis.
- VERBILOQVIVM, i. n. Fulgent. Mythol. 1 Aristotelis fyllo- gisticum verbiloquium.
- VERBIVELITATIO, ōnis. *f.* Plaut. Afin. 2, 2, 41. *sec. Meurf.* 105 Crit. Exerc. P. 2. p. 31.

VERBĀLIS, e. Adi. [*ῥηματικὸς*] *Quod a verbo descendit, ut Lector a Lego, Doctor a Doceo. Dicitio Grammaticis familiaris. Ili-dor. 1, 6. Aliter Fulgent. Mythol. 1 Mulierum verbalibus vndis et caudidici cedant: et iterum ibid.*

5 **VERBOSVS**, a, um. Adi. [*πολύμυθος, ἀμετροπειής*] *Quod verbis abundat. Cic. Fam. 7, 3 Habes epistolam verbosiozem fortasse quam velles. Conf. Nep. 25, 20, 2. Commendatio Phaedr. 2 Prol. v. vlt. Commentarii verbosi Gaius in l. j. D. de orig. iuris. Fo- rum verbosum Ouid. Trist. 3, 12, 18. Homo omnium verbosissi- mus Vopisc. in Firmo c. 1. Leges verbosae Ouid. Amor. 1, 15, 5.*

10 **VERBOSISSIMI** Quinctil. 2, 4. *Loquela verbosa Catull. in Ca- merium f. 53 (56) 20. Verbosi et fatui Catull. 99, 2. Fatui a fando. Cic. pro Muraen. 30 c. 14 Non solum ista vestra verbosa Simulatio prudentiae, sed etiam ipsa illa domina rerum sapientia.*

15 **VERBOSE**. Adu. [*πολυμύθως*] *Multis verbis. Cic. pro Mu- raen. 26 c. 12 Satis verbose, sed quid postea? Et Fam. 7, 3 Haec ad te scripsi verbosius. Rem non pigebit verbosius Persequi Plin. 19, 8. Adhibere discrimina verbosius Quinctil. 2, 15. Expo- nere aliquid verbosius Id. 3, 11 extr. Conf. Id. 12, 8.*

20 **VERBOSITAS**, atis. f. *Firmicus 6, 11, Therites fuit debilis, ridiculus, et garrula verbositate semper impatiens. Vitium fe- nile, verbositas Symmach. Epist. 8, 48. Conf. Prudent. Rom. v. 551.*

VERCELLAE, arum. f. [*Ὀυερκέλλαι*] *Vrbs Italiae Transpa- danae, in regione vndecima Taurinis vicina, ut scribit Plin. 3, 17.*

25 **VERCELLENSIS**, e. Adi. *Vt, Vercellensis ager Plin. 23, 7.*

VERE, vid. VERVS.

VERECUNDIA, ae. f. [*αἰδώς, αἰσχύνη, αἰσχυντηλία*] *Pudor: licet Donatus ad Ter. Andr. 4, 1, 13 Pudorem esse dicat mali facti: Ve- recundiam recti et honesti. Cic. pro Quint. 39 Homo timidus, virginis verecundia. Id. Off. 1, 93 Verecundia, et quasi quidam ornatus vitae. Sic in Partit. 79 c. 23 Custos vero virtutum omni- um, dedecus fugiens, laudemque maxime consequens, verecundia est. Sine verecundia nihil potest esse rectum, nihil honestum Cic. Off. 1, 148*

30 *c. 41. Conf. Id. de Amic. c. 21. Verecundia bonum in adolescente signum Sen. Epist. 11. conf. Ambros. Off. 1, 17. Timiditas imita- tur verecundiam Cic. in Partit. 81. Verecundia, in quantum vitiosa, est timor quidam reducens animum ab iis, quae facienda sunt, vnde confusio et coepti poenitentia, et subitum silentium Quinctil. 12, 5, 3.*

35 *Verecundia, vitium quidem, sed amabile, et quod virtutes facillime generet Quinctil. 12, 5 pr. Cic. de Finib. 4, 18 Hoc solum ani- mal natum est pudoris et verecundiae particeps. Aetatis verecun- dia Liu. 1, 3. i. Reuerentia. Diuus Augustus carmina Virgilii cre- mari contra testamenti verecundiam vetuit Plin. 7, 30. Sueton.*

40 *Domit. c. 18 Commendari se verecundia Oris adeo sentiebat, etc. Ve- recundia oris, i. Vultu modesto, ruboris pleno. Adducere in ve- recundiam Liu. 1, 21. Verecundiae fines, qui semel Transit, il- lum gnauiter impudentem esse oportet. Cic. Fam. 5, 12, 10. Cepit eum verecundia, vid. CAPIO. Tardatus verecundia Quinctil.*

45 *1, 3. Verecundia in rogando Cic. Qu. Fratr. 3, 1. Plin. Epist. 7, 2 Causas summa fide, pari constantia, nec verecundia minore de- fendit. A verecundia, i. Prae verecundia, vid. A, vel AB.*

VERECUNDVS, a, um. Adi. [*αἰσχυντηρὸς, αἰδήμων*] *Pudens, de- riuatum a Vereor; ut ab Iuno iucundus. Plaut. Afin. 5, 1, 6 Decet*

50 *verecundum esse adolescentem. Cic. de Legib. 1, 50 c. 19 In- nocentes ergo et verecundi sunt, vt bene audiant, et vt rumorem bonum colligant, erubescunt: pudici etiam loqui de pudicitia. Cic. Phi- lipp. 12, 11 c. 5 Verecundiozemque coram putamus, in postulando fo- re, quam fuerit tum, cum misit mandata ad Senatum? Id. de Orat.*

55 *2, 36 Habetis sermonem bene longum hominis, vtinam non impu- dentis: illud quidem certe, non nimis verecundi. Cic. in Orat. 81 Nec in faciendis verbis erit audax, et in transferendis verecundus et parcus, et in priscais reliquisque ornamentis et verborum et senten- tiarum demissior. Color verecundus Hor. Epod. 17, 21. De- cor verecundus Stat. Silu. 2, 1, 136. Cic. Philipp. 2, 47 Tu autem*

60 *eo liberior, quod ea in te admisisti, quae a verecundo Inimico audire non posses. Oratio casta, verecunda, virgo incorrupta quodam- modo Cic. in Orat. 74. Pudor verecundus Ouid. Trist. 4, 4, 59. Puellae verecundae Id. Amor. 1, 5, 7. Puer verecundissimus Pe- tron. c. 25. Add. Id. c. 101. Rubor verecundus Ouid. Met. 1, 484.*

65 *Cic. Fam. 16, 17 Nam et doctrina, et domus, et ars, et ager etiam fide- lis dici potest, vt sit, quomodo Theophrasto placet, verecunda Tra- latio. Verba parum verecunda Quinctil. 10, 1. i. Obscena. Vita verecunda Ouid. Trist. 2, 354. Vultus verecundus Id. Met. 14,*

70 *75 840. Verecundum est dicere, i. pudet Quinctil. 7, 10. Compar. Verecundiores partes Arnob. 4 p. 133. Add. Cic. Fam. 9, 5. et 7, 33. Tertull. de Poenit. c. 10. Superlat. Epigramma verecundissimum Gell. 1, 24 extr. In gerendis honoribus verecundissimus Pompeius Vell. 2, 33, 3. conf. Sen. Contr. 3, 22. et 7, 30.*

75 **VERECUNDE**. Adu. [*αἰδημόνως*] *Cic. de Finib. 5, 6 c. 2 Tum ille timide, vel potius verecunde, Facio, inquit, equidem. Id. de Finib. 2, 115 c. 34 Cyrenaici quidem non recusant, vestri haec vere- cundius, illi fortasse constantius. Modeste ac verecunde Liu. 26, . . . Gratulari alicui nimis verecunde Cic. Fam. 7, 2. conf.*

80 *ibid. 5, 12. Producentibus eam verecunde Reluctans Curt. 6, 2, 6. Add. Cels. 6, 18. Gell. 17, 13. Loquor iam dudum verecundius hac de re Cic. de Orat. 1, 171 c. 57.*

VERECUNDITER. Adu. *antiquum. Pomponius Macco, Virgi- nem praeteriens vidit duos fenestras, vnum verecunditer non ducentem discipulum, verum scalpentem nates Non. 11, 59.*

90 **VERECUNDOR**, ari. [*αἰσχύνομαι, ἐγκαλύπτομαι*] *Verecundia teneri. Verecundatur ἐντρέπεται Gloss. Plaut. Trin. 2, 4, 77 Vere- cundari neminem apud mensam decet: Nam ibi de diuinis atque hu- manis cernitur. Cic. de Orat. 2, 240 c. 61 Nam quod Sp. Carullio grauiter claudicanti ex vulnere ob Remp. accepto, et ob eam causam verecundanti in publicum prodire, mater dixit. Cic. in Hortens. Hi nostri amici verecundantur capti splendore virtutis. Ex No- nio. Literae tuae verecundari me faciunt Ambros. Epist.*

95 *8, 73. Cunctantem et verecundantem incitare Cic. de Orat. 3 c. 9.*

VEREDVS, vid. VERAEDVS.

VEREOR, veritus sum, eri. [*αἰδέομαι, αἰσχύνομαι, ἐυλαβέομαι, Ve- reor, ἐντρέπομαι, ὑφορῶμαι. veretur, φορεῖται Gloss. Vet.] Timere. Proprie liberorum est, qui honesti gratia mouentur. Verum non*

100 *est perpetuum: sed saepe ad metum cuiuscunque mali refertur. Cic. pro*

pro Planc. 29 c. 12 Is patrem veretur vt deum. Id. de Senect. 81 Vos tamen deos verentes, qui hanc omnem pulchritudinem tuentur et regunt, memoriam nostri pie inuioleatque feruabitis. Auctor ad Herenn. 4, 49 Licentia est, cum apud eos, quos aut vereri, aut metuere debemus, tamen, etc. Pro timere, Saeua quid in placidis saxa vereris aquis? Ouid. ex Pont. 3, 6, 44. Metuebant eum ferui, verebantur liberi Cic. de Senect. 37 c. 11. Conf. Plaut. Amph. Prol. v. 22 seq. Donat. ad Ter. Andr. 3, 2, 16. Bella vereri Ouid. Trist. 5, 10, 26. Cic. Verr. 3, 47 Et quod caput est rei frumentariae, campus Leontinus, cuius antea spes haec erat, vt quum oblitum vidisses, annonae Caritatem non vererere. Conspectum patris vereri Ter. Phorm. 2, 1 pr. Cic. de Orat. 1, 113 Perge vero Crasse, inquit, Mucius; istam enim Culpam quam vereris ego praestabo. Pauperiem veritus Hor. Epist. 1, 10, 39. Reprehensionem doctorum vereri Cic. in Orat. 1. Verbera vereri Ouid. Epist. 20, 77. Cic. Acad. 4, 138 c. 45 Vos autem mihi veremini, ne labar ad opinionem, et aliquid adsciscam, et comprobem. Add. Id. Att. 6, 1. Nauibus veritus Caes. Bell. Gall. 5 c. 9. Ter. Andr. 3, 4, 3 Ego dudum non nihil veritus sum Daue abs te ne faceres idem, quod vulgus seruorum solet, dolis vt me deluderet. vid. Donat. Auctor ad Herenn. 2, 28 c. 19 Ergo et metus periculi hortabatur cum interimere, a quo supplicium verebatur. Cic. de Senect. 18 c. 6 Et quod modo Carthagini male iamdiu cogitanti bellum inferatur, multo ante denuntio, de qua non ante vereri desinam, quam illam excisam cognouero. Proprie Liu. 39, 37 Veremur quidem vos Romani: et si ita vultis, etiam timemus: sed plus veremur et timeamus deos immortales. Magis vereor, vid. MAGIS. Dicere vereor Ter. Andr. 2, 1, 25. Tunc id veritus es? Cic. Qu. Frat. 1, 3. Ter. Phorm. 5, 8 (7) 8 Quid ad me ibatis? ridiculum: an verebimini, ne non id facerem, quod recipissem semel? Vereor ne non sit obligatus Martian. in l. Si mulier §. ij. D. de iure dotium. Eff formula modeste proponendi sententiam. Sic Caius in l. Potior. D. Qui potior. in pign. hab. Sed vereor; num hic aliud sit dicendum. Non vereor ne meae vitae modestia parum valitura sit in posterum contra falsos rumores Cic. Fam. 11, 27 (28). Veritus es, nisi istam artem oratione exaggerasses, ne operam perdidisses Cic. de Orat. 1, 334 c. 55. Ter. Andr. 1, 4, 7 Sed quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor Quid sit. Vid. Cic. Att. 7, 7. Vereor, Quomodo hoc homines accipiant Caes. ad Cic. Fam. 8, 10. Ter. Andr. 1, 2, 5 Mirabar hoc si sic abiret, et heri semper lenitas verebar Quorsum euaderet. Ter. Hec. 1, 2, 26 Sed firmas hae vereor vt sint nuptiae. Id. Phorm. 5, 8, 72. Cic. de Lege Agr. 2, 57 Hoc quia vos foedus non iusseritis, veretur Hiempsal, vt satis firmum sit et ratum. Adde Cic. Fam. 12, 19. Addo illud, quod vereor tibi ipsi vt probem Cic. Att. 6, 1.

¶ 2 Obseruatt. Actius et passiuè usurpari, docet Priscian. p. 791. Add. Gell. 15, 17. Periz. ad Sanct. 3, 2, 45 3. Quos non est veritum, in voluptate summum bonum ponere Cic. Fin. 3 c. 13. Gell. 15, 13 ex Afranio, Vbi malunt, metui se, quam vereri a suis. August. C. D. 6, 9 Vt a superstitioso dicat timeri deos, a religioso tantum vereri vt parentes. Vereor, Genitiuo iunctum, qui vice Accusatiui sit apud veteres. Afranius, Optandum vxorem quae non vereatur viri. vid. plura apud Nonium 9, 3. Ipse Cic. Att. 8, 4 pr. Ne tui quidem testimonii veritus. Neque huius sis veritus feminae primariae Ter. Phorm. 5, 7, 78. Veretur, impersonaliter Pacuu. apud Non. 9, 3 Nihilne te populi veretur? Et Varro apud eundem Non te tui saltem pudet, si nihil mei te vereatur? Add. Plaut. Mil. 4, 6, 51. Parei Lex. Crit. p. 1277.

VERENS, entis. Partic. [αἰδούμενος] Cic. Fam. 9, 16 Qui te ad scribendum incitauit, verentem ne Silius suo nuntio aliquid mihi sollicitudinis attulisset. Conf. Nep. 2, 5, 1. et 10, 4, 1. Inuidiam verens Nepos 18, 7, 1. Deum verentes Cic. de Sen. c. 22. Colum. 6, 2 Sed non inertes huius pecudis mores, qui sunt verentes plagarum et acclamationum. de bobus.

VERENTER. Adu. Sedul. 1, 8 Sanctoque verenter stare choro.

VERENDVS, a, um. Aliud Partic. [αἰδέστος] Vt, Qui aliquem vereri potest, cito erit verendus Sen. Epist. 11. Augusta grauitate verendus Ouid. Met. 9, 270. Maiestas verenda Id. ibid. 4, 539. Patres verendi Id. ex Pont. 3, 1, 143. Senex verendus Claud. in pr. Conf. Stil. 2, 431. Verendae partes equi Veget. Mulom. 1, 7, 1 valde improprie dicuntur Genitalia, cum non obseruetur circa ista pudor in animalibus aut verecundia. Etiam ¶ 2 Verenda, [αἰδέσια] Dicuntur, Corporis partes, quae non nisi cum verecundia nominantur. Plin. Epist. 3, 14 Repente eum serui circumfistunt, alius fauces inuadit, alius os verberat, alius pectus et ventrem, atque etiam, foedum dictu, verenda contundit. Carbunculi verendorum Plin. 28, 15. Add. Idem 34, 75 12. et 35, 21.

VERITVS, a, um. Act. Largitionem veritus Sallust. Iugurth. cap. 15.

VERETRVM, i. n. [αἰδέσιον] Membrum, quo sexus discernitur. Cancer veretri Scribon. 235. Tumor Id. 234. Vlcus Id. 235. Prurigo Apul. de Herb. c. 101 n. 1. Sueton. in Tiber. c. 62 Exco-gitauerat autem inter genera cruciatus etiam, vt larga meri portione per fallaciam oneratos, repente veretris deligatis, ficularum simul vrinaeque tormento distenderet. Mammaram exsections, amputations virilium veretrorum Arnob. 5 p. 165. Muliebre veretrum Caes. Aurel. Tard. 5, 8. Veretrum iumentum Veget. Mulom. 3, 15, 2 et 6. Veretrum stat prae dolore Id. 3, 81.

VERETRICVLVM, i. n. Vasculum pudendum, apud Petron. c. 24 p. 82.

VERETILLA, ae. f. Veretillas a virorum pudendo Conchas quasdam vocat Apuleius Apol. p. 296. propter similitudinem. Al. veretillum.

VERGILIAE, arum. f. [Ἰλειάδες] Stellae, quae et Pleiades, dicuntur, ita appellatae putantur, quod earum exortu Ver finem faciat, seu quod circa aequinoctium vernum sit earum ortus matutinus. Sunt autem septem in Tauro locatae, quarum signo exoriente, aestas significatur, occidente hiems ostenditur. Plaut. Amph. 1, 1, 119 Nec Iugula, nec Vesperus, neque Vergiliae occidunt. Plin. 16, 25 Concipiunt Vergiliarum exortu. Idem 18, 25 f. 60 Seruent id sidus etiam vestis institores — Nubilo occasu pluuiosam hiemem denuntiat, statimque augent lacernarum pretia; sereno asperam, et reliquarum vestium accendunt. Cic. de Nat. Deor. 2, 112 c. 44 At propter laeuum genus omni ex parte locatas Paruas Vergilias tenui cum luce videbit. Virg. Georg. 1, 138 Nauita tum stellis numeros et nomina fecit, Pleiadas, Hyadas, clarumque Lycaonis Arcton. Vbi Seruius, Pleiades

¶ 2 Verenda, [αἰδέσια] Dicuntur, Corporis partes, quae non nisi cum verecundia nominantur. Plin. Epist. 3, 14 Repente eum serui circumfistunt, alius fauces inuadit, alius os verberat, alius pectus et ventrem, atque etiam, foedum dictu, verenda contundit. Carbunculi verendorum Plin. 28, 15. Add. Idem 34, 75 12. et 35, 21.

VERITVS, a, um. Act. Largitionem veritus Sallust. Iugurth. cap. 15.

VERETRVM, i. n. [αἰδέσιον] Membrum, quo sexus discernitur. Cancer veretri Scribon. 235. Tumor Id. 234. Vlcus Id. 235. Prurigo Apul. de Herb. c. 101 n. 1. Sueton. in Tiber. c. 62 Exco-gitauerat autem inter genera cruciatus etiam, vt larga meri portione per fallaciam oneratos, repente veretris deligatis, ficularum simul vrinaeque tormento distenderet. Mammaram exsections, amputations virilium veretrorum Arnob. 5 p. 165. Muliebre veretrum Caes. Aurel. Tard. 5, 8. Veretrum iumentum Veget. Mulom. 3, 15, 2 et 6. Veretrum stat prae dolore Id. 3, 81.

VERETRICVLVM, i. n. Vasculum pudendum, apud Petron. c. 24 p. 82.

VERETILLA, ae. f. Veretillas a virorum pudendo Conchas quasdam vocat Apuleius Apol. p. 296. propter similitudinem. Al. veretillum.

VERGILIAE, arum. f. [Ἰλειάδες] Stellae, quae et Pleiades, dicuntur, ita appellatae putantur, quod earum exortu Ver finem faciat, seu quod circa aequinoctium vernum sit earum ortus matutinus. Sunt autem septem in Tauro locatae, quarum signo exoriente, aestas significatur, occidente hiems ostenditur. Plaut. Amph. 1, 1, 119 Nec Iugula, nec Vesperus, neque Vergiliae occidunt. Plin. 16, 25 Concipiunt Vergiliarum exortu. Idem 18, 25 f. 60 Seruent id sidus etiam vestis institores — Nubilo occasu pluuiosam hiemem denuntiat, statimque augent lacernarum pretia; sereno asperam, et reliquarum vestium accendunt. Cic. de Nat. Deor. 2, 112 c. 44 At propter laeuum genus omni ex parte locatas Paruas Vergilias tenui cum luce videbit. Virg. Georg. 1, 138 Nauita tum stellis numeros et nomina fecit, Pleiadas, Hyadas, clarumque Lycaonis Arcton. Vbi Seruius, Pleiades

¶ 2 Verenda, [αἰδέσια] Dicuntur, Corporis partes, quae non nisi cum verecundia nominantur. Plin. Epist. 3, 14 Repente eum serui circumfistunt, alius fauces inuadit, alius os verberat, alius pectus et ventrem, atque etiam, foedum dictu, verenda contundit. Carbunculi verendorum Plin. 28, 15. Add. Idem 34, 75 12. et 35, 21.

VERITVS, a, um. Act. Largitionem veritus Sallust. Iugurth. cap. 15.

signum est ante genua Tauri, quod ortu suo primae navigationis tempus ostendit.

Vnde Graece Pleiades dicuntur ἀπὸ τῆς πλειάδας, Latine Vergiliae, a verni temporis significatione qua oriuntur. *conf.* Gell. 13, 9. Columel. 4, 8. et 9, 14. Vitruv. 9, 5 et 6: *Torrent.*

5 ad Sueton. Aug. c. 40. Interiorem Persidis regionem sub ipsum vergiliarum sidus petiit Curt. 5, 6, 12. Occidente iam sidere vergiliarum Liu. 21, 35.

Occasus Vergiliarum, *vid.* OCCASVS in OCCIDO.

Terrestres Vergiliae, *Vermiculi noctu lucentes, qui et Cicindelae dicuntur, et Lampyrides.* Plin. 18, 26 *in fine*, Lucentes per arva cicindelae.

10 Ita appellant rustici stellantes volatus, Graeci vero Lampyridas.

Ibid. c. 27 Iam Vergilias in caelo notabiles caterua fecerat: non tamen his contenta, terrestres fecit alias, veluti vociferans, Cur caelum intueris agricola? Cur sidera quaeris rustice?

iam te brevior somno festum premunt noctes. Ecce tibi inter

15 herbas tuas spargo peculiare stellas, easque vespere, et ab opere diiungenti ostendo: ac ne possis praeterire, miraculo sollicito. Videtne, ut fulgor igni similis alarum compressu tegatur, secumque lucem habeat et noctem?

Paullo post, Cur etiam nunc altius spectas, ipsumque caelum scrutaris? Habes ante pedes tuos ecce Vergilias. In

20 certis eae diebus proueniunt, durantque foedere sideris huiusce: partumque eas illius esse certum est.

VERGO, *verfi, vel secundum Diomedem* 1 p. 364 *med.* *verxi, verfum, ere.* [ἐπέω] *Neutrum verbum, et nonnunquam Deponens, significat Declinare.*

Virg. Aen. 12, 727 Quem dannet labor, et quo vergat pondere letum. Lucan. 1, 54 Nec polus aduersi calidis qua vergitur Austri.

25 Strongyle, Aeoli domus, vergitur ad exortus solis Solin. c. 11 (al. 6).

Al. *vergit.* Vergit Ad mare Curt. 7, 3, 7. Cic. Philipp. 11, 26 c. 11 Et eius auxilium ad Italiam vergere, quam ad Asiam maluissimus.

30 Arx, qua Ad meridiem vergit Nepos 5, 2, 5. Caes. Bell. Gall. 1, 1 Vergit ad Septentriones. Ad inum vergere

Hor. de Arte Poët. 378. Cic. de Nat. Deor. 2, 120 Vt omnibus eius partibus In medium vergentibus, id autem medium, infimum in sphaera est, nihil interrumpat.

In longitudinem vergere Caes. Bell. Ciuil. 1, 45.

Regio vergit In septentrionem Curt. 6, 4, 17. Vergit Nox ad lucem Curt. 4, 7, 22. *Conf. Stueck. Antiqu. Conuiu. 2, 37*

35 *Epist. 15.* Aetas vergit Tac. Ann. 2, 43. ¶ 2 Venenum vergere alicui, *actiue, pro fundere* Lucret. 5, 1008. In gelidos

versit amoma sinus Ouid. ex Pont. 1, 9, 52. *ubi conf. Heins. it. Gifan. Ind. in Lucret.* Passiue: Stat. Silu. 4, 4, 69 — Nos facta aliena canendo Vergimur in senium.

40 Id. Theb. 6, 211 Spumantesque mero paterae verguntur. In terras solis quoque vergitur ardor Lucret. 2, 212. *vid. Priscian. p. 798.*

VERGENS, *entis. Partic.* Lucan. 2, 624 Illyris Ionias vergens in vndas. Annis vergens Tac. Ann. 13, 19, 3. *in senium inclinans*

45 *mulier.* Anni vergentes in senium Lucan. 1, 129. Die iam vergente ingressus Senatum, *etc. i. Inclinato.* Sueton. in Othon. c. 7. Dies vergens in noctem Senec. Thyest. 798. Vergente iam Senecta Tac. Ann. 4, 41, 4. Ora Hecates vergentia in tres partes Ouid. Fast. 1, 141.

Vergente mundi Vespere Hymn. Eccl. 50 VERGOBRĒTVS, *i. m.* Summus erat apud Heduos magistratus, qui creabatur annuus, et vitae necisque in suos habebat potestatem Caes. Bell. Gall. 1, 17.

VERICVLATVS et VERICVLVM, *vid. sub VERV.*

VERIDICVS, VERISIMILE, et VERITAS, *vid. VERVS.*

55 VERMIS, *is. m.* [σκώληξ] *A Vertendo dicitur, quod sese torquendo vertat, et ita repat.* Vermes terreni erumpentes Plin. 18, 1. Solent vermes quasi lumbrici nocere intestinis Colum. 6, 30. Plin. 19, 18 Vulgo vero si dulcedo noceat, et vermes radicibus inhaereant, remedium est amurca pura, *etc.* *Conf. Id. 26, 14.* Lucret. 2, 870

60 Quippe videre licet viuos existere vermes Stercore de tetro. Arbor vermes patitur infestus Pallad. Ian. t. 15.

VERMICVLVS, *i. m.* Dim. [σκώληκιον] Plin. 10, 62 Iam obituris muribus vermiculum in capite gigni tradunt. Lucret. 2, 898.

65 Vermiculum faciunt bombyces Plin. 11, 22. Poma vermiculis obnoxia Id. 16, 27. *Add. ibid. c. 41. it. 10, 65.* Colum. 7, 5. et 9, 14. Sidon. 7, 14. Quasi vermiculi eiciuntur Scribon. 54. ¶ 2

Vermiculus, *Coccus vel coccum.* Isidor. 19, 28 Κόκκον Graeci, nos rubrum seu vermiculum dicimus. Est enim vermiculus ex siluestribus frondibus. Origo appellationis inde est, quod vermiculum alere solet illud granum, (κόκκος granum est) ut Isidorus etiam videtur innuere. Plin. 24, 4 Est genus ex eo (de cocco ilicis loquitur) in Attica fere et Asia nascens, celerrime in vermiculum se mutans, quod ideo scolecion (diminut. a σκώληξ vermīs) vocant, improbantque.

70 Nempe, quod docet Pausanias Phocic. 1, 10, 36. ipsum coccum Galaticum vermem generat, legendumque est granum, antequam ille nascatur: quamquam ipse quoque vermiculi sanguis tingendis lanis aptus est. Vct. Gloss. Κόκκος ἑὶ μύα Vermicula, coccum. Antiquissimis iam nota illa res fuisse debet. Hieron. ad Fabiolam de Veste Sacerdot. Tom. 4. f. 26 B Froben.

80 Pro cocco iuxta Latinum eloquium apud Ebraeos Tolaath, תולאת id est vermiculus, scribitur. Et sane Vulgatus interpret, qui alias coccum bis tinctum reddit illud תולאת תולאת interdum ut Exodi 35, 25. et 36, 35. vertit vermiculum. Sic 38, 18 et 23 etc. Praesertim Ies. 1, 18 Si fuerint rubra quasi vermiculus. Sic et Hieronymus. Huc refert etiam videtur posse Plin. 32, 8 pr. f. 27. ubi, inter Halcyonei genera, tertium est candidioris vermiculi, quod Graeci πορφύρεον et ἐμπόρφυρον vocant, ut ibi ostendit Harduinus, i. purpurans, purpureum quiddam splendens. *Add. Bochart. Hieroz. P. II. 4, 27 p. 624.*

90 VERMICVLVS, *a, um. Adj.* [σκωληκοειδής] Rubicundus, rubeus, rubeus, rutilus, quin recentiore aetate dictum sit, dubitare nos non sinunt Gallorum Vermeil et Vermillon, Hispanorumque Bermejo et Bermellon. Verum mihi vix dubium est, esse plane antiquam vocem, licet paene strangulatam a librariis. Certe apud Columel. 3, 2, 2. sunt Vuae vermiculae in Lipsiensi MS. ubi venuculae vel vennuculae habent alii. *Vid. tamen VENVCVLVS.* Et quod Far Vennuculum f. Venuculum ap. Columel. 2, 6, 3 legunt alii, hoc in primis editionibus fuit Vermiculum quod in Lipsiensi corruptum est in emiculum, quasi fuerit per compendium aliquando scriptum vmiculum. Forte idem fuit quod Columel. 11, 2, 9 modo Vernaculum legitur. Certe pulchre sibi conuenient omnia, si ibi quatuor genera farris enumerari ista dicamus I. Far, quod appellatur Clusinum candoris nitidi: II. Far, quod vocatur vermiculum, rutilus: III. atque alterum candidum, sed vtrumque maioris ponderis, quam Clusinum: IV. Semen trimestre, quod dicitur halicastrum. *Succurrit huic lectioni et interpretationi, quod etiam tritici genus est, quod*

105

robis dicitur, v. g. Colum. 2, 6, 1. De illo robeo colore, *ξανθίζοντα* Scalig. ad Varr. R. R. 2, 5, 8. et nos in ROBVS, a, um. Quidsi buc etiam referas illa loca, in quibus Vulgatus interpres vermiculum pro Coccino posuit, ut modo vidimus. Conf. statim dicenda in VERMICVLATVS.

VERMICVLATVS, a, um. Videtur ipsum quoque coloris nomen esse. Hieron. ad Laetam Tom. 1 f. 27, C. Diuinos codices amet, in quibus non auri, et pellis Babylonicae vermiculata pictura, sed ad fidem placeat emendata et erudita distinctio. Pellis Vermiculatae picturae est minio vel alio colore rubro picta, quo genere constituisse coria illa, quibus libri involuerentur, notum est. Vid. v. g. Schwartz. Diss. 2 de Ornamentis librorum §. 25. Apud Non. 2, 550 ex Varronis *ραφή* *Μερίμνα* laudatur Facies maeandrata et vermiculata, quam recte *Cerda* ad Virg. Ecl. 6, 22 de colore deorum miniato interpretatur. ¶ 2 Superest, quem studio buc reseruauimus, nobilis locus Lucilii apud Cic. de Orat. 3, 169 c. 43 Collocationis est componere et struere verba, sic vt neue asper illorum concursus, neue hiucus sit, in quo lepide — lusit — Lucilius, Quam lepide lexeis compositae? vt tesserulae omnes. Arte pauimento, atque emblemate vermiculato. Quem locum Ciceronis laudat etiam Non. 2, 918. Versum Lucilii repetit Cic. Bruto 20 274 c. 79. itemque Plin. 36, 25 f. 61. Alludere autem videtur idem Plin. 35, 1 Nec tantum vt parietes toti operiantur (marmoribus) verum et interraso in marmore, vermiculatisque ad effigies rerum et animalium crustis. Hic vermiculatum vulgo accipi videas, pro ipso opere inserto, emblematisque, de quibus f. l. Sed primo quidem certe etiam hoc coloris nomen fuisse, tesserulis rubris fundo albo interpositis, valde probabile est. Vid. Salmaf. ad Solin. p. 854 b, A. it. p. 192 b, E. et Hyl. Iatr. c. 70 extr.

VERMICVLŌSVS, a, um. Adi. Pallad. 12, 6 Pompa caduca et vermiculosa. Add. Id. Febr. t. 25.

VERMICVLOR, āri. [*σκοληκώμοι, τετηδονίζομαι*] Vermiculari dicuntur arbores, in quibus vermes in cortice generantur. Est igitur Vermiculari, Vermiculis infestari. Plin. 17, 24 f. 37, 3 Vermiculantur magis minutae quaedam arbores, omnes tamen fere, idque aues caui corticis sono experiuntur.

VERMICVLANS, antis. Vr, Vermiculans pulsus. vid. FORMICANS, in FORMICA.

VERMICVLĀTE. Adu. Tessellatim. Quintil. 9, 4 p. 864 Burm. Relicto rerum pondere tesserulas struet, et vermiculate inter se lexeis committet. ex Lucil.

VERMICVLĀTIM. Adu. Idem apud Zenon. Veronens.

VERMICVLATIO. ōnis. f. [*σκολήκωσις*] Est quum enatis vermiculis et bestiotis, segetes, arboresue infestantur. Plin. 17, 11 Neque vermiculationi obnoxium. it. Arborum morbus communis vermiculatio est Plin. 11, 24 f. 37, 2.

VERMINA, orum. n. Pl. [*τροφέος*] Tormina, ut haec a torquendo dicta, ita illa a vertendo. Dolores corporis, cum quodam minuto motu quasi a vermibus scindatur. Hic dolor Graece *τροφός* dicitur. Haec Festus. Plinius, (forte Valerianus) Magi eo vermina et dysenteriam curari putant. Apostoli verbo compeferunt furialium vermina passionum Arnob. 1 p. 30. Lucret. 5, 995 Donicum eos vltra pruarant vermina saeva, i. Saeui dolores ex vulneribus, forte etiam vermiculi in incuratis vulneribus nati. Certe

VERMINO, āre. [*σκοληκιάω*] Vermes habere. Cornelius Celsus, . . . Nihil est perniciosius pueris dum verminant. Seneca Natur. Quaest. 2, 31 Malorum serpentum et aliorum animalium, quibus mortifera vis inest, quum fulmine icta sunt, venenum omne consumitur. Vnde, inquit, scis? In venenatis corporibus vermibus non nascitur. Fulmine icta, intra paucos dies verminant. Sed etiam prurire significat, quasi vermiculis cutem irritantibus. Martial. 60 14, 23 de auriscalpio, Si tibi morosa prurugine verminat auris, Arma damus tortis apta libidinibus. ¶ 2 Verminari, pro Torqueri, a vermibus deductum verbum, quod facile se torqueant, inquit Nonius 1, 189. Addit ex Pomponio, Decimo mense demum turgens verminatur, parturit. Senec. de Vit. Beat. c. 17 extr. Delinimenta magis quam remedia podagrae meae compono, contentus si rarius accedit, et si minus verminatur.

VERMINANS, antis. Part. Arnob. 1 p. 30 Verbo Christus compefuit verminantium membrorum cruce.

VERMINATIO, ōnis. f. [*σκοληκιάσις*] Dolor rodens, pungens, vellicans, quasi a vermibus intus radentibus. De dolore dentium Plin. 28, 11 f. 49 Iisdem sanari dimissis in fauces iumentorum verminationes notum est. Idem 30, 15 f. 50 Iumentorum vrinae tormina vesperitillione adalligato finiuntur. Verminatio ter circumlato verendis palumbo: mirum dictu: palumbus emissus moritur, iumentum liberatur confestim. Sen. Epist. 95 p. 459 Quot oculorum, auriumque tormenta, et cerebri aestuantis verminationes? Idem Ep. 78 p. 308 Omnium istorum prima verminatio vexat, impetus mora exstinguitur. Loquitur de podagra, chiragra et morbis articularibus.

VERMINŌSVS, a, um. Adi. Quod verminatione afficitur vel vexatur. Verminosae aures Plin. 20, 14. A vermibus autem dictae, Fici verminosae Eidem 17, 28. Et Lignum verminosum Eidem 17, 10.

VERMIFLVVS, a, um. Idem. Paullinus, Vulnere vermifluo foetidus interiit. de phthiriasi.

VERNA, ae. c. [*οικότροφ, οικότροφής*] Seruus domi nostrae natus ex ancilla nostra aut seruo. Plaut. Amph. 1, 1, 25 Mercurius, Satius est me queri seruitutem, qui fuerim liber — Hic qui verna natus est queritur. Idem Mil. 3, 1, 103 Quid, nutrice non missurus quidquam quae vernas alit? Cic. Fam. 9, 15 Bellicus verna Demetrii, qui ibi cum praesidio erat, etc. Verna ministeriis ad nutus aptus heriles Hor. Epist. 2, 2, 6. Add. Plaut. Truc. 2, 7, 27. Senec. Epist. 5. Iuuenal. 1, 26. Nutrix, quae vernas alit Cael. ad Cic. Fam. 8, 15. Verna Eques Iuuenal. 9, 10. Turba vernarum Tibull. 2, 1, 23. Lactei vernae Martial. 3, 58 Domitius legit Lutei, id est, sordidi. Procaces vernae Hor. Sermon. 2, 6, 66. Puer verna Idem ibid. 1, 2, 117. Satur verna, vid. SATVR. Turberes vernae, vid. TVBER. ¶ 2 Nonius 1, 206 Vernas veteres appellabant, Qui vere sacro fuerant nati: et habebatur nomen hoc pro Vitabili maledicto. Exempla, quibus utitur, nihil ad hanc rem faciunt. Audiamus etiam Festum, Vernae, qui in villis vere nati, quod tempus, duce natura, feturae est: in aibus quidem et animalibus quibusdam; homo omnium temporum et horarum animal. Sed sunt ibi tum corrupta quaedam, tum illud notabile, Romanos vernas appellabant, id est ibidem natos. Et videtur sane haec propria significatio, quod ex nomine vernaculus apparet.

Idem ibid. 1, 2, 117. Satur verna, vid. SATVR. Turberes vernae, vid. TVBER. ¶ 2 Nonius 1, 206 Vernas veteres appellabant, Qui vere sacro fuerant nati: et habebatur nomen hoc pro Vitabili maledicto. Exempla, quibus utitur, nihil ad hanc rem faciunt. Audiamus etiam Festum, Vernae, qui in villis vere nati, quod tempus, duce natura, feturae est: in aibus quidem et animalibus quibusdam; homo omnium temporum et horarum animal. Sed sunt ibi tum corrupta quaedam, tum illud notabile, Romanos vernas appellabant, id est ibidem natos. Et videtur sane haec propria significatio, quod ex nomine vernaculus apparet.

VERNŪLA, ac. c. Dimin. *Domi natus, ut nec ingenios excludere videatur. Vid. modo dicta in VERNA n. 2.* In sacris Tiburtibus apud Seru. ad Aen. 1, 21 sic precabantur, Iuno curulis, tuo curru clipeoque tuere meos curiae vernulas sane. *Sic non est puer seruus tantum, de quo* Martial. 14, 54 *Si quis plorator collo tibi vernula pendet. Sed seruilus est* Iuven. Sat. 10, 117 *Quem sequitur custos angustae vernula capsa.* *Add. Idem 5, 105. et 14, 169.* Senec. de Tranqu. An. c. 1. Petron. c. 66. *Etiā Adiectiue ponitur.* Vernulā auis Rutil. 1, 112. *O hominem acutum et Vrbanitatis vernulae fontem*

10 Petron. c. 24.

VERNACŪLVVS, a, um. Adi. *Omne quod domi nostrae nascitur, vel in nostra patria.* Sic Vernaculae Apes Petron. c. 34. Artifices vernaculi Liu. 7, 2. *i. Domestici.* Aues Varro R. R. 3, 5, 7. *Aurum vernaculum est apud quosdam barbaros et copiosum Tertull. de Cultu Fem. 1, 7.* Consilium vernaculum Plaut. Poen. 4, 2, 105. *Festiuitas antiqua et vernacula* Cic. Fam. 9, 15. *Conf. Gronou. de Pec. Vet. c. 10.* Pecus Columel. 7, 3. *Res*

quotidianae et vernaculae Cic. de Orat. 3, 90 c. 24. *Varro de R. R. 3, 55 Praeterea Volucres quum partim aduenae sint, ut hirundines et grues: partim vernaculae, ut gallinae et columbae.* Vernaculi equi Plin. *in ipsa conclusione operis, in Italia nati.* Plin. 14, 2 s. 4, 3 *Potissima nobilitas datur vis peculiaribus atque vernaculis Italiae.* Cic. de Clar. Orat. 27 *Nec scio quo sapore vernaculo.* Idem Verr. 3, 141 *Non ut solemus in defensionibus dicere, crimen domesticum ac vernaculum.* Plin. 17, 23 s. 33, 25 *Vernacula putatio deiectis per ramos vitium crinibus circumuestit arborem, crinesque ipsos vis.* Gallica in traduces porrigitur, etc. *Est ergo Vernacula eadem quae Italica.* *Pro verna posuit, Prosper. Aquitan. de Praedict. 1, 11 Vernaculus meus mihi heres erit.* *Add. Ambros. Epist. 65.* Senec. de Benef. 6, 11 *pr. Alter apud proximum circulatorum refedit: et quum vagus atque erro vernaculis congregatur et ludit, transeuntem Platonem, quem non quaesierat, inuenit.*

20

VERNĪLVIS, e. Adi. [*δελτικός*] *Idem quod Seruilis, sive Scurrilis.* Tacit. Hist. 2, 59, 4 *Quamuis odium Vitellius vernilibus blanditiis velaret. h. e. Seruilibus, et adulatoriis. Al. humilibus.* *Dictum vernile* Tacit. Ann. 3, 32, 6. *h. e. Scurrile, procax.* *Vet. Gloss. Vernilis πολιτικός: certe consuetudini ciuili se aptos putant id genus homines.*

25

VERNĪLVITAS, ātis. f. [*ἑωμολογία*] *Scurrilitas.* Plin. 34, 8 *Puerum subdolae ac fucatae vernilitatis.* Vernilitatem, vocant quidquid contrarium est *Ingenuitati.* Senec. Epist. 95 *pr. Haec seu leuitas est, seu vernilitas, punienda est promittendi facilitate.* *Loquitur de proteruis petendi quod impetratum nolis, vid. VERNĪLVITER.* Imbui vernilitate. Quinctil. 1, 11. *Seruilis vernilitas* Idem ibid. 1, 11.

30

VERNĪLVITER. Adu. [*πολακευτικῶς*] *Instar vernae, qui a pueris inde ministrare et iucunde seruire, ut dominis placeant, didicere.* Hor. Sat. 2, 6, 108 *Nec non verniliter ipsis Fungitur officiis, de musculo sedulo ministrante suo conuiuiae.* *Quidam legunt vernaliter.* Non. 1, 203 *Verniliter, pro adulatorie, a vernis, quibus haec viuendi ars est (nempe ut adulentur dominis) Caecilius Venatore, Credo minus tandem hoc fit verniliter.* *Et Senec. de Benefic. 2, 11 Et haec ipsa non verniliter nec ea figura, qua quidam reiiciunt, quae magis ad se volunt attrahere.* *Hic est ille, quem Accisimum vocant.* *Vernilitatem sic ponit ipse Seneca, ut modo dictum.* *Hinc Vernilis in Vet. Gloss. πολιτικός, ut hodie quidam mentiri putant Politicum esse, etc. Verniliter turpiterque* Arnob. 5 p. 186.

35

VERNĪLVIS, e. Adi. *Ad vernas pertinens, seruilis, ut Vernales alucitae* Petron. Fragm. p. 674. *Sed vid. ALVCITA.* Pseudo-Corn. Gall. 1, 63 *Ibam per mediam vernali corpore Romam, i. iuuenili aetate et forma.*

40

VERNĪLVIS, e. Adi. [*πολακευτικῶς*] *Instar vernae, qui a pueris inde ministrare et iucunde seruire, ut dominis placeant, didicere.* Hor. Sat. 2, 6, 108 *Nec non verniliter ipsis Fungitur officiis, de musculo sedulo ministrante suo conuiuiae.* *Quidam legunt vernaliter.* Non. 1, 203 *Verniliter, pro adulatorie, a vernis, quibus haec viuendi ars est (nempe ut adulentur dominis) Caecilius Venatore, Credo minus tandem hoc fit verniliter.* *Et Senec. de Benefic. 2, 11 Et haec ipsa non verniliter nec ea figura, qua quidam reiiciunt, quae magis ad se volunt attrahere.* *Hic est ille, quem Accisimum vocant.* *Vernilitatem sic ponit ipse Seneca, ut modo dictum.* *Hinc Vernilis in Vet. Gloss. πολιτικός, ut hodie quidam mentiri putant Politicum esse, etc. Verniliter turpiterque* Arnob. 5 p. 186.

45

VERNĪLVIS, e. Adi. *Ad vernas pertinens, seruilis, ut Vernales alucitae* Petron. Fragm. p. 674. *Sed vid. ALVCITA.* Pseudo-Corn. Gall. 1, 63 *Ibam per mediam vernali corpore Romam, i. iuuenili aetate et forma.*

50

VERNĪLVIS, e. Adi. *Ad vernas pertinens, seruilis, ut Vernales alucitae* Petron. Fragm. p. 674. *Sed vid. ALVCITA.* Pseudo-Corn. Gall. 1, 63 *Ibam per mediam vernali corpore Romam, i. iuuenili aetate et forma.*

55

VERNĪLVIS, e. Adi. *Ad vernas pertinens, seruilis, ut Vernales alucitae* Petron. Fragm. p. 674. *Sed vid. ALVCITA.* Pseudo-Corn. Gall. 1, 63 *Ibam per mediam vernali corpore Romam, i. iuuenili aetate et forma.*

60

VERNĪLVIS, e. Adi. *Ad vernas pertinens, seruilis, ut Vernales alucitae* Petron. Fragm. p. 674. *Sed vid. ALVCITA.* Pseudo-Corn. Gall. 1, 63 *Ibam per mediam vernali corpore Romam, i. iuuenili aetate et forma.*

65

VERNĪLVIS, e. Adi. *Ad vernas pertinens, seruilis, ut Vernales alucitae* Petron. Fragm. p. 674. *Sed vid. ALVCITA.* Pseudo-Corn. Gall. 1, 63 *Ibam per mediam vernali corpore Romam, i. iuuenili aetate et forma.*

70

VERNĪLVIS, e. Adi. *Ad vernas pertinens, seruilis, ut Vernales alucitae* Petron. Fragm. p. 674. *Sed vid. ALVCITA.* Pseudo-Corn. Gall. 1, 63 *Ibam per mediam vernali corpore Romam, i. iuuenili aetate et forma.*

75

VERNĪLVIS, e. Adi. *Ad vernas pertinens, seruilis, ut Vernales alucitae* Petron. Fragm. p. 674. *Sed vid. ALVCITA.* Pseudo-Corn. Gall. 1, 63 *Ibam per mediam vernali corpore Romam, i. iuuenili aetate et forma.*

80

VERNĪLVIS, e. Adi. *Ad vernas pertinens, seruilis, ut Vernales alucitae* Petron. Fragm. p. 674. *Sed vid. ALVCITA.* Pseudo-Corn. Gall. 1, 63 *Ibam per mediam vernali corpore Romam, i. iuuenili aetate et forma.*

85

VERNĪLVIS, e. Adi. *Ad vernas pertinens, seruilis, ut Vernales alucitae* Petron. Fragm. p. 674. *Sed vid. ALVCITA.* Pseudo-Corn. Gall. 1, 63 *Ibam per mediam vernali corpore Romam, i. iuuenili aetate et forma.*

90

VERNĪLVIS, e. Adi. *Ad vernas pertinens, seruilis, ut Vernales alucitae* Petron. Fragm. p. 674. *Sed vid. ALVCITA.* Pseudo-Corn. Gall. 1, 63 *Ibam per mediam vernali corpore Romam, i. iuuenili aetate et forma.*

95

VERNĪLVIS, e. Adi. *Ad vernas pertinens, seruilis, ut Vernales alucitae* Petron. Fragm. p. 674. *Sed vid. ALVCITA.* Pseudo-Corn. Gall. 1, 63 *Ibam per mediam vernali corpore Romam, i. iuuenili aetate et forma.*

100

VERNĪLVIS, e. Adi. *Ad vernas pertinens, seruilis, ut Vernales alucitae* Petron. Fragm. p. 674. *Sed vid. ALVCITA.* Pseudo-Corn. Gall. 1, 63 *Ibam per mediam vernali corpore Romam, i. iuuenili aetate et forma.*

105

VERNĪLVIS, e. Adi. *Ad vernas pertinens, seruilis, ut Vernales alucitae* Petron. Fragm. p. 674. *Sed vid. ALVCITA.* Pseudo-Corn. Gall. 1, 63 *Ibam per mediam vernali corpore Romam, i. iuuenili aetate et forma.*

Quare

Quare Ego vero honestissimae tuae voluntati pareo Plin. Epist. 3, 8 extr. *i. omnino.* Est vero ita, sed tamen huic amoenitati quam ex Quintio saepe audio, etc. Cic. de Legib. 2, 7. *Similis ratio est fere, cum seruit Epiphonemati, s. sententiae exclamanti.* Idem Off. 3, 1 Magnifica vero vox et magno viro et sapiente digna. *Sic Est vero fortunatus ille Cic. pro Marc. c. 1. i. vere.* ¶ 3 Pro Sane, omnino, vel simili asseueratione. Cic. Qu. Fratr. 1, 1, 6 Tibi et fuit hoc semper facillimum, Et vero esse debuit. Idem ad Planc. sub Att. 16, 16 n. 2 Qua quidem voluntate esse erga Atticum saepe praefens et illi ostendisti, Et vero etiam mihi. Plin. 18, 6 Latifundia perdere Italiam, iam vero et prouincias. Ter. in Prol. Eun. 33 Sed eas fabulas factas prius Latinas scisse sese, id vero pernegat. Add. Id. Eun. 3, 1, 3. et 5, 4, 8. Cic. de Nat. Deor. 2, 27 Ipse vero aer, qui natura maxime frigidus, minime est expers caloris: ille vero et multo quidem calore adiunctus. Prius vero connectit disparata; postorius asseuerat. Cic. Tusc. 1, 78 c. 32 M. Numquid igitur est causae, quin amicos nostros Stoicos dimittamus — A. Istos vero, etc. *i. omnino illos dimittamus.* ¶ 4 Ironiam interdum iuuat, et velut acuit, etiam auctore Donato ad Ter. Eun. 5, 2, 55. Virg. Aen. 4, 93 Egregiam vero laudem, et spolia ampla refertis Tuque puerque tuus. Cic. Fam. 1, 9 Est vero probandum qui et summa voluntate cesserit, et egregia animi alacritate abfuerit. Idem Philipp. 13, 25 c. 11 Turpem vero actionem, qua defenditur amplissimi auctoritas ordinis contra crudelissimi gladiatoris amentiam. Plaut. Rud. 2, 3, 9 Herus tuus ubi, amabo, est? TR. Eia vero, quasi non sit intus. Plaut. . . . 25 Ita vero: ut tu ipse me dixisse dicites. *h. e. Mirum quin tibi hoc dicam, ut postea me accusas proditi arcanti.* Ter. in Eun. 1, 2, 9 Sane quia vero haec mihi patent semper fores. Idem Andr. 4, 5, 16 Haec: mirum vero impudenter mulier si facit meretrix. Cic. pro Flacc. 19 Mirandum vero est homines eos, etc. *h. e. Nequaquam mirari debemus.* ¶ 5 In aliis transitionem modo indicat, eamque facit aliquantum viuidiorem. Sic Nep. Att. f. 25, 16 pr. Humanitatis vero, etc. Cic. de Vniuers. 11 Nihil porro igni vacuum videri potest, nec vero tangi quod careat solido. Idem de Orat. . . . Non enim omnis fortuna, non omnis honor, non omnis aetas, Nec vero locus aut tempus, etc. Cic. in Verr. act. vlt. Nisi vero existimatis, etc. *vid. NISI n. 2.* Non vero, Nunc vero, Nunc vero iam, *vid. hb. ll.* Cic. pro Cluent. 18 Sed ea vero sic agit, ut profusus reticere nullo modo possit. ¶ 6 Asseuerandi vim solam habet. Ter. Eun. 4, 4, 20 Quem tu vero videre velles Phaedria. 40 Quamquam tu vero, quae tua humanitas, nulla ridebis Plin. Epist. 8, 8. Ter. Eun. 3, 5, 28 Illa ilico ubi accepit, laeta vero ad se adducit domum. Omitte vero tristitiam tuam Ter. Adelph. 2, 4, 3. ubi Donat. Vero, abundat aut correptitium est. Idem esset Quintu omittis, etc. Ter. Eun. 5, 4, 8 Id vero est quod ego puto mihi 45 palmarium me reperisse. Vbi ait Donatus, Nisi ornatium esset, Vero, nihil significaret. Vero, pro Interiectione stomachantis, accipi ait Donatus in illo Eun. 5, 3, 3 Moue vero ociuste nutrix. ¶ 7 In responsionibus affirmantibus interdum sententiam incipit. Fuisisti saepe, credo, cum Athenis esses, in scholis philosophorum. Audi Vero: et libenter 50 quidem Cic. Tusc. 2 c. 11. In sententia permaneto. vero, nisi sententiam alia vicerit inelior Cic. pro Mur. c. 31. Id. de Diuin. 1 c. 46 Puellam defatigatam petiisse a matertera, ut sibi concederet paulisper, ut in eius sella requiesceret, illam autem dixisse, Vero, mea puella, tibi concedo meas sedes. Sic ex MSS. Camerarius. Vid. Cellar. 55 et Bunem. ad Lactant. 3, 17, 34. Grut. ad Cic. de Clar. Orat. c. 87. ¶ 8 Vero pro vere. Eho, maus vituperari falso, quam vero extolli Plaut. Most. 1, 3, 22. Add. Id. Amph. 2, 2, 46. Conf. Ter. Heaut. 2, 4, 24. Secunda in vero longa semper est Virgilio: corripitur tamen a Val. Flacco 5, 321. Auson. Epigr. 115. Cyprian. de Ligno Vitae v. 59. 60 Paullin. Bened. de Vita Martini 4, 433 et 631 etc. Vid. Barth. ad Stat. Theb. 2 p. 365 seq.

VERO, are. *vid. VERVS.*

VEROMANDVI, orum. m. [*Ρωμαίνδους*] Galliae Belgicae populi, quorum meminit Plin. 4, 17. et Caes. Bell. Gall. 2, 16. 65

VERONA, ae. f. [*Ὀυήρωνα*] Vrbs Venetiae a Gallis olim condita, clara solo, ac frugum et fructuum omnium ubertate, tum alumno Catullo Poeta. Ouid. Amor. 3, 15, 7 Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo. *Hinc*

VERONIVS, a, um, et VERONENSIS, e. Adi. Ut, Ager Veronensis Plin. 9, 22. Campi Veronenses Aurel. Vict. Epit. c. 53. Iuuenum Veronensium flos Catull. de Caelio et Quintio f. 97, 2.

VERPA, ae. f. Obscenum nomen, quod penem significat, undecumque ortum sit: minime tamen videntur ineptire, qui ab *ἔρω* deriuant, et a vermibus *ἔρωτος* similitudine dictum volunt. Catull. 29 Nihil minore 75 verpa farti estis, i. ut indicat series orationis, irrumati: quae, ut recte monet Vossius, obscena verba sunt, res non obscena, sed quae simpliciter contumeliosam iniuriam exprimat, qualia etiam in hodierno Gallorum et Italorum sermone quaedam sunt. Martial. 11, 47 Iam nisi per somnum non arrigis, et tibi, Maecii, Incipit in medios meiere verpa pedes. 80 Priap. 34 Quae quot nocte viros peregit vna, Tot verpas tibi dedicat salignas. Conf. VERPVS.

VERPVS, i. m. Idem significat; sed et plura, quae comprehendit Gloss. Philox. Verpus, *δρίλος, ἡγὶ ὁ μέγας δάκτυλος τῆς χειρὸς, λέγεται δὲ ἡγὶ ὁ λεπότερος.* Est igitur primo *δρίλος*, quo nomine penem vocari apud Graecos, vel Drilopotae indicant apud Schol. Iuuenal. 2, 95. qui vitreo priapo bibunt. Huc refero Catull. 48 Vos Veraniolo meo, et Fabullo Verpus praeposuit, Priapus ille, i. homo libidinosus, quasi totus penis, ut Horatium appellauit Augustus putissimum penem. ¶ 2 Quod medium digitum notat verpus; hinc intelligitur, cur infamis ille sit, 90 et porrectus probrum impudicitiae significet, *vid. DIGITVS* medius. ¶ 3 De tertia significatione, qua *λεπόδεσμον*, i. recutitum s. circumcisum notat, eius auctoritates certissimae sunt Iuuenal. 14, 104 Quaesitum ad fontem solos deducere verpos, aperte de Iudaeis agit. Martial. 7, 81 Delapsa est misero fibula, verpus erat. Sic Idem 11, 15 ter appellat, 95 Verpe Poeta, et tandem Iura, inquit, Verpe, per Anchialum. Videtur ergo Verpa pariter et Verpus virile veretrum notare, sed in quantum nudata glande est, vel a libidinis usu crebriore, vel a circumcissione. Sic apud Graecos *ψωλή* mentula est, et *ψωλὸς* nudatam penis glandem circumferens, quod scilicet in bestiis etiam paratae vel patratae libidinis 100 signum est.

VERRA, ae. f. Ara fuit Romae, ad quam orabant, ne Agrippae nascerentur. Nescio unde haec sint, aut qua auctoritate dicantur.

VERRES, is. m. [*τρομάς*] Porcus masculus. Varro de R. R. 2, 4 Castrantur verres commodissime anniculi, utique ne minores quam 105

- semestres: quo facto nomen mutant, atque e verribus dicuntur maiales. Hor. Carin. 3, 22, 7
Imminens villae tua pinus esto,
Quam per exactos ego laetus annos
Verris obliquum meditantis ictum
Sanguine donem.
- 5 *Add.* Columel. 7, 9. Pallad. Febr. t. 26. Verrem, ad Hominem masculum transtulit, Plaut. Mil. 4, 2, 66 Nisi huic verri affertur merces, non hic feminio suo quamque porculenam partiturus est. ¶ 2
- 10 *Cognomen Corneliorum, quod nobilitatum sceleribus C. Cornelii Verris, in quem sunt Ciceronis Verrinae orationes, in quibus etiam frequenter ad hoc nomen alludit. Vid. v. g. narrationem de C. Verrutio 2 c. 76. Conf. Quinct. 6, 3, 55.*
- 15 VERREVS, a, um. Adi. *Vt, Lex Verrea Cic. Verr. 1, 117 c. 49. Verrea, Festa siue sacra Verris honori instituta. Cic. Verr. 2, 53 c. 21 At vero praeclarum diem reposuisti (pro Marcelleis) Verrea ut agerent, et ut ad eum diem, quae sacris epulisque opus essent, in complures annos locarentur. add. ib. c. 46 et 63.*
- 20 VERRINVS, a, um. Adi. [ρωμαϊσ] Quod est verris. Plin. 28, 10 pr. Simili modo verrinum iecur exemitis duntaxat fibris, quatuor obolorum pondere. Aper Plin. ib. Ibid. 9 Adipe verrino confici. Cic. Verr. 1, 121 c. 46 Negabant Siculi quidam, iurisdictionem C. Verris reprehendentes, mirandum esse, Ius tam nequam esse Verinum, cum allusione ad ius quod in culina paratur.
- 25 VERRICVLVM, i. n. [σπηνη Gloss] Rete piscatorium, quod trahendo e vado educitur. Seruius in illud Aen. 1, 63 — veruntque per auras. Verrere, (inquit) est trahere, a rete, quod verriculum dicitur, vid. EVERRICVLVM, in EVERRO. Val. Max. 4, 1 de septem Sapientibus, A piscatoribus in Milesia regione verriculum trahentibus quidam iactum emerat. Sed Missile verriculum Veget. 2, 15 de telo: Scriuer. leg. Verriculum. v. v. in VERV.
- 30 VERRICVLATVS, vid. VERVCVLATVS in VERV.
- 35 VERRIO, verri et verri, verum, ere. [ἐλπίω, σείω, κἀλλώνω] Scopas per solum trahere, et ita facere munditias: deinde Poetae ad ventorum et remorum vim in mare exprimendam adhibent. De hac ratione, quae est frequentior, prius. Ennius An. 14 Verrunt exemplo placide mare marmore flauo. Virg. Aen. 5, 778 Certatim socii feriunt mare, et aequora verrunt. Idem Aen. 1, 63 Ni faciat, maria ac terras caelumque profundum Quippe ferant rapidi secum, verrantque per auras. Venti mare, terras, et nubila caeli verrunt Lucret. 1, 278. Aequora verrentes venti Idem 5, 267. add. Idem 6, 624. Sil. 14, 263 c. not. Heins. et Drakenb. Arena veruntur cauda Ouid. Met. 10, 701. Caerula verrunt nautae Virg. Aen. 3, 208. Caerula verrentes Abiegnis Aequora palmis Catull. 65, 7.
- 40 Dapes diripiunt verruntque Valer. Argon. 4, 454. de Harpyiis. Freta verrebant remi Ouid. Amor. 3, 8, 43. Vada liuida remis verrunt Virg. Aen. 6, 320. Proprie Quidquid de Libycis verritur Arcis Hor. Od. 1, 1, 10. Plaut. in Merc. 2, 3, 63 Verre aedes. Iuuen. Sat. 14, 60 Verre pavementum, nitidas ostende columnas. Cic. in Parad. 5 Qui tergent, qui vngunt, qui verrunt, qui spargunt, etc. Sueton. Vesp. c. 5 Aedilem Vespasianum C. Caesar, succensens, curam verrendis viis non adhibitam, luto iussit oppleri, congesto per milites in praetextae finem.
- 45 VERRENS, tis. Catull. 64, 7 Caerula verrentes abiegnis aequore palmis.
- 50 VERRENDVS, a, um. Ouid. Am. 1, 9, 13 Aptaque verrendis sidera quaeret aquis.
- 55 VERSVS, a, um. Partic. [σπασμένος] Virg. Aen. 1, 482 Et versa puluis inscribitur hasta. Spumant freta versa lacertis Idem Aen. 5, 141. Plaut. Pseud. 1, 2, 31 c. not. Taubm. et Gron.
- 60 VERRVCA, ae. f. Caruncula eminent in corpore sine pruritu. Plin. 20, 12 extr. Ocimum verrucas misto atramento sutorio tollit. Verrucarum quaedam genera dolentia ἀποροχορδώνια Graeci appellant Cels. 2, 1 sub fin. Add. Id. 5, 28, 14. Maculae et verrucae gemmarum Plin. 37, 3. Idem 37, 2 Verrucaeque non eminentes, sed sessiles. Metaph. Hor. Sermon. 1, 3, 73 Qui ne tuberibus propriis offendat amicum, Postulat, ignoscat verrucis illius, aequum est Peccatis veniam poscentem. etc.
- 70 ¶ 2 [δερμα] Locus in monte editor. Cato in libris Originum, Marturum censeo, inquit, si rem seruare vis, faciendum, ut quadringentos quos milites ad verrucam illam ire iubeas: eam uti occupent, imperes, horterisque. Ex Gellio 3, 7. Humilitatis vitium est, si quis dicat, faxea est verruca in summo montis vertice Quinctil. 8, 3.
- 75 VERRVCVLA, ae. f. Dimin. [ἀποροχορδώνιον] Columel. 7, 6 Caper cui sub maxillis binae verruculae colo dependent, optimus habetur. conf. Pallad. Nou. c. 13. Necessesse est, ut in corpore verrucula exurgat Tertull. ad Nat. 1, 5 pr. Verrucula collis Arnob. 2 p. 77.
- 80 VERRVCOSVS, a, um. Adi. [ἀποροχορδωνώδης] Homo verrucis plenus. Perf. Sat. 1, 77 Sunt quos Pacuuiusque et verrucosa moretur Antiopa etc. h. e. Aspera, non perpolita. Fabius verrucosus Plin. 34, 7. Q. Maximus Verrucosus cognomen a Verrucis inuenit, Cic. de Clar. Orat. 57 c. 14 extr.
- 85 VERRVCARIA, ae. f. [ἡλιερόπιον] Herba, quae verrucas tollit. Plin. 22, 21 Verrucas cum sale tollit succus e folio: vnde nostri Verrucariam herbam appellauerunt, aliis cognominari effectibus digniorum. Add. Marc. Empir. c. 19.
- 90 VERRVNCO, are. Verrere, inquit Festus. Vnde Auerrunco compositum: de quo vide suo loco. Cic. de Diuin. 1, 45 c. 22 Per propinqua haec bene verruntur populo. Ex Poeta. Et Liu. 29, 27 Diui Diuaeque — vos precor quaesoque, uti quae — geruntur, ea mihi — bene verruntur. Vid. ibi Gronou. it. Non. 2, 895. et 10, 7.
- 95 SO, are. VERSVRA, VERSVS, Partic. Nomen, Praepositio, Adverb. Vid. VERTO, vertis.
- VERSVS, Partic. a Verro, vid. VERRIO.
- VERSVTVS, VERSVTILOQVVS, vid. VERTO.
- VERTAGVS, VERTRAGVS, VERTRAHA, et. forte aliis etiam modis scribitur, Canis nomen, de cuius etymo nihil dum dictum est probabile. Ponamus loca s. testimonia. Martial. 14, 200 Non sibi sed domino venatur vertagus acer, Intactum leporem, qui tibi dente refert. Gratius v. 203 penultima longa Et pictam macula Vertraham delige falsa. Multa hic disputantur: nihil certi, aut valde probabilis.
- 105 Fluctuat lectio: Veltracham, Veltrahum, al. Firmic. Astrol. 5, 8 Similiter

iter et nutritores canum Molossorum, Vertagorum, et qui sunt ad venationes accommodati.

VERTEBRA, VERTEBRATVS, VERTEX, VERTICILLVM, VERTICVLVM, VERTIGO, *vid.* VERTO.

VERTO, (VORTO) ti, sum, ẽre. [*δινω, πολεω, τρεπω, κρηνω*] 5
Situm, statum, conditionem, mutare. Verbum ita lati vsus, vt non nisi
multitudine exemplorum recte declaretur. Ter. Heaut. 5, 1, 73 Retun-
 dam, redigam, vt quo se vertat nesciat. Omnia vertere, *pro Euer-*
tere et corrumpere Cic. Off. 1, 84. Ad gloriam vertere cuncta et-
 iam fortuita Tacit. Ann. 2, 84, 2. *i. interpretari.* Sic Ad inuidiam ver- 10
 tere Idem Ann. 1, 50, 4. Ad spem vertere Liu. 29, 36. In
 Africam se vertit Auster Caes. Bell. Ciuil. 3, 26. *i. mutauit.* Quinctil.
 1, 1 Nam bona facile mutantur in peius, nunc quando in bonum ver-
 teris vitia, *mutaueris.* In cinerem vertere Ouid. Met. 2, 216.
 In contrarium aliquid vertere Quinctil. 3, 11. *interpretari.* In con- 15
 tumeliam suam vertere quod alius gesserit Caes. Bell. Ciuil. 1, 8. In
 crimen vertere quod gloriae esse debet Liu. 40, 15. In dorsum
 vertere, *pro Resupinare.* Plin. 9, 10. In fugam vertere aliquem,
Cogere vt fugiat Liu. 30, 33. Senec. de Benefic. 3, 1 Quis tam ingra-
 tus est, quam qui quod in prima parte animi positum esse debuit, et 20
 semper occurrere, ita seposuit et abiecit, vt in ignorantiam verteret.
Potest verteret etiam intransitiue accipi, de quo n. 4. In iocum ali-
 quid vertere Plin. 21, 31. In laudem vertere Tacit. Ann. 4, . . .
 In ludibrium vertere Idem Ann. 12, . . . In peiorem partem
 omnia Cic. pro S. Rosc. 103 c. 36. In religionem vertere Liu. 5, 25
 14. *vid.* RELIGIO. In voluntate Philippi id totum vertitur Id.
 37, 7. ¶ 2 *Substantia:* Aẽrem in perniciem vertere Plin.
 18, 1. Agrum vertere, *pro Subigere* Idem 18, 6 *extr.* Animam
 vertere, *pro Reddere anhelitum* Plaut. Merc. 1, 2, 15. *vid.* ANIMA n. 3.
 Arces vertere Virg. Aen. 1, 24. *b. e. Euertere.* Arma vertere ad-30
 versus Carthagenenses Romani Liu. 24, 47. Arma vertere in all-
 quem Liu. 25, 33. Aures ad pacem vertere Propert. 2, 13, 15.
 Auspicia in bonum DI verterunt Liu. 10, 42 *extr.* *Sed potest etiam in-*
transitiue accipi. Id votum Dis cordi fuit, et auspicia in bonum ver-
 terunt. Beneficium maximum vertebatur in grauissimam inui-35
 riam Plin. in Paneg. 37, 4. Dulcia se in bilem vertunt Hor. Serm.
 2, 2, 75. Cadum vertere, *valet exhaurire:* Plaut. Stich. 5, 4, 39 Quam-
 vis de subito vel cadus verti potest. *vid.* Torr. ad Hor. Od. 3, 29, 3
 Non ante verso lenẽ merum cado. Lucil. Vertitur oenophoris fun-
 dus sententia nobis. Et Hor. Serm. 2, 8, 39 Inuertunt Alliphanis vi- 40
 naria tota. *vid.* Crateras vertere. Virg. Aen. 2, 250 Vertitur
 interea caelum, et ruit Oceano nox. *i. e.* In aliam faciem commu-
 tatur: quod more suo explanat sequentibus. Seruius. Cardo litium
 vbi vertatur Quinct. 12, 8, 2. Causas secundorum et aduersorum
 vertere in deos, *is imputare* Liu. 28, 11 *pr.* Quinctil. 3, 11, 1 Summa illa 45
 quaestio, in qua Causa vertitur, vt Cardo: *vid.* Res vertitur. Cic.
 Att. 8, 22 (14) Brundisii autem omne certamen vertitur huius primi
 temporis. Crateras vertere, *pro Potare:* Virg. Aen. 9, 165
 — fusique per herbam Indulgent vino, et vertunt crateras ahenos.
 Hemistichium Emianum. Seruius: *Vt Cadum vertere.* Crimen 50
 reus citra accusationem in aduersarium vertit Quinctil. 7, 3. Crim-
 en meum non in supplicio vertitur Cic. Verr. 5, 133 c. 50. Cul-
 pam vertere in gloriam Plin. Epist. 171. Culpam omnem belli
 a publico consilio in Annibalem vertentes Liu. 30, 22. *Add.* Id. 4, 25.
 Cursum vertere aliquo Virg. Aen. 3, 146. Detrimentum in bonum 55
 vertere Caes. Bell. Ciuil. 3. Propert. 2, 28, 32 Nunc vtcunque
 potes fato gere faucia morem: Et deus, et durus vertitur ipse Dies.
 Diserimen vertitur Quinctil. 6, 1, 37. Elocutionem vertere Plin.
 Epist. 2 *ult.* Equos vertunt ad mœnia Virg. Aen. 11, 619. Fa-
 cinus in horrorem versum Liu. 4, 17. Facinora in supplicium ver- 60
 tere Tacit. Ann. 5. Glebas vertere vomere Lucret. 1, 212. Glo-
 ria in inuidiam vertit se Liu. 2, 7. Gradum vertere Ouid. Met.
 4, 338. Homines in lupos vertere Plin. 8, 22. Impetum
 caeli cum admirabili celeritate moueri vertique videmus Cic. de Nat.
 Deor. 2, 95 c. 38. Inuidiam in aliquem vertere Quinctil. 6, 5. 65
 Iras in aliquem vertere Liu. 1, 13. Iram vertere ab aliquo in
 alium Hor. Epod. 10, 13. Iter vertere aliquo Virg. Aen. 5, 23. Iter
 retro vertere Liu. 28, 3. Laudem vertere in crimina Ouid. Epist.
 8, 53. Libertatem in licentiam vertere Liu. 27, 32. Malo
 vertere Tacit. Ann. 6, 19. Mentis vertere terror facilis Lucan. 70
 2, 460. Mœnia vr̄bis ab imo vertere Virg. Aen. 5, 810. Moe-
 nia vertere ferro Lucan. 3, 489. Occasionem ad bonum publi-
 cum vertens Tac. Ann. 15, 20, 2. Oculos ad sidera vertit Sil. 4,
 101. Oculos omnium in se vertere, *Facere vt omnium oculi in se*
conuertantur. Liu. 7, 34. Cic. Fam. 8, 10 Plura suspicari non pos- 75
 sum, haec nouj, alia, quae possunt accidere, non cerno. Multa tempus
 afferre, et praeparata multa esse scio, sed intra hos fines, quaecunque
 acciderint, vertentur. Omnia vertuntur in vnus potestate ac mo-
 deratione Idem A. 1 in Verr. 20 c. 7 *extr.* Omnia mutata et versa
 sunt in peiorem partem Idem pro Rosc. Amer. 103 c. 36. Ora 80
 vertere huc et illuc Hor. Epod. 4, 9. Cum fortuna manet, vul-
 tum seruatis, amici: Cum cedit, turpi vertitis Ora fuga Petron. c.
 80. Orbes torui luminis ad aliquem vertere, *Torue adspicere* Ouid.
 Met. 2, 752. Partem alicuius rei ad se vertere, *pro Accipere sibi*
 Cic. Diu. in Caec. 57. Pecuniam in priuatum vertere Liu. 38, 59. 85
 Pecuniam in rem suam vertere Vlpian. in l. prima ad l. Iuliam pecu-
 latus. Pecuniam vertere in vsum publicum Liu. 34, 6. Pe-
 riculum vertere in aliquem Idem 32, 12. Poenas montium in vo-
 luptatem gulae vertere Plin. 19, 4. Pollicem vertere, *vid.* POL-
 LEX n. 2. Praelium eo versum est Liu. 4, 28. Quaestio eadem 90
 vertitur in pluribus iudiciis. *b. e. Agitatur.* Paullus in l. Si cum
 vno. D. de except rei iudicat. Cic. Q. Frat. 3, 5 De Latinis vero
 quo me veritam nescio, ita mendose et scribuntur et veneunt. Idem
 Verr. 3, 198 Quid esse reliqui poterat ei, qui per hanc iniuriam non
 modo frumentum omne amittere, sed etiam omne instrumentum ven- 95
 dere cogeretur? quo enim se verteret non habebat. Plaut. Curc.
 1, 1, 69 Quod si non affert argentum, Quo me veritam, nescio. PA.
 Si Deos salutas, dextrorsum censeo, *vid.* ADORARE n. 2. Quo-
 quo te verteris, *i. In quacunque partem respexeris:* Cic. in Parad. 3
 Ipsum quidem illud peccare, quoquo verteris, vnum est. Super-100
 stitio instat et vr̄get, et quo te cunque verteris persequitur. Cic.
 de Diuin. 2, 149. *i. Quocunque.* Rationem vertere Cic. pro Rosc.
 Com. 34. Vertit hic rationem, et id quod probare non potest, fingere
 conatur. Regnum in formam prouinciae verterat Tacit. Hist.
 3, 47. Rempublicam vertere in meliorem statum Suet. in August. 105

- c. 23. Res in diferimine verti dicuntur Liu. 6, 36. Res in eo
vertitur Liu. 1, 30. Quinctil. 3, 6, 21 Nostra opinio semper haec
fuit, in eo credere statum causae, quod esset in ea potentissimum, et
in quo maxime Res verteretur. Vid. Cardo, Causa vertitur. Sic
5 Salus, Spes vertitur. Etiam sine nomine Liu. 39, 48 Multae et paruae
disceptationes iactabantur, sed quae maxime rem continerent, erant
— Verdebatur et vtrum manerent in Achaico concilio Laedaeom-
onii, i. disceptabatur: vertunt rem, qui ab omni parte considerare vo-
lunt; vid. VERSO. Res vertitur in periculo Plaut. Merc. 1, 1, 12.
10 b. e. Periclitatur. Idem Most. 5, 1, 10 Vbi ego video Rem verti
in meo foro, quantum potest facio id quod plurimi, quibus res timi-
da aut turbida est. i. De mea re agi, et in meam ceruicem cuncta ruere.
Salus mea in eo vertitur Liu. 3, 46 ut Cardo, Causa etc. Se verte-
tere in aliquem Liu. 40, 5. i. applicare, omnem spem et fiduciam in eo
15 collocare. Se in facies omnes vertere, varias formas et species re-
ferre. Virg. Aen. 12, 891. Plaut. Amph. Prol. 1, 1. Senten-
tiam vertere retro Virg. Aen. 10, 6. b. e. Mutare. Sententia ver-
tit te Idem Aen. 1, 241. Vid. SENTENTIA. Seria vertere ludo,
ludum interponere feriis Hor. de Arte Poët. 226. Seruum vertere
20 ex veteri ritu est manumittere: Perf. 5, 75
Heu steriles veri, quibus vna Quiritem
Vertigo facit. Hic Dama est, non tressis agaso,
Vappa et lippus, et in tenui farragine mendax.
Verterit hunc dominus, momento turbinis exit
25 Marcus Dama.
Sese in faciem alterius vertere Plaut. in Argument. Amph. 1, 1. Sese
vertere in hirundinem Plaut. Epid. 3, 3, 104. Solum exilii causa
vertere, i. Sedem aut locum mutare Cic. pro Quint. 86 c. 28. Add. Id. ib.
c. 19. et pro Caec. c. 34. Iuuenal. 11, 49. Manil. 5, 34. et 4, 80.
30 Spes ciuitatis in eo vertitur Liu. 4, 31. Stimulos sub pectore ver-
tit Apollo Virg. Aen. 6, 101. Stultitiae vertere aliquid alicui, pro
Stulte factum esse interpretari, ut Vitio Plaut. Capt. 2, 2, 9. Stilum
in tabulis vertere, i. Scripta inducere et delere Cic. Verr. 2, 101. Tem-
pus hiemis vertitur, vel mutatur aestate Columel. 7, 7. Terga ver-
tere, Fugere Liu. 1, 14. Tac. H. 2, 25, 1. Terra in aquam se ver-
35 tit Cic. de Nat. Deor. 3, 31. Terram vertere, Arare Virg. Georg.
1, 2. Terram vertere aratro Hor. Serm. 1, 1, 28. Columel. de
Arbor. c. 12 Bidentibus Terram vertere vtilius est quam aratro. Ter-
ram vertere ferro Virg. Georg. 1, 147. Hor. Serm. 1, 6, 85. Plaut.
40 Epid. 1, 2, 5 Quis erit, vitio, qui id non Vertat tibi? ut Stultitiae ver-
tere. Vsum alicuius rei ad luxuriam vertere, pro Conuertere, redi-
gere, applicare Plin. 15, 4. Vultus vertere ad ora alicuius Ouid.
Met. 7, 112. ¶ 3 Vertere est ex vna lingua in aliam trans-
ferre. Cic. de Fin. 1, 7 Quamquam si plane sic verterem, Platonem
45 aut Aristotelem, ut verterunt nostri Poetae fabulas, male credo me-
rerer de meis ciuibus. In Latinum Graeca vertere Quinctil. 10,
5. Ibid. et Conuertere et Transferre pro eodem posuit. Gell. 2,
23 Libitum est Menandri quoque Plotium legere, a quo istam comoe-
diam verterat Caecilius. i. cuius. Cic. Tusc. 2, 26 Verti enim mul-
50 ta de Graecis, ne quo ornamento in hoc genere disputationis careret
Latina oratio. Vertere ex Graecis Ter. in Prol. Eun. 7. Ex
Graeco in Latinum sermonem vertere annales Liu. 25, 39. ¶ 4
Intransitiue interdum ponitur, ut Mutare, Mouere, Ponere etc. Liu.
39, 48 Haec quae augendae eius amplitudinis causa facta erant, exem-
55 plo in inuidiam, mox in perniciem adolescenti verterunt. Tac.
Hist. 4, 1, 3 Quae saeuitia recentibus odiis sanguine explebatur, dein
verterat in auaritiam. Dial. de Oratorib. 4, 1 Perturbaret haec tua se-
ueritate, nisi frequens ac assidua nobis contentio iam prope in consue-
tudinem vertisset. Liu. 2, 27 Metus omnis et periculum liberta-
60 tis — in creditores a debitoribus verterant. Saepe ita Liuuius,
quod et annotationes ad h. l. et Drakenborchianus Index docent. V. g. 3, 36
Aliquamdiu aequatus inter omnes terror fuit, paulatim totus vertere
in plebem coepit. Dum verterat fortuna Id. 5, 99. In furias
vertere canes Grat. v. 392. Duo millia aeris damnato multam
65 edixerunt: ea res in caput vertit. Negant tulisse ignominiam aegri-
tudinemque: inde morbo absumentum esse Liu. 2, 52. Vid. Drakenb. ad
Sil. 9, 645. Curt. ad Sall. Iug. 85, 9 Excurs. 6. Quod bene ver-
teret Curt. 5, 4, 12. et 7, 11, 14. In praesagium vertit Tacit.
Ann. 11, 31. Bene vertere, pro Euenire Gell. 1, 15. Virg. Ecl. 9, 6
70 Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus haedos. i. e. Quae res eius
in perniciem vertatur, id est ut malo omine hoc munus accipiat, in-
quit Seruius. Plaut. Aul. 4, 10, 58 Nunc quae res tibi et gnatae
tuae bene feliciterque vortat, ita di faxint, inquit. Ter. Adolph.
2, 1, 31 Minis viginti tu illam emisti, quae res tibi vertat male. Plaut.
75 Perf. 4, 1, 5 Si malus aut nequam est, male res vertunt quas agit. Male
tibi vertat; imprecantis Ter. Phorm. 4, 3, 73. Di bene vortant
Plaut. Trin. 2, 4, 90. ¶ 5 Vertere, Versuram facere, vel
etiam vertere ac mutare merces. Plaut. Curc. 4, 1, 23 Vel qui ipsi vor-
tant, vel qui alii subuorsentur praebeant. Vid. paullo post VERSARE
80 pecuniam.
VERTENS, entis. Partic. [ἐπιστρω] Intransitiue fere capitur,
ut voluens. Cic. in Arat. 333 Annua conficiens vertentia (sc.) tempora
cursu. Cic. in Somn. Scip. 17 c. 7 Quum autem ad idem vnde
semel profecta sunt, cuncta astra redierint, eandemque totius caeli de-
85 scriptionem longis interuallis retulerint, tum ille vere vertens Annus
appellari potest, in quo vix dicere audeo, quam multa hominum sae-
cula teneantur. conf. Macrob. Somn. Sc. 2, 11. Anno vertente
Cic. pro Quint. c. 12. et de Nat. Deor. 2 c. 20. Nep. 17, 4, 4. conf.
Censorin. c. 19. Propert. 4, 2, 11 Sed quia vertentis fructum per-
90 cepimus anni, vid. ANNVS. Mensis vertens, ea ratione Plaut.
Perf. 4, 4, 76.
VERTENDVS, a, um. Partic. [ἐπιστρω] Ut, Aquae vertendae,
Nauigandae Ouid. Amor. 1, 9, 14. al. Verrendae.
VERSVS, a, um. Partic. [ἐπιστρω] Cic. pro Rosc. Amer. 103
95 c. 36 Videte nunc quam versa et mutata in peiorem partem sint omnia.
Acies retro versa, vid. ACIES. Amor versus in taedia Ouid. Epist.
3, 139. Annus Stat. Silu. 1, 2, 157. Caper Grammaticus p. 2245
ad fin. Inuersis Armis pugnasse gladiatores non est dicendum, sed
versis, id est transmutatis: sic non inuersis pannis agitasse aurigas,
100 sed versis. Equis versis animosus Parthus Hor. Carm. 1, 19, 11.
Fas versus atque nefas Virg. Georg. 1, 506. Fortuna partium
Tac. Hist. 2, 54, 1. In Fugam versi Idem Hist. 2, 26, 1. Gradu
verso discedere Ouid. Met. 4, 338. Hostes versi fuga Virg. Georg.
3, 120. Leges abolitae et funditus versae Tacit. Ann. 3, 36. Mens
105 mea versa est cum fortuna Ouid. ex Pont. 4, 9, 90. Pannis versus
vid.

vid. ARMIS. Regna ab imo versa Senec. Hippol. f. 4. Sententia retro versa Virg. Aen. 10, 7. Status ciuitatis versus, *mutatus* Tacit. Ann. 1, 4, 1. Vice versa, *vid. VICIS.* Liu. 40, 5 Totus in Persea versus pater cum eo cogitationes eius rei, etc. ad illius familiaritatem et fidem se applicans. Tacit. Hist. 4, 84 Qui versus animi modo nunquam pauescere, modo minis aduersantis populi terreri, *i. mutatus.*

VERSIO, ōnis. f. Plin. 8, 33 Nec pupillae motu, sed totius oculi versione circumspicit. *al. Versatione.*

VERSILIS, e. Ad. Facilis ad vertendum. *ut, Versilis profunditas.* Mart. Capell. 4 p. 135.

VERSO, āre. Frequent. [*τροπέω, ἐπιτρέπω*] Quintil. 6, 3, 90 Versati et adusti pisces, et postero die appositi. Quanto magis versaueritis et vndique inspexeritis Sen. de Prouid. c. 6. *vid. VERTERE* rem n. 2. Plin. 14, 8 Vuae ter die versatae per triduum, quarto exprimuntur. Cic. in Pison. 22 In quo ne tum quidem, quum illum suum saltatorium versaret orbem, fortunae rotam pertimescebat. Aliquem versare, *pro exagitare, deludere* Plaut. Pers. 5, 2, 17. Idem Bacch. 4, 5, 6 Ego versabo illum, hodie si vitio, probe. Id. Cist. 1, 1, 95 Mihi istum hominem dari vellem, *ut, ego illum versarem.* Animum versat cupido regni, *vel Pudor* Liu. 1, 17. Idem 25, 3 *extr. h. e. Exagitat, variis cogitationibus turbat.* Animum versare in omnes partes Virg. Aen. 4, 630. Animum versare per omnia Idem Aen. 4, 286. Animum muliebrem versare in omnes partes: *Precibus et minis tentare, ut faciat quod volumus* Liu. 1, 58. Curt. 5, 10, 9 Interim qui Persas sollicitarent mittuntur: hinc spe, hinc metu militares animos versabat. Bellum versare Cic. Verr. 5, 45. Quenam in Sicilia tanta clades, aut quod bellum tam diuturnum, tam calamitosum te praetore versatum est? Idem in Orat. 31 Sed ita ut rerum explicator prudens, seuerus, grauis, non ut in iudiciis versaret causas, sed ut in historiis bella narraret. Consilia noua versare pectore Virg. Aen. 1, 661. Cura, quae nunc te coquit et versat Cic. de Senect. 1. Dolorem corde versans Stat. Theb. 1, 249. Dolos versare Virg. Aen. 11, 704. *i. e. Tractare, Seruius.* Dolos versare, *pro Exercere* Virg. Aen. 2, 62. Ille (*seruus*) placet, versatque Domum etc. Ouid. Amor. 2, 2, 29. *vid. Burm. ad h. l.* Exemplaria Graeca Nocturna versate manu, versate diurna Hor. A. P. 269. Glebas ligonibus Hor. Od. 3, 6, 38. Hominem regere ac versare Lucret. 3, 165. Cic. pro Cluent. 70 Ad omnem malitiam et fraudem versare Mentem suam haec secum cogitans coepit. Naturam suam versare et regere ad tempus Idem pro Cael. 13 c. 6. Omnia fors versat Virg. Ecl. 9, 5. Oues versare, *pro Pascere* Virg. Ecl. 10, 68. *vid. Seru.* Pectora versat illis pudor Liu. 2, 45. Pectora amor versat Ouid. Amor. 1, 2, 8. Pecuniam versare dicitur numularius *pro Tractare vel permutare, in quo proprie eius professio est.* Suet. in Galb. c. 9. *vid. VERTO* n. 5. Reui eandem multis modis saepe versare Cic. in Orat. 237. Idem Verr. 1, 133 Versat se, quærit quid agat. Se in vtramque partem versare: Idem Verr. 2, 74 Itaque aestuabat dubitatione: versabat se in vtramque partem non solum mente, verum etiam corpore. Idem de Fin. 5, 50 86 c. 28 Id quaeres, inquam, in quo vtrum respondebo, verses, te huc atque illuc necesse est. Idem de Vniuers. 23 Seseque ipse animus versans, diuinius, sempiternae, sapientisque vitae induxit exordium: *i. mouens prout opus est huc illuc.* Spes occultas versaret animo Tacit. Hist. 2, 78. Terram versare, *Arare, fodere.* Virg. Georg. 1, 119. Vultus versare in omnia Ouid. Trist. 3, 9, 21. Versare, *Animo voluere, considerare* Hor. in Arte Poët. 39

Sumite materiam vestris qui scribitis aequam Viribus, et versate diu quid ferre recuset, Quid valeant humeri.

Versans, Siculisne resideret aruis etc. Virg. Aen. 5, 702. Idem Aen. 5, 408 Huc illuc vinclorum immensa volumina versat. *i. e. Considerat, ut ait Seruius.* Omnia secum versans Idem Aen. 11, 550. Degeneres trepidant animi peioraque versant Lucan. 6, 417. Secum in animis versare Liu. 3, 34. Versare in corde, *Cogitare* Plaut. Trin. 2, 1, 1. Versare Sententias et huc et illuc torquere Tac. Hist. 1, 85, 6. Cic. de Fin. 4, 56 Homo igitur acutus, causam non obrinens repugnante natura, Verba versare coepit. Quintil. 5, 7 de Testibus, Multum domi ante versandi, ac variis percontationibus, quales haberi ab aduersario possunt, explorandi sunt. Quintil. 7, 4 Finitio plerumque legibus iisdem, quibus coniectura versatur, *i. tractatur.* ¶ 2 *Obs.* Versare de iis, quae assantur. *ut, Piscem* Plaut. Afin. 1, 3, 26 seqq. Vbi sedulus hospes Pæne arsit, macros dum Turdos versat in igne Hor. Sat. 2, 5, 71. Assum est: versa, et manduca S. Laurentius ad carnificem, ap. Ambros. Offic. 1, 41 *extr.* Versari Pass. Haerere homo, versari, rubere Cic. Verr. 2 c. 76. In turbinem versari Sen. de Ira 3, 6. *i. versare se.* Plaut. Cist. 2, 1, 4 In amoris rota versari *i. torqueri.* Sen. de Ira 3, 6 Pars superior mundi — nec in nubem cogitur — nec versatur in turbinem etc. Versare et Vexare *miscentur a librariis, vid. Burm.* ad Ouid. Am. 2, 2, 29.

VERSANS, antis. Partic. Act. Lucret. 6, 125 Turbine versanti magis ac magis vndique nubem Cogit. Ouid. Met. 5, 134 Versans lumina. Sic 7, 597 Lassaque versantes supremo lumina motu. Cic. de N. D. 3, 93 c. 39 Fac esse distentam naturam diuinam, caelum versantem, terram tuentem, maria moderantem.

VERSATVS, a, um. Partic. Pass. Fuso versato ducere stamina Ouid. Met. 4, 221. Corporis versati lassa ossa Idem Am. 1, 2, 4. Membra versata toto toro Iuuen. Sat. 13, 218.

VERSOR, āri. Deponens. [*πολέωμαι, δμιλέω, προσδιαιρέω, σύνεμι*] In aliqua re assiduum esse. Cic. pro Milon. 53 c. 20 Quo in fundo propter insanas illas substructiones, facile mille hominum versabatur valentium aduersari. Idem Verr. 5, 93 c. 45 Versatur mihi Ante oculos indignitas calamitatis. Ante oculos imago versatur nobis Lucret. 2, 112. Apud praefectos regis versabatur Nep. 9, 2, 4. Circa res omnes versatur rhetorice Quintil. 2, 16. Circa scenam versatus est Suet. de Grammat. c. 18. Caes. Bell. Gall. 1, 48 Cum his in praeliis versabantur. Cic. de Diuin. 1, 115 Qui quia vixit ab omni aeternitate, versatusque est cum innumerabilibus animis, omnia, quae in natura rerum sunt, videt. Nobiscum versari iam diutius non potes Idem in Catil. 1, 10 c. 5. Cum his versare, qui te meliorem facturi sunt Sen. Ep. 7. Inter aliquos sine dedecore versari Cic. Att. 10, 7 (8). Idem Fam. 8, 3 Genere tamen quod ad nos pertineat, et *διδασκαλίαν* quandam ut versetur inter manus, habeat. Intra moenia hostis versatus est Idem Post. redit. in Senat.

10. Cic. Off. 1, 81 c. 23 Temere autem in Acie versari, et manu cum hoste configere, immane quiddam et belluarum simile est. Idem de Finib. 2, 28 c. 9 In magnis interdum versatur Angustii. Idem de Finib. 1, 53 Itaque non ob ea solum incommoda, quae eueniunt improbis, fugiendam improbitatem putamus, sed multo etiam magis quod cuius in Animo versatur nunquam finit eum respirare, nunquam acquiescere. In Artibus ingenuis versari Idem Fam. 4, 3. In Arte fordida versari Idem Off. 1, 150. In Bello versatus Nep. 11, 1, 2. In hac Causa multum et saepe versatus Cic. pro Quint. c. 1.
- 10 In Consiliis praeclarissime, ac administratione Reipublicae versari Quint. in Prooem. l. 1. In Corde meo versatur cupidus Plaut. in Poen. 1, 1, 68. Et Most. 1, 3, 34. Cic. pro Quint. 92 Ea res enim nunc in Discrimine versatur, vtrumne possit se contra luxuriam, ac licentiam, rusticana illa atque inculta parsimonia defendere: an deformata atque ornamentis omnibus spoliata, nuda cupiditati, petulantiaeque addicatur. Vbi aliqui legunt In discrimen: nam vtrumque eleganter efferi potest. In Errore Plin. Epist. 55. Cic. pro Mur. c. 10. Idem pro Caecin. 50 Eos enim vere possumus dicere esse deiectos, annon? Quum voluntas et consilium et sententia interdicti intelligatur, imprudentiam summam aut stultitiam singularem putabimus in verborum Errore versari? In Ignoracione hominum Id. Off. 2 c. 13. Multum in Imperiis Magistratibusque versatus Nep. 1, 8, 2. Cic. Tusc. 3, 3 In summa Inanitate versatur, consecraturque nullam eminentem effigiem virtutis, sed adumbratam imaginem gloriae. In Labiis primoribus modo versabatur mihi Plaut. Trin. 4, 2, 65. Cic. de Nat. Deor. . . Difficili in Loco versor. i. Hic locus est difficilis explicatu. Idem de Nat. Deor. 3, 35 Inuita in hoc Loco versatur oratio. In clarissima Luce Idem de Off. 2, c. 13. In Malis Ter. Andr. 4, 1, 25. In Memoria hominum et sermone versari Plin. Epist. 2, 1. Cic. pro Cluent. 69
- 30 Quae pecunia simulatque ad eum delata est, homo impurissimus statim coepit in eiusmodi Mente et cogitatione versari, nihil esse suis rationibus vtilius, quam Oppianicum condemnari. Idem de Fato 11 c. 6 Non enim credo nullo percepto aut caeteros artifices versari in suo Munere, aut eos, qui diuinatione vtantur, futura praedicere. Id. Verr. 5, 143 Nunquam tibi Populi Rom. absentis dignitas, nunquam species ipsa huiusmodi multitudinis, in Oculis animoque versata est? Idem Verr. 1, 121 c. 46 Vos illud vellem recordari, istius nequitiam et iniquitatem, tum in Ore vulgi, atque in communibus prouerbis esse versatam. Idem pro Lege Manil. 1 Et meus labor in priuatorum Periculis caste integreque versatus, ex vestro iudicio fructum amplissimum est consecutus, vid. INTEGRER. In Publico versatus Tacit. Ann. 15, 59, 5. Cic. Tusc. 4, 11 Stoici mihi videntur in hac Quaestione versari acutissime. In Quaestu, et compendio versari Idem Verr. 3, 109. In Ratione vitae versari Idem pro Font. 27. Idem Acad. 4, 110 Itidem si de officio multisque aliis de Rebus, in quibus versatur, exercitatusque sit, nescire se dicat. In Re aduersa versari Plaut. Pseud. 2, 4, 55. In Rep. atque in ea excellentius se gerere Cic. pro Sext. c. 45. In Rebus et vsu versari Idem Fam. 6, 10. Idem Fam. 1, 1 Vt in Rebus multo ante, quam profectus es, ab ipso rege, et ab intimis, ac domesticis Pompeii clam exulceratis, deinde palam a Consularibus exagitatis, et in summam inuidiam abductis, ita versamur. Versatus est in Sabinis Nep. 24, 1, 1. In Sicilia Cic. Verr. 5, 144. Idem pro Quint. 33 Eos porro, qui defendere consuerunt, vides accusare: et ea ingenia conuerti ad perniciem, quae antea versabantur in Salute atque auxilio ferendo. In summa Severitate versari Idem in Catil. 4, 7. Idem Fam. 13, 11 Deinde versatus in vtrisque Subsellis, optima et fide, et fama, iam ante hanc commutationem Reip. petitioni sese dedit. Idem pro Rosc. Com. 22 Roscio cur tanti fuerit causam requiro egebat? immo locuples erat. debebat? immo in suis Summis versabatur. i. Multas pecunias habebat, et nihil debebat. Haec Budaeus. Alii Numis. In Tenebris versari Cic. pro Planc. 42. Idem Att. 2, 4 Sed ita tamen, vt nihil minus velim, quam Pomponium et puerum versari in Timore ruinae. Idem Fam. 6, 2 Quod maiore in Varietate versata est adhuc tua causa, quam homines aut volebant, aut opinabantur. Idem Off. 1, 19 Quae omnes artes in veri Vestigatione versantur. Idem Acad. 4, 138 Nam qui summum bonum dicunt id esse, si vacemus omni molestia, eos inuidiosum nomen voluptatis fugere, sed in Vicinitate versari. Idem Acad. 4, 146 Deinde ita teneri, si sciens falleret: quod inscitia multa versaretur in Vita. Plaut. Mostel. 1, 3, 34 Quod malum versatur domi meae? Vbi prope similis fortuna est versata Liu. 2, 47. Dolo versari, pro Dolo agere. Vlpian. in l. Si fideiussor. D. Mandat. vel contra.
- 75 VERSATVS, a, um. Partic. Missum ad delectos agendos Agricolam, integreque ac strenue versatum etc. Tac. Agric. 7, 4. i. agendis delectibus versatum.
- VERSATIO, ōnis. f. [divors] Quadringentis versationibus imi tympani, semel superius versabitur Vitr. 10, 14. Plin. 8, 33 de chamaeleonte, Nec pupillae motu, sed totius oculi versatione circumadspicit. Rerum versatio fursum ac deorsum euntium Senec. de Tranquil. c. 11 sub fin. conf. Vitr. 10, 1.
- VERSABILIS, e. Adi. Senec. de Tranquil. vitae c. 11 Omnem eruditionem scito versabilem esse. Versabilem feminam in fraudem illexit Ammian. 16, 8. Fortuna versabilis Curt. 5, 8, 15. conf. Ammian. 31, 10.
- VERSABILITAS, ātis. f. Sarisb. 3, 12 Versabilitate ingenii Protea vincere. Mair. versibilitate.
- VERSABUNDVS, a, um. Quod in gyrum vertitur Lucret. 6, 437 Versabundus enim turbo descendit, etc. Add. Id. ib. v. 581. Vitruu. 9, 7.
- VERSATILIS, e. Adi. [divors] Quod huc et illuc versatur: siue Quod idoneum est vt versetur. Plin. 36, 18 Idem molas versatiles Voliniis inuentas, aliquas et sponte motas inuenimus in prodigiis. Curt. 4, 13, 32 Adeoque aciem versatilem posuit, vt qui vltimi stabant ne circumrentur, verti tum, et ad frontem circumagi possent. Liu. 39, 40 de Catone, Huic versatile ingenium sic pariter ad omnia fuit, vt natum ad id vnum diceres, quodcumque ageret. Versatilia caenationum Laquearia ita coagmentat, vt subinde alia facies atque alia succedat, et toties tecta, quoties fercula mutantur Sen. Ep. 90. Scena Val. Max. 2, 4, 6. Coenationes laqueatae Tabulis eburneis versatilibus et fistulatis, vt unguenta desuper spargerentur Suet. Ner. c. 31. Triclinia Lamprid. in Heliog. c. 21. Lucret. 5, 1435 At vigiles mundi magnum et versatile templum, etc.
- 100 VERSORIA, vel VORSORIA, ae. f. Vt, Versoriam capere, i. Rs.

i. Reuertii. Plaut. Trin. 4, 3, 19 Perisse ducis, cape verforiam, recipe te ad herum. *Vbi Turnebus, Verforia est funis, quo vertitur velum.* Plaut. Merc. 5, 2, 34 Hic secundus ventus nunc est: cape modo verforiam. *Ios. Scalig. ad Mamil. 3, 679 interpretatur eam, quam Versuram in porticibus dicit Vitruuius, flexum, anfractum. Sed posterior locus Plauti fauet nauticae significationi.*

VERSUS, ūs. m. [*sixos, eros*] est conuersio quaedam, s. illud ipsum, in quo fit conuersio, ut sulcus quo peracto vertitur aratrum et retro agitatur, ut ea, quam in scribendo vulgus lineam vocat, in quo genere sunt praesertim carmina, quae ita antiquitus scribi solebant, ut unum quodque suum versum absolueret. De hoc ultimo genere, cum sit vrsitatissimum, primum agitur. Est igitur Versus carmen mensura sua constans, qua impleta reditur ad initium. Cic. pro Arch. 23, 10 Nam si quis minorem gloriae fructum putat ex Graecis versibus percipi, quam ex Latinis, vehementer errat. Idem Verr. 3, 77 De qua muliere versus plurimi supra Tribunal et supra Praetoris caput scribebantur. Virg. Georg. 2, 385 Necnon Aufonii Troia gens missa coloni Versibus incontinis ludunt, risuque soluto. i. e. Carminibus, inquit Seruius, Saturnio metro compositis: quod ad rhythmum solum vulgares componere consueuerunt. Sic Plaut. in imagine conuiuii ebrii Stich. 20

5, 7, 2 Si istoc me versu (canendo et saltando) viceris, alio me prouocato. *Quin de lusciniis* Plin. 13, 29 Meditantur aliae iuniores versusque quos imitentur accipiunt. Versus est cantilena particula, quae uno spiritu absolui possit, unde a nouo incipitur. Cic. in Orat. 67 c. 20 Quidquid est, quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiam si abest a versu (nam id quidem orationis est vitium) numerus vocatur. De versu, vitio orationis solutae, vid. Cic. de Orat. 3, 175 c. 44 sq. Et Orat. 189 c. 56 sq. Quinctil. 9, 4 et quos magno numero laudat Fabric. Bibl. Lat. T. 2 p. 746 sq. Aeterni versus, Qui nunquam peribunt Lucret. 1, 122. Canori versus Hor. Epist. 2, 2, 76. Catenati versus ex pluribus asperrime coeuntibus inter se syllabis Quinctil. 1, 1. Clari parum versus, Subobscuri, non faciles intellectu Hor. de Arte Poët. 448. Concinnior versus Idem 2, 1, 74. Confragosi versus Quinctil. 1, 1. Delicatissimi Cic. in Pis. c. 29. Diserti versus Martial. 6, 14. in Laberium. Duri versus Hor. de Arte Poët. 445. Inculti versus et male nati Idem Epist. 2, 1, 233. Inertes versus Idem de Arte Poët. 445. Inopes rerum versus Idem de Arte Poët. 322. Intercalaris versus, vid. INTERCALO. Laboriosus versus, vid. LABOR, ōris. Lasciuus versus Martial. 10, 64. ad Poliam. Lepidus versus Catull. ad Flauium 6, 17. Longi versus vid. LONGVS. Malus versus Cic. in Pison. 73 c. 30. Macrob. Saturn. 6, 3 Nemo ex hoc viles putet veteres Poetas, quod versus eorum Scabri nobis videntur. Solutus versus Quinctil. 1, 8. Suauidicis versibus edere aliquid Lucret. 4, 181. Teres versus Lucan. ad Pison. 236. ¶ 2 Verba: Amplecti cuncta versibus Virg. Georg. 2, 42. Componere versus Hor. Serm. 1, 4, 8. Conficere numerum et versum. Cic. de Orat. 3, 50 c. 14 In ipsa oratione quasi quendam numerum versusque conticiunt. Contendere alternis versibus Virg. Ecl. 7, 23. Coopertus famosus versibus Hor. Serm. 2, 1, 63. Deducere versus Ouid. ex Pont. 1, 5, 13. Dicere versus Virg. Ecl. 5, 2. Dicere aliquid versu Hor. Serm. 1, 5, 87. Dicere ornatissimis atque optimis versibus de re aliqua Cic. de Orat. 1, 69. Dictare versus Hor. Serm. 1, 4, 10. Ducere versus, Scribere Ouid. Trist. 5, 12, 63. Edere aliquid versibus Lucret. 1, 122. Effutire leues versus Hor. de Arte Poët. 231. Euoluere molles versus, Legerē lasciuia carmina Ouid. Trist. 2, 307. Exponere versibus aliquid Hor. de Arte Poët. 89. Exprimere aliquid versibus Cic. in Pis. c. 29. Idem Verr. 7, 80 Versus, qui in istius cupiditatem Facili sunt. conf. Horat. Epist. 2, 2, 51. Stat. Silu. Praef. Sallust. Catil. c. 25. Facilitate versus Hor. de Arte Poët. 470. Fingere versus Idem de Arte Poët. 382. Cic. de Orat. 3, 192 c. 50 Solitus est versus hexametros, aliosque variis modis atque numeris Fundere ex tempore. Illustrare aliquid versibus Lucret. 1, 138. Includere versus verba, vid. INCLVDO. Invenari teneris versibus, i. Iuueniliter lasciuire et loqui versibus mollibus, suauibus et delicatis Hor. de Arte Poët. 247. Laedere aliquem tristi versu Idem Serm. 2, 1, 21. Ludere incontinis versibus Virg. Georg. 2, 386. Nectere ludenti versu carmina Lucan. ad Pison. 152. Oblinere aliquem atris versibus Hor. Epist. 1, 19, 30. Perferbere versus puris verbis Idem Serm. 1, 4, 54. Persequi versus aliquid Virg. Georg. 3, 339. Positi commode versus Quinctil. 6, 3. Cic. de Orat. 1, 261 c. 61 Qui etiam coniectis in os calculis, summa voce versus multos vno spiritu pronuntiare consuecebat. Possunt haec etiam ad illud genus pertinere, de quo n. 3. Si versus pronuntiatu est Syllaba vna breuior aut longior, exhibilatur, exploditur Cic. in Parad. 3. Ructari sublimes versus Hor. de Arte Poët. 457. Scribere versus Idem Serm. 1, 9, 23. et Epist. 2, 2, 54. Cic. Fam. 1, 9 Scripsi etiam versibus tres libros de temporibus meis. Soluere versus Quinctil. 1, 9. Surgit pagina versu Ouid. Amor. 1, 1, 17. Tornati male versus Hor. de Arte Poët. 441. Bentleius legit, Male ternati. ¶ 3 Versus, Linea vulgo vocatur. Plin. Epist. 3, 5, 12 Decem amplius versus hac tua interpretatione perdidimus. Id. 4, 11 Non paginas tantum epistolae, sed etiam versus, syllabasque numerabo. add. Suet. Aug. c. 87 extr. Gell. 9, 15. Cic. pro Rabir. Post. 14 c. 6 Glaucia solebat homo impurus, sed tamen acutus populum monere, ut quum lex aliqua recitaretur, primum versum attenderet. Deplorat primis versibus (epistolae) mansionem suam Idem Att. 2, 16. Demosthenes versus multos vno spiritu pronuntiare consuecebat Id. de Orat. 1 c. 61. Vno hoc volumine vitas excellentium virorum complurium concludere constituimus; quorum separatim multis millibus versusum complures scriptores ante nos explicarunt Nep. 15, 4, 6. Sueton. Aug. c. 8 Nec ab extrema parte versusum abundantes literas in alterum (versum) transfert. Varro de L. L. 9, 3 p. 134, 35 Nonnunquam (numeri) rationes habent implicatas duas, ut sit vna directa, altera transuersa. Quod dico apertius sic fiet. Esto sic expositos esse numeros, ut in primo versu sit vnum, duo, quatuor; in secundo decem, viginti, quadraginta; in tertio centum, ducenta, quadringenta, (nempe ita:

1.	2.	4.
10.	20.	40
100.	200.	400)

In hac formula duo inerunt, quos dixi λόγος, qui diuersas faciunt analogias: vnus duplex, qui est in obliquis versibus, quod est vnus ad duo, sic duo ad quatuor: alter decemplex in directis ordinibus: quod est vnus ad decem, sic decem ad centum. De hac notione, et sixois Grae-

- corum, vid. h. l. Lambin. n. 52. *Salmaf. Exerc. Plin. Prolog. p. 29*
segg. Barth. ad Script. Ven. p. 191. Voss. de Vit. Serm. 1, 26. Heinf.
 Arist. Sac. c. 13. it. *Proleg. in Nou. Test. c. 18 et 19. Versus an de*
Periodo in prosa oratione dici possit, vid. Scalig. Poët. 2, 5. Pareus Lex.
 5 *Crit. p. 1282. Nempe, quae afferuntur testimonia, ea ad spatium illud*
potius pertinent, unde deditur a dextra, ut hodie scribit Europa praeter
Judaeos, ad sinistram: non ad circuitum illum siue orbem, aut ad absolu-
tam sententiam. ¶ 4 *Versus in agricultura, est Sulcus a*
 10 *fronte ad finem perductus, quo facto in versura v. v. aratrum vertitur.*
In arando versum peragi oportet, non strigare in actu saepius Plin.
 18, 19. *Neque in media parte versus consistat, detque requiem in*
summa Colum. 2, 2, 27. Sic legi volunt Salm. et Buchn. pro versurae.
Sed in media parte versurae potest intelligi inter utramque versuram loco
medio, et sic idem significabit, quod in medio versu. Colum. 2, 2, 25
 15 *Bubulcum per proficissum ingredi oportet, alternisque versibus obli-*
quum tenere aratrum, et alteris recto plenoque sulcare. Modum
certum agri significat Varr. de R. R. 1, 10, 1 In Hispania vltiore me-
tiuntur iugis, in Campania versibus, apud nos in agro Romano ac La-
 20 *tino iugeris. Iugum vocant, quod iuncti boues vno die exarare pos-*
sint. Versum dicunt centum pedes quoquouersum, quadratum. Iu-
gerum, quod quadratos duos actus habeat. Vid. Scalig. Coniect.
 in Varr. p. 73. *Versus remorum, pro Ordine Virg. Aen. 5, 119*
 Gallicum vulgus dicit *ranc, vel rangée. Et Liu. 45, 35 Regia na-*
 ve, ingentis magnitudinis, quam sedecim versus remorum agebant.
 25 *Virg. Georg. 4, 144 Ille etiam seras in versum distulit vltimos. Fa-*
vorum versus Plin. 11, 10. Idem 15, 29 Myrtum exoticam celebrat
folio densissimo, lenis foliorum versibus. In militia versus di-
 30 *citur ordo militum a fronte in tergum pertinens: vid. Aelian. de In-*
struend. Acieb. vid. IVGVM. 6.
 VERSICVLVS, i. m. Dimin. [*versiculus*] Cic. ad Brut. 14 pr. *Breues tuae*
literae, breues, dico, immo nullae: tribusne versiculis his temporibus
Brutus ad me? Idem de Legib. 2, 14 Quae praefertim vno versicu-
 35 *culo Senatus (breuissimo Scto) puncto temporis sublatae sint. Vnus*
versiculus dicuntur haec verba, ne quid Resp. detrimenti capiat Cic. pro
 Mil. c. 26 et 3. *Idem Att. 5, 1 Nunc venio ad transversum illum*
 40 *extremae epistolae tuae versiculum. Quum pagina versibus recto or-*
dine subsequenter completa nihil ultra capit: tum, si quid eiusmodi su-
perest, quod multorum verborum non sit, scribere solemus de transverso.
De carminibus Cic. Att. 13, 6 Epistolas mihi pronunciabat, versiculis
 45 *facetis, ad familiares missas. Catull. 16, 7 Molliculi et parum*
puddici versiculi. Euntes mollius versiculi Hor. Serm. 1, 10, 58.
Scribere versiculos Idem Epod. 11, 2. Facere Idem Sat. 1, 10, 31.
Add. Colum. 9, 2. Martial. 3, 9 et 50. Suet. Calig. c. 8.
 VERSIDICVS, i. m. *Pro Poëta epico, ap. Fab. Victorin. in Rhet.*
 45 *VERSIFICO, are. [*versificō* Gl. Gr. Lat.] Versus facere. Quinctil. 9, 4*
Nam et versificandi genus est omnibus sermonibus vnam legem dare.
conf. Ammian. 21, 16. Fatiloquia Sibyllae versificare — me-
 50 *diorum diuorum sortitio est Apui. de Deo Socrat. p. 46, 5.*
 VERSIFICĀTVS, a, um. *Lucil. apud Non. 13, 2 Multa homi-*
 nes portenta in Homero versificata, monstra putant, etc.
 55 *VERSIFICATIO, ōnis. f. [*versificō* Gloss. Gr. Lat.] Quinctil.*
 9, 2 *Abusue in versificationis ac sermonum imitatione seruat.* Ib.
 c. 4. Colum. 11, 1.
 VERSIFICĀTOR, ōris. m. [*versificō*]. Quinctil. 10, 1 *Versifi-*
 60 *cator, quam Poëta melior Cornelius Seuerus. conf. Iustin. 6, 9, 4.*
Vopisc. in Saturn. pr.
 VERSIFICVS, a, um. Adi. *Solinus c. 16 Studium musicum*
inde coeptum, quum Idæi Daetyli modulos crepitu ac tinnitu aeris de-
 prehensos in versificum ordinem transtulissent.
 65 *VERSIFICE. Adu. Sarisb. in Metalog. 1, 3 Versifice dicere.*
 VERSVS, VERSVM, VORSVS, VORSVM. *Praepositio, Ac-*
cusatiuum requirit, et semper postponitur. Cic. Fam. 11, 27 Et initio
belli Ciuilibus quum Brundisium versus ires ad Caesarem, venisti ad
 70 *me in Formianum. Idem de Diuin. 1, 77 Quum Aretium versus*
 65 *castra mouisset. add. Id. Fam. 2, 6. Habet adiunctam Praepositio-*
nem; Ut, Ad Occidentem versus, In forum versus: et tunc est Aduer-
bium, vt Vallae placet. Cic. de Amicit. 96 Is primum instituit
in forum versus agere cum populo. Vetus exemplar habet Veribus.
 75 *Liu. 1, 18 Deductus in arcem, in lapide ad Meridiem versus confedit.*
 Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 12, 3 *Supra Maleas in Italian versus nauigaturus*
 70 *erat. conf. Caes. B. G. 6, 32. 7, 7 et 8. Sallust. Cat. 56, 4 Modo*
in Galliam versus castra mouere. Vide hic Cortium, et obserua, in ta-
libus versus posse nonnunquam Participii personam sustinere. Confidrentur
 75 *loca Sallustii, quae damus n. 2 cum Varietate Lektionis apud Cortium. Ad*
mare versus Hirt. B. Hisp. c. 18. Versum ad eum: Plaut. Epid.
 2, 2, 63 *Coepi rursus versum ad illas pauxillatim accedere. Quoquo*
 80 *versus, i. In vnamquamque partem et quocumque Varr. de R. R. 1, 10.*
 Caes. Bell. Gall. 7, 4 *Quoquo versus legationes dimitti. Sursum*
 85 *versus, Deorsum versus Cato c. 156. Quum gradatim sursum ver-*
 80 *sus deditur Cic. in Orat. 135 c. 39. Quinctil. 9, 1. Et idem quasi*
sursum versus retroque dicatur Cic. in Partit. 24. Sursus ver-
 85 *sus Lucret. 2, 188. Vtroque versus, i. In utramque partem Gell.*
 5, 12. *Idem 12, 13 Quum vero omnes terras omnifariam et vndique*
 90 *versus circumfluat, nihil citra eum est. ¶ 2 Versum vel*
 85 *Vorsum idem quod Versus vel Vorsus. Sall. Iug. 58, 4 Animaduertit*
fugam ad se vorsum fieri. Et 69, 1 Vagenes, vbi animum aduertere
 ad se versum exercitum pergere.
 95 *VERSURA, ae. f. [*versura*] s. Versura, vt comici solent, a Ver-*
 tendo dicitur, quum aliquid vertitur, diuersa quidem ratione. Varr.
 90 *de R. R. 1, 46 Propter eiusmodi res, admiranda discrimina sunt natu-*
ralia, quod ex quibusdam foliis, propter eorum versuram, quod sit
anni tempus dici possit, vt olea, et populus alba, et salix. Horum
enim folia quum conuerterunt se, solstitium dicitur fuisse. conf. Ar-
 95 *nob. 5 p. 187. ¶ 2 Versura, [*versura*] Scriptoribus agricul-*
 95 *turae dicitur, quum boues in arando post peractum legitimum sulcum cir-*
 cumaguntur, vertunturque. Columel. 2, 2, 28 *Cum ventum erit ad ver-*
 100 *suram, in priorem partem iugum propellat, et boues inhibeat, vt*
colla eorum refrigescant. Eadem Pallad. Ian. 3, 1. Col. 2, 18, 4 Gru-
 100 *mos, quos ad versuram plerumque tractae faciunt crates, dissipabi-*
 mus. *Sed omnem quoque flexum in finibus agrorum versuram dixere.*
 Vid. Script. Rei agrar. p. 4, 8 etc. et Ind. Goesianus h. v. *Versura,*
 pro Sulco ipso an ponatur, videndum, Columel. 2, 2, 27 *de bubulco, Sed*
 nec in media parte versurae consistat: detque requiem in summa, vt
 spe cessandi totum spatium bos agilius enitatur. Salm. de M. Vsur.
 105 p. 294 *omnino pro versurae legi vult versus. Sed nondum poenitet mo-*
 nuisse,

nuisse, in media parte versurae posse intelligi de parte sulci inter utramque versuram media s. interiecta.

¶ 3 Versura, Flexus angulorum in aedificiis et parietibus exterior, ut est apud Vitruvium 3, 1. et 5, 6 ad finem. it. c. 11 et 12. conf. Baldi Lex. Vitruv. et Salmas. de Modo Vsur. p. 295.

¶ 4 In rationibus et calculis Versura, quae Graecis ἀντιστροφή vocatur, quod summae deest, quo addito ea expletur, complementum hodie vocant, ut triens est Versura beffis ad integrum assem explendum. Sic cerre interpretatur Salmas. p. 161 illud Tertulliani de Pallio, Si quid mare diluit — gladius detotondit, alias versura compensati reddit i. compensationis.

¶ 5 Sollemnis significatio est, cum notat mutuum sub usura. Ut mutuum a mutando dicitur, sic a vertendo versura. Igitur versuram facere est mutuum sub usura accipere pecuniam: versura soluere significat aes alienum, aere alieno, siue pecunia mutuo sumpta, soluere et expungere. Haec posterior formula peperit errorem Grammaticorum, ut quoties versurae sit mentio, mutationem creditoris, mutuum nouo mutuo dissolutum intelligerent. Sic

Donatus ad illud Ter. Phorm. 5, 2, 15 In eodem haesitans luto, versura soluis, primo recte interpretatur, id est creditorem mutas: Sed incaute addit, Versuram facere dicitur, qui aes alienum ex aere alieno soluit; nam dicitur sane is, quoque versuram facere, quatenus mutuum sumit; non quatenus illo mutuo aliud mutuum dissoluit. Cautius paullo, nescio an plane vere Festus, Versuram facere, mutuum pecuniam sumere (haec tenus bene) ex eo dictum est, quod initio, qui mutuabantur ab aliis, intell. mutuabantur ad hoc, non ut domum ferrent, sed ut aliis soluerent, velut verterent creditorem. Locum Ciceronis ingeniose accom-

modauit Lactant. 2, 8, 24 Quum ortum rerum tribuis naturae, ac detrahis Deo, in eodem luto haesitans versura soluis (etiam hic versuram inoleuit, quod Gronouii auctoritate tandem mutauit Bunemannus) A quo enim fieri negas, ab eodem plane fieri mutato nomine confiteris. Maneat ergo Versuram esse mutuum δάρεον, non δάρεον δάρεον, quod post Salmasium ad Tertull. Pall. p. 163 sq. de Vsur. p. 519 et de Modo Vsurar. p. 297 sqq. luculenter ostendit Gronou. de Pec. Ver. p. 535 sqq. et ostendet inductio locorum, quae iam dabimus.

Cic. Tusc. 1, 100 c. 42 Ego vero illi maximam gratiam habeo, qui me ea poena multauerit, quam sine mutatione et sine versura possem dissoluere i. sine mutuo gratuito et sine usura. Vox Lacedaemonii, quem Lycurgi lex morte multabat. Pro versura etiam sunt libri, qui usura legunt, quae vox et significatione coniuncta est, et in scriptura Longobardica vno apice adu adiecto distat. Idem Att. 5, 21 Salaminii cum Romae versuram facere vellent, non poterant, quod lex Gabinia vetabat.

Idem Verr. 2, 186 c. 76 Inspiciebamus Syracusis a Carpinatio confectas tabulas societatis, quae significabant multis nominibus eos homines versuram a Carpinatio fecisse, qui pecuniam Verri dedissent. Versuram nunquam fecit

vllam Idem pro Cael. c. 7 i. non sumsit sub usuris mutuum pecuniam. Idem pro Flacc. 48 c. 20 Negauit sese omnino versuram vllam fecisse Romae. Idem pro Font. 1 A quibus versuras tantarum pecuniarum factas esse dicunt?

Nep. 25, 2, 4 Quum enim versuram facere publice necesse esset, neque eius conditionem aequam haberent, semper se interposuit, atque ita, ut neque usuram vnquam ab iis accepit etc. Itaque pro versura, quam facere parati erant ipse mutuum gratuitum illis dedit. Sic ibid. 9, 5 Cum Fuluis fundum secunda fortuna emisset in diem, neque post calamitatem versuram facere potuisset, ille se interposuit, pecuniamque sine foenore, sineque vlla stipulatione credidit. Cic. Att. 5, 1 post mentionem CCC vel DCCC HS. Quae quidem ego utique vel versura facta solui volo i. pecunia mutuo sumpta.

Et 16, 2 Ne quid sit tibi mea fama potius, non modo versura, verum etiam venditione, si ita res coget, nos vindicabis. Et 16, 15 Non modo, sed iniquissimo foenore versuram facere Aurelius coactus est. Et 15, 20 Versuram esse faciendam mensium quinque. Hieron. Epist.

27 de Paulla, Liberalitas sola excedebat modum: et usuras tribuens versuram quoque faciebat, ut nulli stipem rogantium denegaret. Metaph. Plin. 19, 4 de oleribus, Pars eorum ad condimenta, pertinens fatetur domi versuram fieri solitam, atque non Indicum piper quaesitum etc. i. domo, non aliunde, petita illa condimenta. Sic Sen. de Benef. 5, 8 Ut concedam aliquem dare sibi beneficium; dum dat et recipit: ut

concedam aliquem a se accipere beneficium; dum accipit et reddit. Domi, quod aiunt, versura fit, et veluti lusorium nomen statim transit. Vid. ut eleganter hunc locum illustret Gron. de Pec. Ver. p. 537 sq. praesertim ex eo, quod Seneca ipse c. 7 ait, M. Cato ait, quod tibi deest a te ipso mutuare. Id. Sen. Epist. 19 fin. cum dixisset, se debere

sententiam Lucilio, Ut se res habet ab Epicuro versura facienda est, i. mutuo quasi accipienda sententia, qua tibi satisfaciam. De Vetita versura Tac. Ann. 6, 16, 3 historica disputatio est: de qua Gronou. de P. V. p. 535.

VERSUTVS, a, um. Adi. Quod vertitar. Alludit certe ad hanc proprietatem vocis Plaut. Epid. 3, 2, 35 Versutior es, quam rota figuraris. Alioqui est Versutus, [πᾶντροπος, ὑποποιός] Qui facile se, prout opus est, in hanc vel illam partem vertit, praesertim fallendi causa. Festus, Versuti dicuntur, quorum mentes crebro ad malitiam vertuntur.

Cic. de Nat. Deor. 3, 25 c. 10 Et Chrysiippus tibi acute dicere videbatur, homo sine dubio versutus et callidus. Versutos eos appello, quorum celeriter mens versatur. Idem de Fin. 2, 53 Sed omnia callide referentem ad vtilitatem, acutum, versutum, veteratorem, etc. Et paullo post, Is enim qui occultus et tectus dicitur, tantum abest ut se indicet, perficiet etiam ut dolore alterius improbe facto videatur.

Quid enim est aliud esse versutum? Idem de Finib. 3, 2 Neque enim, qui defendunt eam, versuti in differendo sunt: nec qui contradicunt causam difficilem, repellunt. Versutus ingenii Plin. 7, 12.

Quid. Mct. 11, 312 Alipedeis de stirpe Dei versuta propago nascitur, Autolycus. Malitia, est versuta et fallax ratio nocendi Cic. de Nat. Deor. 3, 75 c. 30.

Idem Post Redit. in Senat. 12 Nam ille alter Caesonius Caluentius ab adolescentia versutus est in foro, cum eum praeter simulatam versutamque tristitiam nulla res commendaret. Compar. Hoc totum si vobis versutius videbitur Idem pro Caec. c. 29. Versutior es quam rota figuraris Plaut. Epid. 3, 2, 35. Superl.

Idem Off. 1, 109 c. 30 Quo in genere Lysandrum versutissimum accepimus. In summa feritate versutissimi Vell. 2, 118, 1. Haereticorum versutissima argumenta Augustin. de Trin. 4 extr.

VERSUTE. Adu. [πᾶντροπος] Callide. Cic. de Clar. Orat. 35 Nihil acute inueniri potuit — nihil, ut ita dicam, subdole, nihil versute, quod ille non viderit; nihil subtiliter dici, etc. Dicere versute et subtiliter Idem in Orat. 22 c. 7.

Compar. Hoc si vobis versutius, quam mea consuetudo defendendi fert, videbitur, sic existimetis, etc. Idem pro Caecin. 85 c. 29. Superl. August. de Trinit.

15, 20 Quidam acute respondit haeretico versutissime interroganti.

VERSVTILŌQVVS, a, um. Adj. [*περδαλέλογος*] *Qui versute loquitur.* Enn. ap. Cic. de Orat. 3, 152 c. 38 Num non vis huius me versutiloquas malitias: Videtis enim et Versutiloquas, et Expectorat, ex coniunctione facta esse verba, non nata. Cic. in Orat. 160

5 Habeo istam ego perterricrepan. Idemque, Versutiloquas malitias. add. Non. 2, 922.

VERSCOLOR, ōris. Adj. [*πολυχρώματος, ποικιλοχρώματος*] *Duo significare videtur: primo simpliciter, quod mutavit colorem, ut quidquid tinctum est artificio quodam, cum Romani diu naturali colore lanae contenti tinctoriis illis artibus usi non fuerint. Ita capi videtur* Liu.

10 7, 10 de Gallo, quicum ex prouocatione pugnavit Manlius, Corpus — versicolori veste, pictisque et auro caelatis resurgens armis. Liu.

34, 1 lege Oppia interdicitur mulieribus, ne veste versicolori vterentur, quae paullo post c. 7 purpurea vocatur. Consentit Vlpian. l. 7 §. 12

15 D. de Legat. et fideic. 3 Versicoloribus videndum est. Et constabat apud veteres, lanae appellatione versicoloria non contineri —

Proinde quaeritur, an purpura appellatione versicolorum contineatur? et ego arbitror, ea quae tincta non sunt versicoloribus non annumerari: et ideo neque album, neque naturaliter nigrum contineri, nec alterius coloris naturalis: purpuram autem et coccum, quoniam nihil natiui coloris sunt, contineri arbitror. Add. l. 78 §. 5 eod. et l. 32 §. 6

D. de Auro arg. leg. Sed interdum idem videtur quod diuersicolor, i. non unius coloris, idque duplici ratione, vel ut maculas tantum, virgas,

clavos alterius coloris habeat, vel ex eo genere, quod pro diuerso situ ac

25 motu diuersos colores reddat. Ad hoc genus pertinent autem quarundam plumae, ut Cic. de Finib. 3, 18 c. 5 Cauda pavoni, plumae versicolores columbis, quasi ad quendam ornatum datae. De his Propert.

3, 5, 64 Effulto pluma versicolore caput, i. puluino pavoninis plumis facto. Et 3, 11, 32 Aut variam plumae versicoloris auem. Hoc

30 sensu versicolorem purpuram dices, de qua Macrobbii 2, 4 locum damus in SOLARIUM. Et hodie frequens usus est sericorum eius generis, quae pro diuerso appulsu et repercussu lucis colorem mutant. Huc refero Plin. 9, 17. Cum dixisset nullis piscibus nomen a colore mul-

leorum calceamentorum datum, addit, Mullum expirantem versicolo-

35 ri quadam, et numerosa varietate spectari, proceres gulae narrant, rubentium squamarum multiplici mutatione pallecentem. Hic sine dubio versicolor quod vertit mutatque subinde colorem. Variam,

pictam, maculosam vestem intelligamus in istis. Tacit. 2, 20, 2 ubi Ornatum Caecinae in superbiam trahebant, quod versicolore sagulo

40 — indutus togatos alloqueretur: nisi forte sagulum ipsum, vestis militaris rubri coloris hominibus displicuit: sic referetur ad primam significationem. Eadem ratio Tac. Hist. 5, 23, 2 Sagulis versicoloribus haud indecore pro velis iuuabantur. Val. Max. 9, 1, 3 sic intellexisse videtur versicolorem vestem lege Oppia prohibitam, qui vestem variis coloris appellet. Metaph. Quint. 10, 1, 33 Nec versicolorem illam, qua Demetrius Phalereus dicebatur uti, vestem bene ad forenses puluerem facere. Audacius etiam 8 Pr. 20 sed post mentionem tamen vestium, Similiter illa translucida et versicolor quorundam elocutio res ipsas effeminat, quae illo verborum habitu vestiuntur. Armis versicoloribus, apud Virgilium Servius exponit Depictis: per quod bellicosus ostenditur Aen. 10, 181. Cultu versicolore decens. Floralia celebrantium turba, i. florida, variis coloribus picta, meretricia, ἀνδρῶν Ouid. Fast. 5, 356. Plin. 36, 6 Versicolores quidem maculas, et in totum marmorum apparatus Menander etiam diligentissimus luxuriae interpret primus et raro attigit. Nemesian. 4, 68 Haec eadem nobis quae versicoloria sita: sed vehementer fluctuat lectio. Plin. 15, 13 Ingens postea turba prunorum, versicolor, nigra, candicans. Et 25, 2 Versicoloribus viperarum maculis. Et 28, 8 de chamaeleonte, Nullum animal pauidius existimatur, et ideo versicoloris esse mutationis. Multa de hoc nomine disputantur in Dukerianis Opusc. de Latinit. ICtor. c. 53.

VERSCOLORIVS, a, um. Idem. l. 32 §. 7 ff. de auro arg. mundo, etc. Ea putabat sibi legata — vestem tam coloriam, quam versicoloriam.

65 **VERSCOLORVS**, a, um. Prudent. in Symmach. 2, 56.

VERSIFORMIS, e. Adj. *Varias formas recipiens.* Tertull. de Pallio c. 2 Totum versiforme est. Cupido versiformis Mart. Capella 9 p. 310. Add. Idem 6 p. 192.

VERSPIPELLIS, e. Adj. [*ἀλλοπρόσωδλος*] *Quod facile vertit pellem, hoc est vultum, et quomodolibet faciem mutat: unde pro Astuto et callido simulatore poni solet.* Versipellem frugi conuenit esse hominem, peccus cui sapit: Bonus sit bonis, malus malis, utcumque res sit, ita animum habeat Plaut Bacch. 4, 4, 12. Idem Amph. Prolog. 123

Eccum Iuppiter

75 In Amphitruonis vertit sese imaginem, Omnesque eum esse censent serui, qui vident: Ita versipellem se facit quando lubet.

Idem Pers. 2, 2, 48 Ne ubi capillus versipellis (i. canis) suat, foede semper seruias. Lucilius, At libertinus tricornius Syrus iste ad mastigias, quicum versipellis fio, et commuto omnia, ap. Non. 1, 173. Plin. 8, 22 Homines in lupos verti, rursusque restitui sibi, falsum esse confidenter existimare debemus, aut credere omnia, quae fabulosa tot saeculis comperimus. Unde tamen ista vulgo infixi sit fama in tantum, ut in maledictis versipelles habeant, indicabitur. vid. fabellam

85 Petron. 62 Intellexi illum versipellem esse, i. Lycantbropon. Apul. Met. 2 p. 124, 21 Deterrimae versipelles, in quoduis animal ore conuerso adrepunt, de sagis, s. veneficis. Versipellis et Versipellio dictus etiam est Chamaeleon. Laudat Salmos. ad Tertull. Pall. p. 200 Glossas, Versipellio χαμαιλέωνος καὶ λυκάνθρωπος. it. Versipellis χαμαιλέωνος:

90 Versipellio χαμαιλέωνος ζῶον. Adj. Versipelli astutia Prudent. Cathem. 9, 92. Compar. Porc. Latro in Catil. c. 9 Nihil fuit isto monstro versipellius.

VERTĒBRA, ae. f. [*σπονδύλιον*] *Artus, et Commissurae artuum osseae: in primis autem illa officula perforata (ut illam cerebri continuationem, quae medulla spinalis vocatur, transmittant) quorum deligata ferre collum ac spina dorsii efficitur, quae utrinque emittunt processus quosdam, utrinque costas sibi adnatas continens, etc.* Vertebrarum transuersi processus Cels. 8, 1. Plin. 11, 1 Imbricatis flexilibus vertebris. Pedum crurumque resolutae vertebrae Senec. in Controuers. 5, 53.

VERTEBRĀTVS, a, um. Adj. [*σπονδυλοειδής*] *In vertebrae more formatus.* Plin. 11, 37 Sed quibus ceruix e multis vertebratisque orbiculatim ossibus flexilis ad circumspicuum, articulorum nodis iungitur. Idem 34, 8 Dente vertebrato, i. versatili, instar vertebrae.

105 **VERTIBVLVM**, i. n. Idem quod Vertebra. Lactant. de Opific. Dei

Dei 5 Summas eorum partes crassioribus nodis conglobauit, vt et sub-
stringi neruis facilius, et verti tutius possent: vnde sunt vertibula
nominata.

VERTEX, icis. m. [*εραβίλος*] a *vertendo*; et VORTEX, apud
antiquos secundum Quinctilianum 1, 7, 25 qui primum Africanum per
E Vertices dixisse docet. Conf. Drakenb. ad Sil. 3, 475. Caste-
rum significationes nominis pulchre complexus videtur 8, 2, 7 Vertex est
contorta in se aqua, vel quidquid aliud similiter vertitur: inde pro-
pter flexum capillorum pars est summa capitis, et ex hoc, quod est in
montibus eminentissimum. Nempe primum de vento dicitur, et vi 10
illa aëra vel aquam circumagente. Apul. de Mundo p. 62, 30 Vertex
ille est veluti dicitur Dine [*δίνη*] cum torquetur humus arida (pulis)
et ab imo erigitur ad summum. Lucret. 1, 294 de ventis, Vertex
tortus. Idem 3, 631 Vicinum inuoluens contorto vertice pontum.
Conf. Plin. 2, 48. Colum. 10, 53 Vertice mundi, i. vertigine, cir- 15
cumactu, quo efficiuntur quatuor tempestates. Liu. 28, 30 Vt fugi-
entem nauem videres retro vertice intortam, vetricibus illatam. Caii
vortices Stat. Theb. 9, 503. Denfi vertices Ouid. Fast. 6, 502.
Infanus vortex Virg. Georg. 1, 481. Rapidus vortex Idem Aen. 1, 121.
Turbineus vortex Ouid. Met. 8, 556. Vid. TVRBO. 20
Exactuat vnda vorticibus Virg. Georg. 3, 241. Inuoluunt amnes
spumoso vertice siluas Claud. Conf. Mall. Theod. Tortus cre-
bro vortice Halys Ouid. ex Pont. 4, 10, 48. Voluit flumen vor-
tices Hor. Carm. 2, 9, 22. Metaph. Vertices dolorum, [*ελαῖες*]
dixit Cicero ex Poëta Tusc. 2, 21 pro tormentis et cruciatibus vehemen- 25
tissimis, Nunc, nunc dolorum anxiferi torquent vertices, Nunc ser-
pit ardor. Alia Metaphora, Amoris absorptus vertice Catull. ad
Mallium l. 66, 107. ¶ 2 Capitis vertex, [*κορυφή*] pro-
pter flexum capillorum dicitur, vt Fabius monet l. c. Plin. 7 praef.
Quamdiu palpitans vertex, summae inter cuncta animalia imbecillitatis 30
indiciam. Idem 11, 37 Vertices bini homini tantum. Ab
imis vnguibus vsque ad verticem summum Cic. pro Rosc. Com. 20
c. 7. Criniger vertex Claud. in pr. Conf. Stilich. 1, 203. Cri-
nitus vertex Stat. Theb. 9, 129. Intonsus Idem Theb. 6, 607.
Nudo vertice fulua caesaries Virg. Aen. 11, 642. Rasus vertex 35
Iuuen. Sat. 12, 81. Submissio vertice intrabant humiles postes Ouid.
Met. 8, 638. Supposito vertice ferre aliquid Idem Amor. 3, 13, 28.
Et Met. 2, 712. Vacuum verticem plus nimio attollens gloria Hor.
Carm. 1, 18, 15. Feriam sublimi sidera vertice Idem ibid. 1, 1, 36.
Obstipare verticem, vid. OBSTIPO. Palpitat vertex, vid. PAL- 40
PITO. Rupit iuncturas verticis graui icu Ouid. Met. 12, 288.
Tollere late conspicuum verticem Hor. Carm. 3, 16, 18. Veniens
icuis a vertice Virg. Aen. 5, 444. ¶ 3 Vertex est, quod in
quaque re summum est. [*κορυφή*] Plin. 12, 1 Arbor numerofo verti-
ce. Celso vertice quercus Virg. Aen. 3, 679. Arcis vertex 45
Lucret. 6, 750. Montis vertex, [*ἀκρόρεα*] Ignes, qui ex Aetnae
vertice erumpunt Cic. Verr. 4 c. 48. Virg. Aen. 1, 167
Geminique minantur

In caelum scopuli: quorum sub vertice late

Aequora tuta silent.

Saxi vertex Virg. Aen. 4, 152. Aërius vertex Sil. 1, 128. Al- 50
tus vertex saxi Virg. Aen. 2, 308. Excelsus vertex montis Idem
ibid. 5, 35. Nemorosus vertex Sil. 6, 324. Nivali vertice
attollens se Apenninus Virg. Aen. 12, 702. Conf. Solin. c. 37. Pla-
nus vertex Martial. 1, 170. Summus vertex Virg. Aen. 2, 682. 55
Vmbrosus vertex montis Sil. 5, 45. Vertices, [*πόλοι*] Altissimae
caeli partes, quas Graeci Polos dicunt: quod circa hos mundus rotetur.
Virg. Georg. 1, 242 Hic vertex nobis semper sublimis: at illum Sub
pedibus Styx atra videt manesque profundi. Plin. 2, 15 Terra a
verticibus duobus, quos appellauerunt polos. Cic. de Nat. Deor. 60
2, 103 c. 41 Extremusque adeo duplici de cardine vertex Dicitur esse
polus. ex Poëta. Caeli vertex Virg. Aen. 1, 229. Vertices
immobiles Poli Apul. de Mundo p. 57. Virg. Georg. 2, 310 Prae-
fertim si tempestas a vertice siluis Incubuit: a Polo arctico. Idem
Aen. 1, 118 Ingens a vertice pontus In puppim ferit: etc. 65

VERTICOSVS, et VORTICOSVS, a, um. Adi. [*ελεγκώδης*]
Liu. 21, 5 Quidam vorticoso amni delati in hostes, ab elephantis ob-
triti sunt. Senec. Quaest. Nat. 7, 8 Turbinum motus vagus est,
et disiectus et verticosus.

VERTICVLVM, i. n. [*εραφίτζ*] Instrumentum quod fuso ad- 70
hibetur vt facilius vertatur Lucil. apud Non. 3, 103. De verticu-
lis in hydraulicis machinis Vitr. 10, 13. Intestinorum verticula
distentis cutibus apparent Aurelian. Acut. 3, 17.

VERTICVLVS, i. m. Solin. 47 (34) Verticuli spinac ipsius la- 75
titudinem semipedem sunt supergressi: i. vertebrae.

VERTICVLA, ac. f. Verticulas, ἀρθρα, inquit Festus, quum di-
xit Lucilius, Articulos intelligi voluit. Auson. Centon. nupt. praef.
p. 503 Toll. Harum verticularum (sic Aldus. Al. vertibularum) va-
riis coagmentis simulantur species mille formarum. Locum integrum 80
damus in OSSICVLVM n. 2.

VERTICILLVM, i. n. siue VERTICILLVS, i. m. Dimin. 80
[*εραφίγγιον*] Plin. 37, 2 In Syria quoque feminas verticillos inde fa-
cere et vocare harpaga, quia folia et paleas, vestiumque fimbrias rap-
piat. Radix verticillo similis Apul. de Herb. c. 9.

VERTICILLATVS, a, um. Adi. [*εραφίγγωσθής*] Celsus 8, 1 Su- 85
perius autem humeri caput rotundius quam caetera ossa, verticillati
scapularum ossibus inferitur. Legitur et Verticulatus. Hoc etiam Ver-
tibulatus dici potest, quoniam Vertibulum et Vertebra pro spondylis ac-
cipiuntur: et Vertebratus. Budaeus. Sed Morgagnus Epist. in Cels. 2
p. 580 et 594 ex MS. Inscr. emendat, Vertici lati scap. ossis 90
paruo excessu inferitur: quod si sumamus, nomen verticillatus auctorem
exfectat alium.

VERTICORDIVS, a, um. Adi. Val. Max. 8, 1 de Sulpicia, 95
Quum Senatus censuisset, vt Veneris Verticordiae simulacrum consecra-
retur, quo facilius virginum mulierumque mens a libidine ad pudici-
tiam conuerteretur, etc. Add. Obsequ. c. 97.

VERTIGO, inis. f. [*δίνη, δίως*] Conuersio, rotatio, affectio illa, 100
quae a celeri circumactu oritur. Plin. 8, 40 de cane inuadente elephan-
tum, Hinc et illinc artificii dimicatione qua maxime opus esset, infe-
stans atque euitans, donec assidua rotatum vertigine affixit, ad casum
eius tellure concussa. Vid. CIRCVMVERTO et VERTO Seruum.
Plin. 2, 3 Tantae molis rotatae vertigine assidua. Ibid. 8 Aeterna
mundi vertigine. Manumissionis ritum graphice describit Perf. 5, 75

— Heu steriles veri, quibus vna Quiritem Vertigo facit. Hic Dama 105
est, non tressis agaso, Vappa et lippus, et in tenui farragine mendax: 105

Verterit hunc Dominus : momento turbinis exit Marcus Dama. Re-
rum vertigine attonitus, *h. e. Mutatione* Lucan. 8, 16. Molli ver-
tiginē membra rotare Claud. in Eutrop. 2, 359. Torta vertigo,
vid. TORTVS, in TORQVEO. Vertigo, [*ῥαγγος, σκότομα*]
5 *Morbis capitis, quo effectis circumagi omnia, stantibus etiam, quiescenti-
busque adeo videntur, aut oboriuntur tenebrae.* Plin. 20, 17 Verti-
gines a partu cum semine cucumeris et lini pari mensura trinum digi-
torum, vini albi tribus cyathis discutit. Idem 7, 6 pr. A conce-
ptu decimo die dolores capitis, oculorum vertigines tenebraeque.
10 Sues vertigine correptae concidunt Colum. 7, 10. Cum vertigine
quadam Scribon. 188. Obuerfantur subitae vertigines Idem 6.
Urgeri vertigine quadam Id. 184. Iuuenal. Sat. 6, 304 *de ebriis,*
Cum iam vertigine tectum Ambulat.

VERTIGINŌ, *are. Circumrotari.* Tertull. de Pallio c. 3 Ocelli,
15 immo luminis puncta vertiginant. Vertiginor, *σκοτῆμαι* Gloss.
Graeco-Lat.

VERTIGINŌS VS, a, um. Adj. *Vertigine laborans.* Plin. 23, 2
Acetum scillinum vertiginosis perquam utile.

VERTIPEDIVM, i. n. *Herba.* Apul. de Herb. c. 3.

20 VERTVMNVS *f. VORTVMNVS, i. m. Deus, qui praestit-
rebus contrabendis, ac permutandis.* Alcon. Ped ad Cic. Verr. 1, 154 c. 59
Vortumnus Deus inuertendarum rerum, id est, mercaturae. Caete-
rum Signum Vertumni cuius ibi mentionem facit Cicero, et tota Mytholo-
gia Vertumni describitur a Propertio 4, 2 qui locus classicus est, ad
25 quem reliqua contulere Passeratius et Brouckhusius. Ponamus modo diuer-
sas appellandi rationes. Vers. 10 Vertumnus verso (in alium alueum Ti-
beri) dicitur ab amne Deus. Seu quia vertentis fructum praecepimus
(primitiis nobis oblati) anni Vertumni rursus creditur esse sacrum.
Tum v. 47 At mihi quod formas vnus vertebar in omnes Nomen ab
30 euentu patria lingua dedit etc. *Legenda enim est tota illa elegantissima
elegia.* Add. Tibull. 4, 2, 13. Ouid. Fast. 6, 410. Mercibus et
vernīs diues vertumnus abundat Colum. 10, 308. al. Portumnus. Et-
iam Deus agricola Tibull. 1, 1, 18. *vertumnus esse putatur Brouckhus.*
Hor. Epist. 1, ad Librum suum, 20, 1 Vertumnum, Ianumque liber

35 spectasse videris, *i. tabernam bibliopolae.* Hor. Serm. 2, 7, 14 in
stulte inconstantem, Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis. ¶ 2
Vertumni etiam dicebantur, qui equum mutabant, seque de vno in alterum
traiciebant. Propert. 4, 2, 35 Est etiam Aurigae species Vertumnus,
et eius Traicit alterno qui leue pondus equo. *Vid. Interpretes Pe-
tronianos ad cap. 24.* Lips. Saturn. 2, 23. Vertumnus scribi
40 oportere censet Lips. Saturn. 1, 2. ¶ 3 *Herba al. heliotro-
pium vocatum etiam est Vertumnus :* Apul. de Herb. c. 49.

VERTVMNALIA, um. Pl. Vertumni festa, mense Octobri cele-
brata, *vid. Varr. de L. L. 5, 3.*

45 VERV, *Indeclinabile in Singulari, in Plurali haec Verua, [ὄβελος]*
Baculus vel hasta cum cuspede, quo carnes ad ignem torrere solemus.
Varro L. L. 4, 27 p. 32, 4 a versando dictum ait. Virg. Georg. 2,
396 Pinguiaque in veribus torrebimus exta columnis. Pars in
frusta secant, veribusque trementia figunt Viscera Virg. Aen. 1, 2, 16.

50 al. verubus. Conf. Tibull. 1, 7, 55. Prunas subiiciunt veru-
bus Virg. Aen. 5, 103. Salignis verubus transfixa exta Ouid. Fast.
2, 363. Plaut. Rudent. 1, 2, 46 Semper petunt sacrificantes aquam hinc,
aut vascula, aut cultrum, aut veru. Ibid. 5, 2, 15 *scurriliter stomachatur
seruus veru detergens.* Namque hoc quidem vere natum est veru,

55 (al. Verum) ita in manibus consenescit. *Rubiginosum veru dicit more
florum vernorum in manibus consenescere.* Sic certe Turnebus, neque
melius quid allatum. Verua eborea in brachio habere iubentur epi-
leptici Scribon. 16: *ubi conatur virias f. viriolas Rhodius substituerit,
i. armillas.* Sed tandem relinquit Scribonio Verua mauult, quomodocun-
60 que alligata. Veru, *Telum ad veru similitudinem factum.* Virg.
Aen. 7, 665 Et tereti pugnant mucrone, veruque Sabello. Plaut.
Truc. 2, 7, 66. Veru, *nota criticorum, idem cum obelo :* *vid. Hi-
eron. Epist. 1, 19.* ¶ 2 Verum pro veru, antique Plaut. Rud.
5, 2, 15 et 17.

65 VERVCVLVM, *f. VERICVLVM, (ut Geniculum, Corniculum,
Articulus) i. n. Diminut. [ὄβελίονος]* Plin. 33, 6 f. 35 E superiori ca-
tino defluens in inferiorem, et ex eo sublata veruculis ferreis, atque
in ipsa flamma conuoluta veruculo, ut sit modici ponderis, *de spuma
argenti. al. Verriculis.* Veg. 2, 15 *describit* Missile minus, ferro
70 triangulo vnciarum quinque hastili trium pedum et semis, quod tunc
verriculum (*leg. vericulum vel veruculum*) nunc verutum dicitur.
Iterum Plin. 35, 11 f. 41 *Cestron explicans vocat vericulum f. verucu-
lum : ita enim legendum, non Viriculum, et suo loco dicimus, et olim
obseruauimus in Addendis ad Colum. 2, 21, 3. Maneat hoc Vericu-
lum esse paruum veru, hastam, perticam. Quid autem magnum, aut par-
uum sit in talibus, nemo facile finierit. Notum est ὄβελίονος, quae vox
accurate respondet vericulo, per charientismum quendam dici de horribili
mole saxea etc.*

75 VERVCVLATVS *f. VERICVLATVS, a, um. Adj. Veri-
culo f. hasta parua, pro manubrio instructus.* Nempe est locus Col. 2,
21, 3 Multi falcibus vericulatis, atque iis vel rostratis, vel denticulatis,
medium culmen secant. *Varie vexata vox est, ut ostendimus ad h. l.*
*Mibi, Gesnero, placuit reponere lectionem primarum editionum vericulatis,
et intelligere falcium illud genus, longo manubrio et hastili munitum,
quali Saturnum solent instruere pictores, quod maioris Compendii vocat*
85 Plin. 18, 28 f. 67 n. 5 *quo breuiori opera vno ductu f. tractu potest maior
manipulus culmorum refecari. Vid. quae ad illum locum, etiam in Adden-
dis disputata sunt.*

VERVINA, ae. f. *Paruum veru, Vericulum.* Plaut. Bacchid. 4,
90 8, 46 Si tibi machaera est, nobis veruina est domi, qua quidem te fa-
ciam, si tu me irritaueris, confossioem foricina naenia. *Se minatur
eum veru confossurum : nec enim caesim ferit veru, sed punctim, nec ob-
truncat, sed confodit. Turnebus.* Veruina, iaculi genus longum,
quod aliqui Verutum nominant. Caius Bassius Satyr. Veruina con-
95 fodiente, non te nauci facio. Ex Fulgentio de Prisco Serm. n. 33.

VERVTVM, i. n. [*ῥυλακόβολον* Gloss. Lat. Gr.] Veruta, *inquit
Festus, Pila dicuntur, quod velut verua habent praefixa.* Nonius
18, 16 Verutum esse telum breue et acutum. *In spatio designando
Lucret. 4, 411 Vix absunt nobis missus bis mille sagittae, Vix etiam
100 cursus quingentos saepe veruti : cursus veruti, quousque proiici veru-
tum potest.* Caes. Bell. Gall. 5, 43 Transfigitur scutum Pulfioni,
et verutum in balteo defigitur. Liu. 10, 29 Quibus plerisque in
scuta, plerisque verutis in corpora ipsa fixis, sternitur cuneus. Sic
Ibid. 1, 43. Add. Lucan. 8, 681. Tenue verutum Sil. 3, 362.
105 Fixus super inguina Tyrio veruto Sil. 10, 39.

VERVTVS, a, um. Adi. [*πιλοφόρος*] *Verutis armatus*. Virg. Georg. 2, 168 *Affuetumque malo Ligurem, Volcosque verutos*. Dentes veruti, i. *Mucrones instar veruum una cuspide prominentes* Grat. in Cyneget. v. 110.

VERVAGO, ěre. *Verbum Columellae restitutum* 11, 2, 8 *Siccos agros tempestiuum est profcindere*. Nam et vliginosi, et mediocris habitus sub aestate veruagendi sunt; niacerrimi vero et aridi post aestatem — arandi. *Sic totidem literis Codex Politiani, nisi quod scriptum diuise veru agendi. Nec abluunt editi vereue agendi. Videtur autem antiquum verbum fuisse veruagere, i. vertendo vel versando agere et mouere terram, ut veru ipsum a versando ducit Varro. Vid. quae disputauit de h.l. in Lexico rustico. Hic illud modo addimus, quod hic dicit Columella, id 2, 4, 4 ita exprimere, Vliginosi campi profcindi debent post Idus mensis Aprilis.*

VERVACTVM, i. *finiente* Varrone de R. R. 1, 44, 2 *Terra, 15 quae interdum requiescit, et restibili opponitur: idem ergo, quod Novale vel ager noualis, s. terra praecisa. (Vid. Salmaf. ad Solin. p. 510, a A) Quae appellationes omnes interdum intelliguntur etiam de terra, quae plane ex inculta primum aratur. Sic Colum. 2, 4, 2. Sed et compluribus iterationibus sic resoluatur veru actum in puluerem, ut vel nullam, vel exiguam desideret occasionem, cum seminauerimus. Et mox — Crudum veruactum etc. Conf. 2, 10, 4. et 11, 2, 52. Idem 2, 13, 2. Duas operas postulat in veruactio (quod quieuit, ac durius est) in restibili agro vnam. Seruius ad Georg. 1, 50 At prius ignotum ferro quam scindimus ac quor interpretatur, antequam faciamus veruactum. Plin. 18, 19 s. 49 Quidam vtique ab aequinoctio verno profcindi volunt. Quod vere semel aratum est, a temporis argumento veruactum vocatur. Qui lus potius esse videtur, quam vera Etymologia. Colum. 11, 2, 32 Quae mense Ianuario veruacta fecimus, nunc vltima parte Martii sunt iteranda. Ianuarium certe veri nemo contribuit. Sic Pallad. Mart. 2 Veruacta etiam, quae mense Ianuario sunt facta, repetere. Addimus auctoritatem huius nominis Catonis R. R. 27 Scrobis (Accus. Plural.) in veruactio oleis, vlmis, vitibus, ficis, simul cum semine frumenti ferito. Vid. noster Index rusticus: ubi Scaligero respondetur, qui Veteretum videtur ubique velle substitui Veruactio.*

VERVACTOR, ōris. m. *Dei rustici nomen apud Fabium Pictorem, teste Seruio ad Georg. 1, 21 ubi iunguntur Veruactor, Redarator (sic leg. pro Reparator, vid. Lex. rust.) Imporcitor, Insitor, etc. Veruactor haud dubie a Veruagendo, unde et Veruactum deriuatur.*

VERVCVLVM, vid. sub VERV.

VERVEX, ěcis. m. *Mas inter oues, cui ademti sunt testiculi. Arias castratus. Plaut. Capt. 4, 2, 40 Qui patroni nomen induit verveci sectario. Cic. de Legib. 2, 55 c. 22 Quod genus sacrificii Lare veruecibus fiat. Trucem amatorem quouis veruece mitiorem efficere Apul. Met. 7 p. 110. Add. Varro ap. Non. 2, 927. Veruex pro Stolido, et simplici ponitur. Plaut. Merc. 3, 3, 6 Itane vero, veruex, intro eas. Vid. Apul. Miles. 8 p. 212. Senec. de Const. Sap. c. 17. et Iuuenal. 10, 50. Taubm. ad Plaut. Pers. 2, 2, 2. et Caf. 3, 2, 5.*

VERVEC. *Vbi poscitur Casus obliquus huius nominis, perpetuo legitur in Inscr. Frat. Arual. tum iis, quas nos Catoni de Re Rust. subiunximus, tum iis, quas primus edidit Phil. a Turre Mon. Ant. p. 389 sq.*

VERVECEVS, a, um. Adi. *Ad similitudinem veruecis factum. Plaut. Capt. 5, 1, 31 Vos ite intro, interibi ego ex hac statua veruecea volo erogitare, meo minore quid sit factum filio. i. Seruo, qui veluti imago veruecis est. Al. Verberca. Iupiter Verueceus Arnob. 5 p. 171 pr. qui arietis a se castrati testiculos, tanquam suos, obtulerat.*

VERVECINVS, a, um. Adi. *Quod ex veruece est. Ut, Pellis veruecina Lamprid. in Commod. c. 1. Caput Arnob. 5 p. 157. 60 Viscera Tertull. adu. Marc. 2, 22. Veruecina Iudaica Idem ibid. 4, 40. subaud. caro. Berbecinam pro Veruecinam edidit I. 6 C. Theod. de erogat. milit. annon. Cuiacius.*

VERVEGNVS, a, um. Adi. Eugen. Toletan. Carm. 22 *Musmonem capra veruegno sanguine gignit. Vid. AMBIGENA.*

VERVLANI, orum. id. [*Ὀυερλάνοι*] *Populi Italiae, Tusculanis et Veliternis vicini, ut scribit Plin. 3, 5.*

VERVM. Coniunctio. [*ἀλλά, πλὴν ἀλλά*] *Idem fere quod Sed significat. Ter. Eun. 2, 3, 95 Si certum est facere, facias; verum ne post conferas culpam in me. Cic. pro Dom. 51 c. 20 Eiectio nusquam est. Verum sit etc. Verum, inceptiua aliquando particula.*

Ter. Andr. 4, 5, 31 Quemne ego heri vidi ad vos adferri vesperi? M. o hominem audacem. D. verum; vidi Cantharam suffarcinatam. Virg. Ecl. 3, 35 Verum id, quod multo tute ipse fatebere maius. Plaut. Amph. 1, 1, 244 Verum vtut es facturus, hoc quidem hercle haud reticebo tamen. Verum hoc (vt dixit) nihil ad me Cic. de Orat. 2, 139. Verum vt aliud ex alio incidit Ter. Heaut. 3, 3, 37. Verum in affirmando, ab initio, vt de Veto obseruauimus, Syre. SY. quid ais? CT. men' quaeris? SY. verum Ter. Adel. 4, 2, 4. Facies? CH. verum Idem Heaut. 5, 3, 10. Add. Id. Eun. 2, 3, 55. Verum etiam. [ἀλλ' ὅτι καί] Vt Sed etiam. Cic. pro Cael. 45 c. 19 Non modo agendo, verum etiam cogitando possit sustinere. Ter. Adelph. 2, 1, 47. Cic. de Orat. 3, 51 Verum enim oratori, quae sunt in hominum vita quandoquidem in ea versatur orator, etc. Ter. Adelph. 2, 3, 2 Abs quiuvis homine, quum est opus, beneficium accipere gaudeas: Verum enimvero id demum iuuat, si quem aequum est benefacere, is facit. Cic. Verr. 3, 194 c. 84 Verum enimvero quum esset H-S binis, aut etiam ternis quibusvis in locis prouinciae, duodenos sestertios exegisti. Verum enimvero legibus id prohiberi Liu. 4, 4. Add. Idem 24, 5. 29, 8. 39, 4. Verum hercle vero conuellere illos cogito Plaut. Curc. 3, 5. Vid. Gell. 13, 17.

VERVNTAMEN, coniunctim; pro Verum tamen. [*ἀλλ' ὅμως*] Cic. Verr. 5, 81 c. 39 *Consilium capit primo stultum, veruntamen clemens. Idem pro Quint. 11 Qui societatem cum Sex. Nacuio fecerit, viro bono, veruntamen non ita instituto, vt iura societatis, et officia certi patris familias nosse possit. Add. Ibid. c. 13. it. Offic. 2 c. 8. et Fam. 12, 30. Etsi tum nemo erat admodum copiosus, veruntamen versus ab his admisceri orationi, etc. Cic. Tusc. 2, 26. Non dubitabam equidem: veruntamen multo mihi notiozem amorem totum effecit Cherippus Idem Fam. 12, 29. Veruntamen si qua reliqua spes est Cic. Diu. in Caec. 18. Veruntamen, interdum ad reuocationem et continuationem sententiae, post parentesin usurpatur. Id. Diu. in Caec. 47 Atque ego plus oneris habeo, quam qui caeteros accusarunt (si onus id est appellandum, quod cum laetitia feras et volu-*

- ptate) veruntamen hoc ego amplius suscepi, quam caeteri. *Cic. Att. 4, 6 Non mehercule possum, et Philoxeno ignosco, qui reduci in carcerem maluit. Veruntamen id ipsum mecum in his locis commentor, ut ista improbem, etc. Idem ibid. 1, 8 Quum essem in Tusculano, etc. veruntamen quum ibi essem, etc. Veruntamen, absolute positum, sed ita, ut aliquid subaudiendum sit, Cic. Att. 12, 17 Scire certum velim, et appelles procuratores si tibi videtur: quamquam quid ad me? veruntamen. subaudi, Appelles procuratores. Eidem 13, 2 Tuas literas hodie expectabam, nihil equidem ut ex iis noui: quid enim? veruntamen. subaudi, Expectabam.
- VERVS, a, um. Adi. [ἀληθής] Solidum, sincerum, non falsum significat. Ter. Heaut. 3, 1, 81 Videre verum, atque ita uti res est, dicere. Idem Andr. 3, 1, 7 Actum est, si quidem haec vera praedicat. Saepissime Verum Substantiue ponitur: Cic. Acad. 4, 33 Interesse oportet ut inter rectum et prauum, sic inter verum et falsum. Quod verum est, meum est. Vox Senecae Epist. 12 extr. quo excusat Sententiam ab Epicuro Stoicorum aduersario assumptam. Sall. Catil. c. 8 Fortuna res cunctas ex libidine magis quam ex vero celebrat obscuratque. Magis verum, vid. MAGIS. Procul a vero Ouid. Trist. 5, 6, 27. Tacit. Hist. 3, 57 Sua quisque facta extollentes, falsa, vera, aut maiora vero miscebant. Idem ibid. 1, 29 Quidam minora vero, ne tum quidem oblitum adulationis. Tacit. Ann. 1, 6 Propius vero Tiberium ac Liuiam illum metu, hanc nouercalibus odiis suspecti, etc. Cic. Fam. 12, 5 Id autem eo facilius credebatur, qua simile vero videbatur. Similia veri Cic. Acad. 2 c. 31. Simillima verba veris Ouid. Epist. 15, 129. Verius vero Martial. 8, 70. Conscia numina veri Virg. Aen. 2, 141. Ignorantia veri me decipit Ouid. Met. 7, 92. Infolens veri Senec. Hippol. f. 2. Notitia veri falsique Lucret. 4, 478. Patiens veri Curt. 10. Prouidus augur veri Ouid. Met. 12, 18. Cic. Acad. 4, 37 Cum possit sine assentione ipsam veri similitudinem non impeditam sequi. Mordax verum Pers. Sat. 1, 107. ¶ 2 Verba: Abdere verum, vid. ABDO. Abhorre a vero, vid. ABHORREO. Neque abhorret vero Tac. Hist. 5, 24, 1. Abesse a vero, Auersus a vero, Cernere verum, vid. bb. vv. Concedere, Veritati non aduersari Hor. Serm. 2, 3, 305. Confundere vera falsis, vid. CONFVNDO. Conuertere se ad verum, vid. CONVERTO. Dicere verum Hor. Serm. 1, 1, 24. Ter. Andr. 2, 6, 6. Dicam vis verum Idem Andr. 2, 4, 15. Ars differendi, et vera ac falsa Diudicandi Cic. de Orat. 2, 168. Distinguere falsum vero Hor. Epist. 1, 10, 29. Educere mersum latebris verum Claud. quart. Conf. Hon. 511. Examinare verum Hor. Serm. 2, 2, 8. Tacit. Ann. 11, 20 Neque falsa promiserim, et vera Exsequi pudet. Fatorbor tibi cuncta vera Virg. Aen. 2, 78. Iacere vera aut vana, vid. IACIO. Intendere vera Tacit. Ann. 2, 57. b. e. Augere. Involuens obscuris vera Virg. Aen. 6, 100. Cic. in Orat. 237 c. ult. Sed ne in maximis quidem rebus quidquam adhuc inueni firmitus quod tenerem, aut quo iudicio meum dirigerem, quam id quodcumque mihi quam simillimum veri videretur, cum ipsum illud verum in occulto lateret. Perspicere quid in quaque re verum sincerumque sit Cic. Off. 2, 18 c. 5. Referre vera Ouid. Met. 3, 659. Remiscere falsa veris Hor. de Arte Poet. 151. Si verum est, ut Populus Rom. omnes gentes superarit Nep. Annib. pr. Sic Verisimile est ut, Esse quum plus vno verum non possit Cic. de Orat. 2, 30. Plaut. Rud. 3, 6, 39 Perii C. verum sit velim. Verum, vel Verum id est, Responso Plaut. Merc. 4, 6, 18. Quantum intelligo, et hanc male habet Demipho. P. id verum. Idem Afin. 4, 1, 45 Scio, captiones metuis. DI. verum. Quum Ventum est ad verum Hor. Sat. 1, 3, 97. Falsa Vincere veris Lucret. 4, 483. Verum modo, pro Modo sit verum Plaut. Caf. 3, 6, 24. Verum, irridentis interrogatio: Ter. Eun. 5, 7, 18 Siquidem istuc impune habueris. PY. verum? PA. Reddam hercle. PY. credo. Donatus. ¶ 3 Adiectiue: Cic. Verr. 4, 147 Esse perspicuum, quantum inter hunc et illum Numidicum verum et germanum Metellum interesset. Simulatus, fucatus, Sincerus et verus, contraria Cic. de Amicit. 95, Causam veram exponere Lucret. 3, 964. Color verus, Natiuus, non adulteratus, Ter. Eun. 2, 3, 26 Color verus, corpus solidum, et succi plenum. Consilium verum Hor. Serm. 2, 3, 17. Fama vera Virg. Georg. 4, 42. Homo verus, Veridicus Ter. Andr. 2, 5, 12. Donatus. Virg. Aen. 12, 435 Disce puer virtutem ex me verumque, laborem, Fortunam ex aliis. Vbi Seruius, Verum laborem, quem per me ipsum suscipio, non qui ex aliorum virtute imperatoribus adscribi consuevit. Laus vera Ter. Eun. 5, 4, 3. Veri Luminis chlamydes Pollio Claud. 17. i. purpurei coloris. Verus itaque purpureus, ut Alethinus. Vid. Salmas. ad l. c. p. 404 Hack. et HOLOVERVS. Nuntius verus Virg. Aen. 6, 456. Nuptiae verae, non simulatae Ter. Andr. 1, 1, 20. ¶ 4 Verum, pro Aequo et iusto. Cic. pro Muraen. 74 At enim agit mecum austere, et Stoice Cato, negat verum esse allici benevolentiam cibo, negat iudicium hominum in magistratibus mandandis, corrumpi voluptatibus oportere. Pseudo-Cic. in Sallust. 17 Ita igitur egit, ut nihil non aequum ac verum duxerit, quod ipsi facere collibuisse. Cic. pro Domo 89 Sed quid ad te, qui neget esse verum, quemquam vlli Reipubl. extra ordinem praefici? Vbi perperam pro Verum, Iuris, legitur, Si verum quid et decorum, herum vehere seruum Plaut. Afin. 3, 3, 111. Rationes mei quaestoris nec verum fuit, me tibi mittere Cic. Fam. 2, 17. Conf. Caef. Bell. G. 4, 8. Virg. Aen. 12, 694 Verum-foedus. Hor. Epist. 1, 7, 98 Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est. Add. Idem Epist. 1, 12, 23. Liu. 3, 40 Caeterum neminem, maiore cura occupatis animis, verum esse, praedudicium rei tantae afferre. Add. Id. 2, 48 pr. c. not. Gron. et locis pluribus. Plin. Epist. 8, 2, 6 Nequaquam verum arbitrabar, — hos benignitate aequare. Add. Cort. ad Sall. Cat. 35, 2. conf. Corrad. ad Cic. Att. 2, 1. Priscian. 18 p. 1180. Compar. Vero verius nihil est Sen. Qu. Nat. 3, 36. Res haec verbosior, illa verior Cic. Att. 8, 3. Verius, pro Aequius et iustius. Pseudo-Cic. Anteq. iret in exil. 4 c. 2 Nam neque maius est defendere vnum, quam populum: neque verius a singulis, quam ab omnibus repetere officii praemium et fructum. Vox verior Martial. 6, 30. Sen. Ep. 22. Superl. Cic. Acad. 4, 10 Sed me hercule ut quidem nunc se causa habet, etsi hesternum sermone labefacta est, mihi tamen videtur esse verissima. Crimina verissima dicere in aliquem Ouid. ex Pont. 4, 14, 29. Imago mortis verissima Ouid. Trist. 5, 7, 17. Verisimo verissimum est, certoque certissimum Arnob. 2 p. 76.

VERE. Adu. [*ἀληθῶς*] Ter. Eun. 3, 5, 58 Tum pol ego is essem vere qui assimularbar. Idem Heaut. 1, 1, 102 Hoc ibi fit, vbi non vere viuitur. Ille dolet vere, qui sine teste dolet Martial. 1, 34. Honestum quod proprie vereque dicitur, id in sapientibus est solis Cic. Off. 3, 13 c. 3. Idem pro Muraen. 7 Quum graue est vere accusari in amicitia, tum etiam si falso accuseris, non est negligendum. Cic. pro Domo 7 Maiores nostri qui non fiste et fallaciter populares, sed vere et sapienter fuerunt. Plaut. Capt. 5, 2, 7 Neque vere, neque recte adhuc fecisti vnquam. Nullum amans vere Catull. ad Furium f. 11, 12. *Compar.* Liu. 32, 37 Philippus quasdam vrbes non contumeliosius, quam verius compedes Graeciae appellauit. Quae vaticinatione funduntur, oracula verius dicimus Cic. de Diuin. 2 c. 33. *Add.* Sen. Epist. 88. Catull. 45, 5. *Superl.* Cic. Verr. 2, 163 Laudarem illam ciuitatem, id quod verissime possem. Non *ὑπερβολικῶς*, sed verissime loquor Cic. Att. 5, 21. Verissime Ter. Phorm. 5, 2, 7. *scil. dixisti.* De instantibus verissime Iudicare Nep. 2, 1, 4.

VERAX, ācis. Adi. [*ἀληθῆνός*] *Veridicus.* Cic. de Diuin. 1, 38 c. 19 Multis faeculis verax fuisse id oraculum. Ibid. 61 Tum ei visa quietis occurrent tranquilla atque veracia. Saga verax Tibull. 1, 2, 43. Vates verax Ouid. Epist. Sabin. 1, 94. *Compar.* Cic. de Diuin. 2, 116 c. 56 Herodotum cur veraciorem dicam Ennio? *Superl.* August. Epist. 6 Veracissima promissio. *Add.* Id. Ep. 8.

VERICOLA, ae. m. *Verum colens.* Tertull. Carm. ad Senat. conuersum 2 Quum vericolae penetraueris ostia legis.

VERACITAS, atis. f.

VERACITER. Adu. Ambros. Epist. 30 pr. Salus tuta esse non poterit, nisi vnusquisque Deum verum veraciter colat. Vid. Priscian. 15 p. 1070. Veraciter agere Augustin. C. D. 6, 10 extr. *Add.* Fulgent. de Fide orthodoxa ad Donatum, *passim.* Cassiodor. Var. 3, 6. et 9, 6. Hieron. Ep. 86. *Superl.* August. Ciu. Dei 5, 8 Veracissime creditur.

VERACVLVS, i. m. *Qui vera se praedicturum gloriatur.* Suet. Vitell. c. 14 Nullis aliis infensior quam veraculis et mathematicis. *Alii legunt Vernaculis.* Vid. ibi Interpr. it. Gron. de Pec. Vet. 4, 10.

VERIDICVS, a, um. Adi. [*ἐτυμολόγος, ἀληθεύων*] *Qui vera dicit.* Cic. pro Flacc. 77 c. 32 Veridicas adiungis causas inimicitiarum. Cantus veridici Catull. Argon. 62 (64) 306. Dicta veridica Lucret. 6, 23. Oraculum veridicum Catull. Argon. 62 (64) 326. Os veridicum Lucret. 6, 6. Veridicae Voces ex occulto missae Cic. de Diuin. 1 c. 45. *Conf.* Plin. 7, 16. et 18, 4. Lactant. 3, 1.

VERIDICE. Adu. Ammian. 31, 1 Post multa quae vates Auguresque praedixere veridice. Rhetorice potius quam veridice agere Augustin. Ep. 44 ad Maximum Grammaticum.

VERILOQUAX, ācis. Gloss. Gr. Lat. *ἀληθῆνός, veriloquax.*

VERILOQVIVM, i. n. [*ἐτυμολογία*] Cic. in Topic. 35 c. 8 Multa enim ex notatione sumuntur: ea est autem, quum ex vi nominis argumentum elicitur, quam Graeci *ἐτυμολογίαν* vocant, id est verbum ex verbo veriloquium. Sed Quinctil. 1, 6, 28 Etymologia, quae verborum originem inquirat, a Cicerone dicta est notatio, quia nomen eius apud Aristotelem inuenitur *σύμβολον*, quod est nota. Nam verbum a verbo ductum, id est, Veriloquium, ipse Cicero, qui finxit, reformidat.

VERISIMILIS, e. Adi. [*πιθανός, ἀναπός*] *Idem quod Simile vero, et forte melius separatim scribitur.* Cic. pro Rosc. Amer. 57 Et iam tum quum verisimile erit aliquem commisisse in suspitione latratote. *Conf.* Petron. c. 101. Ter. Heaut. 5, 2, 37 Est verisimile.

Narrationem iubent verisimilem esse et apertam et breuem Cic. de Orat. 2, 83 c. 19. Idem de Nat. Deor. 1, 65 Haec ego nunc physico- rum oracula fundo, vera an falsa nescio: sed verisimili tamen simili- ora quam vestra. *Vetus exemplar legit* Veri tamen. Volunt probabile aliquid esse, et quasi verisimile Cic. Acad. 4, 32. Id. pro Rosc. Amer. 121 c. 41 Non est ita profecto, Iudices, non est verisimile, vt Chrysogonus horum literas adamarit aut humanitatem. Cic. pro Sext. 78 c. 36 An verisimile est, vt ciuis Rom. — cum gladio in for- um descenderit. Sic Verum est, vt. Non verisimile est, quam sit in vtroque genere et creber et distinctus Cato Cic. de Clar. Orat. 69 c. 17 extr. Ter. Andr. 1, 3, 20 Fabulae: mihi quidem hercle non fit verisimile: atqui ipsis commentum placet. Facere veri- simile Plaut. Pseud. 1, 4, 10. *Compar. et Superl.* Erat verisimi- lius, hunc mentiri quam illum Cic. Fin. 2 c. 17. Id hoc verisimi- lius Graecis hominibus videbatur Cic. pro Flacc. c. 6. *Conf.* Suet. Vesp. c. 16. Verisimillimum esset Idem Tusc. 1 c. 4. *Add.* Sen. Ep. 65. Plin. 5, 22 Quod est verisimilius, quam quia cadendo tripudium sonumue faciant. Cic. de Inuent. 1, 4 Verisimillimum mihi videtur, quodam tempore neque in publicis rebus infantes, neque insipientes homines solitos esse versari.

VERISIMILITER. Adu. Idem. Apul. Apol. p. 293 Fingere verisimiliter. *Add.* Ibid. p. 312. Alii verisimilius solem cre- dunt deum nostrum Tertull. Apol. c. 16. *Compar.* Apul. Apol. p. 294 Haec et alia longe verisimilius confinxisses.

VERISIMILITVDO, inis. f. *Probabilitas.* Cic. Acad. 4, 107 c. 33 Sine assensione ipsam verisimilitudinem non impeditam sequi. Et Senec. de Benef. 4, 33 Ea ire, qua ducit verisimilitudo. Facti verisimilitudine ad criminis credulitatem compelli Apul. Met. 2 p. 126. *Add.* Plin. 34, 7.

VERIMONIA, ae. f. [*ἀληθείς*] *Idem quod Veritas, afferebatur ex Plauto Truc. 1, 2, 64 Qui antehac amator summus habitus est, istunc ad amicum verius verimonia referre. Sed diu est, cum sine alterius lectionis mentione editur Meras querimonias.*

VERITAS, ātis. f. [*ἀλήθεια*] *Vera ratio, res vera.* Cic. de In- vent. 2, 162 c. 53 Veritas est, per quam immutata ea quae sunt, aut ante fuerunt, aut futura sunt, dicuntur. *Conf.* Ibid. c. 22. Idem pro Cael. 63 O magna vis veritatis, quae contra hominum ingenia, cal- liditatem, solertiam, contraque fictas omnium insidias, facile se per se ipsam defendat! Sen. Ep. 49 extr. Nam, vt ille ait Tragicus, Ver- itatis simplex oratio est. Ideoque illam implicare non oportet. Cic. Tusc. 5, 13 Quum autem animum ab ista pictura imaginibusque virtutum, ad rem veritatemque traduxeris. In veritate, i. *Secun- dum verum iudicium esse voluit* Quinctil. 10, 1, 41 Quis in veritate tu- mens, potensque ne minima quidem certe fiducia partis, memoriam ar- tis sperauerit? *Sed olim est cum legitur*, Quotus enim quisque in- ueniri tam demens potest, qui etc. Ex veritate Tacit. Ann. 4, 31. Morum veritas Quinctil. 6, 2, 26. *Mores tales, quales exprimere debet oratio.* Amicus simplicis veritatis et vir bonus Cic. Off. 1, 63 105

- c. 19. Idem ibid. 1, 109 Sunt his alii multum dispares, simplices et aperti, etc. veritatis cultores, fraudis inimici. Expertes veritatis homines Cic. de Orat. 2, 81 c. 19. Fides veritatis Quinctil. 3, 8. Cana veritas, vid. CANVS. Infracta veritas Tacit. Hist. 1, 1. Iucunda ita veritas etiamsi non est, mihi tamen grata est Cic. Att. 3, 24. Incorrupta fides nudaque veritas Hor. Carm. 1, 24, 7. Accommodare se assertorem veritatis, vid. ACCOMMODO. Adducere ad veritatem, vid. ADDUCO. Adductus veritate, Quia veritas postulat. Cic. Fam. 13, 32 Neque id ambitione adductus facio, sed tum familiaritate, et necessitudine, tum etiam veritate. Contaminare veritatem mendacio, vid. CONTAMINO. Dicere veritates fortiter Gell. 18, 7. Infirmare veritatem, vid. INFIRMVS. Intueri veritatem, vid. INTVEOR. Cic. Off. 2, 35 Subtilitas illa cum veritas ipsa limatur in disputatione. Limata veritas, ait Budaeus. i. Subtilitate philosophica disputata et exquisita. Niti veritate, vid. NITOR. Obscurare veritatem Quinctil. 4, 2. Cic. de Orat. 1, 157 c. 34 Et illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda. Verba declinata ad veritatem reducere Quinctil. 1, 6. Cic. Off. 3, 84 Nihil contra inutilius ei, qui id iniuste consecutus sit inuenio, cum ad veritatem coepi reuocare rationem. ¶ 2 Veritas, ius, quod verum i. aequum est. Vid. VERVS n. 4. Cic. pro Deiot. 5 Quae mihi ad spem obtinendae veritatis grauissima sunt: ad motum animi, et ad omnem impetum dicendi, contentionemque leuiora. Paulo asperior ac durior, quam veritas aut natura patiatur Cic. pro Muraen. c. 29 pr. add. pro Quint. c. 2. ¶ 3 Pro se veritate et rigida nimis vel obseruatione, vel exactione iuris et officii. Ter. Andr. 1, 1, 41 Obsequium amicos, veritas odium parit. ¶ 4 Etymologiam significat Quinctil. 1, 6, 32 Qui verba, paulum declinata, varie ac multipliciter ad veritatem reducunt, aut adiectis aut detractis, aut permutatis literis syllabisue. ἔτυμον verum esse, s. l. monemus. Vid. VERILOQVIVM. ¶ 5 Veritatem et veritates vulgo hodie ponunt pro enunciatione una vel pluribus veris. Praesidium habet haec ratio in Gell. 7, 3. ubi ex Tirone Ciceronis liberto laudantur ista: Res admodum insidiosa et sophistica, neque ad veritates magis, quam ad captiones repetat, de epagoge. Idem 18, 7 ex Favorini ore de melancholicis, Veritates plerumque fortiter dicere, sed respectum non habere, neque καίρῳ neque μέτρῳ. Videntur autem haec per figuram dicta, ut Constantiae tres Cic. Tusc. 4 c. 6 extr. nec proinde temere usurpandum pro Veris enunciatis. Nec pro enunciatō vero posuit Cic. de Inu. 1, 65 c. 36 Quae perspicuam omnibus veritatem continet assumptio, nihil indiget approbationis. Si enim veritas hic sit enunciatō: enunciatō enunciatōnem continebit etc. Certius est, sed hominis Afri, Si non et veritates praedicatae fuissent Tertull. de Res. Carn. c. 20. VERIVERBIVM, i. n. Plaut. Capt. 3, 4, 36 Tu repertus es, Philocratem qui superes veriuerbio. Interpretatur Lambinus de etymologia nominum Philocrates et Aristophontes, qua ratione Veriloquium poni, obseruauimus. Sed hic quidem nihil aliud significatur, quam verum verbum, veracitas. An tu Vera dicere potius censeare, etc. VERO, āre. [ἀληθεύω] Verum dicere. Gell. 18, 2 Ex Ennio in XIII Annalium, Satin' vates verant aetate in agenda? De se veranti tu modo crede Deo Propert. 4, 2, 20. sicut legit Gebhard. sed Brouckus. narranti. Sidonius Quoties verba Graia carmine verat. VERATOR, ōris. m. Vid. Salmas. Hist. Aug. p. 169. VERATRIX, icis. f. Apul. Met. 9 p. 197, 6 Pricaeus dedit Magna cura requisitam veratricem feminam, quae deuotionibus ac maleficiis quiduis efficere credebatur, multis exorat precibus. Sed in notis ipse probat, quod repraesentat etiam Elmenh. p. 230, 23 Veteratricem. Vid. Scalig. in Cirin p. 75. et Brouckh. ad Tibull. 1, 2, 41. VEROSVS, a, um. Adi. Mart. Capella 4 p. 96 Argumentum verosae assertionis acrimoniaeque, i. seuerae, asseuerantis. VERVTVM, vid. sub VERV.

V E S

- 65 VESANVS, a, um. Adi. [ἀκρόχολος, παραφροσύνη, μανιώδης] Festo Male fanus, ut Vecors. Plaut. Trin. 4, 1, 7 Spurcificum, immanem, intolerandum, vesanum. Cic. de Diuin. 2, 114 Vtrum tandem per deos atque homines magis verisimile est vesanum remigem, an aliquem nostrum. Idem pro Domo 55 c. 21 Haec furiosa vis vesani Trib. Pleb. Cic. pro Domo 3 Ac primum illud a te homine vesano et furioso requiro, quae te tanta poena. Acies vesana, vid. ACIES. Amor vesanus Propert. 2, 15, 29. Fames vesana Virg. Aen. 9, 340. Alibi, Et malesuada fames, dixit. Flamma vesana Catull. de Cael. et Quint. f. 97, 7. Impetus vesanus Liu. 9, 15. Leonis vesani stella furit Hor. Carm. 3, 29, 19. Vires vesanae Ouid. Amor. 1, 7, 25. VESANIO, ire. [μαινόμεαι] Insanire, saeuire. Catul. ad Thallum f. 23, 13 Velut minuta magno Deprehensa nauis in mari vesaniente vento. VESANIA, ae. f. [ἀκροχολία, παραφροσύνη] Vecordia. Plin. 35, 11 f. 40 n. 25 Nobiles eius tabulae Ephesi, Vlysses simulata vesania bovem cum equo iungens, et palliati cogitantes, dux gladium condens. Discors vesania vos agit Hor. Serm. 3, 3, 174. VESCOR, ēris, ei. [εἰσάωμαι, ἐδίω] Cibo vti. Festus, Vescor, Pascor. Hoc verbum Pascor pro Synonymo huius nostri habuisse veteres Grammaticos, apparet, quoniam Praeteritum ei assignant Pastus sum, v. g. Charis. 3 p. 221 med. et Diomed. 1 p. 376 med. Melius, puto, recentiores, qui adscripsere Praeteritum Vixi. Nam Vivere esse Vesca satis indicant illa loca, ubi per vti vel frui interpretari illud licet: tum Ablatiuus Casus, quem habet cum verbo Viuo communem. Cum autem vita animalium maxime cibo, potu, aere contineatur, mirum non est, de his maxime adhibitum esse Vescor: quin paulatim etiam de vno actu edendi dictum, et quemadmodum Edo constructum cum Accusatiuo. Proprie quidem Vesca glandibus est vitam hoc cibo sustinere, ordinarium hunc habere cibum. Exempla, quae diximus, declarabunt. Cic. de Nat. Deor. 2, 59 c. 23 Dii nec escis, nec potionibus vescuntur, i. viuunt. Ibid. 68 c. 27 Est enim omne quo vescuntur homines, penus. Idem in Orat. 31 c. 9 Quae est autem in homines tanta peruersitas, vt inuentis frugibus, glande vescantur? Sed ad vnum actum edendi pertinet Auide vesca Plin. 11, 53. Foliis vescatur amaris Hor. Serm. 2, 3, 114. Lacte, caseo, carne vescor Cic. Tusc. 5, 90 c. 32. i. vitam sustento. Lacte et Melle Iustin. 2, 2, 8. Munere terrae vescimur Horat. Carm. 2, 14, 10. Piris vesca Id. Epist. 1, 7, 14. Sanguine atro 105 vesca Virg. Aen. 3, 622. ¶ 2 Latius patet, et idem fere significat,

gnificat, quod frui: nempe viuere re aliqua, etiam est illa frui. Hinc est illud Vesci aura aetheria. Virgil. Aen. 1, 550. Lucret. 5, 855 Nam quaecunque vides vesci vitalibus auris. Vesci Nonio auctore 4, 478 significat vti: eoque refert formulam Aura vesci: itemque Lucr. 5, 13 Quoue modo genus humanum variante Loquela coeperit inter se vesci per nomina rerum. Tum Pacuuium laudat Chryse Fugimus, qui Arte hac vescimur. it. vescatur armis. Cic. de Finib. 5, 57 Itaque vt quisque optime natus institutusque est, esse omnino nolit in vita, si gerendis negotiis orbatus, possit paratissimis vesci voluptatibus. Vesci e terra mortalia faecula, i. viuere omnes animantes, dixit Lucr. 1, 1091.

¶ 3 *Vescor, cum Accusativo. Plin. 10, 38 Aues nonnullae vescuntur ea, quae rapuere pedibus. Idem 8, 50 Si caprinum iecur vescantur. Vid. Brouckb. ad Tibull. 2, 5, 63 qui post Pierium apud Virg. Aen. 3, 339 legi vult, Quid puer Ascanius? superatne et vescitur auras: et hanc constructionem multis illustrat. Add. Tac. Agric. 28, 3. Sic Vesci, pro Videre. Accius Athamante, Priusquam infans facinus oculi vescuntur tui, Nonius 4, 478. Lucr. 2, 1125 Et plus dispendi faciant, quam vescitur aetas, i. vescendo s. edendo assumit.*

¶ 4 *Obseru. Grammat. Vescendo esse, Aptum esui. Plin. 15, 18 Alexandrinae ficus vix sunt vescendo. Sic enim legendum. Idem 21, 16 Radix eius vescendo est decocta. de scolymo. Sus ad vescendum hominibus apta Cic. de Nat. Deor. 2, 180.*

VESCO, Ære. *Actiu. Tertull. de Ieiun. c. 5 Quis nos vescet carne? vid. Bang. Obseru. philol. p. 467 Pass. Caprinum pecus, si vescatur etc. Plin. 8, 50.*

VESCENS, entis. *Partic. Plin. 9, 8 Delphinus ex hominum manibus vescens. Et Virg. Aen. 6, 656 Conspicit, ecce, alios dextra laeuaque per herbam Vescentes, etc. Morbi graues ob inedia in solita vescentibus Sall. Fragm. c. 32.*

VESCENDVS, a, um. *Partic. Plin. 20, 5 Coctas dysentericis vescendas dedere. de cepis.*

VESCVS, a, um. [*Vet. Gloss. ὀλιγόστροφος, ὀλιγοδής*] *Certissime paruum significat. Ouid. Fast. 3, 446 Vescaque parua vocant. Plin. 7, 20 pr. Corpore vesco, sed exiniis viribus Tritannum. Afranius ap. Non. 2, 904 At puer est vescis imbecillus viribus. Nec abhorret ab hac notione Virg. Georg. 4, 131 Vescum papauer, i. minimorum granorum. Nec ibid. 3, 175 Vescæ salicum frondes, i. tenues, exigui cibi; iunguntur enim cum graminibus, et vlua palustri, opponuntur frumenta manu sata, quae sine dubio pinguiora et magis alibilia. Seruius ad h. l. etiam Telas araneorum vescas appellari, obseruat. Denique Vesco*

sale saxa peresa Lucr. 1, 327, i. paruo, subtili, et ob id penetrabili. Sed edacem hic interpretatur, quasi a vescendo Festus h. v. et Gell. 16, 5 Lucretius, inquit, vescum salem dixit ex edendi intentione. Nec desunt, qui Vescas salices et Vescum papauer dici velint, quod in cibo sint: nulla, puto, necessitate. Ad notionem ὀλιγόστροφος, q. d. cibi exigui, quam ex Vet. Gl. dedimus, pertinere censeo versus Lucilii ap. Non. 2, 904 Quam fastidiosum ac vescum cum fastidio (al. Clastidio) viuere. Ex his, quae dicta sunt, apparet; quatenus verum putemus, quod ad Georg. 4, 131 ait Phylargyrius, Vescum tria significat, minutum, edule, multum: quin vnum significat, minutum, quod declaratur etiam voce proxima.

VESCVLVS, a, um. *Dimin. [ἄσκαρος] Vesculi, Male curati et graciles homines, Festus. Dicitio vescula Sidon. Epist. 8, 16 esse dicitur: Sauro sic dedit, Siquidem maturo, vt es ipse, leclori non tantum dicitio exossis, tenera, delumbis, quantum vetuscula, torosa, et quasi mascula placet. Sed vescula legit Pius ad Lucret. 1, 327 et interpretatur ex vesco corpore illius Tritanni vel Titoomi Pliniani 7, 20 vt sit vescula dicitio neruis potius adstricta, quam carne onerata aut pingui etc.*

VESEVVS, **VESVIVS**, et **VESVVIVS**, i. m. [*Ὀυεσσός*] *Mons Campaniae iuxta Sarnum fluuium, non longe a Neapoli, bonitate vini celebratus, qui semper emittit fumum et ignes, sicut Aetna in Sicilia. Primum, de quo exstet memoria, incendium est illud, quo periit Plinius, quod describit illius filius adoptiuus Epist. 6, 16. Virg. Georg. 2, 224 — Et vicina Vesuo Ora iugo. Nescio quam vere ad h. l. Seruius, Vesueus mons est Liguriae sub Alpibus positus; nam Campaniae mons quidem Vesuuus dicitur: pro quo multi Vesuum positum esse volunt. Martial. 4, 41 Hic est pampineis viridis modo Vesuius umbris, etc. Infans solatur damna Vesui Stat. Silu. 4, 8, 5. Prorupti Vesui lethalis apex Valer. Argon. 4, 507. Sil. 17, 598 Euomuit pastos per faecula Vesuius ignes.*

VESVIVS, a, um. *Col. 10, 135 Vesuia rura. Vesuo subiecta.*

VESVVINVS, s. **VESVINVS**, a, um. *Stat. Silu. 3, 5, 72 Non adeo Vesuius apex, et flammae diri Montis hiems etc. Sed vid. leg. Vesuius, vt Silu. 5, 3, 205 Iamque et flere pio Vesuina incendia cantu Mens erat.*

VESICA, ac. f. [*κύστις*] *Folliculus, in quo vrina colligitur, infra aluum a priore parte. Plin. 11, 37 Vesica membrana constat, quae vulnerata cicatrice non solidescit. Dolor vesicae Scribon. 92. 258. Dolor cum fluore Id. 90. Vitia Id. 146. Abditum vesica (medicamentum) Id. 132. Adfici vesica Id. 186. Laborantes vesica Id. 93. Tumens vesica Id. 206. Cic. de Finib. 3, 95 c. 30 Tanti autem morbi aderant vesicae et viscerum, vt nihil ad eorum magnitudinem possit accedere. Difficultates vesicae Plin. 30, 8. Exonerare vesicam Petron. c. 37. Apul. Met. 1 p. 108. Vesicae non Imperat Tuccia, non continet vrinam Iuuenal. 6, 64. Displosa sonat vesica Hor. Serm. 1, 8, 46. Ouid. Met. 15, 304 Ceu spiritus oris Tendere vesicam solet. Videtur lusur coniuualis fuisse vesicis inflatis percutere capita parasitorum. Sen. Nat. Quaest. 2, 27 Allud genus tonitrus est acre, quod crepitum magis dixerim quam sonum: qualem audire solemus, cum super caput alicuius dirupta vesica est. Sidon. Epist. 3, 13 de homine parasitici ingenii Vesicarum ruptor, fractorque ferularum. Caeterum Inflatas vesicis pulsandos tumores hydropicos esse, auctores multi sunt Cels. 3, 21. Et 3, 27, 2 in dolore neruorum Cucurbitulae saepe dolenti parti adiuuendae sunt, pulsandusque leniter inflatis vesicis bubulis is locus est. Vesicae nomen per analogiam folliculis aliis tribui potest. Sic Cels. 7, 7 pr. In superioribus palpebris vesicae nasci solent; pingues grauesque, quae vix attollere oculos sinant, leuesque pituitae cursus, sed assiduos in oculis mouent, etc. Vesica per N, Caper proferri censet: p. 2246 post med. quod non sit sine vento.*

¶ 2. *Metaph. tumor stili. A nostris procul est omnis vesica libellis Martial. 4, 49. ¶ 3 Varr. R. R. 3, 17, 2 videtur crumenam significare: Maritimae piscinae nobilium magis ad oculos pertinent, quam ad vesicam, et potius marsupium domini exnaniunt, quam implent.*

VESICVLA, ac. f. *Dimin. [κυστίδιον] Cic. de Diuin. 2, 33 c. 14*

Et pileium aridum florescere brumali ipso die, et inflatas rumpi vesiculas, et semina malorum, quae in his mediis inclusa sint, in contrarias partes se vertere Lucret. 6, 129 — Quum plena animae vesicula parua Saepe ita dat pariter sonitum displosa repente. *Add.* Arnob. 3 p. 108.

5 **VESICARIUS**, a, um. Adj. *Vt*, Aqua vesicaria Marc. Emp. 26. et Scribon. 146 quae medetur vesicae. Plin. 21, 31 de *Strychno loquens*, Quorum alterum, cui acini coccinei, granosi folliculi, halicacabum vocant, et alii callion. Nostri autem vesicariam, quoniam vesicae et calculis profit.

10 **VESICO**, are. *Vesicam medicamento afficere.* Theod. Priscian. 1, 33 Quibus vesicauerint. *add.* Octau. Horat. 1, 28.

VESICULOSUS, a, um. Adj. *Spumofus.* Cael. Aurel. Acut. 3, 17 Pinguibus et vesiculosis connexus.

15 **VESPA**, ae. f. [*ἄσπις*] *Animal paruum volatile, apī simile, de quo locus Plin. 11, 21. Add. Id. 31, 9 ubi remedium aduersus crabrones vel vespas sal ex aceto.* Varro de R. R. 3, 16 Vespa quae similitudinem habet apīs, neque focia est operi, et nocere solet morfu, quam apes à se fecernunt. Cic. de Fin. 15, 42 c. 15 Cornibus vti videmus boues, vespas aculeis, suam denique cuique naturam esse ad viuendum ducem.

20 ¶ 2 Vespa, pro *Vespillone.* Festus, Vespae et Vespillones dicuntur, qui funerandis corporibus officium gerunt, non a minutis illis volucris, sed quia vespertino tempore eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt. Hi etiam Vespillones (Vespillones) vocantur.

25 **VESPASIANUS**, i. m. [*Ὀυεσπασιανός, Βεσπασιανός*] *Cognomen a matre Vespasia ductum T. Flauii Imperatoris Romani, cuius vitam vide apud Suetonium. Scribitur et Vespasianus.*

VESPER, eris. vel **VESPERS**, i. m. [*Ἑσπερος* Gloss. Gr. Lat.] *Stella, quae Venus etiam dicitur, et alio respectu Lucifer, quoties nempe paullo ante solem oritur: Vesperus autem, quatenus sole iam occidit et prima omnium*

30 *ex stellis lucere vesperi conspicitur, dicta quasi Hesperus: nam eam stellam Hesperum Graeci vocant, et ultimam partem diei.* Color Lucifero candens, vesperi refulgens Plin. 2, 18. Stella Lucifer interdium, noctu vesperus ita circumeunt Varro R. R. 3, 5, 17. Stat. Theb. 10, 45 — Sed Vesper opacus Lunares iam ducit equos.

35 subter praecordia vesper Cic. in Arat. 109. Frigidus vesper Valer. Argon. 4, 377. Puro similis vespero Hor. Carm. 3, 19, 26. Illic fera Rubens accendit lumina vesper Virg. Georg. 1, 251. Serus vesper Id. ibid. 1, 462. Consurunt ab vespere atro venti Id. Aen. 5, 19. Processit Vesper Olympo Id. Ecl. 6, 86. Surgente vespe-

40 ro, etc. Hor. Carm. 279, 10. ¶ 2 Vesper, *Vespertinum tempus.* Plaut. Bacch. 5, 2, 87 Hic vesper est, vos sequimini. Cic. Att. 12, 16 (15) Quumque mane me in siluam abstrusi densam et asperam, non exeo inde ante vesperum. Vesper diei Sall. Iug. 52 et 106. Primo vespere Caes. Bell. Ciuil. 2 c. 43. Gell. 13, 11 Lepidissimus li-

45 ber est M. Varronis ex satiris Menippeis, qui inscribitur, Nescis quid vesper ferus vehat, in quo disserit de apto conuiuorum numero, deque ipsius conuiuii habitu cultuque, cuius deinde *plusculas sententias adfert: unde sua habere videtur* Macrobi. Sat. 1, 7. *Videtur autem Varro, ut erat lepidus, prouerbium de rerum humanarum inconstantia traduxisse*

50 *ad disciplinam coenarum.* Apparet Maronem ad talem paroemiam alluisse Georg. 1, 462 Denique quid serus vesper vehat. Liu. 45, 8 In secundis rebus nihil in quenquam superbe ac violenter consulere decet, nec praesenti cedere fortunae, quum quid vesper serat incertum sit. Ouid. Trist. 1, 2, 28 Nunc Zephyrus sero vespere

55 missus adest. Plaut. Aſin. 3, 3, 40. Caes. Bell. G. 1, 50. Ad vesperum, *vid.* AD. Sub vespere Scribon. 20. Ambulare vsque ad vesperum contentius Cic. Tusc. 5, 97 c. 34. Declinat in vesperum dies, *vid.* DECLINO. Expectarem epistolam quum a te auide ad vesperum Cic. Att. 2, 8. Parata in vesperum, *vid.* IN

60 *Praepositionem* Plaut. Most. 1, 1, 64. Cic. Philipp. 3, 77 Atque ibi se occultans perpotauit vsque ad vesperum. Viuere suo vesperi, *i.* *Furtis suis vespertinis* Plaut. Mil. 4, 2, 5.

VESPERA, ae. f. [*Ἑσπέρα* Gloss. Gr. Lat.] *pro eodem dicitur.* Plaut. Curc. 1, 1, 4 Si media nox est, siue est prima vespera. Cic. Catil. 2, 6

65 c. 4 Si accelerare volent, ad vesperam consequuntur. *vid.* Stat. Theb. 5, 250. Crudelis vespera dicitur, qua multi homines caesi sunt. Flexo in vesperam die Tacit. Ann. 1, 16, 5. Inumbrante vespera vniuersum Flauiani exercitus robur aduenit Id. Hist. 3, 19, 2. Prima vespera Caes. Bell. C. 1, 20. Propinqua vespera Tribunus venit Tacit. Ann. 15, 60, 6. Vespera, *adverb.* Apul. Met. 1 pr. et 9 p. 225, 18.

VESPERS, siue **VESPERS**. Adu. *i.* *Principio aduentus noctis.* Cic. Fam. 11, 27 Nam quum in Tusculanum vesperi venissem. Et Att. 11, 12. Cephalio mihi a te literas reddidit ad octauum Idus Martii, vespere. Canis se vespere celat, etc. Delphinus vespere exoritur, etc. Aquila vespere occidit Colum. 11, 2. Ad octauum Iduum Martii vespere Cic. Att. 11, 12. Id. de Orat. 2, 13 Cum ad me in Tusculanum, inquit, heri vesperi venisset Caesar de Tusculano suo, etc. Conf. Id. Att. 13, 46. Id. Acad. 1, 1 Nuntiatum est nobis a M. Varrone, venisse eum Roma pridie vesperi, etc.

70 **VESPER**, era, erum. *etiam dicitur; [Ἑσπεριός]* Plin. 19, 12 pr. f. 60 pr. His horae rigandi matutina atque vespera. Idem. Matutinum tempus atque vesperum.

VESPERTINUS, a, um. Adj. [*Ἑσπερινός*] *Quod fit vesperi.* Cic. de Nat. Deor. 2, 53 c. 20 Tum vespertinis temporibus delitescendo, tum matutinis rursus se aperiendo. Hor. Epist. 1, 6, 20 Gnauius mane forum, et vespertinus pete tectum. Acies vespertina, *vid.* ACIES. Cantus vespertini Plin. 10, 21. Forum vespertinum pererro Hor. Serm. 1, 6, 113. Hospes vespertinus Id. ibid. 2, 4, 17. Cic. Att. 13, 23 Antemeridianis tuis literis heri statim rescripti, nunc respondeo vespertinis. Populus Prudent. Psychom. v. 377. *i.* *versus occidentem habitans.* Regio vespertina, *occidentalis* Horat. Serm. 1, 4, 30. Vespertinam antiqui dicebant Coenam siue vespertinum cibum Isidor. 20, 2. ¶ 2 Vespertinum, *intell.* Tempus. Plin. 30, 10 Perunctos matutinis vespertinisque liberari, *b. e.* Mans

75 *et vesperi.*

VESPÉRAT. [*ἑσπεροράζει*] *Vespera fit.* Gell. 17, 8 Philosophus Taurus accipiebat nos Athenis coena plerumque ad id diei, vbi iam vesperauerat. Id enim est tempus illi coenandi frequens.

VESPÉRATVS, a, um. Part. *Ad vesperam perductus.* *Vt*, Die iam vesperato Solin. c. 16 (11).

80 **VESPERASCIT**. [*ἑσπεροράζει*] *Idem.* Ter. Heaut. 2, 3, 7 Portant quid rerum. CLIN. hei mihi! s. aurum, vestem, et vesperascit, et non nouerunt viam.

VESPERASCENS, entis. Partic. *Vt*, Nepos Pelopida f. 16, 2, 5 Quum Athenis interdium exissent, vt vesperascente caelo Thebas possent

85 *per-*

6 I 2

peruenire. Die vesperascente Tacit. Hist. 2, 49, 3. Lipsius legit Vesperante. conf. Ann. 1, 65, 6. et 16, 34, 1.

VESPERALIS, e. Adj. Solin. 15 (9) Igitur Macedoniam praecingit Thracius limes: Meridiana Thessaliae Epirotae tenent: a Vespérali plaga Dardani sunt et Illyrii: qua Septentrione tunditur, Paonia ac Pelagonia protegitur. Vespérale plagam dixit pro Occidentali.

VESPERNA, ae. f. [ἄσπερον] Coena apud veteres dicebatur. Nam ut Festus ait, coena vocabatur, quod nunc est prandium: Vesperna quam nunc coenam appellamus, quod conuiuium, non nisi aduentante nocte inibant prisci.

VESPERTILIO, ōnis. m. [νυκτερίς] Animal mediae cuiusdam inter auem et murem speciei, ut mus alatus dici possit; appellatus autem ob id, quod vespere se ad volutum proferat. Quid multa? factus sum vespertilio: neque in muribus plane, neque in volucris sum Varro ap. Non. 1, 228. Plin. 10, 61 Volucrum animal parit vespertilio tantum cui membrana ceu pennae. Eadem sola volucrum lacte nutrit, vbera alimouens geminos volutat amplexa infantes, secumque deportat. Eadem coxendix vna traditur, et in cibatu culices gratissimi, vid. Macrobr. Saturn. 7 vlt. Auctor Philomelae 38 Strix nocturna sonans, et vespertilio stridunt. Lucifuga Grat. Cyneg. v. 402. ¶ 2 Apud Vlpian. l. 31 ff. de Euictionib. legit Budaeus, Sanum esse, furem non esse, vespertilionem non esse, et interpretatur myopa, qui vesperi, et tenui luce melius videat, quam claro die. Alii comminiscuntur, qui ob aes alienum interdum prodire non audeat. Sed hoc in seruum vix conuenit. Sed verior lectio Vespillonem s. Vispellionem, de quo nomine statim in VESPILLO.

VESPERVGO, inis. f. [Ἑσπερος] Idem quod Vesper, stella. Varro de L. L. 5, 2 p. 44, 37 Cum stella prima exorta, Graeci vocant Ἑσπερον, nostri vesperuginem, ut Plautus, neque vesperugo, neque Vergiliae occidunt. Et 6, 3 p. 74, 28 Vesperugo stella, quae vespere oritur. Veneris stella, quod ea, cum solem sequatur, post occasum eius apparens in caelo, clarissimeque lucens, vesperugo vocitatur Vitr. 9, 40. Dicitur quoque hesperugo, v. v. Plaut. Amph. 1, 1, 119 Nec Iugula, nec Vesperugo, neque Vergiliae occidunt. conf. Quinct. 1, 7, 12. ¶ 2 Vesperugines pro Vespertilionibus posuit Tertull. de Anima 32.

VESPILLO, VESPILIO, VISPILLIO, VISPILLIO, BISPILLIO, BISPILLO, (tot enim modis scriptum inuenias, ut tamen primum illud videatur verius) ōnis. m. [νεκροφάγος, νεκροθάπτης] a Vespertina opera nomen habere videtur ignobilis cadauera humani, ut supra in VESPA n. 2. e Festo obseruatum est. Humilitatem funeris indicare volens Sueton. Domit. c. 17 Cadauer eius, inquit: populari sandapila per vespillones exportatum Phyllis nutrix in suburbano suo funeravit. Martial. 1, 48 Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus, Quod vespillo facit fecerat et medicus. Sidon. 2, 8 Vespillorum Sandapilariorumque ministeria coniungit, ad quem locum Iulio Firmico frequens hoc esse verbum, monet Sauaro. ¶ 2 Cum non satis honestum putaretur hoc officium per se, tum infamatum nomen est, quod illud etiam tribueretur effossoribus sepulcrorum, et furibus rerum sepulcrarum. Fulgent. Sermon. ant. 2 Vespillones dicti sunt baiuli. Quamuis Antidamus Heracleopolites Vispillones dixerit cadauerum nudatores, sicut in historia Alex. andri magni scripsit: Plusquam trecentos cadauerum vispillones reperiens crucibus affixit: Mnaseas tamen tertio Europae libro scripsit: Apollinem postquam a Ioue ictus atque interfectus est, a Vispillonibus ad sepulturam elatum esse. Haec Fulgentius. Videntur igitur hoc nomen amaro quodam lusu accepisse, quod et ipsi vesperi circa sepulcra versarentur. 55

Vet. Gloss. Gr. Lat. Τυμβωρύχος sepulcri violator, vispiliator. Ut igitur maximum et seruilis conuiuium est apud Graecos Τυμβωρύχος s. effossor sepulcrorum, sic inter seruilia dedecora ab Ictis referri videas Vespillonem: quamquam vox varie in MSS. corrupta est. Dabimus loca, ut a Gothofredo edita sunt. Vlpian. l. 31 de euiction. Si ita quis stipulanti spondeat, Sanum esse, furem non esse, vispellionem non esse etc. Maecianus l. 7 ad SC. Trebellian. Sed et salutis ac dignitatis ratio habenda erit. Quid enim si morbo applicitus Alexandriae iussus fuit adire (hereditatem) vel nomen vispellionis testatoris ferre? Igitur adeo infamis vispellio, ut aliquis salua dignitate, etiam heres ab eo scriptus, non possit nomen illius ferre, qui vispellio s. vespillo fuerit. Tandem Marcellus l. 72 ff. §. 5 De solutionibus, Num ergo si bispellionem, aut alias turpem dederit hominem, idem sit? In his itaque locis omnibus satius est vespillonem τυμβωρύχον accipere, quam Bispellem vel Bispellionem comminisci, qui sit idem, qui Versipellis s. λυκάνθρωπος. Affinis huic est opinio Fr. Iunii ad Tertull. de Pallio c. 4 p. 15 qui Bispelliones vel Bispellones dictos putat a binis palliis, quod lugubrem vestem fuisse superinicerent. Vet. Gl. Bispelliones νεκροθάπται, κοπιύται. Bispello νεκροφάγος.

VESTA, ae. f. [Ἑστία] Duae a veteribus memorantur: altera Saturni mater, altera eiusdem dei filia. De hac Ouid. Fast. 6, 285 Ex Ope Iunonem memorant, Cereremque creatas Semine Saturni: tertia Vesta fuit. Confundunt tamen has Poetae, alteram pro altera ponentes. Quando eam terram esse dicunt, de matre Saturni intelligendum est. Quando vero virginem nominant, de filia eius, quam ignem esse voluere. Ibid. 291. Nec tu aliud Vestam, quam viuam intellige flammam: Natamque de flamma corpora nulla vides. Sed totus ille locus, a 249 — 460 ad Vestae res et sacra pertinet. Huius simulacrum Romani Pessinnunte allatum in aede Victorique, quae est in palatio, posuere: et virgines ei sacra varunt, quae ignem perpetuum conseruarent, Vestales, de quibus statim. Vesta, ἀπὸ τῆς Ἑστίας, i. a foco, in quo ignis alitur, dicta est. Est enim Vesta, quasi focus vrbs appellata, ait Cicero de Legib. 2, 29. Ouid. Fast. 6, 299 Stat vi terra sua, vi stando Vesta vocatur. Ignis Vestae perpetuus et sempiternus Cic. in Catil. 4, 18. Id. pro Font. 27 Prospicite, ne ignis ille aeternus Fonteiae laboribus vigiliisque seruatus, sacerdotis Vestae lacrimis extinctus esse dicatur. Aeterna Vesta Hor. Carm. 3, 5, 11. Canae penetralia Vestae Virgil. Aen. 5, 744. Mater Vesta Id. Georg. 1, 499. Potens Vesta Id. Aen. 2, 567. Sancta Vesta Claud. de Bell. Gild. 129. Vesta, pro Igne ponitur apud Poetas: Virg. Georg. 4, 384 Ter liquido ardentem perfudit necare Vestam. Vid. Drakenb. ad Sil. 6, 76. Est eruditum Syntagma Lipsii de Vesta et Vestalibus. Add. Ez. Spanhem. de Vesta et Prytanibus in Tom. V. Antiquit. Rom. Graeu.

VESTALIS, e. Adj. [Ἑστίας] Cic. de Legib. 2, 20 Virginesque Vestales in vrbe custodiunt ignem foci publici sempiternum. De illarum institutione per Numam Pompiliam, vid. Liu. 1, 20 Quibus ritibus caperentur, quo iure essent, copiose ex Labeone Antistio docet Gell. 1, 12. qui locus classicus est. Ara Vestalis Lucan. 1, 544. Festa Vestalia Ouid. Fast. 6, 395. Foci Vestales Lucan. 1, 19. Incesta Vestalis viua defoditur Liu. 8, 15. it. 22, 57. Plin. Epist. 4, 11.

VESTALIA, um. n. Varro L. L. 5, 3 p. 47, 23 Dies Vestalia, vt virgines Vestales Vestae sacrificent.

VESTER, (f. VOSTER, ap. antiquos) tra, trum. Pronomen possessiuum. [*ὑμέτερος*] Ter. Andr. 4, 5, 26 Cuium puerum hic apposuisti? dic mihi, M. tu nescis? D. mitte id quod scio; dic quod rogo. M. vestri. D. cuius nostri? M. Pamphili. Idem Eun. 5, 9, 36 Non cognosco vestrum tam superbum. Vestris moribus Propert. 2, 29, 32. Omnium vestrum bona, pro Omnia vestra Cic. Att. 11, 6. Vt iam omnium iudicio constitutum esset, omnium vestrum bona praedam esse

illius victoriae. Vestrum est dare, vincere nostrum Ouid. Fast. 4, 889. ¶ 2 An vester etiam ad vnum refertur? Ita est, si recte se habet Ouid. Her. 19, 62 ubi Hero ad Leandrum,

Nam modo te videor prope me spectare natantem,
Brachia nunc humeris humida ferre meis,
Nunc dare, quae soleo, madidis velamina membris,

Pectora nunc iuncto vestra fouere sinu.

Sic Burmannus ex MS. Sed velim simile exemplum attulisset bonae aetatis. Vossitatio enim illa, vt nomen, quo vti cogimur, barbara est. Et variat lectio apud Ouidium; nostra habentibus aliis: et fouetur sane utriusque pectus sinu iuncto. ¶ 3 In MSS. confundi Vester et Noster monuimus in NOSTER.

VESTRAS, atis. Pronomen patrium. Priscian. 17 p. 1095.

VESTIBŪLV M, i. n. [*πρόθυρον, προπύλαιον, αὐλειον, πρόδομος*]

Locus ante ianuam domus, per quem a via ad aedes itur - Gell. 16, 5.

Caelius Gallus, in libro De significatione verborum, quae ad ius pertinent, secundo Vestibulum esse dicit, non in ipsis aedibus, nec partem aedium, sed locum ante ianuam domus vacuum, per quem a via aditus, accessusque ad aedes est, quum dextra sinistraque inter ianuam tectaque, quae sunt viae iuncta, spatium relinquatur, atque ipsa ianua procul a via est, area vacanti interstita. — Qui domos igitur amplas antiquitus faciebant, locum ante ianuam vacuum relinquerebant, qui inter fores domus et viam medius esset. In eo loco, qui dominum eius domus salutatum venerant, priusquam admitterentur, consistebant: et neque in via stabant, neque intra aedes erant. Ab illa ergo grandis loci constitutione, et quasi quadam stabulatione vestibula appellata sunt. Nempe posuerat Gellius, Ve etiam augere et intendere significationem; quod nobis aliter videri suo loco diximus: Si omnino placeat haec etymologia, dixerim vestibulum esse minus vel deterius stabulum, i. stationem, domui praestructum. Gellium suo more descripsit Macrob. Saturn. 6, 8. Plaut. Mostel. 3, 2, 131 Viden' vestibulum ante aedes, et ambulacrum cuiusmodi? Cic. Att. 4, 3 Discessimus in vestibulum. Virg. Aen. 6, 575 — Cernis custodia qualis Vestibulo sedeat? Vestibulum dictum est (inquit Seruius) vel quod ianuam vestiatur, vt videmus cameram duabus sustentatam columnis: vel quoniam Vestae consecratum est. Vnde nubentes puellae limen non tangunt Lucan. (2, 352).

Translata vetuit contingere limina planta. Singula enim domus, sacra sunt diis: vt Culina diis Penatibus: Macerics quae ambit domum Herceo Ioui. Idem ad Aen. 6, 273 Vestibulum, vt Varro dicit, etymologiae non habet proprietatem: sed fit pro captu ingenii. Alii dicunt ab eo, quod nullus istic stet: In limine enim solus est transitus: quo modo vesanus dicitur non sanus: sic vestibulum, quasi non stabulum.

Ouid. Fast. 6, 303 ubi de Vestae, Hinc quoque vestibulum dici reor: inde precando Adfamur Vestam, quae loca prima tenet. Vestibulum ante ipsum, primoque in limine Virg. Aen. 2, 469. Vestibulum ante ipsum, primisque in faucibus orci Id. ibid. 6, 273. Magnifica, Regalia Vitr. 6, 8. Adstare vestibulo Virg. Aen. 7, 181. Cic. de Arusp. Resp. 31 Nunc sanctissimam partem, ac sedem maxime religionis priuato dicunt vestibulo contineri. Aedium Curt. 4, 4, 14. Cic. Verr. 2, 160 c. 66 At quo loco? celeberrimo ac religiosissimo, ante ipsum Iouem, in primo aditu vestibuloque templi. Idem pro Caecin. 35 Non modo limine tectoque aedium tuarum, sed primo aditu vestibuloque prohibere quempiam. Cic. pro Cael. 62 Nam si essent in vestibulo balnearum, non laterent. Cubilium vestibulum gallinaceorum, columbariorum, apum Columel. 8, 3 et 4. It. 8, 8 et 9, 7.

Curiae et vestibulum et Senatus Liu. 2, 48. et Cic. pro Milon. 19 Insidiator erat in foro collocatus atque in vestibulo ipso Senatus. Praetorii Curt. 5, 10, 12. Regiae Id. 5, 7, 7. Cic. de Legib. 2, 61 Quod autem ἡρώων, id est vestibulum sepulcri bustumue vsucapi vetat. Id. Verr. 5, 170 c. 66 Monumentum sceleris audaciaeque suae voluit esse in conspectu Italiae, vestibulo Siciliae praeteruentione omnium, qui vltro citroque nauigarent. Id. in Orat. 50 c. 15 Vestibula nimirum honesta, additusque ad causam faciet illustres. Ingredi vestibulum alicuius artis Quinct. 1, 5.

VESTICEPS, ipis. [*γυνεῖων*] Puer iam pubes, vid. Fest. Gell. 5, 19 Iusque iurandum a Q. Mutio Pontif. Max. conceptum dicitur, quod in arrogando iuraretur. Sed arrogari non potest nisi iam vesticeps. Vestis enim aliquando Barbam significat. Vnde, Aurea vestis. Certe in illo Aeneid. 8, 659 Aurea Caesaris ollis, atque aurea vestis. Seruius vestem interpretatur barbam, etc. vid. VESTIS aurea. Idem vesticeps motu iam puberis aevi, Ad mores artesque bonas fandique vigorem Perduxi Auson. Eidyll. 4, 73.

VESTICONTVBERNIV M, i. n. Verbo iuncto dixit Petronius c. 11 de iis, qui sub eadem veste cubant, Quid, inquit, vesticontubernium facis? Quidam legunt Vestae contubernium. Vid. Interpr.

VETANS, antis. Partic. [*κωλύων*] Cic. de Legib. 2, 8 c. 4 Ita principem legem illam et vltimam, mentem esse dicebant, omnia ratione aut cogentis, aut vetantis dei. Deo vetante agere aliquid Propert. 4, 1, 90. Venti vetantes Ouid. Epist. 13, 131. conf. Id. Met. 6, 318.

70 VETITVS, a, um. Partic. [*κωλυμένος*] Virg. Aen. 6, 623 Hic thalamium inuasit natae, vetitosque hymenaeos. Adulterium vetitum Ouid. ex Pont. 3, 3, 57. Aequor vetitum Idem Met. 2, 172. Alca vetita legibus Hor. Carm. 3, 24, 58. Amor vetitus Ouid. de Arte Am. 1, 283. Arma vetita Virg. Aen. 9, 547. Ciborum

75 vetitorum fames Ouid. Met. 15, 138. Concubitus vetitus Idem Met. 10, 353. Crimen vetitum Idem Trist. 2, 498. Libido vetita Idem Met. 9, 576. Nefas vetitum Hor. Carm. 1, 3, 26. Probrum vetitum Ouid. Met. 10, 695. ¶ 2 Substantiue:

80 Ouid. Amor. 3, 4, 17 Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata. Virg. Aen. 10, 9 Quae contra vetitum discordia? Cic. de Legib. 2, 9 c. 4 Sed vero intelligi sic oportet et haec et alia iussa ac vetita populorum, vim non habere ad recte facta vocandi, et a peccatis auocandi.

VETATIO, onis. f. [*κώλυσις*] non Vetitio, analogia postulat auctore Valla 1, 2.

85 VETTONES, um. m. Populi in Hispania, qui teste Plin. 25, 8 f. 46 Herbam Vettonicam inuenerunt. Alii scribunt Vectones. Lucan. 4, 9 Vectonesque leues, profugique a gente vetusta Gallorum Celtae miscentes nomen Iberis. Sil. 3, 378 At Vectonum alas Balarus probat. Add. 16, 365. Sed o corripit Prud. Perist. 3, 187 Clara colonia Vettoniae.

90 Et fauet Gr. *Οὐεττονες*. it. VETTONICA.

VETONICA, ae. f. Herba a Vettonibus dicta. Vt vidimus ex Plin. 25, 8. Add. 26, 5. 7, 25. Vettonicae mansus siccabit lumina succus Sammon. v. 205. Est haec herba, de qua exstat peculiaris libellus Antonii Musae nomine praescriptus, in cuius editione Humelberg.

95 Vetonica scribitur. Apud Scribonium Rhodii fluctuatur inter Vettonicam et Betonicam, quod hodie fere obtinet.

VETVLONIVM, i. n. seu VETVLONIA, ae. f. [*Οὐεττωνίων*] *Hetruriae*, quam Maconii tenuerunt, orbium erat caput: de qua Sil. 8, 485 Maconiaeque decus quondam Vetulonia gentis.

100 VETVLONENSIS, e. Adi. Vt, Populi Vetulonenses Plin. 3, 5.

VETVRIA gens, e qua inter alios. Coriolani mater Liu. 2, 40.

¶ 2 Veturia, Centuriae nomen Liu. 26, 22 vid. ibi Gronou.

VĒTVS, èris. (a VETER de quo p. a.) Adi. [*πυλαιός, ἀρχαῖός*] Quod diu fuit, quod multorum annorum, mensum aut dierum est, pro natura eius, cui adiectum est. Quid ab Antiquo distat, vid. h. v. Plaut.

105 Truc.

Truc. 2, 2, 56 *Vetus est maceria. Idem Amph. Prol. 118 Veterem atque antiquam rem nouam ad vos perferam.* Gell. 16, 5 *quem exscribit*
 Macro. 6, 8 *Vetus ab aetatis magnitudine compositum elisumque est. Sed vid. quae hac de re diximus supra in VE. Nempe, ut alia taceamus, repugnat modus Syllabae, quae breuis esse non posset, si ex Ve per se longo, et Diphthongo ac contracta esset.* Cic. pro Caecin. 45 *At vero hoc quidem iam vetus est, et maiorum exemplo multis in rebus vsitatum.* Plin. 36, 7 *Onychem etiam tum in Arabiae montibus, nec vsquam alibi nasci putauere veteres nostri.* Veteres, Senes, et Antiqui differunt, vid. ANTIQVVS. *Saepe tamen promiscue ponuntur. V. g.* 10
Veteres i. senes. Veteres et moris antiqui memores Liu. 42, 47. Lac melius est a valentibus Agnis, et ab iis, quae nondum veteres sunt Varro R. R. 2, 11. Scilicet et veteres fugiunt iuga saepe iuueni, Et domitus freno saepe repugnat equus Ouid. Trist. 4, 6, 23. Arco-
 bricenses iuuenes et veteres statuam in foro p. Inscript. Arunci- 15
 tani veteres et iuuenes Inscript. *Veteres etiam dicuntur antiqui moris studiosi. Quibus rebus aliquantam partem gloriae demserat: praecipue apud veteres et sanctos viros, superba illa, grauias, indigna Romano imperio existimantes Macro. Sat. 2, 9. Cic. Act. 1 in Verr. 30 c. 10* 20
 Tres hi homines veteres i. Asconio interprete, Graues et Seueri. 2
 ¶ 2 *Substantiua elementari ordine disposita: Adagium vetus, h. e. Iamdiu vsurpatum, et a veteribus etiam dictum Plaut. Amph. 4, 2 suppos. 2, 40. Aetas vetus Hor. de Arte Poet. 61. Amicum veterem agnoscit Virg. Aen. 3, 82. Amores veteres cantare Ouid. Epist. 16, 255. Laudamus veteres, sed nostris vitimur Annis Ouid. Fast. 1, 225. Auorum veterum effigies Virg. Aen. 7, 177. Calceos veteres vendere Quinctil. 6, 4. Cicatrix non vetus Scribon. 26. Comitialis morbus vetus, recens Idem 15. Consulatus octo veteri addidit Suet. Vesp. c. 8. Dolor Scribon. 11. Durities iocinoris Idem 123. Exceptio vetus et vsitata Cic. de Orat. 1, 169. 30*
 Fagi veteres Virg. Ecl. 3, 12. Fama vetus Hor. Serm. 2, 1, 36. Hospita vetus Cic. Verr. 4, 24. Infamia vetus Ouid. Met. 2, 708
 Sic vetere Instituto vitae effugit noua pericula Nep. 25, 7, 3. Ma-
 lorum veterum memor Ouid. Met. 13, 570. Memoria vetus Ta-
 cit. Ann. 6, 28. Miles exercitatus et vetus Cic. Tusc. 2, 38. Ne- 35
 cessitudo paterna, magna, vetus, et iusta Cic. Att. 16, 16. Patien-
 tia vetus Tacit. in Vita Agric. 16. Querela vetus Virg. Georg. 1, 378. Senes veteres Tibull. 1, 8 (9) 50. Tussis vetus Columel. 6, 10. Scribon. 77. Verbum vetus Ter. Adelph. 5, 3, 17. 40
 Cic. pro Sext. 18 *Alter vnguentis affluens, calamistrata coma, despiciens conscios stuprorum ac veteres vexatores aetatulae suae, etc. Virorum veterum monumenta Virg. Aen. 3, 102. Viris (vt aiunt) credendum est veteribus et priscis Cic. de Vniuers. 34 c. 11. ¶ 3*
 ¶ 3 *Mediae significationis est: in laude, vt antiquus, Vetera iam ista et religione omnium consecrata Cic. Tusc. 1 c. 14. Sed Vetus, Friuolum, tritum. Vt, Vaticinari vetera Plaut. Pseud. 1, 3, 129. Vid. Cic. Tusc. 1, 74 c. 30. Sic pro Carioso, et quasi rancido, Ter. in Prol. Heaut. 22 Tum quod maleuolus vetus Poeta dicitur, repente ad studium hunc se applicasse musicum. Sed Regnandi vetus, qui longa experientia regnare didicit, sub Veteribus vid. SVB. Tacit. Ann. 6, 44. 50*
 Comparatiuum et Superlatiuum dedimus sub VETER.
 VETVLVS, a, um. Adi. Dimin. [*χερόντιον*] Cic. Fam. 7, 16
 Sero sapiunt (*Phryges*) Tu tamen, mi vetule, non sero, primas illae rabiofulas sat fatuas dedisti. Idem Att. 13, 29 *Se scire aiebat ab eo nuper petitam Cornificiam, Quinti filiam vetulam sane et multarum nuptiarum. Idem de Fin. 5, 39 c. 14. Itaque et viuere vitem et mori dicimus: arboremque et nouellam et vetulam et vigere et senescere. Cornix vetula Hor. Carm. 4, 13, 25. Substantiue: Plaut. Most. 1, 3, 118 Vetulae edentulae, quae vitia corporis fuce occultunt. Nisi quis malit distinctim sic legere, Vetulae, edentulae, etc. 60*
 Equus vetulus, cui contrarium Tener. Cic. de Amicit. 69 c. 19 Num quando amici digni amicitia, veteribus sint anteponendi, vt equis vetulis teneros antepone solemus. Falernum vetulum Catull. ad puerum suum l. 25 (27) 1. Gladiator vetulus Cic. pro Quint. 29 c. 7. 65
 Alfenus, Interea cum isto gladiatore vetulo quotidie pugnabat. Oues Plaut. Bacch. 5, 2, 10. Platani Sen. Ep. 12. Puer Petron. c. 28. Verba Plaut. Epid. 3, 2, 14. Vinum vetulum Columel. 10, 429. Iuuenal. Sat. 15, 54 *Credebant hoc grande nefas, et morte piandum, Si iuuenis vetulo non assurrexerat. conf. Plaut. Merc. 2, 2, 43.*
 VETVLA, ae. f. Martial. 4, 5. *ad Fabianum, Nec potes argentes arrigere ad vetulas. Iuuenal. Sat. 6, 240 Vtile porro Filiolam turpi vetulae producere turpem. add. Id. 6, 193. Martial. 3, 32.*
 VETVSCVLVS, a, um. Dimin. *Vt, Dicitio vetuscula, torosa et quasi mascula Sidon. Epist. 8, 16.*
 VETVSTVS, a, um. Adi. [*παλαιός, παλαιότης*] Idem quod *Vetus. Cic. Fam. 13, 37 Cum Demetrio Mega mihi vetustum hospitium est. Idem Fam. 6, 6 Ratio vetustae disciplinae. Amicitia vetusta puer puero iunctus Ouid. ex Pont. 4, 3, 11. Corpus Zeno Veron. Serm. de Resurr. Gens vetusta Virg. Aen. 9, 284. Lucus vetustus Ouid. Met. 8, 742. Poeta vetustior Gell. 3, 16. 80*
 Mos vetustus Ouid. Fast. 2, 301. Cornicum Saccla vetusta Lucret. 5, 1083. Vetustiores Scriptores Liu. 3, 23. Spatio vetusto aetatis fessa domus Lucret. 2, 1172. Templum vetustum Virg. Aen. 2, 713. Compar. *Vetustius Stercus Colum. 2, 15 sub fin. Superl. Vetustissimus in poetica arte Plin. 25, 2. Vetustissimum quemque militum nomine vocans Tacit. Hist. 1, 23, 2. Vetustissimus liberorum Tacit. Ann. 2, 2. h. e. Maximus natu. add. 2, 40, 3. et 11, 25, 2. et c. 32, 4. it. Hist. 2, 37, 2. Liu. 23, 22. Plin. Ep. 8, 14.*
 ¶ 2 *Obseru. Vetustus, Qui verbis vetustis et priscis vitur. Cic. in Brut. 83 de Laelio: Sed multo tamen vetustior et horridior ille, quam Scipio. Vetustior, i. Verbis vetustioribus, et magis priscis vitur: Vt Horridior, Verbis horridioribus. Mox enim sequitur: Et quum sint in dicendo variae voluntates, delectari mihi magis antiquitate videtur, et lubenter verbis etiam vti paulo magis priscis Laelius. Sic in eodem Bruto 94 Lucius Mummius vocatur antiquus, quod verbis antiquis vteretur. Ad initia vetustae (morbi) comprimenda et emendanda Scribon. 150.* 95
 VETVSTE, ius, issime. Adu. [*παλαιός*] An vetuste, bonos pro diuitibus posuit? Ascon. in Verr. p. 102. *i. more antiquorum. Conf. Idem p. 120. Plin. 27, 7 Vetustissime in vsu est. h. e. Etiam diutissime conseruatum, adhuc in vsu est.* 100
 VETVSTAS, atis. f. [*παλαιότης*] Plin. 11, 35 *Nix vetustate rubescit. Ad vetustatem, vid. AD Praepositionem. Exempla vetustatis oratori nota esse debent Cic. de Orat. 1, 201 c. 46. Idem de Orat. 2, 36 Historia vero testis temporum, lux veritatis, vita memo-* 105

riae, magistra vitae, nuntia vetustatis, qua voce alia nisi oratoris, immortalitati commendatur? Iudicium vetustatis Quinctil. 1, 5.

Cic. de Lege Agr. 2, 56 Qui agrum Recentoricum possident, vetustate Possessionis se, non iure: misericordia Senatus, non agri conditione defendunt. Rerum vetustas, vel auctorum Liu. 2, 21. Municipium vetustate antiquissimum Cic. Philipp. 3, 15. Vetustas et consuetudo: Idem Fam. 11, 16 Magna vetustas, magna consuetudo intercedit. *conf. ibid.* 5, 15. 10, 10. 13, 32. Vitii vetustate os scabrum Scribon. 201. Magna est vis vetustatis et consuetudinis Cic. de Amicit. cit. 70 c. 19. Alta vetustas Sil. 1, 26. Annosa vetustas Ouid. Trist. 5, 2, 11. Anteaeta vetustas Lucret. 3, 985. Arcana mundi vetustas Stat. Theb. 4, 32. Deserta vetustas Hor. Epist. 2, 2, 118. Edax vetustas Ouid. Met. 15, 872. Exacta vetustas Claud. in Eutrop. 1, 287. Inuidiosa vetustas Ouid. Met. 15, 234. Longinqua aevi vetustas Virg. Aen. 3, 415. Cic. de Clar. Orat. 286 Nimia vetustas nec habet eam, quam quaerimus, suauitatem, nec est iam sane tolerabilis. Obsoleta vetustas Quinctil. 4, 1. Spatiofa vetustas Ouid. Met. 15, 623. Tabida vetustas Idem ex Ponto 4, 8, 49. Tarda vetustas Idem Met. 11, 182. *i. Senectus.* Veniens Corn. Gallus 1, 273. Vitiosa vetustas Claud. de Phoenice 35 *pro senectute.* Ut hedera serpens vires arboreas necat, Ita me vetustas amplexu annorum enecat Laber. *ap. Macro.* Saturn. 2, 7. *Add.* Non. 2, 890. De diuturnitate temporis: De me nulla vnquam obtulisset vetustas Cic. pro Mil. c. 35. Mori millies praestat, quam haec pati; quae mihi videntur habitura etiam vetustatem Id. Att. 14, 9. In vetustatem reponere, seruare Colum. 12, 44 et 29. ¶ 2

Verborum formulae: Abiit vetustate memoria Liu. 2, 4. Acceptum ab omni vetustate, *vid. AB.* Adepta vetustatem, Adiuta impulsu ventorum vetustas, Capere vetustatem, *vid. hb. vv.*

Coacescit aetas vetustate Cic. de Senect. 65. Delet vetustas famam operis Ouid. Met. 1, 445. Euanescit vetustate vinum Cic. de Divin. 2, 117. Exolescere vetustate Quinctil. 1, 6, 11. Extrusa vetustas nouitate Lucret. 3, 977. Exiit vetustas anguibus Ouid. de Arte Am. 3, 77. Facit peritiores vetustas Cic. pro Dom. 117 c. 45.

Fallunt vetustatem vites aliquae Plin. 14, 2. Ferent scripta vetustatem, *Ad posteros peruenient* Ouid. Trist. 5, 9, 8. *Vid. Columel. 12, 44. et 29. et Cic. Att. 14, 9. et de Amicit. c. 19.* Inducere Plin. 23, 1. Induere vetustatem, *vid. INDVO.* Occupat interdum enim vetustas vlcus, induciturque ei callus, *etc.* Cels. 5, 26. Vetustas non solum opera manu facta, sed etiam ipsam naturam paulatim exedendo Perimit Curt. 5, 1, 34. Probatus vetustate Auctor ad Herenn. 4, 4. *add. Sen. Ep. 91. et Conf. ad Polyb. c. 1. Nep. 25, 13, 2.* Remotae res ab nostra memoria propter vetustatem Cic. de Inuent. 1, 1. Sumere ex vetustate verba Quinctil. 10, 1.

VETVSTESCO, *sive* VETVSTISCO, *êre.* [παλαιῶμαι] *Vetus fieri.* Columel. 1, 7 Apothecae recte superponentur his locis, vnde plerumque fumus earum exoritur, quoniam vina celerius vetustescunt, quae fumi quodam tenore praecoquem maturitatem trahunt. Quae vetustate deteriora fiunt, vetustescere dixit Nigid. *ap. Non. 5, 63.*

VETERO, *pro quo in Praesenti mahunt* VETERASCO, *auī, êre.* [παλαιῶμαι] *Idem.* Cels. 3, 12 In his autem febribus, quae veteraverunt, utilis fames non est. Columel. 2, 15 Aptior est tamen surculis hominis vrina, quam sex mensibus passus fueris veterascere, si vitibus aut pomorum arboribus adhibeas. *Conf. Reines. Var. Lect. 3, 12 p. 547.* Inter Vetustescere et Veterascere quid intersit Nigidius grammaticus l. 10 *explanauit:* Dicemus, quae vetustate deteriora fiunt vetustescere: Inueterascere, quae meliora. Cic. ad Hirtium, Cum enim nobilitas sit nihil aliud, quam cognita virtus, quis in eo, quem veterascentem videat ad gloriam, generis antiquitatem desideret? *Refert Nonius 5, 63.*

VETERASCENS, *entis.* Partic. Carnes veterascentes Obsequ. c. 16, VETERĀTVS, *a, um.* *Vt,* Caseus veteratus mollis Scribon. Larg. Comp. 140.

VETERĀTOR, *ōris. m.* [παλαιολόγος, παλιντροφ, τριβανός, ἀπατεῶν] *Gloss. Lat. Gr.] auctore* Donato, est Homo astutia vetus, et in omni re callidus: a multarum rerum gerendarum vetustate. Ter. Heaut. 5, 1, 16 Idem isthuc mihi venit in mentem. C. veterator. Veterator igitur, qui diuturna ac multiplici et saepe commutata seruitute astutus et vaser euasit. *Conf. Lindebrog. in Ter. Andr. 2, 6, 26.* Vlpian. in l. Praecipunt D. de Aedilicio edicto: Praecipunt Aediles, ne veterator pro nouicio veneat. Venuleius l. 65 §. 2 D. de aedilic. edicto, Seruus tam veterator, quam nouicius dici potest. Sed veteratorem non spatio seruiendi, sed genere et causa aestimandum, Caellius ait. Nam quicumque ex venalicio nouiciorum emtus alicui ministerio praepositus sit, statim eum veteratorum numero esse: nouicium autem non tirocinio animi, sed conditione seruitutis intelligi: nec ad rem pertinere, Latine sciat nec ne? nec ob id veteratorem esse, si liberalibus studiis eruditus sit. *Secundum haec ergo veterator is est, quemcunque dominus negotio, tanquam intelligentem illius et exercitatum praeficit.* Veterator, *et ad liberos homines transfertur.* Cic. de Finib. 2, 53 Acutum, versutum, veteratorem, facile vt excogitet quo modo occulte sine teste, sine vlllo conscio fallat. Idem de Clar. Orat. 82 c. 48 Eius aequalis P. Cethegus, *etc.* in causis publicis nihil, in priuatis satis veterator videbatur. *Add. Id. Off. 3 c. 32. Idem Qu. Frat. 2, 12 Veterator magnus. Veterator, homo multa lectione exercitus etc. Gell. 1, 7.*

VETERATRIX, *icis. f.* [παῖργος Onomast.] Apul. Met. 9 p. 230 Veteratrix, quaedam femina, *etc.* *Sed Scalig. legit* Veratrix.

VETERATORIVS, *a, um. Adi.* [παυερτωτός] *Subdolum, et impostorium.* Cic. de Clar. Orat. 238 c. 67 *de C. Macro oratore loquens,* At in inueniendis componendisque rebus mira accuratio, vt non facile in vlllo diligentiore maioremque cognouerim, sed eam vt citius veteratoriam quam oratoriam dices. Splendida quaedam minimeque veteratoria ratio dicendi Cic. de Cl. Orat. c. 75. Veteratoria, *et Perspicua dicere, opponuntur.* Idem Verr. 1, 141 c. 54.

VETERATORIE. *Adu.* [παυερτωτικός] Cic. in Orat. 99 c. 28 Ille enim summiffus, quod acute et veteratorie dicit, sapiens iam. *Add. Apul. Apol. p. 303.*

VETERĀNVS, *a, um. Adi.* *Idem quod* Vetus. Boves Varro R. 1, 20. Gallinae Colum. 8, 4. Hostis veteranus Liu. 21, 16. Latro Petron. c. 84. Pecus veteranum Columel. 6, 2. Pedes Liu. 21, 44. Vitis veterana Columel. 3, 15. Mancipia veterana a Nouitiis distinguuntur. Veterana enim, quae anno continuo in vrbe seruiuerunt. Nouitia intelliguntur, quae anno nondum seruiuerunt. *Haec* Martianus de Publicanis et vectigalibus. *Vid. Dig. 49 t. 18 l. 1. Vete-*

Veterani milites, qui per viginti annos stipendia fecere. Modestinus l. 8 §. 6 D. de excusationibus, Veteranus esse creditur non solum legionarius, sed et omnis, qui qualitercunque militauit. Cic. Att. 14, 5 Vides tamen tyranni satellites in imperiis, vides eiusdem exercitus, vides in lateri veteranos. Idem Tusc. 2, 39 Ergo haec veteranus miles facere poterit, doctus vir, sapiens facere non poterit? Comparare firmissimum exercitum inuicti genere veteranorum militum Cic. Philipp. 3, 5 c. 2. *Tanquam Substant. intellecto Miles.* Quae noster veteranus aret Lucan. 1, 345. Conf. Nep. 18, 8, 2. Augustus veteranos exciuit paternos Vell. 2, 61, 2. Veteranorum arrogantia Cic. Phil. 11 c. 13. — Facta Nep. 18, 8, 3. Cic. Phil. 1, 6 Veterani qui appellabantur, quibus hic ordo diligentissime caueat, non ad conseruationem earum rerum quas habebant, sed ad spem nouarum praedarum incitabantur.

VETERANVM, i. n. *i. veterarium, v. v.* Scholiast. Horat. 15 3, 21, 1 Amphoram, quam habebat in veterano alloquitur.

VETERAMENTARIVS Sutor, [*παλαιωράφος* Gloss. Gr. Lat.] Qui veteres calceos reficit. Sueton. de Vitell. c. 2.

VETERARIVS, i. m. [*παλαιωράφος* Gloss.]
 VETERARIVM, i. n. *Apotheca, horreum, siue locus, ubi quid in vetustatem reponitur.* Senec. Epist. 114 Adspice veteraria nostra, et plena multorum saeculorum vindemiis horrea. *Alii legunt Veterana.*

VETERETVM, i. n. *Idem quod Veruactum et pro varia lectione illi aliquoties substituitur, v. g.* Colum. 2, 13 In vetereto bubulcorum duas operas volunt, vid. VERVAGO.

VETTONICA, vid. VETONICA.

V E X

VE XAMEN, VEXATIO, VEXATOR, etc. vid. VEXO.

VE XILLVM, i. n. [*σπαθήγιον, σημαίον*] Quali Parium velum, ut ait Seruius ad Aen. 8, 1 Signum quo in exercitu, aut classe imperatores vtuntur. Caes. Bell. Gall. 2, 20 Vexillum proponendum, quod erat insigne, quum ad arma concurrere oporteret. Conf. Idem B. C. 3, 89 extr. et Hirt. B. Alex. 45. Cic. Orat. 153 c. 45 docet Velum a Vexillo factum per contractionem, vt a Paxillo, Palus; a Taxillo, Talus, vid. AXILLA.

Continebat vexillum homines centum octoginta sex Liu. 8, 8. vid. TRIARI. Nauale vexillum Claud. in Conf. Stil. 1, 1, 173.

Conuellere vexilla Tacit. Ann. 1, 20. Mitti sub vexillo Caes. Bell. Gall. 6, 35. Submittere fortunae vexilla Stat. Silu. 4, 2, 43. vid. Geuart. ad b. l. Ad vexillum Vocare Flor. 3, 20, 3. Suet. Vespas. 6 *Milites, qui Vespasianum eligere creareque imperatorem volunt, nomen eius vexillis omnibus inscripserunt.* Tac. Hist. 2, 85 Laceratis vexillis nomen Vitellii praeferebant.

Vexillum etiam est Corpus, seu numerus militum, qui sub vexillo sunt: Tacit. Hist. 1, 70, 4 Praemissis Gallorum, Lusitanorum Britannorumque cohortibus et Germanorum vexillis: conf. Stat. Theb. 12, 782. *Vexillum equestre et pedestre, centuriae et cohortis signum: peculiariter tamen cohortis est. Speciatim autem veterani et emeriti, quibus resp. praemia et agros debebat, exauctorati sub vexillis interim habebantur, et prout res postulabat, aliis nonnunquam adiciebantur legionibus, quam unde erant dimissi.* Vid. R. H. Schelius in Hygin. p. 35 sq.

Tac. Ann. 1, 36, 4 Missionem dari vicina stipendia meritis, exauctorari, qui sena dena fecissent, ac retineri sub vexillo, caeterorum immunes, nisi propulsandi hostis. Et 1, 26, 1 *postulant milites, Ne veterani sub vexillo haberentur.* Et 1, 17, 3 *Ne dimissis quidem finem esse militiae, sed apud vexillum re- tentos, alio vocabulo eosdem labores perferre.* Et n. 6 *Ne ultra sub vexillis tenerentur.*

VE XILLARIVS, i. m. [*σημασφόρος*] *Vexillifer, signifer.* Liu. 8, 8 Ordo sexagenos milites, duos centuriones, vexillarium vnum habebat. Conf. Tac. Hist. 1, 41, 1. et 3, 17, 2. Vopisc. in Probo c. 5. Apul. Met. 4 p. 146.

¶ 2 Vexillarius, etiam Miles, qui sub vexillo est. Tac. Hist. 1, 18 Et mille vexillarios cum paucis equitibus, etc. Quidam de numero vexillariorum Vopisc. in Firmo c. 4. Vid. Lips. de Rom. Milit. Dialog. 1, 8. et 5, 19. et Pichen. ad Tacit. Ann. 1, 17.

VE XILLIFER, gra, erum. Adi. *Signifer.* Gloss. Cyrill. conf. Prudent. in Psychom. v. 19.

VE XILLATIO, onis. f. *Cohors militum dicebatur, qui confectis et emeritis stipendiis sub vexillis etiamnum habebantur, usque dum commoda et agros acciperent.* Sueton. in Galba c. 20 Excepta Germanicorum vexillatione. *Factio militarium vexillationum* Apul. Met. 7 p. 191. *Alae etiam equitum, Vegetio 2, 1 vexillationes dicuntur.* PRAEPOSITO VEXILLATION. Inscript. ap. Bellor. Vestig. Vet. Rom. p. 35.

VE XO, are. [*καίω, ὀχλέω, τρύχω, τρυχώω, σκύλλω*] *Habet formam Frequentatiui a Veho, huc illuc vehementer agitare.* Gell. 2, 6 Qui fertur et raptatur, atque huc atque illuc distrahitur, is vexari proprie dicitur. Cato ex oratione quam de Achaeis scripsit, Quumque Hannibal terram Italiam laceraret atque vexaret. Vexatam Italiam dixit Cato ab Hannibale, quando nullum calamitatis aut faevitiae genus reperiri queat, quod eo tempore Italia non perpeffa sit. Haecenus Gellius, cui succinit Macrob. Saturn. 6, 7. Cic. Pro. Aet. 1 in Verr. 12 Quam iste per triennium ita vexauit ac perdidit, vt ea restitui in antiquum statum nullo modo possit, de Sicilia loquitur. In quem locum Asconius p. 46 Nimirum vexauit, ingentis calamitatis vsum significat. Nam et ipse supra sic ait, Populatae, vexatae, funditus euerfae prouinciae. Virg. Ecl. 6, 76 Candida succinetae latrantibus inguina monstris Dulichias vexasse rates. Haecenus Asconius. Conf. Seru. ad c. loc. Virg. Cic. Verr. 1, 56 Quae oppida tu Diripienda et vexanda curasti. In turba vexari Sueton. Aug. c. 53. i. premi, orgeri. Vexari, absolute, de aegris Scribon. 100. 122. Cic. Verr. 3, 132 Prouincia Populata atque vexata. Conf. Nep. 14, 10, 2. et c. 4, 2. Cic. pro Font. 20 Hae sunt nationes, quae quondam tam longe ab suis sedibus, Delphos vsque ad Apollinem Pythium, atque ad oraculum orbis terrae vexandum, ac Spoliandum profectae sunt. Cic. in Catil. 1, 29 Quum bello vastabitur Italia, vexabuntur vrbes, tecta ardebunt. Cic. pro Sext. 1 Qui omnia diuina et humana Violarint, vexarint, perturbarint, euerterint. Idem pro Quint. 98 Multis vexatus Contumeliis, plurimis iactatus iniuriis, non turpis ad te, sed miser confugit. Et pro Flacc. 48 c. 20 Splendidissimum atque ornatissimum civitatis suae, probris omnibus maledictisque vexat. Pestilentia vexari Columel. 7, 7. Cic. pro Domo 3 Ac primum illud a te homine vesano ac furioso requiro, quae te tanta poena tuorum scelerum flagitiorumque vexet, vt hos tales viros, etc. Querelis ingratis 10

vitam vexare Lucret. 6, 15. *Al. Animum infestis feruire.* Stomachum vexare Scribon. 139. *de pilulis.* Verbis vexare aliquem Lucret. 5, 164. *2 Substantiua: Agros vexare Caes. Bell. Gall. 4, 15.* Annonam attentare et vexare vel maxime Dardanarii solent Vlpian. in l. 6 D. de extraord. criminib. Ab Aure vexatus Scribon. 40. Corpora calor vexat fessia Tibull. 4, 11, 2. Dolor vexari Scribon. 101. Epiphora Idem 23. Cic. pro Rosc. Amer. 141 Idcircone experrecta nobilitas armis atque ferro Remp. recuperauerit, vt ad libidinem suam liberti, seruulique nobilium, bona, Fortunas vestras, nostrasque vexare possent? Impios vexat sollicitudo Cic. de Legib. 1, 40 c. 14. Me insomnia vexant Ouid. Trist. 3, 8, 27. Moenia vexantur malis Catull. Argon. f. 62, 80. Montes ventus vexat flabris Lucret. 1, 276. Pecuniam omnibus modis trahunt, vexant Sallust. Cat. 20, 12. Pudorem vexare Lucret. 15 3, 83. Vicia vexant mores Sallust. Cat. Id: Sallust. in Catil. 3 *extr.* Ac me, quum ab reliquis malis moribus dissentirem, nihilominus honoris cupido eadem quae caeteros fama atque inuidia vexabat. Vrbem trepidam vexat legionibus Claud. Conf. Stil. 2, 219. Cic. pro Domo 59 c. 23 Quid enim vos Vxor mea misera violarat quam vexauistis, raptauistis, omni crudelitate lacerauistis? Vxorem furore libidinis vexantes Vulgat. Iudic. 20, 5.

VEXANS, antis. Partic. Lucret. 1, 277

Sunt igitur venti nimirum corpora caeca, (*quae videri non possunt*)

Quae mare, quae terras, quae denique nubila caeli

Verrunt, ac subito vexantia turbine raptant.

VEXATUS, a, um. Partic. [*κακωδεις*] *Vt*, Cic. Philipp. 3, 23

Tiberium Canutium, a quo erat honestissimis contentioneibus et saepe et iure vexatus, etc. Conf. Idem ad Qu. Fratr. 2, 1. Bello audacis

populi vexatus Virg. Aen. 4, 614. *Add. Nep. 20, 1, 1.* Causa manifesta vexati Scribon. 101. Apes aut morbo, aut sterilitate, aut penuria locorum vexatae Colum. 9, 6. Plin. Epist. 234 Atque etiam

Febriculis vexatus. Comae vexatae Ouid. Amor. 1, 14, 24. Domus vexata vetustate apud Plin. Epist. 6, 116. Nauigia Lucret. 1, 634. *Add. Vell. 2, 79, 4.* Vexata ab hoste Regio Curt. 3, 8, 8.

Vindemia vexata nimbis continuis Martial. 1, 52. Vita vexata

per multa pericula Propert. 2, 28, 15. Vnda vexata ingenti Noto

Senec. Herc. Fur. 12.

VEXATIO, onis. f. [*κακωσις*] Cic. Tusc. 4, 19 c. 8 Afflictatio, aegritudo cum vexatione corporis. Idem Verr 3, 6 c. 3 Is in te non

expilatione Asiae, vexatione Pamphiliae, squalore et lacrimis Siciliae concitetur? Liu. 38, 59 Per vexationem et contumelias L. Scipionis petitueros inimicos. Conf. Sueton. Tib. c. 61. Cic. in Catil. 1, 18 c. 7 Tibi vexatio, direptioque sociorum Impunita fuit, a libera.

Idem ibid. 4, 2 Cum vero mihi proposui regnantem Lentulum, etc. tum lamentationem matrumfamilias, tum fugam Virgini atque puerorum ac vexationem virginum Vestalium perhorresco. Conf. Sen. de Tranqu. c. 2. Colum. 1, 3. Martial. 10, 82. Petron. c. 60. Curt. 5, 4, 21. et 6, 5, 13. Iustin. 42, 1, 2.

VEXATOR, oris. m. [*κακωτης*] Cic. Verr. 4, 80 Neque solum

spoliata illa pati, sed etiam eorum spoliatores, vexatoresque defendes? Idem de Arusp. Resp. 47 Tam crudelis mei, tam sceleratus Reipub. vexator esse potuisset? Aetatulae suae veteres vexatores. Cic. pro Sext. 18 c. 8. Urbis direptor et vexator Idem Philipp. 3, 27 c. 11. Conf. Tertull. adu. Marc. 4, 14. Lactant. 2, 15.

VEXATRIX, icis. f. Prudent. Psychom. v. 58 Vexatrix hominum. Generis hominum perpetua vexatrix Lactant. 3, 29, 9.

VEXAMEN, inis. n. *Quod vexat, et molestia afficit.* Lucret. 5, 341 Aut cecidisse vrbes magno vexamine mundi.

VEXABILIS, e. *Vexans, vt, Vexabile vitium* Cael. Aurel. Acut. 2, 13. Conf. ibid. c. 14. Lactant. 7, 5, 10.

VEXABILITER. Adu. Idem. Cael. Aurel. Acut. 2, 9 Vexabiliter caput onerare, cum cruciatu et vexatione.

VEXATIVVS, a, um. *Vt, Potio vexatiua* Cael. Aurel. Acut. 2, 29. *Add. Idem Tard. 3, 4.*

V - F E

VFENS, entis. m. [*Οὐφενς*] *Fluuius, qui labitur per Pontinas paludes.* Plin. 3, 5. Virg. Aen. 7, 745 Gelidusque per imas Quaerit,

iter vallis, atque in mare voluitur Vfens. *Est etiam nomen Ducis apud Virg. Aen. 8, 6. et Sil. 4, 343.*

VFENTINVS, a, um. Adi. [*Οὐφεντινός*] *Vt, Vfentina tribus,* Liu. 9, 20. *vid. TRIBVS.*

V I A

VIA, ae. f. [*ὁδός, κλειδος*] *Proprie pars agri a cultu libera, qua potest ire vehiculum. Videtur dicta quasi veba a vehendo (vid. VELLA, VEILLATVRA) Ponamus verba Vlpian. l. 1 ff. de Seruitutib. Praedior. Rusticor. Iter est ius eundi, ambulandi, homini, non etiam iumentum agendi. Actus est ius agendi iumentum vel vehiculum (trusatile vid. ACTVS sub AGO) Itaque qui iter habet, Actum non habet; qui actum habet, et iter habet. Via est ius eundi et agendi et ambulandi (immo ex l. 7 eod. et trahendi lapidem vel tignum, et hastam rectam ferendi) vid. Icti. Nos addimus modo Gaium l. 8 eod. Viae latitudo ex lege XII tabularum in porrectum octo pedes habet; in anfractum, id est, vbi flexum est, sedecim. Via, inquit, Paullus l. 23 eod. constitui vel latior octo pedibus, vel angustior potest, vt tamen eam latitudinem habeat, qua vehiculum ire potest: alioqui iter fit, non via. Sed vulgo latius patet, poniturque pro omni loco, per quem omnibus licet ingredi pedibus, equo, etc. Ter. Eun. 3, 2, 41 Haud conuenit vna cum amica ire imperatorem in via. Hor. Serm. 1, 9, 1 Ibam forte via sacra, sicut meus est mos. Angusta viarum Virg. Aen. 2, 332. Angusta et lubrica viarum Tac. Hist. 3, 82. Flexus viarum Lucret. 3, 586. Ignarus viae Virg. Georg. 1, 41. Impatiens viae Ouid. Met. 6, 322. Insidiator viae, vid. INSIDIAE. Meta longarum viarum Virg. Aen. 3, 714. Opaca viarum Idem ibid. 6, 633. Refectio viae Vlpian. in l. 2 D. Ne quid in loc. publ. fiat, etc. Spatium viae Ouid. Met. 8, 794. Strata viarum Virg. Aen. 1, 426. Strata viarum detrita pedibus vulgi*

Lucet. 1, 316. Maris tuta via Ouid. Met. 11, 747. Praeliorum viae Tacit. Ann. 2, 5. Cic. Verr. 4, 119 c. 53 Caeteraque Urbis partes vna lata via perpetua, multisque transuersis diuisae, priuatis aedificiis continentur. Viae Romanorum publicae et militares inter praestantissima magnificentissimaque illorum opera sunt, de quibus, quantum ad admirationem satis est, Lips. de Magnit. Rom. 3, 10. Plena manu

*manu argumentum nobilissimum tractavit Nic. Bergerius praecclare de Vitis
 militaribus Romanorum opere, Gallice bis edito separatim, Latine autem
 ex interpretatione et cum obseruationibus Christ. Henminii Tom. X. Anti-
 quitatum Graeuiano. Habent fere nomina ab Auctoribus, v. g.*
 Cic. Philipp. 12, 22 Tres ergo, vt dixi, viae, a supero mari Flaminia, 5
 ab infero Aurelia, media Cassia. Appia via imbuta sanguine la-
 tronis, vid. IMBVO. Caupo de via Latina Cic. pro Cluent. 163.
 Inter vias, vid. INTER Praepositionem. Via trium sunt generum Vl-
 pian. in l. 2 D. Ne quid in loco publico §. Si quis, Viarum quaedam
 publicae sunt, quaedam priuatae, quaedam vicinales, de quibus vide or-
 dine alphabetico n. 3. Per vias Plaut. Most. 1, 1, 53. et 1, 4, 13. Este
 duces, o si qua via est Virg. Aen. 6, 194. Via, Ipse eundi actus.
 Cic. Philipp. 1, 3 Quum de via languerem, et mihi met displicerem.
 Quid. Met. 2, 549. Video quot dierum via sit Cic. Verr. 3, 191.
 ¶ 2 *Metaphora varia tum canales in corpore animali significat, tum omnem* 15
modum et rationem agendi. Viae ab intestinis ad iecur ductae
 directae Cic. de Nat. Deor. 2, 137. Quid. Met. 2, 828 Sic letalis
 hiems paulatim in pectora venit, Vitalesque vias, et respiramina
 clausit. Vocis via Ouid. Met. 6, 355. Vocis tenuata via Idem
 Met. 14, 498. Tib. 2, 6, 36 Illa gerat vestes tenues, quas femina 20
 Coa Texuit, auratas disposuitque vias, i. virgas, clauos. Potest
 enim quidquam esse absurdius, quam quo minus viae restat, eo plus
 viatici quaerere? Cic. de Senect. 65. i. vitae. Cic. de Legib. 1,
 18 Alte vero, et vt oportet, a capite frater repetis quod quaerimus:
 et qui aliter ius ciuile Tradunt, non tam iustitiae, quam litigandi 25
 tradunt vias. Conf. Idem de Diuinat. 2 c. 1. Bartb. ad Nemesian. Cy-
 neg. v. 1. Curandi viae Cels. 1 praef. Medicinam ita finiunt,
 vt quasi viam quandam, quam *μείζονος* Graeci nominant, eorumque,
 quae in morbis communia sunt, contemplatricem esse contendunt Cels.
 praef. Cic. de Clar. Orat. 46 Antea neminem solitum via nec Ar- 30
 te, sed accurate tamen et de scripto plerosque dicere. Idem Verr.
 2, 48 Habeo autem certam viam atque Rationem, qua omnes illorum
 conatus inuestigare et consequi possim. Si qua via est, i. Si est ra-
 tio, Si quoquomodo fieri possit. Virg. Aen. 6, 194 Este duces, o si
 qua via est. Ibid. 367 Aut tu, si qua via est, si quam tibi diua 35
 creatrix Ostendit, etc. Accedundi via Ter. Heaut. 3, 3, 22. Di-
 cendi via Quinctil. 4, 5. Multas rerum natura Mortis vias aperuit,
 et multis itineribus fata decurrunt Sen. Controu. 3, 16. Morum
 via Stat. Silu. 3, 3, 203. Tacit. Ann. 1, 54, 4. Dion.
 Cato praef. ubi conf. Scholiast. Visa est via Pedum Ter. 40
 Phorm. 2, 2, 12. i. constitium captum, quid agendum sit et quomodo:
 Pronam Ad regnum viam ingredi Iustin. 1, 5, 9. Cic. Off. 2, 43
 c. 12 Praecclare Socrates hanc viam ad gloriam proximam; et quasi
 compendiarium dicebat esse, si quis id ageret, vt qualis haberi vellet,
 talis esset. ¶ 3 *Epitheta ordine literarum disposita:* Ae- 45
 quoreae viae Ouid. Epist. 19, 160. Cic. Att. 5, 14 Nunc iter con-
 ficiebamus Aestuosa et puluerulenta via. Alta ruptis collibus Se-
 nec. Hippol. f. 10. Anceps Ouid. Met. 14, 438. Aperta, sim-
 plex et directa Cic. de Finib. 1, 57. Arctae viae Stat. Theb. 9,
 4, 7. Ardua Ouid. Met. 2, 63. Assucta Idem Epist. 19, 36. 50
 Audax Idem de Arte Am. 2, 22. de Daedalo. Breuis Virg. Ecl.
 9, 23. Nep. 18, 8, 2. Breuior, et multo lucidior via, subaudi Do-
 cendi Quinctil. 3, 11. Caeca via Ouid. Amor. 2, 11, 16. Cele-
 bris via, vid. CELEBRIS. Cic. Philipp. 11, 4 In Syriam patebat
 via Certa, neque longa. Copiosa Nep. 18, 8, 2. Decliuus Ouid. 55
 Met. 7, 410. Deteriorem viam fieri sic accipiendum est: si vsus
 eius ad commeandum corrumpatur, hoc est, ad agendum vel eundum:
 vt quum plana fuerit, cliuosa fiat; vel ex molli aspera; aut augu-
 stior ex latiore; aut palustris ex sicca. Haec Vlpian. in l. 2 D. Ne
 quid in loco public. etc. Cic. Att. 9, 11 Cursem huc illuc via De- 60
 terrima. Difficilis via cliuis Ouid. Amor. 3, 13, 4. Facilis
 Virg. Georg. 1, 122. Facilior et apertior Quinctil. 3, 6. Vlpia-
 n. in l. 2 D. Ne quid in loco, etc. Si quis cloacam in publicam viam
 immitteret, exque ea re minus Habilis via per cloacam fieret; teneri
 eum Labeo scribit. Illustris et lata, vid. ILLUSTRIS. Im- 65
 plicitae viae errore, Variis circuituionibus in errorem ducentibus confusae
 Lucan. 8, 5. Inepta, Inexplicabiles viae continuis imbribus, In-
 offensa, vid. ff. 11. Inuia Virg. Aen. 3, 383. Irremeabiles
 Senec. Herc. Fur. f. 7. Lactea via, Congeries illa notabilis stella-
 rum Ouid. Met. 1, 169 Est via sublimis, caelo manifesta sereno La- 70
 ctea nomen habet; candore notabilis ipso, etc. Inspice, lector, lo-
 cum suauissimum et add. Manil. 1, 748 sqq. it. Macrob. in Somn. Scip.
 1, 15. Latebrosa, vid. LATEO. Liquidae viae, in aquis Lu-
 cret. 1, 374. Longa, vid. LONGVS. Lubrica via plagae.
 h. e. Hiatus vulneris humectatus sanguine Stat. Silu. 2, 1, 4. Cic. 75
 Philipp. 12, 25 Quis enim audeat luci, quis in militari via, quis be-
 ne comitatum: quis illustrem aggredi? Militaris viae obsessio Cic.
 in Pison. 40. Mollis Senec. Herc. Fur. f. 6. Mollior et magis
 trita Quinctil. 1, 6. Mollissima, vid. MOLLIS. Patientior,
 vid. PATENS, in PATEO. Cic. in Pison. 33 ostendens quantum 80
 foret odium ipsius in animis ciuium, ob res improbe ab eo in Consulatu
 gestas: An inquit, quod tibi proficiscenti euenit, vt omnes execra-
 rentur, male precarentur, vnam tibi illam viam et Perpetuam esse
 vellent? Nempe vt iras semper, nunquam rediturus. Tale est il-
 lud Turpili apud Nonium 8, 2 Age, age, egredere, atque vtinam 85
 istuc perpetuum itiner sit tibi. Peruolgata via, Consuetudo Ter.
 Heaut. 1, 1, 49. Praecipites viae Ouid. Met. 2, 206. Plaut.
 Mil. 2, 2, 98 Dummodo nunc Prima via inducamus, vera vt esse cre-
 dat, quae mentibimur. h. e. Statim, primo ipso congressu. Pri-
 uatae viae, sunt quas Agrarias quidam dicunt. Dupliciter autem 90
 accipi possunt: vel eae, quae sunt in agris, quibus imposita est serui-
 tus, ita vt ad agrum alterius ducant. Vel eae, quae ad agros du-
 cunt: per quas omnibus commeare liceat: in quas exitur de via Con-
 sulari: et sic post illam excipit via, vel iter, vel actus ad villam du-
 cens. Haec Vlpian. in l. 2 D. Ne quid in loc. public. etc. Prona 9
 Ouid. Epist. 18, 121. Publicas vias dicimus (ait Vlpian. in l. 2 D.
 Ne quid in loco publico) quas Graeci *ἑσπιδίους*, nostri Praetorias,
 alii Consulares vias appellant. Sera nunquam est via ad bonos
 mores Sen. Agamem. 242. Virg. Georg. 3, 482 Nec Via mortis
 erat simplex, sed vbi ignea venis Omnibus acta sitis miseros addu- 100
 xerat artus. Vbi Seruius: Nec moriebantur ex vsu, id est secundum
 naturalem ordinem, non tantum fuga animae, sed etiam corporis re-
 solutione. Est autem Sallustii qui ait, Ne simplici quidem morte
 mouebantur. Subita Ouid. Epist. 17, 156. Sublimis Idem
 Met. 1, 168. Tecta via Lucan. 4, 91. i. occulta. Sed est etiam 100

- proprium Viae alicuius Romanae, ad portam Capenam, de qua pluscula Burm. ad Ouid. Fast. 6, 192. ita tamen, ut nihil conficiat certi. Verba Poetae, Lux eadem Marti festa est, quem prospicit extra Appositum Te-ctae Porta Capena viae. Terrena via Vlpian. in l. 1 D. de via public.*
- 5 Si quis sub specie refectionis deteriorem viam facit: impune vim patitur, propter quod neque altiore, neque longiore, neque latiore, neque humiliore viam sub nomine refectionis is, qui interdicit, potest facere: vel in viam terrenam, glaream iniicere: aut sternere viam lapide, quae terrena sit: vel contra, lapide stratam, terrenam facere. Transversa via, *vid. paullo ante n. 1 VIAE vrbis.*
- 10 Tremenda Claud. de Bell. Get. 341. *Al. Ferenda.* Cic. de Clar. Orat. 281 c. 81 Vt eam laudis viam rectissimam esse duceret, quam maiores eius, ei Tritam reliquissent. Trita humano pede Tibul. 4, 13 (12) 10. Tritissima et celeberrima via Senec. de Vit. Beat. c. 1. Tuta frequensque via est per amici fallere nomen Ouid. de Arte Am. 1, 585. Vda Lucan. 3, 85. Ouid. Amor. 3, 13, 12 It per velatas annua pompa vias. *de Iunonis festo.* Vlpian. D. de locis et itineribus publicis l. Viae Vicinales, quae ex agris priuatorum collatis factae sunt, quarum memoria non existat, publicarum viarum numero sunt. Sed inter eas et caeteras vias militares hoc interest, quod viae militares, exitum ad mare, aut in vrbes, aut ad flumina publica, aut ad aliam viam militarem habent. Harum autem vicinalium viarum dissimilis est conditio, nam pars earum in militares vias exitum habet, pars sine vilo exitu intermoritur. *conf.*
- 25 Sic. Flacc. p. 9 et 10 *Goef. Add. Rigalt. b. l.* Sen. de Ben. 5, 24. Urbicae viae, quibus opponuntur Rusticae Vlpianus in l. 2 D. Ne quid in loc. publ. etc. ¶ 4 Verborum formulae: Accelerare viam, *vid. ACCELERO.* Accipere viam Quinctil. 5, 14. Adiuuare temeraria via, *vid. ADIUVO.* Affectare viam, *vid. AF-*
- 30 *PECTO.* Affectare viam Olympo Virg. Georg. 4, 562. Aggredi alia via Ter. Andr. 4, 1, 46. Agere occultas vias Virg. Aen. 3, 695. Actus errore viae Id. Aen. 7, 199. Agitare perennes vias Senec. Hippol. 9. Ambulare per vias tutas Ouid. Fast. 1, 122. *al.* Perpetuas. Anticipare viam Stat. Theb. 6, 442. Aperire viam, est ad veterem altitudinem latitudinemque restituere Vlpian. in l. 1 D. de via public. Aperit viam vis Virg. Aen. 10, 864. Aperire viam alicui Idem Aen. 11, 884. Aperire patulas vias Sil. 17, 424. Calcanda omnibus via leti Hor. Carm. 1, 28 (29) 16. Capere viam animo, *vid. CAPIO.* Carpere viam Virg. Georg. 3, 347. Ce-
- 40 lerare viam Idem Aen. 5, 609. Clamare de via, Claudere vias, *vid. bb. vv.* Claudunt incendia obiecta vias Stat. Theb. 2, 6. Plin. Epist. 2, 17 Modo occurrentibus siluis via Coarctatur, modo latissimis pratis Diffunditur, et Patescit. Coarctata via Vlpian. in l. 2 D. Ne quid in loc. publ. etc. Commencare viam scrupulosam, *vid. COMMEO.* Via, qua omnes Commencant Nep. 18, 8, 2. Com-
- 45 mittere se viae, *vid. paullo post, Dare se in viam.* Commonstrare viam, *vid. COMMONSTRO.* Commutare viam, retroque reuerti Lucret. 2, 129. Concinnare viam, *vid. CONCINNVS.* Cic. de Senect. 6 Volumus sane, nisi molestum est, Cato, tanquam aliquam viam longam Confeceris: quam nobis quoque ingrediendum sit, istuc quo peruenisti, videre quale sit. Consternere viam frumento, *vid. CONSTERNO.* Construere vias Lucan. 2, 673. Cor-
- 50 ripere viam, *Accelerare* Virg. Aen. 1, 422. Corrumperere viam publicam Vlpianus in l. 2 D. Ne quid in loc. public. etc. Currit indociles vias lymphae, *i. Vias, quas nemo illi monstrauit* Propert. 1, 2, 12. Cic. pro Cael. 38 c. 16 Huic tristi ac decrepito seni responderit Caelius se nulla cupiditate inductum de via Decessisse. Decedere via Suet. Caes. c. 31. Alicui assurgere et Decedere via Idem Tib. c. 31 *extr.* Declinare se extra viam, *vid. DECLINO.* Declinare de via ad dextram Cic. de Finib. 5, 5. Declinare regione viae Lucret. 2, 250. Deducere in viam Cic. de Legib. 1, 41. Deducere de via, *vid. DEDVCO.* Deerrantes via equi Senec. Hippol. 10, 1. Demonstrare rectam viam Quinctil. 2, 6. Depelli re-
- 60 eta via Idem 2, 17. Deserere viam virtutis Hor. Carm. 3, 24, 44. Deterit pedes via longa Tibul. 1, 9, 16. Detorquere viam ad amnem Valer. Argon. 5, 397. Dare viam alicui per fundum suum Cic. pro Caecin. 26 c. 10. Dare viam, *per translationem:* Virg. Aen. 11, 128 Et te, si qua viam Dederit fortuna, Latino Iungemus regi. *i. e. Si voluntatem nostram fortuna comitetur.* Seruius. Dat
- 70 aura viam Ouid. Ep. 7, 176. Cic. de Diuin. 2, 102 Et non, si significant futura, nullas dant vias nobis ad significationum scientiam. Dare se in viam, *vel Committere se viae* Cic. Fam. 14, 12. Id. 16, 6 (4). Ducit via Virg. Ecl. 9, 1. Ducit tristis via ad Manes Sen. Herc. Fur. 19. Ducens via ad villam Vlpianus in l. 2 D. Ne quid in loco publico. Ire viam Virg. Georg. 3, 77. Ire atque redire viam Virg. Aen. 6, 122. Ire longam viam Idem ibid. 4, 468. Ire fallaces vias, *Non tutas* Ouid. Amor. 2, 11, 8. Ire felici via Idem Fast. 1, 432. Ire negata via Hor. Carm. 3, 2, 22. Cic. Verr. 6, 96 Fanum eius est in agro, propter ipsam viam, quo
- 80 afforo Itur Ennam. Errare via Virg. Aen. 2, 739. Ter. Eun. 2, 2, 14 Quid tu his rebus credis fieri? tota Erras via. Eua-
- 85 dere viam Virg. Aen. 2, 739. Excedere noua regione viarum Idem ibid. 2, 737. Exigere viam dicuntur magistratus, quum viciniam cogunt munire quam diligentissime sumtu facto Asconius in Practura urbana, *in fine.* Facere viam, *est Locum, ubi non erat via, aperire, vid. FACIO.* Illis incrementis Fecit viam, quibus — assurgeret Vell. 2, 51, 3. *parauit sibi viam crescendi et ascendendi.* Fecit tellus ista viam in Tartara Ouid. Met. 5, 425. Facere viam ruina Lucan. 1, 150. Facere sibi viam Quinctil. 5, 14. Face-
- 90 re propter viam *quid esset, docet* Macrob. Sat. 2, 2 Sacrificium apud veteres fuit, quod vocabatur propter viam. In eo mos erat, vt si quid ex epulis superfuisset, igne consumeretur. Hinc Catonis iocus est. Nam Qu. Albidium quendam, qui sua bona comedisset, et nouissime domum, quae ei reliqua erat, incendio perdidisset, propter viam fecisse dicebat: quod comesse non potuerit, id combussisse. *Videtur respexisse etiam ad hoc, nunc posse discedere aequo animo Albidium, qui nihil Romae reliquum haberet.* Festus Propter viam fit sacrificium, quod est proficiscendi gratia, Herculi aut Sanco, qui scilicet idem est Deus. Huius combustionis causa videtur culina fuisse in templis quibusdam Her-
- 100 culis, *vid. CVLINA n. 2.* Ad illud sacrificium alludit Plaut. Rud. 1, 2, 62 Propter viam illi vocati sunt ad prandium: *indicat omnia bona perdidisse naufragio.* Laberius apud Non. 1, 264 Vistis hac nocte bidentis propter viam facere. Qui Proteruiam hic inculcarunt ignorantiam prodidere suam, quos improvide alii secuti, v. g. Couturius
- 105 de Vita priuata Romanorum in *Comments. Acad. Inscr. Tom. 2 p. 449 edit.*

edit. Belg. Fallit via euntes Virg. Aen. 9, 243. Fert via
 Idem ibid. 6, 295. Findere vias pectore, dicuntur natantes Ouid.
 Epist. 19, 208. Findit se via in ambas partes Virg. Aen. 6, 540.
 Fit via vi, rumpunt aditus, etc. Idem ibid. 2, 494. Flectere viam
 velis Virg. Aen. 5, 28. Cic. in Brut. 114 Volo igitur huic summo
 omnem, quae ad dicendum trahi posset, loquendi rationem esse notari,
 quae quidem res duplicem Habuit docendi viam. Cic. de Clar.
 Orat. 280 Quod si ita putas, totam Ignoras viam gloriae. Illumi-
 nare vias igni Stat. Theb. 12, 275. Implet innumeras vias erro-
 re Daedalus Ouid. Met. 8, 168. *de Labyrintho.* Incedere via et
 Per vias, *vid.* INCEDO. Inchoare viam, *Praeire* Stat. Theb. 10,
 358. Includere viam, *vid.* INCLVDO. Cic. in Orat. 11 Re-
 prehendent, quod inusitatas vias Indagemus, tritas relinquamus. In-
 ducere viam, *vid.* INDVCO. Inire viam, redire viam Cic. pro
 Muraen. 26. *vid.* INEO, Ire. Ingressus viam hanc Stat. Silu. 4, 4, 15
 2. Ingressus est viam Plaut. Amph. 1, 1, 73. *sc. narrandi vera.*
 Ingredi vulgarem viam Quinctil. in Prooem. 1. Ingredi sceleris
 viam Lucret. 1, 82. Ingredi viam viuendi, *vid.* INGREDIOR.
 Insistere viam agendi aliquid, Instituire artem, Seruius ad Virg. Georg.
 3, 164. Insistere viis, *vid.* INSISTO. Instaurare vias Stat. 20
 Theb. 5, 9. Instas rectam viam, Intercludere vias omnes seditio-
 num, Inuadere viam, *vid.* *hb. vv.* Inuasit vias phafelus in
 aequore Stat. Silu. 5, 1, 245. Inuenire viam, *Exitum rep. rurs* Virg.
 Aen. 3, 395. Languere e via Cic. Phil. 2 *pr.* Laxauit viam
 bellis Claud. in Ruff. 2, 24. Leuare viam sermone, Mittere e
 via, Moliri viam, *vid.* *hb. ll.* Moliri vias vetitas Sil. 4, 790.
 Cic. Off. 3, 51 Quid enim est aliud quam viam erranti non Monstrare,
 quod execrationibus publicis sancitum est etc. Monstrare viam
 paruo tramite Lucret. 6, 26. *al.* Prono tramite. Monstrata est via
 via per carmina Hor. de Arte Poët. 404. Morari iter viae
 propositum Ouid. Epist. 16, 118. Munire viam Cic. pro Muraen.
 48 c. 23. *vid.* MVNIO. Quinctil. 3, 1 Diuersas tamen vias Mu-
 nierunt. Mutant vias tempestas, et humor caeli Virg. Georg. 1,
 419. Noui viam, *vid.* NOSCO. Cic. Qu. Fratr. 1, 1 Omnes
 vias pecuniae Norunt, et omnia pecuniae causa faciunt. Obfirmare
 viam, *vid.* OBFIRMO. Obliquare vias in deuia campi Stat.
 Theb. 6, 455. Obsepire viam Cic. pro Muraen. 48 c. 23. Obsessa
 via, Pandere viam, *vid.* *hb. vv.* Panditur via salutis Virg.
 Aen. 6, 96. Patent vndique ad libertatem viae multae, breues,
 faciles Senec. Epist. 12. Patuit via in caelum Idem Med. f. 12. 40
 Patefacta via Senec. Herc. Fur. 1. Patefacere viam auaritiae
 Cic. Verr. 3, 219. Patefacere viam ad opes Cic. Philipp. 5, 49 c. 18.
vid. PATEFACIO. Cic. pro Planc. 98 Qui antequam de meo ad-
 ventu audire potuissent, quum tum abessent aliquorum dierum viam in
 Macedoniam ad Planciumque perrexi. Idem Fam. 4, 13 Et in ipsius
 consuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clausit, insinuabo, et cer-
 te omnes vias Persequar, quibus putabo ad id, quod volumus, perue-
 niri posse. Praebere viam alicui Ouid. Met. 11, 515. Praeci-
 pitare viam Idem ibid. 3, 235. *al.* Anticipare. Praestare alicui
 faciliorem viam Quinctil. 7, 2. Cic. Att. 6, 15 Etsi te haec legente,
 aliquantum tamen viae Processero. Procedere in diuersas curandi
 vias Cels. 1 Praef. Cic. Qu. Fratr. 3, 1, 2 Ex eo loco recta Vitula-
 ria via Profecti sumus in Fusidianum fundum. Idem de Diuin. 1, 26
 Itaque vt ex ipso audiebam, persaepe reuertit ex itinere, quum iam
 Progressus esset multorum dierum itinere. Purgare viam, refe-
 ctionis portio est. Purgare autem proprie dicitur, Ad libramentum
 proprium redigere, sublato eo quod superest, Vlpianus. Quacere
 viam vitae, *Rationem recte viuendi* Lucret. 2, 10. Rapere viam
 aliquo, *Currere* Sil. 8, 182. Cic. Philipp. 12, 6 c. 2 Quod si erratum
 P. C. spe falsa atque fallaci, Redeamus in viam. *vid.* REDEO. Re-
 duci alio flexu ad rectam viam Quinctil. 2, 17. Reficere viam di-
 citur, et qui aperit, et qui purgat, et omnes omnino qui in pristinum
 statum reducant Vlpian. D. de Via publica, l. Praetor ait. Scindere
 viam Virg. Aen. 10, 765. Secare viam Idem ibid. 6, 899. i. e. Te-
 nere, Seruius. Secta compita in ternas vias Ouid. Fast. 1, 142. Cic. 65
 in Catil. 4, 9 Si eritis secuti sententiam C. Caesaris, quoniam hanc is in
 Rep. viam, quae popularis habetur, Secutus est. Sternere viam la-
 pide, *vid.* paullo ante, Terrena via. Strauit viam per mare Xerxes
 Lucret. 3, 1042. Cic. Fam. 16, 2 Iam ad id biduum quod fueris in
 via, dum in Cumanum venis, accedent continuo ad reditum dies quin-
 que. *Conf.* Plaut. Caf. 2, 6, 27. Cic. de Prouinc. Conf. 4 Via illa
 nostra, quae per Macedoniam est vsque ad Hellespontum militaris.
 Superare viam saltu Virg. Georg. 3, 141. Tendere vias in deuia
 campi Stat. Theb. 6, 455. Tendere directis viis Lucret. 4, 613.
 Tenere vias omnes amoris Plaut. Trin. 3, 2, 41. Tentare viam
 Virg. Aen. 3, 520. Tentare illicitas vias Valer. Argon. 1, 197. Ten-
 tanda via est Virg. Georg. 3, 8. Terere viam Ouid. de Arte Am. 1, 5.
 Tradere viam quandam et rationem Quinctil. 5, 1. Cic. de Diuin.
 2, 1 Quaerenti mihi, multumque et diu cogitanti, quantum re possem
 prodesse quamplurimis, ne quando intermitterem consulere Reipubl.
 nulla maior occurrebat, quam si optimarum artium vias Traderem
 meis ciuibus. Trahere vias modendi Celsus in Praef. 1. Transit
 elaustra viarum vox Lucret. 4, 616. Tradere veloci via Sen. Med.
 4. Cic. Philipp. 2, 61 Qui nescierit Venisse eam tot dierum tibi vi-
 am gratulatum. Votare viam, *Cito conficere* Catull. ad libellum 33, 7. 85
 Cic. Att. 2, 19 Ego autem neque pugno cum illa causa propter illam
 amicitiam, neque approbo, ne omnia improbem, quae antea gessi:
 vtor via. *b. c.* Neque in hanc partem, neque in illam declino, interiacet
 quaedam quasi via, qua ego vtor. *Viae, sunt Virgae auratae vestimen-
 tis Cois instextae.* Tibull. 2, 7, 36 — Auratas disposuitque vias. 90
 VIO, are. *Iter facere, ire.* Vi, Iter viare Lucilius. . . Et Plaut.
 Truc. 1, 1, 8 Pericula vianda, i. Adeunda. Sed editur, Quot sui pe-
 ricula amanda: nihil certum. Quinct. 8, 6, 32 Vio pro eo infelicitus
 dictum ait, si vera sit lectio. Intendi ad viandum Ammian. 20, 23 *pr.*
 Iter esse viandi Multifidum variumque Prudent. contra Symmach. 2, 95
 772. Sic Idem alius, itemque Inuencus, alique Christiani.
 VIANS, antis. Partic. Solinus c. 42 Latrones puteos arenis ope-
 riebant, vt temporaria fraude subductis aquis, in fame et siti iter sub-
 moueret accessus viantium. Apul. Met. 6 p. 184 Quis viantium ve-
 ctorem suum non libenter auferat secum? *Conf.* Ibid. p. 189. 197. 240. 100
 Si auem feramque vianti fors offerat Sidon. Ep. 1, 2. Incautum
 spoliare viantem Prudent. Harrart. v. 208. *add.* Id. Cath. 5, 65.
 VIALIS, e. Adi. *Ad viam pertinens.* Vi, Lares viales Plaut.
 Merc. 5, 2, 24. De Diis Vialibus, est docta Euer. Ottonis
 Commentatio. 100

VIATOR, ōris. m. [*ὄδιος, ὄδιόπος*] *Qui iter facit.* Cic. de Fa-
to 34 Hoc enim modo viator quoque bene vestitus causa grassatori fu-
isse dicitur, cur ab eo spoliaretur. Iuven. Sat. 10, 22 Cantabit va-
cuus coram latrone viator. Non semper viator a latrone, nonnun-
quam etiam latro a viatore occiditur Cic. pro Milon. 56 c. 21. Nisi
si quid ex praetereunte viatore exceptum est, scire nihil possumus Cic.
Att. 2, 12 (11). Virg. Georg. 4, 98 Ceu puluere ab alto Cum venit,
et sicco terram sput ore viator Aridus. Cautus praecingitur ense
viator Ouid. Trist. 2, 271. Exceptus viator a latronibus Cels. in
Praef. 1. Fessus viator Hor. Serm. 1, 5, 17. Forte Innoxius Via-
tor est deductus in eundem locum Phaed. 2, 2, 4. Lassus viator Ca-
tull. ad Mallium 66, 61. Siccus viator Ouid. ex Pont. 4, 10, 34.
Sitiens viator Idem Amor. 3, 6, 97. ¶ 2 Viatores etiam
dicebantur, *Qui magistratibus apparebant: eo quod plerumque euocaban-
tur ex agris homines ad magistratus, et frequens eorum ab agris ad urbem
vsa erat.* Columel. in Praefat. Illis temporibus proceres ciuitatis
in agris morabantur: et quum consilium publicum desiderabatur, a
villis arcessiebantur in Senatum: ex quo qui eos euocabant viatores
nominati sunt. Cic. de Senect. 56 c. 76 A villa in Senatum ar-
cessiebantur Curius et caeteri senes: ex quo qui eos arcessiebant, viato-
res nominati sunt. Conf. Plin. 18, 3. it. Fest. et Burm. ad Pe-
tron. c. 97 p. 462 seq. Cic. in Vatin. 22 Misericordie viatorem, qui
M. Bibulum domo vi extraheret. Dictator mittit viatorem Liu.
6, 15 pr. Tribunus Pl. viatorem mittit ad consulem; hic ad il-
lum licetorem Liu. 2, 56. Tac. Ann. 16, 12 Liberto accusatori
(patroni sui) praemium operae locus in teatro inter viatores tribuni-
cios datur. *Nempe hi proximi tribunis, si quid opus esset. Caeterum
ad b. l. de viatorum hoc toto genere diligenter egit Marcellus Donatus.*
VIATOR AEDILIS PL. Inscript. Viatores quoque Vocant
litium exsecutores. Vid. Ict. imprimis l. 82 ff. de iudic. et §. 24 Instit.
de action. ¶ 3 Viatores, si audimus Turn. 11, 11 in fa-
ctionibus circi ludisque dicebantur, *Qui ministri cursitabant huc illuc iussu
agitatorum, si qua forte re egerent, ac illis praesto semper erant. Horum
mentio est in epigrammate isto, M. VISPANIO FVLLONI*
TENTORI. M. VISPANIO MIGNIONI VIATO-
RI. etc.

VIATRIX, icis. f. Gens viatrix sine via Saluan. de Gubern. 1 p.
32. Vet. Inscript. apud Gruter. p. 745, 5 **AQVILIA VIA-**
TRIX. Infatigata viatrix Mart. Capella 6 post init.
VIATORIVS, a, um. Adi. [*ὄδοποιός* Onomast.] *Quod ad vi-*
am pertinet. Viatorium Argentum l. 40 pr. D. de auro, arg.
Horologium viatorium pensile Vitr. 9, 9. Vasa viatoria Plin. 16,
10 sub fin. Idem 37, 2. Paul. Dig. 33 t. 10 l. 2. Scaeuola
Dig. 34 t. 2 l. 40.

VIARIVS, a, um. Adi. [*ὄδιαός*] *Vt, Lex viaria* Cael. ad Cic.
Fam. 8, 6 Leuissime enim quia de intercalando non obtinuerat, trans-
fugit ad populum, et pro Caesare loqui coepit, legemque Viariam non
dissimilem Agrariae Rulli, etc. i. *De viis muniendis vel faciendis.*

VIATICVS, a, um. Adi. *Vt, Coena viatica, quae peregrinis da-*
tur, vel peregre abeuntibus Plaut. Bacch. 1, 1, 61.

VIATICVM, i. n. [*ἰὸδιον*] *Quidquid iter agendi causa neces-*
sarium est, siue cibus, siue pecunia ad victum expendenda. Plaut. Capt.
2, 3, 89 Sequere me, viaticum vt dem a trapezita tibi. Hor. Ep.
1, 1, 54 Aut cistam effractam, et subducta viatica plorat. Velim vi-
deas et quid viatici, et quid instrumenti fatis sit Cic. Att. 12, 31. E-
quidem video mihi quoque opus esse viaticum Cic. Att. 15, 20. Col-
lecta viatica multis aerumnis Hor. Epist. 2, 2, 26. Secum Ferre
viaticum Plaut. Trin. 3, 2, 102. Largum et liberale viaticum,
vid. **LIBER.** Adi. Cic. Att. 7, 17 Q. Titinius viaticum se neget
habere. Suet. Caes. c. 68 pr. Ingresso ciuile bellum centuriones
cuiusque regionis singulos equites e viatico suo obtulerunt. Vid.
ibi Torrent. Conf. Gell. 17, 2. Plaut. Pseud. 2, 3, 2. *De pecu-*
nia ad sumtus studiorum destinata l. 18 §. 1 ff. de iudic. et l. 17 ff. de
reb. cred.

VIATICVLVM, i. n. Dimin. Vlpian. in l. Si longus, in fine, D.
de iudiciis, Ne si ei non dederimus actionem, futurum sit, vt impune
fraudem patiatur, et egestate Romae laboret, viaticulo suo non rece-
pto, quod ad sumtum pater ei destinauit. Viaticulum mihi cor-
rasi Apul. Met. 7 p. 191.

VIATICATVS, a, um. Plaut. Men. 2, 1, 30 Quum inspicio
marsupium, viaticati hercle admodum aestiue sumus. *Dictum est ex eo,
quod plura alimenta hibernis solent prouidere milites, quam aestiuis: et
quod aestate qui iter faciant, paucioribus diebus quo volunt perueniunt, et
de aestatis frugibus inter eundem se interim tolerant, cum interim hieme
idem nuda tellure facere non possint, et ea tempestate lagenam et potionem
potius, quam cibum et opsonium quaerant. Nam in lagena est aestiuum
viaticum.* Haec Turnebus 18, 15. Opipare viaticatus Sidon.
Epist. 6, 10.

V I B

VIBEX, (**VIBIX** scribi malint Voss. Scioptiusque) icis. f. [*κί-
λωψ, πελιδνώμα, σμάδιξ*] *Vt Varro finit de L. L. 6, 3 p. 16, 4 Excitatum*
verberibus corpus: s. signum verberis in humano corpore remanens,
quod vi fiat, vt ait Festus. Scal. Coniectan. ad Varr. de L. L. 6,
3 p. 133 ducit à Gr. ἰβωνες, quod Hesych. interpretatur στυγίς, puncta.
Plaut. Most. 4, 1, 10 Malam rem prius cauendam multo esse, quam vt
meum tergum subiiciam culcitram vibicibus. Sed alii omittunt
Culcitram vibicibus. Plin. 30 Verberum vulnera, atque vibices,
pellibus ouium recentibus impositis, obliterantur. Flagellare vi-
bice Perf. Sat. 4, 48. Add. Cató ap. Non. 2, 910. Petron. c. 132.

VIBICOSVS, a, um. Adi. Cathol.

VIBILIA, ae. f. *Dea viarum.* Arnob. 4 p. 131 Ab erroribus via-
rum Dea Vibilia liberat.

VIBIVS Virius, [*Ὀυβίβης Ουβίβης*] *Capuae deditionem elegantis-*
sima oratione dissuadet apud Liu. 26, 13. Fuerat enim auctor Campa-
nae defectionis ab Romanis ad Annibalem. Is mortem sibi consciauit an-
te deditionem, et multis ciuibus Senatoribus, vt idem quoque face-
rent persuasit.

VIBIA, ae. f. *Transuersum tigillum, quod varae imponitur. Vnde*
Prou. Varam vibia sequitur, de quo vid. VARVS n. 4.

VIBO, ōnis. m. *Flos herbae, quae vocatur Britanica.* Plin. 25, 3
Florem vibones vocant. Vid. ibi Harduin. Graeu. ad Cic. Att. 3, 3.

VIBRISSO, -are. *Crispare vocem in cantando, Festus ex Titinio.*

VIBRISSAE, ōrum. f. seu **VIBRICI**, ōrum. m. Sunt Pili in naribus hominum: dicti quod iis euulsis caput vibretur. Festus.

VIBRO, āre. [πάλλω, κραδαίω, κραδαίνω, σίλω] a Vi deductum: significat celeriter huc illuc mouere et quasi vi agitare. Virg. Aen. 2, 211 Sibila lambebant linguis vibrantibus ora. Vento vibrantur Aristae Ouid. Heroid. 14, 39. Ad tela in primis adhibetur. Cic. Off. 2, 29 Quam hastam L. Sulla quum vibrasset Dictatore propinquo suo. Idem in Catil. 2, 23 c. 10 Siccas vibrare, et venena spargere. Bipennem vibrare Lucan. 3, 433. Cic. in Orat. 234 Demosthenes cuius non tam vibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur. 10 Hastam vibrauit gelidis viribus, de Jene Sil. 10, 113. Cic. de Orat. 2 c. 80. Iaculum vibrare excusso lacerto Ouid. Epist. 4, 43. Iambos truces vibrare Catul. in Annales Volusii 37, 5. Vibrari mea Membra videres, i. tremere, concuti Ouid. Heroid. 11, 77. Festinatione continua, vbi quati Vterus, et Viscera vibrantur Tac. Ann. 15, 12, 51, 2. de Zenobia grauida, quae equo fugam capessabat. Spicula vibrare Virg. Aen. 11, 606. Telum vibrare Lucan. 4, 40. Curt. 6, 5, 28.

¶ 2 **Intransitiue ponitur** Sil. 1, 539 Inde inter nubes ventorium turbine caeco Vitrix iniusti vibrauit lancea belli, Ac femine aduerso librata cuspide sedit. Et 4, 155 Auro virgatae vestes manicaeque rigebant Ex auro, et simili vibrauit crista metallo.

Plura ad utrumque locum dedere Heinsf. et Drakenb. Sic Sil. 2, 662 Resplendet imagine flammae Aequor, et in tremulo vibrant incendia ponto, de incendio arcis mari adsitae. Val. Flacc. 2, 583 Hinc vnda, sacris hinc ignibus Ide Vibrat. Petron. c. 27 p. 96 Pilae, quae inter manus vibrabant. Vid. Burm. *Emphatica admodum metaphora* Val. Max. 5, 3, 2 Priore adhuc querela vibrante, alia deinceps exurgit. Sic de Mari Cic. Acad. 4, 105 c. 33 Quodque nunc quia a sole collucet, albescit et vibrat, dissimileque est proximo ei continenti. Plin. 2, 8 de Terrae motu et hiatibus, Nec simplici modo quatitur vnam, sed tremit vibratque. Valer. Argon. 8, 57 Quum subito ingentem media inter nubila flammam Conspicit: et saeva vibrantes luce tenebras. Obseru. Prior anceps est Catull. 37, 5 Desil- femque truces vibrare iambos. Ouid. Met. 3, 34 Tresque vibrant linguae, quod reposuit Heinsius pro micant. Stat. Theb. 5, 507 Spuma virens: ter lingua vibrat etc.

VIBRANS, antis. Partic. [πάλλων] Ut, Draco vibrans linguas multifidas Valer. Argon. 1, 62. Vibranti Gladio connixus ab agere dexter Occupat Virg. Aen. 9, 769. Metaph. Cic. de Clar. Orat. 326 c. 95 Et erat oratio cum incitata et vibrans, tum etiam accurata et polita. Quintil. 10, 1, 60 Summa in Archilocho vis elocutionis, tum validae, tum breues, vibrantesque sententiae. i. Incitatae. Add. 12, 9, 3. Serpens lingua vibrante minans Lucret. 3, 657. 45 Sidera Mart. Capella 1 p. 17. Sonus vibrans, Tremulus Plin. 10, 29. Supercilio vibrante loqui Ouid. Amor. 2, 5, 15.

VIBRANDVS, a, um. Adj. Claud. de quart. Conf. Honor. v. 519 Iam cornus auita Tentatur vibranda tibi.

VIBRĀTVS, a, um. Partic. [πεπαλμένος] Praeter ea, quae in VI-BRO allata sunt, Vibratis digitis eiaculari sententias Quint. 11, 3, 120. Fulgor vibratus ab aethere Virg. Aen. 8, 524. Fulmina vibrata iactat Iuppiter Ouid. Met. 2, 308. Membra vibrata vertigine Claud. in Eutrop. 2, 359. Sibila vibrata per auras Sil. 3, 185. Spicula vibrata per auras Ouid. Met. 8, 374. Tela vibrata lacer- tis Idem ibid. 12, 79. Vibratum patris ore benigno Verbum Prudent. Apoth. v. 49. i. Christus. Vibratum, pro Crispo. Capillus, crispatus Plin. 2, 78. Virg. Aen. 12, 100 Et foedare in pulvere crines Vibratos calido ferro, myrrhaeque madentes. i. e. Crispatos calamistro, inquit Seruius. Columel. 10, 187 Candida vibrato discrimine, candida thyrsos est. Compar. Flammas corusci Fulminis vibrator Aufon. Epist. 21, 5.

VIBRĀTVS, ūs. m. Motus reciprocans vibransque. Mart. Capella 8 Proprii luminis vibratum amittere. Ignium vibratus Idem 1 p. 17.

VIBRĀTIO, ōnis. f. Idem. Festus, Gradinus dictus a vibratione hastae, quod Graeci dicunt κραδαίνω. Sideris igniti vibratio Vopisc. in Caro c. 8.

VIBRABĪLIS, e. Adj. Mart. Capell. 1 p. 11 Sidus vibrabile. Vibrabilis ornus Achillei, i. hasta Aufon. Epist. 24, 108.

VIBRABVNDVS, a, um. Adj. Mart. Capell. 8 p. 297 Stilbon ante emergentis splendorem iubaris vibrabundus apparet. vibranti lumine praeditus.

VIBRĀMEN, inis. n. Vibratio, crispatio. Apul. Met. 6 p. 179, 27 Trifulca vibramina draconum.

VIBVRNVM, i. n. Genus fruticis, de quo disputant interpretes, Virg. Ecl. 1, 26 Verum haec tantum alias inter caput extulit vrbes, Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

V I C

VICA POTĀ, ae. f. Dea Victoriae, quae et Victoria. Senec. de Morte Claudii, Diespiter, Viccae Potae filius. Liu. 2, 7 extr. Vbi nunc Viccae Potae est domus. Hanc lectionem tuetur etiam Drakenb. Et Cic. de Legib. 2, 28 c. 11 Si fingenda nomina Viccae Potae, etc. Alii scribunt Vicepota. Vid. Gronou. ad Cic. l. c. et Nic. Fabr. itemque Grut. ad l. c. Senecae.

VICANVS, vid. VICVS.

VICARIVS, vid. VICIS.

VICATIM, vid. VICVS.

VICENĀLIS, e. Adj. Ut, Vicenalis sphaera Apul. de Dogm. Plat. 1 p. 5, 14. i. Icosaedron, figura viginti laterum aequalium. al. Vigesimalis.

VICENARIVS, a, um. Adj. [εἰκοσιανός] Vicefimus. Plaut. Pseud. 1, 3, 69 Tum lex me perdit quina vicenaria. Vbi interpret. 95 Videtur lex lata, vt si cupiam crederentur supra viginti quinque minas, redhibitio nulla esset, nec debitor quidquam deberet. Alii, Quina vicenaria, Centum interpretantur. Quod vultis annos agens? vultis vicenarius? Arnob. 2 p. 58. Conf. Vitruu. 8, 7. Pallad. Aug. t. 12.

VICĒNVS, a, um. Adj. [εἰκοσός] Idem. Plin. 10, 53 Plus vicena quina incubanda subiici vetant. de ouis. Columel. 3, 3 Vicenas amphoras percipient. Add. Idem 8, 15. et 12, 18. Tac. Ann. 15, 28, 5.

VICENNIVM, i. n. Viginti annorum spatium. Modestinus in l. 109

Calcularii D. de administrat. rerum, etc. Vid. Dig. 50 t. 8 l. 8. it.
Expungere rationes, in EXPVNGO.

VICENNALIA sacra celebrabant Imperatores imperio per viginti
annos gesto. Laetant. de Mort. Persec. 17 Diocletianus porrexit Romam,
vt illic vicennialium diem celebraret. Vid. Intt. ad h. l. et c. 20.
Passim memoria eorum in numis. VOTA VICENNALIORVM
Vet. Inscr. apud Cangium Fam. Byz. p. 27.

VICISSIS quid sit, docet Varro de L. L. 4, 36 p. 40, 28. ubi Sca-
liger quidem dedit VICISSIS, quod suo loco repraesentauimus: sed
totum locum ita constituit Scioppius p. 68 In denario numero primum
est ab decem assibus decussis: secundum a duobus decussibus vicissis,
et tricesis a tribus, sic proportione vsque ad centussis. Igitur hoc
Vicissis est forte origo nominis viginti.

VICENNIS, e. Adi. Vicennia vota Optatian. Porphyrius Pane-
gyr. col. 10 eadem quae Vicennalia.

VICIES. Adu. [εἰκοσάκις] pro Vigecies. Cic. Att. 4, 2 Aesti-
marunt H-S vicies. Bis et vicies Idem ibid. 11, 1. Centies
vicies ducenti Columel. 5, 2.

VICESIMVS, a, um. Adi. [εἰκοσός] pro Vigefimus. Cic. Fam.
12, 25 Altero vicesimo die. Vnus et vicesimus dies Idem pro L.
Manil. c. 3. Aetas vicesima Lucan. ad Pison. 249. Add.
Petron. c. 105.

VICESIMA, ae. f. [εἰκοστή] Vectigal, seu tributum, quum de vi-
cenis vnum penderetur. Vid. Liu. 7, 16 extr. Lips. ad Tac. Ann. 13 p.
354. et de Magnit. Rom. 2, 4. Cic. Att. 2, 2 Et eo magis quod por-
toris Italiae sublatis, agro Campano diuiso, quod vectigal superest do-
mesticum, praeter vicesimam, quae mihi videtur vna coniunctura, cla-
more pedisequorum nostrorum esse peritura.

VICESIMANVS, a, um. Adi. Vicesimani, Milites a legionis
suae numero ita appellati Tacit. Ann. 1, 51, 6. et 64, 7.

VICESIMARIVS, a, um. Adi. Vt, Vicesimarium aurum, Quod
ex vicesima colligebatur. Liu. 27, 11 Aurum vicesimarium, quod in
sanctiore aerario ad vltimos casus seruabatur, promi placuit. i. Aurum
quod ex vicesima colligebatur. Vexillarii vicesimarii Tacit. Ann.

14, 34, 1. Sunt iidem, qui vicesimani, et forte ita etiam legendum est.
2 Subst. Vicesimarius, qui vectigal vicesimae colligebat. Gloss. Gr.
Lat. εἰκοσατής, ὁ τὰς εἰκοσὰς ἀποιτῶν, vicesimarius. Conf.
Petron. c. 65.

VICESIMATIO, ōnis. f. Supplicii militaris genus, quo vicesimus
quisque fontium punitus. Vid. Capitol. in Macrin. 12.

VICENTIA, ae. f. [Οὐκέντρα] Venetiae oppidum, vt scribit
Plin. 3, 19. Tacit. Hist. 3, 8 Possessa ipso transitu Vicentia. Sic
Plinius atque Ptolemaeus vocant, non Vincentia. Quidam et Vicetiam
ex scriptione, quae in agro Veronensi reperta est, vt annotat Rhenanus in
suis Castigationibus in Tacitum.

VICIA, ae. f. [βίβιον] Genus leguminis, a vinciendo dicta. Plin.
18, 15 Et vicia pinguescunt arua, nec ipsa agricolis operosa: vno sulco
sata, non sarritur, non stercoreatur, nec aliud quam deocatur. Satio-
nis eius tria tempora. Varr. de R. R. 1, 31 Vicia dicta a vincien-
do, quod item capreolos habet vt vitis, quibus quum sursum vrsum
serpit ad scapum lupini, aliumue quem, vt haereat, eum solet vincire.
Flore semel laeso pereunt viciaeque fabaeque Ouid. Fast. 5, 267.
Foetus tenues viciae Virg. Georg. 1, 75. Pabularis vicia, vid.

PABVLVM. Serere viciam Virg. Georg. 1, 227. Conf. Colum.
55 2, 7 et 11. 6, 3. Pro pondere aut mensura ponunt medici. V. g. Vi-
ciae magnitudo prodest Scribon. 170. Magnitudinis globulus
Idem 13.

VICIARIVS, a, um. Adi. [βικιαρός] Quod ad viciam pertinet.
vt, Cribrum vicarium, quo vicia expurgatur, apud Columel. 8, 5.

VICIARIVM, vid. VITIARIVM sub VITIS.

VICILINVS, Iouis epitheton. Liu. 24, 44 In Iouis Vicilini tem-
plo, quod in Compsano agro est, arma concrepuisse. Videtur Vici-
linus quasi Viculinus, Vicorum et Viculorum numen, vt magno doctri-
nae apparatu probare studuit Zeibichius N. Misc. Lips. Vol. 4 P. 2.

VICINIA, VICINVS, vid. VICVS.

VICIS, em, e. Plur. Vices, ūbus. [ἀμοιβή, ἐναλλαγή] Est Alter-
natio, siue vicissitudo, aut permutatio. Quintil. 6, 5 Iudices vel praesi-
dentes magistratus appellandi sunt frequenter, vt loquendi vices ser-
uentur. Liu. 26, 37 Transmarinae quoque res quadam vice pen-
satae: Philippus hostis — factus; Aetoli noui adsciti socii.

Annorum vices Columel. 2, 9. Belli vices Stat. Theb. 9, 78.
Colloquii vices Ouid. Epist. 21, 18. Plin. 17, 23 Nihil est in ope-
re naturae, quod non aliquas vices feriarum velit. Sermonum
vice Virg. Aen. 6, 535. Liu. 1, 21 Ita duo deinceps reges alius alia

75 vice, ille bello, hic pace ciuitatem auxerunt. Sed praestat recepta bo-
die lectio. Alius alia via, etc. Per vices, vid. Praepositionem
PER. Plin. 8, 32 Maria tranant gregatim nantes porrecto ordine,
et capita imponentes praecedentium clunibus, vicibusque ad terga red-
cunt. de ceruis. Hac vice, quadam vice, tribus vicibus, diuersis

80 vic. etc. Scriptt. inclinatae Latinitatis, ap. Cellar. Cur. Post. p. 253.
Plin. Epist. 9, 33 Ex hoc stagno in modum fluminis aestuarium emergit,
quod vice alterna, prout aestus aut repressit, aut impulit, nunc inferitur
mari, nunc redditur stagno. Add. Colum. 3, 2. Alternis vici-
bus, Euripi reciprocationibus nunc vltro, nunc citro Senec. Herc. 377.

85 Add. Iustin. 2, 4, 12. Annua vice, vid. ANNVS. Benigna vice
Hor. Epod. 13, 11. b. e. Felici mutatione aut vicissitudine. Grata
vice veris et Fauoni diffugere niues Hor. Carm. 1, 4, 1. Inuersa
vice Prudent. Pass. Laur. v. 289. Stata vice Curt. 9, 9, 9. Sua
vice Idem 7, 1, 14. Liu. 3, 36 Quum priores Decemviri ita ser-
uassent, vt vnus fasces haberet, et hoc insigne regium in orbem suam
cuiusque vicem per omnes iret. Versa vice, vid. mox in Verbis.

90 2 Verba: Alternare vices Ouid. Met. 15, 409. Disponere va-
rias vices operum Tibul. 1, 9, 64. Diuidere vices professionum
Quintil. in Prooem. 1. Efficere vicem alicuius rei Plin. 23, 4.

95 Exercere vices Virg. Aen. 9, 175. Exhibere vicem alicuius rei
Plin. 23, 7. Explere vicem olei Idem 31, 2. Fertque refert-
que vices incerta fors Lucan. 2, 13. b. e. Fortuna mutat prospera aduer-
sis, et contra. Plin. 15, 19 de ficibus, Panis simul et opsonii vi-
cem siccatae Implent. Implere destinatas vices Curt. 4, 10, 5.

100 Inuersae vices Propert. 1, 15, 30. Mutat terra vices Hor. Carm.
4, 7, 3. Peragit vicem nox Ouid. Met. 4, 218. Permutatis
vicibus stationum, expletis redituris, traditis Curt. 8, 6, 11. Re-
praesentare vicem olei Plin. 28, 10. Reuocare vicem Senec.
Herc. Fur. 13. Seruare vices Virg. Aen. 9, 222. Sortiri vi-

105 ces Idem ibid. 3, 376. Variare vices Virg. Aen. 9, 164. Vi-
pianus

pianus de Stipulationibus l. 45 Pand. l. 1 §. Si quis simpliciter, Et vice Versa, si interrogatus sub conditione, responderit pure, etc. Vol- vere vices Virg. Aen. 3, 376. ¶ 3 Cum alternis soleant obiri munera quaedam, praesertim militaria, eaque interdum vnus loco alterius exerceat; cum alternare soleat fortuna et conditio: hinc factum, ut vicem et vices interdum munus intelligamus, interdum statum et conditionem. Et quia, quae similia sunt, permutari possunt, et alterum in alterius locum substitui: hinc similitudinem, insiar, modum exprimit. Exemplis omnia declarabuntur. Liu. 1, 20 Ne sacra regiae vices defererentur, flaminem Ioui assiduam sacerdotem creauit. Quando diuinae professionum Rhetoris et Philosophi vices essent Quinctil. Prooem. Demandare vicem suam alicui, vid. DEMANDO. Hor. in Arte Poët. 304 Fungor vice cotis, acutum Reddere quae fer- rum valet, exfors ipsa secandi. Plin. 8, 46 Bos in Aegypto etiam numinis vice colitur. loco, tanquam Deus. Nulla est enim perso- na, quae ad vicem eius, qui e vita emigrarit, propius accedat, quam he- res Cic. de Legib. 2, 48 c. 19. i. qui potius subire debeat munera ab ipso relicta. Vice sacra iudicare Inscr. Grut. p. 193 n. 10. i. Caesaris. Add. Ibid. p. 246 n. 3. Vicem alicuius sollicitus Curt. 7, 11, 20. propter illius conditionem. Plaut. Capt. 3, 3, 11 Neque vllum pol- de hac re negotium est, quam male occidam, oppetemque, pestem heri vicem mei. i. Pro hero meo. Ibid. 2, 3, 37 Vt eum redimat et re- mittat huc nostrum amborum vicem. Vid. Idem Rud. 3, 5, 33. Liu. 34, 32 At enim cum Philippo Argiui senserunt? remittimus hoc tibi, ne vicem nostram irascaris. Cic. Fam. 1, 9 Quamquam ille per- ennus inimicus amicorum suorum, qui tuis maxime beneficiis ornatus, in te potissimum fractam illam, et debilitatam vim suam contulit, no- stram vicem vltus est ipse per sese. i. In sese poena afficiendo occupauit officium nostrum. In vicem, i. in locum Columel. 3, 14, 3. 4, 26, 2. 5, 6, 1. Praesedit non raro spectaculis In Cui vicem Suet. 30 Claud. c. 7. Cedere in vicem alicuius rei, vid. CEDO. Fun- gi aliena vice Liu. 1, 41. Idem 1, 9 extr. Eoque melioribus vsu- ras viris, quod annexurus pro se quisque sit, ut quum suam vicem sum- ctus officio sit, parentum etiam patriaeque expleat desiderium: suam vicem secundum statum et conditionem mariti. Fungi vicibus ali- cuius Propert. 4, 12, 75. Paullus in l. Certum D. Si certum pet. Pedius nihil referre ait, proprio nomine res appellentur, an digito ostendantur, an vocabulis quibusdam demonstrantur: quatenus mu- tua vice fungantur, quae tantundem praestent. Implere vicem alterius, vid. IMPLEO. Obtinere vicem veri Curt. 8, 8, 15. i. cre- di ut verum. Pensare vicem, vid. PENSO. Praestare vicem alterius Ouid. de Arte Am. 3, 666. Cic. pro Sext. 10 Sed Recito memoriam perfuncti periculi, praedicationem amplissimi beneficii, vi- cem praesentis officii, testimonium Praeteriti temporis. i. ostendo pro quo beneficio Praesens officium reddam. Reddere vicem lunae Plin. 45 2, 8. stella Veneris dicitur, i. praestare quod illa alias praestat. Su- mme ptisanam in vicem vini Cels. 4, 6. Supplet vicem solis, hy- pocautum, Loco solis est Plin. Epist. 5, 5, 24. Sustineat vicem du- orum ut vnus homo, difficile est Paullus in l. Si plures D. de pactis. Vitare vices, i. e. Pugnās: quia per vicissitudinem pugnabatur, ut Salustius docet. Sic ad Virg. Aen. 2, 433. Seruius. Cic. Att. 10, 11 Quod si me sefellerit, feram sicut multi clarissimi homines in Rep. ex- cellentes tulerunt, nisi forte me Sardanapali vice in suo lectulo mori censueris, quam exilio Themistocleo, qui, etc. Carinae vice in- versae, i. In modum Plin. 9, 6. Mundi vice circumagi, Ad simili- tudinem mundi Suet. in Nerone c. 31. Poetae vice fingere nomina Cic. de Legib. 2, 28. Teli vice saeuit nuda manus Iuuen. Sat. 15, 53. Hor. Carm. 1, 28, 32 Vicesque superbae Te maneant ipsum: ut vicissim patiare quod feceris. Sed Conqueri suam vicem, i. con- ditionem Suet. Aug. c. 66. Vicem tuam Doleo Cic. Fam. 12, 13, 60 Dolere vicem Reip. Idem ad Brut. Ep. 10. Sic, Ipsius vicem mini- me Dolemus Cic. Att. 4, 6. Ter. Heaut. 4, 5, 1 Ita me di ama- bunt, ut nunc Menedemi vicem miseret me. Moeustus non suam vicem, sed propter ipsum periclitantium fratrum Curt. 7, 2, 5. Al. Non ob suam vicem. Mihi uti necesse erit et meam et aliorum vicem Pertimescere? Cic. pro Domo 8 c. 4. Timeam necesse est valde et meam et vestram vicem Brut. ad Cic. Fam. 11, 19. Hor. Epod. 5, 81 Venenā, magnum fas, nefasque (conuertere et corrumpere valent: sed) non valent Conuertere humanam vicem, conditionem, ut subeas vicissim poenam. Est medium vocabulum. V. g. Procliuius est iniu- riae, quam beneficio vicem Exfoluere Tac. Hist. 4, 3, 3. Martial. 8, 38 Captet forsitan, aut vicem reposcat. Plin. Epist. 2, 9 Reddam vicem, si reposces, i. Par beneficium. Reddere vicem meritis Ouid. Amor. 1, 6, 23. Sen. Herc. Fur. v. 1337. Inscript. ap. Ca- pitol. in Gord. 3 c. 27. Sed in partem deteriore Propert. 1, 13, 10 Haec erit illarum contemti poena doloris: Multarum miseras exigit vna vices. b. e. Vna puella, quam perditte amas, exigit a te poenas, quas mul- tae propter te possae sunt, volentes abs te amari, sed abs te repulsae et contemtae. ¶ 4 Prima, secunda, tertia vice etc. pro primum, iterum etc. it vna vice, duabus, tribus etc. barbara sunt. Laudatur Hor. 80 Carm. 4, 14, 13

Et arces

Alpibus impositas tremendis
Deiecit acer plus vice simplici.

Sed nihil ad hunc usum facit. Nam ut simpliciter intelligantur vices, i. vicissitudines et pericula belli; aut sequendus est Vetus Schol. qui ita interpretatur: Vult intelligi in vastandis his non tantam illis cladem intulisse, quantam ipsi dederant, sed duplam: hoc est eam non sim- plici vice reddidisse.

VICARIUS, a, um. Adi. Qui vicem alicuius gerit, siue obtinet, et in eius locum successit. Macrobi. Sat. 3, 10 in formula deuotionis, Eosque hostes, ego vicarios pro me fide magistratuque meo, pro Populo Rom. exercitibus legionibusque nostris do deuoueo etc. Liu. 29, 1 Quando igitur adolescens quid sentire non dissimulasti, vicarium tibi expediam, cui tu arma equumque, et caetera instrumenta militiae tradas. Corpus vicarium Quinctil. Decl. 16, 3. Cic. pro Rosc. Amer. 111 Propterea quod quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operae nostrae vicaria fides amicorum supponitur. Manus vicarias polliceri Quinctil. Decl. 16, 7. Mors vicaria, Quae pro altero subitur Quinctil. in Gladiatore f. 16, 22. Vid. Sen. Contr. 13, 100 Hygin. Fab. 243. Quae se pro coniuge vicariam dedit Sen. ad Helu. c. 17. i. Alcestris. Quinctil. Vicariam operam ei im- pendi. Poena vicaria Idem Decl. 16, 9. Seruitus vicaria Quinctil. Decl. 8, 15.

VICARIUS, i. m. [δῆλα δῆλος Gloss. Lat. Gr.] Dicitur Seruus 100

- qui alterius serui vices gerit, qui seruo maiori in familia seruit. Esse sat est seruum, iam nolo vicarius esse Martial. 2, 13. Plaut. Afin. 2, 4, 27 Cui datum est? LI. Sticho vicario ipsi tuo. LE. vah delenire apparas: mihi scio vicarium esse, neque esse seruum in heri acibus, qui sit pluri quam ille est. Cic. Verr. 3, 93 Peculia omnium, vicariique retinemur. Paulus de Noxalibus act. l. Si in re, Si seruus tuus nauem exercuerit: eiusque vicarius, et idem nauta in eadem nauis damnum dederit. Conf. l. 32 ff. de pign. et hypoth. Sen. de Tranqu. An. c. 8. Dominationis alienae vicarius Cic. ad Brut. 16. Idem pro Caecin. 57 Qui legitime procurator dicitur omnium rerum eius, qui in Italia non sit, ablitue Reip. causa, quasi quidam paene dominus, hoc est alieni iuris vicarius. Laboris miserissimi vicarius Apul. 8. Quinctil. 9, 8 Vtrum vicarium mallem habere Mortis, an comitem. Cic. Philipp. 12, 3 Quod si in bello dari vicarii solerent, libenter me, vt Brutus emitteret, pro eo includi paterer. Idem pro Sulla 26 Tamen hoc regnum appellabitur, cuius vicarius qui velit esse, inueniri nemo potest, longe abest regni suspicio. Defunctumque laboribus Aequalis Recreat sorte vicarius Hor. Od. 3, 29, 15. Succedere vicarium inueneri alterius Cic. Verr. 4 c. 37. Idem Verr. 3, 120 c. 51 Vnum et quinquaginta aratores ita video deiectos, vt his ne vicarii quidem successerint. Vid. SVCCEDO. Succedere vicarium diligentiae alterius Columel. 11, 1. Cic. pro Muraen. 80 Nolite mihi subtrahere vicarium meae diligentiae. Quinctil. in Gladiatore f. 9, 9 Tu sis illi vicarius meus. 25 Vicarius Praefectorum Cassiod. Var. 3, 16 et 17: est, qui cum potestate Praefecti Praetorii mittitur in prouinciam. Vicarii simpliciter tales vocantur in titulo Cod. (1, 36) de Officio Vicarii. Vid. VICARIANVS. VICARIANVS, a, um. Adi. Sidon. 1, 3 Ciuium desidiam vicariano apice transcendit. i. Honore vicariae praefecturae. Arca Vicarianae sedis Cassiod. Var. 2, 24. Vid. VICARIVS Praefectorum. VICISSIM. Adu. [ἀμοιβήδων, ἐν ἀλλοτρίῳ] Per vices, rursus, contra. Ter. Eun. 4, 7, 45 Vti fortes decet milites, domique focique fac vicissim vt memineris. Virg. Ecl. 5, 49 Nos tamen haec quocumque modo tibi nostra vicissim Dicemus. Cic. de Nat. Deor. 2, 3 c. 1 Quod si haberem aliquid quod liqueret, tamen te vicissim audire vellem, quum ipse tam multa dixissem. Terra vno tempore florere, dein vicissim horrere potest Cic. de Nat. Deor. 2, 19 c. 7. Farī 40 vicissim Virg. Aen. 6, 531. Cic. de Amicit. 30 Sed ego admiratione quadam virtutis eius, ille vicissim opinione fortasse nonnulla, quam de moribus meis habebat, me dilexit. Ter. Heaut. 4, 3, 10 Sed nunc Clinia, da te mihi vicissim: nam amici quoque res est videnda. Amare Claud. Epithal. Honor. v. 65. Si sint ea genera diuinandi vera, de quibus accepimus, quaeque colimus, esse deos: vicissimque 45 si dii, sint, esse qui deuiant Cic. de Diuin. 1, 9. Exspecto quid ille tecum, quid tu vicissim Cic. Att. 16, 3. Experiri vicissim Virg. Ecl. 3, 28. Mutuari ab aliquo, et ei vicissim reddere aliud quippiam Cic. de Fato 3 c. 2. Nec gero magna simul, sed con- 50 gero multa vicissim Sympof. 22, 3. i. per vices, de formica. VICISSATIM. Adu. [ἀμοιβηδῶν] Idem: sed antiquum est. Plaut. Poen. Prol. 46 Ad argumentum nunc vicissatim volo remigrare. Idem Stich. 4, 1, 27. Non. 2, 879. VICISSITVDO, inis. f. [ἐπιλλαγῆς, ἐναυμοφοροῦσμός] Alternatio, 55 mutatio ex alio in aliud. Idem de Amicit. 49 c. 14 Nihil est enim remuneratione benevolentiae, nihil vicissitudine studiorum officiorumque iucundius. Ter. Eun. 2, 2, 45 Hoc nunc dices, eiectos hinc nos, omnium rerum heus! vicissitudo est. Vicissitudo et mutatio ex alio in aliud. Cic. Tusc. 5, 69 c. 24 Inde est indagatio nata 60 initiorum, et tanquam seminum, vnde essent omnia orta, generata, etc. quae vita, quis interitus, quaeque ex alio in aliud vicissitudo atque mutatio? Cic. Tusc. 1, 68 Vt quum videmus speciem primum candoremque caeli, deinde conuersionis celeritatem tantam, quantam cogitare non possumus, tum vicissitudines dierum atque noctium. Add. 65 Idem de Legg. 2 c. 7. Honoris vicissitudo Val. Max. 5, 1, 3. Laboris ac voluptatis vicissitudo Cic. pro Muraen. 76. Idem de Invent. 1, 59 Verum ad utilitates quoque rerum omnium, sunt accommodatae et diurnae nocturnaeque vicissitudines, nulla in re vnquam mutatae quidquam nocuerunt. Cic. de Orat. 3, 191 Horum vicissitudines efficiunt, vt neque ii fatientur, qui audient, fastidio similitudinis: nec nos id quod faciemus, opera dedita facere videamur. Ad actionis suauitatem, quid est vicissitudine, et varietate et commutatione aptus? Cic. de Orat. 3, 22. VICISSITAS, tis. f. [παράλλαξις] Idem: sed antiquum. Ac- 75 cius Phoenissis, Vicissitatemque imperandi tradidit apud Nonium 2, 893. Add. Vitr. 9, 4 sec. Rutgerf. Var. Lect. 2, 3. VICTIMA, ae. f. [ἱερεῖον, σφάγιον] Quae post victoriam dextra victrice immo abatur: ac deinde omnis hostia, i. animal quod sacrificii loco Diis offertur. Quid. Fast. 1, 335 Victima quae dextra cecidit victrice vocatur. Cic. Att. 1, 8 Ego enim te arbitror caesis apud Amaltheam tuam victimis, statim esse ad Sicionem oppugnandum profectum. Senec. Herc. Fur. 922 Victima haud vlla amplior potest magisque opima mastrari Ioui quam rex iniqus. Vid. quem statim damus Cic. pro Flacco 99. Fuga victimae, malum omen: vid. 85 Suet. Tit. c. 10. Tac. Hist. 3, 56, 2. Deuota victima Hor. Carm. 3, 23, 10. Impatiens victima Lucan. 1, 606. Maxima victima taurus Virg. Georg. 2, 147. Melior victima, Cum prima hostia non litabatur, aut effugerat, et succidanea hostiae immolabantur ad deos placandos, meliores dati dicebantur. Virg. Aen. 12, 296 Hoc habet, haec melior magnis data victima diuis. Et 5, 483 Hanc tibi, Eryx, meliorem animam pro morte Daretis repono. Quo et prouerbium Graecum pertinet, δούτερον ἀμεινόνων. Haec Turnebus 14, 4. Sacra victima Iuuen. Sat. 12, 113. Cadet niuea victima ante aras Senec. Agamem. f. 6. Litare victimas, vid. LITO. Victi- 95 marum more Mastrari: vid. Casaub. ad Suet. Aug. c. 15. Mastrata victima Senec. Octau. f. 4. Cic. pro Flacc. 99 c. 38 Quam potestis P. Lentulo, qui vos in complexu liberorum confugumque vestrarum trucidatos incendio patriae sepelire conatus est, mastrare victimam gra- tiorem, quam, etc. Vid. p. a. Amplior victima. Cic. de Finib. 100 2, 91 Neque porro ex eo natus cum Pyrrho bellum gerens consul cecidisset in praelio, seque e continenti genere tertiam victimam Reipubl. praebisset. de tribus Decis loquitur. Libidinum victimae ex- politae ingrediuntur, et tenuitate vestium nudae oculis ingeruntur Hi-eron. adu. Heluid. fin. VIGTIMO, are. [βυθυτῶ, καλλιερω Gloss. Cyrilli] Apul. Met. 7 105 6 M

- p. 192 Hircum Marti victimant. Hostiam victimare Idem Met. 7
 p. 197. Vulg. Sirac. 34, 24.
- VICTIMARIUS**, i. m. [*ἱεροποιῶλης*] Qui victimas vendebat. Plin. 7, 12 Et Scipioni in seruo Serapione victimarii negotiatoris, vili mancipio. Sed fluctuat lectio: et speciatim pro victimarii negotiatoris, Suarii legitur. Victimarius, Victimarum minister, qui in sacrificiis victimas ligabat, cultrum, aquam, et molam parabat, et reliqua quae sacris erant necessaria. Valer. 1, 1, 12 Libros Petilius praetor Urbanus ex auctoritate Senatus, per victimarios facto igne in conspectu populi cremavit. Liu. 40, 29 Libri in comitio igne a victimariis facto, in conspectu populi cremati sunt. Conf. Idem 3, 29, 9, 14. Habitu victimarii victimas immolauit Lamprid. Comm. c. 5. Add. Ammian. 22, 14.
- VICTITO**, vid. VIVO.
- VICTORIA**, VICTORIATVS, VICTRIX, VICTVS, Partic. vid. VINCO.
- VICTVS**, ūs. m. vid. VIVO.
- VICVS**, i. m. [*κῶμη*] Pars urbis est, quae pluribus constat domibus: ut ex pluribus vicis urbs constat. Diuiditur enim urbs in vicos, quasi in membra minora. In oppido vici a via: quod ex vtraque parte viae sunt aedificia Varro L. L. 4, 32 p. 35, 21. Cic. pro Milon. 65 Nullum in vrbe vicum, nullum angiportum esse dicebant, in quo Miloni non esset conducta domus. Hor. Epist. 2, 1, 269 Deferat in vicum vendentem tus et odores. Quis non vicus abundat Tristibus obscenis? Iuuenal. 2, 8. Vicus ex domibus constat, inquit Varro de L. L. 4, 33 pr. p. 38, 20. Paulo ante nominati ab ipso, et declarati, it. Publicius et Publilius, et Cosconius, vicus Ciprius, vicus Africus, vicus sceleratus, etc. Vicos regionum singularum urbis enumerat P. Victor: summam collegit CCCCXXXIII Merula. Cosmogr. 2, 4, 22. Hor. Serm. 1, 9, 13 Cum quilibet ille Garriret, vicos, urbem laudaret, etc. Aedificare vicos, vid. AEDIFICO. Omnibus vicis statuatae factae sunt Cic. Off. 3, 80. Sceleratus vicus Ouid. Fast. 6, 610. Vid. SCELVS. Magister vici Martial. 10, 79. Vid. Suet. Aug. c. 30. et Tiber. c. 76. et Claud. c. 18. Vico-magistri P. Victor de Region. vrb. Conscribere seruos ex omnibus vicis concitatos Cic. pro Domo 54. Vicus ruri, siue rusticus dicitur, quum plures simul villae, quae pagi dicuntur, hoc est plures rusticanae domus coniunctae sunt, et aliquo spatio remotae ab urbe, dummodo non sunt clausae moenibus. Cic. Fam. 14, 1 Quod ad me mea Terentia scribis, te vicum vendituram, quid obsecro te (me miserum) quid futurum est? Idem Att. 1, 4 extr. Quod si assequor, Crassum diuitiis supero atque omnium vicos et prata contemno. Vid. Cysaub. ad h. l. Manut. Quaes. per Epist. 2, 7. Muniti vici vocabantur castella. Concursum sunt ex agris, ex vicis, ex domibus omnibus Cic. Att. 5, 16. Abundant ciuitatibus, et vicis in modum oppidorum exstructis Ammian. 23, 21.
- VICANVS**, a, um. Adi. [*κωμῖτης*] Qui in vico rustico habitat. Cic. de Diuin. 1, 133 c. 58 Non habeo denique nauci Marsum augurem, Non vicanos aruspices, non de circo astrologos. ex Poeta. Idem pro Flacc. 8 Timolites ille vicanus, homo non modo nobis, sed ne inter suos quidem notus, vos docebit qualis sit L. Flaccus.
- VICANEVS**, i. m. Sarisb. 8, 21 Tanquam vicaneos tributa persolvere praecipit.
- VICVLVS**, i. m. Dimin. [*κωμίδιον*] Accipitur pro Pago et rusticanis domibus. Liu. 21, 33 Castellum, viculosque circumiectos capit. Vid. Vopisc. Aurel. c. 3. Tertull. adu. Marc. 4, 23.
- VICATIM**. Adu. Per vicos. Sisen. Hist. 1, 3 Cum complures menses barba immissa et intonso capillo, lugubri vestitu populum vicatim flens vna cum liberis circumiret ap. Nonium 2, 916. Conscribere homines vicatim Cic. pro Sext. 34 c. 14. Adde Hor. Epod. 5, 97. Suet. Caes. c. 41. it. Calig. c. 35. et Tac. Hist. 2, 95, 1. et Plin. 6, 26.
- VICINVS**, i. m. [*γείτων, κωμῖτης, πρόσοικος, περικτίων*] Qui eundem vicum colit, et prope domum nostram habitat. Plaut. Merc. 4, 4, 32 Aliquid mali propter Vicinum Malum. Cic. Att. 8, 6 M. Lepidus vicinus noster. Vicinum citius adiuueris Idem Offic. 1 c. 18. Annuersarii vicini, vid. ANNIVERSARIVS, in ANNVVS. Bonus vicinus Hor. Epist. 2, 2, 132. Finitimus ac vicinus Cic. pro Sull. 158. Idem Qu. Fratr. 1, 2, 2 Et mediocri me dolore putas affici, quum audiam, qua sit existimatione Virgilius, qua tuus vicinus Octavius? Nam si te interioribus vicinis tuis Cilicensi et Syriaco anteponis, valde magnum facis. Cic. Att. 2, 14 C. Arrius proximus est vicinus, immo ille quidem iam contubernalis.
- VICINVS**, a, um. Adi. Propinquitatem qualemcunque loci, similitudinis, temporis etc. significat in uniuersum, non solum vici communionem. Virg. Ecl. 9, 28 Mantua vae miserae nimium vicina Cremonae. Dialectica vicina et finitima rhetoricae Cic. in Orat. 113 c. 32. Iurgia vicina Hor. Epist. 2, 2, 130. Mala sunt vicina bonis Ouid. de Rem. Amor. 323. Oppidum vicinum Hor. Epod. 5, 44. Partus vicinus Stat. Achill. 1, 212. Vicinumque Pecus grandius vber habet Ouid. A. A. 1, 350. Pecoris vicini contagia Virg. Ecl. 1, 51. Terra vicina mihi Ouid. Trist. 3, 4, 52. Villa vicina Hor. Serm. 1, 5, 79. Vrbes vicinae Virg. Georg. 1, 510. Vicina ad pariendum Cic. Verr. 1, 48 c. 18, 1. Vicina virtutibus vitia Quinctil. 8, 3, 7. Cum in vicino esset agmen Vell. 2, 70, 2. Spero te ad vicina venturum Symm. Ep. 4, 29. Comp. Ouid. Fast. 6, 275 Ni conuexa foret, parti vicinior esset. Vicinior axi sol Auien. Descr. Orb. v. 765.
- VICINE**. Adu. Superl. August. de Doctrin. Christian. 1, 23 Vicinissime frui.
- VICINITAS**, atis. f. [*γεινία, γεινιότης*] Vicinorum propinquitas, et aliquando Vicinorum multitudo. Ter. Heaut. 1, 1, 4 Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas, etc. Cic. Verr. 4, 96 Signum quod erat notum vicinitati, buccina datur. Idem pro Rosc. Amer. 134 c. 46 Cantu vocum et neruorum et tibiurum, nocturnisque conuiuuiis tota vicinitas perfonet. Missi clam Vicinitati negotium dant Nep. 7, 10, 4. Add. Cato R. R. c. 4. Varro R. R. 1, 18. et 3, 1. Plin. 10, 13. Cic. Off. 2, 63 In omnique re contrahenda, vendendo, emendo, conducendo, locando, vicinitatibus et confiniis aequum et facilem, etc. Siluae vicinitas Plin. 4, 16. Cic. pro Cluent. 11 Pater huic Iudices, homo non solum municipii Larinatis, ex quo erat, sed etiam regionis illius, et vicinitatis virtute, aestimatione, nobilitate facile princeps. Amicitiae, consuetudines, vicinitates Cic. post red. ad Quir. 3 c. 1. Idem de Fin. 5, 65 Serpit sensim foras cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitiiis, post vicinitatibus cum ciuibus. Cum eo mihi vicinitas et magnus vsus est Cic. pro 105.

- Cluent. 49 c. 17. Idem pro Cael. 37 Cur te in istam vicinitatem meretriciam contulisti. [¶] 2 *Aequae late patet ac Vicinus, ut omnem propinquitatem notet.* Cic. Acad. 4, 138 Nam qui summum bonum dicant id esse, si vacemus omni molestia, eos inuidiosum nomen voluptatis fugere, sed in vicinitate versari. *i. Parum abesse a nomine voluptatis; vel qui potius voluptatis quam virtutis studiosi dicuntur.* Artium studiorumque quasi finitima vicinitas Cic. de Clar. Orat. 150. *Vid. EXVL CERARE gratiam alicuius.* Nominis vicinitas Plin. 21, 18. Oris vicinitatem nares non sine causa fecutae sunt Cic. de Nat. Deor. 2, 141. Virtutibus ac vitis vicinitas quaedam est Quintil. 3, 7, 25. Vicinitate virtutum excusantur vitia Id. 1, 5, 5. VICINITVS, Adu. Theod. Cod. l. 15 tit. 1 Omnes intra centum pedes vicinitus, quantum ad horrea pertinet, arceantur. VICINIA, ae. f. [*γείνεια*] *Locus vicinus, seu ipsa vicinitas.* Plaut. Mil. 2, 3, 2 Certo edepol scio, me vidisse hic proximae viciniae, etc. Cic. Tusc. 1, 37 c. 16 Inde in vicinia nostra Auerni lacus. Hor. Epist. 1, 17 (16) 44 Sed videt hunc omnis domus, et vicinia tota. Diues vicinia Ouid. Fast. 3, 189. Hic viciniae, et Huc viciniae, *vid. HIC et HVC Aduerbia.* Lacus ad viciniam accedens aqua Plin. 31, 3. Rerum est tamen diuersarum quaedam vicinia Quintil. 8, 4, 12. Solis vicinia mollit ceras Ouid. Met. 8, 225. Urbis vicinia Columel. 7, 3. Virtutum vitiorumque vicinia Quintil. 2, 12, 4. Ex aliqua rei vicinia ducitur exordium *i. ex argumento coniuncto, cognato etc.* Idem 3, 8, 9. Idem 8, 6, 28 Est enim huic tropo cum synecdoche quaedam vicinia. Reclamat vicinia rauca Hor. Epist. 1, 18, 62. ad Scaeuam. VICINIUM, i. n. *Laudatur Senec. de Breuitate vitae c. 15 In vicinio versatur inuidia, simplicius longe posita miramur. Sed in vicinio, ne alterius quidem lectionis mentione facta, Grut. Lips. Gron. Neque huc referri debet* Ouid. Met. 2, 688 Battum vicinia tota vocabant. *Est enim Synesis; collectiuo nomini pluralis additus. Vid. Heins. nondum ergo auctorem habet Vicinium.* VICINALIS, e. Adi. [*γείνωνος*] *Quod ad viciniam pertinet; vt, Vicinales viae, vid. VIA.* Bella vicinalia Iustin. 41, 1, 9. Vis nauium lintriumque paratarum ad vicinalem usum Liu. 21, 26. *i. vicinorum, vel in vicinia.* VICINOR, ari. *Propinquum esse.* Sidon. Epist. 2, 11 Si nobis pro fitu spatiique regionum vicinaremur. *add. Id. 7, 2 et 6, 9. Et Cael. Aurel. Acut. 2, 23, 90 Autumni tempus, quod hiemi vicinatur.* VICINANS, antis. Part. *vt, Cordis vicinantis causa Cael. Aurel. Acut. 2, 14, 49. Loca capiti vicinantis Idem 2, 6, 27. Serpillum terrae vicinans Macer. 2, 9, 1. Add. Sidon. Ep. 2, 2.*

V I D

- VIDELICET. [*δηλαδή, δηλονότι*] *Aduerbiu confirmandi est, significat idem quod Videre licet: vt Scilicet, Scire licet: et Ilicet, Ire licet. De hoc sic Valla lib. 2 c. vlt. Scilicet et Videlicet, idem significare videntur quod Certe: sed habent usum suum et praecipuum per amantitudinem quandam cum derisu permixtam.* Maluit videlicet homines peccare quam deos Cic. Verr. 2, 22. Quidam magnus videlicet vir et sapiens Idem de Inuent. 1, 2. Sapiens videlicet homo cum primis nostrae ciuitatis Idem de Orat. 2, 124 c. 55. *Cum irrisione.* Cic. Philipp. 2, 15 c. 6 Tuus videlicet salutaris Consulatus, perniciosus meus. Idem de Finib. 4, 21. Haec videlicet est correctio philosophiae veteris et emendatio, quae omnino aditum habere nullum potest in urbem, in forum, in curiam. *add. Id. Catil. 2 c. 6. Rursus, sine irrisione: pro Nimirum, certe, nam, enim.* Ter. Heaut. 3, 2, 22 Hic de nostris verbis errat videlicet, quae hic sumus locuti. Id. ibid. 3, 2, 3. Cic. de Legg. 2, 24 Caste iubet lex adire ad deos, animo videlicet in quo sunt omnia, nec tollit castimoniam corporis. Id. de Fin. 3, 31 Haec natura videlicet vult saluam esse se. Idem de Legib. 2, 14 Quos imitatus Plato, videlicet hoc quoque legis putauit esse persuadere aliquid, etc. Idem Art. 13, 30 Spurium Mumiusti putaram in decem legatis fuisse, et videlicet: etenim, etc. *i. Et videlicet puto ita esse.* Sed videlicet Scribon. 103. Cic. pro Cluent. 128 et 129 Statuerunt enim ita maiores nostri, vt si a multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduertetur: vt metus videlicet ad omnes, poena ad paucos perueniret. Idem in Orat. 114 Aristoteles dicit rhetoricam quasi ex altera parte respondere dialecticae: vt hoc videlicet inter se differant, etc. Nihil videlicet est eorum Cic. pro Planc. 96. Idem de Finib. 2, 77 Haec quum loqueris, nos barones stupemus, tu videlicet tecum ipse rides. Idem pro Sext. 28 Venisse tempus iis, qui in timore fuissent, coniuatos videlicet dicebat, viciscendis. Idem Verr. 3, 90 Videlicet igitur non Turpioni lucrum datum, sed Perrinis pecuniae ereptae. *Vetus exemplar legit Gloriatur.* Videlicet, quia Scribon. Ep. m. [¶] 2 *Obs. Videlicet, quod est Videre licet, vel videas licet, suae originis Casum interdum retinet.* Plaut. Stich. 4, 1, 49 Videlicet parcum illum fuisse fenem, qui dixerit. Iterum 4, 1, 51 Videlicet illum fuisse nequam adolescentem. Gell. 17, 4 Haec ille rhetoricus artifex dicere quibusdam videbatur perite et scienter: sed videlicet cum vocabula rerum vera ignorauisse. *Conf. SCILICET.* VIDEO, di, sumi, ere. [*ὄραω, βλέπω, ὀπτομαι, θεωρέω, θεωρομαι*] *Oculorum actio et officium est. Sic tamen, vt etiam ad sensus reliquos totamque adeo vim cognoscendi, iudicandi, colligendi, pertineat. De etymo* Macrob. Sat. 1, 15 Alii putant Idus, quod ea die plena luna videatur, a *Videndo Vidus* appellatas, mox literam V detractam, sicut contra, quod Graeci *ιδών* dicunt, nos V litera addita *Videre* dicimus. [¶] Cic. Verr. 5, 86 Iam hoc ipso istum vestitu Siculi ciuesque Romani permulti saepe viderunt. Ouid. Met. 10, 602 Vidisset lacrimas, vultus vidisset amantis. Illum edepol videre ardentem te extra portam Metiam credo velle Plaut. Cas. 2, 6 pr. Quem equidem cruci affixum videre festino Curt. 6, 3, 14. Pendentem volo Zoilum videre Martial. 4, 74. Qui priuatus intolerabili superbia fuerit, eum commodum et sui cognoscentem videre in potestate quis speret? Auc. ad Herenn. 4 c. 18. Cernere et videre Cic. pro Milon. 79. Idem Fam. 10, 23 Sed tamen constitui ad te venire, vt et viderem te, et viderem, et coenarem etiam. Absens absentem auditque videtque Virg. Aen. 4, 83. Magis vidi, *vid. MAGIS.* Parum videre, *vid. Prospicio parum, in PARVM.* Ter. Eun. 4, 4, 11 Hunc oculis suis nostrarum nunquam quisquam vidit Phaedria. Idem Adolph. 3, 2, 31 Certe, hisce oculis egomet vidi. Cic. Catil. 3, 18 Vt eos paene oculis videre possemus. Idem Acad. 4, 125 Etsi nunc, aut si etiam dormientes aliquid animo videre videamur, imagines extrin-

G. Profecto est huius vidulus. perge alia tu expedire.

L. Talentum argenti commodum magnum inerat in crumena, Praeterea sinus, epichysis, cantharus, gaulus, cyathusque.

45

V I E

VIENNA, ae. f. [Ἰαλιόβονα] Austriae ciuitas, quam Vianam Plinius nominasse videtur 3, 24 vt placet Hermolao. Est et Vienna

[Ουβεννα] Allobrogum illustris ciuitas in Gallia Narbonensi, cuius meminist

50 Mela 2, 5 in descriptione Galliae Narbonensis.

VIENNENSIS, e. Tacit. Hist. 1, 65 Veterem inter Lugdunenses Viennenses discordiam, etc. Vid. 1, 77. et 2, 66. et Plin. Epist. 4, 22.

VIEO, ēui, ētum, ēre. [λυγίζω] Alligare, inflectere: Vnde vimina, et vasa viminea, teste Festo. Varr. de L. L. 4, 10 Viere, in-

55 quit, est vincire. Vnde apud Ennium, Ibant viere Veneream collam. Add. Non 2, 925. Varro de R. R. 2, 23 Vt habeas vimina, vnde viendo quid facias, vt scirpeas, vallos, crates.

VIETVS, a, um. [μεμαρασμένον Gloss.] Mollis, Languidus, sine vi, et naturalibus priuatus viribus, vt ait Festus. Varro R. R. 1, 59

60 Ne quum humorem amiserint, pertinaci vento mala vieta fiant. i. Flaccida, rugosa. Add. Gell. 3, 2. Cic. de Senect. 5 Vietum et caducum. Idem de Diuin. 2, 37 c. 16 Vel suspicari contractum aliquo morbo bouis exile et exiguum, et vietum cor, et dissimile cordis fuisse.

Ficus vieta Columel. 12, 15. Cato 9 Salicta locis aquosis, vietis,

65 umbrosis, propterque annes ibi feri oportet. Hor. Epod. 12, 7

Qui sudor vietis, et quam malus vndique membris Crescat odor.

h. e. Rugosis, et vetustate confectis, inquit Acron. At Porphyr. Necessitate contortis. Hic penultimam noue corripuit Horatius, aut per

Synizesin literam i suppressit. Ter. Eun. 4, 4, 21 Hic est vetus,

70 vietus, veterinosus senex. Vbi Donatus, Vietus, mollis, flaccidusque, et flexibilis corpore. Vnde et vimina et vimenta, et vites, et vieto-

tores dicuntur: et viere, religare dicitur, quia vietis virgis magis religare possimus quilibet. conf. Petron. c. 100. Praecipitet Scy-

thica iuuenis pietate vietum Votiuo de ponte putrem Prudent. contra

75 Symm. 2, 294. Vestis vieta aranei Tela flexilis et mollis Lucret. 3, 387.

VIETOR, ōris. m. Qui vasa vinaria religat, stipatque. Vlp. in l. Si seruus seruum. §. vlt. in fine. D. Ad leg. Aquil. Item si viatori locaueris lacum vino plenum curandum: et ille cum pertuderit, vt vinum sit effusum, etc. conf. Plaut. Rud. 4, 3, 51.

80 VIETRIX vel contracte VITRIX, icis. f. Salmastius ad Solin. p. 246. Plinio 35, 11 l. 40 tribuit, vbi cum aliis etiam Herduinus edidit, de Pausia pictore, Amavit in iuuenta Glyceram municipem suam, inuen-

tricem Corollarum: reliqua damus in STEPHANGEOLIS. Receptam lectionem firmat Plin. 21, 2 l. 3 vbi de eadem re, cum opera eius (Glycerae, Pausiae) pictura imitaretur, et illa prouocans variaret. Ibi tamen

85 Stephaneplocos, σαφανεπλόκος vocatur, quae proprie est viatrix corollarum.

VIMEN, VITILIS etc. vid. ff. ll.

90

V I G

VIGĒNI, ae, a. Idem quod Viceni Columel. 4, 30 Quinis et vigenis iugeribus ligandae vineae.

VIGEO, ui, ēre. [ἀκμάζω] Viridem esse, Viuere, potentem

95 esse, siue in vigore esse, et viriditatem quandam habere. Viget, i. Virescit, aut Viridis est Scribon. 141. Cic. Tusc. 3, 75 Quamdiu in illo opinato malo vis quaedam insit et vigeat, et habeat quandam viriditatem. Festus, Viget, dictum videtur a vi agendo, sed non in

hostilibus rebus, verum his, quae celerrimo, concitatoque animo ad

100 bonam tendunt frugem. Terpnium citharoedum, vigentem tum praeter alios, accersit Suet. Ner. c. 20. Cic. de Finib. 5, 26 c. 9

vt necesse sit omnium rerum, quae natura vigeant, similem esse finem, non eundem. Idem Fam. 8, 1 Tui politici libri omnibus vident.

Qui paulo ante victores vigerant Nep. 7, 5, 5. Cic. Philipp.

105 11, 39 Nihil semper floret; aetas succedit aetati, diu legiones Caesaris vige-

viguerunt, nunc vigent Panfae. Cic. de Nat. Deor. 1, 11 Haec in philosophia ratio contra omnia differendi, vsque ad nostram viguit aetatem. Vigebat violacea purpura Nep. Fragm. c. 8 *i. magni fiedat.* Summo in honore vigere Lucret. 4, 1149. Immensum viguit Tacit. Ann. 3, 30. Cic. de Nat. Deor. 2, 83 c. 32 Quod si ea, quae a terra stirpibus continentur, arte naturae viuunt et vigent. Idem Att. 4, 3 Nos animo duntaxat vigemus etiam magis, quam cum florebamur. Certamine assiduo miles vigeat Tibul. 4, 1, 88. ad Messalam. Corporibus vigere Liu. 2, 30. Libertate vigere Claud. de Bell. Get. 105. Cic. de Orat. 2, 355 c. 87 Qui Memoria vident, sciunt, etc. Animus post mortem sentit et viget Idem pro Sext. 47. Animus viget laetitia Lucret. 3, 151. Curae tibi vigent, animique viriles Valer. Argon. 1, 55. Deus est qui viget, qui sentit, qui meminit, qui prouidet Cic. in Somn. Scip. 19. Industria vt eorum et in bellicis et in ciuilibus vigeat Idem Off. 1, 122. Inuidia et crimina vigent Hor. Serm. 1, 3, 61. Laus venandi et equitandi apud quos viget Cic. Tusc. 2, 62. Idem Tusc. 1, 115 Fuit haec gens fortis, dum Lycurgi Leges vigeabant. Idem Tusc. 1, 38 Multaque saccula postea sic viguit Pythagoreorum Nomen, vt nulli alii docti viderentur. Purpura vigeat eo tempore, *in pretio erat, quaerebatur* Plin. 9, 39. Regnum viget consiliis Virg. Aen. 2, 86. Studia rei militaris vigent Cic. pro Cacl. 12 c. 5. Vires vigent Lucret. 5, 1111. Vrbes vigent populis Stat. Silu. 3, 5, 74. Conf. VEGEO.

VIGENS, entis. Partic. [*ἀκμαῖζων, ἀκμαῖος*] Cic. de Finib. 2, 45 c. 14 Quod rationem habeant a natura, mentemque datam et acrem et vigentem. Vigens et Vegetum differunt, *vid.* VEGETVS. Animus vigens Stat. Silu. 1, 4, 54. Herbae vigentes rore Lucret. 2, 361. Mens vigens Lucret. 1, 924. *add.* Non. 5, 24. VIGESCO, ēre. Inchoatiuum. [*ἐπακμαῖζω*] Catul. 44 (47) § ad se ipsum, iam laeti studio pedes vigeant. *Adde* Lucret. 1, 757. Firmic. 1, 13.

VIGOR, ōris. m. [*ἀκμή, μένος*] *Firmitas, robur, integritas.* Plin. 7, 25 Animi vigore praestantissimum arbitror C. Caesarem Dictatorem. *add.* Curt. 3, 6, 16. Liu. 1, 57 Quin si vigor iuuentae inest, conscendimus equos? Constat vigor membris Lucan. 3, 715. Vigor, aegro adhuc corpore, Deerat Curt. 7, 9, 11. Crudo vigore asper equus Sil. 3, 387. Membris Redibat vigor Curt. 7, 3, 15. Columel. in Praefat. 1 Et nullius momenti ducimus peritissimum quemque villicum facere: vel si nescium, certe vigoris Experrecti, quo celerius, quod ignoret, addiscat. Habilis vigor venit membris Virg. Georg. 4, 418. Igneus est ollis vigor et caelestis origo Idem Aen. 6, 730. Vinnus vigor Ouid. Trist. 1, 6, 31. Animi vigor Idem Epist. 16, 51. Ingenii vigor Idem Met. 8, 254. In ore gratus vigor Idem Met. 12, 397. *Plur.* Vigores animorum Vitr. 6, 1.

VIGŌRO, āre. *Hinc* VIGŌRANS, antis. Partic. Tertull. de Refurr. Carn. c. 26 Vinum animae vigorantis ex vite Christi. Effeminantia magis quam vigorantia disciplinam Id. de Pudic. c. 2.

VIGORĀTVS, a, um. *Vigore praeditus.* Apul. Met. 9 p. 227 Vigoratus iuuenis.

VIGESIES, *Idem quod VICIES.* Apul. de Dogm. Plat. p. 51 Vigies angula sphaera.

VIGESĪMVS, a, um. Adi. [*ἑξαστός*] *Quod et Viceſimus dicitur.* Cic. Fam. 14, 5 Vno et vigesimo die. Vigessimus dies Varro R. R. 3, 9 *extr.* Die vnde vigesimo Colum. 8, 5. Annus vigessimus Propert. 3, 18, 15. Ab illo tempore annum iam tertium et vigesimum regnat Cic. pro Lege Manil. 7.

VIGESĪMA, ae. f. [*ἑξαστή*] Tributum seu exactio, sicut Decima. Plin. in Paneg. His vigesima reperta est, tributum tolerabile. *vid.* 60 c. 37 et seqq. Vigesimam dare, soluere etc. *vid.* Petron. c. 58 et 71.

VIGESIMALIS, *vid.* VICENNALIS. VIGESIMĀRĪVS, a, um. Adi. Vigesimalium aurum a Livio dicitur, [*ἑξαστατός*] Quod ex vigesimis exigebatur, *vid.* VICENVVS. VIGESSIS, is. c. [*ἑξασταῖος*] *Viginti assium.* Martial. 12, 77 65 Amphora vigessis, modius datur aere quaterno: (*Alia exemplaria habent Vicenis*) Ebrius et crudus nil habet agricola. *i.* *Viginti assibus amphora venditur.*

VIGIES, *pro VICIES.* Mart. Capell. 6 p. 194 Umbra vigies quater complicata.

VIGIL, ūlis. Adi. [*γρηγορός, ἀγρυπνός*] *Qui non dormit, et vel de actu ponitur eius, qui iam non dormit, vel de consuetudine et alacritate etc.* Animus vigil Stat. Achil. 1, 543. Auris vigil Idem Achil. 2, 120. Aurora vigil Ouid. Met. 2, 112. Canum vigilum excubiae Hor. Carm. 3, 16, 2. Cura Plin. 10, 22. Curae vigiles; ab effectu, quod homines dormire non sinant Ouid. Met. 3, 396. Custos vigil Idem de Arte Am. 3, 612. Custodia vigil Idem Met. 12, 148. Flamma vigil Idem Trist. 4, 5, 4. Ignis vigil, *Qui semper lucet* Virg. Aen. 4, 200. Lucernae vigiles Hor. Carm. 3, 8, 14. Oculi vigiles Virg. Aen. 4, 182. Quaestus vigiles Stat. Silu. 1, 2, 196 *i. nocturni.* Sensus vigiles angit dolor Idem Theb. 5, 326.

VIGIL, ūlis. m. *Nocturnus custos.* Plaut. Amph. 1, 1, 195 Rex Creon vigiles nocturnos singulos semper locat. Cic. Verr. 4, 94 c. 43 Clamor a vigilibus, fanique custodibus tollitur. Castrorum vigiles Lucan. 7, 25. Praefectus vigilum Cassiod. *Mundi vigiles Sol et Luna* Lucret. 5, 1435. *Vigilant enim et excubant pro mundo: sol quidem interdium, luna noctu.* Caedere vigiles, *vid.* CAEDO. Obsidere portas excubiis vigilum Virg. Aen. 9, 159. Tertius vigil. *vid.* Abrupta quies, in ABRVMPVO.

VIGĪLO, āre. [*γρηγορέω, ἀγρυπνέω*] *Non dormire.* Ter. Eun. 2, 1, 15 Vigilabis lassus. Cic. in Catil. 3, 6 c. 3 Tardissime autem Lentulus, credo, quod literis dandis praeter consuetudinem proxima nocte vigilaret. Vigilare vsque ad lucem Ter. Eun. 2, 2, 47. Cic. in Somn. Scip. 1 Me et fessum de via, et qui ad multam noctem vigilassem, arctior quam solebat somnus complexus est. *Diuerſum est* Cic. Q. Frat. 2, 15 Ego vero ardenti quidem studio: ac fortasse efficiam, quod saepe viatoribus quum properant, euenit: vt si serius quam voluerint forte surrexerint, properando etiam citius, quam si de multa nocte vigilassent, perueniunt quo velint. Ad noctem multam vigilat, *qui non dat se in somnum vesperi:* de nocte multa *qui definit dormire diu ante lucis exortum.* Noctes vigilare ad ipsum mane Hor. Serm. 1, 3, 17. Dolores mei vigilantes sine fine Ouid. ex Ponto 1, 10, 23. Vt ad simulacrum caelestium ignium custos imperii Flamma vigilaret Flor. 1, 2, 3. *de igne, quem Vestales custodiunt.* Stat. Silu. 1, 1, 35 10

An tacita vigilet face Troicus ignis. *Loquitur de inexstincto Vestae foco, cuius sacra Aeneas in Italiam transtulit.* ¶ 2 Vigilare,

Vigilanter providere, *inquit Servius: siue studium et diligentiam adhibere.* Virg. Georg. 1, 313

Quid tempestates Autumni, et sidera dicam?

Atque ubi iam breuiorque dies, et mollior aestas,

Quae vigilanda viris?

Vigilare decet hominem, qui vult sua tempore conficere negotia Plaut. Rud. 4, 2, 16. Vigilandum est: multae insidiae sunt bonis Cic. pro

Planc. c. 24 *ex Poëta.* Idem Off. 2, 67 c. 19 Vigilantem pro re alterius eos ipsos, qui aut consuluntur, aut defendunt rogantem, etc.

Idem Philipp. 6, 18 c. 7 Quamobrem Quirites, consilio quantum potero, labore plus paene quam potero, excubabo, vigilaboque pro vobis.

In scelus aliquod vigilare Stat. Theb. 5, 200. Studiis vigilare se-

veris Propert. 2, 3, 7. Mars vigila Seru. ad Aen. 8, 3. Mercurius vigilat Petron. c. 77. *ubi vid. Burm.* ¶ 3 Passiv.

ut, Noctes vigilantur amarae. Ouid. Epist. 12, 169 Non mihi grata dies, noctes vigilantur amarae. *add. Plin. 7, 27, 6. Imperf. Mar-*

tial. 12, 69 Otia me, somnusque iuuant, quae magna negavit Roma mihi: redeo, si vigilatur et hic. Torpent ingenia desidiosae iu-

ventutis, nec in vilius honestae rei labore vigilatur Sen. Contr. Prooem. 1. VIGILANS,antis. Partic. [*ἐπιγρηγνυμένος, νήφων* Gloss. Lat. Gr.]

Ter. Andr. 5, 6, 8 Num ille somniat ea, quae vigilans voluit? Amans quod suspicatur, vigilans somniat P. Syrus. Amor vigilans Ouid.

Epist. 20, 230. Vigilantia lumina Idem Heroid. 18, 31. Curis vigilantibus excita, *Quae homines dormire non patiuntur* Ouid. Met.

8, 779. Dormire vigilantes, dicuntur Remissi socordesque ac segnes Plaut. Pseud. 1, 3, 151 Ad eam rem vsus est hominem astutum, doctum,

scitum, callidum et qui imperata effecta reddat, non qui vigilans dormiat. Hic vigilans somniat Plaut. Capt. 4, 2, 68. Somnia vigilantium

Quinctil. 6, 3. Stertis vigilans Lucret. 3, 1061. *Providus et intentus:* Plin. Epist. 2, 17 Vir exercitatus et vigilans. Cic. Pr. A. 1 in Verr. 32 c. 11 Per-

ficiam ut nemo unquam post hominum memoriam paratior, vigilantior, compositior ad iudicium venisse videatur. Quis excubitor inveni-

niri potest vigilantior Colum. 7, 12. Vigilans et acutus Cic. de Lege Agr. 1, 3 c. 1. Vigilans, sobrius, et industrius Idem pro

Cael. 74. Idem pro Rosc. Amer. 139 Unum hoc dico, nostri isti nobiles, nisi vigilantes, et boni, et fortes, et misericordes erunt.

Oculi vigilantes, *Intenti in re aliqua* Virg. Aen. 5, 438. *Superl.*

Treb. Pollio in Gallienis c. 14 Constantinus vigilantissimus Caesar. VIGILANDVS, a, um. Partic. [*γρηγνυμένος*] *Vt, Nox vigi-*

landa fletu Tibul. 1, 1, 64. *Vide paullo ante, VIGILARE n. 2. Quinctil. 11, 3 Et vigilandae noctes, et fuligo lucubrationum bibenda.*

VIGILABILIS, e. Adi. Varro in Satyra Menipp. . . . Dormitio vigilabilis, quae me puellam impuberem coepisti. *Nescio unde sit.*

Similis locus est Non. 2, 239 Varronis in Sexagesi, O stulta nostri pectoris dormitio vigilabilis. *vid. leg. vigilabilis, cum ad dormiendum quis se componit, sed inuitus et ingratis vigilare cogitur.*

VIGILATVS, a, um. Partic. [*ἀγρηγνυμένος*] *Vt, Carmen vigi-*

latum, *Lucubratum, et nocte vigili compositum.* Ouid. Fast. 4, 109 Primus amans carmen vigilatum nocte negata Dicitur ad clausas concinuisse fores.

Labores vigilati Idem Trist. 2, 11. Nox vigilata Idem Fast. 4, 167. Id. A. A. 1, 735 Attenuent iuuenum vigilatae corpora noctes. Nox conuiuio vigilata Tacit.

Ann. 13, 20, 6. VIGILATE. Adu. *Vigilanter.* Gell. 3, 14 Vigilare et attente aliquid mutare.

VIGILATIO, ōnis. f. Cael. Aurel. Tard. 1, 4, 101 Ne ex vigilatione sequenti spiritus crassi fiant.

VIGILANTIA, ae. f. [*γρηγροσύνη*] *Diligentia.* Cic. Att. 8, 9 Sed hoc *τέρας* horribili vigilantia, celeritate, diligentia est, plane quid futurum sit nescio. Ter. Adolph. 3, 3, 44 Vigilantiam tuam tu, mihi narras? Vos ut tutam fortunam traheretis, mea perfecti vigilantia Cic. Anteq. iret c. 6. Erat summa vigilantia Plin. Ep. 1, 5, 8.

Mirifica vigilantia Cic. Fam. 7, 31. Hermogenianus in l. 1 D. De muner. et honor. Personale munus est, quod cum corporibus, cum labore, sollicitudine animi ac vigilantia principaliter existit.

VIGILANTER. Adu. [*ἀγρηγνυμένως*] *Cum diligentia et sollicitudine.* Planc. ad Cic. Fam. 10, 33 *Vt vigilanter neruoseque nos, qui*

stamus in acie, subornes. *Compar.* Cic. Somn. Scip. 19 c. 8 Enitar multo vigilantius. *Superl.* Idem pro Muraena c. 15 Quem L. Muraena pater huiusce vehementissime vigilantissimeque vexatum, repressum magna ex parte, non oppressum reliquit.

VIGILAX, acis. Adi. [*ἀγρηγνυτικός*] *pro Vigilante.* Columel. 7, 12 Maxime autem debent in custodia vigilaces conspici, nec erronei, sed assidui, et circumspiciti magis quam temerarii. De canibus, *vid. CVRAX in CVRA.* Elati, alacres, vigilaces galli Colum. 18, 2. Vigilacibus excita Curis Ouid. Met. 2, 779 *vid. h. l. Heinsf.* Iam strepit nidis vigilax hirundo Aufon. Ephem. 1. Suburrae vigilacis furta Propert. 4, 7, 15.

VIGILIA, ae. et paene frequentius VIGILIAE, arum. f. [*ἀγρηγνυσία*] *Vel actus vigilandi, vel tempus, quod vigilando traducitur, vel munus vigiliis, vel ipsi vigiles.* Cic. de Fin. 5, 54 Vigiliis suscipere. Et Tusc. 4, 44 c. 19 Cui non sunt audita Demosthenis vigiliae, quid dolere se aiebat, si quando opificum antelucana esset victus industria? Affecta labore ac vigiliis corpora ex somno moliebantur Liu. 56, 24. Agere, siue agitare vigiliis, *vid. AGO.* Certare vigiliis ac labore, *vid. CERTO.* Cic. in Parad. 1 Quoniam illud maiorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit. Nocturna vigilia corporum

suorum robora minuere Celf. 1 Praef. Vigilia, et frequentius Vigiliae, arum. [*Φρηγνυσία*] *Excubiae dicuntur, sed tamen hoc inter se differunt, quod Vigiliae sunt tantum nocturnae: Excubiae autem tam nocturnae quam diurnae.* Diuidebantur autem in quaterna trium horarum spatia, ita ut prima, secunda, tertia, et quarta vigilia diceretur. *Vid.*

95 Curt. 4, 5, 19. Nep. 18, 9, 3. Matth. 14, 25. Veg. de Re Mil. 3, 8 Et quia impossibile videbatur in speculis per totam noctem vigilantes singulos permanere, ideo in quatuor partes ad clepsydram sunt diuisae vigiliae, ut non amplius quam tribus horis nocturnis necesse sit vigilare. A tubicine omnes vigiliae committuntur: et finitis horis a cornicine reuocantur. Idoneos tamen tribuni et probatissimos eligunt, qui vigiliis circumueant et renuncient, si qua emerferit culpa, quos circitores appellabant, etc. Cic. Verr. 4, 93 c. 43 Praecipitur, et negotium datur Quaestoribus et Aedilibus, ut noctu vigiliis agerent ad aedes sacras. Idem in Catil. 3, 6 c. 3 Interim tertia fere vigilia ex-

100 ceta, quum iam pontem, etc. *Et Fam. 3, 7 Quum puer tuus ad me*

secunda fere vigilia venisset, isque re ante lucem Iconium mihi venturum nuntiasset. De tertia vigilia profectus Caes. B. G. 1, 12, 2. Qui vigiliis seruat Sen. de Tranq. An. c. 11. Inire vigiliis Tacit. Ann. 13, . Incuriosae vigiliae Idem Hist. 5, 22. ¶ 2 Vigiliae, [Φεσποι] *Ipsi custodes, qui vigilant.* Sallust. Catil. c. 32 5 Et ab incendio intelligebat urbem vigiliis inuinitam. Cic. pro Milon. 68 Si Capitolinae cohortes, si excubiae, si vigiliae, si delecta iuuentus, quae tuum corpus domumque custodit, contra Milonis impetum armata est. Idem in Catil. 1, 8 Sensistine illam coloniam meo iussu, meis praesidiis, custodiis vigiliisque esse munitam? Circumire vigiliis Sallust. in Iugurth. c. 44. Deducere vigiliis Idem in Iugurth. c. 45. Liu. 22, 1 Circumeunt in muro vigiliis equiti Scipionem, quem manu tenebat, arsisse. Liu. 28, 24 A custodibus probra in circumeuntes Vigiliis tribunos iacta. Et 32, 26 Romae Vigiliae per vicoseuatae, iussique circumire eas minores magistratus. Et 15 34 Quanta si hostis ad portas esset seruabant Vigiliis et circumibant cura, vid. CIRCUTOR. Obire vigiliis Tac. Hist. 2, 29, 3. ¶ 3 *Metaphor.* Cic. in Pison. 16 Neque enim me stante et manente in urbis vigilia, neque resistente Cn. Pompeio, omnium gentium victore, vnquam se illi Remp. delere posse duxerunt. Idem Philipp. 1, 1 20 Manendum mihi statuebam quasi in vigilia quadam Consulari ac Senatoria: nec vero vsquam discedebam, nec a Rep. deiciebam oculos. Idem Philipp. 7, 19 c. 7 Idcirco in hac custodia tanquam in specula collocati sumus, vt vacuum Pop. Rom. metu nostra vigilia et prudentia redderemus. Idem Fam. 11, 24 Sed, vt mones, frenum mo- 25 mordi, etenim qui te incluso omnem spem habuerim in te, quid nunc putas? Cupio iam vigiliam meam Brute tibi tradere, sed ita, vt ne desim constantiae meae. *Alludit ad vigiliis militares, quas suo tempore exacto alii aliis quasi per manus tradunt.* ¶ 4 Vigiliae de sacris nocturnis Plaut. Aul. Prol. 36 Is adolescentis illius est auunculus, qui illam stuprauit noctu Cereris vigiliis. Add. ib. 4, 10, 65. vid. PERVIGILIVM. *Christiani in templa sua mature etiam vigiliis introduxere, cum sollempniores dies festos celebrare pridie inciperent, Iudaeorum more diem incipientes a vespera. Hinc Vigilia Paschatos aut cuiuscunque sollempnis, est dies proxime diem illum Festum praecedens etc.* 35 *Res enim non est huius loci.*

VIGILIVM, i. n. *Etiā apud antiquos.* Varr. Endymion. Animum mitto speculatum tota urbe, vt quid facerent homines cum experrecti sint, me faceret certiozem, si quis melius operam superet, vt eius consilio potius vigiliam adminicularem nostrum, qui videt alium 40 ouantem extremo noctis tempore. Haec Nonius 3, 268.

VIGILIARIVS, i. m. [Φεσπευς] *pro Excubitore.* Sen. Epist. 57 Quid interest, vtrum super aliquem vigiliarium ruat aut mons aut turris. Lipsius.

VIGILARIVM Subst. *Pro excubiarum loco.* Voss. ad Catull. p. 45 319 Miliarium, vas culinarium. Al. Gronou.

VIGINTI. [ἄκροσι] *Nomen numerale, indeclinabile, natum ex duo: Duiginti enim dicebant. Sed vt pro duis dixere bis, pro duini bini, pro die lum bellum etc. Sic pro duiginti ortum paulatim viginti. Hinc restituendus locus Hygin. de limitib. constit. p. 151 Giesl. et ita legendus: 50 quod dicebant antiqui a duo duiginti, nunc dicimus viginti. Cic. de Orat. 3, 71 c. 20 Annosque natus vnum et viginti, nobilissimum hominem et eloquentissimum in iudicium vocarim. Idem pro Planc. 90 Quae si viginti quiessem dies, in aliorum iugulum Consulium recidissent. Viginti quinque Colum. 5, 3. — Septem ib. extr. Ah 55 miser et demens viginti litigat annis Quisquam, cui vinci, Gargiliane, licet Martial. 7, 65.*

VIGINTIANGVLVS, a, um. Apul. de Dogm. Plat. p. 5, 7 Forma octangula et vigintiangula.

VIGINTIVIRI. [οἱ ἄκροσι] *Nomen extraordinarii magistratus, a numero vt solet. Sic viginti viros agro diuidendo fecerat in primo Consulatu suo Iulius Caesar, de quo ludens in Clodium Cic. Att. 2, 7 Qui cum in domo Caesaris quondam vnus vir fuerit, nunc ne in viginti quidem esse potuerit. De his etiam Cic. Att. 2, 6 Vbi nemo sit praeter me, qui quenquam ex viginti viris vnum esse saluum velit. De alio genere vid. 65 VIGINTIVIRATVS.*

VIGINTIVIRATVS, ūs. m. *Munus eorum, qui vigintiuri dicebantur, quo nomine non ii modo vocabantur, de quibus modo diximus; sed etiam Collegium aliud, de quo Lipsius ad illud Taciti An. 3, 29 pr. Vtque munere capeffendo vigintiuiratus solueretur. Hi viginti viri 70 erant Triumuii capitales, Triumuii monetales, et Quatuoruii curatores viarum urbis, et Decemuii stlitibus iudicandis, qui hastam centumuiralem cohebant. Haec ex Dione lib. 54 p. 540 Lipsius. Add. Turn. 2, 25.*

VIGINTIVNVS, a, um. *Asses efficies quatuor millia, ducentos, et vigintiunum Colum. 5, 3. Dandae sunt vires latitudini vigintiuna Id. ib.*

VIGOR, ōris. vid. VIGEO.

V I L

VILIS, e. [φειλος, εὐανος] *Quod parum utilitatis, pretii, bonoris, habet. Plaut. Trin. 1, 1, 10 Neque quidquam hic vile nunc est, nisi mores mali. Cic. de Finib. 2, 91 c. 28 Non minor, inquit, voluptas percipitur ex vilissimis rebus, quam ex pretiosissimis. Idem Q. 85 Frat. 1, 1 Semper eos putavi, si vulgares essent, viles, si temporis causa constituerentur, leues. Idem pro Rosc. Amer. 71 Nihil tam vile, neque tam vulgare est, cuius, etc. Quotidie nos ipsa natura admonet, quam paucis, quam paruis rebus egeat, quam vilibus Idem Tusc. 5, 102 c. 35. Habere vile aliquid, Parui facere Sallust. in Ca- 90 til. c. 16. Alimenta vilia Ouid. Trist. 5, 8, 15. Argentum vilis est auro, virtutibus aurum Hor. Epist. 1, 1, 52. Gratia vilis Ouid. de Arte Am. 2, 29. Honor meus vilis vobis Cic. pro Flacc. 103. Honos vilis studiis Stat. Silu. 5, 3, 33. Oratio vilis, cui opponitur Accurata Quinctil. 8, 3. Pars vilissima rerum, opes Lu- 95 can. 3, 120. Cic. Off. 3, 89 Quaerit, si in mari iactura facienda sit, equine pretiosi potius iacturam faciat, an seruuli vilis. Sibi vilis Lucan. 4, 276 i. qui vitam suam neglectui habet. Vid. Vilitas sui. Suppellex vilis Virg. Georg. 1, 165. Vestis vilisque vetusque Ouid. Met. 8, 859. Cic. Verr. 3, 195 c. 84 extr. Frumentum quoniam vi- 100 lius erat, ne emisses. Vilis amicorum est Annona, bonis vbi quid deest Hor. Epist. 1, 12, 24 i. paruo potest comparari amicus, si bonis viris aliquid deest: cum illi etiam paruum beneficium perpetua benevolentia pensare soleant. Aqua vilis Propert. 3, 15, 18. Aqua rerum vilissima Hor. Serm. 1, 5, 88. Qua vilia Idem Serm. 2, 2, 45. Martial. 105 d*

- 1, 77 O mihi curarum pretium non vile mearum, *digne, pro quo curas suscipiam.* Pretium non vile laboris Ouid. Epist. 18, 163. Hor. Serm. 2, 5, 8 Et genus, et virtus, nisi cum re, vilior alga est. Proiecta vilior alga Virg. Ecl. 7, 42. Idem Georg. 1, 227 Si vero viciamque feres vilemque faselum. Seruius: Vilem, Abundantem: nam omne quod abundat, vile est. Ibid. 274 Saepo oleo tardi costas agitator aselli, Vilibus aut onerat pomis. Vili, *Ablativus, subaudita voce* pretio Plaut. Epid. 1, 1, 49 Illane quam emit, quanti eam emit? T. vili. Martial. 12, 67 Instructam vili vendis Amoene domum.
- 10 Ter. Adelph. 5, 9, 14 Tu tuum officium facies, atque huic aliquid paululum prae manu dederis, unde utatur: reddet tibi cito. M. istoc vilius. *Vbi* Donatus, Quasi, nihil minus. Negatio enim est floccum ostendentis, aut quid tale: cum *ἐλλάψει*, qua subauditur Quidquam, et Non dabo.
- 15 VILITER. Adu. Apul. Florid. 1 p. 344 Viliter semetipsum colere, sui contemptus est. Compar. Plaut. Curc. 2, 1, 28 Venire poteris intestinis vilius. Superl. Plin. 18, 6 Quidquid per asellum fieri potest, vilissime constat. conf. Colum. 2, 10. et 9, 1.
- 20 VILISSIMO. Scaeuola, Si fisco aliquid debebatur, et res stipulatoris vilissimo distracta est, etc. Add. Vlp. l. 2 §. vlt. D. de eo, quod certo loco.
- VILITAS, ātis. f. [*ἐπιωτία*] Cui opponitur Caritas. Cic. pro Lege Manil. 4, c. 15 Tanta repente vilitas annonae ex summa inopia et caritate rei frumentariae consecuta est, vnius spe et nomine, quantam vix ex summa vbertate agrorum diuturna pax efficere potuisset. Idem pro Domo 15, c. 6 Subito illo ipso die carissimam annonam nec opinata vilitas consecuta est. add. Colum. 8, 4. Vilitas sui Curt. 5, 9, 7 Saepo taedio laboris ad vilitatem sui compelluntur ignavi. i. Ad despicentiam vitae suae. conf. Sen. de Clem. 1, 3. et Ep. 22. et 121.
- 30 Id. Contr. 8, 4. Plin. 36, 15 l. 23. et Epist. 9, 3. Fabr. Semest. 1, 10. Vilitas et Vtilitas saepe a librariis confundi, docet Burm. ad Quinctil. 5, 7 p. 382. et ad Eundem Decl. 4, 4 p. 87. it. Gesner. ad Colum. et Pallad.
- VILESCO, ēre. [*ἐπιωρίζομαι, ἐπιτελιζομαι* Onomast.] Vile fieri. Auien. in Arat. v. 318 At postquam argento deformis viluit aetas. Hinc Euilescō, de quo f. l.
- 35 VILITO, āre. Vilem facio, ut Nonius ait, 2, 896 Turpil. Lindia, Quin moneam, quin clamem, et quaerar tua vitia, quae te vilitant.
- VILIFICO, āre. Ut, Vilificare mulierem Hieron. in Esa.
- 40 VILIPENDO, ēre. Plaut. Truc. 2, 6, 58 Etiamnum me vilipendit.
- VILLA, ae. f. [*ἀγροικία, κώμη, χωρίον*] Domus extra urbem aedificata, pars fundi rustici. Varro R. R. 1, 2, 14 Villicus appellatus a villa, quod ab eo in eam conuehuntur fructus, et euehuntur cum veniunt: a quo rustici etiam nunc quoque *viam veam* (al. *veham recte*) appellat; et *vellum* non *villam*, quo vehunt, et unde vehunt. Igitur *usus peperit villas primas, in quibus et ipsi habitarent agricolae, et instrumentum haberent rusticum, pecudes, plaustra, aratra, et fructus reponerent. Accessit hic etiam luxuria, qua factum, ut villae etiam dicerentur aedificia splendida ad omnem urbanorum hominum eo secedentium non modo commoditatem, sed luxum etiam et mollitiem exstructa. Exstant descriptiones non Luculli aut Metelli aut similis magnificentiae villarum, sed mediocrium, ut Varronis R. R. 3, 5, 9 sq. Plinii iunioris Epist. 2, 17. et 5, 6. Manlii Vopisei apud Stat. Silu. 1, 3. et Pollii Felicis apud eund. 3, 2. Sidonii Apollinaris ab ipso descriptam luculenter 2, 2. Habemus villas Plinii studio I. F. Felibeni illustratas, itemque Rob. Castellii villas veterum splendidissimo opere explicatas Londini 1728 fol. chartis maximis: de quorum studiis, quid videretur, diximus ad Plin. Epist. 2, 17. Verbo plus ibi hodiernae elegantiae, quam verae antiquitatis, quam multo magis illustrat Franc. Continus in villa Adriani Caes. Tiburtina Romae*
- 60 *1658 chartis maximis impressa, in qua illud, ex ipsis nempe vestigiorum et rudium dimensionibus sumtum, apparet, quod obscurarunt Felibeni et Castellus, non unum et continuum aedificium fuisse tales villas, sed sparsa pro arbitrio domini et vniuscuiusque membri commoditate aedificia plura, nulla alia re inter se iuncta, quam quod forte conseptum commune haberent, quod porticus, xysti, gestationes non nunquam interiectae essent etc. Hoc enim non agimus. Potius auctoritates et loquendi formas profereamus.* Plin. 18, 6 Modus villae hic probatur, ut neque fundus villam quaerat, neque villa fundum. Ex Caton. R. R. 3, 1 qui addit, Patrem familiae villam rusticam bene aedificatam habere expedit. Frumenta aut in agris, aut in villis sunt Cic. Fam. 10, 33. Otium domus est, quae nulli mearum villarum cedat Idem Fam. 6, 18. Aqua non longe a villa belle sane fluens Idem Q. Frat. 3, 1. Anser erat minimae custodia villae Ouid. Met. 8, 68. Culmina villarum fumant Virg. Ecl. 1, 83. Totius anni villa Sen. Ep. 55 in qua propter diuersitatem membrorum s. partium toto anno iucunde esse possis. Cic. Q. Frat. 2, 9 Hominem infirmum in villam apertam, ac ne rudem quidem etiam nunc inuitare nolui. Minuscula villa, vid. MINOR, in PARVVS. Cic. pro Rosc. Com. 13 Tum erat ager incultus sine tecto, nunc est cultissimus cum optima villa. Idem de Legib. 2, 3 Hoc ipso in loco cum anus viueret, et antiquo more parua esset villa, ut illa Curiana in Sabinis. Plenissima villa, Populosa Hor. Serm. 1, 5, 50. Publica villa, erat Locus in Campo Martio, vbi census agebatur Liu. 4, 22 extr. Suburbana villa Catull. ad fundum f. 42, 7. Suburbana aut Maritima Sumtuosa villa Nep. 25, 14. Villa urbana et rustica non loco differunt, sed usu. Urbana etiam ruri est. Cato R. R. 4, 1 Villam urbanam pro copia aedificato. In bono praedio si bene aedificaueris, beneque posueris; ruri si recte habitaueris, libentius et saepius venies, fundus melior erit, minus peccabitur, fructus plus capies. Est igitur villa urbana, in qua dominus cum ruri est, habitat, Villae rusticae idem Cato 3, 1 attribuit cellam oleariam, vinariam etc. Varro de R. R. 13, 6 Fructuosior est certe fundus propter aedificia, si potius ad antiquorum diligentiam, quam ad horum luxuriam dirigas aedificationem. Illi enim faciebant ad fructum rationem, hi faciunt ad libidines indomitas. Itaque illorum villae rusticae erant maioris, quam urbanae, quae nunc sunt pleraeque contra. Illic laudabatur villa, si habebat culinam rusticam bonam, praesepias laxas, cellam vinariam et oleariam, ad modum agri aptam — Nunc contra villam urbanam quam maximam ac politissimam habeant dant operam, ac cum Metelli ac Luculli villis pessimo publico certant: quo hi laborant, ut spectent sua aestiua triclinaria ad frigus orientis, Hiberna ad solem occidentem, potius quam ut antiqui, in quam partem cella vinaria, aut olearia fenestras haberet etc. Columella, ut reliquis in partibus diligentissimus est, ita 1, 4, 6 Villa qualiter aedificetur, et quam vtiliter disponatur praecipere incipit: et post generalia plura 1, 6, 1 diuidatur, inquit, in tres partes, urbanam, rusticam, et fructuariam. Urbana

bana rursus in hiberna et aestiva sic digeratur, ut spectent hiemalis temporis cubícula ————— coenationes ————— balnearia ————— ambulationes etc. At in rustica parte magna et alta culina ponetur, ut et contignatio careat incendii periculo, et in ea commode familiares omni tempore anni morari queant. Optime solutis cervis cellae meridiem aequinoctialem spectantes sient; vinctis quam saluberrimum subterraneum ergastulum ————— *tum de stabulis*. Villico iuxta ianuam fiat habitatio ————— Pars fructuaria dividitur in cellam oleariam, torculariam, vinariam, defrutariam, foenilia, palcariaque et apothecas, et horrea ————— Siccae res congerantur tabulatis etc. 10

VILLŪLA, ae. f. Dimin. [*ἀγροικιάδιον*] Cic. Att. 8, 9 Ego Arpini volo esse pridie Calend. deinde circum villulas nostras errare. Eidem 12, 27 Villula sordida et valde pusilla. Proxima Campano ponti villula Hor. Serm. 1, 5, 45. *Lepidum est* Catulli Epigramma 26 Furi, villula nostra non ad Austri Flatus opposita est, non ad Fauoni Neu faui Boreae, aut Apeliotae: Verum ad millia quindecim et ducentos. O ventum horribilem atque pestilentem. 15

VILLATICVS, a, um. Adi. [*ἀγροικικός*] *Quod ad villam* 20 *pertinet*. Villaticus canis, *Qui in villa alitur* Columel. 7, 12. Plin. 23, 1 Aiunt si quis villam ea tinxerit, fugere accipitres tutasque fieri villaticas alites. Fructus, Pastiones Varro R. R. 3, 1. Galinae Id. 3, 9, 3. Col. 8, 2, 2.

VILLICVS, vel VILICVS, i. m. uno enim L saepe scribitur. 25 (Conf. Fabretti Inscriptt. p. 2.) [*οἰκονόμος, ἰνοικολόγος, ἢ ὁ κατ' ἀγρὸν οἰκονομῶν* Gloss. Lat. Gr.] *Villae impositus seruus vel libertus, vel ingenuus adeo homo, qui totius rei rusticae curam habet.* Varro de R. R. 1, 2 Villicus agri colendi causa constitutus, atque appellatus a villa. Columellae liber II Villicus inscribi poterat: totus enim in illius officiis 30 occupatur. *Speciatim c. I habet pulcherrimam descriptionem villici, quam multis aliis personis accommodare facile est. Legant totum locum vel prudentiae causa vel eloquentiae, quibus otium est. Neminem operae poenitebit.* Hor. Epist. 1, 14, 15 Nunc urbem, et ludos, et balnea villicus optas. Illud vetus est, et Catonis, agrum, pessime mul- 35 tari, cuius dominus, quid in eo faciendum sit, non docet, sed audiuit villicum Columel. 1, 2. *Sed totus ille locus, ut dixi, legendus est.* Villicus quid a Colono differat, vid. COLONVS, in COLO. Si mandandum aliquid procuratori de agricultura, aut imperandum villico sit. Cic. de Orat. 1, 249. Siluarum et agelli villicus Hor. Epist. 40 1, 14, 1. Dominus villico delectatur Idem Verr. 3, 119. Idem ibid. 5, 119 Putat se bonum in arationibus, fructibusque suis habuisse custodem ac villicum. Idem Att. 14, 17 Quum Piliae nostrae villam ad Lucrinum, villicosque procuratores tradidissem. *Metaphor.* Acrarii villicus Tib. 4, 14, 1. Urbis villicus Iuuenal. Sat. 4, 77 45 *qui locus etiam morsum habet Satiricum, quod Urbem ut praedium aliquod suum aut villam tractarent Imperatores.*

VILLICA, ae. f. [*οἰκονόμος γυνή*] *Vxor villici, cuius officia pulchre persequitur* Columel. 10, 12 *integro, qui Villica inscribitur.* v. g. c. 1, 4 Nec tamen instituendo villicam, domesticarum rerum villico 50 remittimus curam, sed tantummodo laborem eius, adiutrice data, levamus. *Add. Cato c. 10 et 143. Varro R. R. 1, 18. Martial. 1, 56 Pinguis inaequales onerat cui villica mensas.*

VILLICO, are. et VILICOR, ari. Depon. [*ἀγροικῶ*] *Villicum agere, villam curare alienam.* Pomponius Ergastulo ap. Non. 2, 55 897 Longe ab vrbe villicari, quo herus rarerent venit, non villicari, sed dominari, mea est sententia. Afranius Suspecta, In Arpinos iam quantum potest explodam hominem ut villicetur. Plin. 18, 6 Exercitusque ducebant Senatu illis villicante. Apul. Met. 8 p. 211, 18 Seruus, cui cunctam familiae tutelam dominus commiserat suus, qui- 60 que possessionem maximam ————— villicabat. Philon meis, qui villicatus praediis Aufon. Epist. 22, 1.

VILLICATIO, ōnis. f. [*ἀγροικία*] *Villae administratio, dispensatio.* Columel. 11, 1 Qui susceperit officium villicationis. Seruum in villicationem relegauit Petron. c. 69. 65

VILLARIS, e. Adi. [*ἀγροικιακός*] *Idem quod Villaticus.* Plin. 10, 41 Villaribus gallinis et religio inest.

VILLICO, ōnis. m. [*ἐπιστάτης*] *Idem quod Villicus, Apuleius in Apol. ubi p. 319, 14 Villicorum edidit etiam Elmenb. al. Villiconum habent.* 70

VILLVM, vid. VINVM.

VILLVS, i. m. [*νάγμα, λάχνη*] *Pilus longior praesertim densiorque animalium, ut ouium, vrsorum, etc.* Martial. 14, 136 *Laena loquitur, Calfaciunt villi pallia vestra mei.* Cic. de Nat. Deor. 2, 121 c. 47 Quarum animantium aliae coriis tectae sunt, aliae villis vesti- 75 tae, aliae spinis hirsutae. Ouid. Met. 3, 218 Et niveis Leucon, et villis Asbolus atris: *canum nomina.* Albentes villi Idem ib. 11, 176. Cani villi arborum, vid. CANVS. Mollibus villis albi greges Virg. Georg. 3, 386. Solutis villis mantile Ouid. Fast. 4, 933. Tonsis villis mantilia Virg. Georg. 4, 377. Vdis 80 villis mersatur aries Idem ibid. 3, 456. Cic. de Nat. D. 2, 158 c. 50 Quid enim oves aliud afferunt, nisi ut earum villis confectis atque contextis, homines vestiantur?

VILLOSVS, a, um. Adi. [*λαχνηῖς*] *Villis plenus.* Cauda villosa Plin. 7, 2. Et 8, 38. Genua villosa Idem 12, 17. Gut- 85 tura villosa colubris Ouid. Met. 10, 21. Columel. 7, 12 Nigris vel glaucis oculis acri lumine radiantibus, amplo villosoque Pectore, *in canis villatici descriptione.* Virg. Aen. 8, 266 Villosa fetis Pectora Caci latronis. Pelles villosae Ouid. Met. 12, 319. Radice villosa arbor, quae et capillaris dicitur Plin. 12, 2 f. 26. Terga 90 villosa leonis Sil. 16, 452. Veste villosa tegere corpus Tibull. 2, 3, 82. Vrsa villosa Ouid. Met. 13, 826. Compar. Arbor folio villosior Plin. 16, 10. add. Idem 8, 38 et 11, 24. Superlat. Villosissimum animalium lepus Plin. 11, 39.

V I M

VIMEN, inis. n. [*ῥίζη, οἰσῶνα, λῆγος*] *Virgultum molle, lentum, et ad viuendum, unde dicta sunt, id est, ligandum aptum.* Columel. 4, 30 Nec refert cuius generis vimen seras, dum sit lentissimum. Caes. 100 Bell. Gall. 6, 16 Alii immani magnitudine simulacra habent: contexta viminibus membra viuus hominibus complent. Clipei e viminibus Flor. 3, 20, 6. Densus vimine specus Ouid. Met. 3, 29. Fecundae viminibus salices Virg. Georg. 2, 446. Colum. 4, 13 Si viminibus salicis aut vimi ligaueris. Fenestras factae vimini- 105

bus raris Varro de R. R. 3, 9. Vimine textum Sirpiculum
Colum. 10, 304. Actaeum vimen, Atticum, nam Attica regio
prius Actaea dicebatur ab Actaeo, qui primus Athenis regna-
vit Ouid. Met. 2, 554. Aspera rufci vimina Virg. Georg.
5 2, 414. Bifidorum viminum fasces Plin. 17, 14 f. 24. Scissam
falicem vocat eandem rem docens Cato R. R. c. 40. Breue vimen
Martial. 4, 89. Cano iam vimine textum Sirpiculum etc. Col.
10, 304. Fruticosa vimina Ouid. Met. 6, 345. Lentum vi-
men, Molle et flexuosum. Virg. Aen. 3, 31. Lento vimine texta al-
vearia Idem Georg. 4, 34. Querno vimine textunt crates Idem
Aen. 11, 65. Spisso vimine quali Id. Georg. 2, 241. Torta
Ouid. Rem. A. v. 186. i. apum aluci. Detexere aliquid viminibus
Virg. Ecl. 2, 72.

VIMENTVM, i. n. Idem. Tacit. Ann. 12, 16, 4 Moenia non
15 saxo, sed cratibus et vimentis ac media humo, aduersum irrumpentes
inualida erant.

VIMINĒTVM, i. n. Locus viminibus constitus. Varro de L. L.
4, 8 p. 15, 36.

VIMINEVS, a, um. Adj. [*οἰκίμος*] Quod est ex vimine: ut,
20 Plaut. Epid. 1, 1, 26 Fasces viminei virgarum. Crates vimineae
Virg. Georg. 1, 95. Columel. 8, 3 Vimineos qualos superimponant.
Conf. Idem 10, 45. Plin. 16, 37. Caes. Bell. Civil. 3, 63 Vimi-
nea tegumenta. Iupiter Vimineus Varro de L. L. 4, 8 p. 15, 34 Vimi-
25 ninalis collis a Ioue Viminio, quod ibi arae sunt eius, aut quod ibi
vimineta fuerunt. Forte ipse Iupiter a loco, ubi cultus est, appella-
tionem accepit.

VIMINĀLIS, e. Adj. [*οἰκίμοσος*] Quod est ad ligandum aptum.
Plin. 17, 20 Haec est viminalium cultura. Add. ibid. c. 10. Columel.
4, 30, 1 Quare salices (editur radices) viminales, etc. Et mox Vi-
30 minalium singula iugera intell. stirpium vel tale quid. Et c. 31, 2 Sa-
lix viminalis, perticali opponitur. Collis viminalis unde dictus sit,
modo e Varrone disputauimus. Plin. 17, 1 In colle Viminali
C. Aquilii.

V I N

35 VINACEVS, VINARIVS, vid. VINVM.

VINCA, ae. f. Herba a vinciendo dicta. Tribuitur ab Aldo.
Plin. Epist. 2, 17, 15 Adiacet gestationi interiore circuitu vinca tenera
et umbrosa, nudisque etiam pedibus mollis et cedens. Vbi con-
40 stanter alias legitur Vineae.

VINCAPERVINCA, ae. f. Plin. 21, 11 f. 39 Vincaperuinca sem-
per viret, in modum lineae foliis geniculatim circumdata topiaria
herba. Inopiam florum tamen aliquando supplet. Haec a
Graecis chamaedaphne vocatur. Add. 21, 27 f. 99. it. Apul. de
45 Herb. c. 58.

VINCIO, vixi, vinctum, ire. [*δέω, δεύω*] Ligare, Colligare,
Constringere. Virg. Aen. 1, 341 Purpureoque alte furas vincire co-
thurno. Plaut. Men. 1, 1, 3 Homines captiuos qui catenis vincit-
unt. Metaphor. Cic. pro Domo 23 c. 9 Tu liberos populos L. Pi-
50 soni vinctos constrictosque tradidisti. Aliquem catenis vincire

Ouid. Met. 15, 601. Comas vitta vinxit Propert. 4, 12, 34. Do-
lia vincire plumbo Cato c. 39. Guttura alicuius vincire Ouid.
Met. 10, 22. Lacertos vincire auro Tibull. 1, 9, 70. Linguas
hostiles vincire Ouid. Fast. 2, 581. de Magica. vid. Burm. ad Quin-
55 til. 10, 7 pr. Locum praesidiis vincire, pro Tenere. Cic.

Att. 7, 17 (18) Caesarem quidem L. Caesare cum mandatis de
pace misso, tamen aiunt acerrime delectum habere, loca occupare,
vincire praesidiis. Sed dubitat de hac Lect. Gesner. Manus vinxer-
at post terga Virg. Aen. 11, 81. Mentem vincire Lyaeo Propert.
60 3, 5 (4) 21. Tempora vincire floribus, Coronare Hor. Carm. 4,
1, 32. Cic. Tusc. 2, 48 Si turpissime se illa pars animi geret, quam
dixi esse mollem, si se lamentis muliebriter lacrimisque dedet, vinci-
atur, et constringatur amicorum propinquorumque Custodiis. Foe-
dere certo vinciri Propert. 3, 20 (19) 21. Cic. pro Marcell. 24 c. 8

65 Omnia quae delapsa iam fluxerunt seueris Legibus vincienda sunt.
Lino vincire Cels. 7, 19. Cic. de Orat. 3, 188 Saepe carpenda mem-
bris minoribus oratio est, quae tamen ipsa membra sunt Nume-
ris vincienda.

VINCIENS, entis. Partic. Apul. Apol. 1 p. 132 Venus corpora
70 complexu vinciens.

VINCTVS, a, um. Partic. [*δέδεμμένος*] Constrictus. Vinctus
et adstrictus Cic. Verr. 4, 96. Vinctum et Dissolutum, contraria
Idem in Orat. 195 Alterum est minus vinctum, ut de industria factum
appareat: alterum nimis dissolutum, ut peruagatum ac vulgare vi-
75 deatur. Adspicite religatum asperis vinctumque saxi Cic. Tusc.
2, 3. Tradere alicui aliquem vinctum Idem Verr. 5, 37. Nexu
vincti, vid. NECTO. Nodis ahenis vinctus post tergum Virg.
Aen. 1, 299. Vincta amicitia inter aliquos Plaut. Cistel. 1, 1, 27.
Caput lauro vinctus Ouid. Met. 11, 165. Fides vincta teste numine,
80 Iureiurando obligata Ouid. Epist. 20, 212. Iouis nomine vincta
testimoniorum fides Cic. pro Font. c. 10. Fossor compede vinctus
Ouid. Trist. 4, 1, 5. Orbes vincti inter se Cic. in Arat. 243. Ter.
Eun. 2, 3, 22 Quas matres student demissis humeris esse, vincto Pectore,
ut graciles sient. Praecordia vincta ferro, vid. PRAECORDIA.

85 Tibia orichalco vincta Hor. A. P. v. 202. Vinctae cortice Virgae
Ouid. Met. 1, 122. ¶ 2 Obseru. Vinctus, pro Seruo et com-
pedito. In compedibus enim vincti serui ad agriculturam destinabantur
Plin. Epist. 3, 16 Nam nec ipse vsque vinctos habeo, etc. Add. Idem
ibid. Epist. 19. Hor. Serm. 2, 7, 30

90 — Si nusquam es forte vocatus
Ad coenam, laudas securum olus: ac velut vsque
Vinctus eas, ita te felicem dicis, etc.

i. Quasi ad alienam coenam semper eas coactus. In MSS. permutatur
vinctus cum Vinctus. v. v. it. cum Iunctus, v. v.

95 VINCTVRVS, a, um. Partic. Virg. Georg. 2, 94 Tenuisque
lageos Tentatura pedes olim vincturaque linguam. per ebrietatem.

VINCTVRA, ae. f. Plin. 16, 37 de salicibus, Pariuntque baltheo
corticis vincula: et aliae virgas sequacis ad vincturas lentitiae. Me
vinctura talum laedat Cels. 8, 22. Add. ibid. c. 8.

100 VINCTIO, onis. f. Arnob. 2 Neque esse omnino dissolutionis
expertes: sed voluntate Dei regis ac principis vinctione in perpetua
contineri. Vinctione vi colligari Arnob. 6 p. 203. Eos vincti
retinent et plumbeae vinctiones Idem ibid. Add. 5 p. 186. Tertull.
de Carne Chr. c. 4. C. Aurel. Acut. 3, 17, 138. conf. Cic. Tusc. 1, 71 c. 29.

105 Al. iunctione.

VINCTVS, ūs. m. [*δεσμός*] *Ligamen.* Varr. de R. R. 1, 8 Et vindemia facta, denique discat pendere in palmam aut funiculo, aut vincu, quod antiqui vocabant cestum.

VINCTOR, ōris. m. *Qui vincit.* Arnob. 6 p. 199 Phidias sciebat, aurum fuisse, lapides atque ossa informia, disparata, confusaque, seque horum omnium congregatorem atque vinciosem.

VINCEVS, a, um. Plaut. Stich. 4, 2, 56 Potione vincea onerabogulam. *Vbi Turneb. Adu. 9, 21 leptide Laqueum vocat Potionem vincean.*

VINCVLVM, i. n. [*δεσμός, ἕμμα*] *Ligamen.* Dicitur et VIN- 10
CLVM, i. *per synopen.* Columel. Arbor. 29, 1 Salix humida loca desiderat, genista etiam sicca, vtraeque tamen circa vineam feruntur, quum palmitibus idonea praebent vincula. Et 4, 31, 1 Perarida loca genistam postulant Eius cum sit satis firmum, tum etiam laetissimum est vinculum.

Dixerat, et summo digitorum vincula collo Inicit 15
Ouid. Met. 9, 77. *Arcta vincula* Virg. Aen. 2, 147. *Fabrilia vincula* Ouid. Amor. 1, 9, 39. *Immania vincula* Valer. Argon. 7, 593. *Irresoluta vincula* Ouid. ex Pont. 1, 2, 22. *Iuncea vincula* Idem Fast. 4, 870. *Lentissimum* Colum. 4, 31. *Linea vincula* Virg. Aen. 5, 510. *Roseum vinculum, i. Corona* Senec. Med. 1, 20
50. *Ex Rubo vincula* Colum. 4, 31. *Spinea vincula* Ouid. Met. 2, 790. *Stuppea vincula* Stat. Silu. 3, 2, 27. *Tenacia vincula* Virg. Georg. 4, 412. *Metaphor.* Plin. Epist. 4, 15 *Quum sit ad connectendas amicitias vel Tenacissimum vinculum morum similitudo.*

¶ 2 *Verba:* Abducere vincula, *vid.* ABDVCO. Abripi in vincula Cic. Verr. 4, 24. Abrumpere vincula alicui Hor. Carm. 4, 7, 28. Addere manus alicuius in vincula Ouid. Amor. 1, 7, 1. Adhibere vincula captis Ouid. Fast. 3, 393. Adimere vincula canibus Idem Met. 8, 332. Aptare vincula collo Idem ibid. 10, 381. Arcebant vincula palmas Virg. Aen. 2, 406. Adstringere vincula Ouid. Met. 11, 75. Capere aliquem vinculis Virg. Georg. 4, 396. Circumdare vincula collo Ouid. Met. 1, 631. Conicere in vincula, *vid.* CONICIO. Cic. de Orat. 1, 226 Si corpora capta sint armis, aut Constricta vinculis, tamen suum ius, etc. Contendere vincula, *vid.* CONTENDO. Copulare vinculo, *vid.* COPVLO. De- 35
mere alicui vincula Ouid. Fast. 3, 320. Demere vincula pedibus Id. Met. 3, 168. *i. Calceamenta solvere.* Dilaniare vincula Idem Met. 10, 387. Effugere vincula Hor. Sermon. 2, 3, 71. Emittere ex vinculis Cic. Tusc. 1, 75. Euadere vincula Sil. 7, 71. Excidere vinculis, *Euadere vincula* Virg. Georg. 4, 405. Exuta pedem vinculis Dido Virg. Aen. 4, 518. Exutae vinculis palmae Idem ibid. 1, 38. Frangere digitorum vincula Stat. Theb. 6, 850. Gerere vincula Ouid. Met. 4, 680. Impediunt firma vincula manus Idem Fast. 1, 370. Impediri vinculis, *vid.* IMPEDIO. Imponere vincula, et Soluere vincula, *contraria* Propert. 3, 20, 23. Imposita capiti vincula, *coronae, diadema, vel simile quippiam* Senec. Thyest. 543. Indere vincula Tac. Ann. 15, 56. Inicere vincula, *vid.* INICIO. Innectere vincula gutturi Hor. Epod. 17, 72. Innectere vincula caecis filuis Lucan. 2, 670. Intendere vincula collo, *vid.* INTENDO. Epistolae vincula Laxare aut solvere Nep. 4, 4, 1. *de vinculis Epistolae* 50
rum. *Vid. Lips. Inst. Epist. c. 4. Barth. Adu. 24, 18. Freinsh. ad Curt. 2, 2, 25.* Leuare vincula alicui Virg. Aen. 2, 147. Ligare vincula Sil. 11, 249. Ligabantur minantia vincula collo Ouid. Met. 1, 91. Nectere vincula alicui Virg. Ecl. 6, 23. Praestrieta fecantibus vinculis manus Senec. Troad. 6. Recusantes vincula leones 55
Virg. Aen. 7, 16. Retinere in vinculis Sallust. in Catil. Rumpere vincula Virg. Aen. 2, 134. Soluere vincula Ouid. Epist. 18, 11. Soluere epistolae vincula, *i. Aperire* Nepos 4, 4, 1. Tendere vincula alicui Virg. Georg. 4, 399. Tenere vinculis aliquem Idem Georg. 4, 405. Teneor grauibus vinculis coercita Ouid. Epist. 60
13, 3. ¶ 3 *Cum vinciri soleant, qui in carcere seruantur, hinc Vincula saepe ponuntur, pro quocumque custodiae genere.* Venuleius l. 224 D. de verb. signif. Vinculorum appellatione, vel priuata, vel publica vincula significantur; custodiae vero, tantum publica custodia. Cic. Verr. 5, 17 In vincula coniectus est. Ibid. 78 Quid 65
si aufugisset? si vincula rupisset? Absolutus vinculis, *vid.* ABSOLVO. Coerceri vinculis Callistrat. in l. Succurritur D. Ex quibus causis maiores, etc. Dicere causam ex vinculis, *vid.* DICO, ere. Habere in vinculis Quinctil. 7, 4. Mandare aeternis vinculis, *vid.* MANDO, are. Necare aliquem vinculis et verberibus, atque omni supplicio excruciatum Cic. pro Lege Manil. 11 c. 5. Esse in vinculis, *In carcere esse vincitum* Plin. 7, 34. ¶ 4
Metaph. *Omnis causa, relatio, ratio propter quam faciendum aliquid videtur, omne illud, quo quid continetur et conseruatur, Vinculum est.* Cic. Fam. 15, 11 Itaque nihil est, quod non tua causa debeam — tum 75
accedit maximum vinculum, quod ita Remp. geris, etc. Cic. pro Lig. 21 c. 7 Haec ego noui propter omnes necessitudines, quae mihi sunt cum L. Tuberone. — Magnum etiam vinculum, quod iisdem studiis semper vsi sumus. Id. Parad. 5 c. 2 Sed obsecro te, ita venusta habeantur ista, non vt vincula virorum sint, sed vt oblectamenta puerorum. *de signis, tabulis etc.* Amicitiae vincula rumpere Lucret. 3, 83. Cic. pro Planc. 27 Est quidem cum illo maximis vinculis et propinquitatis et affinitatis coniunctus. Id. de Finib. 2, 117 Tollitur beneficium, tollitur gratia, quae sunt vincula concordiae. Idem Att. 6, 2 Dixerim me vel plurima vincula 85
tecum summae Coniunctionis optare, essi sunt amoris arctissima: tantum abest vt ego ex eo quo adstricti sumus, laxari aliquid velim. Dignitatis, qua fruimur in Rep. vinculum sunt leges Cic. pro Cluent. 145 c. 43. Idem pro Caec. 70 c. 25 Qui ius civile contemnendum putat, is vincula renellit non modo Iudiciorum, sed etiam vtilitatis, 90
vitaeque communis. Idem de Finib. 3, 67 c. 20 Et quo modo hominum inter homines Iuris esse vincula putant, sic homini nihil iuris esset cum bestiis. Legum certa vincula Quinctil. 5, 10. Quaestionis vinculum Idem 2, 4. Reipublicae aliquo vinculo esse coniunctum Cic. pro Mur. c. 31. Societatis arctissimum vinculum, *vid.* ARCEO. Connubialia vincula Stat. Theb. 5, 112. Iugalia vincula, *Foedus matrimonii* Virg. Aen. 4, 59. Iugali vinculo sociare se alicui Idem ib. 4, 76. Cic. Off. 3, 115 c. 31 Nullum enim vinculum Ad adstringendam fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt. Adstrictus vinculis Idem Acad. 4, 61. Adstri- 100
ctus certis legum vinculis Quinct. 5, 10. Copulans locus vinculo quaestionis Idem 2, 4. Hor. Epist. 1, 7, 67 Ille Philippo Excusare laborem, et mercenaria vincula.

VINCVLĀTVS, a, um. *Vinculis adstrictus.* Mutuo amplexu vinculati Cael. Aurel. Tard. 4, 8. Rosae decussatim vinculatae 105

Mart. Capell. 1 p. 21. Si vitia carnis strinxerit Christi metu, Quasi vincularis praerit Paullin. Iambo ad Cytherium. v. 743.

VINCO, vici, victum, ère. [*νικῶν, κερτέω*] Superare, superiorem discedere. Plaut. Perf. 2, 2, 33 Fatear si ita sim. s. iam abi, vicisti.

5 Cic. in Catil. 3, 27 Mihi viuendum est cum illis, quos vici ac subegi. Idem Att. 8, 7 Malo cum Pompeio vinci, quam cum istis vincere. Idem in Parad. 4 Sapientis animus magnitudine consilii, tolerantia rerum humanarum, contemtionem fortunae, virtutibus denique omnibus vt moenibus septus, vincetur et expugnabitur, qui ne ciuitate quidem

10 pelli potest? Quamuis non tam me vinceret praestandi, quod exigebatur, fiducia, quam negandi verecundia Quinct. Prooem. . .

Vincere ac vinci vultu eodem Liu. 7, . . . Cic. Off. 1, 68

Non est consentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec qui inuictum se a labore praestiterit, vinci a voluptate.

15 Vincere simpliciter nonnunquam significat approbare aliquid argumentis, v. g. Cic. pro Cluent. 124 c. 44 Vince deinde virum bonum fuisse Oppianicum. Ib. 64 Si doceo non ab Habito, vinco ab Oppianico.

Profecto ita esse, vt praedico, vero vincam Plaut. Most. 1, 2, 12.

¶ 2 Ablatiui: Argumentis vincere, vid. b. v. Bello vincere Lucan. 1, 145.

20 Carminibus vincere aliquem Virg. Ecl. 4, 55. Certamine pedum vicerat omnes Ouid. Met. 12, 304. Fame vinci

Idem Fast. 6, 393. Gloria vincere aliquem Cic. pro Deiot.

12. Idem pro Rosc. Com. 53. Itane vero? cognitor si fuisset tuus, quod vicisset Iudicio ferres tuum. Suo nomine petiit:

25 quod abstulit, sibi, non tibi exegit. In Ludo: Si, quas manus remisi cuique, exegissem, aut retinuissem, quod cuique donauit: vicissim vel quinquaginta millia Suet. Aug. c. 71. i. vincendo lucratus

esset. Moribus vincere aliquem Propert. 3, 6, 25. Cic. Philipp. 11, 39 extr. Nunc vigent Pansaë, vigent Hirtii, vigent Caesaris

30 filii, vigent Planci: vincunt Numero, vincunt aetatibus, nimirum etiam auctoritate vincunt. Idem Tusc. 4, 48 Saepè enim vide-

mus fractos pudore, qui nulla Ratione vincerentur. Idem pro

Quint. 84 c. 27 Num quidquid est causae, C. Aquili, quin si longe aliter possedit, quam praetor edixit, iste ex edicto non possederit, ego

35 Sponsione vicerim? Sed etiam Sponsionem vincere Idem pro Caec. c. 3. Idem Fam. 4, 4 Vno Te vicimus, quod de Marcelli

Collegae tui salute paullo ante, quam tu, cognouimus. Viribus

aliquid vincere Virg. Aen. 6, 148. ¶ 3 Nomina eorum, quae vinci dicuntur. Aciem vincere ferri Plin. 19, 1. Amor

40 vincitur donis Ouid. Trist. 1, 5. Plaut. Trin. 2, 2, 29 Tu si Animum vicisti potius, quam animus te, est quod gaudeas. Ani-

num diuitiis parem, munere vincere Senec. de Benef. 1, 8. Cic. pro Deiot. 23 Sed tamen cum ad Caelium mittebat, vtram Causam

illam victam esse nesciebat? Ceruum vincere cursu, vel coch-

45 leam tarditudine: In celeres et tardos dicitur Plaut. Poen. 3, 1, 27. Cibum vincere, Concoquere Plin. 11, 53. Clementia vincitur lacri-

50 mis Ouid. Trist. 4, 9, 3. Comites cursu vincere Idem ibid. 1, 10, 5. Crimina vincere Martial. 1, 7. Difficultates loco-

rum vincere Caes. Bell. Gall. 8, 41. Cic. Fam. 4, 7 Victi

55 igitur sumus, aut si vinci Dignitas non potest, fracti certe et obiecti. Expectationem vincere, Facere praeter expectationem et spem alio-

rum Idem ib. 2, 4. Expectate facinus quam multis improbum,

vincam tamen Expectationem omnium. Add. Idem Verr. 5 c. 5. Falsa

60 vincere veris Lucret. 4, 483. Virg. Aen. 11, 160 Contra ego viuendo vici mea Fata, superstes Restarem vt genitor. Vbi

65 Seruius: Vici mea Fata, id est naturalem ordinem vita longiore superauit: namque hic ordo est, vt sint parentibus superstitibus filii. Furo-

rem vincere ratione Ouid. Met. 7, 10. Hostem miles vicit

Idem Trist. 2, 49. Paullus in l. Locatio. D. de publicanis. Loca-

60 tio vectigalium quae calor licitantis ultra modum solitae conductionis inflauit, ita demum admittenda est, si fideiussores idoneos et cautiones

is, qui Licitationem vicerit, offerre paratus sit. Alii legunt Licita-

65 tionem vicerit. Seusus idem, nempe plus offerre. Cic. in Somn. Scip. 8 Stellarum autem globi terrae Magnitudinem facile vincebant.

Idem in Sallust. 3 Quod si vita istius memoriam vicerit, aliam P. C. non ex oratione eius, sed ex moribus spectare debetis. Montes

70 vincere adscensu Claud. Conf. Hon. 3, 46. Noctem vincunt funalia flammis Virg. Aen. 1, 731. Omnes officio vincere: Cic. Fam. 14,

4. Sallustius officio vincet omnes. Omnia vincit amor Virg.

70 Ecl. 10, 69. Omnia vincit animus Ouid. ex Pont. 2, 7, 75. Omnia vincit labor Virg. Georg. 1, 145. Opinionem omnium

vincere Cic. Acad. 4, 1. Pectora dura vincuntur molli prece Tibull. 3, 4, 76. Hospitii Pignora in regem suum ad vltimum fides

75 confuata vinebat Curt. 6, 5, 2. Effugere cupiditates, Regnum est vincere P. Syr. Cic. Fam. 12, 13 Quod maximus consularis

80 maximum Consulem te ipsum vicisti, et laetamur, et mirari satis non possumus. Vicit sententia lenior, vt vnde culpa esset orta, ibi

85 poena confisteret Liu. 28, 26. Virum inuictum dolor vicit Ouid. Met. 13, 386. ¶ 4 Obseruatt. Vicimus, vicistis, No-

stra est causa, Vestra est ratio Cic. Att. 14, 20. Cui si esse in vr-

80 be tuto licebit, vicimus Et Verr. 3, 61. Vnum ostende in tabulis aut tuis, aut patris tui entum esse, vicisti. Conf. Ouid. Met. 6, 513 et

Trist. 3, 9, 23. Propert. 1, 8, 27. Vince et vale Cic. Fam. 11, 25. Ter. Andr. 5, 3, 25 Adducti qui illam ciuem hic dicant; Viceris.

85 Vbi Donatus, Viceris verbum est eius, qui vix sibi extorquet, vt abiciat curam, et proprium patribus, ac familiare iratis. Conf. Cic. Att. 7, 15. Suet. Caes. c. 1. cum not. Casub. Pa. ei Lex. Crit. Gerund.

90 Cura vincendi Ouid. Epist. 16, 79. Victu Supinum Actiue capitur Virg. Aen. 1, 445 Sic nam fore bello Egregiam et facilem victu per

90 saecula gentem, i. quae facile vincat.

VINCENS, entis. Partic. Hirt. Bell. Alex. 40 Legio fortiter vinc-

95 centium impetum sustinuit. Adde Hor. Serui. 1, 1, 115 et de Arte Poët. v. 82.

VICTVRVS, a, um. Rutaque palladiae baccae victura saporem Colum. 10, 121. Heinsf. ad Sil. 7, 354 leg. iutura.

95 VICTVS, a, um. Partic. [*νικτῆς*] Vt, Cic. pro Font. 26 c. 12 Aut si non poterit, M. Fabium subscriptorem eius rogabimus, vt Al-

lobrogum animos mitiget, quoniam apud illos Fabiorum nomen amplissimum: vt velint isti aut quiescere, id quod victi ac subacti solent, etc. Ablatiui: Belli victi Stat. Theb. 12, 507. Cic. de

100 Fin. 2, 49 Itaque idem Natura victus (cui obsisti non potest) dicit alio loco etc. Prece victus Hor. Epod. 17, 43. Somno victus

Liu. 9, 30. Viribus victa virgo Ouid. de Arte Am. 1, 699. Voluptate victus: Cic. de Fin. 1, 48 Et qui suum iudicium retinet, ne

105 nere ingenti victus Virg. Aen. 10, 842. ¶ 2 Nominatiui: Cic.

Clementia illius victa est nostro vitio Ouid. ex Pont. 2, 2, 121. Cor-
pora victa sopore Idem Fast. 1, 420. Femina victa dolo diuini
duorum Virg. Aen. 4, 95. Galli victi silere solent; canere vi-
ctores Cic. de Diuin. 2, 56. Tacit. Ann. 4, 8, 3 Effusum in la-
crimis senatum, victo gemitu, etc. Victum gemitum dixit, quia is
non sufficeret amplius exprimendo affectui, quo confundebantur. Simili-
ter, victum silentium Tac. Ann. 11, 2, 2. Iudaci ad extremum fa-
me interibant, passimque viae oppleri cadaveribus coeperunt, victo
iam officio humandi Sulp. Seuer. Hist. Sac. 1, 2. Hostis victus
terra marique Hor. Epod. 9, 27. Ira victa per preces Ouid. ex
Pont. 1, 7, 48. Cic. Verr. 5, 98 Hic primum Opes ipsius ciuitatis
victae, comminutae, depressaeque sunt. Patientia victa vitiis
Ouid. Amor. 3, 10, 1. Pietas victa furore Hor. Carm. 3, 27, 35.
Pudor victus amore Ouid. Amor. 3, 10, 29. Cic. Verr. 1, 10 Ne
actor quidem est is, cui Reus tam nocens, tam perditus, tam victus, 15
aut occulte surripi, aut impune eripi possit. Terga victa dare
Ouid. Met. 7, 73. Vrbes victae Hor. Carm. 4, 15, 2. ¶ 3
Observat. Virg. Ecl. 9, 5 Nunc victi tristes, quoniam fors omnia
versat Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus haedos. Vbi
Seruius: Victi, id est impotes voti. Nam quo modo victores di- 20
cimur voti compotes, qui quod volunt faciunt: sic victos contrario
voti impotes, qui non possunt facere quod volunt. Victus, A
proposito pristino recedens Virg. Aen. 2, 699 Hic vero victus genitor
se tollit ad auras. Vxor Arminii (captiua) neque victa in la-
crimas, neque voce supplex Tac. Ann. 1, 57, 6. Liu. 7, 3 extr. Seu 25
Vi seu Verecundia victus. Victus et Vincus confunduntur a li-
brariis. Vid. Drakenb. ad Sil. 6, 348. it. Ritus, v. v.

VICTOR, oris. m. [vixής, vixής, vixήσος] Qui vicit.
Caes. Bell. Gall. 2, 24. Qui ab decumana porta, ac summo iugo collis
nostros victores flumen transire conspexerant. Multa enim vi- 30
ctori, eorum arbitrio per quos vicit, etiam inuito facienda sunt Cic.
Fam. 4, 9. Belli victor Stat. Theb. 9, 625. Plant. Amph. 2,
2, 16. Cic. in Pison. 16 c. 7 Neque enim me stante et manente
in vrbis vigilia, neque resistente Cn. Pompeio omnium Gentium vi-
ctore, etc. Leges a victoribus Dici, Accipi a victis Curt. 4, 5, 7. 35
Hostium victor Hor. Carm. 1, 6, 2. Hostium ille externorumque
bellorum victor Cic. de Arusp. Resp. 49. Contendere durum est
Cum victore; sequor Hor. Sat. 1, 9, 42. Cruentus victor Lucan.
5, 758. Ferus victor Hor. Epist. 2, 1, 156. Violens victor
Idem ib. 1, 10, 37. Currus victor, Triumphalis Ouid. Trist. 4, 2, 40
47. Exercitus Nep. 17, 4, 2. Victor est etiam Popositi ef-
fector, ut interpretatur Seruius ad Virg. Aen. 2, 329 — Victorque Si-
non incendia miscet. Vid. Hor. Epist. 1, 13, 2 et Ouid. Fast. 1, 562. A li-
brariis confundi solent victor, rector, vector: vid. VECTOR:

VICTRIX, icis. f. [vixήτρια] Quae vicit. Cic. ad Brut. 10 Erat 45
victrix Respub. caesis Antonii copiis, ipso expulso. Idem pro Clu-
ent. 14 c. 5 Tum vero illa egregia ac praeclara mater palam exultare
laetitia, ac triumphare gaudio cepit victrix filiae, non libidinis. Et
mala perrumpet furtim fastidia victrix (natura) Hor. Epist. 1, 10, 25.
Victrix, Voti compos Virg. Aen. 7, 544. Iunonem victrix affatur 50
voce superba. Varro de L. L. 4, 10 p. 18, 5 Victrix Venus —
non quod vincere velit Venus, sed quod vincere et vinciri ipsa. Vi-
ctoria ab ea quod superati vincuntur.

VICTRIX, icis. Adj. ut, Arma victricia, pro Victoribus, et iis,
qui armis vicerunt. Virg. Aen. 3, 54 Res Agamemnonias, victricia- 55
que arma secutus, Fas onne abruptit. Vbi Seruius, Omnia
nomina a verbo venientia, quum in OR exeunt, masculina sunt, ut
Victor; quum in TRIX, feminina sunt, ut Victrix. Neutra vero
non faciunt nisi tantum ex Numero Plurali: vnde est Victricia. Sed
vide mox Solum victrix. conf. Priscian. 1, 7. Arma victricia 60
Iustin. in opere extr. Athenae victrices Cic. Tusc. 1, 116 c. 48.
Bella victricia Stat. Silu. 5, 2, 150. Cateruae victrices Horat.
Carm. 4, 4, 63. Dextra victrix Ouid. Fast. 1, 335. Lauri vi-
ctrices, Quibus victores seu triumphantes coronabantur Virg. Ecl.
8, 13. Libido victrix Senec. Thyest. 1. Cic. Att. 5, 21 Quo 65
autem die Cassii Literae victrices in Senatu recitatae sunt, id est Non.
Octob. eodem meae tumultum nuntiantes. Cic. pro Sext. 79 c. 37
Quum subito Manus illa Clodiana, in caede ciuium iam saepe victrix,
exclamat, incitatur. Palmae victrices Lucan. ad Pison. 31 victo-
riae symbola. Solum victrix contra observationem Seruii modo pro- 70
positam, Claud. de Conf. Honor. 6 v. 24 Et certius omnia surgunt
Victrici concepta solo. conf. Barth. ad Cl. in Conf. Prob. et O-
lyb. v. 127.

VICTORIA, ae. f. [vixή, vixή] Actus et Conditio victoris.
Plaut. Truc. 2, 2, 20 Hic sunt quas habet victorias. Cic. ad 75
Brut. 15 Facilius in timore benigni, quam in gratia grati reperiu-
tur. Idem pro Lege Manil. 28 Cuius adolescentia ad scientiam
rei militaris non alienis praeceptis, sed suis imperiis, non offensionibus
belli sed victoriis, non stipendiis sed triumphis est traducta. De
plenissima deuictione et debellatione Liu. 30, 16 et 30 pr. Victoriam 80
deam vetustas pinnatam et aligeram pinxit, ut e caelo deuolantem ad eos,
quos suis ornare successibus vellet; hinc Aufon. Epigr. 1, 2 Tu quoque
ab aethereo praepes Victoria lapsu. Gell. 6, 6 laudat versum
Mattii, Dum det vincenti praepes Victoria palmam. Et Prudent.
Symmach. 2, 28 Marmoreo in templo rutilas victoria pennas Expli- 85
cet, et multis surgat famata talentis. Id eo scribit, quod aureae
et auratae victoriae plerumque ponerentur, quas et quaedam simulacra
interdum suis manibus sustinebant. Cic. de Nat. Deor. 3, 84 c. 34
Idem Victoriolas aureas, et pateras, coronasque quae simulacrorum
porrectis manibus sustinebantur, sine dubitatione tollebat. Conf. 90
Cic. in Verr. 4 c. 49 ubi Deam Deae detraxisse dicitur Verres, Victo-
riam de manu Cereris. Frequentissima est in numis, quorum qui-
dam inde dicuntur Victoriati, de quibus deinde. Redimus ad Victo-
riam propriam. Cic. pro Muraen. 12 Finem stipendiorum patris
victoriam ac triumphum fuisse. Victoria natura insolens et su- 95
perba Cic. pro Marcell. 9 c. 3. Plin. Epist. 10, 9 Victoriae haec,
optime Imperator, maximae, pulcherrimae, antiquissimae, et tuo no-
mine et Reip. gratulor, etc. Antiquissimae, quae prima in posterum
commemoranda erit ante reliquas. Compos victoriae Patere. 1, 2.
Facies victoriae Tac. in Vita Agric. 38. Agilis victoria, vid. 100
AGILIS. Patere. 2, 86 Victoria fuit elementissima, nec quis-
quam interemit nisi paucissimi, et hi, qui deprecari quidem pro
se non sustinerent. Cruenta victoria, vid. CRVENTVS.
Iuuen. Sat. 15, 48 Adde quod et Facilis victoria de madidis et Blaeis,
atque mero titubantibus. Immanis victoria, i. Valde magna 105

- Vell. 2, 105, 4. Laeta victoria Hor. Serm. 1, 1, 8. Parata et Praefens Caes. Bell. C. 3, 73. Propria et Expedita Idem ib. 3, 70. Pulchra et spectabilis victoria Tacit. in Vita Agric. 34. Velox victoria Hor. Epist. 1, 19, 64. ¶ 2 Verborum formulae :
- 5 Caes. Bell. Afric. 32 Turpe sibi existimabat tot rebus gestis, tantisque exercitibus devictis, tam claris victoriis partis, a reliquis copiis aduersariorum ex fuga collectis, se cruentam Adeptum existimari victoriam. Paterc. 2, 85, 5 At illi quum pro absente dimicassent duce, aegre summissis armis Cessere victoriam. Cessit illi victoria,
- 10 Cohonestare victoriam, vid. hb. vv. Concedere victoriam Tac. Ann. 5. Concelebrare victoriam, Conclamare victoriam, vid. hb. vv. Cic. pro Cael. 18 Qui cum et ex Reip. causa iam esset, mihi quidem molestam, sibi tamen gloriosam victoriam Consecutus. Consistit victoria, Constituire victoriam, vid. hb. vv. Constat victoria Caes. Bell. Gall. 7, 19. Corrupta toties victoria Tac. Hist. 4, 35. Deferre victoriam Liu. 5, . . . Idem 23, 18 Illa cunctatio Distulisse modo victoriam videri potuit : hic error vires ademisse ad vincendum. Dare victoriam Idem 5, . . . Edere victoriam Tac. in Vit. Agr. 34.
- 20 Eripere victoriam Sallust. in Iugurth. c. 82. Excidit victoria e manibus, vid. EXCIDO. Exercere victoriam crudeliter Sallust. in Catil. 38 extr. et Iug. 16. Extorquere victoriam Liu. . . . Facere victoriam Idem 1, 37. Idem . . . Quod primum esset, confessionem se hostium habere, nequaquam pares eos esse sibi, breui et victoriam haud dubiam Habiturum, nec meliore euentu eos secum, quam spe pugnaturus. Habere victoriam in manibus Liu. 30, 30. Inquietare victoriam Tac. Hist. 3, 84. Interpellare victoriam Caes. Bell. Ciu. 3, 70. Morari victoriam Liu. . . . Nasctur victoria Caes. Bell. Alex. 76. Oritur victoria Id. Bell. Ciu. 3, 94. Parere victoriam Idem de B. Afric. 32. Patrare victoriam Tac. Ann. 13, 41. Portendere victoriam Liu. . . . Referre victoriam ex Volscis Liu. 4, 10. Cic. pro Lege Manil. 8 c. 3 Etenim adhuc ita vestri cum illo rege contenderunt Imperatores, vt ab illo insignia victoriae, non victoriam Reportarent. Retinere
- 35 victoriam Sallust. in Iugurth. . . . Spectare victoriam Quinct. 5, 12. Liu. 23, 30 Multorumque sanguine ac vulneribus ea Poenis victoria Stetit. i. consistit, emta est. Esse victoriam in manibus Sallust. in Catil. c. 20. Victoria penes patres Fuit Liu. 4, 50. Tradere victoriam Quinct. 7, 2. Transferre victoriam Caes. Bell. Alex. 62. Tribuere victoriam Idem ib. 70.
- VICTORIOLA, ae. f. Dimin. vt, Victoriolae aureae Cic. de Nat. Deor. 84 c. 34.
- VICTORIALIS, e. Adj. [ἐπιεικός Gloss. Gr. Lat.] Vt, Dies victorialis Treb. Poll. in Gallien. c. 3. Triumphus victorialis Amnian. 22, 4. ¶ 2 Victoralis, Subst. herba Apul. de herb. c. 58. Victoriae folium Idem ib. c. 58.
- VICTORIATUS, i. m. Genus numi. Plin. 33, 3 Qui nunc victoriatu appellatur, lege Clodia percussus est. Antea enim hic numus ex Illyrico aduectus, mercis loco habebatur. Est autem signatus victoria, et inde nomen. Quinct. 6, 3, 80 Dicente quodam victoriatu se vno in Sicilia quinque pedes longam muracnam emisse. Cic. pro Font. 9 c. 5 Croduni Porcium, et Numium ternos victoriatos. Vulchalone Seruaecum binos H-S, et victoriatos mille. Exstant hodie numi plurimi, in quibus haec Victoria vel in curru stans vel in
- 55 ponderis nomen est Victoriatus, quod vt ostendatur P. id est Fondo adicitur. v. g. Scribon. 23 accipi iubet Castorei Victoriati p. Et 26 Nardi X (Denarii) p. sex semis et victoriati, Lapidis haematidis X pondum et Victoriati. Et 86 Fiunt pastilli : alii P. X 1. alii Victoriati. Et 70 Anomi Victoriati P. vnus. ¶ 2 Victoriatus, a, um. Victoria partus. Tertull. adu. Gnost. c. 6 Plus victoriatu est quam iniuriatum.
- VICTORIOSVS, a, um. Adj. [νικητικός] Qui varias siue plures victorias reportauit, qua dictione vsus Cato, teste Gell. 4, 9. Victoriose semper Num. ap. Spanh. in Iul. Caes. Superl. Victoriosissime principum Mess. Coruin. p. 21. add. Augustin. C. D. 5, 25. Sidon. Ep. 3, 3 et 5, 6. Vet. Inscript. Grut. p. 179, 2 IULIANVS NOBILISSIMVS AC VICTORIOSISSIMVS CAES.
- VINCIBILIS, e. Adj. [ἡττητός] Quod facile vincit. Ter. Phorm. 70 1, 4, 50 Iustam illam causam, facilem, vincibilem, optumam. i. quae vincere potest, vt multa in LIS desinentia. Sed passiuè Columel. 3, 12 Grauem terram, vix vlla cultura vincibilem.
- VINDELICIA, ae. f. [Οὐινδελικία] Prouincia inter Rhetiam, quam habet ab Occasu et Noricum ab Oriente.
- 75 VINDELICI, ōrum. m. [Οὐινδελικοί] Populi, de quibus Hor. Carm. 4, 4, 17 Videre Raetis bella sub Alpibus Drusum gerentem Vindelici. Spolia Vindelica Claud. de Bell. Get. 415. Saltus Vindelici Idem ib. 365.
- VINDEMIA, ae. f. [τρύγητος, τρύγητος] quasi Vinidemia, a VINO demendo, i. vuis legendis, quae et ipsae sic vocantur, vt messis pro frugibus ponitur, et pro fructibus autumnus. Virg. Georg. 2, 522 Non eadem arboribus pendet vindemia nostris; Mitis in apricis coquitur vindemia faxis. Fructus vindemiae Vlpianus in l. Fructus esse constat. D. Solut. matrimo. Plin. 11, 14, et 15 Vindemiam mellis vocat, quam mellationem alias dicit. Sic Oliuarum vindemia Plin. 15, 1. Vlpian. in l. Fructus esse constat. D. Sol. matrim. Si coactis vindemiis altera die diuortium intercedat. Exigua Plin. Ep. 9, 16. Gracilis Idem ib. 8, 15 et 9, 20. Modica Idem ib. 9, 28. Iulianus in l. Qui pendentem. D. de action. emt. et vend.
- 90 Qui pendentem vindemiam (vvas in vite) emit, si vnam legere prohibeatur a venditore, aduersus eum, etc. Percepta vindemia si mulier statim fundum viro in dotem dederit, etc. Vlpianus in l. Fructus esse constat. D. Solut. matrim. Vindemiam et Vindemias inter se differre vult Seruius, his verbis, Quum vindemiam numero
- 95 Singulari dicimus, vnus anni significamus : quum Plurali, multorum. vt Messem, messes : hiemem, hiemes, haec enim semel tantum annis quibusque contingunt. Multi tamen volunt vindemiam esse totius orbis generaliter, vindemias singularum partium : vt plus significet Singularis, quam Pluralis numerus : sicut plus est quum dicimus, Per terram pluit, quam Per terras : tunc enim omne elementum per Singularem Numerum, non terras aliquas significamus. Haec Seruius ad Virg. Georg. 2, 6 — Spumat plenis vindemia labris. add. ib. v. 89. Ipse cum maxime vindemias graciles quidem, Vberiores tamen, quam expectaueram, colligam Plin. 9, 20. Vrsi viuunt fruge, vindemia
- 100 Idem 10, 73 pr. i. vuis. Administrare vindemias, vid. ADMINI-

STRO. Ad vindemiam quae opus sunt, parentur Cato c. 23. *add.* Idem c. 26. In vindemiam diligentius vna legitur Varro R. R. 1 c. 54. Colligere modicas vindemias Plin. Epist. 9, 28. ¶ 2 Messem vindemiam *adiectiue dici apud Columellam volebat Nic. Heinfs. ad Ouid. Metam. 3, 729.* Ponsimus locum 7, 3, 11 Primum admitturae (ouium) tempus vernum — vt messem vindemia, fructum deinde vineaticum foetura pecoris excipiat. *Tria magna rusticorum negotia enarrat Columella, messem, vindemiam, feturam ouium, quam autumno meliorem statim dicit. Iunge cum Heinfsio messem vindemiam, duo tantum erunt, et fructus vineaticus a messe vindemia per deinde particulam separabitur: quae in vulgata lectione συνώνυμος ponuntur in suaui gradatione.*

VINDEMIOLA, ae. f. Dimin. [τρυντιδιον] Cic. Att. 1, 10 Ego omnes meas vindemiolas eo referuo, vt illud subsidium senectuti parem. *De re ditibus loquitur.*

VINDEMIO, aere. [τρυνια] Vindemias colligere. Plin. 14, 2 Nouissimas vindemiant. *add.* Idem 18, 31. Vinum vindemiare Colum. 12, 33.

VINDEMIATVS, a, um. [Gloss. Gr. Lat. τερυννημένος] Vindemiatus.

VINDEMIATOR, oris. m. [τρυνητης] Qui vinum legit. Durus vindemiator Hor. Sat. 1, 7, 30. Columel. 3, 21 Vindemiatorum aleam subeat. Idem 4, 17 Et fructus commodius legitur a vindemiatore. *conf.* Varro L. L. 4, 18. Contractis exprimunt vindemiatoribus vinum Arnob. 7 p. 238. ¶ 2 Vindemiator, Sidas, quod Columel. 11, 2, 24 dicit septimo Calendas Septembris exoriri. Plin. 18, 31 pr. Caesari et Assyriae stella quae Vindemiator appellatur. Hoc sidus ita dictum putant, quod saepe vindemias faciat, h. e. Vvas immaturas exurat, vel nimis pluuiis infestet, vt iam amplius aliam vindemiatorum operam non postulent vites.

VINDEMIATOR, oris. m. *per syncopen, teste Porphyrione, in illo* Durus vindemiator Hor. Serm. 1, 7, 30. *Sed Vindemiator editur: et potest illud i in Consonantem abire vt in Pariete, Abiete.*

VINDEMITOR, oris. m. [τρυνητης] Idem. Ouid. Fast. 3, 407 Sine est Arctophylax, siue est piger ille Bootes, Mergetur, visus effugietque tuos:

At non effugiet vindemitor, etc. *Nempe fabulam deinde Vindemitoria s. Ampeli describit. Seneca de morte Claudii Carpebat raras ferus vindemitor vvas.*

VINDEMIATORIVS, a, um. Adi. [τρυνητικός] Quod ad vindemiam pertinet. Varro de R. R. 3, 2 Nihilo magis torcula, vasa vindemiatoria, aut serias olearias, vt trapeta. Quali vindemiatorii Vlpian. in l. Instrumento. D. de instructo vel instrumento leg. (Dig. 33 t. 7 l. 8.)

VINDEMIALIS, e. Adi. Macrob. Saturn. 7, 7 Nuper in Tusculano meo fui, quim vindemiales fructus pro annua sollempnitate legerentur. Feriae vindemiales Minuc. Felix post pr. *conf.* Suet. August. c. 35. et ibi Casaub. et Stuck. Antiq. Coniual. 1, 23.

VINDEX, icis. c. [ἕνδικος, τιμωρός, ἀμυντικός, ἀμύνητος] Vltor vel vltoris iniuriae, itemque assertor iuris. Nomen habet a vi et iniuria, vt, iudex a iure: estque is, qui vel vim atque iniuriam vindicando et interponendo se prohibet, vel illatam vltiscitur et punit. Vnius certe eiusdemque virtutis, muneris, hominis, haec sunt vim prohibere si possis et illatam vltisci. Ad posterius maxime respiciunt ista: Cic. pro Flacc. 57 Quum speculatur atque obsidet Rostra vindex temeritatis, et moderatrix officii Curia. Et ad Brut. 17 Quid hoc mihi prodest, etc. si vindex illius mali, auctor existit alterius, fundamentum et radices habituri aliores, si patiamur? Languor et immodici sub nullo vindice somni Ouid. Rey. Am. v. 145. Cic. ad Brut. 16 Petitur vt vindices atque oppressores dominationis salui sint? Vltor et vindex Columel. 7, 12 de cane. Cic. de Nat. Deor. 3, 46 c. 18 Furiae, deae sunt speculatrix, credo, et vindices et facinorum et secleris. Fraudis auarac vindex Hor. Carm. 4, 9, 37. Linguae magnae vindex, i. iactantiae. Idem ib. 4, 6, 2. Nefariorum carcer vindex Cic. in Catil. 2, 27. Scelerum vindex Lucan. 9, 17. Iustissimus vindex matris Antioepae est Amphion Ouid. de Arte Am. 3, 323. i. vltor iniuriae ipsi illatae. Sed assertorem, et vis intentatae depulsorem notat Cic. Att. 2, 16 Tusculanum et Pompeianum valde me delectant, nisi quod me illum ipsum vindicem aeris alieni, acre non Corinthio, sed hoc circumferaneo obruerunt. Coniuratio Catilinae propter aes alienum facta est, cum periculo maxime creditorum; recte igitur vindex, i. seruator creditorum Cicero, quia coniuratos occidebat. Plaut. Trin. 3, 2, 18 Atqui honori posterorum, tuorum vt vindex fieres, Tibi paterque auosque facilem fecit et planam viam Ad quaerendum honorem. Ita legendus ille locus, et vindicandus ab interpretationibus contortis, duce Gronou. Obs. 4, 3. Libertatis nostrae exististi tu vindex Cic. ad Octau. Add. Id. Phil. 2 c. 1. Ouid. Fast. 6, 648 Sic agitur censura, et sic exempla parantur, Cum vindex alios quod monet, ipse facit. Vindex hic est legislator, qui idem ius habet puniendi. In XII tabulis vindex est, qui in ius vocatum et per vim trahendum defendit. Gaius l. 22 D. §. 1 de in ius vocando, Qui in ius vocatus est — dimittendus est, si quis eius personam defendet. Gell. 16, 10 In XII tabulis ita scriptum est, Assiduo vindex assiduus esto: proletario ciui cuiusvis volet vindex esto: i. defensor quidam, qui neget illum debere, vel faciat, vt debere ille desinat. Huc respicit illud Festi, Vindex ab eo, quod vindicat, quo minus is, qui pressus est, ab aliquo teneatur. ¶ 2 Obs. Vindex et iudex in MSS. confunduntur. Vid. Drakenb. ad Sil. 2, 456.

VINDEX, icis. Adi. Vt, Poena vindex Catull. Argon. l. 65, 191. Vires vindices Ouid. Epist. 9, 13.

VINDICIAE, arum. f. [cuius nec Sing. VINDICIA, ae. euanuit, vt mox apparebit] dicuntur actiones vindicum, i. eorum, qui vindicant aliquid vel sibi vel aliis, i. offerunt, qua in re vim quandam certe simulatam et symbolicam intercessisse constat. Gell. 20, 10 Manum conferere est de qua re disceptatur, in re praesenti siue ager, siue quid aliud est, cum aduersario simul manu prendere, et in ea re omnibus (s. sollempnibus) verbis vindicare. Vindicia, id est correptio manus in re atque in loco praesenti, apud Praetorem ex XII tabulis fiebat. — Sed postquam Praetores proficisci vindiciarum dicendarum (illius vitus iubendi et dirigendi) causa in longinquas res grauabantur: institutum est, — vt litigantes — terrae aliquid ex agro de quo litigabatur, vt vnam glebam, in ius, in urbem ad Praetorem deferrent, et in ea gleba tanquam in toto agro vindicarent. Est igitur hic vindicia, quae etiam vindicatio, quam Graeci κερπίσμων s. κερπίσιον (a carpo manus) dicunt: unde κερπίσμων assertor

105

tio et assertor *καρπίστης* in Vet. Gloss. vocatur. Ergo vindicias dare secundum libertatem significat, ius corripendi, prehendi, possidendi adeo dare illi, qui pro libertate pugnat. Illustrat totam rem locus, quem bonam partem describere, quia classicus est, non piget. Liu. 3, 44 de filia Virginii, Hanc virginem adultam, forma excellentem Appius amore ardens, pretio ac spe pellicere adortus, postquam omnia pudore septa animaduverterat, ad crudelem superbamque vim animum conuertit; Marco Claudio clienti negotium dedit, vt virginem in seruitutem assereret: neque cederet secundum libertatem postulantibus vindicias: quod pater puellae abesset, locum iniuriae esse ratus. Hic Virgini — manus iniicit, serua sua natam esse — cunctantem vi abstracturum — Hic Assertor — vocat puellam in ius, etc. Aduocati puellae quum Virginiu Reipub. causa dixissent abesse, biduo affuturum si nuntiatum ei sit: iniquum esse absentem de liberis dimicare; postulant, vt rem integram in patris aduentum differat, lege ab ipso lata vindicias det secundum libertatem. Vindicias secundum libertatem dare, est decernere; vt interim, dum pater puellae accersitur, dumque ipsa status sui quaestionem patitur, in possessione ipsa sui ac libertatis esset. Huic contrarium est, quod in eadem causa ait Liu. 3, 47 Appium decreuisse vindicias secundum seruitutem, h. e. pronunciasse, vt Virginiam abducat, qui seruam suam esse contenderat. Vindicias etiam locum esse in causis hereditatum, apparet ex Cic. Verr. 1, 115 c. 45 Si habuisset iste edictum — possessio Minuciae genti esset data. Si quis testamento se heredem esse arbitraretur, quod tum non exstaret, lege ageret in hereditatem: aut per praedes (sic leg. pro vulg. pro praede) litis vindiciarum cum satis accepisset, sponsonem faceret (de pecunia perdenda si lite caderet) ita de hereditate certaret. Haec ita declarat Alconius, Aut peteret, inquit, vt possessor esset, aut acciperet ab aduersario satis per praedem (editur pro praede) litis vindiciarum, et ipse sponsonem faceret, et ita de hereditate certaret. Addit, Litis vindiciarum est, quum litigatur de ea re apud Praetorem, cuius incertum est quis debeat esse possessor, et ideo qui eam tenet satisdat per praedem (al. pro praede) litis vindiciarum aduersario suo, quo illi satisfaciatur, nihil se deterius in possessione facturum, de qua iurgium esset: rursus sponsonem ipse prouocatus ab aduersario certae pecuniae aut aestimationis, quam amittat, ni sua sit hereditas, de qua contendit. Pompon. l. 2 D. 24 de Or. Iur. de eadem historia, Appium Claudium contra ius quod ipse ex vetere iure in duodecim tabulas transtulerat, vindicias filiae suae a patre abdixisse, et secundum eum, qui in seruitutem, ab eo suppositus, petierat, dixisse, etc. Addit de Bruto, qui primus Romae consul fuit, Vindicias secundum libertatem dixit in persona Vindici Vitelliorum serui, qui proditoris coniurationem indicio suo detexerat. Haec posteriora parum ad hanc rem facere putem: cum non fuerit controuersia de statu illius Vindici vel Vindicii, de quo Liu. 2, 5 extr. sed potius ille praemium fidei in Remp. libertatem acceperit. Plura si quis desideret, aduendi sunt Icti, praesertim Rittershus. Dodecadelta P. 3 c. 8 et 10. Nos adiciemus adhuc exempla, quae ad declarandam vim vocis facere possunt, ac primo ponamus Festi quaedam, quatenus integra et sincera videntur, Vindiciae appellantur res eae, de quibus controuersia est. Vet. Gloss. Vindiciae τὰ ἐν ἀμφισβήτησιν πράγματα. Solent nempe Grammatici, quae formulae sibi certis locis substitui possunt, eas simpliciter ponere tanquam synonymas. Non longe abeamus. In hoc ipso verbo Charisius p. 20 extr. Vindiciae *καρπίστη* inquit, recte! Sed addit, *ἀνευδέξια*, Nempe praetor, cum vindicias dat secundum libertatem, libertatem ipsam dare videtur. Sexcenta talia sunt apud recentes non magis quam apud veteres Grammaticos. Itaque videntur, quae sequuntur apud Festum correctionem habere: sed cum sint corrupta, hic omittimus. Laudatur deinde locus Catonis, Praetores secundum populum vindicias dicunt: et Lucilium, Nemo hic vindicias, neque sacra, nempe numen vereretur. De quo verbo Cincius sic ait, Vindiciae olim dicebantur illae, quae ex fundo sumtae in ius allatae erant. Nempe secundum quem vindicias dabat praetor, ille glebam v. g. ex agro allatam sumebat. Hinc Grammaticus ipsam glebam putat dictam vindicias, etc. Addit Festus, At Ser. Sulpicius (nomine) iam singulariter formato vindiciam esse ait — In duodecim (tabulis habetur) Si vindiciam falsam tulit. De hac vindicia falsa quid esset disputat Rittershus. l. c. c. 9. Haec de Festi loco. Gell. 20, 10 Cum lege agitur, et vindiciae contenduntur, i. comparantur, utraue iustiores sint. Cic. pro Milon. 75 Eum denique, cui nulla lex erat, nullum Civile Ius, nulli possessionum termini: qui non calumnia litium, non iniustus vindiciis ac sacramentis alienos fundos, sed castris, exercitu, signis inferendis ptebat. Arnob. 4 p. 138 pr. Quo disceptatore, quo iudice controuersias tollemus tantas? aut quis quaesitor, quis arbiter ceruicibus tantis erit, qui inter personas eiusmodi aut vindicias iustas dare aut sacramenta conetur pronuntiare non iusta?

VINDICO, are. (Nam quod Pareus legit Lucret. 3, 895 Neque enim se vindicit hillum, deseritur a reliquis) [*ἐνδικέω, τιμωρέω, ἀμύνη*] Duplicem vim habet, quam in nomine vindex obseruauimus. Primo enim est ulcisci, castigare, punire. Cic. de Legib. 2, 39 Grauius olim ista vindicabat vetus illa Graecia: longe prouidens, etc. Idem de Amicit. 43 c. 12 Talis improborum consensus non modo excusatione amicitiae tegenda non est, sed potius omni supplicio vindicanda est. Seuere ac vehementer Cic. pro Quint. c. 7. Aliquid in aliquem Tac. Hist. 4, 45, 3. Dolus malus legibus erat vindicatus Idem Off. 3, 61. Maleficia acerrime vindicare Cic. pro Rosc. Amer. 12. Mortem vindicare alicuius Plin. 10, 43. Necem alicuius vindicare Ouid. Fast. 6, 467. Offensas suas vindicare ense Idem Trist. 3, 8, 40. Cic. de Inuent. 2, 80 Tum leges quoque et iudicia demonstranda sunt, per quae potuerit id Peccatum, quod sponte sua reus priuatus sit, moribus et iudicio vindicari. Cic. Verr. 3, 4 Omnia postremo quae vindicari in altero, tibi ipsi vehementer fugienda sunt. Seditionem vindicare Cic. Fam. 1, 9. Idem Verr. 3, 178 Atque in eam fraudem videtur mihi diuinitus incidisse, non solum vt eas poenas, quas proxime metuisset, solueret: sed vt illa etiam Scelera eius in Carbonem et in Dolabellam vindicarentur. Gell. 11, 18 Is sua lege in fures duplici poena vindicandum existimauit. Senec. de Benef. 6, 5 Quum idem homo beneficium mihi dedit, et postea fecit iniuriam: vtrum et beneficium illi reddere debeam, et me ab illo nihilominus vindicare. Cic. Qu. Fratr. 3, 1 Praesertim quum is vnus esset, qui posset de absente se vindicare? Passiue: Idem pro Caecin. 66 Fateor, hoc interdicto Praetoris vindicari, si voluntas et aequitas valeat. Vetus codex habet, Hoc interdictum Praetoris violauit. Idem Verr. 5, 132 Fateor non modo in socios, sed etiam in ciues militesque nostros persaepe esse seuerere ac vehementer vindicatum.

eatum. ¶ 2 Vindicare est Liberare, afferere. Cic. Att. 7, 2 extr. Itaque vsurpauit vetus illud Drus, vt ferunt, Praetoris in eo qui eadem liber non iuraret: me istos liberos non addixisse, praesertim quum adesset nemo, a quo recte vindicarentur. Addixisse, inquit Paullus Manutius, iussisse, pronuntiasse. Vindicarentur: subaudi, in libertatem: quod praeter ipsum alios quoque adesse oportet, qui vindicarent. Aderant enim coram Praetore dominus, seruus, vindex, testes, scriba: neque sine his iusta erat addictio liberorum in hoc genere manumissionis. Sensus est, Drusus Praetor, quum is quem manumiserat eadem liber non iuraret, quae seruus iurauerat, negauit se manumisisse, negabo ego quoque: quoniam istos, quos memores beneficii putauit futuros, improbos ingratosque experior. Haec Manutius nescio quam bene. Appian ap. Liu. 3, 46 A.M. Claudio petiturum se, vt — vindicari puellam in posterum diem pateretur, i. de statu illius pronuntiare, utrum patris maneret, an ancilla esset Claudii. Cic. pro Rabir. 16 An vero seruos nostros horum suppliciorum omnium metu, dominorum benignitas vna vindicta liberauit: nos a verberibus, ab vno, a crucis denique terrore, neque res gestae, neque acta aetas, neque nostri honores vindicabunt? Idem Qu. Fratr. 3, 1 Teque item ab eo vindico et libero. Ab vitimo Dedecore vindicare nomen gentemque Persarum Curt. 4, 14, 24. Cic. de Fin. 1, 46 Sapientiamque esse solam, quae nos a libidinum impetu et formidinum terrore vindicet. Liu. 3, 49 Si iure ageret, vindicare se a priuato Icilius, aiebant. Si vim afferre conaretur, ibi quoque se haud impares fore. Ab interitu vindicare Plin. in Paneg. c. 50. Cic. pro Sull. 26 c. 9 Sed neque honoris, neque aetatis excusatio vindicat a labore, i. Afferit, tuetur, immunem praestat. A magnitudine doloris aliquem vindicare Cic. Tusc. 2, 44. Idem Qu. Fratr. 1, 4 Te satis innocentia tua et misericordia hominum vindicat hoc tempore a molestia. Liu. 1, 26 Quo ducere hunc iuuenem (Horatium Curiatorum et sororis interfectorem) potestis, vbi non sua decora eum a tanta foeditate supplicii vindicent, i. liberare debeant. Cic. de Finib. 1, 46 Sapientiamque esse solam, quae nos a libidinum impetu et formidinum terrore vindicet. Cic. de Orat. 2, 1 Vel me hercule etiam vt laudem eorum iam prope senescentem, possem quantum, ego Ab obliuione hominum atque a silentio vindicarem. A solitudine senectutem vindicari iuris Ciuilibus scientia Cic. de Orat. 1, 199. Idem de Senect. 55 Et senectus est natura loquacior: ne ab omnibus eam vitis videar vindicare. Omissa Praepositione Fame duntaxat vindicatus exercitus Curt. 9, 10, 18. Cic. pro Sulla c. 20 extr. Cincius se non modo Ex suspitione tanti sceleris, verum etiam Ex omni hominum sermone, non armis, sed patrimonio suo vindicauit. Cic. Fam. 10, 31 Deinde Icilius apud Liu. 3, 45 Me sponsam vindicantem in libertatem vitae citius deseret, quam fides. Et c. 48 pater puellae, pectus illius transfigens, Hoc te vno quo possum modo, filia, in libertatem vindico. Cic. Fam. 10, 31 Deinde qui et me, et Remp. vindicare in libertatem paratus sim. Id. in Parad. 5 In libertatem vindicari vult? add. Id. Fam. 2, 5 et Liu. 3, 45. Cic. de Nat. Deor. 1, 56 His terroribus ab Epicuro soluti et in libertatem vindicati. Data vindicare beneficia, i. ab ingrato repetere et reuocare, Senec. de Benef. 3, 13. ¶ 3 Vindicare est aliquid tanquam suum tueri ac defendere. Vt Cic. Orat. 61 c. 19 pr. Caeterarum rerum, quae sunt in Oratore, partem aliquam sibi quisque vindicat: dicendi autem i. e. eloquendi maxima vis, soli huic conceditur. Nonnulla ab imperatore miles, plurima vero fortuna vindicat Nep. 8, 1, 4. In peragendis consularis officii partem ad se vindicabat Liu. 3, 20 pr. conf. Non. 4, 487. Ouid. ex Ponto 4, 1, 33 Vindicat vt calamis laudem quos fecit equorum. Plin. Epist. 2, 18, 4 Quam Curam si non mandasses mihi vindicassem. Cic. Offic. 1, 22 Non nobis solum nati sumus, ortusque nostri partem patria vindicat, partem amici. Idem ibid. 1, 2 Quoniam in eo studio aetatem consumsi, si id mihi assumo, videor id meo iure quodammodo vindicare. Idem pro Arch. 19 c. 8 Homerum Colophonii ciuem esse dicunt suum, Chii suum vindicant, Salaminii repetunt, Smyrnaei vero suum esse confirmant. Ouid. ex Ponto 1, 3, 56 Quocumque aspicias campi cultore carentes, Vastaque quae nemo vindicet, i. sibi colendo asserat, sua esse ipsa cultura ostendat, arua iacent. Plin. 13, 19 Africa circa Carthaginem Punicum malum cognomine sibi vindicat, eo ipso quod Punica appellantur. Vindicare Nomen sibi Quinct. 1 Pr. 14. Cognitionem rerum naturae Cels. 1 Praef. Libertatem vindicare, Defendere Caes. Bell. Gall. 7, 76. Verecundiam vindicare silentio Quinct. 8, 3, 39. Caelo vindicarunt Neruum Dii Plin. Pan. 10, 4, i. asseruerunt, eo transtulerunt. Cic. pro Rabir. Post. 25 Hoc quidem semel suscepto atque contracto, perpetienda illa fuerunt, vt se aliquando ad suos vindicaret, i. seruitute illa regia eriperet. Cic. Verr. 3, 132 c. 58 pr. Pro dii immortales, hoc aut innocens homo perpeti potuisset, aut quamuis nocens, qui modo iudicia Romae fore putaret, non aliqua se simulatione exillimationi hominum vindicasset? Sed Graeu. defendit venditasset. ¶ 4 in MSS. confunditur cum Iudicare, v. v.

VINDICANS, tis. Partic. Iustin. 5, 3, 6 Tyrannidis sibi impotentiam vindicantes. Add. Id. 23, 2, 5 et 27, 2, 1. Diis periuria et parricidia vindicantibus Id. 24, 3, 10.

VINDICĀTVS, a, um. Arrogandi significatu. Curt. 3, 12, 16 Ius magis a rege permissum quam vindicatum ab Haephaestione. Dolus malus legibus vindicatus Cic. Off. 3 c. 15. i. punitus. Improbum Facinus, sed fortasse adhuc in nullo etiam vindicatum Id. Verr. 3 c. 84. Mare vindicatum Vellei. 2, 73, 3. Pars maior victoriae a se vindicata Liu. 44.

VINDICĀTIO, ōnis. f. [ἐνδίκσις] Vltio, vindicta. Cic. de Inuent. 2, 161 c. 22 Vindicationem, per quam vim et contumeliam defendendo, aut vlciscendo propulsamus a nobis et a nostris, qui nobis esse chari debent, et per quam peccata punimus. Est Titulus Pand. 6, 1 De rei vindicatione. E. g. Vlpian. l. 3 Marcellus libro 4 Digestorum scribit, Qui gregem habebat — Et haec utique gregis vindicatione continebuntur. Idem titulus est C. Theod. 2, 23 95 et Iustin. 3, 32. Est nempe rei vindicatio nihil aliud, quam proprietatis assertio quaedam et defensio. conf. Gai. Ict. D. 47 t. 2 l. 54.

VINDICTA, ae. f. [ἐνδίκη, τιμωρία] i. Animaduersio pro delicto. Paullus in l. Quod Reipub. De iniuriis. Quod Reipub. vindicandae causa secundum bonos mores fit: etiamsi ad contumeliam alicuius pertinet, quia tamen non ea mente magistratus facit, vt iniuriam faciat, sed ad vindictam maiestatis publicae respiciat, actione iniuriarum non tenetur. Lento gradu ad vindictam sui diuina procedit ira Val. Max. 1, 1 ext. 3. De priuata vltione. At vindicta bonum vita iucundius ipsa Iuuenal. 13, 180. ¶ 2 Vindicta, idem

quod Vindictae, assertio. ut, Ouid. Remed. 74 Publicus assertor dominis oppressa leuabo Pectora, vindictae quisque fauete suae. ¶ 3 Est etiam peculiare genus manumissionis, quod Vindicta fieri dicitur. Ponamus primo verba Liuii 2, 5 extr. Praemium iudici (confurationis cum Tarquinii exsulibus) pecunia ex aerario, libertas, et ciuitas data. Ille primum dicitur Vindicta liberatus. Quidam vindictae quoque nomen tractum ab illo putant; Vindicio ipsi nomen fuisse. Post illum obseruatum, ut, qui ita liberati essent, in ciuitatem accepti viderentur. Videtur antiquitus adhibitus ea in re baculus, vel virga, qua ultimum velut percuteret dominus, postea Praetor, seruum, et hinc tergum illius a serui vexatione liberum esse iuberet. Hinc, ut in vindicta factum modo obseruauimus, vindicta dici coepit ipsa virga illa symbolica. Hor. Serm. 2, 6, 76 Quem ter vindicta quaterque Imposita haud quam misera formidine priuet. Vet. Schol. Vindicta virga, qua percutiebantur serui, dum liberi fiebant. Perf. 5, 88 Vindicta postquam meus a Praetore recessi. Vet. Schol. Vindicta virga est, qua manumittendi a Praetore in capite pulsantur, ideo dicta, quod eum vindicat libertati. Gloss. Nomiae, Βενδίκτα ἢ ῥάβδος μετ' ἧς ὁ ἀρχὼν ἢ ἔ Προαίτωρ τὴν τῷ ἐλευθερωμένῳ κεφαλὴν ἐπαιὼν φέροντες, Φαμέν τὸν παρόντα ἀνδρῶπων εἶναι ἐλεύθερον, ἢ πολίτην Ῥωμαίων. Plin. Epist. 7, 16 Hic (Caelestrius Tiro) nunc Proconsul provinciam Baeticam per Ticinum est petiturus. Spero, immo confido, facile me impetraturum, ut ex itinere deflectat ad te. Si voles vindicta liberare, quos proxime inter amicos manu misisti, nihil est, quod verearis, ne sit hoc illi molestum. Cic. pro Rab. Perd. 16 c. 5 An vero seruos nostros horum suppliciorum omnium metu dominorum benignitas vna vindicta liberabit: nos a verberibus — neque nostri honores vindicabunt? Add. Tac. Ann. 13, 27. Claudian. in 4 Conf. Honor. 612 sqq. et integer Titulus Pandect. (40, 2) de manumissis vindicta. ¶ 4 Cum Vindicta sit poena etiam et coercitio, lapide Varro de R. R. 3, 9, 19 Motus gallinarum, et lux pinguitudinis vindicta, i. cohibent et impediunt pinguitudinem. Sic antiqui omnes. Al. pinguitudini inimica. Suscipere vindictam legis Ouid. ex Pont. 4, 6, 33. Libertatis vindicta Vellei. 2, 64, 2.

VINDICTOR, oris. m. [Gloss. Gr. Lat. ἑκδικος,] defensor, vindictor.

VINEA, ae. f. [ἀμπελῶν] Locus vitibus constitus: vel ipsa adeo Vitis. Cic. de Lege Agrar. 2, 86 Iugera CCC ubi institui vineae possunt. Columel. 3, 2 Ideo non est vineis apta, vix etiam arbutto. Ego, cum omne genus ruris nisi diligente cura sciteque exerceatur, fructuosum esse non iudicem, tum vel maxime vineas: res enim est tenera, infirma, iniuriae maxime impatiens Colum. 4, 3. Nimia vinearum studio negliguntur arua Suet. Domit. c. 7. Brachiata, vid. BRACHIVM. Caluata, vid. CALVA. Campestris Columel. 12, 21. Capitata, Collina, Compluniata, vid. bb. II. Culta Tibul. 1, 10, 37. Imputata Hor. Epod. 16, 44. Macerri-mae vineae Columel. 8, 1. Palustres vineae Idem 12, 21. Conferere in agro vineam Cato c. 6. Constituere vineas Columel. 3. Decussare vineas Idem 12, 53. Floret vinea Ouid. Fast. 5, 264. Fodere vineam Columel. et Varr. 1, 31. Frequentare vineam Id. Induunt se vuis vineae, Iugare vineas, vid. ff. II. Limitare vineas Plin. 17, 22. Occare vineas Columel. 11, 2. Ordinare vineam paribus interuallis, vid. ORDINO. Palare vineas Columel. 11, 12. Pampinare vineas, vid. PAMPINO. Columel. . . Et nos Publi Siluine magno animo vineas ponamus, etc. Add. de Arb. 4, 2 ubi leg. Vineae optime repastinato agro ponitur pro vulg. reponitur. Pubescit vinea Virg. Georg. 2, 390. Purgare vineam Catull. Argon. 62, 39. Columel. . . Factis sulcis optime sternitur. Verberatae grandine vineae Hor. Carm. 3, 1, 29.

¶ 2 Vineae, Instrumentum oppugnationibus aptum, quod describemus verbis Veget. 4, 15 E lignis leuioribus machina colligatur, alta pedibus octo, lata pedibus septem, longa pedibus sexdecim. Huius telum munitione duplici, tabulatis cratibusque contextitur. Latera quoque vimine sepiuntur, ne saxorum telorumque impetu penetrentur. Extrinsecus autem, ne immisso concremetur incendio, crudis ac recentibus coriis vel centonibus operitur. Ista cum plures factae fuerint, iunguntur in ordinem, sub quibus subsidentes tuti ad subruenda murorum penetrant fundamenta. Recte ergo Festus, Vineae etiam militares, quaedam machinationes a similitudine appellantur. Cognati Plutei de quibus s. l. Plaut. Mil. 2, 2, III Ad cum vineas, pluteosque agam. Agere vineas Sall. Iug. c. 37. Cic. Fam. 15, 4 Aggere vineis, turribus oppugnavi, vsusque multis tormentis. Idem Philip. 8, 17 c. 9 Conductae vineae sunt, pugnatur acerrime. conf. Id. Fam. 2, 10. Liu. 5, 7 Cum agger promotus ad urbem, vineaeque tantum non iam iniunctae moenibus essent — aggerem ac vineas incendium hausit. Lucil. apud Festum voce SVB, Neque prodire in altum, praeliari procul sub vite, i. Festo interprete sub vinea militari pugnare. Idem Festus in SVB, Sub vineam iacere dicuntur milites, cum adstantibus centurionibus iacere coguntur sudes. Add. VITIS.

VINEOLA, ae. f. Dimin. Vet. Inscript. apud Fabrett. p. 223 HVIC MONVMENTO. CEDIT. CVM. VINEOLA. SOLA. SVO. FINE. VINEAE.

VINEARIUS, a, um. Adi. [ἀμπελῶν] Quod est vineae, vel quod ad vineam pertinet: ut, Collis vinearius Columel. 5, 6, 36. add. Solin. c. 26.

VINEATICVS, a, um. Adi. [ἀμπελῶν] Idem. Vt, Falces vineaticae Varro de R. R. 1, 22. Cultus Colum. 4, 33. Fructus Id. 7, 3. Idem 4, 1 Vnum tamen atque alterum reprehendissent, quippe feminibus vineaticis nimium me profundos censuisse fieri scrobes. Cato c. 11 Ferramenta, calculas vineaticas sex.

VINEALIS, e. Adi. [ἀμπελῶν] Quod est aptum ad vineam. Columel. 3, 12 Sed ne nunc per infinitas reni species euagemur, non in tempestiue commemorabimus Iulii Graecini conscriptam velut formulam, ad quam posita est limitatio terrae vinealis.

VINETVM, VINITOR, VINOSVS, vid. VINVM. VINVM, i. n. [οἶνος] Succus uvarum post fermentationem primam, nam post alteram fit acetum. Vinum hilaritatis dulce seminarium Varro ap. Non. 1, 115. Martial. 3, 35 Refinata bibis, vina Falerna fugis. Quid. de Arte Am. 1, 244 Et Venus in vinis, ignis in igne fuit. Nox erat, et vinis oculique animique natabant Ouid. Fast. 6, 673. Vinum nullarum virium, et Ingentium virium, contraria Cels. 3, 19. Vinum cui nihil aetatis accessit Idem 2, 26. Senec. Epist. 36 Ariston aiebat, malle se adolescentem tristem, quam hilarem et amabilem turbae. Vinum enim bonum fieri, quod recens durum et asperum visum est: non pati aetatem, quod in dolio placuit. Id est, (ait Budaeus.)

daeus, quod musteum adbug, et a lacu recens, maturum iam potui visum est. Vina quippe in doliis inueterascere non sinebant antiqui, sed in amphoras et cados diffundebant. Inde illud Iuuen. Sat. 5, 30 Ipse capillato diffusum Consule potat. et Hor. Epist. 1, 5, 4 Vina bibes iterum Tauro diffusa, vid. Vinum diffundere, in DIFFUNDO. Plural. 5
Cic. Verr. 1, 91 Vina caeteraque, quae in Asia facile comparantur. Alibi saepe vid. Seru. ad Virg. Ecl. 5. Languidus vino, vid. LANGVOR. Cic. Post red. in Senat. 12 Vini, sonini, stupri plenus, madenti coma. Aetas media vini, vid. AETAS. Certamen mite vini Tibull. 3, 6, 11. Pernicies vini, lymphae Catull. ad puerum s. 25, 6. Saporis infirmi vinum, vid. INFIRMVS. Violentia vehemens vini Lucret. 3, 481. Ad vinum, Inter conuiuium, vid. AD Praepositionem. Vel here In vino quam immodestus fuisti Ter. Heaut. 3, 3, 6.
 Inter coenam manu sinistra
 Non belle vteris
 In ioco atque vino
Catull. 12, 1. Inter vina Hor. Od. 3, 6, 26. et Epist. 1, 7, 28. Regna vini fortiri talis, vid. TALVS pro Ludo, in TALVS. 2 Epitheta sunt prope infinita a patriis, a sapore, a colore etc. Vid. Gesneri 20 Lexicon rusticum. Aigleuces vinum, Albanum vinum, Album vinum, Allobrogicum vinum, Amineum, Asperum, Atrum, Austerum, vid. hb. vv. Bellissimum vinum Columel. 12, 19. Caecubum vinum, Calenum, vid. hb. vv. Calidum Ouid. Met. 15, 324. Chium Scribon. 165, 170. Cibarium, Circumcisitium vinum, Collina vina, Defrutum vinum, vid. hb. vv. Martial. 1, 107 Raram Diluti bibis vnciam Falerni. Doliare vinum. In dolia vina ea mente conuicimus, vt ex his postea in amphoras et cados diffundamus Proculus Ict. 1, 15 D. de tritico, vino etc. Vlpianus, De periculo et commodo rei venditae, l. prima, Si doliare vinum emeris, nec de trahendo eo quidquam conuenerit, id videtur actum, vt ante euacuarentur, quam ad vindemiam opera eorum futura sit necessaria. Doliare vinum dicitur ad differentiam Vini pendentis. Vid. Catonem 148 quae fit lex vino in doliis, et oleae pendenti. Edentulum vetustate vinum Plaut. Poen. 3, 3, 87. b. e. Quod vim suam amisit. 35 Factum vinum Columel. Faecatum vinum, Falernum vinum, vid. ff. ll. Firmissimum Virg. Georg. 2, 97. Forte Columel. Martial. 2, 40 Condantur paruo Fusca Falerna vitro. Gaurana vina, vid. GAVRVS. Honorarium vinum, quod regibus et potentibus honoris gratia offertur. Cato de innocentia sua: Cum essem in prouincia legatus, quam plures ad Praetores et Consules vinum honorarium dabant: nunquam accepi, nec priuatus quidem. Haec Isid. Orig. 20, 3. Hornotinum . . . Hornum, Indigena, Ignitius, vid. ff. ll. Inueteratum Plin. 14, 2. Lar- 45 ga aut Libera vina Hor. Carm. 3, 18, 6. et de Arte Poët. 85. Cic. Tusc. 5, 13 Tanquam Lenia quaedam vina nihil valent in aqua, sic Stoicorum ista magis gustata, quam potata delectant. add. Ter. Heaut. 3, 1, 49. Marathrites vinum, vid. MARATHRVM. Mar- 45 cida Stat. Silu. 1, 6, 33. Marficum Scribon. 57. Mellitites Plin. 14, 9. et 36, 89. Meracum et Merum, vid. MERVS. Molle 50 vinum, Quod caret asperitate et defaecatum est Virg. Georg. 1, 341. Mucidum, vid. MVCOR. Myrtites, vid. MYRTVS. Martial. 13, 108 Attica Nectareum turbatis mella Falernum. Nigrum. . . . Primae Notae, secundae, tertiae. . . . Nouitium vinum, vid. NO- 55 vvs. Cic. de Clar. Orat. 286 Vt si quis Falerno vino delectetur, sed eo nec ita Nouo, vt proximis Consulibus natum velit: nec rursus ita vetere, vt Opimium, aut Anicium Consulem quaerat. Oenan- thinum vinum, Omphacium vinum, Operarium vinum, vid. hb. ll. Opimianum, ab Opimio, COS. v. v. Passum vinum, Peculiare, Pendens, vid. hb. vv. Pendulum . . . Praefami- 60 num vinum Cato R. R. 141 nullum est. Praefamino est Imperatius anti- quus pro Praefator. Praeliganeum Idem R. R. 23, 2. Pramnum, Protropum vinum, vid. hb. vv. Purum Ouid. Met. 7, 594. Recens Scribon. 271. Resinatum, vid. f. l. Rubellum, vid. h. v. Ru- bens Ouid. Fast. 5, 511. Non Saccatum Scrib. 122. Signium vinum 65 Scribon. 112, 113. Sireum, vid. SAPA. Spurcum, Surrentinum, Tenue, Trimum . . . Tortium . . . Toruum, Vapidum, Vehemens, Vetulum, vid. hb. ll. Vetus Scri- bon. 271. 3 Verborum formulae: Abstinerere vino, Ab- sumere vinum, Acere vinum dicitur, Adhibere vinum aegro- 70 tis, Carere vino, Circumcidere vinum, vid. hb. vv. Coa- cescit vetustate vinum Cic. de Senect. 65 c. 18. Cogere, vid. mox Pendet vinum. Plin. 14, 21 Et Collecto iam vino differentia in cella. Colligere, Condere, Concinnare, Corrigere vina, vid. ff. ll. Dare vinum Scribon. 20. Defaecatum vinum, Defundere, 75 vid. ff. ll. Cic. de Finib. 2, 23 Quibus vinum Diffusum e pleno sit oeno- phoro, vt ait Lucilius. Dant animos vina Ouid. Met. 12, 242. Eliquatam vinum a faecibus Columel. 12, 27. Cic. de Diuin. 2, 117 c. 57 De vino aut falsamento putes loqui, quae Euanescunt vetu- 80 state. Expletus dapibus vinoque sepultus Virg. Aen. 3, 630. Ex- furdant feruida vina subtile palatum Hor. Serm. 2, 8, 38. Facit in- genium vinum Ouid. Met. 7, 433. Facit somnum vinum Idem Fast. 1, 421. Cic. de Amicit. 69 c. 19 Veterrima quaeque, vt ea vina quae vetustatem Ferunt, esse debent suauissima. Fugiens vinum Idem Off. 3, 91. Vid. FVGIO. Fundere vina pateris Virg. Aen. 5, 85 98. Fundere liquentia vina Idem Aen. 5, 238. Iacebant gra- ves vino somnoque Ouid. Epist. 14, 33. Impulsus vino Quinctil. 4, 2. Incallescere vino, Infuscare vinum, Inuergere vina, vid. hb. vv. Lauere dulci mala vino, Diluere et obstergere curas 90 anxias dulci vino Hor. Carm. 3, 12, 2. Leuare vino curasque sitim- que Ouid. Met. 12, 156. Liquare ex vino Celf. 5, 28. Ma- dent membra vino, vid. MADEO. Marcescere nimio vino Ouid. ex Pont. 1, 5, 45. Medicata suffitione vina, vid. MEDICO. Mer- sus vino et madens, i. Ebrius Sen. Epist. 84. Miscere vinum aqua, Nutrire vinum, vid. hb. vv. Olere vina Hor. Epist. 1, 19, 5. Pa- 95 rant vina animos Ouid. de Arte Am. 1, 237. Pellere curas vino Hor. Carm. 1, 7, 31. Vinum, priusquam coactum est, Pendet putri- dum Plaut. Trin. 2, 4, 12. Pressa vina Hor. Epod. 13, 8. Promere languidiora vina Idem Carm. 3, 21, 8. Promens horna dulci vina dolio Idem Epod. 2, 47. Reponere vina mensis Virg. Aen. 7, 134. 100 Sepulti vino conticuere, Sopiti et obruti vino Idem Aen. 9, 236. Se- pulta vrbs somno vinoque Idem Aen. 2, 265. Sequitur quies vina Ouid. Fast. 3, 305. Soluti somno vinoque procubuere Virg. Aen. 9, 189. Subtrahere vinum Celf. 3, 2. Cic. de Nat. Deor. 3, 78 c. 31 Vt si medicus sciat eum aegrotum, qui iussus sit vinum Sumere, 105

meracius sumturum, statimque periturum, magna fit in culpa. Transire ad vinum, *vid. AD Praepositionem.* Ventilare vinum, *vid. VENTILLO.*

Vti largiore vino, *vid. LARGVS.*

¶ 4. *Formulae aliae:* Cic. in Pison. 67 Paris et vinum a propola et de cupa. Idem in Brut. 287 Si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet? Idem de Nat. Deor. 2, 60 Quum fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum.

Virg. Aen. 1, 728 Crateras magnos statuunt, et vina coronant. *h. e. Implent pocula usque ad marginem. Hunc versum legimus etiam 7, 147.* Idem 9, 318 Inter lora, rotasque viros, simul arma iacere, Vina simul.

Macrob. Sat. 1, 12 de Bona Dea, Horum omnium hoc proferunt indicii — quod vinum in templum eius non suo nomine soleat inferri, sed vas, in quo vinum inditum sit, melarium nominetur, et vinum lac nuncupetur.

¶ 5. *Succus etiam aliorum pomorum Vinum vocatur.* V. g. Vinum e pomis Pallad. Oët. 16. E malis Id. Febr. 25, 19. E malis granatis Id. Mart. 10, 10. De piris Pall. Febr. 25, 11. E forbis et piris Idem Ian. 15, 5.

VILLVM, i. n. [*οἰνώριον*] Dimin. sicut ab Vnus Villus, Catena Catella etc. Ter. Adelph. 5, 2, 11 Interea in angulum aliquo abeam, atque edormiscam hoc villi.

VINACEVS, a, um. *Natura sua Adiectiuum fuit. Ac primum videntur tribuisse hoc nomen Folliculis acinorum vuae expressis illis quidem et suo succo priuatis, ita tamen, ut illa grana siue semina comprehendere.* Totum hoc a prelo reliquum *στέμφυλα* vocant Graeci, quo non in vuis tantum vtuntur, sed etiam in olea.

Sic Pes vinaceorum bene prelo expressus prouitit Col. 12, 43, 10. Sic Vinaceos recentes dixit Cato 25. Illutos quibus aqua non est affusa lorae faciendae causa, Id. 147. Calcare vinaceos i. acinos vuarum iam semel expressos Colum. 12, 59, 2. Dolia, quo vinaceos condas Cato 10, 2. Idem 25 Vinaceos quotidie recentes succernito.

Col. 3, 1, 5 Humido loco sciet non recte mandari fructus teneri et amplioris acini, sed callosi et angusti, frequentisque vinacei: al. vinaceis. Vinaceus siue vinaceum hic est granum illud lignosum, s. semen vuae.

Sic Gloss. Vinaceus, semen vuae, acinus, *στέμφυρον.* ¶ 2. *Vinacea intell. bacca, expressa nimirum.*

Col. Arb. 4, 5 In imo scrobe — vinaceae heminam — ponito de vite ponenda. De eadem re Plin. 17, 22 Circum capita addito stercus, paleas, vinaceas etc. Vinaceam stercori mistam memorat Pallad. Feb. 9, 14. Vinaceae cibus agnorum Varr. R. R. 2, 2, 19. Vinaceae cibo sterilefcunt gallinae Pall. 1, 27, 1. Add. Coll. 8, 4, 2. 8, 5, 25.

¶ 3. *Vinaceum intell. granum vel semen.* Vinacea, quae acinis celantur, iam infuscata, et nonnulla propemodum nigra, *signum maturitatis* Colum. 1, 2, 69. Vuae passu, detractis (*exemptis*) vinaceis Colum. 12, 75, 5. Sine vinaceis vuae quomodo creentur Idem Arb. 9, 2. Etiam Cic. de Sen. 52 c. 15 Omitto enim vim omnium, quae generantur a terra, quae ex vici tantulo grano, aut ex acini (*sic leg. non acino*)

vinaceo — tantos truncos racemosque procreat. De totis acinis prelo expressis Colum. 6, 3, 4 Licet etiam — eluta et siccata vinacea, quae de lora eximuntur, cum paleis miscere. Idem 8, 4, 2 de gallinis, Vinacea quamuis tolerabiliter pascunt, dari non debent. Vinacea conspissata Idem 12, 43, 12.

VINACIOLA, ae. f. *Certa aliqua vitis, quam foli nouere Sabini et Laurentini* Plin. 14, 3.

VINALIA, ium. n. [*Ἰνάλια*] Varro L. L. 5, 3 p. 47, 13 Vinalia a vino. Hic dies Iouis, non Veneris. Huius rei cura non leuis in Latio. Nam aliquot locis vindemiae primum a sacerdotibus publice fiebant, vt Romae etiam nunc. Nam flamen dialis auspicatur vindemiam: et vt iussit vinum legere, agna Ioui facit: inter cuius exta caesa et porrecta flamen prorsus vinum legit. In Tusculanis sacris est, Vinum nouum ne vehatur in urbem ante quam Vinalia Kalentur.

Et p. 48, 8 Vinalia rustica dicuntur ante diem duodecimum Kalendas Septembres, quod tum Veneri dedicata Aedis, et in circo ad aram eius ab sacerdotibus fiunt ludi illi, quibus Virgines Sabiniae raptae. Plin. 18, 29 f. 69, 3 Vinalia priora, quae ante hos dies sunt IX Kalendas Maii degustandis vinis instituta. Et mox Vinalia altera, quae aguntur ante diem decimum tertium Kalendas Septembris etc. Haec itaque sunt Rustica Vinalia. Dissensus circa vnum diem forte a temporis diuersitate et mutatione aliqua est. Sic Festus, Rustica vinalia appellantur mense Augusto quarto decimo Kalendas Septembris Iouis dies festus, quia Latini bellum gerentes aduersus Mezentium, omnis vini libationem ei Deo dedicauerunt. Eodem autem die Veneri templa sunt consecrata, alterum ad circum maximum, alterum in luco Libitinenfi, quia in ipsius deae tutela sunt horti: forte etiam vineae: adde aratam Bacchi et Veneris societatem. Sed aliter, vt vidimus, Varro. Ouid. Fast. 4, 863 copiose agit de Vinalibus: inter alia 877. Cur igitur Veneris festum Vinalia dicant, Quaeritis: et quare sit Iouis ista dies? Vid. locus.

VINALIS, e. Adj. *Ad vinum pertinens, a vino ortum.* Macrob. Saturn. 7, 7 extr. Si qua vinalis fortitudo in hominem refedit, hanc diluit et extinguit.

VINARIVS, i. m. [*οἰνοπώλης, οἰνοπότης* Gloss. Cyr.] Vini venditor. Lampridius scribit c. 33 Alexandrum Romanum, Imperatorem constituisse corpora vinariorum, et caligariorum, et omnino omnium artium. Plaut. Afin. 2, 4, 30 Sed vina, quae heri vendidi vinario Exaerambo, etc. Vid. Idem Poen. 4, 2, 16. Sall. Fragn. c. 2 p. 936 Cort. Suet. Claud. c. 40. Vinarius, pro Vinoso et ebrioso, Vlpianus in l. Ob quae. De aedilicio edicto, Item aleatores et vinarios non contineri edicto quosdam respondisse Pomponius ait: quemadmodum nec gulosos, nec impostores, aut mendaces, aut litigiosos. Ibidem, in l. Aediles Vrputa si imitatione conseruorum apud emtorem talis factus est, aleator forte, vel vinarius, vel erroneus sit.

VINARIVS, a, um. Adj. [*οἰνός*] Quod ad vinum pertinet: Plin. 14, 13 Armaria, in quibus erant clauces vinariae cellae. conf. Cic. de Sen. c. 16. Plin. 24, 1 Qua de causa et in saccos vinarios additur polenta. Ager Ammian. 30, 2. Cic. pro Font. 9 c. 5 Cognoscite nunc de crimine vinario, quod illi inuidiosissimum et maximum esse voluerunt, quod obiicitur Fonteio, de portorio vini exportandi causa constituto. Lacus vinarii Columel. 12, 18. Saccus vinarius, vid. SACCVS. Cic. Verr. 6 (4) 62 c. 27 Erat etiam Vas vinarium ex vna gemma pergrandi, etc. add. Colum. 4, 6. Pallad. 1, 18. Scaeuola Ict. D. 23 t. 7 l. 7.

VINARIVM, i. n. Cadus. Hor. Serm. 2, 8, 39 Inuertunt Aliphannis vinaria tota. conf. Petron. c. 70 et 78.

VINEVS, a, um. Adj. Vt, Vineus latex Solin. c. 5.

VINĒTVM, i. n. [*ἀμπελων, οἰνώφυρον*] Locus, ubi multitudo vitium confita est, hoc est, ubi multae vites, vel multae vineae sunt. Columel. 6 P

mol.

mel. 3, 4 Cui vineta facere cordi est, faciat vitarium, ex quo possit agrum vineis vestire. *conf. ib. c. 20.* Cic. de Nat. Deor. 2, 167 c. 66 Nec vero ita refellendum est, ut si segetibus aut vinetis cuiuspiam tempestas nocuerit. Idem de Legib. 2, 21 Sacerdotes vineta virgetaque et salutem populi auguranto. Laeta vineta Lucret. 2, 1157. Mandentia vineta Stat. Silu. 3, 5, 99. Restibile vinetum, Quod singulis annis repastinatur, id est restituitur Columel. . . Ut vineta egomet Caedam inea Hor. Epist. 2, 1, 220. *i. fatear culpam, quae forte mihi queat nocere, vel simpliciter, ut neque mihi et mei ordinis hominibus parcam.* Conferere vinetum Colum. c. 11. Vineta Gallos et Pannonios Habere permisit Probus Eutrop. 9, 12. Infestantur vineta Austris et Euris, *vid. INFESTVS.* Instituire vineta Columel. 3, 2. Ordinare vineta Idem 4, 27. Domitianus edixit, ut in prouinciis vineta Succiderentur Suet. c. 7.

VINIFER, era, erum. *Vt, Vitis vinifera Apul. de Herb. c. 66.* 15
VINIPOTOR, oris. m. [*οἰνοπότης*] Potator vini. Plin. 14, 54 Scitum de quodam vinipotore reperitur, Syraculis tandem potare solitum, donec ab eo cooperta in terra oua foetum ederent. *Vetus exemplar legit Potore.*

VINITOR, oris. m. [*ἀμπελουργός*] Rusticus vinearum cultor. 20
Columel. 3, 3, 8 Vinitorem vulgus quidem parui aeris, vel de lapide noxium posse comparari, putat: sed ego — pretiosum vinitorem in primis esse censeo. Cic. de Fin. 5, 40 c. 14 An ea, quae per vinitorem antea conseqebatur, et per se ipsam curabit? Vinitor opus obibit Colum. 4, 24 pr. Vuae maturae vinitor Virg. Ecl. 10, 36. 25

VINITORIVS, a, um. Adi. [*ἀμπελουργικός*] Quod est vinitoris. Columel. 4, 25 Est autem sic disposita vinitoriae falcis figura.

VINIVORAX, acis. Monstra adeo ista ficta sunt per viniuoraces *i. vinosos, vini cupidos, Commodian Instruēt. 18 p. 23.*

VINOLENTVS, a, um. Adi. [*πάρκοιτος, οἰνόφλυξ*] Ebrius, qui 30
vino se ingurgitavit, vel ingurgitare solet. Plaut. Aul. 4, 7, 8 Te eam compressisse vinolentum virginem. Cic. Acad. 4, 87 c. 27 Dormientium et vinolentorum et furiosorum visa imbecilliora esse dicebas, quam vigilantium, siccorum, sanorum. Idem de Lege Agrar. 1, 1

Haec per deos immortales, utrum esse vobis consilia siccorum, an vinolentorum somnia? Idem Fam. 12, 25 Si sum in Antonium inuectus, ut ille non ferret, omnemque suum vinolentum furorem in me vnum effunderet. Medicamina vinolenta Idem in Pison. 13. Id. in Orat. 99 c. 28 Furere apud sanos, et quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur. Incidere in vinolentiam vinolentorum Idem 40

Tusc. 5, 118. *conf. Nep. 7, 11, 4. et 16, 3, 3.* Tac. Germ. 32, 3. Prudent. Perist. 14, 250.

VINOLENTIA, ae. f. [*οἰνόφλυγία*] Ebrietas. Cic. in Topic. 75 c. 20 Cuius etiam generis illa sunt, ex quibus verum nonnunquam inuenitur pueritia, somnus, imprudentia, vinolentia, insania. Amor, 45
iracundia aegritudo, vinolentia Idem de Inuent. 2, 17. Idem Tusc. 4, 26 Aegrotationi autem talia quaedam subiecta sunt, auaritia, ambitio, mulierositas, peruicacia, liguritia, vinolentia, cupedia, et si qua similia. Idem Philipp. 2, 101 c. 39 Quid furiosam vinolentiam tuam proferam? *add. Sen. Ep. 83. Tac. Ann. 2, 65, 3.* 50

VINOSVS, a, um. Adi. [*οἰνόδης, οἰνοπέπραντος*] Cupidus vini. Laudibus arguitur vini vinosus Homerus Hor. Epist. 1, 19, 6. Plinius *ait idcirco vinosos dici homines, quod soli animalium non sitientes bibunt. Sic legit Calepinus: ubi nunc sic legimus. 23, 1* Vino debemus homines, quod, etc. Ouid. Fast. 3, 760 — *vinosior aetas Haec erat,* 55
et grauidae munera vitis amans. Histrorum pauci, qui modice vinosi erant, memores fuerunt fugae: aliis somno mors continuata est Liu. 41, 4. Vinosi hic sunt simpliciter ebrii. Fructus

vinosus Columel. 5, 10. Mordacitas vinosa ad linguam, *h. e. Quae haud secus ac vinum linguam ferit* Plin. 21, 18. Sapor vinosus Id. 60
12, 13. Senex vinosus Ouid. de Arte Am. 3, 330. Succus vinosus, *ut auctor est* Plin. 15, 28 proprie est moro, pyro, myrto. Idem 13, 39. 23, 6 Inter mali punici genera, vinosa quaedam appellat, quae aluum sistunt et stomachum. Acidum pomorum succi vinosioris

Suet. Aug. c. 77. Autumnus succis pomorum vinosissimis diluit 65
Tertull. de Anima c. 48. Plaut. Curc. 1, 1, 79 Quid opus est verbis? vinosissima est. Conuiuia vinosa Ouid. Amor. 3, 1, 17.

VINOSITAS, atis. f. Tertull. de Ieiuniis c. 1 Arguunt nos, quod xerophagias obseruemus, siccantes cibum ab omni carne et omni iurulentia et viuidioribus quibusque pomis, ne quid vinositatis veledamus vel potemus. 70

VINVLVS, vel VINNVLVS, a, um. *Vox dubiae descriptionis et significationis. Fundus illius vnus adhuc* Plaut. Asin. 1, 3, 70 Compellando blanditer, osculando, oratione vinnula, venustula: *sic legitur apud Non. 2, 898 qui interpretatur sensilocom, id est illecebrium.* Festus, Vinulus dicitur molliter se gerens, et minime quid viriliter gerens. *Laudatur deinde locus Plauti.* Ibid. 2, 19 VINNOLATA (forte Vinnula) vox est leuis et mollis, atque flexibilis, et vinnolata dicta a Vinno, *h. e. cincinno molliter flexo.* An alludit ad viendi verbum, et deriuatum inde vimen? Oratio tinnula, *quam Plauto substitutum iuere,* 80
bona esset. Sed Festus et Nonius ad elementum v eam aperte referunt. Lepidum quiddam et placens esse, satis apparet, forte quod paullatim amatozem inebriet. Tribuitur etiam Cic. Att. 4, 16 p. 434 a Bosio et Grutero, qui legunt ex coniectura, Nam profecto rem habes vinulam *i. lepidam, iucundam, quam tibi narraui.* Sed libri constanter Rem non habes nullam. *Vid. Manut. et Graeu.* 85

V I O

VIOCVRI, orum. m. Viarum curatores. Varro L. L. 4, 1 p. 6, 36 90
Quis enim non videt, vnde aurifodinae et viocurus? *In antiquo Lexico scribitur, Viaculus, ὄων ἐπιμελητής, sed vel viarius, vel viocurus, in eo scribendum censeo,* Turnebus 22, 17. *qui laudat etiam alium locum Varronis de L. L. 4, 32 Sed quem ita exhibet Scal. p. 38, 9 Simili de causa Publilius vicus et Cosconius vicus, quod ab his vireis (i. viris, Turneb. viocuris) dicuntur aedificati.* *Add. l. 2 ff. de Cloacis.*

VIOLA, ae. f. [*ἰὼν*] Flos ille humilis inter primos veris titulos, purpurei coloris, odoris iucundissimi, qui hoc nomen per totam paene Europam hodie seruat, per diminutionem, a Graeco ἰὼν dictum. Plin. 21, 6 100
Violis honos proximus. Earum plurima genera, purpureae, luteae, albae: plantis omnes, ut olus fatae. Ex iis vero, quae sponte apricis et macris locis proueniunt purpureae, latiore folio statim ab radice carnosam exeunt, etc. *Abunde de violis in hoc capite tractat.* Ibid. c. 11 Florum prima Ver nuntiantium, viola alba. Tepidioribus vero locis etiam hieme emicat. Postea, quae appellatur purpurea. Proxime 105

- flammea, quae et phlox vocatur, siluestris duntaxat. Onnes violae
 iactabo colores Iuuenal. 12, 90. *i. Violas omnium colorum.* Cic. Tusc.
 5, 73 An tu me in viola putabas, aut in rosa dicere? Nec violae
 semper, nec hiantia lilia Florent Ouid. A. A. 2, 115. Fuscae violae
 5 Claud. de Rapt. Proserp. 2, 129. Mollis viola Virg. Ecl. 5, 38.
 Nigrae violae Idem Ecl. 10, 39. Pallentes violae Idem Ecl. 2, 47
 Tinctus viola pallor amantium Hor. Carm. 3, 10, 14. Tondere
 violas manu Propert. 3, 13, 29.
- VIOLACEVS, a, um. Adi. [*ιοειδης*] Idem quod purpureus, qui in
 10 violae florem tendit. Plin. 9, 39 Nepos Cornelius, qui Diui Augusti
 principatu obiit, Me, inquit, iuvene violacea purpura vigebat. Idem
 35, 16 Violaceus color. add. Id. 22, 18. et 37, 9. Vitr. 7, 13.
- VIOLACIUM, i. n. Vinum vel succus e viola. Apic. 1, 4 De viola
 violacium facere. Modo non sit Violatum dicendum, ut ibid.
- 15 ROSATVM.
- VIOLARIVS, i. m. [*ιοβαρτης*] Violacei coloris infector. Plaut.
 Aul. 3, 5, 36 Flammearii, violarii, carinarii.
- VIOLARIVM, i. n. [*ιων*] Locus vbi nascuntur violae, inquit
 Seruius ad Virg. Georg. 4, 32 Irriguumque bibant violaria fontem.
 20 Hos ego, qui canent, frutices, violaria vidi Ouid. A. A. 3, 67. Add.
 Colum. 10, 259. Ouid. Fast. 4, 435.
- VIOLANTILLA, ae. f. Graece Ianthis, nomen mulieris. Epi-
 thalamium Stellae et Violantillae est Statii Silu. 1, 2.
- VIOLLO, are. [*βιάζω, βιάζομαι, υβρίζω*] Vim inferre, corrumpere,
 25 polluere. Violat, *μικίνει, λυμωίνεσαι*, Gloss. violare, *βιάσασθαι, μικναι,*
παραβήναι ib. Plato a Dionysio tyranno crudeliter violatus est Nep.
 10, 2, 3, pro seruo venditus. Cic. pro Cluent. 118 A me tamen, vt
 aequum est, omnia caute, pedetentimque dicentur, vt neque fides hu-
 ius defensionis relicta, neque cuiusquam aut dignitas laesa, aut ami-
 30 citia violata esse videatur. Amores alicuius violare Tibull. 1, 3,
 81. Aras caelicolum violauit mea dextera Sil. 17, 130. Au-
 rum cibus violare Stat. Theb. 1, 150. Bello violari Cic. Att. 9, 13.
 Cedentes violari prohibuit Nep. 8, 2, 6. Clementiam Idem 7, 10,
 3. Cic. Postred. in Senat. 6 Fortissimi atque optimi viri Tribuni ple-
 35 bis sanctissimum Corpus non solum tactum ac violatum manu, sed vul-
 neratum ferro confectumque vidistis. Corpus vulnere Virg.
 Aen. 11, 591. Cubile alicuius Catull. ad Ianuam 65, 23. Arma
 Deos prius quam homines violatura vobis negamus Liu. 7, 31. Dignita-
 tem Cic. Fam. 1, 6. Existimationem alicuius Idem Fam. 13, 74.
- 40 Id. pro Quint. c. 23. Idem Verr. 1, 82 c. 32 Quum apud dexteris na-
 tiones imperii nominisque nostri famam, tuis probris flagitiisque viol-
 laris. Fanum Nep. 4, 4, 4. Fidem violare Ouid. Epist. 7, 57.
 Fidem coniugii Plin. 10, 34. Foedus Liu. 28, 44. Foedera
 communia pacis violare factis Lucret. 5, 164. Hospites Caes.
 45 Bell. Gall. 6, 22. Cic. in Somn. Scip. 22 Eorum animi, qui se volu-
 ptatibus dederunt, earumque quasi ministros praeuerunt, impul-
 sive libidinum voluptatibus obedientium, decorum et hominum iura
 violauerunt. Ius sanctum Idem pro Rosc. Amer. 109. Idem pro
 C. Rabir. 7 c. 2 Nisi forte de Locis religiosis, ac delubris, quos ab hoc
 50 violatos esse dixisti, pluribus verbis tibi respondendum putas. Nu-
 mina verbo violare Tibull. 1, 5, 37. Cic. de Finib. 3, 32 Vt pecca-
 tum est patriam prodere, Parentes violare, fana depeculari, quae sunt
 in effectu, etc. Puellam violare malo quocumque afficere Tibul. 1,
 7, 57. Cic. Tusc. 1, 72 Vel in Rep. violanda fraudes inexplicabi-
 55 les concepissent. Idem de Arusp. Resp. 8 Qui sacra Bonae deae,
 quae viri oculis, ne imprudentis quidem adspici fas est, non solum adspe-
 ctu virili, sed flagitio stuproque violarit. conf. Nep. 7, 4, 3. Spe-
 ciem serenam mundi nubes violant. Turbant et obscurant serenita-
 tem aeris Lucret. 4, 138. Siluam violare securi, Caedere Ouid.
 60 Met. 3, 28. Venas violare Celf. 7, 12. Virginem violauit pro-
 vitiauit dicebant Varro L. L. 5, 8 p. 60, 27. Virginitatem Cic. de
 Nat. Deor. 3, 59. Vitam patris Idem in Parad. 3. Idem pro
 Domo 82 Sed tamen nihil de me tulisti, quo minus essem non modo
 in ciuium numero, sed etiam in eo loco, in quo me honores Pop.
 65 Rom. collocauerunt, tamenne eum tua Voce violabis, quem post ne-
 farium scelus Consulium superiorum tot vides Iudiciis Senatus, Pop.
 Rom. totius Italiae honestatum? ¶ 2 Tingere significat,
 vt Gr. *μικινειν*, quia color est venenum, et vim facit naturae Virg. Aen.
 12, 67 Indium sanguineo veluti violauerit ostro Si quis ebur, etc.
- 70 VIOLANS, antis. Partic. Vulg. Interpr. Malach. 2, 10 Violans pa-
 ctum patrum nostrorum.
- VIOLATVS, a, um. Partic. [*βιαδεις*] Vt, Ab arcu violatus
 Ouid. ex Pont. 3, 5, 45. Fletu genas violata Diana Stat. Theb. 9,
 713. Corpus violatum nullo crimine Sil. 17, 39. Iuris vio-
 75 lati poena Cic. de Legib. 2, 22 c. 9. Iura violata maritae Ouid. de
 Arte Am. 2, 381. Leges violatae Claud. in Eutrop. 2, 158. Po-
 testas violata Lucan. 3, 125. Virtus violata suspicione Liu. 2, 7.
- VIOLANDVS, a, um. Partic. [*βιαστος*] Vt, Foedera clam vio-
 landa Tibull. 1, 10, 2.
- 80 VIOLATIO, onis. f. [*βιασμος*] Liu. 29, 8 Tum quoque alio
 genere cladis eadem illa pecunia omnibus contactis ea violatione
 templi, furorem obiecit. Religionum violatio Senec. Epist. 104.
- VIOLATOR, oris. m. [*υβριστης*] Liu. 4, 19 Hicne est, inquit,
 raptor foederis humani, violatorque gentium iuris? C. Cassius,
 85 dictatoris violator Macro. Sat. 2, 3. Foederis violator Tacit.
 Ann. 1, 58, 3. Templi violator Ouid. ex Pont. 2, 2, 27.
- VIOLABILIS, e. Adi. [*βιασος*] Qui violari potest. Stat. Theb.
 5, 258 Nullis violabilis armis Turba, Senes. Cor violabile leui-
 bus telis Ouid. Epist. 15, 79. Numen non violabile Virg. Aen. 2, 154.
- 90 VIOLENS, entis. Adi. Violentus Hor. Carm. 3, 30, 10 Dicar, qua
 violens obstrepit Aufidus. Homo vehemens et violens Cic. Phi-
 lipp. 5, 19. Nunc ferus et violens Perf. 5, 171. Victor vio-
 lens quidam leg. Hor. Epist. 1, 10, 37. Sed editur Sed postquam victor
 victo discessit ab hoste.
- 95 VIOLENTVS, a, um. Adi. [*βιαιος, σφοδρος* Gloss. Lat. Gr.] Qui vim
 facit. Columel. 5, 5 Superest reliqua illa cultura prostratae vineae, quae
 nisi violentissimo caeli statu suspici non debet. Cic. Philipp. 2, 68 Ne-
 cesse est, quamuis sis, vt es, violentus et furens. Tranquillus et
 Violentus, contraria Claud. Conf. Mall. Theod. 240. Quas res
 100 violentissimas natura genuit, earum nos soli moderationem habemus
 Cic. N. D. 2 c. 60. Violentus de iracundis Ter. Eun. 5, 5, 12.
 Plaut. Truc. 2, 1, 39. Violentissimus tyrannus Liu. 34, 32. Sulla
 erat violentissimus Sen. Ep. 11. Multo violentior Appio quam Fa-
 bio fuit exercitus, *i. infestior, iratior* Liu. 2, 59. ¶ 2 Substantiua:
 105 Aer violentior incubuit puppibus Lucret. 5, 717. Annis violentior
 induit

influit in mare Virg. Georg. 4, 373. *add. ib. 2, 157.* Aper violentus Ouid. Met. 8, 438. Aura caeli violentior Stat. Theb. 9, 157. Ense violento fortiter uti Ouid. Epist. 11, 97. Facies violenta Corinnae Ouid. Am. 2, 17, 7. *i. ad amorem quasi vi trahens.* Fames violenta Laëtant. in Phoenice. Impetus alicuius furentes et violenti Cic. de Arusp. Resp. 46 c. 22. Ira violenta Ouid. Met. 8, 106. Ira violentior surgit Sil. 4, 263. Lues violenta Valer. Argon. 5, 15. Mors violenta Tibull. 1, 3, 4. *et 4, 1, 73.* Cic. Philipp. 1, 29 Non Opes violentas, et Pop. Rom. minime ferendam potentiam: sed caritatem civium et gloriam concupisse. Pectora violenta, *Superba* 10 Virg. Aen. 10, 151. Tela violenta fumere Ouid. Met. 11, 382. Cic. pro Cluent. 138 Populum Rom. sua sponte esse placatum, hominum seditiosorum vocibus, ut violentissimis Tempestatibus concitari. Venti violenti Lucret. 5, 1225. Vis violenta leonum Idem 3, 297. Vires violentae aeris, *Duritia ferri vel aeris* Idem 5, 1269. *Comp.* 15 Violentior aequo Ouid. Met. 3, 255. Amne Idem Met. 13, 801. *Superlativi exempla sunt n. 1.*

VIOLENTE. Adu. Senec. Med. 605 Rumpere nec sancti violente mundi Foedera sacra. *add. Ouid. Met. 9, 121.*

VIOLENTER. Adu. [*βίαιως*] Liu. 5, 1 Quia sollempnia ludorum, quos intermittere nefas est, violenter diremisset. Gerere violenter Consulatum Plin. Epist. 3, 9. Inuadere violenter Columel. 7, 12. Retortis violenter vndis Hor. Od. 1, 2, 13. Tolerare violenter, *pro Aegre et invito* Ter. Phorm. 5, 1, 4. *Compar.* Ouid. de Arte Am. 1, 23. *conf. Manil. 1, 386.* Egit violentius Suet. 25 Tito c. 6. Imber violentius fusus Curt. 8, 14, 4. Vlpian. in l. Quemadmodum. §. pen. D. ad leg. Aquil. Si quid tamen magistratus adversus resistentem violentius fecerit, non tenebitur Aquilia. *Superl.* Ut, Exercent saevitiam, quam violentissime possunt Laëtant. 5, 21. Rivalem violentissime persequi Columel. 7, 3. 30

VIOLENTIA, ae. f. [*βία, ὕβρις*] Plin. 2, 47 In Narbonensi Provincia clarissimus ventorum est Circius, nec ulli violentia inferior. Idem 17, 2 Sed tanta plerumque violentia, ut auferat tecta. Cic. Tusc. 5, 118 Ne sobrius in violentiam vinolentorum incidat, ante discedit. Cantionum violentia Apul. Met. 1 de magicis carminibus: 35 *vid. Pric. p. 27.* Vultus violentia Ouid. Met. 1, 238. Acris violentia Lucret. 3, 483. Cic. Philipp. 12, 26 Noui hominis furorem, noui effrenatam violentiam. Vehemens violentia vini Lucret. 3, 481. Gliscit violentia Virg. Aen. 12, 9. *add. ib. v. 49.* Opprimi impetu violentiae Pseudo-Cic. Anteq. iret in exilium 13. *Pro-* 40 *ficere violentiam inimicorum ibid. 12. conf. Sall. Catil. c. 33 et 53. Tac. Ann. 2, 63, 4. et 3, 1, 2.*

V I P

VIPERA, ae. f. [*ἔχιδνα, ἔχιδνα*] Genus serpentis valde venenati et *noxii.* Plinius 10, 62 Viperae mas caput inferit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine. Terrestrium eadem sola intra se parit oua vnius coloris, et mollia ut pisces. Tertia die intra vterum catulos excludit: deinde singulos diebus singulis parit, viginti fere numero. Itaque caeterae tarditatis impatientes, perrumpunt latera, occisa parente. *conf. Prud. Hamart. v. 585 seqq. Apul. Apol. p. 534 seqq. Pet. Chrysol. Serm. 137.* Breuibus viperis implicata crines Canidia Hor. Epod. 5, 15. Parua necat morsu spatiosum vipera taurum Ouid. Rem. Amor. 421. Laesa vipera ignaro pede Idem de Arte Am. 2, 376. *Metaphor.* Cic. de Arusp. Resp. 50 c. 24 Etiamne in sinu atque in deliciis quidam optimi viri viperam illam venenatam ac pestiferam habere potuerunt. Florus 4, 12, 37 de Germanorum saevitia in causarum patronos Romanos post cladem Varianam, Aliis oculos, aliis manus amputabant: vnius os sutum, recisa prius lingua, quam in manu tenens barbarus, Tandem, inquit, vipera, sibilare desiste. *Vid. Donat. ad Ter. Eun. 5, 2, 6.*

VIPERĀLIS, e. Adi. Ut, Herba viperalis Apul. de Herb. c. 89.

VIPEREVS, a, um. Adi. [*ἔχιδναος*] Ut, Carnes vipereas edere, Ouid. Met. 2, 769. Crinis vipereus Virg. Aen. 6, 281. Cruore vipereo madent tela Ouid. ex Pont. 4, 7, 36. Dentes viperei Idem Met. 3, 103. Felle vipereo linere spicula Idem ex Pont. 1, 2, 18. Nodis vipereis nexa brachia Idem Met. 4, 491. Sanies Sil. 6, 678. Venenum Claud. in Rufin. Praef. 1, 9.

VIPERĪNVS, a, um. Adi. [*ἔχιδνός*] Plin. 11, 53 Scythae sagittas tingunt viperina sanie et humano sanguine. Cruor viperinus Hor. Epod. 3, 6. Morsus viperinus Cic. de Fin. 2, 94. Id. Tusc. 2 c. 7.

VIPERĪNA, ae. f. Herba, quae et Serpentaria Apul. de Herb. c. 5.

VIPIŌNES, um. m. [*μικροπτερος*] sunt Minores grues: sicut Piones, Minores columbi. Plin. 10, 49 In Balearibus insulis et Buteo accipitrum generis in honore mensarum est: item vipiones, sic enim vocant minorem gruem.

V I R

VĪR, vīri. m. [*ἀνὴρ*] Respectum sexus habet. Ouid. Ibide 457 Deque viro fias nec femina nec vir, ut Attys. Laëtant. de Opif. Dei 12, 16 Vir nominatus est, quod maior in eo vis est, quam in femina; et hinc virtus nomen accepit. Plin. 10, 63 Viros audiores veneris hieme, feminas aestate, Hesiodus prodidit. Soboles virum Lucret. 4, 1226. Respectum aetatis dicit, Virg. Buc. 4, 37 Hinc ubi iam firmata virum te fecerit aetas. Laudatur etiam Plinius, . . . Quod non modo in puero siue adolescente, sed etiam in viro admiratione dignum videretur. Genus acre virum Virg. Georg. 2, 168. Gens effrena virum Idem Georg. 3, 382. Vis inuicta viri Stat. Theb. 3, 62. Famas magnae vir Ouid. Met. 7, 475. Ingenii iucundi et elegantis vir Quinctil. 5, 13. Roboris magni vir Senec. Theb. 1. Spiritus ingentis vir, *vid. INGENS.* 2 *Epi-* theta: Absurdus vir, v. h. v. Acres viri Virg. Aen. 11, 48. Adolescens vir, *vid. h. v.* Agrestes viri Hor. Carm. 3, 1, 22. Amplissimus et ornatissimus vir, *vid. AMPLVS.* Audax vir Sil. 3, 524. al. Nudatus. Bellatores viri Sil. 1, 218. Bonus vir et prudens Hor. de Arte Poët. 445. Bonus vir et sapiens Idem Epist. 1, 7, 22. Virum Bonum in deliciis Deus non habet Sen. de Prouid. c. 1. Caestis vir, Censorius vir, *vid. §. II.* Ciuilis vir Quinctil. 1, 10. 10 Clari viri Idem 1, 1. Cels. Praef. 1. Clarorum virorum animi Hor. Epist. 2, 1, 249. Clarissimus vir Cic. Fam. 2, 2. Comis et bonus vir Quinctil. 6, 2. Consularis vir, *vid. CONSVL.* Egre-gius sanctusque vir Iuuen. Sat. 13, 64. Cic. Fam. 1, 7 Virum enim Excellentem, et tibi tua praestanti in eum liberalitate deuinctum. 10

- Externus vir Ouid. Epist. 16, 308. Fortis vir ad arma Idem Fast. 2, 688.
 Fortis vir Ouid. Met. 13, 383. Ignoti noua forma viri Virg. Aen. 3,
 Grauis vir Quintil. 1, 2. Iniusus vir Ouid. Fast.
 5 2, 688. Illustris vir, vid. ILLUSTRIS. Instructissimus vir, vid. INSTRVO,
 Insignis vir pietate Virg. Aen. 1, 10. Vir et arte et
 facundia Insignis Cels. Praef. 1. Instructissimus vir, vid. INSTRVO,
 Intemperans vir, vid. INTEMPERANS. Inuictum virum vicit
 dolor Ouid. Met. 13, 386. Iurisperiti, an militaris viri laus maior
 Quintil. 2, 4. Iustus vir et tenax propositi Hor. Carm. 3, 3, 1.
 10 Lectissimi viri atque ornatissimi, vid. LEGO, Ære. Literati viri,
 vid. LITERA. Magnus vir Ouid. Met. 13, 341. Maximus vir
 vid. MAGNVS. Non mediocres viri Cels. Praef. 1. Memor,
 gratus, et bonus vir Cic. Fam. 2, 5. Mendax vir Virg. Aen. 8, 644.
 Molles viri Hor. Epod. 1, 10. Nefandus vir Virg. Aen. 4, 497.
 15 Vt quisque est vir Optimus, ita difficillime esse alios improbos suspi-
 catur Cic. ad Qu. Frat. 1, 1, 4. Princeps vir Ouid. ad Liu. 344.
 Sanctus vir Senec. Hippol. 12. Solers vir Ouid. in Ibin 279. Sub-
 tilis vir Quintil. 3, 11. Veloces viri Ouid. Met. 10, 561. ¶ 3
 Verborum formulae: Cadere in virum, Compellare virum blande,
 20 vid. bb. vv. Congelare virum dicitur vxor anus Martial. 14, 147.
 Increuit per hos viros salutaris professio Cels. in Prooem. 1. Le-
 gere vir virum, in Romana militia dicebatur, cum in constituenda acie
 quisque sibi eum deligeret adscisceretque socium pugnae, seu asitem, cuius
 virtuti plurimum tribueret. Virg. Aen. 11, 631 Tertia sed post-
 25 quam congressi in praelia, totas Implicuere inter se acies, legitque
 virum vir. Vid. Brisson. de Form. p. 446. Petr. Victor. Var. Lect. 16,
 19 et Turneb. Aduers. 25, 7. conf. etiam Suet. Aug. c. 35. Tac. Hist. 1,
 18, 2. Quærere virum Petron. 119 dicitur cultus mollior. Fa-
 sciola qui crura tegit, digito caput vno scalpit, quid credas hunc sibi
 30 velle? Virum Cinna in Pompeium M. conf. Ouid. A. A. 1, 524. Barth.
 Adu. 23, 11. Scalig. Auf. Lect. 1, 27. ¶ 4 Vir, pro Viri-
 litate. Catull. 61 (64) 6 Itaque vt relicta sensit sibi membra sine viro,
 etc. i. Postquam. Alys virilia sibi abscidit. Similiter Arnob. non se-
 mel. ¶ 5 Vir, Fortis, qui praesenti fortique animo est prae-
 35 ditus. Ter. Adelph. 4, 2, 26 Laudo Ctesiphon, patris, abi, virum te
 iudico. Idem Eun. 1, 2, 74 Heu noster, laudo, tandem perdolet, vir es.
 Cogita, vt vir sis Cic. Catil. 3 c. 5. Idem Tusc. 2, 43 c. 18 extr.
 Si virtutis compotes, vel potius si viri volumus esse. Si vir es, in-
 40 dictas exigit opes Ouid. Fast. 6, 594. Aduersis etenim frangi
 non esse virorum Sil. 10, 617. Nam, si quid in Flacco est viri, non
 feret etc. Hor. Epod. 15, 12. Eadem exprobrare ei coepit, et postu-
 lare, vt, si vir esset, postero die secum ferro decerneret Curt. 9, 7, 17.
 add. Id. 6, 11, 25. Interdum sic iunguntur Vir et homo Cic. Tusc.
 2, 53 Ita et tulit dolorem vt vir, et vt homo, maiorem ferre sine causa
 45 necessaria noluit. Idem pro Flac. 52 Si ciuitas per viros bonos gra-
 vesque homines querelas ad vos detulisset. Et Qu. Frat. 2, 10 Sed
 quum veneris, virum te putabo, si Sallustii Empedoclea legeris, homi-
 nem non putabo. Huc referam quod Vir opp. pathico, Ego tamen
 vir sum Sueton. Vesp. c. 13. Homo magis vir inter mulieres, im-
 50 pura inter viros muliercula proferri non potest Cic. Verr. 2 extr.
 ¶ 6 Vir loco Pronom. is, ille, etc. Gallum Aonas in montes vt duxe-
 rit vna sororum, Vtque viro Phoebi chorus assurrexerit omnis Virg.
 Ecl. 6, 64. Sola viri molles aditus et tempora noras Idem Aen.
 4, 424. Add. ibid. v. 3. et 5, 262. ¶ 7 Vir, Maritus,
 55 vid. Fest. Ter. Andr. 3, 3, 4 Tibi generum firmum, et filiae inue-
 nies virum. Vir ego tuus sim? Plaut. Amph. 2, 2. Matura
 viro filia Virg. Aen. 7, 155. Durus vir Ouid. Amor. 3, 4, 1. Per-
 iurus vir Idem Epist. 10, 76. Viduus vir Idem ibid. 8, 86. Con-
 iuncta ô digno viro Virg. Ecl. 8, 32. Dare nuptum viro, vid.
 60 NVBO. Expertae virum puellae Hor. Carm. 3, 14, 11. Me-
 ruit illa virum dote, vid. MEREVO. Nupta viro puella Ouid.
 Epist. 16, 367. Nupta saeuo viro Hor. Carm. 3, 10, 2. Vir, de
 Brutis etiam dicitur, Virg. Ecl. 7, 7 Vir gregis ipse caper. vid. MA-
 RITVS. ¶ 8 Syllabam vir breuem esse, obseruauimus.
 65 Quid si etiam producta? Sunt certe libri, qui Ouid. Met. 1, 660 legunt,
 De grege nunc tibi vir, et de grege natus habendus: cum alii nunc
 repetant. Iuuenal. 6, 253 Quem praestare potest mulier galeata pu-
 dorem, Quae fugit a sexu, vires amat? haec tamen ipsa Vir nollet
 fieri. Quid si dedit Iuuenalis Vir esse amat? Sed etiam Vires ha-
 70 bent sensum, siue pro robore virili accipias, siue pro Viris: vt 15, 104
 Quisnam hominum veniam dare, quisue deorum, Viribus abnuerit
 dira atque immania passis, i. viris fortibus et ulciscendi robur
 habentibus.
 VIRA, ae. f. Festus, Feminas antiqui viras appellabant, vnde
 75 adhuc permanent Virgines et Viragines. Vid. Seru. ad Virg. Aen. 12,
 468. Plaut. Amph. 2, 2, 181. c. not. Taubm. et Parei Lex. Crit. p. 1303.
 VIRAGO, inis. f. [ἀνδράγατα] Mulier fortis, quae viro similis
 fit, et virilia opera faciat. vid. Seru. ad Aen. 12, 468. Trebell. Poll.
 in Gallien. c. 13. Plaut. Merc. 2, 3, 78 Recte ego emero matri tuae
 80 ancillam viraginem aliquam, non malam, forma mala. Cruda
 virago Gorgone, Pallas Stat. Theb. 11, 414. Diua virago, Diana
 Senec. Hippol. 54. Flaua virago, Pallas Ouid. Met. 6, 131. Me-
 tuenda bello virago, Pallas Idem ibid. 2, 765. Regina bellorum
 virago, Pallas Stat. Silu. 4, 5, 23. Conf. Barth. Adu. 131, 3.
 85 VIRĀTVS, a, um. Vt, Vxor, virata Varro apud Non. 2, 907.
 Conf. Vulg. Sirac. 28, 19. Compar. Nouatian. de Trin. c. 2 Omni
 robore robustior, omni virtute viritior. pro Viratior.
 VIRĀTVS, ūs. m. Viri conditio. Sidon. Epist. 7, 9. Bono vi-
 ratu aemulis magis prodesse cupiens quam placere.
 90 VIRIPLĀCA, ae. f. Dea. Valer. Max. 2, 1, 6 Quoties inter
 virum et vxorem aliquid iurgii intercesserat, in sacellum Deae Viri-
 placae, quod est in Palatio, veniebant; et ibi inuicem locuti quae
 voluerant, contentione animorum deposita concordēs reuertebantur.
 Dea nomen hoc a placandis viris fertur affecuta.
 95 VIRIPŌTENS, entis. [ἐπιρριπτος, ἐπιρριπτος Gloss. Lat. Gr.] Virgo
 dicitur, quae apta est connubio. Plaut. Perf. 2, 3, 1. Paullus in l. Si fi-
 liae familias D. de leg. 3 l. 65 D. de Donat. inter vir. et vx. l. 13 ff.
 de V. S. Sed Iupiter viripotens Plaut. Perf. 2, 3, 1. i. virorum rex.
 100 VIRĪLIS, e. Adi. [ἀνδρικός, ἀνδρικός, ἀνδρικός] Quod est viri. Vi-
 rilis toga Cic. Philipp. 2, 44. Magis virilis, vid. MAGIS. Cic.
 de Finib. 2, 47 c. 14 Vereturque quidquam aut facere aut loqui quod
 Parum virile videatur. Animus virilis, i. Fortis, qualis debet
 viri esse Ter. Phorm. 5, 8 (7) 64 Animo virili praesentique
 vt sis para. Cic. Att. 14, 21 Acta enim illa res est
 105 Animo virili, consilio puerili. Coniugia Vitruu. 6, 10.
 Cura

Cura virilis Virg. Aen. 9, 311. Cic. Att. 11, 10 Nec res periisset, et videremur aliquid Doloris virilis habuisse. Forma virilis Ouid. Epist. 4, 76. Habitus orationis virilis Quinctil. 5, 12. Cic. Att. 15, 25 Reliqua pars epistolae: illa namque in utramque: sed tamen nonnullos interdum iacit Igniculos viriles. Inflexio fortis ac virilis laterum Cic. de Orat. 3, 318. Oculi viriles Ouid. Fast. 5, 153. Officium virile Hor. de Arte Poët. 193. Oratio fortis et virilis Cic. de Orat. 1 c. 54. Id. Tusc. 3, 37 Sententiis tamen utendum est eorum potissimum, qui maxime forti, et ut ita dicam virili utuntur Ratione atque sententia. Pars virilis Colum. 7, 11, 2 est testiculus, Cum virilem partem vnam ferro resectam detraxeris — alterum quoque testiculum educito. Sed etiam mynus singulorum hominum ita designatur. Cic. Verr. 3, 7 c. 6 Qui praesertim plus etiam, quam pars virilis postulat, pro voluntate Pop. Rom. oneris ac muneris suscipere debeam. Idem Verr. 4, 81 Est aliqua mea pars virilis, quod eius civitatis sum, quam ille amplam, illustrem, claramque reddidit. Illius gloriae pars virilis apud omnes milites est Liu. 5, 11. Partes viriles mandare puero Hor. de Arte Poët. 177. Parte pro virili Cic. pro Sext. 138 c. 66. vid. PRO. Portione pro virili Tacit. in Vit. Agric. 45. Lactant. 2, 7 pr. Proles virilis Virg. Aen. 7, 50. Ratio fortis et virilis Cic. Tusc. 3, 22. Sexus virilis Plin. 10, 55. Nep. 17, 1, 3. Stirps virilis Liu. 1, 1 extr. Studia virilia Ouid. Met. 12, 208. Tela virilia Idem ibid. 8, 392. Toga virilis Sueton. Aug. c. 36. Vestis virilis Hor. Serm. 1, 2, 16. Vita Columel. praef. 1. Cic. pro Sext. 10 Recita quae so P. Sexti quid decreuerint Capuae Decuriones, ut iam virilis tua Vox possit aliquid significare inimicis nostris. Vultus virilis Ouid. Met. 3, 189. Vocare aliquos ad virilia Sallustius in oratione Marci Tribun. Pleb. ad Plebem. Compar. Lamprid. dixit obsceno sensu Heliogab. c. 8.

VIRILIA, um. n. Plur. tantum. [αἰδῶν] Verecunda, pudenda. Plin. 21, 27 Et in totum ad virilia, cauliculis eius in vino et aceto tritis, nihil vitiliter putant. Virilium mala Idem 20, 16. vid. Petron. c. 108.

VIRILITAS, atis. f. [αἰδῶν, ἀρρενωπία] Partes, quibus viri sumus. Martial. 9, 7 Non puer avari sectus arte mangonis, Virilitatis damna moeret ereptae. Neque exsectis virilitas restitui potest Hirt. B. Alex. c. 70. Plin. 23, 1 Vitiliter etiam fouetur vino calido virilitas iumentis. Add. Idem 29, 2 et 3. 34, 12. 35, 12. Columel. 6, 26. Ademptae virilitatis homo, vid. sub ADIMO. Excisa virilitas Quinct. 5, 12. 2 Status, conditio, vis, viri. Tac. Ann. 6, 5 Arguitur pleraque, C. Caesarē quasi incestae virilitatis, etc. dixisse. Id autem ideo de Caligula dixerat Messalinus, quod is cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinem fecit, ut scribit Tranquillus. Quinct. 1, 8 Sanctitas et ut sic dicam virilitas a Tragicis petenda. Lactant. de Opif. Dei 12, 13 Item si partem in dextram (vteri) semen feminini sexus influxerit, feminam quidem procreari; sed, quoniam in masculina parte concepta sit, habere in se aliquid virilitatis, ultra quam sexus ratio permittat, aut valida membra, aut immoderatam longitudinem, aut fuscum colorem, aut hispidam faciem, aut vultum indecorum, aut vocem robustam, aut animum audacem, aut ex his plura. Tam late patet secundum haec Virilitas.

VIRILITER. Adu. [ἀνδρῶν, ἀνδρῶδες] Fortiter et magno animo. Cic. Tusc. 2, 95 Itaque barbari quidam, et immanes ferro decertare acerrime possunt, aegrotare viriliter non queunt. Cic. Off. 1, 94 c. 28 Quod enim viriliter animoque magno fit, id dignum viro et decorum videtur. Defendere viriliter Quinctil. 6, 1. Facere viriliter Hor. Epist. 1, 18 (17) 38. Ferenda fortuna viriliter Ouid. Fast. 1, 479. Comp. Omnes isti (avari, iracundi, etc.) viriliter peccant: in ventrem ac libidinem projectorum inhonesta labe est Senec. de Brev. Vit. c. 6. Viriliter dicere Idem Controu. 5, 33.

VIRITIM. Adu. [κατ' ἀνδρας] Per singulos viros, inquit, Festus. Cic. Tusc. 3, 48 Nolim, inquit, mea bona Graeche tibi viritum dividere liceat: sed si facias, partem petam. Caes. Bell. Gall. 7, 71 Pecus, cuius magna erat ab Maduuis compulsa copia, viritum distribuit. Cic. de Clar. Orat. 57 Dicitur etiam C. Flaminius is, qui Trib. pleb. legem de agro Gallico et Piceno viritum dividendo tulerit. Praemia bene meritis viritum Tribuere Hirt. B. Alex. c. 65. Sic uniuersalitatem quandam notat: Hor. Epist. 2, 1, 92

Quod si tam Graeis nouitas inuisa fuisset
Quam nobis; quid nunc esset vetus? — aut quid haberet
Quod legeret, tereretque viritum publicus usus?

i. quod singuli legerent. Tale est illud Percrebuit rumor viritum Curt. 6, 2, 15. Sed Idem 7, 4, 33 Si quis viritum dimicare vellet, prouocauit ad pugnam. Seneca Natur. Quaest. 5, 7 De ventis in uniuersum diximus, nunc viritum incipiemus illos discutere. Vid. Sueton. Tiber. c. 76. Varia deinceps et simul et viritum bella gesserunt Eutrop. 9, 15 extr. Conf. Curt. 6, 2, 15. Tac. A. 1, 8, 3. et 15, 72, 1 etc. Columel. praef. 1. Cato apud Fest. alii apud Non. 1, 205.

VIRITANVS, a, um. Viritum distributus, ut, Ager viritanus, Festus.

VIROSVS, a, um. [ἀνδρομανής] Adi. a Vir, primam corripit, ut, Virofae mulieres, dicuntur Virorum appetentes, vel luxuriosae Lucil. lib. 7 Dixi, ad principium venio, vetulam atque virosam Vxorem caedam potius quam castrem egomet me. Afranius, Diuortio, Vigilans ac solers, sicca, sana, sobria, virosa non sum: et si sum, non desunt mihi, qui vltro dent, aetas integra est, formae satis. Haec Non. 1, 80. Scipio apud Gell. 7, 12 Qui non modo vinosus, sed virosus quoque sit: eumne quisquam dubitet, quin idem fecerit, quod cinaedi facere solent. Sed Virofus, a Virus primam producit, vid. VIRVS.

VIRIOSVS, a, um. Idem. Apul. Met. 9 p. 223, 22 Scaeva, saeva, viriosa, ebriosa, perucax, etc. Sic Elmenb. Sed al. virosa. Viriosus, Robustus, vid. in VIS.

VIRIATVS, a, um. Magnarum virium Lucil. lib. 26. Contra flagitium nescis bello vinci a viriato Annibale Non 2, 903.

VIRBIVS, i. m. Dicitur Hippolytus, Thesei filius, quasi bis vir: quia nouercali calumnia necatus, beneficio Aesculapii vel Dianae reuocatus fertur ad vitam. Reuera, inquit, Seruius ad Aen. 7, 761. cui etiam debentur reliqua, et plura, quam ponimus. Virbius est nomen coniunctum Dianae, ut Matri deūm Arys, Mineruae Erichthonius, Veneri Adonis. 2 Virbius Laconices fluuius, vbi Hip-

polytum Aesculapius arte medicinae reddidit vitae, vnde et Virbius dicitur. *Haec Vib. Sequester de fluminib. p. 85.*

VIRDOMARVS, i. m. Gallorum rex, de quo caeso Claudius Marcellus opima spolia Ioui Feretrio consecrauit. *Propert. 4, 11, 39*

5 Claudius — Belgica cui vasti parma relata ducis Viridemari: genus hic Rheno iactabat ab ipso.

VIRETVM, et VIREO. *vid. VIRIDIS.*

VIREO, ōnis. m. [*χλωριον*] *Plin. 18, 29* Auem partam oriente Sirio, ipso die non apparere, donec occidat. *E diuerso virconem*

10 prodire ipso solstitii die. *Gaza cum intelligit, qui et Aristoteli et Plinio vocatur Chlorion. Dicitur quoque Viridia.*

VIRES, VIRIVM, etc. *vid. VIS.*

VIRGA, ae. f. [*ῥάβδος, ῥαβδῖς*] *Surculus, ramusue arboris decifus, ad percutiendum aptus. Cic. pro Rabir. perduel. reo 12 c. 4* Porcia

15 lex virgas ab omnium ciuium Roman. corpore amouit: hic misericors flagella retulit. *Ouid. de Arte Am. 1, 291 de tauro, Signatus tenui media inter cornua virga. Lentior virgis falicis Ouid.*

Met. 13, 800. Virga gestamen rhapsodorum, Apul. Florid. 2, 9 p. 347, 1 *Elmenh. Vno chartario calamo me reficere (f. efficere) car-*

20 minum omne genus, apta virgae, lyrae, socco, cothurno: item saliras ac griphos. *Videtur intelligi carmen epicum. Nescio an hoc baculus referendus sit Neroni elapsus apud Sueton. 24: Videtur illud*

potius sceptrum regis alicuius fuisse quo cum maxime Nero ageret. Diomed. 3 p. 481 pr. Rhapsodiae hoc etymon prodit, vel quod olim

25 — Homeric carminis in theatralibus circulis baculo (f. ῥάβδῳ) id est virga pronuntiabant — *Homero dicti sunt Homeristae. Sed add. mox Virga Myrtea. Arbutis virgis texunt feretrum*

Virg. Aen. 11, 65. Aurea virga Idem ibid. 7, 190. Cornea virga, vid. CORNEVS, in CORNV. Fraxina virga Ouid. Epist.

30 11, 76. *Medicata virga Idem ibid. 1, 716. Myrtea in manibus elegeiae Ouid. Am. 3, 1, 34. Purpureae virgae, de Veste virgata*

Ouid. de Arte Am. 3, 269. Rasae hastilia virgae Virg. Georg. 2, 358. Virgae sanguineae, quibus caedi iubentur parricidae. Modestini

35 *in l. 9 D. de leg. Pompeia de Parricid. Plin. 16, 37 f. 69 enumerat vincula, quibus opus habent rustici, Siquidem et genistae, et populi, et vlni,*

et sanguinei frutices, et betulae, etc. Sanguineos frutices memorat etiam 16, 18 f. 30 forte a colore dictos. Aut igitur ex hoc genus fru-

40 *ticibus virgae erant, quibus caedebantur parricidae, ut terror inesset in cruento earum colore, aut quod inter caedendum cruentabantur. Sic de Bellona scribit Maro, Aen. 8, 703 Quam cum sanguineo sequitur*

Bellona flagello. Conf. Liu. 1, 32 Vt fetialis hastam ferratam, aut sanguineam praeuistam ad fines eorum ferret, vel e frutice sanguineo,

vel sanguine tinctam, quod Turnebo placet etiam in Virgis sanguineis. Vid. Adu. 11, 17. et 8, 23. Viscata virga fallere volucres Ouid.

45 *Met. 15, 474. Caedere virgis, vid. CAEDO. Cic. Verr. 3, 70 c. 29 Quid erit extremum? si damnatus eris, virgis te ad necem Caedi*

neesse crit. Lacerare aliquem virgis, vid. b. v. Metuens virgae iam grandis Achilles Iuuenal. 7, 210. Morientur in tergo

50 *virgae, Multari virgis, Variari virgis, vid. ff. ll. Virga turis Plin. 12, 14. Virgam tuream dixit Virg. Georg. 2, 117. Vir-*

gam tribuebant Somno, qua feriens homines, soporem inducebat Papin. — Extremo me tange cacumine virgae. Maro (Aen.

55 *5, 855) ramum ei tribuit, quem soporatum vi Stygia super vtraque tempora Palinuri quassasse dicit: alii etiam ei cornu tribuunt. Turneb. Aduers. 21, 4.*

VIRGŪLA, ae. f. Dim. [*ῥάβδῳλον*] *Cic. Philipp. 8, 23 c. 8*

Quum tempus ille differret, virgula stantem circumscriptis: dixitque, se non antea renuntiatum Senatui, nisi prius sibi respondisset, quid

60 *facturus esset, quam ex illa circumscriptione excederet. Huic honoris corona a populo data est, facta duabus virgulis oleaginis Nep. 8, 4, 1. Quinctil. 1, 4, 3 Quo quidem (iudicio) ita seuerè vsi sunt*

65 *veteres Grammatici, vt non versus modo Censoria quadam virgula notare, et libros, qui falso viderentur inscripti, tanquam subditicios sub-*

mouere familia permiserint sibi, sed auctores alios in ordinem rede-

70 *gerint, alios omnino exemerint numero. Virgula Censoria est obeliscus ille Graecis dictus, linea transversa, qua iugulabant, quae sibi displicerent, vid. OBELISCVS. Virgula vitrea, stricta, in modum*

75 *clauae torosa Sen. Qu. Nat. 1, 7. Virgula diuina dicitur, quoties quidquid optamus, id citra humanam operam quasi diuinitus nobis signi-*

80 *ficamus contingere. Propterea quod antiquitas, quemadmodum in annulis, ita et in virgis ferendis existimauit aliquam fatalem, ac seu magi-*

cam inesse virtutem. Cic. Off. 1, 152 c. 44. Quod si omnia nobis, quae ad victum cultumque pertinent, quasi virgula diuina, vt aiunt,

85 *suppeditarentur. Citatur aliquoties, et apud Nonium Marcellum, Varro in virgula diuina; vt appareat hunc fuisse titulum alicuius ex Me-*

90 *nippietis, qui nimirum et ipsi plerique feruntur prouerbiales. Adagium natum videri potest potissimum ab illa virga Homerica, quam ille Palladi tribuit,*

adeo celebri, vt de ea Antisthenes Cynicae sectae conditor, librum conscripserit, eam cum suo, vt conicio, baculo conferens. Erasm. It. vir-

95 *gula diuina, qua venae metallicae indagantur: vid. Hemm. ad Toll. Epist. Itin. 5 p. 217-235. ¶ 2 In rationibus, summis pecuniae*

100 *solet virgula superduci. Solebat Licinius, libertus eius, (Augusti) inchoanti opera patrono magnas pecunias conferre: quem morem se-*

105 *cutus, centum promisit per libellum, in quo virgulae superductae pars ultra pecuniae defectionem (definitionem, descriptionem, vel aliquid*

110 *eiusmodi) protendebatur, vacante infra loco. Caesar occasione vsus, priori alterum centies sua manu iunxit, spatio diligenter exple-*

115 *to, et affectata literae similitudine, etc. Macrobi. Sat. 2, 4.*

VIRGARIVS, i. m. *Qui virgis caedit Gloss. Gr. Lat. ῥαβδῶχος, goliator, virgarius.*

VIRGĀTVS, a, um. *Quod virgas quasdam in longum aut latum varia serie, et colore porrectum habet, virgatum dicitur. Vt, Virgatae*

120 *vestes, virgata sagula, quae discoloribus, tanquam currentibus regulis colorum et ductibus, varia cernuntur. Grammatici hac notione*

125 *contenti non sunt, sed aiunt ad Gallorum etiam respectum esse linguam, quibus virga purpuram significat, vt virgata sint purpurea. Sed simplex intellectus et Latinus magis conuenit. Valerius certe Flac-*

130 *cus Thricum mulieribus virgatas vestes tribuens, purpureas non intellexit, sed barbarorum ritu discoloris, et veluti virgatis segmentis contextas.*

135 *Eius sunt versus, lib. 2, 158 iam veniet durata gelu, sed me quoque pulsam Fama viro nostrosque thoros virgata tenebit. ex Turneb. 2, 14. Calathisci virgati, Virgis contexti Catul. Argon. 62, 319. Corpore*

140 *virgato tigris, Variis coloribus distincto Sil. 5, 148. Sagula Virg. Aen. 8, 660. Tigres virgatae Sen. Hippol. 344. Vestes vir-*

145 *gatae auro Sil. 4, 155. b. e. Virgis seu lineis aureis distinctae. vid. Dra-*

150 *kenb.*

kenb. ad h. l. Brouckh. ad Tib. 2, 6, 36. Add. Val. Flacc. 2, 159. Scallig. Coniect. p. 67. Salmaf. in Vop. Vbera virgata, i. maculosa Tigris Sen. Herc. Oct. v. 145.

VIRGVLĀTVS, a, um. Adi. *Vt, Virgatus.* Plin. 9, 33 *Iam* distinctione virgulata, crinita, crispa, etc. *de conchis.*

VIRGĀTOR, ōris. m. [*ῥαβδίζων*] *Qui virgis caedit.* Plaut. *Afin. 3, 2, 19 Vbi saepe causam dixeris pendens aduersus octo astutos, audaces viros, valentes virgatores.*

VIRGEVS, a, um. Adi. [*ῥαβδῶς*] *Quod est ex virgis factum.* Virg. Georg. 1, 165 *Virgea praeterea Celei, villisque supellex.* Area 10 *virgea Columel. 7, 3, 18. i. confecta virgis.* Superpositis virgeis Cratibus tegere Columel. 1, 6. *Add. Idem 11, 3. Pallad. Nou. t. 7. Flamma virgea Virg. Aen. 7, 463. h. e. De virgis facta: vnde est flamma validior, Seruius.* Pabula virgea, *Arbustularum frondes in pabulum caprarum decerptae* Virg. Georg. 3, 320. *Septem virgeam 15 interponere Colum. 11, 3, 7.*

VIRGŌSVS, a, um. *Virgarum plenus, vt, Virgofus frutex* Pallad. 1 t. 24.

VIRGĒTVM, i. n. [*ῥαβδείοφουρον*] *Locus virgis constitus ad illigandas vites: Cic. de Legib. 2, 21 c. 8 Sacerdotes vineta, virgetaque 20 et salutem populi auguranto.*

VIRGINDEMIA, ae. f. [*ῥαβδολογία*] *Collectio virgarum ob verbera, aut ad aliquid vincendum.* Varro in Agathone apud Non. 2, 906 *Quid tristiore video te esse? — nec spes est auxili, spes est argentaria; ideoque scapulae metuunt virgindemiam.* Plaut. Rud. 25 3, 2, 22 *Tergumque obtestor tuum, vt tibi vberem vluceam esse spes virgindemiam.*

VIRGVLTVM, i. n. [*ῥαβδέων*] *Virgarum crescentium multitudo.* Plin. 12, 19 *Praecipua bonitas virgultorum tenuissimis partibus ad longitudinem palmi.* Locus, qui Misera virgulta produ- 30 *xerit Pallad. Ian. t. 13. Cic. pro Cael. 42 c. 18 Ergo haec deserta via et inculca, atque interclusa iam frondibus et virgultis relinquatur. Et de Diuin. 1, 49 c. 24 Omnia arbutta, virgulta, tecta peruertere. Add. Sen. Qu. Nat. 3, 27. Cornea virgulta Virg. Aen. 3, 23. Sōnantia siluis virgulta Idem Aen. 6, 704. Siluestria virgulta Idem 35 Georg. 2, 3. Tenera attondeunt sumae virgulta capellae Idem Ecl. 10, 7. Defodere noua virgulta in terram Lucret. 5, 788 et 933. Resonant auibus virgulta canoris Virg. Georg. 2, 328.*

VIRGVLTA, ae. f. *Vallem virgultam per appositionem dixit Sil. 12, 354. Virgulta tegitur valle ac frondentibus umbris. Dixit etiam virgultam vallem Sallustius Fragni. Histor. apud Seru. ad Aen. 3, 516. Et Colum. 2, 18, 1 Rubos, virgultas, iuncos iungit ex Lect. MS. Denique Virgultas etiam edidit Micyllus in Lutat. Argum. Metam. 4 Fab. 19. ubi posteriores non ita commode virgultas. Ita- 45 que non ausim reitcere coniecturam viri docti apud Drakenb. ad Liu. 1, 14 ita accipientis hoc nomen Locis circa (i. circumiectis) densa obsita virgulta (sexto casu) obscuris. Caeterum Sallustii locus etiam hoc indicat, Adiectiue, certe per appositionem ibi dictam vallem virgultam, i. virgultis obsitam.*

VIRGILIVS Maro. [*Οὐργιλίος*] *Mantuanus Poëta celeberrimus, cuius testimoniis utimur perpetuo. Virgilium scribendum est, non Vergilium, tuetur in primis Pierius ad Virg. Georg. 4, 56; Illo Virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope, studiis florentem ignobilis oīi. Amantissimus Virgilius vetustatis Quinctil. 1, 7. Optimus Virgilius Hor. Seru. 1, 6, 54.*

VIRGILIĀNVS, a, um. Possess. [*Οὐργιλίανός*] *Vt, Virgiliana 55 virtus, apud Plin. in Praef. Quinctil. 1, 3 Habendumque in animo semper illud Virgilianum.*

VIRGINIA gens plebeia, e qua nobilis L. Virginii Centurionis filia: quam stupro destinata ab Appio Decemviro pater in medio foro occidere maluit, quam poti, vt in foedam seruitutem abduceretur. Vid. Liu. 2, 31. *Virginus, Rhetor et Orator Romanus Quinctil. 3, 1 extr. et ibi Burm.*

VIRGO, ōnis. f. [*παρθένος, κόρη, παρθενική*] *Nomen ordinarie status s. conditionis mulieris virum nondum passae: Quinctil. 6, 4 Ci- 65 cero obiurgantibus quod sexagenarius Popiliam virginem duxisset, Cras mulier, inquit, erit. Vlpianus in l. Alioquin D. de contrah. emt. Quod si ego me virginem emerē putarem, quum esset mulier, emptio non valebit. Cic. in Orat. 64 Mollis est enim oratio philosophorum et umbratilis, nec sententiis, nec verbis instructa popularibus, nec vincita numeris, sed soluta liberius, nihil iratum habet, nihil inuidum, nihil atrox, nihil mirabile, nihil astutum, casta, verecunda virgo incorrupta quodammodo, itaque sermo potius quam oratio dicitur. Idem de Clar. Orat. 330 c. 96 Domi teneamus eloquentiam septam liberali custodia, etc. tueamusque vt Adultam virginem caste. Animosa virgo Ouid. Epist. 20, 115. Armata virgo, vid. ARMA. Aspera virgo Virg. Aen. 11, 664. Bellica virgo, Pallas Sil. 7, 459. Cassa virgo dote, vid. CASSVS. Corruptae pretium Virginis (Danaës) ipse fuit Iupiter Ouid. Amor. 3, 8, 30. Frigida non virgo Id. Am. 2, 1, 5. Iugatae nondum thalamis 80 virgines Sen. Herc. Fur. l. 10. Iuncea virgo, vid. IUNCVS. Laudatissima virgo dote formae Ouid. Met. 9, 715. Matura virgo Hor. Carm. 3, 6, 22. Matura viro virgo, vid. MATVRVS. Nitidae virgines Hor. Carm. 2, 12, 19. Pulcherrima virgo Ouid. Met. 9, 9. Regia virgo Idem Met. 2, 570. Sanctae virgines, Vestales Hor. Carm. 1, 2, 27. Tenerae virgines Idem Carm. 1, 21, 26. Tempestiua viro Idem Od. 1, 23 extr. Tempestiuam simpliciter dixit Festus, vel quam ille descripsit voce Roma p. 455, 16 Ibi- que propter taedium navigationis impulsas captiuas auctoritate virginis cuiusdam Tempestiuae, nomine Romes, incendisse classem, etc. 90 Scaliger putat ex Graeco haec versa, tempestiuam esse ὠραιάν, quod etiam formosam reddi posset. Abstinere virgine, Comprimere virginem, Festinare, vid. hb. vv. Rapere ad virum virginem Catul. in Epith. Iuliae l. 59, 4.*

* ¶ 2 *Pro Vestali Virgine simpliciter ponitur. Cic. Catil. 3, 9 c. 4. itemque in Bruto 236 c. 67. Sic 95 Hor. Od. 3, 30, 9 Dum Capitolium scandet cum tacita Virgine Pontifex. Ouid. Fast. 5, 621 Tum quoque priscorum Virgo simulacra virorum Mittere roboreo scirpea ponte solet.* ¶ 3 *Interdum aetatis potius, quam inuiolati corporis nomen est. Nep. 15, 3, 5 Cum virgo amici nubilis propter paupertatem collocari non posset: idem 100 dixisset, si posuisset filia. Hor. Od. 3, 17, 36 Virgo dicitur Hypermestra post concubitus cum sponso. Martial. 3, 58 Grandes proborum virgines colonorum. Itaque etiam quae peperit sic vocatur: Ter. Adelph. 4, 7, 10. it. 13 et 16 Virgo vocatur, quae ante nuptias puerpera est. Taceo ubi Virgini vitium oblatum dicitur, e. i. q. a. 105*

Ter. Adelph. 4, 7, 10. it. 13 et 16 Virgo vocatur, quae ante nuptias puerpera est. Taceo ubi Virgini vitium oblatum dicitur, e. i. q. a. 105

Ter. Adelph. 4, 7, 10. it. 13 et 16 Virgo vocatur, quae ante nuptias puerpera est. Taceo ubi Virgini vitium oblatum dicitur, e. i. q. a. 105

- Virg. Ecl. 6, 47 de *Pasiphaë iam Minois uxore, iam Phœdrae, iam Androgei, iam Ariadnes matre*, Ah virgo infelix, tu nunc in montibus erras. Seruius, Virgo a viridiorae aetate, nam iam mater fuerat. Et laudat versum Calui de Ione a Ioue corrupta, et in vaccam mutata Ah virgo infelix herbis pascere amaris. Quin iungit Ouid. Her. 8, 133 virginem adulteram. Sic quidem Burmannus etiam edidit, Turpiter illa virum cognouit adultera virgo, de Medea, cum amaret Iasonem. Qui pro virgo certe legunt codices, videntur hoc debere librariis nimium cautiis, non ipsi Ouidio. Curt. 5, 1, 38 de turpitudine *Babyloniarum*, Nec meretricum hoc dedecus est, sed matronarum virginumque, apud quas comitas habetur vulgati corporis vilitas. Et Iustin. 1, 3 Inuenit eum inter scortorum greges — pensa inter virgines parientem. Vtroque loco virgines sunt puellae honesto loco, non maritae, sed impudicae. Varro de R. R. 2, 10, 9 Quas virgines ibi (in Illyrico) appellant — mos eorum non denegauit, ut ante nuptias succumberent quibus vellent, et incomitatis ut vagari liceret et filios habere. vid. Taubm. ad Plauti Cist. 2, 3, 77. Burm. ad Calpurn. Flacc. Declam. 49 et Drakenb. ad Sil. 3, 435. qui de puella et Graecorum *παρθένοι* eadem monent. ¶ 4 Quatenus integritatem casti corporis notat, etiam viris tribuitur a scriptoribus Ecclesiasticis. Sic Virginem maritum dixit Petr. Chrysol. Serm. 168. Virginem puerum Paullinus Epithalam. in Iulianum et Titiam. Virginem discipulum Ioannem Hieron. ad Eustoch. Idem Apol. pro libris adu. Iouinian. . . . Christus Virgo, Virgo Maria, vtriusque sexus virginitatem dedicauere. Apostoli vel virgines, vel post nuptias continentis: episcopi, presbyteri, diaconi, aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certe post sacerdotium alternum pudici. Tertull. de virginib. velandis c. 10 Caeterum satis inhumanum, si feminae — honorigeram notam virginitatis suae praeferant — Viri autem tot virgines, tot spadones voluntarii, caeco (occulto) bono suo incedant, etc. Sed etiam Seren. Sammon. 168 Obscenos ex virgine rores intelligi vrinam pueri inuestis, docet collatio cum Marcello a Keuchenio instituta. ¶ 5 Etiam in animalibus virgines vocantur, quae nondum Venerem expertae sunt. Sic Virgines buculas dixit Arnob. 7 p. 224 extr. Equam Plin. 28, 9. et Pall. 1, 35, 16. Hostias Arnob. 7 p. 228 pr. Martial. 13, 56 Te fortasse magis capiet de virgine Porca, Me materna graui de sue vulua capit. Arnob. 7 p. 227 extr. Mineruae virgini virgo caeditur Vitula. ¶ 6 Denique quidquid recens, intactum, incorruptum ostendere volunt, interdum vocant virginem. Carnes virgines Plin. 28, 4 f. 10. animalis, quod nondum coit. Continentia virgo Tertull. Apol. c. 9. i. virginalis, qua semper virgines sunt continentis. Locum et Monumentum virginem ex Inscriptt. protulit Fabrettus p. 53. Saliuam virginem, i. ieiuni hominis Tertull. de Ieiun. c. 6 pr. Senectae virginis Proculus noster, i. crudae et viridis Idem in Valentin. . . . Terram virginem vocat Plin. 33, 3 f. 15 quae metallorum causa nondum fossionibus violata est: sed Firmicus eam, e qua formatus est ante pluuiam, et ante execrationem Adam. ¶ 7 Peculiariter memorari meretur Aqua Virgo inter nobilissimas earum, quae in urbem ductae sunt. Hanc Agrippa in aedilitate sua adiecit caeteris ap. Plin. 36, 15 f. 24. De hoc Idem 31, 23 f. 25 Idem M. Aprippa et Virginem adduxit ab octauo lapidis diuerticulo duobus millibus Pass. Praenestina via. Iuxta est Herculeus riuus, quem refugiens Virginis nomen obtinuit. Quomodo illud refugiens intelligendum sit, dubitari possit. Caeterum addit, Plinius, Quantum Virgo tactu, tantum praestat Marcia haustu. Amabant, eam ad balneas et natationes. Seneca Epist. 83 pr. Ille tantum Psychrolutes, qui Calendis Ianuariis in Euripum saltabam, qui anno nouo quemadmodum legere, scribere, dicere aliquid, sic auspicabar in Virginem desilire. Stat. Silu. 1, 5, 25 de nymphis, Quas praecipit Anien, atque exceptura natatus Virgo iuuat. Martial. 6, 42 Cruda Virgine Marciaue mergi Quae tam candida, tam serena lucet Vt nullas ibi suspiceris vndas Et credas vatum nitere Lygdon (marmoris genus) etc. De ratione nominis, Cassiod. Varr. 7, 6 Quia puriore fluens vnda nullis polluitur fordibus. Frontin. de Aquaed. Art. 10 p. 45 Pole. Virgo appellata est, quod quaerentibus aquam militibus puella virguncula quasdam venas monstrauit, quas secuti qui foderunt, ingentem modum aquae inuenerunt. Aedicula fonti apposita hanc originem pictura ostendit. Add. Stat. Silu. 1, 5, 26. ¶ 8 Virgo fidus vnum de XII, Astraea est, vel Iustitia, vel Erigone, de quibus s. l. vtitur v. g. Columnel. 11, 2 etc. Haec est, de qua Virg. Ecl. 4, 6 Iam redit et Virgo, redeunt Saturnia regna. VIRGUNCULA, ae. f. Dim. Petron. c. 20 Vtique postquam virguncula ceruicem inuasit. Et Iuuen. Sat. 13, 40 Tunc, cum virguncula Iuno. Add. Petron. c. 18. it. Frontin. de Aquaed. loco quem dedimus modo in VIRGO n. 7. Sen. Qu. N. 1, 17. Curt. 8, 4, 25. VIRGINALIS, e. [παρθενικός] Quod ad virginem pertinet: ut Virginalis modestia Cic. de Diuin. 1, 65. Habitus atque vestitus virginalis Cic. Verr. 6 (4) 5 c. 3. Partus Prudent. Cath. 7, 12. Add. Lactant. 4, 12. Ploratus virginalis Cic. Tusc. 2, 21 Heu virginalem me ore ploratum edere. ex Poëta. Virginali verecundia homo Cic. pro Quint. 39 c. 11. VIRGINAL, is. n. Membrum, qua virgines sunt. Prudent. Pass. Agnetis v. 8 Intactum ab omni crimine virginal. Solinus c. 1 (al. 4) p. 5 E Salm. Feminis perinde est insaulta natiuitas, si concretum virginal fuerit, quo pacto genitalia fuere Corneliae — confertum dederat Delrius. Sed etiam Plin. 7, 16 Quasdam concreto genitali gigni, infausto omine, Cornelia Grachorum mater indicio est. Papias Virginis membrum interpretatur. Glossae Seruii apud Elmendorstium Ind. Apuleii Phœdis, ἡ γυνή, ἧμα γυναικείον. ¶ 2 Apul. Apol. p. 296, 28 At quaesisse me fingeretis ad illecebras magicas duo haec marina Veretillam et Virginal. Ante vocauerat, ex persona aduersarii, duas res marinas impudicis vocabulis. Videntur itaque conchae ex eo genere fuisse, quales hodie ostenduntur in conchyliorum thesauris, quae illorum membrorum similitudinem referunt. VIRGINARIUS, a, um. [παρθένιος] Plaut. Pers. 4, 9, 14 Scelista fides est virginaria. VIRGINEVS, a, um. [παρθένιος] Idem. Plin. 28, 7 Si purgatio illa post virginitatem prima sit, aut in virginea aetate spontanea. Agmen virgineum Claud. Conf. Stilich. 3, 263. Artus virginei Ouid. Met. 3, 164. Chorus virgineus Idem de Arte Am. 3, 168. Facies virgineae Virg. Aen. 9, 120. Forma virginea puer Ouid. Met. 3, 607. Habitus virginei Idem Met. 13, 166. Lus virgi-

virginei Ouid. Met. 14, 556. Virgineos etiam Partus quicumque creantur Tauro complexi cupiunt, sed saepe queruntur Manil. 2, 627. *i. natorum sub Virginis signo ii, qui sub tauro nati sunt.* Pectus Ouid. Met. 7, 17. Pudor virgineus Tibul. 1, 4, 74. Rubor virgineus Virg. Georg. 1, 430. Timor virgineus Ouid. Met. 10, 361. Vo- 5 lucres Idem Met. 7, 4. *i. harpyiae.* Vultus virginei Idem ibid. 5, 563. Virg. Aen. 3, 216.

VIRGINENSIS, is. f. Dea, cui nouae nuptae zonam dedica- bant August. Ciu. Dei 6, 9.

VIRGINISVENDONIDES, ae. m. *Fictum nomen.* Plaut. 10 Perf. 4, 6, 20.

VIRGINITAS, atis. f. [*παρθεμία*] *Castitas, castimonia.* Cic. de Nat. Deor. 3, 59 Minerua patrem dicitur interemisse virginitatem suam violare conantem. Merito omnibus maritis acceptissima Apul. Apol. p. 332. *conf.* Idem Apol. p. 543. Spolium virginitatis 15 Ouid. Epist. 5, 140. Matura toris virginitas Stat. Achill. 1, 292. Perpetua virginitas Ouid. Trist. 4, 3, 14. Poena virginitas Mela 3, 4. Seuera virginitas Ouid. Met. 3, 255. Carens virginitate Idem Met. 9, 331. Erepta virginitas Virg. Aen. 12, 141. Non solum virginitatem illibatam, sed etiam oscula ad virum sincera per- 20 ferre Val. Max. 6, 1, 4. Nouam nuptam Interfectae virginitatis curant Apul. Met. 5. Libata virginitas Ouid. Epist. 2, 115. Id. Met. 14, 133 Si mea virginitas Phoebo Patuisset amanti: *Sibylla loquitur, et mox ita declarat, Si Venerem paterer.* Raptae virginitatis prae- 25 mia Ouid. Met. 8, 851. Plin. 28, 7 Asperrimamque vim profluvii eius esse primis annis virginitate resoluta.

VIRGINO, are. *Caste viuere.* Tertull. de Virgin. Veland. c. 12 Virginari volunt sola capitis nuditate.

VIRIA, vel **VIRIOLA**, ae. f. [*χλωρίον*] *Ornamentum colli e gemmis viridibus, ut putat Bayssius.* Viriola, *κλωνίον, ψέλιον*: virio- 30 lac, *περιχέρια, ψέλιον.* Paullus in l. Si tibi electio, De optione et electione leg. Si ex quatuor viriolis duae, quas elegissem, mihi lega- 35 tae sunt: siue duae solae sint relictas, siue ab initio duae solae fue- rint, valet legatum. Iabolenus in l. Medico, De auro et argento leg. Funerari me arbitrio viri mei volo, et inferri mihi quaecumque 35 sepulturae meae causa feram ex ornamentis lineas duas ex margaritis, et viriolas ex sinaragdis. *Add.* l. argumento 25 §. ornamento 10 D. de aur. arg. leg. it. l. ult. D. cod. et l. 14 D. de contr. emt. c. n. *Goshofer. conf. Voss. Etymol. p. 561.* Viriae, Armillae sunt virorum, inquit 40 Isidorus 19, 31 quanquam muliebres etiam armillae viriae appellari coeperunt, *ut ap. Ambros. de Abrahamo 1, 3.* Septimius, Utique sicut vestigia cestuum viria occupavit: ita et endromidis solocem ali- 45 qua multitia synthesi extruxit. Plin. 39, 3 pr. Viriolae Celticae. viriae Celtibericae. *Contra legitur sed mendose prorsus in editis.* Turneb. *Aduers. 13, 3.* 45

VIRIATVS, i. m. [*Ουριάτος*] *Lusitanus, primum in Hispania, e pastore venator, e venatore latro, mox iusti exercitus dux factus, uni- versam Lusitaniam occupavit.* M. Ventidium Praetorem fuso eius exer- 50 citu cepit. Post Cn. Plancius Praetor nihilo feliciter rem cum eo gessit: tantumque terrorem hostis his intulit, ut aduersus eum Consulari opus esset duce et exercitu. Denique a proditoribus consilio Caepionis interemptus est, et ab exercitu multum ploratus tumulatusque honorificentissime. Epit. Liu. 52. Flor. 2, 17.

VIRIATINVS, a, um. *Adi.* *Ut, Viriatinum bellum Sueton. in Galba c. 3. Quod duce Viriato, Lusitani aduersus Romanos gesserunt.* 55

VIRICA, ae. f. *Missilis teli genus dicunt esse, cuius Diminutiuum sit Viriculum.* Fundus laudatur Gell. 10, 15 Quod virica surculum de arbore felici habet. *Sed locus ita habet in optimis libris:* Eae- 60 dem ferme caerimoniae sunt, quas flaminicas Diales seorsum aiunt ob- feruitare. Veluti est, Quod venenato aperitur, et quod in *rica* scalum de arbore felici habet. *Sic Scalig. in Coniectan. p. 56. Sic Fruterii auctoritate edidit Gron.*

VIRICVLVM, i. n. [*κέρρον*] *Missilis genus, quod Graeci Cestron vocant: frustra a Virica deriuari, modo dictum.* Laudatur 65 Plin. 35, 11 Encausto pingendi duo fuisse antiquitus genera constat, cera et in ebores cestro, id est viriculo, donec classes pingi coepere. *Sed Vericulum f. Veruculum leg. videtur ex Veru, v. v.*

VIRIDIS, e. *Adi.* [*χλωρός, πράσινος*] *Coloris nomen, quod cognationem habet cum verbo vigere.* Certe dicimus Virides plantas, quae nondum 70 aruerunt, et in vigore suo sunt. Columel. 1 praef. Quum istud opus non solum scientiam, sed et viridem aetatem cum robore corporis ad labores sufferendos desideret. Audiui illum et viridem et postea iam senem Sen. Exc. Contr. l. 4 praef. *Add. Barth. ad Stat. Theb. 6 p. 422 et 423.* Aeuum viride Ouid. Trist. 3, 1, 7. Animi 75 virides ausis, *Apti ad audendum Sil. 1, 187.* Idem 5, 569 Ille qui dem cruda mente, et viridissimus irae Ibat, sed vani frigentem in Marte senectam Prodebant ictus: *ubi ipsa oppositio declarat, quid sit vi- 80 ridissimus.* Flore viridissimo puella Catull. ad Coloniae f. 17, 14. Iuuenta viridis Virg. Aen. 5, 295. Numidia Quadratilla decessit, vsque ad nouissimam valetudinem viridis Plin. Epist. 7, 24. *Conf. 80 Buchner. ad h. l.* Senectus cruda ac viridis Tac. in Vita Agric. 29. ex Virg. Aen. 6, 304 Cruda deo (*Charonti*) viridisque senectus. 2 Viride, *Coloris nomen eius, quem habent plan- 85 tae virentes.* Cic. de Nat. Deor. 2, 98 c. 30 Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perlucidos amnium, riparum vestitus viridissi- mos. Idem Verr. 1, 45 c. 17 Ignem ex lignis viridibus, atque hu- 90 midis in loco angusto fieri iussit. Aquae virides Ouid. Fast. 4, 164. Caespes viridis Virg. Aen. 3, 304. Campi et Colles vi- ridissimi Cic. Verr. 3 c. 18. Color caeruleo albidior, viridior Plin. Epist. 8, 20. Ouid. Met. 10, 136 Viridissimus color. Vitruuius 90 7, 14. Viridissima pars Corticis Columel. 4, 22. Dracones Stat. Theb. 2, 279. *i. venenati.* Gemma ingrata viridis Plin. 37, 25. Gemmae acriter virides Idem 37, 5. Gramen vi- 95 ride Virg. Georg. 2, 219. Herba viridis Virg. Ecl. 6, 59. Hu- mus viridis Ouid. Fast. 6, 330. Lapilli virides Hor. Serm. 1, 2, 80. Cic. de Diuin. 1, 15 Iam vero semper viridis semperque grauata Len- tificus triplici solita grandescere foetu. Sonat vitium percussa, 100 maligne Respondet viridi non cocta fidelia Limo Perf. 5, 21. *i. crudo.* Littus Virg. Aen. 8, 83. Papauer viride Scribon. 72. 180. Pra- tum viride Ouid. Met. 13, 924. Ripa viridissima gramine Virg. 100 Georg. 3, 144. Ripa in viridi et opaca inambulare Cic. de Legib. 1, 15. Smaragdi virides Ouid. Amor. 2, 6, 21. *Al. Fragiles.* Sma- ragdi viridis lux Lucret. 4, 1120. Succus viridior Pallad. 4 t. 10. 105 Umbra viridis Virg. Ecl. 9, 20. Riparum Vestitus viridissimi Cic. de Nat. Deor. 2, 98 c. 30.

VIRIDE. Adu. Plin. 37, 8 Comitatur eam similitudine propior quam auctoritate Callais viride pallens. *Compar.* Plin. 57, 5 Herbas quoque virentes frondesque auide spectamus. Smaragdus vero tanto libentius, quoniam nihil omnino viridius comparatum illis viret.

VIRIDESCO, ēre. Gloss. Gr. Lat. *θαλάω*, Viridescō, vireo.

VIRIDOR, āri. *Viridem esse.* Ouid. in Halieuticis v. 90 Num vada subnatis imo viridentur ab vndis.

VIRIDANS, antis. Partic. [*χλωρίζων*] Virg. Aen. 5, 539 Sic fatus, cingit viridanti tempora lauro. Plin. 37, 8 Viridantium et alia plura sunt genera. Gramina viridantia Stat. Theb. 5, 526.

Lux viridans fluvii Plin. 4, 8. Toro viridante herbae confederat Virg. Aen. 5, 388. Calpurn. Ecl. 4, 130 Et cantus viridante licet mihi concedere libro. Et 5, 112 Sitis est pensanda tuorum, Canthe, gregum viridante cibo.

VIRIDICANS, antis. Partic. Tertull. de Pudicit. 20 Viridicantes et rubescentes.

VIRIDICĀTVS, a, um. Adi. [*ἀμφιθαλής*] Cic. Quint. Fr. 3, 1, 2 Equidem hoc quod melius intelligo, affirmo mirifica suavitate te villam habiturum, piscina et salientibus additis, palæstra et filua viridicata. Lambin. emendat vindicata. Sed viridicata est in omnibus libris aliis.

VIREO, ēre. [*χλωρίζω, θαλάω*] *Viride esse.* Cic. Tusc. 5, 37 Alia semper virent, alia hieme nudata, verno tempore tepesfacta frondescunt. Genua virent, Firma sunt Hor. Epod. 13, 6. Nemo omne viret Virg. Ecl. 7, 59. Pectora felle virent Ouid. Met. 2, 777. Virere et Nitere saepe a librariis mutantur. Vid. Burm. ad Quinct. Decl. 12, 13 p. 254.

VIRENS, entis. Partic. [*χλωρίζων*] *Viride esse.* Sil. 1, 61. Virium gloria virente florere Iustin. 43, 5, 4. Ferre in bellum virentem recentibus experimentis virtutis florem Idem 30, 4, 15. Maligne virens, vid. MALVS. Agelli virentis cultor Hor. de Arte Poët. 117. Buxus perpetuo virens Ouid. Met. 10, 97. Campi virentes Hor. Carm. 2, 5, 5. Hedera virens Id. ib. 1, 25, 17. Herbae virentes Ouid. Met. 4, 301. Stagna virentia musco Virg. Georg. 4, 18. Siluarum virentium domina Diana Catull. in Carm. faecul. 32, 10.

VIRESCO, ēre. [*πρωσιζω, θαλάω*] *Viride fieri.* Columel. 11, 2 Quidam quum vidissent partem aliquam vuarum virefcere, crediderunt tempestiuam esse vindemiam. Gramina iniussa virefcunt Virg. Georg. 1, 55. *conf.* Ouid. Met. 4, 394.

VIRESCERE, vid. in VIS.

VIREDO, inis. f. Guil. Brito 10, 699. *i. color viridis.*

VIRIDĪTAS, ātis. f. [*χλωρότης, πρωσιώτης*] Cic. de Senect. 51 c. 16 Terra semen tepesfactum vapore et complexu suo diffundit, et elicit herbescentem ex eo viriditatem. Ibidem 57 Viriditas pratorum. Imitari viriditatem puri maris Plin. 37, 5. Cic. de Provinc. Consul. 29 Ac laurea illa magnis periculis parta, Amittit longo interuallo viriditatem? *i. honos obsolescit, obliuione paulatim minuitur.* Vigorem et robur iuuenile etiam indicat. Cic. de Amic. 11 c. 3 Senectus aufert eam viriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio. Idem Tusc. 3, 75 c. 31 Sed quamdiu in illo opinato malo vis quaedam infit et vigeat, et habeat quandam viriditatem, tamdiu appelletur recens.

VIRIDARIVM, i. n. [*αλώδι*] *Locus, in quo sunt herbae et plantae virentes, et amoenitate refertae.* Suet. Tiber. c. 60 (61) Militem Praetorianum, ob surreptum et viridario pauonem capite puniuit. Vid. Plin. 18, 2. *conf.* Cic. Att. 2, 3. Cels. 1, 2. Petron. c. 9 c. not. Erb. Vet. Inscript. apud Fabrett. p. 225 IN VIRIDARIO PATRIS P. XIX. M. LIVIVS M. P. CASSIVS DON.

VIRIDARIVS, a, um. *Vnde, Viridarii serui, Vlpiano Iureconf. dicuntur, Qui hortos curant, et eorum curam habent.*

VIRIDIA, VIRIDIARIA, et VIRIDARIA, eadem significatu leguntur. Viridia exstat ap. Vitr. 5, 9 et 6, 6. Perambulante laeta domino viridia Phaedr. 2, 5, (6) 14. Cisterna aedificiis ac

viridibus subdita Sen. Ep. 86. Ambulatio pressis varietate tonsis viridibus inclusa Plin. Ep. 5, 6. Pomponius D. de seruitutibus l. Quoties, Seruitutum non ea natura est, vt aliquid faciat quis: veluti viridia tollat, aut amoenior prospectum praestet, aut in hoc vt in suo pingat: sed vt patiat, aut non faciat aliquid. Sic habent Pandectae Florentinae. Haloander tamen Viridaria legit. Iabolenus, D. de seruitut. vrb. praed. l. Aedificia, quae seruitutem patiuntur, ne quid altius tollatur, viridia supra eam altitudinem habere possunt. Et hic Viridia habent Pandectae, Haloander Viridiaria. Vlpian. D. de usufructu. l. Si cuius, Vel viridiaria ad alium modum conuertere.

Idem D. de instructo vel instrum. leg. l. In instrumento, Si etiam viridiaria sint. *Vtroque loco sic habent Pandectae, et Haloander.* Paullus. D. de verbor. signific. l. Impensae, Voluptariae impensae sunt, quae speciem duntaxat ornant, non etiam fructum augent: vt sunt viridia, aquae salientes, incrustationes, loricationes, picturae. Sic habent Pandectae, Haloander Viridiaria. Vlp. tit. vj. eius libri, qui inscribitur Tituli ex corpore Vlpiani, Voluptuosae impensae sunt, quibus neque omisissis, deterior dos fieret: neque factis, fructuosior effecta est: quod euenit in viridiariis, et picturis, similibusque rebus. Iabolenus in l. Dolia. D. de fundo instrum. Dolia fictilia, item plumbea, quibus terra

aggesta est, et in his viridiaria posita: aedium esse Labeo et Trebatius putant. Viridia, sunt Herbae virides apud Columel. 12, 57.

VIRĒTVM, siue VIRECTVM, i. n. [*παράδεισος*] *Locus viriditate iucundus, vel ipsae Herbae virentes.* Virg. Aen. 6, 638 Deuenire locos laetos, et amoena virecta Fortunatorum nemorum. Add. Prudent. Cath. 3, 101. Per semper amoena vireta Tertull. de Iudic. Dom. c. 7. Laetissima vireta Apul. Met. 4 p. 411.

VIRILIS, vid. VIR.

VIRIOLA, vid. VIRIA.

VIRIPOTENS, VIRITIM, vid. VIR.

VIROR, ōris. m. *Idem significat quod Viriditas.* Apul. Florid. 2 p. 348 Pratorum virores. Luminis ac varios spargens, diadema virores Fortunat. de vita Mart. l. 3 sub fin. Cui adhuc superest aliquid de virore Pallad. Iun. t. 12. *conf.* Apul. de Herb. c. 124. Tertull. de Pall. c. 3.

VIROSA Mulier, vid. VIR.

VIROSVS, vid. VIRVS.

VIRTVS, ūtis. f. [*ἀρετή, ἰσχὺς, δύναμις, ἀνδρεία, ἴσ* Gloss. Lat. Gr.] *A Viro dicta est, teste Cic. Tusc. 2, 43 c. 18 Ac vide, ne cum omnes rectae animi affectiones virtutes appellentur, non sit hoc proprium nomen omnium; sed ab ea, quae vna caeteris excellebat, omnes nominatae*

minatae sint. Appellata est enim ex viro virtus : viri autem propria maxime est fortitudo. Virtus ergo est omnis recta animi affectio, omnis praestantia animi, *b. e. eius partis, quae volendi et agendi impetus habet, peculiari autem ratione, quatenus robur quoddam et vim opponit impedimentis.* Virg. Aen. 5, 455 Tunc pudor incendit vires et conscia virtus. Cic. pro Lege Manil. 36 Non enim solum bellandi virtus in summo atque perfecto Imperatore quaerenda est : sed multae sunt artes eximiae, huius administratae comitesque virtutis. Ter. Eun. 4, 7, 8 Egone? imperatoris virtutem noueram, et vim militum, sine sanguine hoc fieri non posse. Cinis omnium virum et virtutum Troia, *i. In qua praestantissimus et fortissimus quisque perit* Catul. ad Mallium f. 61, 90. Disciplinae virtus Scribon. Ep. m. *i. potentia.* Inferior virtute alicuius Ouid. Met. 9, 62. ¶ 2. Epitheta: Actuosa virtus, *vid. Actuosa vita, in AGO.* Animosa Sil. 16, 109. Ardua Stat. Theb. 10, 839. Aspera Sil. 7, 51. Atrox Idem 13, 369. Arguta virtus, *vid. ARGVO.* Bellica virtus, *vid. Bellicus, in BELLVM.* Crudelis virtus Stat. Theb. 6, 734. Damnoa alicui virtus Ouid. Met. 10, 707. Effera virtus Valer. Argon. 2, 648. Expertae virtutis homo Tac. Ann. 3, 74. *b. e. Exploratae.* Virg. Aen. 12, 20 O praestans animi iuuenis, quantum ipse Feroci Virtute exuperas, tanto, *etc.* Feruida Catul. Argon. 62, 218. Horrida Stat. Theb. 5, 172. Ignea Lucan. 9, 7. Indomita Senec. Herc. Fur. 1. Maior post otia virtus Stat. Silu. 4, 4, 34. Spectata virtus belli domique Hor. Epist. 2, 1, 230. Temeraria virtus nocet Ouid. Met. 8, 407. Velox virtus Sil. 4, 99. Viuida bello virtus Virg. Aen. 5, 754. ¶ 3. Verba: Affirmare armis virtutem Tac. Hist. 4, 73. Conniti virtute, *vid. CONNITOR.* Defendere terram patriam armis ac virtute Lucr. 2, 641. Egressa modum virtus Stat. Theb. 10, 828. Exhibere virtutem suam Scribon. Ep. m. Fracta virtus Hor. Carm. 2, 7, 11. Frenata iuuenem virtus quieuit Stat. Theb. 10, 239. Fretus mira manuum pedumque virtute Lucret. 5, 964. Praestans virtute Virg. Aen. 8, 548. Punita bona virtus exilio Sil. 13, 280. Senescit virtus cuiusda veneno desidiae Sil. 3, 580. Tenere locum virtute secundum Virg. Aen. 5, 258. Virtute tua, pro Tuo auxilio Plaut. Truc. 4, 2, 28. Sentire alicuius rei virtutes Quinct. 1, 11. ¶ 4. Praestantia omnis et bonitas cuiuscunque rei virtus est. Quinct. 8, 3, 53 Vitanda μακρολογία, id est, longior, quam oportet sermo: sed huic vicina παράφρασιs virtus habetur. Arboris vel equi virtus Cic. de Legib. 1, 45. Amissa virtute Coloris, denigratur minium Vitr. 7, 9. Deum virtute, *i. opera, beneficio* Plaut. Trin. 2, 2, 65. Formae virtute, *Formae merito ac bonitate, ob formam egregiam* Plaut. Milit. 4, 5, 12. Idem Mostel. 1, 3, 17 Virtute formae id euenit, te vt deceat quidquid habeas. Mercis virtus, *Id quod valet merx ipsa, Mercis bonitas* Plaut. Mil. 3, 1, 132. Oratio-45 num virtutes Quinct. 1, 11. Suspiciatus aliquid in ea (Tabula) virtutis, quod ipse nesciret Plin. 35, 4 f. 8. Cic. pro Planc. 78 Non dicam miser (natura quidem abhorret a virtute Verbi) sed, *etc.* Cic. de Orat. 2, 120 Alterum est in quo oratoris vis illa diuina, Virtusque cernitur. Dicendi virtus, nisi ei, qui dicit ea, de quibus dicit, percepta sint, exstare non potest Idem ib. 1, 83. Disputatrix virtus Quinct. 2, 20. Idem 4, 2 Sunt quidem hae — virtutes aliarum quoque partium. Cic. Att. 2, 19 Ludis Apollinaribus Diphilus tragoedus in nostrum Pompeium petulanter inuectus est. Nostra miseria tu es magnus: millies coactus est dicere eadem. Vir-55 tutem istam veniet tempus quum grauius gemes, totius theatri clamore dixit, itemque caetera. Versus sunt ex vetere tragoedia. Idem scribit Valerius Maximus 6, 2 Sensus est, Veniet tempus, quum te tantum potuisse poenitebit. Cic. de Fin. 5, 36 c. 12 Atqui in Sensibus est sua cuique virtus. ¶ 5. Formulae et sententiae de virtute, 60 *i. praestantia animi.* Cic. Fam. 10, 3 Omnia summa consequutus es virtute duce, comite fortuna. Ter. in prol. Phorm. 34 Actoris virtus nobis restituit locum, *h. e. Qui toties exclusus animam non abiecerit, sed perseverauerit agere, inquit Donatus.* Virtus praemium est optimum: Virtus omnibus rebus anteit profecto: Virtus omnia in se habet: Omnia adsunt bona, quem penes est virtus Plaut. Amph. 2, 2, 17 seqq. Nunquam stygias fertur ad vndas Incluta virtus Sen. in Herc. Oet. p. a. fin. Iudice me, mercede caret, per seque petenda est Externis virtus incomitata bonis Ouid. ex Pont. 2, 3, 35. Virtus est animi habitus naturae modo rationi consentaneus Cic. de Inuent. 159 c. 53. Vera laus vni virtuti debetur Idem de Orat. 2, 342. Virtus est per se ipsa laudabilis, et sine qua nihil laudari potest Idem ib. 2, 343. Virtutes in specie fictae simulationis inesse non possunt Idem de Nat. Deor. 1, 3. Idem de Clar. Orat. 129 Is virtute animi atque vita fuit bonus auctor in Senatu. Vir singulari virtute praeditus Idem pro Domo 39. Singularis et praestantissima virtus P. Lentul. Cic. post redit. in Senat. 5. L. Piso, qui tanta virtute atque integritate fuit, vt, *etc.* Idem pro Font. 29. Idem pro Muraen. 23 Aliis ego te virtutibus, continentiae, grauitatis, iustitiae, fidei, caeteris omnibus, Consulatu, 80 et omni honore semper dignissimum iudicauit. Pro tuis maximis, clarissimisque virtutibus Idem Fam. 4, 7. Idem Off. 1, 46 Qui virtutibus his leuioribus erit ornatus, modestia, temperantia, iustitia, *etc.* Inuia virtuti nulla est via Ouid. Met. 14, 113. Aditus virtutis, *vid. Aditus, in ADEO, ire.* Praemium virtutis est gloria Cic. pro Milon. 98. Saeculum virtutum sterile Tac. Hist. 1, 3. Nihil est virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius Cic. Fam. 9, 14. ¶ 6. Epitheta: Acris animi virtus Lucret. 1, 71. Aeterna virtus, *vid. AETERNVS.* Ardens virtus Virg. Aen. 6, 130. Ardua virtus Hor. Carm. 3, 24, 44. Ciuiles virtutes Quinct. 1, 11. Clara et insignis virtus alicuius posteris, *vid. INSIGNIS.* Cic. de Inuent. 2, 114 Si existant qui apud maiores nostros ob Egregiam virtutem tali honore dignati sunt, nonne, *etc.* Egregia virtute progenies Virg. Aen. 7, 257. Gloriosa et memorabilis virtus, Immunis non est virtus, Inex-95 plebilis virtutis veraeque laudis homo, *vid. bb. vv.* Ingens virtus Hor. Serm. 2, 7, 102. Iugatae virtutes, *vid. Iugatus, in IUGVM.* Cic. de Orat. 1, 226 Potestne virtus Crasse seruire istis auctoribus, *etc.* quae et semper et sola Libera est, quaeque etiam si corpora capta sint armis, aut constricta vinculis, tamen ius suum, atque omnium rerum impunitam libertatem tenere debeat. Manca virtus, *vid. MANCVS.* Spectatae virtutis durior est conditio, quam incogitatae Cic. ad Brut. 16. Verae virtutis custos Hor. Epist. 1, 1, 17. ¶ 7. Verba: Abundare virtutibus Plin. Epist. 2, 17. Accedere virtuti, Adhibere virtutem, Adoleuit virtus, *vid. bb. vv.* Cic. Tusc. 2, 52 105

- Virtutem autem si vnam Amiseris, etsi Amitti virtus non potest, sed si vnam confessus fueris te non habere, nullam te esse habiturum. Amplexari virtutem, Amplificare virtutem laudibus, *vid. hb. vv.* Caluisse mero virtus prisca Catonis narratur Hor. Carm. 3, 21, 11.
- 5 Interpretantur ipsum Catonem. Ac verum sane est Catonem caluisse mero. Sed hoc vult Horatius, cum caleret Cato, etiam virtutem ipsum incensam esse. Tale est Horat. Sat. 2, 1, 72 Quin vbi se a vulgo et scena in secreta nemorant Virtus Scipiadae, et mitis sapientia Laeti. Capere virtutem, Certare virtute Virgiliana, Confidere virtuti,
- 10 Contestata virtus, *vid. hb. vv.* Deserere viam virtutis Horat. Carm. 3, 24, 44. Eminere virtutibus Quinct. 3, 8, (9). Extendere virtutem factis, i. Gloriam Seruius ad Virg. Aen. 6, 806. Exuere virtutem Tac. Ann. 1, 75. Ferre prae se virtutem Quinct. 2, 13. Tac. Ann. 6, 51 Occultum ac subdolum Pingendis virtutibus. Cic.
- 15 Post red. ad Quirit. 20 Recuperata vero sua dignitate, se non commissurum, vt, etc. virtutem animi non Haberet, quam nunquam perdidisset. Iacent virtutes, Imminuta virtus, Inchoare virtutem, *vid. hb. vv.* Hor. Carm. 3, 29, 55 de Fortuna, — si celeres quatit
- 20 Pennas resigno quae dedit, et mea Virtute me inuoluo, probamque Pauperiem sine dote quaero. *vt ille, qui inuoluit se vestimentis aduersus aëris iniuriam.* Cic. Philipp. 4, 13 Omnia alia falsa, incerta sunt, caduca, mobilia: virtus est vna altissimis defixa radicibus, quae nunquam vlla vi Labefactari potest, nunquam Dimoueri loco. Laborare virtute ac studiis Quinct. in Prooem. 1. Locare virtutem, *vid. Loco, in LOCVS.* Monstrare studium virtutis alicui Stat. Silu. 4, 8, 58. Multare virtutem morte Quinct. 5, 11. Obsolescit virtus, Ornatus ex suis virtutibus, *vid. ff. ll.*
- 30 Cic. pro Planc. 60 c. 25 Is gloria maxime excellat, qui virtute plurimum Praestet. Virtutem nemo vnquam acceptam deo Retulit Cic. de Nat. Deor. 386 c. 36. Repraesentare virtutem alicuius Hor. Epist. 1, 19, 14. Retinere virtutem alicuius Tac. Ann. 1, 75. Esse parem alicui virtute Ouid. ex Pont. 4, 13, 27. Superare virtute
- 35 dolores Idem Met. 8, 518, Superatur virtus virtute Cic. Philipp. 14, 18. Virtutes pro Vitiis per ironiam aliquando ponuntur, *auctore Donato ad Ter. Adolph. 2, 1, 22.* Si possiderem, ornatus esses ex tuis virtutibus Plaut. Pseud. 2, 4, 36. Homo sua virtute egens Cic. pro Domo c. 44 *extr.*
- 40 VIRTUOSE. Adu. Inscript. spuria Grut. *vid. Cellar. Cur. Post. p. 369.*
- VIRTUTIFER, a, um. Virtutifer patris baculus Fortunat. in Medardo. *Reines. emendat virtutifex.*
- 45 VIRVS, Indecl. n. [*ἰὸς ἐξιδνός, καὶ ζῶν ἀλόγος, καὶ ἰχθύς* Gl. L. Gr.] *Habet hoc nomen conuenientiam cum nomine Vires: significat enim vehementiam odoris, vel aliam efficaciam mutandi colorem, saporemue aut mutationem insignem producendi, qualis est in venenis.* Seru. ad Virg. Georg. 1, 129 Ille malum virus serpentibus addidit atris, Virus et bonum et malum est, sicut venenum, nam idem est. Venit autem a Graeco: nam et illi *Φύρακρον* medium habent, id est, et bonum et malum. Plin. 35, 15 Virus alarum sudoresque fedat. Idem, Signum est vernis temporibus odoris virus. Sane, *inquit Seruius l. c.* Virus hodie tres tantum habet casus, hoc virus, hoc virus, ô virus. Antiqui hoc virus, huius viri dicebant. Lucret. 2, 475 Tetri primordia viri. *Laudatur etiam 6, 29* Quod flueret naturali viro, atque veniret. *Sed mutata merito est lectio.* Charif. 1 p. 9 Hoc Virus, huius viri, quod quidem indeclinabile arbitrantur. Et p. 11, 1 Ab hoc viro. Lucret. 2, 252 *monet ad vnguenta paranda adbiberi inolentis (nihil olentis) Oliui*
- 60 Naturam, nullam quae mittat naribus auram Quam minime vt possit mistos in corpore odores Concoctosque, suo contactos perdere viro. *Ad malum odorem et vaporem noxium refert Columel. 1, 5* Nec paludem vicinam esse oportet aedificiis, quia caloribus noxium virus eruat.
- 65 *Stat. Plin. 8, 11 de Basilisco,* Huic tali monstro mustelarum virus exitio est, i. *Necant eos odore.* Virus Animae leonis graue vrsi pestilens Plin. 11, 53 pr. f. 115 pr. Virus Floris graue Plin. 27, 5 f. 18. Ponti virus Manil. 5, 673. Plin. 8, 22 Quin et caudae huius animalis creditur vulgo inesse amatorium virus exiguo in villo, eumque quum capiatur abiici. *de lupo.* Dirum virus Lucan. 1, 610. al. Nigrum. Edax virus Ouid. Fast. 5, 403. Graue virus Hor. Epist. 2, 1, 159. Ingenitum corpori virus, Ingratum virus, *vid. hb. vv.* Lucan. 6, 669 Taboque medullas Abluit, et virus large Lunare ministrat, i. *magicum: venesciorum luna praesef.* Malum virus Virg. Georg. 1, 129. Seruii annotationem *supra dedimus.* Mortiferum virus Cic. in Arat. 436. Nocens virus Ouid. Met. 2, 800. Tunc et Odorato medicata bitumina viro Imponat Grat. Cynege. v. 415. *vid. Barth. ad h. l.* Pestiferum virus Ouid. in Ibin 608. Rutilum virus Lucan. 9, 813.
- 80 Adiacere virus, *vid. ADIICIO.* Adspargere virus alicui Virg. Georg. 3, 419. Exstinguere virus ingluuie natum Plin. 13, 1 foetorem oris. Pertrahatur illa virus Scribon. 173. *de morsu venenato.* Plin. 31, 8 Aqua marina vetustate virus deponit. i. *Amaritudinem illam et falsedinem.* Idem 34, 17 Aeruginis virus. *Sunt plurima talia apud Plinium, quae Harduini index monstrabit.* Metaphor. Cic. de Amicit. 89 c. 23 Tamen is pati non possit, vt non inquirat aliquem apud quem euomat virus acerbitalis suae. Plin. 9, 36 *de sanguine purpurae,* Tum superadditum decoquitur virus. Virus de bono odore vini, *ap. Plin. 14, 20 f. 25 et 17, 9 f. 6.* Sed iam monuimus, omnis odor, sapor, color vehemens virus est. Virus, Genitura, humor qui e genitalibus fluit. Plin. 28, 11 Virus verrinum e scrofa ex coitu exceptum, prius quam terram attingat, contra dolores. Idem 9, 50 Nisi editis ouis inter se versando mares et feminae vitale adsperserint virus. *de piscibus.* Genitale virus Tertull. de Anima 95 c. 13. *add. Barth. ad Stat. Silu. 1, 4, 104 p. 128.* Lentum distillat ab inguine virus Virg. Georg. 3, 281. *Vrinam hoc verbo significari, tradunt Burm. et Vlit. ad Grat. v. 355.* In bonam partem de herbis medicatis Stat. Silu. 1, 4, 104 Atque omne benigne Virus odoriferis Arabum quod doctus in aruis, etc. *Ad Animi vim transtulit*
- 100 Sil. 2, 288 Ingenitum nocens virus, flatusque paternos. i. *vehementiam.* Sic 9, 479 Nam virus, et aestus Flammi feræ noui mentis. Et 11, 599 Tumet ingenio, fraternaue corda Haud tarde agnoscas, et virus futile linguae.
- VIRULENTVS, a, um. Adi. [*ἰώδης*] Plenum veneno. Gell. 2 105 16, 11 Vt serpentium virulentorum domitores sint.

VIRULENTIA, ae. f. Sidon. Epist. 8, 14 Hircorum vos obtulisse virulentiam, Christus sibi computat. *Add.* Tertull. Apol. c. 8 *ubi tamen MSS.* iurulentia.

VIRŌSVS, a, um. Adi. [*βρομώδης*] *Mali odoris, aut venenatus.* Virofa res coriandrum Scribon. 245. *i. graueolens.* Virofi odoris fordes Id. 163. *i. tetri.* Virg. Georg. 1, 58 At Chalybes nudi ferrum, virofaque Pontus Castorea, Eliadum palmas Epirus equarum? *Ubi* Seruius, Virofa, id est, venenata. Nam licet sint multis remedio, tamen praegnantes eorum odore abiiciunt egeruntque partum. Et Virofa dicta ab eo quod est Virus. Alii Fortia accipiunt, a Viribus. 10 Alii Virofa dici putant ab odoris grauitate. *Vltimum hoc videtur verius, certe rei naturae conuenientius.* Mala ulcera notare videtur Cato 157 Et si mulier eo lotio locos fouebit, nunquam virosi fient. *Conf.* Nemes. Cyneg. v. 223. Eluies Grat. Cyn. v. 355. *i. vrina.* Virofus, Mali saporis. Varro, Rancidam carnem apposuit nobis, et virosam. Aures virofa susurronum Faecae completae Sidon. Ep. 5, 7. *Superl.* Scribon. Larg. Compos. 103 Virofissimum medicamentum aduersus stomachum.

VIRIOSVS, a, um. *Idem.* Apul. Met. 7 p. 196 Spinae punctu venenato virosae. *Pricaeus* legit Virofae. 20

V I S

VIS, vis, vim; [*ἰς, βία, ἰσχύς, δύναμις, δυναστεία*] *Pluraliter vis, apud veteres: nunc ab antiquo Singulari dicimus hae Vires, Certe significatio est eadem, nisi quod Vis multo patet latius, et significat quidquid est in quacunque re, unde fit, ut agere vel pati possit aliquid: facultatem agendi maiorem, tum ipsum impetum, praesertim a ratione et iure seiunctum, etc.* *Exempla enim melius, quam quaecunque definitio, rem demonstrant.* *Ac primo Casuum rariorum specimina dabimus.* Vis Genit. 30

Quamquam in magna parte librorum suorum plus vis habeat quam sanguinis Dial. de Caus. corr. eloqu. c. 26. Vis fiebat mentio l. 1 D. quod metus causa. Vis in Accusatio Plurali, Sallust. Hist. 3

Male iam assuetum ad omnes vis controuersiarum. Nonius. Lucret. 2, 586 Et quam quidque magis multas vis possidet in se Atque potestates. *Iam de significatione.* Opp. species et vis Tac. Ann. 3, 30, 6 et 13, 31, 3.

Actionem simpliciter notat Virg. Georg. 1, 198 — Ni vis humana quotannis Maxima quaeque manu legeret. *Veherentiam et impetum* Virg. Aen. 1, 533 Non ea vis animo nec tanta superbia victis. *Potestatem efficiendi* Sallust. in Bell. Catil. post pr. 40

Sed nostra omnis vis in animo et corpore sita est. Saepe tibi dico, inesse vim Regulo: mirum est, quam efficiat, in quod incubuit Plin. Ep. 4, 7. Hanc ille vim, (siue quo alio nomine vocanda est intentio quidquid velit, obtinendi) si ad potiora vertisset, quantum boni efficere potuisset Idem ibid. . . Cic. pro Marcell. 8 Nul- 45

la est enim tanta vis, tanta copia, quae non ferro ac viribus debilitari frangique possit. . . Nep. Thrasib. 1, 4 In praelii concursu abire res a consilio ad vires, vimque pugnantium. *Vires puto esse multitudinem hominum et robur, quod a natura habent; vim animos et impetum, quem in praelio adhibent.* Vid. Burm. ad Quinct. 2, 1 p. 127 sq. 50

Cic. de Diuin. 2, 47 Et eo quidem loco et prognostica nostra pronuntiabas, et genera herbarum scamnoneam, aristolochiamque radicem, quarum causam ignorares, vim et effectum videres. Idem de Orat. 1, 142 Quumque esset omnis oratoris vis ac facultas in quinque partes distributa, etc. *Quidquid id est, propter quod aliquis orator vocatur.* 55

Idem ib. 1, 196 c. 44 Ac si nos id, quod maxime debet, nostra patria delectat, cuius rei tanta est vis ac tanta natura, ut Ithacam illam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam, sapientissimus vir immortalitati anteponeret. Id. in Orat. 112 Rei potius, id est, eloquentiae vim et naturam explicemus. Idem pro Quint. 51 Timi- 60

de tamen et pedetentim illuc descendunt, vi ac necessitate coacti, inuiti. Idem de Nat. Deor. 3, 90 Improborum igitur prosperitates secundaeque res redarguunt, ut Diogenes dicebat, vim omnem deorum ac potestatem. ¶ 2 *Genitui, qui nomini Vis et Vires adiunguntur.* Amicitiae vis est in animorum consensione Cic. de Amic. 15 c. 4. Animi vis mista toto corpore Lucret. 3, 278. Ter. 65

Heaut. 4, 3, 32 Qui vim tantam in me et potestatem habeam Astutiae, ut etc. Idem Phorm. 1, 2, 57 Ipsa horrida; lacrumae, vestitus turpis: ut ni vis Boni in ipsa inesset forma, haec formam exstinguerent. *i. forma valde bona.* Cic. Tusc. 5, 118 Theodorus Lysimacho mortem minitanti, Magnum vero effecisti, si Cantharidis vim consecutus es. Idem pro Milon. 63 c. 23 Magna vis est conscientiae Iudices. Eloquentiae vires Quinct. in Prooem. 1. Epiphorae vis Scribon. 20. *i. uehementia.* Cicero pro Rabir. 75

Posth. 42 Hanc vim Frigorum hiememque quam nos vix huius vrbis testis sustinemus excipere. Idem de Orat. 1, 172 c. 38 Antonii incredibilis quaedam et prope singularis, et diuina vis Ingenii. Vis Lucillii ap. Arnob. 5 p. 169 pr. videtur esse semen humanum ita, suspicor, appellatum a Lucillio. *Locum integrum dedimus in CONSEREN- TES DI.* Magistratus vis Cic. de Legib. 3, 2. Medicamenti vis Scribon. 20. Morborum vis Tac. Ann. 11, 6. Morbi vis ex- 80

cita Lucret. 4, 669. Cic. in Orat. 229 Eneruetur Oratio compositione verborum, ut aliter in ea nec impetus vllus, nec vis esse possit. Ostenti vis, ut, Id. de Diuin. 1, 73 Quod Ostentum habuit hanc vim, ut Dionysius paucis post diebus regnare coeperit. Patrimonii vi- 85

res tantas unde habes? *h. e. opes; facultates* Sen. Controu. 1, 7, Patrimonii viribus totis immanis vrsae comparabat numerum Apul. 4 p. 72, 33 Pric. vid. mox Viriculas et Pricaeum ad locum Apuleii ibi laudandum. Cicero Philipp. 1, 3 Dictaturam, quae vim iam regiae Potestatis obsederat, funditus ex Rep. sustulit. Id. pro 90

Cael. 58 c. 24 Habuisse aiunt domi (Venenum) vimque eius esse expertum in seruo quodam ad rem ipsam parato, cuius percelerari interitu esse ab hoc comprobatum Venenum. Idem pro Cluent. . . . Ea intellecta, certe nihil ad rem pertinet, quae Verborum vis sit, ac nominum, *i. significatio.* ¶ 3 *Construções aliae:* Cic. 95

Off. 3, 19 Magnam vim esse in fortuna in vtramque partem, vel secundas ad res, vel aduersas quis ignorat? Idem Acad. 1, 119 In pedibus celeritatem, vim in manibus, claritatem in voce, etc. Id. Fam. 6, 2 Quae vis insit in his paucis verbis, si attendes, quod facis. Dicendi vis Quinct. 1, 2. Loquendi vis et norma Hor. de Arte 100

Poët. 72. Percipiendi vis Quinct. 1, 1. Infirmitas virium, vid. INFIRMVS. Ad vires cuiusque datur Scribon. 101, 106. Prout vires sunt Idem 93. Prout vniuscuiusque vires patiuntur Id. 138. Ut cuiusque vires postulabunt Idem 121. Audax viri- 105

bus, vid. AVDAX. Editior viribus, Fortior Hor. Serm. 1, 3, 110. 105

- Inferior viribus Ouid. Met. 4, 652. Inuicti viribus Virg. Aen. 6, 394. Praedurus viribus Idem ib. 10, 748. Cic. Tuft. 5, 6. Est profecto animi medicina Philosophia, cuius auxilium non vt in corporis morbis petendum est foris; omnibusque opibus viribusque, vt nosinet ipsi nobis mederi possimus, elaborandum est. ¶ 4
- Epitbeta*: Cic. de Legib. 1, 6 Fannii autem aetate coniunctus Antipater paulo inflauit vehementius, habuitque vires agrestes ille quidem atque horridas sine nitore ac palaestra. Ardens vis fulminis Lucret. 6, 144. Auxiliaris vis, vid. Auxiliaris, in AVXILIOR.
- 10 Blanda vis dei noctiuagi, h. e. Somni Stat. Theb. 10, 152. Caeca vis, Occulta potentia, seu facultas Sil. 17, 593. Caelestis vis Cic. de Diuin. 1, 63. Idem pro Milon. 84 Nec vero quisquam aliter arbitrari potest, nisi qui nullam vim Caelestem existimat numenue diuinum. Ciuilis ac festiuitas e Gellio 20, 10 extr. Verae atque solidae opponitur, bellum iudiciale armis. Concalectoria vis, Corusca vis, vid. hb. vv. Dura vis Virg. Georg. 4, 399. Exesa vis luminis Tac. Hist. 4, 81. Exiguae vires ingenii Ouid. Trist. 2, 532. Eximia vis Cic. pro Lege Manil. 40. Firmae vires Ouid. Fast. 3, 39. Furiatae vires Sil. 13, 209. Horrida vis lethi Lucret. 3, 171. Humana vis Virg. Georg. 1, 198. Ignea vis caeli Ouid. Met. 1, 26. Imperiosissima vis Quint. 6, 3. Incita vis ventis Lucret. 1, 272. Inexhaustae vires Sil. 16, 499. Infirmis viribus homo, vid. INFIRMVS. Infractae ad praelia vires Virg. Aen. 9, 499. Ingens vis rerum Quint. 6, 1. Inimica vis Parcarum propinquat Virg. Aen. 12, 150. Inualidae vires Ouid. Trist. 1, 5, 72. Magna vis nocendi Ouid. Met. 5, 457. Magnae vires, vid. MAGNVS. Cic. pro Cael. 59 c. 24 Quumque ille vir, qui se natum huic imperio putauit, tertio die postquam in Curia, in Repub. florisset, integerrima aetate, optimo habitu, Maximis viribus, eriperetur indignissime bonis omnibus, atque vniuersae ciuitati. Cic. in Orat. 76 Orationis subtilitas inimitabilis quidem illa videtur esse existimanti, sed nihil est experiendi minus. Etsi enim non plurimi sanguinis est, habeat tamen succum aliquem oportet, vt etiam si illis Maximis viribus careat, sit (vt ita dicam) integra valetudine. Malefica, Morbida, Mordax, vid. hb. vv. Mortifera Lucret. 6, 819. Occulta vis Quint. 1, 10. Occultis viribus egregius fons, i. Arcana quadam et incognita virtute ac vi praeditus Iuuen. Sat. 12, 42. Praedurae vires Claud. in Gigantomach. 66. Praesentes ad nocendum habere vires Cic. sub Att. 15, 6.
- 40 Solida ac virilis ingenii vis Quint. 2, 5. Summa vi aliquid agere, pro Toto conatu Ter. Adel. 3, 4, 47. Tacita vis Quint. 3, 5. Temperata vis Hor. Carm. 3, 4, 66. Vastae vires Virg. Aen. 5, 568. Vera vis Quint. 1, 3. Ouid. Am. 1, 7, 25 In mea Vefanas habui dispendia vires, Et potui poenam fortis inire meam.
- 45 Violentae vires Lucret. 5, 1269. Violenta vis leonum Idem 3, 297. Viuida vis animi Idem 1, 73. ¶ 5 Verba: Abolere vires Tac. Hist. 4, 39. Abrogare vires beneficii, vid. ABROGO. Abscedunt vires, vid. ABSCEDO. Hor. Serm. 2, 3, 203 Abstulit vim Vxore et gnato. de Aiace infano. Abstulerat vires corporis ipse timor Ouid. Fast. 6, 442. Idem Met. 3, 693 Praebuimus longis Pentheus ambagibus aures Inquit, vt ira mora vires Abstumere posset. Abuti viribus corporis, Accipere vim, et vires, vid. ff. ll. Acquirere vires Virg. Aen. 4, 175. Acquirere nouas vires Lucan. 2, 647. Adhibere, Adiciere vires, Adimit dolor vires, Admouere vim, vid. hb. vv. Admixtum summis viribus Virg. Aen. 5, 226. Adoleuit robustis viribus aetas Lucret. 3, 450. Cic. de Orat. 1, 113 Sic igitur censeo, inquit Crassus, naturam primum atque ingenium ad dicendum vim Afferre maximam, h. e. Facultatem. Idem de Senect. 27 c. 9 Nec nunc quidem vires desidero adolescentis, non plus quam adolescens tauri aut elephantis desiderabam, quod est, eo decet vti: et quidquid agas, Agere pro viribus. Alere vires, vid. ALO. Amittit ventus vires Lucan. 3, 362. Assumit vires flamma Ouid. Epist. 20, 14. Grammatica tenuis, a fonte, assumtis Poetarum historicorumque viribus, pleno iam satis alueo fluit Quint. 2, 1. Augentur vires Ouid. Met. 9, 787. Augere vires eloquentiae Quint. in Prooem. 1. Capere vires, vid. CAPIO. Carpere vires, vid. CARPO. Cessit aegra animo vis, ac fiducia Stat. Theb. 8, 531. Colligere vires, vid. COLLIGO. Colligit vires sibi amor vsu Ouid. de Arte Am. 2, 339.
- 70 Concipere vires, vid. CONCIPIO. Concipiunt flumina vires Ouid. Met. 15, 335. Concipiunt occultas vires terrae Virg. Georg. 1, 86. Conferre vires in vnum, vid. CONFERO. Confusus viribus Iuuen. Sat. 10, 10. Consumsit fortuna vires ipsa suas Senec. Agamem. f. 7. Contendere viribus inter se Lucret. 3, 784. Contorsit validis viribus hastam Virg. Aen. 2, 50. Conuulsus vi dominationis Tac. Ann. 6, 48. Decedunt vires, vid. DECEDO. Deficiunt vires, vid. DEFICIO. Deficere quum me vires coepissent Cic. de Orat. 1, 199 c. 45. Defici viribus Quint. in Prooem. 4. Deiecta trabs infans viribus Austri Ouid. Met. 12, 510. Demittere ad vnum auditorem vim dicendi Quint. 1, 2. Deponunt vim suam aequora Ouid. Trist. 2, 152. Desiderare vires adolescentis Cic. de Senect. 27. Distracta vis animae per artus Lucret. 4, 914. Cic. Att. 4, 2 Tum profecto doloris magnitudo vim quandam nobis dicendi Dedit. Eidem 7, 3 His ille rebus ita conualuit, vt nunc in vno cui res ad resistendum sit: qui malle tantas ei vires non Dedit, quam nunc tam valenti resisteret. Dare sententiae vires Quint. 4, 1. Iuuen. 15, 104 Quisnam hominum veniam Dare, quisue deorum Viribus abnuerit dira atque immania passis, i. viris fortibus. Vt, Versus Catonis Hor. . . . vt βίν Ηροκλαίν apud Homerum.
- 90 Dare vires alicui in rem aliquam Ouid. Fast. 1, 17. Domare vires alicui Sen. Herc. Oet. f. 9. Domatur magna vi flexa vlmus Virg. Georg. 1, 169. Effundere vires suas in aliquo Ouid. Met. 12, 107. Effundere vires in ventum Virg. Aen. 5, 446. Eneruare vires alicuius Hor. Epod. 8, 2. Eniti viribus Virg. Georg. 2, 360. Excellere aliquem pulchritudine et viribus Cic. Off. 3, 25 c. 5. Idem de Orat. 1, 149 Plerique in hoc vocem modo, neque eam scienter, et vires Exercent suas, et linguae celeritatem incitant. Experiri vires alicuius Ouid. de Arte Am. 2, 180. Explorare vires alicuius Stat. Theb. 8, 42. Firmare vires Virg. Georg. 3, 209. Fractae vires Danaum Idem Aen. 2, 170. Frangere vim alicuius Quint. 1, 7. Frigent effoetae in corpore vires Virg. Aen. 5, 396. Sen. Herc. Fur. f. 6 Alieno in loco haud stabile regnum est: vna sed nostras potest Fundare vires, vincita regali face, thalamisque Megara: Cic. de Senect. 17 Non enim viribus aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magnae Geruntur, sed consilio, auctoritate sententia. Am-

Ambitus apertam vim Habet Cic. Fam. 3, 11. Idem de Senect. 33
 Nec vos quidem T. Pontii centurionis vires Habetis. Idem in
 Parad. 2 Nescis quantas vires virtus Habeat. Idem de Orat. 1, 88
 Huic respondebat, non se negare Demosthenem summam prudentiam,
 summamque vim Habuisse dicendi. Idem pro Corn. Balb. 35 Id
 Habet hanc vim, vt sit ille in foedere inferior. Idem de Orat.
 1, 258 Illud vero fuit horribile, quod mehercule vereor, ne maiorem
 vim ad deterrendum Habuerit, quam ad cohortandum. Idem pro
 Muraen. 1 Quod si illa sollempnis comitorum precatio Consularibus
 auspiciis consecrata, tantam Habet in se vim et religionem, quantam
 Reipubl. dignitas postulat, etc. Idem Fam. 5, 8 Has literas velim
 existimes foederis Habituras esse vim. Inpendere vim suam in
 rem aliquam Quinct. 1, 12. Incutere vim: *vid.* INCUTIO.
 Infringere magnas vires alicuius Propert. 1, 14, 17. Infringere
 vim militum, *vid.* INFRINGO. Instigat et alit vires quies tem-
 pestiva Stat. Silu. 4, 4, 133. Intendere vim Tac. Ann. 4, 2.
 Vim praefecturae modicam antea, Intendit, *b. e.* Auget. Inten-
 dere vim verbis, *vid.* INTENDO. Laborare vitio virium Quinct.
 2, 3. Languescit vis Idem 4, 1. Metiatur, ac diligenter
 aestimet vires suas actor Idem 6, 1. Ministrare vires alicui
 Virg. Aen. 11, 71. Minuuntur vires amoris Ouid. Met. 5, 374.
 Niti propria vi Virg. Georg. 2, 428. Obtusis ceciderunt viribus
 artus Lucret. 3, 453. Occupare orbem viribus Virg. Aen. 7, 258.
 Ostentare superbas vires Stat. Theb. 6, 647. Pacatus vindicibus
 viribus orbis Ouid. Epist. 9, 13. Parare vim, *vid.* PARO.
 Posuere indomitas vires incendia Virg. Aen. 5, 681. Progredi
 viribus suis sine adminiculo Quinct. 2, 6. Prostrerni suis viribus
 Idem 2, 12. Cic. Fam. 4, 7 Non enim iis rebus Pugnabamus, qui-
 bus valere poteramus, consilio, auctoritate, causa, quae erant in no-
 bis superiora: sed lacertis et viribus, quibus pares non eramus. Quas-
 fatum est corpus validis viribus acui Lucret. 3, 453. Recipere
 vires suas Cels. l. 4 c. vlt. *ad finem.* Recreat vires cibus Lucret.
 4, 866. Recuperatis cibo somnoque viribus Tac. Hist. 3, 22.
 Reparat vires alterna requies Sen. Hippol. 4. Resoluere vires
 Lucret. 4, 951. Restituere vires Cels. 4, 11. Retinere omni
 vi: Idem Fam. 8, 16. Hoc a te praefens contendissem, atque omni vi
 te Retinuisssem. Reuocare vires victu Virg. Aen. 1, 218. Ser-
 vare vim suam Quinct. 1, 3. Ouid. A. Am. 669 Dum vires an-
 nique Sinunt, tolerate labores. Stant solidae vires suo robore
 Virg. Aen. 2, 639. Subducere vires alicui Ouid. Met. 13, 61. Sug-
 gerere vim occultam Quinct. 1, 10. Esse bonis viribus, *vid.* BO-
 NVS. Sumunt vires incendia Hor. Epist. 1, 19, 85. Super-
 rare viribus aprum Hor. Epist. 1, 19, 51. Suscitare vim ira Virg.
 Aen. 5, 454. Cic. Fam. 5, 5 Quae ego si non profundero ac per-
 dere videbor, omnibus meis viribus Sustineo, Temperare vires
 suas Quinct. 1, 2. Ouid. ex Pont. 3, 6, 24. Torpent infractae ad
 praelia vires Virg. Aen. 9, 499. Cic. de Orat. 1, 242 A quo quum
 amentatas hastas acceperit, ipse eas oratoris lacertis viribusque Tor-
 quebit. Cels. 3, 19 Vltimum auxilium est, in alium, ptisanam,
 vel alicae cremorem ex inferioribus partibus iniicere: si quidem id
 quoque vires Tuetur. Valere viribus Virg. Aen. 5, 67. Vi-
 gent vires Lucret. 4, 1111. Vti viribus per cliuos Hor. Epist. 1,
 13, 10. Vtus armorum viribus Ouid. Met. 13, 657. Vti oran-
 di viribus Quinct. 2, 16. ¶ 6 Vis violentia, quatenus iu-
 ri, consilio, rationi opponitur. Virg. Aen. 2, 494 Fit via vi, rumpunt
 aditus, primosque trucidant. Ter. Phorm. 1, 4, 38 Vi coactum te
 esse inuitum, lege, iudicio. Hor. Carm. 3, 4, 65 Vis consilii ex-
 pers mole ruit sua, Vim moderatam DI quoque prouehunt. Pseud.
 Cic. Anteq. iret in exil. 12 Quum inimicorum nostrorum vim atque
 violentiam perspiciat. Armatorum vis Cic. pro Caec. 63. Pe-
 lagi ingens vis Lucan. 3, 62. Vis iniusta, quam leges vlciscuntur,
 duplex publica et priuata. Disputant de historia earum Legum, qui illud
 argumentum tractant. v. g. Manutius, Heinecc. Antt. 4, 18, 66 sq. No-
 bis sufficient ista: ex Tit. D. 48, 6 ad L. Iuliam de Vi publ. §. 1 Lege
 Iulia de Vi publica tenetur, qui arma, tela, domi suae, agroue in
 villa, praeter vsuum venationis, vel itineris, vel nauigationis, coege-
 rit. In eadem causa sunt, qui turbae seditionisue faciendae consi-
 lium inierint, feruosue, aut liberos homines in armis habuerint.
 — qui pubes cum telo in publico fuerit, — qui villas ex-
 pugnaverint, et cum telis et armis bona rapuerint — qui —
 quemquam per vim stuprauerit — qui hominibus armatis pos-
 sessorem domo agroue suo, aut naui sua deiecerit, expugnauerit con-
 cursu, vtque id fieret homines commodauerit — qui per vim
 sibi aliquem obligauerit — qui vacantem mulierem rapuit vel
 nuptam — qui cum imperium potestatemue haberet, ciuem Rom.
 aduersus prouocationem necauerit, verberauerit — qui noua
 vectigalia exercent. Ex Tit. D. 48, 7 ad L. Iuliam de vi pri-
 uata ista damus. Hac lege tenetur, qui conuocatis hominibus
 vim fecerit, quo quis verberetur, pulsaretur, neque homo occi-
 sus erit — Cum coetum aliquis et concursum fecisse dicitur,
 quo minus quis in ius produceretur. — Quoties quis id quod
 deberi sibi putat, non per iudicem reposcit. — Quisquis probatus
 fuerit rem vllam debitoris, non ab ipso sibi traditam, sine vlllo iudice
 temere possidere, eumque sibi ius in eam rem dixisse: ius crediti non
 habebit. Si creditor sine auctoritate iudicis res debitoris occupet,
 hac lege tenetur, et tertia parte bonorum multatur, et infamis fit.
 Diuina vis: Vlpianus, De damno infecto, l. fluminum §. Vitium autem;
 Seruius quoque putat, si ex aedibus promissoris vento tegulae deie-
 ctae damnum vicino dederint, ita eum teneri, si aedificii vitio id acci-
 derit, non si violentia ventorum vel qua alia ratione, quae vim habeat
 diuinam. Eadem vocatur etiam Maior vis. Plin. 18, 28 l. 69 de
 sterilitatum causis, Ante omnia autem duo genera esse caelestis iniuriae
 meminisse debemus: Vnum, quod tempestates vocamus, in quibus
 grandines, procellae, caeteraque similia intelliguntur: quae quum
 acciderunt, vis maior appellatur. etc. Ex his verbis apparet, vim ma-
 iorem esse quam Vlpianus D. Locati et conducti, l. Ex conducto: tempe-
 statem calamitosam appellat. Columel. 1, 7, 1 Nam vbi sedulo col-
 litur ager, plerumque compendium: nunquam, nisi si caeli maior
 vis, aut praedonis incessit, detrimentum affert. Caius D. Locati
 et conducti, l. Si merces §. 6 Vis maior quam Graeci *ἰσχυρὰ* appellant,
 non debet conductori damno esse, si plus quam tolerabile est, laesi fu-
 erint fructus. Cic. pro Planc. for Sin autem vitam mihi fors ade-
 misset, aut vis aliqua maior reditum peremisset. Cic. de Inu. 2,
 102 c. 33 Defensoris conquestio calamitatis eius, quae non culpa, sed
 vi maiore quadam acciderit, et de fortunae potestate, et hominum in-

firmitate. Sen. de Benef. 2, 18 Cum eligendum dico, cui debeas, vim maiorem et metum excipio, quibus adhibitis electio perit. *Et* 4, 39 Vadimonium promittimus, tamen deseritur. Non in omnes datur actio. Deserentem vis maior excusat. Lactant. de Ira
 5 Dei 15 Homo, quia multis casibus periculisque subiectus est, metuit, ne qua vis maior existat, quae illum verberet, spoliet, laceret, affligat, interimat. *Sed lasciuia quadam comica apud Plautum Bacchid. 5, 2, 49 Senex minatur meretrici, Etiam redditis nobis filios et seruum? an ego experior tecum vim maiorem? i. cui tu par non sis, resistere non possis.* ¶ 7 Verba: Abducere vi aliquem, *vid. ABDVCO.* Adacta vis mortis, *vid. ADIGO.* Adhibere vim Cic. in Catil. 1, 19 c. 8 pr. Neque prius vim Adhibendam putauerunt, quam se ipse indicasset Nep. 4, 4, 3. Cic. Verr. 3, 34 Cohibito tollendi, nisi pactus esset, vim Adhibebat pactioni non voluntatem.
 15 Idem ibid. 3, 62 Quam multis istum ingenuis, quam multis matribus-familias in illa terra atque impura legatione vim attulisse existimatis? Afferre vim sibi Tacit. Ann. 16, 17. *Conf. Nep. 10, 10, 1.* Agere vi, Auellere vi, Auferre per vim, Cogere vi et minis, Decutere vi, Defendere vim, *vid. bb. vv.* Cic. pro Milon. 9 c. 4
 20 Certe illud est non modo iustum, verum etiam necessarium, quum vi vis illata Defenditur. Idem pro Muraen. 49 Sulpitium accusatorem suum numerabat, non competitorum, ei vim Denuntiabat, Reipub. minabatur. Cic. Att. 7, 9 Tenuisti prouinciam per decem annos, non tibi a Senatu, sed a te ipso per vim et per factionem datos. Idem ibid. 4, 2 Si quae vis facta esset, Senatum existimaturum eius
 25 opera factum esse, qui S. C. intercessisset. *vid. FACIO.* Ter. Adel. 1, 1, 41 Qui imperium credat grauius esse, aut stabilius vi quod fit, quam illud quod amicitia adiungitur. *Hic opposuit, Vi facere imperium, et Amicitia adiungere.* Ouid. Met. 4, 402 — Regeinque repossunt, Vimque Ferunt, saeuisque parant incessere telis. Ferre vim alicui Virg. Aen. 10, 77. Cic. Fam. 1, 9 Quamquam ille perennis inimicus amicorum suorum, qui tuis maximis beneficiis ornatus, in te potissimum Fractam illam et debilitatam vim suam contulit, nostram vicem vltus est ipse sese. Imponere alicui vim, *vid.*
 30 **IMPONO.** Inferre alicui vim Quinctil. 3, 11. Inferre vim et manus alicui, *vid. INFERO.* Paratus ad vim Ouid. Met. 11, 296. Perferre aliquid vi eadem Quinctil. 4, 1. Potitur auro vi Virg. Aen. 3, 56. Rapit acrior vis me Hor. Epod. 7, 13. Cic. pro Sext. 39 Non verebar, ne quis aut
 40 vim vi Repulsam reprehenderet. *vid. REPELLO.* Stuprare per vim, *vid. STVPRO.* Cic. pro Milon. 13 Nulla vis vnquam est in libera ciuitate Suscepta inter ciues, non contra Rempublicam. Victus vi Virg. Aen. 12, 254. ¶ 8 Vis, [*πληθος*] *Multitudo et copia.* Cic. pro Lege Manil. 22 c. 9 Sic Mithridates fugiens maximam vim auri atque argenti, pulcherrimarumque rerum omnium. Sic Parad. 6, 2 *extr.* Vis frumenti. Caes. Bell. Ciuil. 3 Vis seminum magna. Cic. de Nat. Deor. 2, 130 Vis mellis maxima. Id. Verr. 4, 176 Vis militum. Idem Att. 7, 24. Cic. Fam. 14, 1 Vis lacrimarum. Idem Acad. 4, 120 Tantam vim natricum, viperarumque fecerit. Auri et argenti magna vis Cic. Tusc. 5, 90. Canum vis Virg. Aen. 4, 132. Equorum vis Cic. de Diuin. 2, 144. Vis Frumenti ingens Liu. 29, 36. Fumi vis Apul. Apol. . . .
 45 Ingens vis Hominum Liu. 8, 28. Lacrimarum infinita vis Cic. Q. Frat. 1, 3. Idem Somn. Scip. c. 3. Negotii vis, *Maxima et multa negotia* Plaut. Poen. 1, 2, 1. Ranunculorum vis maxima Cic. Fam. 7, 18. Idem de Legib. 1, 16 Quod fit homini tributum natura, quantam vim rerum optimarum mens humana contineat. ¶ 9 *Vt Virtus Catonis pro Catone poni videtur, de quo tamen vid. quae f. 1. disputauimus: ita etiam Herculea vis, i. Hercules, ut vult Seruius*
 60 *ad Aen. 6, 405 imitatione Homeri, qui βίην Ηρακλέην ita ponit. Vires an pro viris dicantur vid. VIR n. 8.* ¶ 10 *A librariis permutantur inuicem vi et vt: vid. Burm. ad Nemes. Cynege. v. 71.*

VIRIATVS, a, um. *Robustus, validus.* Bello vinci a barbaro viriato Annibale Lucil. ap. Non. 2, 903. *qui interpretatur magna-virium.*

VIRICVLAE, arum. f. Dimin. Apul. Met. 11 p. 271. (Pric. 260, 19) Nam et viriculas patrimonii peregrinationes attriuerant impensae.

VIRIOSVS, a, um. *Robustus.* Tertull. adu. Valentin. 16 Vitia vsu viriosa. *διναεινός* Gloss. Cyr.

VIRIOSE. Adu. *Idem. Compar.* Tertull. de Anima c. 19 Vltro ambibit et quidem viriosius de suo ingenio.

VIRESCO, ère. *Vires capere vel recuperare.* Furius Antias apud Gell. 18, 11 Increscunt animi: virefcit vulnere virtus. *Conf. Barth. ad Stat. Theb. 5 v. 654 p. 304.*

VISCVS, i. m. et **VISCVM**, i. n. [*ίζος*] *Glutinum ex Visco planta paratum, quod ad aucupium adhibetur.* Plin. 16, 44 Viscum confit ex acinis, qui colliguntur messium tempore inmaturo. Nam si
 80 accessere imbres, amplitudine quidem augentur, visco vero marcescunt. Siccantur deinde, et aridi tunduntur, ac conditi in aqua putrescunt duodenis fere diebus. Vnumque hoc rerum putrescendo gratiam inuenit. Inde in profluente rursus malleo tusi, amissis corticibus, interiore lentescunt. Hoc est viscum pennis auium tactu ligandis: iuglandis oleo subactum, quum libeat insidias moliri. Plaut. Bacch. 1, 1, 16 Viscus merus vestra est blanditia. Duae vnum expetitis palumbem: perii, arundo alas verberat. *Et 5, 2, 39 Tactus sum vehementer visco.* Varro de R. R. 3, 7, 7 Accipitres ita decipiuntur, quum se obleuerunt visco. Cic. de Nat. Deor. 2, 144 c. 57
 90 In visco inhaerescere. Sequaci visco correpta auis Valer. Argon. 6, 263. Viscum, *Frutex*, Plin. 16, 44 l. 93 Viscum satum nullo modo nascitur, nec nisi per aluum auium redditum, maxime palumbis ac turdi. Haec est natura, vt nisi maturatum in ventre auium, non proueniat. *Hinc prouerbiu apud Seru. ad Aen. 6, 205 ex Plauto,*
 95 *Ipsa sibi auis mortem cacat. Caeterum Plin. l. c. de religione, quae Galli veteres viscum prosequabantur, plura habet, ad quem locum est erudita Io. Georg. Keyseri disputatio, de visco Druidum, in Antiquitt. selectis Septentrional. et Celticis p. 65 sqq.* Viscus de quercu Scribon. 82. Lectum de quercu Idem 214. Colligere viscum Id. 229. Virg.
 100 Aen. 6, 205 Quale solet filuis brumali frigore viscum, etc. *Add. Celf. 5, 18 n. 6 et 7.* Viscum, *inquit Nonius 6, 20 positum aliquando pro Rete, a tenacitate.* Varro Parmenone, Lepusculi timentes hoc quadrangulum, dedunt se in rete, sic fugere viscum nequinerunt, lineamque compedem. *Laudatur et Virg. Georg. 1, 139 Tuna*
 105 *laqueis captare feras, et fallere visco Inuentum: et magnos canibus circum-*

circumdare saltus. *Sed b. l. Seruius de aucupio intelligit, et refel-
lit, qui visco putent pro viscere poni s. esca.*

VISCĀTVS, a, um. *Visco oblitus.* Varro de R. R. 3, 77 Quos columbarii interficere solent duabus virgis viscatis defixis in terram, inter se curuatis. Alae viscatae Ouid. de Arte Am. 1, 391. *Vid. Drakenb. ad Sil. 7, 674.* Beneficia viscata Sen. Ep. 8. Plin. Ep. 9, 30. *Sic Munera viscata, et Hamata, pro eodem: b. e. quibus maiora attrahuntur quam quae dantur.* *Vid. Hamata munera, in HAMVS.* Virga viscata fallere volucres Ouid. Met. 15, 474.

VISCARIVM, i. n. *Viscus.* Hieron. . . Si cum viris feminae habitent, non deerit viscarium diaboli. *Vid. Nouarin. Adag. Eccles. T. 1 p. 380.*

VISCARIVS, i. m. *Auceps.* Gloss. Cyrill. Viscarius, *ἰζευρός.*

VISCĪDVS, a, um. *Lentus et tenax ut viscus.* *Vt, Acetum viscidum Theodor. Priscian. 1, 2.* Compar. Idem de Diaet. 18 Viscidiores cibi.

VISCŌSVS, a, um. Adi. [*φλοιώδης* Gloss. Lat. Gr.] Idem Pallad. 1, 14 Si quod asciae adhaeret, fuerit molle atque viscosum.

VISCVS, ēris. n. [*σπλάγγιον*] *Non tantum Intestina significat, sed quidquid sub corio est.* i. e. Carnem, quae est inter ossa et cutem, *inquit Seruius ad Aen. 1, 211.* Virg. Aen. 6, 253 Et solida imponit taurorum viscera flammis. Et Aen. 3, 622 Visceribus taurorum, et sanguine vescitur atro. Suet. in Vitell. c. 13 Quin inter altaria ibidem statim viscus, et farra paene rapta e foco manderet. *Conf. Arnob. 7 p. 235.* Apul. de Hab. Doct. Plat. 1 p. 10, 32 Visceribus ossa sunt tecta. *Add. quae statim sequuntur.* Victum eius animalis promiscuum his esse, et diuidua ferarum viscera Plin. 5, 1. De pauxillis atque minutis Visceribus viscus gigni Lucret. 1, 837. i. carnem. Aprinum viscus Lucil. ap. Charif. 1 p. 63. Ferarum mos vescendi Humanis visceribus Plin. 7, 2. *Ponitur nempe Viscus de membris corporis interioribus atque exterioribus.* De testiculis Plin. 20, 13 f. 51. *de vbere foetae canis Nemes. Cyneg. v. 139.* Quorum (Phanessorum incolarum) aures adeo in effusam magnitudinem dilatentur, ut viscerum reliqua illis contegant, nec amiculum vllum sit, quam ut membra membranis aurium vestiant Solin. c. 19. Genitalia viscera Nemes. Cyneg. v. 131. Interiora Plin. 9, 7 pr. et alibi saepius. Iecinora, et corda, quaeque sunt Intrinsecus viscera Macrob. Sat. 1, 12. *Conf. Prudent. Pass. Rom. v. 896.* Cic. de Nat. Deor. 2, 18 Quin et humorem et calorem, qui est fusus in corpore; et terrenam ipsam viscerum soliditatem, etc. Imbutae venae viscerum viperino morsu Cic. de Finib. 2, 94. Liquefacta viscera, *Putrida* Virg. Georg. 4, 555. *Sic enim* Ouid. Met. 15, 365 De putri viscere pallium Florilegae nascuntur apes. Virg. Aen. 1, 215 Tergora diripiunt costis, et viscera Nudent. Patefacta viscera per vulnus Cels. in Praef. 1. Ouid. Met. 6, 390 — Salientia viscera posses, Et pellucentes numerare in pectore fibras. Soluere viscera cultro Senec. Hippol. f. 1. Tansa per integram soluuntur viscera pellem Virg. Georg. 4, 302. Iuuen. Sat. 13, 15 *in vehementer iratum,*

Exiguamque malorum

Particulam vix ferre potes, spumantibus ardens

Visceribus, sacrum tibi quod non reddat amicus

Depositum.

Sumere aliquid ex Visceribus alicuius Cic. de Orat. 2, 318. Stat. Silu. 3, 5, 30 *ad uxorem* Me — Visceribus complexa tuis, i. intimo affectu. *Plura hic similia Barth.* Pueri Sparta caeduntur ad aram, ut sanguis e visceribus exeat Cic. Tusc. 2 c. 14. *Add. Idem ibid. c. 8.* et Idem Nat. Deor. 2 c. 63 extr. *Gonsal. ad Petron. c. 140 p. 248.* Ouid. Met. 15 v. 88. *Peculiariter tamen sic dicuntur interiora Viscera, ἔγκαια* Gloss. Extia homini ab inferiore viscerum parte separantur membrana, quae praecordia appellant Plin. 11, 38 f. 77. Omnia quidem principalia viscera membranis propriis ac veluti vaginis inclusit prouidens natura Idem ibid. p. p. *Add. Pallad. 1, 4. Curt. 9, 5, 24.* Virg. Aen. 5, 103 Fusique per herbam Subiiciunt verubus prunas, et viscera torrent. Traiecit viscera ferro Ouid. Amor. 1, 10, 51. *q. 2 Metaph.* Visceribus Aerarii villam aedificauit Gabinus Cic. pro Domo c. 47. Periculum inclusum in venis, atque in visceribus vrbs Cic. in Catil. 1, 31 c. 13. Italiae visceribus inhaerentem submouere Flor. 2, 6, 41. *Ad animum etiam transfertur,* Cic. Tusc. 4, 24 c. 11 Permanat in venis, et inhaeret in visceribus id malum. *Add. Idem Att. 6, 1.* *Pro Liberis ponitur,* Ouid. Met. 5, 18 *de filia sua Andromeda Cepheus,* Sed quae visceribus veniebat bellua ponto Exsaturanda meis. Ouid. Epist. 11, 118 Diripiunt auidae viscera nostra ferarum. Et Amor. 2, 14, 27 Vestra quid effoditis subiectis viscera telis? *Conf. Apul. Met. 8. 75 Hieron. ad Prouerb. c. 17.* Curt. 4, 14, 23. et 6, 9, 19. *Barth. ad Stat. Silu. p. 501.* et ad Theb. 7 p. 630. *it. Adu. 149 f. 11.* Montis viscera auulsa Virg. Aen. 3, 875. Seruius, Viscera, Partes. Sic autem dixit viscera quemadmodum terrae ossa dicuntur. Ouid. Met. 1, 138

Sed itum est in viscera Terrae,

Quasque recondiderat, Stygiisque admouerat umbris,

Effodiuntur opes.

Viscera Terrae extrahimus, ut digito gestetur gemma Plin. 2, 63.

VISCEREVS, a, um. *Visceribus praeditus.* Prudent. Apoth. v. 85 1025 Quin vas componeret aruo Nondum viscereō. i. terra nondum in carnem mutata.

VISCERO, are. *Vnde*

VISCERATIO, ōnis. f. [*ἀνθρώπων* Gloss. Lat. Gr. *it. διανομή* κείως Ib.] *Carnis distributio, quae fieri solebat vel in sollempnitate quadam, vel in funere alicuius excellentis personae.* Gellius, Tum in Albano visceratio Latinis data. Liu. 8, 22 Et populo visceratio data a M. Flauio in funere matris. *Conf. Idem 39, 46. it. 19, 8 et 12.* Vict. de Viris illustr. 32 Mortui huic tantum aeris populi liberalitate congestum, ut inde filius viscerationem et epulas publice daret. Cic. Off. 2, 55 c. 16 Prodigii, qui epulis et viscerationibus et gladiatorum muneribus, ludorum venationumque apparatu pecunias profundunt in eas res. *conf. Suet. Caes. c. 38. Sen. Ep. 19. et 73. Solin. c. 1.* Dominicae gratiae quasi visceratione quadam fruerentur, ieiunantibus caeteris a salute Tertull. adu. Marc. 3, 7 extr. *Vid. Latinae feriae,* 100 in LATIVM.

VISCERĀTIM. Adu. [*κατὰ σπλάγγνα*] Significat Per viscera. Ennius Andromeda, Dissipat visceratim membra apud Non. 2, 880.

VISCĒLLĀTVS, a, um. Ex visceribus auium pisciumque con-

fectus, vt est apud Barth. Aduers. 36, 22. *conf. Reines. Var. 2, 8.* Pisces
viscellati Plin. Valer. 1, 24. *add. Id. 2, 17.*

VISIBILIS, VISITO, VISO, *vid. VIDEO.*

VISIO, ire. *Flatum ventris emittere.* Lucil. apud Non. II, 46 Vi-
5 fire minutim per commissuras rimarum. *Vid. Scalig. ad Catull. p. 49.*

VISIO, ōnis. f. vel VISIVM, i. n. ἑδίσμα Gloss. Gr. Lat. *add.*
Parei Lex. Crit. p. 1308. Meurf. Exerc. Crit. 2, 5, 2.

VISO, *vid. VIDEO.*

VISPILLIO, *vid. BISPELLIO et VESPILLO.*

10 VISVLAE, arum. f. *Vites, de quibus Columel. 3, 2. Plin. 14, 2.*

VISVM, *vid. VIDEO.*

VISVRGIS, is. m. Germaniae fluvius Plin. 4, 14.

VISVS, *vid. VIDEO.*

V I T

VITA, ae. f. [*ζωή, βίος, ἑσθρος*] *Status animalis, cum vivit, mo-*
vet se, vim suam totam exserit. Lucil. apud Varron. L. L. 4, 10 p. 18, 19
Vis est vita, vides, quae nos facere omnia cogit. Lucret. 3, 984 Vi-
20 taque mancipio nulli datur, omnibus vsu. Absurdum atque alie-
num a vita, *vid. ABSVRDVS.* Blandimenta vitae Tacit. Hist. 2,
53. Natura nihil homini Breuitate vitae praestitit melius Plin. 7,
50. *De breuitate vitae est liber aureus Senecae.* Quinctil. Decl.
13, 6 Audete, inquit, lacerare diuitem, quibus vitae causa superest.

25 *Instrumenta voluptatum, propter quas viuere amant homines. Haec qui*
habet, non debet lacerare potentem. Dixerat c. 1 Nec sane vitae causa
iam superest, si ad caeteras humilitatis nostrae contumelias hoc quo-
que accedat etc. Sed honestissima sententia Iuuenal. 8, 83 Summum cre-
de nefas animam praefere pudori, Et propter vitam viuendi perdere

30 *Causas. Causa viuendi est honestas. Pulchre Vet. Schol. Dum vis vi-*
uere, ita (vis) agere, vt vita indignus videare. Contrarium illi fa-
ciunt, de quibus idem 12, 50 Non propter vitam quidam patrimonium
quaerunt: Sed vitio caeci propter patrimonium viuunt. His causa vi-
uendi deliciae. Tales sunt, qui superstites esse nolunt, si magnam rei

35 *familiaris iacturam fecere. Color vitae, vid. COLOR.* Cupi-
ditas vitae Cic. Philipp. 2, 37 c. 15. Idem pro Rabir. 30 c. 10 Etenim
Quirites exiguum nobis vitae Curriculum natura circumscriptis, im-
mensum gloriae. Velut omni Debito vitae liberatus Curt. 10,
5 pr. Delinimenta vitae Tacit. Ann. 15, 63. Dux vitae dia vo-

40 *luptas Lucret. 2, 172. Exemplar vitae morumque Hor. de Arte*
Poët. 317. Exspes vitae Tacit. Ann. 6, 24. Integer vitae scele-
risque purus Hor. Carm. 1, 22, 1. Integritas vitae anteaetae Quin-
ctil. 7, 3. Labes vitae Ouid. Epist. 9, 8. Plenus vitae Lucret.

45 *3, 951. Perpetuitas vitae, vid. paullo post, Constituere vitam. Se-*
curus vitae Stat. Theb. 4, 793. Series atra tuae vitae Ouid. in
Ibin 64. Solatia dulcia vitae Lucret. 5, 21. Spatium vitae
Quinctil. 1, 8. Spirans ac vitae manifestus Tacit. Ann. 12, 51. Spes
vitae Idem Ann. 12, 8. Summa brevis vitae Hor. Carm. 1, 4, 15.

50 *Taedia vitae Ouid. Met. 10, 625. ¶ 2 Epitheta: Acerba*
vita, Aetiosa, vid. bb. vv. Aequalem ac parem verbis vitam
agere, atque ita viuere, vt omnis ratio verbis consonet Cic. in Sallust.
c. 1. Amara Idem de Finib. 1, 44. Arida, Attenta, Ba-
sillica, Beata, vid. bb. vv. Brevis est vita, curfus gloriae semp-
ternus Cic. pro Sext. 47 c. 21. Caecae vitae lubrica Stat. Silu. 2, 2,

55 *221. Caelebs, vid. CAELEBS. Cara Ouid. Met. 10, 612. Cic.*
in Topic. 78 Quos doctrina praeditos vident, quorumque vitam Con-
stantem et probatam vt Catonis, Laelii, Scipionis. Crudelis Virg.
Aen. 8, 579. Deformis vita, Inhonesta Stat. Theb. 10, 326. De-
fidis otia vitae Stat. Silu. 3, 5, 85. Dubia Columel. 1, 3. Dulcis

60 *stabilisque Lucret. 3, 66. Val. Max. 6, 4 de Scipione Aemiliano, Quum*
haberet confortem censurae Mumium, vt nobilem, ita Eneruis vitae.
Foedissima ac miserrima Cic. pro Sull. 75. Fortunata Hor. Epist.
1, 11, 14. Grauis, cui iucunda opponitur Hor. Epod. 1, 5. Cic-
pro Rosc. Amer. 48 Vita rustica honestissima atque suauissima. Il-

65 *lustris Quinctil. 3, 8. Inculta et horrida, Infesta alicui, In-*
iuriosa, Innoxia, Inuisa, vid. bb. vv. Iucunda Hor. Epod.
1, 5. Licentior, vid. LICET. Cic. de Orat. 2, 204 Docuit enim
iam nos longa vita, vsusque rerum maximarum, etc. Longa vita
dignissimus Ouid. Met. 4, 409. Longa gnate mihi iucundior vnice

70 *vita Catul. Argon. 62, 215. Longinqua, vid. LONGVS. Male-*
fica Tacit. Ann. 4, 21. Maritima, vid. MARE. Mea vita,
Blandientis vox Cic. Fam. 14, 2 Obscuro te mea vita, quod ad sumtum
attinet, siue alios qui possunt, si modo volunt, sustinere. Men-
strua, vid. MENSIS. Miserae vitae breuissima portio Iuuen. Sat.

75 *9, 128. Moeesta Virg. Aen. 10, 820. Mortalis Idem Georg. 4,*
326. Mortua Lucret. 3, 1061. Nitidior, vid. NITEO. Pigras
vitae obliuio Stat. Silu. 1, 4, 57. Precaria vita Tacit. Hist. 4, 76.
Rapida, Cito praeteriens Perf. Sat. 5, 94. Rudis Stat. Achill. 2,
397. Rustica Quinctil. 2, 4. Cic. pro Rosc. Amer. c. 17.

80 *Seminex Sil. 10, 456. Seuera Ouid. Amor. 2, 10, 16. Similis fe-*
ris Ouid. Fast. 2, 291. Solitaria Quinctil. 1, 2. Solicitae iucun-
da obliuia vitae Hor. Serm. 2, 6, 62. Trita ac vulgari vita viuere
Senec. Epist. 123. Cic. pro Quint. 49 Mors honesta saepe vitam quo-
que turpem exornat, vita Turpis ne morti quidem honestae locum

85 *relinquit. Turpis et nocens vita, vid. NOCEO. Cic. de Amicit.*
22 c. 6 Principio cui potest esse vita Vitalis, vt ait Ennius, qui non in ami-
ci mutua beneuolentia conquiescat? i. hoc nomine digna, morti praef-
erenda. Cic. de Finib. 2, 93 At miser, si in Vitiosa et flagitiosa
vita afflueret voluptatibus. Vmbratilis vita Quinctil. 1, 2. Cic.

90 *Tusc. 2, 27 c. 11 Sic ad malam domesticam disciplinam vitamque vm-*
bratilem et delicatam quum accesserunt etiam Poetae, nervos omnis
virtutis elidunt. Urbana vita Quinctil. 2, 4. Urbana vita cle-
mens, vid. CLEMENS. Vulgari vita viuere Senec. Epist. 123.
¶ 3 Verba: Abire e vita, vid. ABEO. Cic. Att. 3, 19 Nusquam

95 *facilius hanc miserrimam vitam, vel sustentabo, vel quod multo*
est melius, Abiecero cum paucis. Abrumpere vitam Virg. Aen.
8, 579. Accipere vitam, Addicere vitam, Addicta praemiis
vita alicuius, Adducere ad vitam communem, vid. bb. vv. Cic.
pro Planc. 110 Sin autem vitam fors mihi ademisset. Afferre vi-

00 *tam, vid. AFFERO. Agere, vel Agitare vitam, vid. AGO. Agere*
vitam sub dio, et trepidis in rebus Hor. Carm. 3, 2, 5. Cic. in
Sallust. 4 Velim mihi respondeat, numquid hi, quos protulit Scipio-
nes, et Metellos, vel Fabios, ante fuerint, aut opinionis, aut gloriae,
quam eos res siue gestae, et vita innocentissime Acta commendauit?

05 *Sanctissime et honoratissime Acta Cic. Phil. 9 c. 7. Agere vitam pue-*

riliter Catul. de Lesb. 74, 19. **Amittere vitam** Auctor ad Heren. 4, 57. *Vid.* AMITTO. **Amittere per summum dedecus vitam** Cic. pro Rosc. Amer. 30. **Amittere vitam in vndis** Hor. Serm. 1, 1, 60. **Integritas vitae Anteaetiae** Quintil. 7, 3. **Assignare vitam hominum rebus** Quintil. 5, 13, 35. *Sed alii Vitia, vid. vocem.* **Attingere lumina vitae, Nafci** Virg. Aen. 6, 828. **Auferre vitam, vid.** AVFERO. **Aufert reliquias vitae ex membris** Lucret. 6, 825. **Cic. pro Rabir. 29** **Quid iam ista C. Mario, inquit, nocere possunt, quoniam sensu et vita caret? Cedere vita, et E vita,** **Cernitur vite beata honestate,** **Collocare in vita meretricia,** **Colere vitam, vid. hb. ll.** **Committre vitam ventis, dicuntur nauigantes** Virg. Aen. 10, 69. **Commorari in tam turpi vita** Cic. Q. Frat. 1, 3. **Commutare vitam cum morte,** **Comprobare vita et moribus,** **Concedere vitam, vid. hb. vv.** **Concessit vita per auras ad Manes** Virg. Aen. 10, 820. **Conferta vita voluptatum varietate, vid.** CONFERCIO. **Conficere vitae extremum diem morte, vid.** CONFICIO. **Cic. Off. 1, 119** **In tota vita constituenda multo est maior rei cura adhibenda, vt constare in vitae perpetuitate possumus nobismet ipsis.** **Conterere vitam in quaerendo, vid.** CONTERO. **Continetur vita corpore et spiritu** Cic. pro Marcel. 29. **Decedere de vita, vid.** DECEDO. **Decurrere spatium vitae** Ouid. Trist. 3, 4, 33. **Lucret. 2, 1055** **Ipse Epicurus obiit Decurso lumine vitae.** **Sen. Epist. 88 ante med.** **O hominem dignum, qui vitae Dederetur, i. qui vel inuitus cogeretur viuere vitam adeo turpem et pudendam.** **Deficere vitam aliquem, vid.** DEFICIO. **Defuncta corpora vita, Mortua** Virg. Georg. 4, 25 475. **Degere vitam expertem thalami** Idem Aen. 4, 551. **Demi-grare ex vita, vid.** DEMIGRO. **Depactus vitae terminus** Lucret. 2, 1086. **Deficere a vita, Deserere vitam** Cic. de Senect. 72. *vid. hb. vv.* **Deseruit vita miserum** Ouid. Epist. 19, 202. **Mori** Sil. 17, 265

At mihi Cannarum campis vbi Paullus, et illae Egregiae occubuere animae, Dimittere vitam Non licitum.

Dirigere vitam ad normam, vid. NORMA. **Cic. Fam. 2, 2** **Qui cum suis laudibus, tum vero te filio superasset omnium fortunam, si ei contigisset, vt te ante videret, quam e vita Discederet.** **Dispergere vitam in auras** Virg. Aen. 11, 617. **Pseudo-Cic. Anteq. iret in Exil. 8** **Neque enim peto vt mihi detis vitam, sed datam repeto, vt reddatis.** **Dare aeternam vitam** Virg. Aen. 12, 879. **Dare vitam alicui, Concedere vitam; non occidere** Virg. Aen. 2, 145. *Conf. 40 Vell. 2, 52, 4.* **Virg. Aen. 2, 641** **Me si caeliculae voluissent Ducere vitam, Hanc mihi seruassent sedem, i. viuere.** **Ducere vitam longius** Ouid. Met. 11, 702. **Ducere vitam per omnia extrema** Virg. Aen. 3, 315. **Ducere dulcem vitam** Lucret. 2, 996. **Ducenda est vita ingrata misero** Hor. Epod. 17, 63. **Edere vitam, Mori, 45** **expirare** Lucret. 6, 1256. **Extulit vitam ietus sagittis, Mortuus est** Senec. Herc. Oet. 11. **Effluit vita cum sanguine, vid.** EFFLUO. **Effundere vitam alicui** Ouid. Epist. 7, 181. **Emigrare e vita, vid.** EMIGRO. **Eripere vitam homini** Senec. Theb. 152. **Eripere vitam alicui per crimina** Ouid. Fast. 2, 807. **Esse in vita** Cic. Q. Frat. 1, 3. **Excedere vita, vid.** EXCEDO. **Excolere vitam per artes** Virg. Aen. 6, 663. **Exire e vita, vel de vita, vid.** EXEO. **Exhalare vitam sub acerbo vulnere** Ouid. Met. 5, 62. **Exigere vitam, pro Traducere** Ter. Heaut. 2, 3, 39. **Cic. pro Muraen. 34** **Tamen non ante quam illum vita expulit, bellum confectum iudicavit.** **Idem de Legib. 1, 31 c. 11** **Vita Expetitur, quia nos, in quo nati sumus continet.** **Explemur fructibus vitae nunquam** Lucret. 3, 1020. **Extorquere vitam membris** Idem 6, 1222. **Facere finem vitae** Idem 3, 956. **Ferre incommoda vitae** Iuuen. Sat. 13, 21. **Fessus vita** Plin. 5, 17. **Finire vitam** Tacit. Ann. 1, 9. **Finire vitam ense** Ouid. Trist. 3, 7, 49. **Frui vita** Cic. in Catil. 4, 7 c. 4. **Fudit vitam cum multo sanguine** Virg. Aen. 2, 532. **Gubernant sensus vitam** Lucret. 3, 549. **Gubernare vitam vera ratione** Idem 5, 1116. **Cic. Philipp. 2, 60** **Sed fac te dedisse mihi quod non ademisti: meque a te habere vitam, quia a te non sit crepta.** **Iacebat vita in tenebris ac moerore** Lucret. 5, 175. **Impendere vitam famae** Stat. Silu. 5, 1, 63. **Impendere vitam patriae** Lucan. 2, 382. **Implere finem vitae** Tacit. Ann. 2, 42. **Incolere vitam, vid.** INCOLO. **Inire limen vitae** Lucret. 3, 681. **Inspicere tanquam in speculum vitas omnium iubeo** Ter. Adolph. 3, 3, 61 *i. mores.* **Ingredi in vitam, Instituire vitam sapienter, Interficere aliquem vita, Interminari alicui vitam, Introire in vitam, Iterare vitam a morte, Labefactare vitas hominum, Lacerare reliquias vitae alicuius, atque distrahere, Largiri vitam, Linqere vitam, Lugere vitam hominum, Mandare vitam fugae solitudinique, Manere in vita, vid. ff. ll.** **Virg. Aen. 5, 724** **Nate, mihi vita quondam, dum vita Manebat, Chare magis.** **Mentiri sibi vitam, Metuo de vita, Migrare de vita vel Ex vita, vid. hb. vv.** **Monstrata est via vitae per carmina** Hor. de Arte Poët. 401. **Moratur vita in membris** Lucret. 3, 121. **Nuncupata vita, vid.** NVNCVPO. **Obiectare vitam procellis** Claud. de Rapt. Prof. 3, 356. **Pacifici vitam pro laude** Virg. Aen. 5, 230. **Pacifici vitam ab hoste, vid.** PACISCOR. **Quaerere Palantis vitae viam** Lucret. 2, 10. **Pallefcere solitaria et velut vmbatili vita** Quintil. 1, 2. **Parcere vitae, vid.** PARCO. **Patet tranquillae vitae semita per virtutem** Iuuen. Sat. 10, 364. **Pati a vita, vid.** PATIOR. **Penetrare alicuius vitam ac famam** Tacit. Hist. 4, 7. **Perdere vitam, Perducere vitam, vid. hb. ll.** **Petere discrimine vitae coniugium** Ouid. Met. 10, 612. **Ponere vitam** Cic. Fam. 9, 24. **Ponere sibi finem vitae** Tacit. Ann. 6, 40. **Senec. Agamem. l. 7.** **Priuare vita aliquem** Lucret. 5, 995. **Prodere vitam, vid.** PRODO. **Producere vitam, vid.** PRODUCO. **Neque erat quo vitam Produceremus** Auctor ad Herenn. 4, 34. **Tacit. Ann. 12, 8** **Eo vsque spem vitae Produxerat.** **Cic. Fam. 1, 4** **Quid enim aut me ostentem, qui se vitam pro dignitate tua Profundam, nullam partem videar tuorum meritorum affecutus?** **Prolatare vitam** Tacit. Ann. 11, 37. **Propagare vitam, Proposita vita telis, vid. hb. vv.** **Cels. 2, 8** **Neque is ad vitam Redit, qui ex suspensio spumante ore detractus est.** **Relinquere vitam** Virg. Georg. 3, 547. **Reliquit cum vita** Lucret. 5, 64. **Relinquit vita artus** Ouid. in Ibin 337. **Retinere vitam, vid.** RETINEO. **Rumpere vitam** Sil. 7, 33. **Cic. . . Hanc vitam quietam et otiosam sequuti sumus, etc.** **Serenare vitam** Lucret. 2, 1093. *Sed rectius legitur* **Quae placidum degunt acuum vitamque serenam, non serenant.** **Sortitus brevis vitae spatium** Ouid. Met. 3, 124. **Spoliare vita aliquem** Virg. Aen. 6, 168. **Sum: Cic. pro Rosc. Amer. 84** **Sic vitas**

- est hominum ut ad maleficium nemo conetur sine spe. Sumere liberioris vitae iter Ouid. Fast. 3, 778. Suppetit vita Cic. de Finib. 1, 11. Idem Tusc. 1, 56 Tam natura vita hominis sustentatur, quam vitis, quam arboris. Tenere vitam, et Vita tenetur, vid. TENEQ. Tolerare vitam simplici victu et agrestibus pomis profuenteque aqua Tacit. Ann. 15, 45. de Seneca. Lucret. 5, 930 Volgiuago vitam tractabant more ferarum. Traducere vitam Cic. ad Brut. 16. Traducatur enim quibus potius haec vita factis, vid. TRADVCO. Trahere vitam in luctu Virg. Aen. 2, 92. Trahere vitam in siluis Idem Aen. 3, 646. Trahere vitam in tenebris Idem Aen. 2, 92. Tueri vitam famamque Hor. Serm. 1, 4, 118. Turbare humanam vitam ab imo Lucret. 3, 38. Cic. Verr. 2, 118 Proponeremque spem meis hospitibus, ac necessariis, quo tutiorem vitam sese meo praesidio victuros esse arbitrarentur. Viuere vita Plaut. Pers. 4, 3, 24. Trita ac vulgari vita viuere Senec. Epist. 123. ¶ 4 *Formulae aliae*: Cic. Att. 5, 20 Ego in vita mea nulla vnquam voluntate tanta sum affectus, quanta afficior hac integritate. Ab ineunte vita, vid. INEO, ire. Vita pro laetitia iubentiaque: vid. Macrob. Sat. 3, 2. Non. 1, 47. Virg. Georg. 4, 252 Si vero (quoniam castis apibus quoque nostros Vita tulit) tristi languerent corpora morbo. Vita tulit apibus castis nostros i. apes in vita sua experiuntur, vita ipsis affert, casus nostris similes, morbos etc. Plaut. Trin. 2, 4, 76 Neque vlli concedam quidquam de vita mea. Reperire sibi vitam Plaut. Stich. 3, 2, 9. i. *Victum*: Vita pro hominibus viuentibus. Profecit vita commercio rerum Plin. 14, 1. conf. Id. 15, 1. 28, 13 et 4 etc. Vita in talibus ponitur ut hodie vulgo dicunt, Mundus vult decipi. Cic. Acad. 1, 19 Constituebantque extremum esse rerum expendarum, et finem bonorum, adeptum esse omnia e natura, et animo, et corpore, et vita. Vita, i. *Fortuna* ad vitam degendam necessariis. Nam ita ipse explicat n. 21 Vitae adiuncta esse dicebant, quae ad virtutis usum valerent. Quidquid bonum videtur Peripatetico extra animum et corpus. Ter. Adelph. 3, 3, 61 Denique inspicere tanquam in speculum, vitas omnium iubeo: atque ex aliis sumere exemplum sibi, i. rationem viuendi, mores. Tenues sine corpore vitae, *Animae*. Virg. Aen. 6, 292. Id. Georg. 4, 224.
- VITALIS, e. Adj. [*ζωτικός, ζωτικός, βιωτικός*] Quod vitam praestat, aut Quod habet vitam. Lucret. 3, 129 Est igitur calor, ac ventus vitalis in ipso Corpore, qui nobis moribundos deserit artus. i. anima, spiritus. Interdum etiam Vitale appellamus Quod vita praeditum est, ut Plaut. in Bacch. 4, 9, 75 Da, si esse saluum vis me, aut vitalem tibi. Hor. Serm. 2, 1, 51 O puer ut sis Vitalis metuo, i. ut diu viuar, certe ad aetatem adultam peruenias. Vitale, cui opponitur Mortiferum Liu. 6, 40. Lucret. 2, 575. Aeuum vitale Plaut. Poen. 5, 4, 14. Aura vitalis Virg. Aen. 1, 392. i. *Aer*, quo viuimus. Axes vitales Rutil. It. 1, 1. i. *Zonae habitabiles*. conf. b. l. Barth. et Burm. Calor vitalis Curt. 3, 5. Sen. de Benef. 4, 6. Calor salutaris et vitalis Cic. de Nat. Deor. 2, 27. Foetus vitalis, vid. FOETVS. Halitus vitalis Plin. 9, 7. Homo vitalis haud vnquam est ante septimum mensem Plin. 7, 5. Ingenium tam immature magnum non esse vitale Sen. Controu. 1, 1. Lecto vitali elatus est Petron. 42 p. 192 Burm. i. quo uti in vita, in conuiuio, solebat. Alia res est vitalis torus in Carmine de Phoenice sub Lactantio v. 90 Vitalique toro membra victa locat. Pulchre Barth. ad Claudian. p. 987, b pro toro legi vult rogo: in rogo suo Phoenix reuiuiscit. Liqueor vitalis longaeuitate sicca est Macrob. Sat. 7, 10. Cic. de Diuin. 1, 18 Luce serenanti vitalia Lumina liquit. i. *Vitam*. Add. Ouid Met. 14, 175. Motus vitalis Lucret. 2, 954. Partus vitales edere Plin. 7, 15. Rogus vid. p. ante Lectus vitalis. Cic. de Diuin. 1, 20 — quae paruos, Mauortis semine natos Vberibus grauidis vitali rore rigabat i. lacte suo nutrebat. Sanguis vitalis, In quo vita continetur Plin. 11, 37. Saeculum vitale, In quo viuatur Lucret. 1, 203. Sensum vitalem reddere Idem 2, 889. Torus vitalis, vid. Lectus vitalis. Venae vitales Lucret. 2, 1118. Ouid. Met. 2, 828 Sic letalis hiems paullatim in pectora venit: Vitalesque Vias, et respiramina clausit. Valer. Argon. 4, 309

— vitalia donec
Vincula, qua primo ceruix committitur artu,
Soluat dextra grauis.

- Vir vitalis quis esset, disputatum est ad Lactant. 6, 13, 11 Vnum est enim sapientis et iusti, et vitalis viri opus, diuitias suas in sola iustitia collocare. In tanto consensu omnium librorum malim de explicatione cogitare, quam de emendatione, quae multis modis tentata est. Vitalis igitur accipiam de spe vitae aeternae, ut puer vitalis est, qui longiorem sperare vitam, certe aetatem adultam potest. Vid. Bunem. Vim caloris natura habet in se vitalem Cic. de Nat. Deor. 2, 24. Vita vitalis, vid. supra in VITA. ¶ 2 *Vitalia simpliciter* Senec. Epist. . . Magni animi magna contemnere, ac mediocria malle, quam nimia. Illa enim vitia vitaliaque sunt, at haec eo, quo superfluent, nocent.
- Metuo, ne sit a librariis a quibus vitalis et vitilis etiam alias confunduntur: v. g. apud Lactant. de Ira Dei 13, 17 teste Bunem. Si sit a Seneca significabit, ad veram vitam pertinentia. Capitis vitalia, Cerebrum Plin. 8, 7. Vitalia, inquit Budaeus dicuntur, cor, iecur, pulmo, cerebrum: in quibus quatuor, vitae summa consistit. In corpore nostro ossa interiora et articuli, firmamenta totius, et vitalia, minime speciosa visui, prius ordinantur Sen. de Ira 2, 1. Ebibit humorem circa vitalia fufum Pests, et in sicco linguam torrere palato Coepit Lucan. 9, 741.
- ¶ 3 *Vitalis, herba*, Add. Macrob. Sat. 1, 2. Prudent. adu. Symm. 2, 1099. Mela 1, 9. Lucan. 1, 618 — pulmonis anhelii Fibra latet, paruusque fecat vitalia limes. Nuda vitalia Idem 6, 194. Sen. Epist. 99 p. 490 extr. Quid incredibile, quod nouum euenit? Quam multis cum maxime funus locatur? Quam multis vitalia Eruntur? Locus dubius a lectione et interpretatione. Poteest significare, quam multis sepulturae causa, ut in Aegypto, eximuntur viscera? Euerberata lamentationibus assiduis vitalia Quinctil. Declam. 7. Ferire ac tueri vitalia Idem 5, 12, 22. Fissum familiare et vitale Cic. de Diuin. 2, 32. Vacui artus vitalibus Lucan. 3, 643.
- VITALITAS, atis. f. [*τὸ ζωτικόν*] Pro Vita, et Vitali motu. Plin. 11, 38 s. 69 extr. Caeteris corruptis, vitalitas in corde durat. Ibid. c. 45 s. 90.
- VITALITER. Adu. [*ζωτικῶς*] Lucret. 5, 145 Vitaliter esse animata.

VITELLIA gens, e qua A. Vitellius imperator. De origine huius Familiae vid. Suet. in Vitell. c. 1 Nempe Vitellios Fauno Aboriginum rege, et **VITALLIA**, quae multis locis pro numine coleretur, ortos, toto Latio imperasse — Est et Via Vitellia apud Suet. l. c.

VITELLIANVS, a, um. Adj. Ut, Milites Vitelliani Tacit. Hist. 1, 85. Sic Plin. 34, 7 f. 17. Partes Vitellianae Idem Hist. 1, 84. Mart. 14, 8 lemma est Vitelliani: Nondum legerit hos licet puella, Nouit quid cupiant Vitelliani.

¶ 2 Vitelliani absolute dicuntur, Pugillares Martial. 2, 6 Haec sunt, quae relegente me solebas Rapta exscribere sed Vitellianis. Vbi Interpr. Vitellianis, Pugillaribus luteis, vitello vt credo illitis, quibus res lasciuiae et elegantiores scribebantur. Alii a Vitellio nescio quo, inuentore dictos volunt. Quid si ex pellibus vitellorum i. teneriorum vitulorum facti?

VITELLVS, i. m. [λευκος] Pars oui lutea s. flaua. Hor. Serm. 2, 4, 57 Quatenus ima petet voluens aliena vitellus. Martial. 13, 40 Candida si croceos circumfluit vnda vitellos, Hesperius scombri temperet oua liquor. Vitelli duo ouorum ex aceto coctorum Scribon. 115. Ouorum asporum vitelli sex Id. 221. Cic. de Diuin. 2, 134 Tum ille, Nihilne, inquit, de vitellio? Id enim ex ouo videbatur aurum declarasse, reliquum argentum. Mas vitellus Hor. Serm. 2, 4, 14

Longa quibus facies ouis erit, illa memento,

Vt succi melioris, et vt magis alba rotundis

Ponere: namque marem cohibent callosa vitellum.

¶ 2 Vitellus a Vitulus, v. v.

VITELLVM, i. n. Idem. Ouorum vitella Apic. 4, 1. vid. Barth. Adu. 40, 6. Varro apud Probum ad Virg. Ecl. 6, 34 Caelum est testa, item vitellum terra: inter illa duo humor quasi in sinum clusus aëri (s. aëris, vel aër est) in quo calor. Comparat mundum ouo. Caeterum sic editur in Fragm. Varro ed. Durdr. p. 156. Paulo aliter sed corrupte, Ge. Fabric.

VITEX, icis. f. [ἄγνος] Fruticis genus, Graeci agnon vocant, hoc est castum: quod, inquit Galenus, castitatem conseruet iis, quibus aut estur, aut bibitur, aut substernitur: vulgus barbariorum agnum castum appellat, veraque voce idem significante. Plin. 24, 9 Non multum a salice vitilium vsu distat vitex, foliorum quoque adpectu, nisi odore gravior esset. Et paullo post, Duo genera eius, Maior in arborem salicis modo assurgit: Minor, ramosa, foliis candidioribus lanuginosis. Prima album florem mittit cum purpureo, quae et candida vocatur: Nigra, quae tantum purpureum. Add. Id. 32, 3 Pallad. 40 Aug. 8. Vitr. 8, 1.

VITIARIVM, **VITICVLA**, vid. **VITIS**.

VITILENA, ae. f. i. lena vitiosa. Corruptit mulierem maleuada vitilena Plaut. Most. 1, 3, 56.

VITILITIGATOR, oris. m. [συκοφαντής] Quasi dicas, Vitiosus litigator, obrectator et calumniator. Hi enim vitilitigatores sunt, qui sola prauitate contentionem quaerunt. Plin. in Prol. Nat. Hist. 13 Ergo securi etiam contra vitilitigatores, quos Cato eleganter ex vitis et litigatoribus composuit.

VITILITIGO, are. [συκοφαντέω] Vitiose criminari, damnare. Plin. in Prol. Nat. Hist. 12 ex Catone, Scio ego, quae scripta sunt, haec si palam proferantur, multos fore qui vitilitigent.

VITILIGO, inis. f. [ἀλφός, ἀλωπενία Gloss. Lat. Gr.] Diuersi coloris maculae per omnia membra dispersae. Cels. in Fin. 5 Vitiligo, quamvis per se nullum periculum affert, tamen foeda est: et ex malo corporis habitu fit. Eius tres species sunt. Alphos vocatur, vbi color albus est fere subasper, et non continuus, vt quaedam quasi guttae dispersae esse videantur. Melas, colore ab hoc differt, quia niger est, et umbrae similis: caetera eadem sunt. Leuce habet quiddam simile alphi, sed magis albida est, et altius descendit, in eaque albi pili sunt, et lanugine similes. Omnia haec serpunt, sed in aliis tardius. Hactenus Celsus. Festus: Vitiligo in corpore hominis macula alba, quam Graeci alphon vocant, a quo non album, siue a vitio dicta, etiam si non laedit. Siue a vitulo, propter eius membranae candorem, qua nascitur inuolutus. Lucilius, Odiosa vitiligo. Sen. Qu. Nat. 3, 25 Creditum est, quasdam aquas scabiem asferre corporibus, quasdam vitiliginem, et foedam ex albo varietatem. Arnob. 1 p. 26 de miraculis Iesu, Foedae vitiliginis (quam lepram vocant Evangelia) eius iussioni obtemperabant, pulsae statim. Et p. 30 Ille notas albi cautium vitiliginum manu admota deterfit. Calumnia in Iudaeos et Mesen apud Iustin. 36, 2, 12 Sed Aegyptii cum scabiem et vitiliginem paterentur, responso moniti, eum cum aegris, ne pestis ad plures serperet, terminis Aegypti pellunt. Apul. Apol. p. 306, 14 de morbo comitali, Illa namque tabes, si foras corporis prospiraui, maiore dedecore quam noxa diffunditur. Pectoris enim primorem cutim vitiligine insignit, et omnimodis maculationibus conuariat. Vid. Elmenb. Ind. b. v. Plin. 20, 15 Radix eius vitiliginis albas tollit. Add. 10, 67. et 35, 15.

VITILIGINOSVS, a, um. Adj. Gloss. Gr. Lat. ἐλεφαντιῶν, Vitiliginosus.

VITILIS, e. Adj. [ἐλιπτός] Quidquid viendo factum, aut plerum est ex vimine. Alui vitiles Varro R. R. 3, 16. Cola Cato c. 11. Plin. 19, 5 f. 24 Cucurbita omni modo fastigiatur, vaginis maxime vitilibus. Has vaginas non debebat in fictiles mutare velle Harduinus. Vitiles enim si sint vaginae, nec ita incalescunt vt fictiles, nec frigescent; mollius se applicant, sulcos imprimunt et strias etc. Et 4, 16 Ad eam Britannos vitilibus nauigiis corio circumfusus nauigare. Add. Id. 15, 17. 21, 18. 24, 9.

VITIMAGISTRATVS, us. m. Magistratus vitio creati. Sallust. Hist. l. 3 sec. Palmer.

VITIO, **VITIOSVS**, vid. **VITIVM**.

VITIPARRA, ae. f. Auis nomen. Plin. 10, 33. vid. ibi Harduin.

VITIS, is. f. [ὄνη, ἀμπελος] Arbor illa, quae fert uvas. Varro R. R. 1, 31, 1 In vitario primitus cum exit vitis, tota rescari solet, vt firmiore sarmento e terra exeat, atque in pariendis colibus vires habeat maiores. Eiuncidum enim sarmentum propter infirmitatem sterile, neque ex se potest eicere vitem, quam vocant minorem flagellum, maiorem etiam, vnde uuae nascuntur palmam — Ex altera parte parit capreolum: is est coliculus viteus intortus vt cincinnus. Vlpian. l. 4. D. de censibus Forma, inquit, censuali cauetur, vt in censum referatur, vinea quot vites habeat. Cultura vitium Cic. de Fin. 4, 38. Idem de Senect. 55 c. 15 Cuius quidem non vitilias me solum, sed etiam cultura, et ipsa natura delectat, etc. Putatio arborum ac vitium Idem de Orat. 1, 249 c. 58. Putator vitis Ouid. Met. 14, 649.

¶ 2 Epitheta vitium, vini, vuarum bonam partem conueniunt. Repetere omnia ex Lexico rustico, et augere per temporis ra-

105

- tionem modo non licet. Damus ergo alias obseruata: Ablaqueata, v. v. Alba vitis, cui opponitur Nigra. Albae vitis radix Scribon. 134. 165. 167. Columel. 4, 29 Non procul a fine, Locis aridis et siccis nigram vitem inserito, humidis albam. Herba al. Bryonia. Colum. 6, 4. Cels. 5, 2. Plin. 23, 1. Apul. de Herb. c. 66. Almae vitis Virg. Georg. 2, 233. Arbutiua vitis, vid. ARBVSTVM. Aurea, in templo Hierosolymitano: vid. Tac. Hist. 5, 5, 10. Voss. ad Catull. p. 199. Lips. Elect. 2, 5. Iuuenal. 6, 545. Bracchiata, Cana i. herba saxifraga Apul. de Herb. c. 97. Cantheriata, Capitata, Citricosa, Compluuiata, v. ff. II. Feraces, Foecundae Colum. 3, 7. Foecunda Iuuen. Sat. 9, 56. Idaea, al. myrtillus. . . Inerticula, vid. INERS. Infructuosae Steriles Colum. de Arb. c. 8. Pallad. Nou. t. 10. Inana, Iugata, Lanatae vitis, vid. hb. vv. Lenta vitis Virg. Ecl. 3, 38. Luxuriosa, Macrior, 15 Miscellae, Morosa, Nequam, vid. ff. II. Nodosa Iuuen. Sat. 8, 247. Obliqua vitis Columel. 4, 4. Obnoxia vitis procellis, Ordinaria, Palmae, vid. ff. II. Pampinea Ouid. Met. 10, 10. Perexilis, Pergulana, vid. hb. II. Praeualidae vitis Virg. Georg. 2, 190. Purpureis de vitibus collectae vuae Ouid. 20 Met. 8, 676. Semiputata Virg. Ecl. 2, 70. Vidua Catul. in Carm. Nupt. 60 (63) 49. ¶ 3 Verba: Adaperire vitis, Adiungere vitem, vid. hb. vv. Adiungere vlmis vitis Virg. Georg. 1, 2. Aemulatur vitem vlmus, vid. AEMVLOR. Amans grauidae munera vitis Ouid. Fast. 3, 766. Amista vitibus vlmus Hor. 25 Epist. 1, 17, 3. Applicatae vitis arboribus Quinctil. 1, 2. Attondere vitem curuo dente Saturni Virg. Georg. 2, 407. b. e. Falce, quae Saturno tribuitur. Carbunculant vitis, Castrare vitis, Colere vitem, vid. ff. II. Committere vitem sulco Virg. Georg. 2, 289. Compefcere vitem, Componere vitem in brachia, 30 Concredere vitis solo calido, vid. hb. vv. Contundit grando vitis Hor. Epist. 1, 8, 5. Curare vitis Virg. Georg. 2, 397. Disponere vitis certo fidere Claud. in Eutrop. 2, 197. Educat vitis vnam Catul. in Carm. Nuptial. 60, 50. Enodare vitem Cato de R. R. c. 34. Fluentes vitae multo Baccho Virg. Georg. 2, 190. Immittere vitem ad vvas pariendas Varro de Re Rust. 1, 31. Incidere nouellas vitis Virg. Ecl. 3, 11. Instituire vitem, vid. INSTITVO. Intexere laetis vitibus vlmos Virg. Georg. 2, 221. Nodare vitem Cato de R. R. c. 35. Ponere vitis Virg. Georg. 1, 284. Serpens vitis multiplici lapsu et erratico Cic. de Senect. 52. Sociata palmite 40 vitis Stat. Silu. 5, 1, 48. Vincetae vitis Virg. Georg. 2, 416. ¶ 4 Vitis interdum est Palmes, vel flagellum vitis, ut statim initio capitis e Varrone vidimus. Sic Cato de insitione c. 47 Si vitis vitem continget, vtriusque vitem teneram praecauito, obliquo inter sese medullam cum medulla libro colligato. Hinc Vitis, Gestamen centurionis, Iuuen. 45 Sat. 8, 247 Nodosam posthaec frangebat vertice vitem, Si lentus pigra muniret castra dolabra. i. Vite pulsabatur in castris a centurione. Et Ouid. de Arte Am. 3, 427 Dux bonus huic centum commisit, vite regendos. Add. Martial. 10, 26. Iuuenal. 14, 193 c. vet. Schol. Lucan. 6, 146. Sil. 12, 395 c. not. Drakenb. Plin. 14, 1 extr. l. 13 §. 5 ff. de Re Mil. 50 Iacere hastas sub vitem dicitur veles, cum eas sub manu sursum mittit. Festus, qui adfert hoc Lucilii, Vt veles bonus, qui sub vitem subit (leg. subiicit) hastas. Sub vitem ergo videtur significare sub centurione, praesente eo et meditationem illam regente. Sed et Praeliari sub vite dicuntur milites, cum sub vinea militari pugnans Lucil. ap. 55 Festum, vid. VINEA n. 2. Metaph. de ramo cucumeris vitem posuit Pallad. Mart. 9, 8 et 9. it. Mart. 10, 15. Sic*
- VITICVLA, ae. f. Dimin. [ἀμπελίδιον] Cic. de Nat. Deor. 3, 86 c. 35 At enim minora dii negligunt, neque agellos singulorum, nec viticulas persequuntur. Conf. Pallad. 1, 35. et Febr. t. 12. Meta- 60 phor. Plin. 24, 11 Frutex est, folio ederae, molliore tamen, et minus longis viticulis, i. sarmentis, flagellis etc. Vt VITIS n. 4.
- VITIARIVM, i. n. [ἀμπελόφυτον] Vitium seminarium. Columel. 3, 5 Vitiarium neque icitua terra, neque vliginosa faciendum est: succosa tamen et mediocri, potius quam pingui. Idem 11, 2 65 Quin etiam vitiaria diligenter facienda, malleolisque quam recentissimis curiosissime pangenda. add. Id. de Arb. c. 1. Cato R. R. c. 47. Varro 1, 31.
- VITEVS, a, um. Adi. [ἀμπελινός] Vt, Pocula vitea Virg. Georg. 3, 380. Coliculus viteus intortus, vt cincinnus, i. Capreolus Varro R. R. 1, 31. Serta Nemes. Ecl. 3, 19. Latex Sulin. c. 11 al. 5 pro vineus videtur substituendum.
- VITICOLA, ae. m. Cultor vinearum. Montis epitheton, in quo sunt vineae, Sil. 6, 193 Viticulae nomen peruulgatura Falerni.
- VITICOMVS, a, um. Pampineum fertum gestans, siue vitibus ornatus. Auienus in Arateis v. 70 Et cum viticomo crinem tondere Lyaeo. Vlmus viticoma Sidon. Carm. 2, 328. cui vitis adsita est.
- VITIFER, era, erum. [ἀμπελοφόρος] Quod fert vitis, In quo proueniunt vitis. Plin. 6, 16 Sequitur regio Margianae apricitatis inclytae sola in eo tractu vitifera. Martial. 13, 107 Vienna vitifera. 80 Arua vitifera Sil. 7, 207. Montis vitiferi vertex Sil. 4, 349. Colles Plin. 3, 5. conf. Pallad. Febr. t. 13. Mart. Capella 6 p. 222.
- VITIGINEVS, a, um. Adi. [ἀμπελογενής] Quod est ex vite. Columel. 12, 16 Alii foliis vitigineis, nonnulli plataninis feminietas vvas contegunt. Add. ib. c. 3. Cato c. 41 Eo duos furculos vitigineos, quod genus esse voles insertos, obliquos arcito ad medullam. Plin. 30, 6 Vitigineis lignis combustus. add. Id. 16, 40. Vincula Flor. 3, 20, 4.
- VITIGENVS, a, um. Adi. [ἀμπελογενής] Quod genitum est e vite. Lucret. 5, 15 Namque Ceres fertur fruges, Liberque liquoris Vitigeni laticem mortalibus instituisse. b. e. vinum. Idem 6, 1070 Vitigeni latices.
- VITINEVS, a, um. Adi. Florus 3, 20, 4 Vitineis vinculis delapsi alii legunt Vitigineis.
- VITIO, ire. Vites colere, Ciceroni a quibusdam tribuitur Offic. 95 2 extr. de Catone, A quo cum quaereretur, quid maxime in re familiari expediret, respondit, Bene pascere: quid secundum? Satis bene pascere. Quid tertium? Bene vitire. Ita MSS. quidam: sed retinent editores, et nuper etiam Pearcius, Male pascere: Prouocari etiam video ad Plin. 18, 5. Sed constanter ibi, et sine mentione varietatis legitur, 100 Ille (Cato) in agro quaestuosissimam iudicat vitem: Pro quo forte fuit quaestuosissimum vitire.
- VITISCO, ere. [ἀμπελῆσαι] Vitem fieri. Columel. de Arboribus 7, 3 Reliquas gemmas, quae in terram absconduntur, exceptis quatuor imis, fac abradas, ne in summa radice vitescat. Ita prima 105 edit. At nunc ita legitur, Ne in summo radices vitis citet.

VITISĀTOR, ōris. m. [*ἀμπελοφύτης*] *Qui vites ferit. Quo nomine dictus est Saturnus. Virg. Aen. 7, 179 Vitifator, curuam feruans sub imagine falcein. Conf. Arnob. 3 p. 117.*

VITIUM, i. n. [*κακία, κακότης*] *Quod opponitur Virtuti, et omni praestantiae, bonitati, perfectioni etc. a Vito, are. quod vitandum sit, ac fugiendum. unde Hor. Epist. 1, 1, 41 Virtus est vitium fugere. Cic. pro Cluent. 133 Nullam quidem ob turpitudinem, nullum ob totius vitae non dicam vitium, sed erratum. Ter. Heaut. 5, 3, 18 Nam illi nihil vitii est relictum, quin id itidem sit tibi. Cic. de Finib. 3, 39 c. 11 Virtutibus igitur rectissime mihi videris et ad consuetudinem nostrae orationis vitia posuisse contraria. Quod enim vituperabile est per seipsum, id eo ipso vitium nominatum puto, vel etiam a vitio dictum vituperari. Sin κακίαν malitiam dixisses, ad aliud nos vnū certum vitium consuetudo Latina traduceret. Hoc omni virtuti vitium contrario nomine opponitur. Et paullo ante, Quas enim Graeci κακίας appellant, vitia malo, quam malitias nominaret. Vitia flagitiis leuiora sunt, teste Gell. 1, 17. Nempe flagitium omne est vitium; sed non conuersa vice. Vitiorum officina, vid. OFFICINA, in OFFICIUM.*

¶ 2 Vitium, Non tantum ad animum referatur, sed etiam ad corpus: unde Vitiosum mancipium, vel Vitiosum iumentum, id est, morbosum. Sic saepe Scribonius. V. g. Vtrumque genus vitii 248. Impetus vitiorum 99. Diutina vitia 223. Praecipitua vitia Ep. m. i. morbi acuti. Compositiones ad vitia aptae Scribon. Ep. fin. Corripi vitio s. vitii 16. Ep. m. Dare medicamentum vitio 90 pro, ad vitium. Curare vitia Ep. in. Facit ad vitia 98. 206. 223. Quidquid vitii est 75 i. quoduis vitium. Si in humidis omne vitium est Cels. Praef. 1. In spiritu ib. Vlpian. in Tit. De Aedilicio edicto, l. 1 Aiunt Aediles, Qui mancipia vendunt, certiores faciant emtores, quid morbi, vitiiue sit. Et paullo post, Vitiumque a morbo multum differre: puta si quis balbus sit, nam hunc vitiosum esse magis quam morbosum. Locus classicus ea de re, sed longior, quam qui hic referatur, est Gell. 4, 2. Vitium, inquit Nonius 5, 77 a Morbo prudentia veterum sic voluit separari: vt sit Morbus cum accessu vitique aut temporis, aut contagii: vt Vitium, perpetua et insanabilis, atque irreuocabilis causa. Cic. Tusc. 4, 29 c. 13 Quomodo autem in corpore est morbus, aegrotatio, et vitium, sic in animo. Morbum appellat totius corporis corruptionem: aegrotationem morbum cum imbecillitate: vitium quum partes corporis inter se dissident: ex quo prauitas membrorum, distorsio, deformitas. Itaque illa duo, morbus et aegrotatio, ex totius valetudinis corporis conuulsione et perturbatione gignuntur: vitium autem integra valetudine ipsum ex se cernitur. Conf. Bynkersh. Obs. 3, 1. Opportunus vitio Cels. 4, 4. Vitia Corporis furo occultant Plaut. Most. 1, 3, 118. Intercutia vitia, vid. INTERCVS. In capite vitium Cels. 6, 2. ¶ 3 Latissime, vt indicauimus patet. Vitium est, quocumque aliquid est vel fit deterius. Cic. de Diuin. 2 c. 18 Itaque comitiorum solum vitium (defectus, quo minus censeantur legitima) est fulmen; quod idem omnibus rebus optimum auspiciū habemus, si sinistrum fuit. Ibid. c. 34 Id silentium dicimus in auspiciis, quod omni vitio caret. Et c. 35 Scipio et Figulus, quod augures iudicassent, eos vitio creatos esse, magistratu se abdicauerunt. Vid. n. 6 Creatus et Nauigare it. Liu. 8, 23 qui locus Classicus est. Cic. Fam. 9, 15 Si enim nihil est in parietibus, aut in tecto vitii, caetera mihi probabuntur. Add. Plaut. Mostel. 1, 2, 25. Plin. . . . Librum vitiiis plenum Plaut. Most. 1, 3, 118 Qui vitia corporis furo occultant. Deliciarum vitia Quinctil. 1, 8. Oris et linguae vitia Idem 1, 4. Paginae vitium, vid. PAGINA. Virg. Georg. 1, 88 Sane illis omne per ignem Excoquitur vitium, atque exsudat inutilis humor, de agris. Cic. de Orat. 1, 116 Adest enim fere nemo, quin acutius atque acrius vitia in dicente, quam recte videat. Cels. 5, 21 Si concidere vitio locorum mulier solet, cochleae, cum testis suis comburendae conterendaeque, deinde his mel adiciendum est. Cic. de Senect. 55 Et senectus est natura loquacior, ne ab omnibus eam vitiiis videar vindicare. Idem Acad. 4, 49 c. 16 Huc si perueneris me tibi primum quidque concedente, meum vitium fuerit: sin ipse tua sponte processeris, tuum. Etiam res ipsae, quae sunt deterioris gradus, conditionis, naturae, Vitium dicuntur. Sic Vitium in pomis est Plin. 15, 28 f. 34 quod aliquoties lignum dixerat, Aliis foris corpus, intus lignum, vt Persicis et prunis: vitiumque cinctum fructu cum fructus alibi muniatur vitio. Putamine clauduntur nuces etc. Sic Vitium vini acetum Plin. 23, 1 f. 27. Sed etiam Colum. 2, 9, 13 Nec nos tanquam optabilis agricolis Siligo fallat. Nam hoc tritici vitium est, et quamuis candore praestet, pondere tamen vincitur. Eodem ergo modo dixit, quo Plin. 18, 8 f. 20, 1 Siliginem proprie dixerim tritici delicias (etiam delicatus et deliciae in vitio ponuntur) candor est et sine virtute, et sine pondere. Huic non aduersum est, quod mox sequitur, E filigine lautissimus panis etc. Lautissimus fit: minus tamen nutrit. ¶ 4 Diuerse construitur Vitio vini fecit, Ob vinum, prae ebrietate Plaut. Truc. 4, 3, 54. Cic. de Inuent. 2, 134 Vt si auaritia inductum arguas fecisse, et auarum, eum quem accuses, demonstrare non possis, aliis affinem esse vitiiis doceas, et ex ea re non esse mirandum, qui in illa re turpis, aut cupidus, aut petulans fuerit, hac quoque in re eum deliquisse. Gurges et vorago vitiorum Cic. Verr. 3, 23. Pinguis vitiiis, Per otium et gulam Hor. Serm. 2, 2, 21. Purum vitio cor Hor. Serm. 2, 3, 213. Seruum vitiiis pectus Ouid. Rem. Amor. 54. Alimenta vitiorum Idem Met. 2, 769. Ebrietatis vitium Quinctil. 1, 11. ¶ 5 Epitheta: Adulta vitia, vid. ADOLEO. Aliena vitia in oculis habemus, a tergo nostra sunt Sen. de Ira 2, 28. Commune vitium, vid. COMMVNIS. Immane vitium Hor. Serm. 2, 4, 82. Iners vitium, Liuor, Inuidia et alienae felicitatis dolor, vitium quod obsidet tantum et aggreditur ignauos Ouid. ex Pont. 3, 3, 101. Ingens vitium Hor. Serm. 2, 3, 92. Insigne vitium Cic. Q. Frat. 1, 1. Magnum vitium Hor. Serm. 2, 2, 69. Mediocria vitia Idem Serm. 1, 4, 130. Praeualida et adulta vitia Tacit. Ann. 3, 53. Recens vitium Cels. 6, 2. Sollemne vitium secundis rebus, superbia Claud. in Conf. Stilich. 1, 2, 161. Valens vitium Cels. 5, 20. Vetus vitium Idem 4, 15. ¶ 6 Verba: Abstertere animum vitiiis Hor. Serm. 1, 4, 129. Cic. Verr. 3, 4 Vt ab iis se abstineant maxime vitiiis, in quibus alterum reprehenderunt. Abeffe a vitiiis, Abundare vitiiis, vid. hh. vv. Accendere et irritare vitia Ouid. Rem. Amor. 133. vid. ACCENDO. Addere vitium, Addere vitium pudicitiae, vid. ADDO. Aegrotare vitio animi Hor. Serm. 2, 3, 307. Affectus vitiiis, vid. AFFICIO. Alitur vitium, viuitque tegendo Virg. Georg. 3, 454. Apponere modum vitiiis, vid. APPONO. Assignare hominum vitia rebus, vt si quis Decemuiratum accusat, non Appium Quinct. 5, 13, 35.

- Augescantibus vitiis occurrendum et medendum est Plin. Epist. 9, 37, 3.
 Auocare a vitiis, *vid.* AVOCO. Capere vitium, *vid.* CAPIO.
 Carere debet omni vitio, qui in alterum paratus est dicere Cic. in
 Sallust. 21 c. 8. Coarguere aperte vitia Quintil. 2, 6. Col-
 5 ligere vitium, Concipere vitium, Condire vitia studio,
 Conferre vitia in senectutem, Consequi vitium, Contami-
 nare vitiis, *vid.* *hb. vv.* Cic. de Clar. Orat. 141 Sed quum haec
 magna in Antonio tum actio singularis: quae si partienda est in ge-
 10 stum atque vocem, gestus erat non verba exprimens, sed cum senten-
 tiis congruens, manus, humeri, latera, supposito pedis, status, in-
 cessus, omnisque motus cum verbis sententiisque consentiens, vox per-
 manens, verum subrauca natura: sed hoc vitium huic vhi in bonum
 Conuertebat, *int. se, vel passivae*, conuertebatur. Corripit vitio
 comitali, *vid.* CORRIPIO. Corrupta bona vitiis Quintil. 3, 7.
 15 Vitio Creatus censor praetor etc. *vid.* e. c. Cic. Phil. 3 c. 4.
 Conf. n. 3 Vitium Comitorum. *it. mox* Nauigare vitio. Cic. de
 Orat. 2, 18 Hoc vitio Cumulata est eruditissima illa Graecorum natio.
 Idem Off. 1, 19 Quibus vitiis Declinatis, quod in rebus honestis et co-
 gnitione dignis operae curaque ponetur, id iure laudabitur. De-
 20 labi in vitium, *vid.* DELABOR. Deprehendere in aliquo vitia
 Quintil. 3, 8. Dare summam laudem vitio Cic. pro Rosc. Amer.
 48 c. 16 *extr.* Dare vitio, *Culpare* Cic. Fam. 11, 28. Vitium
 furi Dico, *καταγινώσκω τῆ κλέπτης* Gloss. Lat. Gr. *Fuerit igitur* Vitium
 alicui Dicere idem, quod aliquem condemnare. Ducere vitia Quin-
 25 til. 1, 3. Effingere vitia ebrietatis Idem 1, 11. Eluere vi-
 tia Idem 2, 3. Excidit libertas in vitium Hor. de Arte Poët. 282.
 Excusare vitia Quintil. 1, 5. Exprobrare vitia alicui Ouid. de
 Arte Am. 2, 641. Omnia in omnibus vitia sunt, sed non in omni-
 bus Exstant Sen. de Benef. 4, 27. Exuere vitia Tacit. Ann. 6, 25.
 30 Facere vitium dicuntur aedificia dum vitiantur, corrumpuntur, aliqua sui
 parte labefactantur. Cic. in Topic. 15 c. 3 Si aedes eae corruerunt,
 vitium fecerunt, *vid.* FACIO. Flecti in vitium Hor. de Arte
 Poët. 163. Fugere vitium est virtus Hor. Epist. 1, 1, 41. Im-
 buere aliquem vitiis Quintil. 1, 1. Incidere in vitium, In-
 35 clinare in vitium, Inquirere vitia in ciuitatem, *vid.* *hb. vv.*
 Plin. Epist. 8, 22 *pr.* Nostine hos, qui omnium libidinum serui, sic
 aliorum vitiis Irascuntur, quasi Inuideant. Irritare vitia vetando
 Ouid. Amor. 3, 4, 11. Labi in vitium Hor. Epist. 2, 1, 94. La-
 40 borare vitio Quintil. 3, 11. Leuatur vitium Cels. 4, 2. Le-
 vare vitiis atque erroribus, *vid.* LEVIS. Mederi vitiis atque er-
 roribus, *vid.* MEDFOR. Moriens aëris vitio herba Virg. Ecl. 7,
 57. Nauigare vitio, *i. Contra auspicia* Cic. de Diuin. 1, 29 c. 16
 Classes maximas perdiderunt, cum vitio nauigassent. *vid.* Vitio Crea-
 tus. Noscere enim sua vitia est bellum Cic. Att. 2, 17. Notare
 45 vitium aliquod, *vid.* NOTA. Obuoluerunt vitium, *vid.* OBVOLVO.
 Qui vitia Odit, homines odit, *dictum* Thraseae ap. Plin. Ep. 8, 22.
conf. Buchner. ibid. Occurrere vitio Cels. in Prooem. 1. Offen-
 sus vitiis Ouid. Met. 10, 244. Pensare vitia Quintil. 2, 12. Per-
 secare vitium aliquod ne serpat, *vid.* PERSECO. Ponere vitium
 50 *vid.* PONO pro Depono. Cic. Tusc. 3, 14 Qui fortis est, idem
 est fidens: quoniam confidens mala consuetudine loquendi, in vitio
 ponitur. Recisa vitia a stirpe Claud. in Ruff. 1, 56. Reino-
 tus ab omni vitio Hor. de Arte Poët. 384. Ridere vitia, *vid.* RI-
 55 DEO. Submouere vitium Cels. 6, 6. Sum: At pater vt
 gnati, sic nos debemus, amici Si quod sit vitium, non fastidire Hor.
 Sat. 1, 3, 43. Vitia Erunt, donec homines Tac. Hist. 4, 74, 4.
 Cic. Tusc. 4, 66 Eodem enim vitio est effusio animi in laetitia, quo
 in dolore contractio. Idem Off. 1, 23 c. 7 Qui autem nec defen-
 dit, nec obstitit si potest iniuriae, tam est in vitio, quam si parentes,
 60 aut amicos, aut patriam deserat. Idem de Finib. 5, 31 Hoc qui-
 dem est in vitio dissolutionem naturae tam valde perhorrescere. Sup-
 pressa vitiis pectora Ouid. Rem. Amor. 75. Surrepunt vitia Se-
 nec. Epist. 91. Teneri mediocribus vitiis Hor. Serm. 1, 4, 130.
 Cic. Tusc. 3, 19 Sapientis autem animus semper Vacat vitio, nunquam
 65 turgescit, nunquam tumet. Idem Fam. 7, 6 Hoc tibi tam igno-
 scemus nos amici, quam ignouerunt Medae, quae Corinthum arcem
 altam habebant matronae, opulentae optimates: quibus illa manibus
 (leg. III anibus) gypsatissimis persuasit, ne sibi illae vitio verterent,
 quod abesset a patria. Vertere in bonum vitia Quintil. 11, 1.
 70 Nam vitiis nemo sine nascitur; optimus ille, Qui minimis Vrgetur
 Hor. Sat. 1, 3, 68. ¶ 7 Vitium, *Stuprum*; unde, Offerre
 vitium virgini, *pro Vitiare virginem*, Ter. Hec. 3, 3, 23. et Andr. 3, 1,
 9. Plaut. Epid. 1, 2, 7 Pudicitiae nunquam nec vim nec vitium attuli,
 Idem Amph. 2, 2, 179 Pudicitiae huius me absente vitium est additum.
 75 *add.* Hor. Od. 3, 27, 38. Vitio pater Martial. 12, 3 *i. per stuprum.*
 VITIOSITAS, *ātis. f.* [κακία, κακοήθεια] *ut ait* Cic. Tusc. 4,
 29 c. 13 Est Habitus aut affectio in tota vita inconstans, et a se ipsa
 dissentiens. Ibid. 34 c. 15 Huius igitur virtutis contraria est
 80 vitiositas. Sic enim malo, quam malitiam appellare eam, quam
 Graeci κακίαν appellant, nam malitia certi cuiusdam vitii nomen est,
 vitiositas omnium. Vitiositatis nullius reus Arnob. 2 p. 53. *add.*
 Idem l. 1 *sub fin.* Macrobi. Saturn. 7, 10 Ille humor, qui aut de
 aetatis frigore nascitur, aut cuiuslibet vitiositatis occasione contrahi-
 tur, vt superfluous ita et noxius est.
 85 VITIOSVS, *a, um. Adj.* [κακός, φαῦλος, κακοήθης] *Vitiis*
 plenum, vel vitio etiam uno laborans, corruptum etc. Cic. de Fin. 2, 93
 c. 28 At miser, si in vitiosa ac flagitiosa vita afflueret voluptatibus.
 Idem Att. 1, 1 Ille alter vno minus vitio vitiosus, quod iners, quod
 somni plenus, quod imperitus, quod ἀπρακτότατος, sed voluntate.
 90 Plaut. Mil. 2, 3, 45 Non ego emam nunc vitam tuam vitiosa nuce.
 Carmina vitiosa, *Plurimis vitiis referta.* Ouid. ex Pont. 4, 13, 17.
 Cic. de Petit. Conf. 43 Et quoniam in hoc vel maxime vitiosa est Ciui-
 tas, quod largitione interposita virtutis et dignitatis obliuisci solet.
 Idem de Diuin. 1, 80 Animi enim integri, non vitiosi Corporis est
 95 diuinatio. Corpus corruptum vitiosumque Cels. 5, 26 *de Gan-
 graena.* Vitiosum et morbosum ita distinguit Caelius Sabinus apud
 Gell. 4, 2 Balbus et Atypus vitiosi magis quam morbosi sunt, vt equus
 mordax, aut calcitro vitiosus, non morbosus est. Sed cui morbus est,
 idem etiam vitiosus est. Neque id tamen contra fit. Potest enim
 100 qui vitiosus est non morbosus esse. *etc. vid. supra* Morbosus. Cura
 vitiosa Hor. Carm. 2, 16, 21. Humanitas vitiosissima Quintil. 2, 2.
 Humor Macrobi. Sat. 7, 10. Ilex Virg. Georg. 2, 453. Libido
 vitiosa Horat. Epist. 1, 1, 85. Magistratus vitiosi, *Vitio creati.*
 Cic. Philipp. 2, 84 Vitiosum Cunsulem appellat, hoc est vitio creatum
 105 ex augurum disciplina. *vid.* Idem de Nat. Deor. 2, 11. et Liu. 8, 23
 6 S ubi

ubi de Vitioso Dictatore. Add. VITIVM n. 3. Cic. Verr. 3, 143
Quid ita? ne vitiosum Opus fieret? Oves vitiosae, sunt Morbo-
sae, morbo infectae. Columel. 7, 3. Pars vitiosa Cels. 1, 9.
Progenies vitiosor Hor. Carm. 3, 6, 48. Suffragium vitiosum,
Corruptum. Cic. de Legib. 3, 35 Quamobrem suffragandi nimia libido
in non bonis causis eripienda fuit potentibus, non latebra danda popu-
lo, in qua, bonis ignorantibus, quid quisque sentiret, tabella vitio-
sium occultaret suffragium. Idem de Clar. Orat. 261 Caesar au-
tem rationem adhibens, Consuetudinem vitiosam et corruptam, pura
et incorrupta consuetudine emendat. Compar. Qui suos casus aliter
ferunt, atque vt alijs auctores ipsi fuerunt, non sunt vitiosiores,
quam fere plerique, qui auari auaros, gloriae cupidos gloriosi repre-
hendunt Idem Tusc. 3 c. 30. Superl. Homo inter summam vi-
tiorum dissimulationem vitiosissimus Vell. 2, 97, 1.

VITIOSSE, Adu. Male, corrupte, non recte. Quint. 4, 1 Vitiose
 in scholis facimus, quod exordio sic vitimur, quasi causam iudex iam
 cognouerit. Paullus in l. Quoties. D. Qui satisdar. cogant. Quo-
 ties vitiose Cautum vel satisdatum est, non videtur Cautum. Cic.
 Acad. 4, 98 Si recte Conclulit, teneo, sin vitiose, minam Diogenes
 reddet. Idem Tusc. 3, 19 c. 9 Aut num aliquod quippiam mem-
 brum tumidum ac turgidum non vitiose se Habet? Intercedit
 vitiose contractus pignoris Modestini. in l. Cum vitiose. D. de pignor.
 Vsurpare vitiosissime Columel. 4, 24.

VITIO, are. [*λαβέω, ἐλαττώω, διακορέω*] Corruptere, destruere,
 deterius facere, illegitimum reddere. Plaut. Aul. Perioch. 5 Eius filiam
 Lyconides vitiarat, stuprauerat. Aurae vitiantur odoribus, Ca-
 dauerum foetoribus Ouid. Met. 7, 545. Contagia mentis aegrae
 vitiant artus Idem Trist. 3, 8, 25. Facies longis vitia bitur annis
 Idem ib. 3, 7, 33. Mores vitiantur desidia atque luxuria Cels. 1
 Praef. Oleum vitiat in amurcam Plin. 15, 3. Os, vbi in-
 iuria accessit, vitiat Cels. 8, 2. Feminae aspectu Specula vi-
 tiant Solin. c. 4. Virginem vitiare, i. Stuprare. Ter. Eun. 4, 3, 12.

VITIANS, antis. Partic. vt, Lolia oculos vitiantia Ouid. Fast.
 1, 691. Oculi vitiantes omnia visu Idem Met. 7, 566.

VITIATVS, a, um. Partic. vt, Aurae vitiatæ Ouid. Met. 3, 76. 35
 Ossa vitiatæ Cels. 8, 2. Significationes vitiatæ et corruptæ Cic.
 pro Sext. 115 c. 54. Venter vitiat Ouid. Epist. 11, 27. Virgo
 vitiatæ Ter. Eun. 4, 4, 37.

VITIATIO, õnis. f. Senec. Controuers. l. 4 (c. 23) Antea legem
 vitiationis euertere conatus est, nunc transferre vult. add. Tertull. 40
 de Anima c. 25.

VITIATOR, õris. m. pro Stupratore. Senec. Controuers. l. 4
 (c. 23) Vitiatorem dimisisti, virum occides. add. Tertull. de Pu-
 dic. c. 15.

VITIABILIS, e. Adi. Prudent. Apoth. v. 1059 (Weiz. III4) Ne 45
 iam vitibilis esset.

VITO, are. [*ἐλαβῆμαι, φυλάττομαι*] Cauere est, immo plus quam
 cauere: cum caueat etiam, qui praesens est, qui vitat discedat Cic. Tusc.
 3, 63 Qui miser in campis moerens errabat Alcis, Ipse suum cor e-
 dens, hominum vestigia vitans. ex Poëta. Vitare et Cauere, vid. 50

in CAVEO. Cic. Verr. 1, 39 Nam eum qui palam est aduersa-
 rius, facile cauendo vitare possis. Aestum vitare sub frondibus
 Ouid. in Fragm. Somn. v. 7. Amorem vitare Lucret. 4, 1067.

Vitandum Balneum Cels. 1, 10. Contagia vitare Ouid. Rem. Amor.
 613. Culpam vitauit, non laudem merui Hor. de Arte Poët. 26. 55

Fugae Dedecus honesta morte Curt. 4, 15, 30. Vitanda est im-
 proba siren Desidia Hor. Sat. 2, 3, 14. Cic. Fam. 16, 8 Vix in
 ipsis tectis, et oppidis Frigus infirma valetudine vitatur. Insidias
 dolunque vitare Lucret. 2, 558. conf. Curt. 5, 12, 1. Malum ali-
 quod vitare Propert. 1, 1, 35. Mortem fuga vitare Caes. Bell. 60

Gall. 5, 20. Onus iugi iuuenca vitans Catul. de Berecynt. l. 61, 33.
Patriam vitare Ouid. Met. 3, 8. Pericula vitare Virg. Aen. 3, 367.

Periculum proprium quis non morte vitet? Pseudo-Cic. ad Octau.
Periuria vitare Ouid. Epist. 20, 185. Se ipsum vitare, i. Non sibi
 constare, vel sibi displicere propter scelerum conscientiam. Hor. Serm. 65
 2, 7, 113. Suspiciones vitare Caes. Bell. Gall. 1, 20 et 39. Su-
 spicio vitanda est ingenii ostentationisque Cic. de Orat. 2, 333 c. 81 extr.

Vitium vitare Hor. Serm. 2, 2, 54. Cic. de Prouinc. Conf. 44 c. 18
 Vtar hoc, quod non tam ad laudem adipiscendam, quam ad vitandam
 Vituperationem valet? Cum Dativus iungitur, Plaut. Curc. 2, 3, 19. 70

Infortunio vitare. Plaut. Cas. 2, 2, 35 Semper tu huic verbo vitato,
 abs tuo viro. CL. Cui verbo? MV. I foras mulier. Sic Malo
 cauere Petron. 82. Supinum Hor. Serm. 1, 4, 115 Sapiens vitatu,
 quidque petitu Sit melius, causas reddet tibi.

VITANS, antis. Part. Vitans ad spectum Stat. Theb. 11, 493. Vi-
 tantes cruditatem Cic. de Fin. 2 c. 8. Add. Hor. Sat. 2, 4, 41. 75

VITATVS, a, um. Partic. Ouid. Met. 13, 38 Sed sibi inutilior,
 timidi commenta retexit Naupliades animi, vitataque traxit in arma.

VITATIO, õnis. f. [*ἐυλάττωσις*] Cic. Att. 12, 32 Illud autem quod
 fore video, ipsum volo vitare, ne illae ad me veniant, et vna est vi-
 tatio, et ego nollem, sed necesse est. Et Philipp. 3, 24 Quae vitatio
 80 oculorum, lucis, vrbs, fori? Periculi vitatio Auctor ad He-
 renn. 3, 3 c. 2. An tibi vrbanoꝝ tanta vitatio est? Sym-
 mach. 2, 36.

VITABILIS, e. Adi. Arnob. 5 p. 165 Illam foetor vitabilem red-
 didit fugiendamque caprinus. Laudatur etiam Afran. apud Gell. 15, 13.
 Sed illi versus sic nunc recte eduntur, Hem isto parentum est vita vilis
 (pro vitabilis) liberis, Vbi malunt metui, quam verefi se ab suis.
 conf. Ouid. ex Pont. 4, 14, 31. Quod est vitabile nulli Corn. Gall. 6, 9.

VITABVNDVS, a, um. Adi. [*ἐυλαβῆμενος*] Idem quod Vitans. 90
 Sallust. Iugurth. 110 Marius vitabundus hostium classem, ad oppidum
 peruenit. Idem in Iugurtha c. 38 post pr. Ipse quasi vitabundus per
 saltuosa loca et tramites exercitum ductare. add. ib. c. 101, 9. it. c. 60.
 Liu. 25, 13. Vespasiani nomen suspensi et vitabundi circumbant
 Tac. Hist. 3, 37, 3. 95

VITATOR, õris. m. Apul. de Deo Socr.
VITRIX, vid. sub VIEO.

VITRICVS, i. m. [*πατρικός*] Matris meae maritus. Plin. 36, 15
 Vnde enim illi vitricus Sulla, et Metella mater proscriptionum seatrix?
 Cic. Att. 15, 12 Vitricus quidem nihil censebat, quem Asturae vidimus. 100
 Ouid. Amor. 1, 2, 24 ad Amorem, — currus vitricus ipse dabat. In-
 telligit Vulcanum. add. Cic. Philipp. 2 c. 7. Suet. Tib. c. 7 Tacit.
 Ann. 3, 29, 2.

VITRVM, i. n. [*ύαλος, ύελος*] Materia translucida, quae ex
 arena et cinere percoctis fieri dicitur, de cuius origine et ratione faciendi, 105

et Obsidiano vitro, et generibus multiformibus, vide Plin. 36, 26. add. Gesner. Chrestom. p. 1073 seqq. Vitrum a Participio antiquo vitum pro visum deriuat Salmaf. ad Solin. p. 771, a. Vitrum candidum, quod crystallo simile Scribon. 60. Vitum 228. Condere vitro 145. Reponere medicamentum vitro 63. 110. Perlucidus magis vitro amnis Ouid. Epist. 15, 155. Splendidior vitro fons Hor. Carm. 3, 13, 1. Deferre merces fallaces et fucosas, chartis et linteis et vitro Cicero pro Rabir. 40. Obsidianum vitrum, vid. OBSIDIVS. ¶ 2 Vitrum, Herba, cuius succo inficitur caeruleus et viridis color. Vitruuius 7, 14; Item propter inopiam coloris Indici, cretam Selinufiam, aut anulariam vitro, quod Graeci Ifatin appellant, inficientes, imitationem faciunt coloris Indici. Oribasius, Ifatis, quam infectores herbam vitrum vocant. Hinc apud Caes. Bell. Gall. 5, 14 scribitur, Omnes vero se Britanni vitro inficiunt: quidam Glasto repofuerunt, sed Vitro legendum est. Idem error est apud Melam, quo loco de Britannis etiam agit. Haec Turnebus. conf. Drakenb. ad Sil. 17, 417. Hard. ad Plin. 22, 2.

VITREVS, a, um. Adj. Quod est ex vitro: ut, Vitreae ampullae Plin. 20, 14. Columel. 12, 4 Vasa autem fictilia, vel vitrea plura potius quam ampla. Vopisc. Firmo 3 De huius divitiis multa dicuntur. Nam et vitreis quadraturis bitumine aliisque medicamentis insertis domum induxisse perhibetur. Vitreo reponitur (medicamentum) Scribon. 175. Vitreum, Perteneue, et perlucidum quidquid est, auctoritate veterum dici potest Varr. Mod. Quam istorum vitreae togae ostentant tunicae clauos Nonius. Color Plin. 9, 34. Fortuna vitrea est, quae, cum splendet, frangitur P. Syrus. Hor. Serm. 2, 3, 222 Et furiosus erit, quem cepit vitrea fama, b. e. Splendida illa quidem, sed eadem fragilis. Ouid. de Arte Am. 2, 208 Sive latrocinii sub imagine calculus ibit, Fac peccat vitreo miles ab hoste tuus. Lucan. ad Pison. 181 Callidior modo tabula variatur aperta Calculus, et vitreo peraguntur milite bella.

¶ 2 Vitreus non semper ad materiam, sed interdum etiam ad colorem refertur. Virg. Georg. 4, 350 Vitreisque sedilibus omnes obstupere, de nymphis. Seru. ad illud Georg. 4, 335 Hyali saturo fucata colore Vellera, id est vitreo colore. Vitrea bilis Pers. 3, 8. Inter colores etiam refert Lamprid. in Heliog. c. 19 ubi cum prasino et veneto iungit. Salmaf. ad b. l. ex veteri inscriptione etiam vitream pilam laudat, i. ut explicat viridem. Martian. Capella 6 p. 191 Hanc (tellurem) tener, et vitreis circumuolubilibus Auris Aër complectens imbrificabat aquis. Columel. 10, 136 Vitreoque Siler qui defluit amni. Hinc Statius Silu. 1, 5, 16 Vitrum crinem Nymphis tribuit. Claudian. de R. P. 1, 268 Coepit et vitreis summo iam margine texti Oceanum sinuare vadis, vid. Barth. Et 2, 53 de Thetys Phoebe lactante, Laeva parte soror vitrei libamina potat Vberis. De antris Nympharum vitreis Ouid. Met. 5, 47. Stat. Silu. 3, 2, 16. Sil. 4, 346. Vbi conf. Drakenb. Add. Sil. 7, 413 et 8, 191. Claud. Fescenn. v. 76. conf. Sen. Qu. Nat. 3, 17. Petron. c. 34, 51, 67. Sidon. Ep. 1, 7.

VITREVM, aut VITRIVM, i. n. Specular. vid. Salmaf. ad Sol. p. 7706. 77. Plin. 12, 19 Contra reuehant vitrea, et aena, vestes, fibulas cum armillis ac monilibus. Vitrea fracta, pro Nugis et rebus nihili friuolisque, Martial. 1, 4. conf. Tertull. ad Mart. c. 4. Petronius c. 10 An videlicet, inquit, audirem sententias, id est, vitrea fracta? vid. Vet. Grammat. apud Rigalt. p. 271. Barth. ad Stat. Silu. p. 158.

VITREAMINA, um. n. Pl. Vasa vitrea. Paullus in l. Cum de Ianionis. §. Quidam. D. de instrum. et instrum. leg. Quum in diem mortis ibi libros, et vitreamina, et vestispicam habuerat. VITREATVS, a, um. Adj. Cernendi vitreata potestas Lucret. 3, 410 al. viuata. De humoribus oculi pellucidis.

VITRIARIVS, i. m. [βιτρίαρτος] Qui vitra facit. Senec. Epist. 91 Cuperem Possidonio vitriarium ostendere, qui spiritu vitrum in plurimos habitus format, qui vix diligentia manuum effingerentur. Legitur Vitriarius in Gronou. edit.

VITRARIA, ae. f. Herba, quae et Parietaria dicitur Apul. de Herb. 81. it. officina constandorum vitrorum.

VITRUVIVS, i. m. M. Vitruu. Pollio, qui sub Iul. Caesaris et Octau. Augusti principatu vixit, et decem libros de Architectura scripsit. Vid. Reines. Var. Lect. 2, 6.

VITTA, ae. f. [ταΐνια, κρήδεμνον] Fascia, qua circum capita, vel crines, vel fersa, aut flores, aut quiduis aliud religabant in primis Infulam, quicum frequenter iungitur. Itaque quae de ea dicta sunt huc conferre e re fuerit. Plaut. Mil. 3, 1, 144 Capite comto, crines, vittasque habeat. Virg. Aen. 2, 133 Et fallae fruges, et circum tempora vittae. Vbi Seruius, Vittae, quibus victimae coronabantur.

Vittae aliae fuerunt virginales, aliae matronales, quod alio virgines cultu capitis et ornatu quam nuptae matronae uterentur: argumento est illud Propert. 4, 12, 31 Cinxit et acceptas altera vitta comas, i. Postquam nupsit, et Maronianum, Id. Aen. 2, 168 Virgineas ausi diuae contingere vittas. Hinc Valer. Flacc. 8, 6 Vltima virgineis tum stens dedit oscula vittis. Erat enim mox nuptura Medes. Praesignis vittis victima Ouid. Met. 15, 131. Alba, vid. Barth. ad Stat. Achill. 1, 11. Caeruleis vittis stant moestae arae Virg. Aen. 3, 64. Crinalis Ouid. Met. 4, 6. Leues vittae Id. Epist. 11, 68. Cinge molli haec altaria vitta Virg. Ecl. 8, 64. Circumdatur nivea infula vitta Idem Georg. 3, 487. Coercet alba vitta neglectos capillos Ouid. Met. 2, 413. Plin. 18, 2 Spicea Corona, quae vitta alba colligaretur. Eunctus vittis coronisque Tac. Hist. 4, 53. Exuta comam vittis Stat. Theb. 11, 460. Ligat purpurea vitta moesta capita Sen. Thyest. 8. Conf. Sil. 13, 779. Redimitus tempora vittis Virg. Aen. 3, 81. Soluere crinales vittas Ouid. Met. 4, 6. Stringit torta vitta comas Lucan. 5, 143. Sumere ferale vittas Ouid. in Ibin 103. Tegere pia vitta tempora Virg. Aen. 4, 637. Velatus albenti tempora vitta Ouid. Met. 5, 110. Velatus auro vittisque iuuenus Virg. Aen. 5, 366. ¶ 2 Ingenuarum et Castarum est Vitta. Hinc Ouid. Rem. Am. 386 Nil mihi cum vitta, i. pudica et casta muliere: Thais in arte mea est. Sic ¶ 3 De vinculis etiam rudioribus usurpatur: Plin. 18, 31 f. 74 Antiqui funibus vittisque loreis torcula detrahebant et veftibus. Ouid. Fast. 4, 323 Sed, si crimen abest, tu nostrae pignora vittae Re dabis: et castas casta sequere manus. Ita Io. Frid. Gronou. vulgo Vita legitur. Vid. Brouckbus. ad Tibull. 1, 7, 73. Add. Bernart. ad Stat. Theb. 5. Interpp. Virg. Aen. 7, 337. Tertull. Apol. c. 13.

VITTATVS, a, um. Plin. 7, 30 Vittatam nauem Dionysius tyrannus Platoni misit obuiam. Solin. c. 7. Val. Flacc. 2, 589. Capilli vittati Ouid. Amor. 1, 7, 17. Femina vittata comam Stat. Silu.

Silu. 3, 3, 3. Honos vittatus, Corona poetica e lauro vel hedera vittis colligata Idem ibid. 5, 5, 29. Laurus Stat. Theb. 12, 492. Sacerdos vittata Lucan. 1, 595.

VITVLA, ae. f. [μύχλος] *Vacca primae et tenerae, certe iunioris aetatis.* Virg. Ecl. 3, 29

Ego hanc vitulam (ne forte recuses,
Bis venit ad mulctram, binos alit vbera foetus)
Depono.

Cum faciam vitula pro frugibus Idem ib. 77. *add. ib. v. 29. 48. 85 et 109.* Varro de R. R. 2, 5 Discernuntur in prima vitulus et vitula, in secunda iuuenus et iuuenca. Caesa vitula Virg. Georg. 4, 546.

¶ 2 Vitula, etiam Dei hilaritatis praeses. Macrobius Saturn. 3, 2 Hyllus libro, quem de Diis composuit, ait Vitulam vocari Deam, quae laetitiae praefest, *vid. VITVLOR.*

VITVLVS, i. m. [μύχλος] *Bos iunior dicitur, ut Vitula.* Varro de L. L. 4, 19 p. 25, 27 Vitulus, quod Graece antiquitus *ἰτῆλος*, aut quod plerique vegetei, vegetulus. *ἰταλός scriptum* Gell. II, 1 ubi Varro inde deriuat nomen Italiae. Idem Varro de R. R. 2, 1, 9 Denique Italia a vitulis, ut scribit Piso. *Nempe Spiritus Graecus in digamma Aeolicum mutatus, pro quo est V Latinum.* 20

Varro L. L. 8, 22 p. 106, 13 Non bos ad bouem contactus similis? et qui ex his progengerantur, inter se (*similes sunt*) vituli? *Vid. Petron. 47 et 59.* Cic. de Inuent. 2, 95 Ut in vituli immolatione. Ferox vitulus templis maturus Iuuen. Sat. 12, 7. Imbelles vituli Stat. Theb. 8, 594. Lactantes Ouid. Met. 10, 227. Lactantes vituli Id. 25

ibid. 2, 62. Macstus vitulus Lucret. 2, 352. Tener vitulus Hor. Carm. 4, 2, 54. Tueri vitulos Virg. Georg. 2, 195. Quem taurum metuis, vitulum mulcere solebas Ouid. A. Am. 2, 341. Taurum tollet, qui vitulum sustulerit Petron. c. 25. *Est cognomen Romanum. Vid. Varro R. R. 2, 1, 10 itemque hoc libro extremo.* 30

¶ 2 Vitulus etiam de aliis quadrupedibus maioribus. Plinius de elephantis, 8, 1 Atque ita salutato fidere in siluas reuerti, vitulorum fatigatos prae se ferentes. *Quin etiam Plin. de balaenis 9, 6 Irrumpunt orcae in secreta, et vitulos earum ac foetas vel etiam grauidas lancinant morfu.*

¶ 3 Est Vitulus, [Φάκη] *Piscis genus* Plin. 9, 13 Quae pilo vestiuntur animala pariunt, ut pristis, balaena, vitulus. Hic parit in terra, pecudum more: secundo partus reddit initu. Canum modo cohaeret, et parit nunquam geminis plures: educat mammis foetum. Non ante XII diem deducit in mare, ex eo subinde assuefaciens. Interficiuntur difficulter, nisi capite eliso. Iphis in somno mugitus, vnde nomen vituli. Accipiunt tamen disciplinam, voceque pariter et visu populum salutant, incondito fremitu, nomine vocati respondent. Nullum animal grauiore somno premitur. Vitulus marinus, *al. phoca: vid. Plin. 2, 55 et 12, 11. Suet. Aug. c. 90.*

VITELLVS, i. m. Dimin. Plaut. Afin. 3, 3, 77 Haedillum me tuum dic esse, vel vitellum. ¶ 2 Vitellus, *Pars interior oui, vid. suo loco.*

VITELLINVS, a, um. *Vt, Caro vitellina* Plaut. in fragm. Gastrion. Fricta vitellina Apic. 8, 5.

VITVLINVS, a, um. Adi. [μοχινάϊος] *Quod ex vitulo est: ut Vitulina caro, apud Plaut. in Aul. 2, 8, 5. Cic. de Diuin. 2, 52 c. 24 An tu, inquit, carunculae vitulinae mauiis, quam Imperatori veteri credere?* Idem Fam. 9, 20 Integram famem ad ouum affero: itaque vsque ad Assum vitulinum opera perducitur. *al. Vitellinum.*

VITVLOR, ari. [ἐνφουίνομαι] Veteres vsurparunt pro voce Laetari, testibus Festo et Nonio: Et Vitulantes dicuntur Laetantes. Plaut. Pers. 2, 3, 9 Commodanti lubens, vitulorque merito. *conf. h. l. Taubm. add. ib. 5, 2, 18. Macrobius Sat. 3, 2. Vitulantes a vitula* Varro L. L. 6, 6. *conf. Fest. it. Scaliger Coniect. in Varr.*

VITVLANS, tis. Habet is coronam vitulans victoria Fenn. ap. Fest. 60

VITVLATIO, ōnis. f. Macrobius Saturn. 3, 2 Piso ait, Vitulam victoriam nominari, etc. quod post victoriam certis sacrificiis fiat vitulatio.

VITVLĀMEN, inis. n. *Ramus inutilis.* Vulg. Interpr. Sap. 4, 3 Spuria vitulamina non dabunt radices altas. *Vid. Ambros. in Pf. 105 (104).*

VITVLARIVS, a, um. Adi. *Vt, Via vitularia* Cic. Quint. Fr. 3, 1, 2.

VITVNVS, et VITVMNVS, i. m. [Ζεῦννος] *Deus, qui credebatur vitam largiri: ut Sentinus, sensum.* August. de Ciu. Dei 7, 3 Inter selectos Deos Vitumnus Viuificator et Sentinus Sensificator magis haberi debuerunt, etc. *Dixerat in princ. A Vitumno et Sentino, quos fama obscura recondit.*

VITVPERŌ, aere. [φέγω, μέφομαι, ἀτιμάζω] *Vitio aliquid dare.* Ter. in Prol. Andr. 15 Isti id vituperant factum, i. Vitium rei parant, *inquit Donatus. conf. Cic. de Fin. 3, 39 c. 11. quem damus in* 75

VITVPM pr. Improbum notari et vituperari Idem de Orat. 2, 319. Idem de Fin. 2, 91 c. 28 Sit voluptas non minor in nasturtio illo, quo vesci Perfus esse solitos scribit Xenophon, quam in Syracusanis mensis, quae a Platone grauius vituperantur. Artem, scientiam, et studium vituperare Auctor ad Herenn. 2, 44. Phaedrus 4, 6, 25 Hoc illis dictum est, si qui stulti nauscant, Et ut putentur sapere, Caelum vituperant. Cic. pro Muraen. 60 c. 28 Ego tuum Consilium Cato, singulare animi mei de tua virtute iudicium, vituperare non audeo. Vituperare, *Datiuo iunctum,* Plaut. Caf. 2, 6, 59 Cur omine mihi vituperat malo?

VITVPERANS, antis. Part. Vituperans eos dicit Vulg. Hebr. 8, 8.

VITVPERATIO, ōnis, [φύγος, μέμφεις, μῶμος] Cic. Verr. 5, 99 Haec autem istius vituperatio atque infamia confirmabantur eorum sermone, qui a suis ciuitatibus illis nauibus praepositi fuerant. Adducere in vituperationem Cic. Verr. 3, 140 c. 61. Cadere in vituperationem, *vid. CADO.* Cic. Att. 16, 7 Se autem laetari, quod Effugissem duas maximas vituperationes, vnam, etc. Liberare vituperatione Idem de Arusp. Resp. 49. Relinquere stultitiae vituperationem Idem Philipp. 12, 25. Scribere vituperationes Quinct. 3, 4. Subire vituperationem Cic. Att. 14, 21, (19). Idem de Prouinc. Consul. 44 Vtar hoc, quod non tam ad laudem adipiscendam, quam ad Vitandam vituperationem valet. Idem Verr. 4, 13 Vt propter eum in sermonem hominum atque in tantam vituperationem veniret. Idem Fam. 13, 74 (73) Eam rem laudi tibi potius, quam vituperationi fore. Idem de Clar. Orat. 97 Eaque res P. A. 100

fricano vituperationi fuit.

VITVPERĀTOR, ōris. m. [λαβητήρ] *Qui vituperat.* Cic. Tusc. 2, 4 c. 1 Nos autem vniuersae philosophiae vituperatoribus respondimus in Hortensio. Et Fam. 7, 3 Haec tecum coram malueram, sed quia longius fiebat, volui per literas eadem: ut haberes quid

105

disceres, si quando in vituperatores meos incidisses. Inuitos vituperatores confutare Idem de Nat. Deor. 1. c. 3.

VITUPERIVM, i. n. Cic. de Legib. 3, 23 c. 10 Nam isto quidem modo vel consulatus vituperio est. Ita legit Gruter. et etiam Gebhard. it. Dauisf. Alii, Vituperabilis est.

VITUPERABILIS, e. Adi. [μωπητός] Dignum quod vituperetur. Cic. de Fin. 3, 40 c. 12 Quod enim vituperabile est per seipsum, id eo ipso vitio nominatum puto, vel etiam a vitio dictum vituperari.

VITUPERABILITER, Adu. Ut, Opinionem suam vituperabiliter tractare Cassiodor. 6, 11.

VITUPERO, ōnis. m. Noue dictum a Laeuio pro Vituperatore, esse dicitur apud Gell. 19, 7. Sed loquitur ex sua persona Gellius de Laeuio, Et quae multiplica (e pluribus composita) ludens composuit, quale illud est, quod Vituperones suos subductis supercilicarpores appellauit. Hic itaque Vituperones dixit Gellius: licet nemo negare possit hodie, forte hoc etiam a Laeuio illum accepisse. Saltibus gloriae praeterire ceruices vituperonum seu supercurrere Sidon. Ep. 4, 22. Add. Id. 8, 1.

V I V

VIVV. Viuo.

VIVAX, VIVACITAS, vid. VIVO.

VIVARIUM, i. n. [ζωοτροφείον] Locus, in quo vel aues, vel pisces, vel ferae viuae continentur, et vel voluptatis vel utilitatis causa aluntur. Colum. 8, 1, 4 Pecudum filuestrium, quae nemoribus clauis custodiuntur, viuaria interpretatur ζωοτροφείον. Et 9, 1, 3 feris tribuit. Sed 8, 16, 4 Viuarium frequens piscibus. Add. 8, 16, 5. Plin. 9, 54 Ostrearum viuaria primus omnium Sergius Orata inuenit in Baiano. Idem 8, 52 Viuaria eorum (suum) caeterorumque fil-

vestrium primus togati generis inuenit Fuluius Hirpinus, qui in Tarquinienfi feris pascere instituit. Iuuen. Sat. 4, 51 Non dubitatur fugitium dicere piscem Depastumque diu viuaria Caesaris. vid. Sen. de Clem. 1, 18 c. not. Grut. et Qu. Nat. 3, 18. Gell. 2, 20. Vi-

uaria, per translationem, Hor. Epist. 1, 1, 79

Sunt qui

Frustris, et pomis viduas venentur auaras:

Excipiantque senes, quos in viuaria mittant, i. lactent, muneribus et obseruantia omni capient eorum hereditatem.

VIVARIVS, a, um. Adi. Ut, Naues viuariae, Quibus pisces viui peruehuntur. Macrobi. Saturn. 2, 12.

VIVERRA, ae. f. [γαλέρα] Animal paruum quidem, sed magni vigoris: mustela rustica dicitur, ut ait Strabo, ab Africa primum importata. His utuntur adolefcentes, ad extrahendas de parietum nidis auiculas. Simile quid Plin. 8, 55 Magna propter venatum eorum (subaudi cuniculorum) viuerris gratia est. Iniiciunt eas in specus, qui sunt multiformes in terra, vnde et nomen animali, atque ita eiectos superne capiunt. Add. Id. 11, 49. 30, 60.

VIVERRARIUM, i. n. Gloss. Gr. Lat. γαλεράρα, Viuerrarium, muscellarium.

VIVICOMBVRIVM, VIVIDVS, VIVIFICO, etc. VVIPARVS, vid. VIVO.

VIVIRADIX, icis. f. [μόχρωνα] Planta, quae cum radice feritur, quasi viuam radicem habens, ad differentiam malleoli et talarum. Malleoli, plantae, sarmenta, viuiradices, propagines, nonne efficiunt, vt quemuis, non sine admiratione delectent? Cic. de Sen. c. 15. Plin. 17, 22 f. 35, 8 In arido solo viuiradix quoque frustra feritur. Columella, Sationis autem duo sunt genera, malleoli, vel viuiradices. Id. 3, 5 Nam depositae stirpes valido solo quamuis celeriter comprehendant atque proficiant, tamen quum sint viuiradices factae, prius quam transferantur retorrescunt, nec adlescere queunt. Add. Colum. 3, 19 et c. 4 et 14. it. 4, 2. Varro R. R. 1, 35.

VIVISCO, ere. vid. sub VIVO.

VIVO, vixi, victum, ere. [ζῶω, εἶω, διατῶμαι, ἐπαρκέω] Vivere dicuntur animantia et plantae, cum totam vim suam habent et exercent: vt viuere videatur esse vim suam exercere et ostendere. Plaut. Mil. 4, 2, 80 Quin mille annorum perpetuo viuunt ab saeculo ad saeculum. Postquam comperit eum posse viuere Cic. pro S. Rosc. Am. c. 12. Quinct. 9, 3, 85 Non vt edam viuo, sed vt viuam edo.

Viuunt arboris radices; Non exaruerunt, nec emortuae sunt. Vlpian. in l. 3. D. Arbor. furt. caes. Viuere, Laetam vitam agere. Plaut. Milit. 4, 8, 38 Conserui, conseruaeque omnes bene valete et viuite. Et Catull. 5, 1 Viuamus, mea Lesbia, atque amemus. Amici, dum viuimus, viuamus Inscript. vet. Vid. Petron. c. 35. Viuamus in conuiuuiis, proclamatum, ap. Ammian. 16, 8. al. vincamus. Vid. Lips. Sat. 1, 18.

Aetatem viuere Plaut. Amphit. 4, 2, 3. Annos vel annis centum viuere: i. Annos explere, et implere. Plin. 7, 48. Ibid. 50. ¶ 2 Vixisse dicitur per εὐφημίαν, ne verbum male ominatum dicatur, qui desit viuere, verbo qui mortuus est, eadem ratione qua dicitur, Fuimus Troes, fuit Ilium etc. Fuit ista quondam virtus, vt indicetur, non iam esse. Plaut. Pseud. 1, 3, 77 Illico vixit viuus amator, vbi ille lenoni placet. Idem Bacch. 1, 2, 43 Vixisse nimio satius est iam, quam viuere. Et Most. 4, 3, 10 Vnum vidi mortuum efferrī foras, Modo eum vixisse aiebant. Sen. Epist. 12 Pacuuius — cum vino — sibi parentauerat, sic in cubiculum ferebatur a coena, vt inter plausus exoletorum hoc ad symphoniam caneretur, βεβίωται, βεβίωται. Nullo non se die extulit.

— Nos — in somnum ituri laeti hilaresque dicamus, Vixi, et quem dederat cursum fortuna, peregi. — Quisquis dixit, Vixi, quotidie ad lucrum surgit. Versus est Didus iam iam moriturae Virg. Aen. 4, 653.

Praeclare vixero, si quid mihi acciderit prius, quam hoc tantum mali videro Cic. pro Mil. c. 36 Idem Brut. 9 c. 2 Itaque ii mihi videntur fortunate beateque vixisse — quibus cum auctoritate — perfrui licuit: in consolatione mortis Hortensii, Videndus totus locus. Nemes. Ecl. 1, 11 Viximus, et calamis versus cantauimus, Olim.

¶ 3 Construcciones: Nemo enim est tam senex, qui se Annum non putet posse viuere Cic. de Senect. 24 c. 7. Vitam duram viuere Ter. Adelp. 5, 4, 5. Exemplum viuut, vid. h. v. Felices viuete Virg. Aen. 3, 493. Fortes viuete Hor. Serm. 2, 2, 135. Ignis viuut Plaut. Aul. 1, 2, 15. Memor nostri viuete Ouid. Epist. 11, 125.

Odia improba viuunt Stat. Theb. 12, 441. Vitam alitur, viuutque tegendo Virg. Georg. 3, 454. Aerumnis omnibus viuere Lucret. 3, 50. Aeuo extento viuere, Longo aeuo, Horat. Carm. 2, 2, 5. Consilio nullo viuere Propert. 1, 1, 6. Exiguo viuutur melius Claud. in Ruff. 1, 215. Gramine viuunt armenta

Ouid. Met. 15, 84. vid. VESCOR. Cic. in Pison. 44 Summa virtu-

te,

6 S 2

- VLTYMO. Adu. [*ἔχρατος*] *Denique.* Sueton. in Neron. c. 32 Ultimo templis compluribus dona detraxit, simulacraque ex auro vel argento fabricata conflauit.
- 70 VLTIMO, ãre. *In ultima parte esse.* Tertull. de Pallio c. 1 Cum vltimant tempora patriae.
- VLTIME. Adu. Apul. Met. 1 *Ultime affectus.*
- VLTRO. Adu. [*ὑπερῶς, ἔτις*] *ab Ultra fit: et significat Ultra, siue Insuper.* Etiam vltro derisum aduenit Ter. Eun. 5, 2, 21.
- 75 *post iniuriam factam.* Liu. 3, 65 Cauendo ne metuant homines, metuendos vltro (*insuper*) se efficiunt. Dial. de Oratorib. 5, 5 Salutem periclitantibus, inuidis vero et inimicis metum et terrorem vltro feras, ipse securus etc. Haec ita interpretari nihil est absurdi. Sed propria vis huius particulae in eo esse videtur, ut initium aliquod
- 80 actionis significet ab eo, vnde non expectabatur: vltro facere dicitur, qui non rogatus, non inuitatus, non laesus, ipse velut ultima origo est actionis. Vltro cum fieri aliquid dicimus, nihil praecessisse indicamus eorum, quae alias solent etc. Itaque interdum per insuper reddi potest, interdum Sponte videtur significare, interdum prius, interdum potest substitui
- 85 formula alia, manente semper illa generali notione, a qua vsus loquendi plus minus recedere non nunquam solet. Non melius est, quam considerare exempla. Ter. Adel. 4, 3, 3 Nisi si me in illo credidisti esse hominum numero, qui ita putant, Sibi fieri iniuriam vltro, si quam ipsi fecere expostules, Et vltro accusant. Virg. Aen. 2, 145 His lacrimis vitam damus, et miserefcimus vltro. Vbi Seruius: Vltro, non est
- 90 sponte, nam iam rogauerat: sed insuper. Et venit ab eo quod est vltro: quia plus quam rogauerat praestiterunt. Malim tamen vltro ad sequentia referre, Vltro Ipse viro primus manicas etc. ut indicetur animus Priami mitis, qui non rogatus, non monitus demi iubet Sinonem vincula. Virg. Aen. 5, 55 cum dixisset anniuersarium Anchisae celebrandum, ubicunque essent, addit Nunc vltro ad cineres, ipsius et ossa parentis Adsumus. Metaphysica formula dices, Antecedenter ad anniuersariam hanc sollempnitatem, sumus in ipso loco, ubi sepultus est: non inuitarunt nos huc sollempnia illa: sed tanto minus optatenda opportunitas. Fluctuat, ut saepe Seruius, Vltro, aut vltro, id est insuper, hoc est amplius numina praestiterunt. Aut vltro, sponte sua, non optantibus, aut volentibus nobis. Conf. Cort. ad Sall. Fragm. p. 965 extr.
- 95 ¶ 2 Consideremus hic loca aliquot ICtorum, in quibus laborari obseruauimus. Vlpianus in l. 3 D. de conditione
- 105 causa data, Quid si ita dedi, ut Stichum intra certum tempus manumittas?

mittas? Si nondum tempus praeteriit, inhibenda erit repetitio, nisi me poeniteat, quod si praeteriit, condici poterit. Sed si Stichus decesserit: an repeti, quod datum est, possit? Proculus ait, si post id temporis decesserit, quo manumitti potuit: repetitionem esse. si minus: cessare. quinimmo etsi nihil tibi dedi, ut manumitteres, placuerat tamen, ut darem: vltro (ut tu agere incipias) tibi competere actionem, quae ex hoc contractu nascitur. *i. Condiotionem, defuncto quoque eo.*

Idem l. 1 §. Interdictum D. Vti possidetis, Interdictum autem quod est, Vti possidetis, possessorem praedii tuetur. actio enim nunquam vltro (non turbato, non in ius vocato) possessori datur: quippe quum sufficiat, quod possideat. Paullus in l. 2 D. ad legem

Rhodiam, Si laborante naue iactus factus est: amissarum mercium domini, si merces vehendas locauerant, ex locato cum magistro nauis agere debent. magister deinde cum reliquis quorum merces saluae sunt: ex conducto, ut detrimentum proportione communicetur, agere potest. Seruius quidem respondit, ex locato agere cum magistro nauis debere, ut caeterorum vectorum merces retineat, donec portionem damni praestent. immo et si retineat merces magister, vltro (non praecedente illa retentione, vel alia actione) ex locato habiturus est actionem cum vectoribus. Quid enim si vectores sint, qui nullas sarcinas habeant? plane commodius est, si sint, retinere eas. At si non, et totam nauem conduxerit: ex conducto aget, sicut vectores, qui loca in naue conduxerunt.

Idem in l. 34 Si emtione §. 3 Item si et emtor. D. de contrahenda emtione, Item si et emtor et venditor scit furtiuum esse quod venit, a neutra parte obligatio contrahitur. si emtor solus scit: non obligabitur venditor. nec enim ex vendito quidquam consequitur, nisi vltro (ante traditionem) quod conuenerit praestet. Quod si venditor scit, emtor ignorauit: vtriusque obligatio contrahitur. Rursus idem in l. Legauit 25 D. de liberatione legata, Si is, cui Titius debebat, debitum ei remittere voluerit, nihil interest, heredem suum iusserit, ut eum liberaret, an prohibeat eum exigere. vtroque enim modo liberandus est debitor, et vtroque casu competit vltro (non expectato, dum heres exigat) ad liberandum debitori actio.

Africanus in l. Si prius quam 15 D. de noui operis nuntiatione, Si prius quam aedificatum esset, ageretur, ius vicino non esse altius aedes tollere, nec res ab eo defenderetur: partes iudicis non alias futuras fuisse ait, quam ut eum, cum quo ageretur, cauere iuberet, non prius se aedificaturum, quam vltro (non expectata noua actione) egisset, ius sibi esse altius tollere. Martianus in l. Ex castrensi 18 D. de castrensi peculio §. 2 Itaque negabimus patrem filio saluo communi diuidendo agentem proprietatem alienaturum exemplo dotalis praedii. Sed nec si socius vltro cum eo agat, (incipiat cum illo agere) quidquam agetur: veluti si cum eo ageret, cui bonis interdictum est. Non dubito, quin ista ratio accommodari etiam ad alios locos queat, quos magno numero suppeditant Briffonius de V. S. et qui opus illud auxere.

¶ 3 Iam redimus ad antiquos: Virg. Aen. 5, 446 Entellus vires in ventum effudit, et vltro Ipse grauis, grauiusque ad terram pondere vasto Concidit.

i. ut recte Donatus interpretatur, Nullo impellente, suo solius impetu ac mole. Simile est illud Vltro Asiam magno Pelopeia moenia bello Venturam Virg. Aen. 2, 193. i. suis viribus, suo consilio, bello non iam defensiuo, ut nunc loquuntur, sed offensiuo. Vltro, [ἐκείνους] Non requisitus, inquit Valla. Ter. Phorm. 2, 3, 13 O audaciam! etiam me vltro accusatum aduenit. Idem Andr. 1, 1, 73 Hac fama impulsus Chremes, vltro ad me venit. Cic. Fam. 4, 13 Nec mihi quidquam tali tempore in mentem venit, optare, quod non vltro mihi Caesar detulerit. Vltro Appetitur, qui habet Nepos 5, 4. Dare animum vltro Virg. Georg. 4, 204. Compellare aliquem vltro, b. e. Ante quam ille aliquid loquatur Virg. Aen. 2, 280. Imputare vltro exemplum Tacit. Hist. 1, 71. Offerre se vltro alicui Cic. pro Cacl. 21, 9. Idem pro Planc. 24 c. 10. Polliceri vltro Cic. pro Planc. 24 c. 10. Brut. ad Cic. in Epp. ad Brut. 11. Tac. Hist. 1, 71, 2 Celsus constanter seruatae erga Galbam fidei crimen confessus, exemplum vltro imputauit, tanquam petitor, a quo incipit actio, non tanquam reus, qui respondet criminibus. Sic ibid. 2, 60, 3 Proditionem vltro imputabant. Hor. Sat. 2, 5, 90 Difficilem et morosum offendens garrulus: vltro Non etiam sileas, i. ipse iniussu, vel cum vult te loqui.

¶ 4 Ad locum refertur et vltra omnem terminum, longissime, per modum interiectionis significat. Plaut. Amphitr. 1, 1, 4 Vltro istunc, qui exoffat homines! Id. Capt. 3, 4, 19 Proin tu ab istoc procul recedas. HEG. Vltro istum a me! Est etiam loci Aduerbium vltro, in illa formula, Vltro citroque, [δεύρο καὶ κείρο] Hinc atque illinc, siue vtriusque. Data vltro citroque fide Liu. 29, 23. Cic. in Somn. Scip. 1 Multisque verbis vltro citroque habitis ille nobis est consumptus dies. Idem pro Rosc. Amer. 60 c. 22 Postea homines cursare vltro et citro non destiterunt. Idem Verr. 5, 170 Vltro citroque nauigare. Et de Nat. Deor. 2, 84 c. 33 Sic naturis his ex quibus omnia constant sursum deorsum, vltro citroque comitantibus, mundi partium coniunctio continetur. Caes. Bell. Gall. 1, 42 Quum saepe vltro citroque legati inter eos mitterentur. Vltro citro Suet. Calig. c. 19.

VLT RAMVNDANVS, a, um. Adi. Apul. de Dogm. Plat. 1 p. 8 Deus ille summus, vltoramundanus.

VLT RONEVS, a, um. Adi. Quod vltro fit, etc. Senec. Nat. Quaest. 2, 59 Suadetur deliberantibus: at vltronei admonentur. Idem ibid. Quid interest ad mortem iussi eamus, an vltronei? Vltro-neum Exilium amplexus Apul. Met. 1 p. 111. Vltro-neae putent Merces Hieron. Ep. 137. ad Marcellam, extr. i. oblatae nimis studiose, dictum simile illi, Propria laus sordet. Vltro-neae Voluntate Cyprian. Ep. 63. Conf. Apul. Met. 8 p. 207. et 6 p. 175.

VLT ROTRIBVTA, orum. n. Impensae sunt et attributiones operum publicorum faciendorum, et sartorum tectorum praestandorum, mancipibus et redemptoribus certa mercede locatorum. De his sic Liuius 39, 44, 7 de Censura M. Porcii Catonis et Valerii Flacci loquens, Vectigalia, summis pretiis, vltrotributa infinis locauerunt. b. e. Vectigalia, quibus redditus et fructus Pop. Romani constabant, quantum potuerunt, censores auxerunt: vltrotributa, quibus impensae sumtusque, et erogationes pecuniae publicae ex aerario hauriebantur, quantum potuerant, pretiis diminuerunt, et ad minimam summam perduxerunt. Plutarchus de eadem censura loquens vltrotributa ἐργολαβίας vocat, proindeque nobis huius rei erit adstipulator. Illud item Liuii 43, 16 Qui publica vectigalia, aut vltrotributa conduxissent, in eandem sententiam accipiendum est. Quocirca eleganter a Seneca de Benef. 4, 1 scriptum est, Cum virtutem nec lucrum inuitet, nec damnum absterreat, adeoque neminem spe ac-

105

pollicitatione corrumpat, vt cuncta in se impendere iubeat, ac saepius in vltrotributis sit. *Haec Turnebus Adu. 1, 25 quae probantur etiam Dukero ad Liu. 39, 44. Ratio appetendi inde repetenda videtur, quod Vectigalia sunt necessitatis, respectu eorum, qui illa debent; vltrotributa, i. redempturas operum publicorum vltro suscipiunt, quibus e re sua id esse videtur.*

V L V

VLVA, ae. f. [*Φακός τελευματικός*] *Herba palustris.* Alga venit pelago, sed nascitur vltua palude. *Virg. Aen. 2, 135 Limosoque lacu, per noctem obscurus in vltua Delitui. Fluminea vltua Ouid. Fast. 5, 519. Glauca vltua Virg. Aen. 6, 416. Leues vltuae Ouid. Met. 8, 336. Limosa vltua Lucan. 2, 70. Palustris vltua Virg. Georg. 3, 175. Steriles vltuae Ouid. Met. 4, 299. Viridi vltua teētus Rhenus Ouid. Trist. 4, 2, 41. Conf. Vitr. 2, 1. Pallad. Nou. t. 7 extr. Palustri vltua figuratae spartae.*

VLVŌSVS, a, um, Adj. Sidon. Carm. 7. siue Paneg. Auiti v. 324 Vltosa quem vel Nicer abluit vnda, Prorumpit Francus.

VLVBRÆ, ærum, f. [*Οὐλύβραι*] Locus est in Italia, in quo nutritus est Caesar Augustus, propter quam causam ab Horatio nominatur, quum sit desertissimus vicus. *Haec Porphyrio ad Hor. Epist. 1, 11, 30 Quod petis, hic est, Est Vlubris, animus si te non deficit aequus. Refellit hominem Suetonius Aug. c. 5. Sed Trebaccii, amici Ciceronis et Icti patriam fuisse patet ex Cic. Fam. 7, 12 et 18 quorsum forte respexit Horatius. Vacuae Vlubrae, i. Desertae, vel parum habitatae Iunen. Sat. 10, 102.*

VLVBRĀNVS, a, um, et VLVBRENSIS, e. Adj. Cic. Fam. 7, 12 Quid fiet porro populo Vlubrano, si tu statueris, etc. Plin. 3, 4.

VLVLA, ae. f. [*αὐγώλιος*] Auis nocturnae genus, dicta ἀπό τῆ ὀλολύζων, inquit Seruius, quod est vlulare et flere. *Virg. Ecl. 8, 55 Certent et cygnis vlulae, sit Tityrus Orpheus. Plin. 10, 12 Vncos vngues et nocturnae aues habent, vt noctuae, bubo, vlulae. Conf. Varro L. L. 4, 11. Vlulas Athenas, vid. NOCTVA.*

VLVLO, ære. [*ὀλολύζω*] *Ex sono formatum verbum apud Latinos et Graecos, cui similia sunt Ebraeorum et Germanorum.* Canum est et furiarum, inquit Seruius: transfertur et ad alia. *Virg. Georg. 1, 468 Et alte Per noctem resonare lupis vlulantibus vrbes. Idem Aen. 4, 168 Summoque vlularunt vertice Nymphae. Sic Plin. 26, 4 Terribili Marte vlularent. Laetis vlulare triumphis Lucan. 6, 261. Linguis trepidantibus vlulare Catull. 64, 28. Aedes vlulant plangoribus femineis Virg. Aen. 2, 488. Canes vlulant Virg. Aen. 6, 257. Galli tristitia vlularunt Lucan. 1, 568. de Bellonariis. Ripae flebile vlularunt Sil. 6, 285.*

VLVLANS, antis. Partic. [*ὀλολύζων*] Cic. in Orat. 27 c. 6 Quum vero inclinata vlulantiqve voce, more Asiatico, canere coepisset, quis eum ferret? *Vlulante Dolore Sil. 6, 563. Tumultus vlulans Virg. Aen. 11, 662.*

VLVLĀTVS, a, um, Aliud Partic. [*ὠλολυγμένος*] Hecate triuiis vlulata *Virg. Aen. 4, 609. Praelia vlulata Stat. Theb. 9, 724. Iuga Circes Dulichiis vlulata lupis Stat. Silu. 1, 3, 85. Victor vlulatus id. Theb. 9, 178. de clamore triumphali.*

VLVLĀTVS, ūs, m. [*ὀλολυγμός, ὀλολυγή*] Liu. 5, 39 Mox vlulatus cantusque dissonos vagantibus circa moenia turmatim Barbaris audiebant. *Caes. Bell. Gall. 5, 36 Tum vero suo more victoriam conclamant, atque vlulatum tollunt. Ibid. 7, 80 Et ii, qui ad auxilium conuenerant, clamore et vlulatu suorum animos confirmabant. Cantus ineuntium praelium et vlulatus, et tripudia Liu. 31, 17. Conf. Barth. ad Stat. Theb. 4 p. 1054. et 5 p. 330. Acutos vlulatus, vid.*

ACVO. Flebilis vlulatus *Stat. Theb. 5, 554. Feminus vlulatus Virg. Aen. 4, 667. et 9, 477. Infani vlulatus Claud. de Bell. Gild. 134. Liber adest, Festisque fremunt vlulatus agrī Ouid. Met. 3, 528. Moeſti Idem ibid. 8, 447. Querulis vlulatus impleui Idem Ouid. Epist. 5, 73. Terrificus vlulatus Claud. in Ruff. 1, 130. Tremuli vlulatus Stat. Silu. 5, 5, 71. Vlulatum dixit pro Vagitu. Loquitur enim de infante. Complere auras vlulatus Ouid. Fast. 6, 513. Feriunt crebris vlulatus aures Lucan. 2, 33. Implere montes vlulatus Ouid. Fast. 4, 453. Inerrat auribus vlulatus Stat. Theb. 9, 724. Add. Catull. 64, 20. Sil. 8, 151. Curt. 4, 15, 29. et 5, 12, 12. Vitr. 2, 1.*

VLVLĀMEN, inis, n. Idem. Prudent. Hymno exequiarum 114 Quid turba superstes inepta Clangens vlulamina miscet?

VLVLĀBĪLIS, ē, Adj. Vt, Clamor vlulabilis, i. vlulans Ammian. 30, 15. et 24, 2. Vid. Apul. Met. 4.

V L Y

VLYSSES, is, m. vel VLIXES, forma magis antiqua, quae tamen in optimis quibusque libris Virgilii et aliorum scriptorum tam regnat, quam postea extrusa est, qua de re Heins. ad Virg. Ecl. 8, 70. *Vales. ad Ammian. 27, 8. [Ὀδυσσεύς] Graecorum omnium qui ad Troiam profecti sunt, sapientissimus, filius Laërtæ et Anticleae. Cuius vitam et res gestas scribit Homerus, utroque opere, in primis vero in posteriore, quae ab argumento Vlyſſea, id est enim Odysſſea, dicitur. Dicitur Vlyſſes, Vlyſſis, Vlyſſi, Vlyſſem, Vlyſſes. Item Vlyſſeus, Vlyſſei, Vlyſſeo, Vlyſſea, Vlyſſico, quatuor Syllabarum: et Vlyſſeus per EV Diphthongum Gen. et Dat. Vlyſſæ vel Vlyſſi, trium Syllabarum. Est et Vocatiuus Vlyſſe ab Vlyſſes, E producto: quemadmodum ab Achilles Achille. Vid. Erythraei Index Virgil. h. v. et Heins. ad Ecl. 8, 70 de Declinatione huius et similium Nominum, nobis satis erit exempla optimarum editionum posuisse. Ouid. Epist. 1, 1 Hanc tua Penelope lento tibi mittit, Vlixæ. Sic Burm. Et Met. 13, 83 Quaque ruit, non tu tantum terreris, Vlixæ, Sed fortes etiam. Cic. Off. 1, 113 c. 31 Quam multa passus est Vlyſſes in illo errore diuturno, quum et muliebribus (si Circe et Calypso mulieres appellandae sunt) inserviret, etc. Etiam hic et ubique esse Vlyxes, obseruant Guiliel. et Grut. Cic. Tusc. 5, 7 Etiam heroicis aetatibus Vlyſſem et Nestorem accepimus et fuisse et habitos esse sapientes. Idem Off. 3, 97 Vtile videbatur Vlyſſi, vt quidam Poetae tragici prodiderunt: Nam apud Homerum optimum auctorem talis de Vlyſſe nulla suspicio est, sed insimulant eum tragoediae simulatione insaniae militiam subterfugere voluisse. Carminibus Circe focios mutauit Vlixæ Virg. Ecl. 8, 70. Vlixæ, inquam Burm. post Heins. etc. Cautum Vlixem Ouid. Trist. 1, 2, 9. Burm. Dirus Vlixes Virg. Aen. 2, 261 Burm. Duplicis Vlixæi Hor. Carm. 1, 6, 7 Bentl. Duri miles Vlixæ Virg. Aen.*

Aen. 2, 7. Experimentis Vlixei Ouid. Met. 14, 159. *tribus syllabis, Burm.* Fallacis Vlixei Idem ibid. 13, 712 *similiter.* Inuentor scelerum Vlixes Virg. Aen. 2, 164. Ithacensis Vlixei Hor. Epist. 1, 6, 63. *tribus syllabis, Bentl.* Laboriosi Vlixei Idem Epod. 17, 16 *quatuor syllabis, Bentl.* Cic. de Orat. 40 Neque enim iam Troicis temporibus tantum laudis in dicendo Vlyssii tribuisset Homerus. Patientis Vlixei Hor. Epist. 1, 7, 40 *trissyllab. Bentl.* Pellacis Vlixii Virg. Aen. 2, 90 *Heinsf. Burm.* Saeui terram execramur Vlixii Id. Aen. 3, 273 *idem.* Solers Vlysses Inuen. Sat. 9, 65. Deprensus Vlixis ingenio Ouid. Met. 13, 304. Confidit socio semper Vlixee Id. Met. 13, 240.

VLYSSIPO, nis. m. [Ολυσσείων Ptolemaeo] Lusitaniae metropolis, quam tradunt Graeci, ab Vlixee conditam esse Plinio Olyssipo s. Olyssipo 4, 22 f. 35. *it.* 8, 42 f. 67.

VLYSSIPPONENSIS, e. Adi. Vlyssiponense promontorium Plin. 4, 21. *Sed meliores Olyssiponense.*

V M B

VMBELLA, vid. VMBRA.

VMBER, vid. VMBRIA.

VMBILICVS, i. m. [ὀμφαλός] Ligamentum et quasi nodus quidam intestinorum, quod mediam fere planitiem ventris obtinet: vestigia seruans eorum vasorum, per quae foetus, dum est in utero matris, nutritur.

Vmbilicus dicitur, quod sit ibi vmbro iliorum Isidor. 11, 1. Plin. 11, 37 *extr.* Venarum in vmbilico nodus ac coitus. Neque

nostrer vmbilicus est hominis medius Varro L. L. 6, 2. Plin. 10, 52 *in fin.* Vmbilicus ouis a cacumine inest, ceu gutta eminens in putamine. Castrare vmbilicum, vid. CASTRO.

Vmbilicus, *Quidquid in aliqua re est medium.* Cic. Verr. 4, 106 c. 48 Et raptam esse Liberam, quam eandem Proserpinam vocant, ex Eunnensium nemore, qui locus, quod in media est insula situs, vmbilicus Siciliae nominatur. Liu. 35, 18 Aetoli vmbilicum Graeciae incolunt.

Vt repente in medio vmbilico Graeciae conspicerentur, Delphos ascendit Liu. 41, 23. Cic. de Divin. 2, 115 O sancte Apollo, qui vmbilicum certum terrarum possides. *ex Poeta.* Delphi, vmbilicus orbis terrarum Liu. 38, 48. Plin. 3, 13 f. 17 In agro Reatino Rutilliae lacum, — Italiae vmbilicum esse, M. Varro tradidit.

Dies ad vmbilicum iam est Plaut. Men. 1, 2, 45. Vmbilici, *interprete, Ornamenta quaedam et firmamenta librorum.* Hor. Epod. 14, 8

Deus deus nam me vetat
Inceptos olim promissum carmen, iatavos
Ad vmbilicum adducere.

Vet. Schol. *Cruqu.* Sumta metaphora ex vmbilico corporis, ad cuius figuram ex osse, ligno, aut alia materia vmbilici formati, libris addi et apponi solent, ad conseruationem et ornatum. Ad vmbilicum adducere, pro finire, etc. *Nempe vmbilicus proprie videtur esse illud extremum baculi vel cylindri, cui inuoluitur volumen, quod utriusque eminet in medio, cui maioris ornatus causa, etiam cornua quaedam imposita nonnunquam. Hoc suadet Pluralis hac in re fere adhibitus.*

Martial. 4, 91 Ohe iam satis est, ohe libelle, iam peruenimus vsque ad vmbilicos. Idem 5, 6 Nigris pagina creuit vmbilicis. Et 3, 2 Pictis luxurieris vmbilicis Idem 1, 67. Liber vmbilicis cultus atque membrana Catull. ad Varum f. 22, 7 Chartae regiae, noui libri, Noui vmbilici. Et diserte Binis vmbilicis decoratus liber Stat. Silu. 4, 9, 8. Sidon. Epist. 8, 16 iam venit ad margines vmbilicorum, iam tempus est, vt Satyricus ait, Orestam nostram vel super terga finire. Vbi ergo vnus vmbilici mentio fit, vel synecdoche est, vel habuere volumina quaedam ab vno tantum extremo vmbilicum: vel denique cylindrum illum medium s. axin voluminis vmbilicum etiam dixerunt. Nam duos baculos, duos cylindros, quales habent hodie sacra Iudaeorum volumina, et chartae maiores Geographicae, nescio an liceat statuere: certe non satis ad quaerendum erat osii. Nec obseruavit tale quiddam Schwarziius in disp. altera de ornamentis librorum, vbi alioquin vmbilicum illustrat f. 15. Illud addo, si duo cylindros, duo axes habuissent volumina, duos vmbilicos, alter semper fuisset ab initio: igitur illa certe volumina, quae originem dedere prouerbio vnum modo cylindrum habuere, vna forte etiam ex parte solum vmbilico instructum, qui ad aequandos frontes sufficeret scilicet.

Vmbilicus, Paruus circulus in terra descriptus ad dignoscendos ventos. Plin. 18, 33 Per huius mediam longitudinem duci sarculo sulcum, vel cinere lineam, verbi gratia pedum XX conueniet: mediamque mensuram, hoc est in X pede circumferibi circulo paruo, qui vocatur vmbilicus. Est hic vmbilicus nihil aliud, quam centrum in deformatione figurae, quae plagas caeli et ventos indicet: quod totus locus indicat. Eadem ratione Gnomon in Solario horologio vmbilicus vocatur. Plin. 6, 34 f. 39 In hoc caeli circumflexu (elimate) vmbilicus, quem Gnomonem vocant, VII pedes longus, vmbra non amplius quatuor pedes longam reddit: et mox, Vmbilicus aequinoctio XXXV pedum vmbra XXIV pedes longam facit. Vmbilici, Parui ac rotundi, politique lapilli. Cic. de Orat. 2, 22 c. 6 Non audeo dicere de talibus viris, sed tamen ita solet narrare Scaeuola, conchas eos et vmbilicos ad Caietam et ad Laurentum legere consueisse. Lapillos s. calculos interpretantur viri docti ex Val. Max. 8, 8, 1 vbi conchulas et calculos lectitasse Scipio et Laelius dicuntur. Sed vmbilicos ibi etiam quidam libri, et κοχλίας vmbilicos vertit Gaza, quod monet Schottus Obseruat. 3, 21: et sunt sane conchae plures, quibus banc figuram tribuas. Etiam Caligula apud Aur. Vict. Conchas vmbilicosque in ora maris Oceani legi a Legionibus iussit. Veneris vmbilicus, Planta est, vid. Apul. de Herb. c. 42.

VMBILICĀTVS, a, um. [ὀμφαλός] Quod vmbilicos habet, vel aliquid ad vmbilici similitudinem. Plin. 13, 4 Et in aluo medio plerisque vmbilicatum. de palma.

VMBILICĀRIS, e. Adi. Vt, Nertius vmbilicaris Tert. de Carne Chr. c. 20.

VMBRO, ōnis. m. [ἄμβρος, ὀμφάλιον] Media eminensque pars clypei est. Varro de L. L. 4, 24 p. 29, 29 Vmbones aut a Graeco, vel quod ambones. Vbi Scaliger emendandum censet Vmbones a Graeco quod ἄμβωνες. Nam Graeci ἄμβωνες vocant, quidquid extumidum est, et prominet, vt ventrem ampullarum, etc. vid. Isidor. 18, 12. Scalig. Coniect. p. 50. Barth. ad Stat. Theb. 6 p. 441. Liu. 4, 19 Assurgentem ibi regem, vmbone resupinat. Id. 9, 41 Vmbonibus incussa que ala sternuntur hostes. Metaph. de Promuntorio Vndifonae quos circuit vmbro Maleae Stat. Ach. 1, 408. Riget vmbro maligni Montis Id. Silu. 3, 1, 116. Vmbro in gemma Plin. 37, 6 Arabicae excellunt candore circuli praelucido, atque non gracili, neque in recessu gemmae, aut deiectu renitente, sed in ipsis vmbonibus nitente, praeterea substrato nigerrimi coloris. Vmbro, 103

- Scutum: a parte totum Virg. Aen. 9, 810 — Nec sufficit umbo Ictibus. *vid.* 10, 884. Fortis crebris sonat ictibus Umbo Lucan. 6, 192. Vbi sonus molientium, aut appositae scalae hostem in manus dederant, Propellere umbone, pilo sequi Tac. Hist. 4, 29, 6. Curtius
- 3, 10, 6 Totam aciem suo pauore fluctuantem umbonibus posse propelli. Martial. 3, 46 de affectatore urbano, qui clipeum non habet, Cunctos umbone repellit: ludit nempe, et idem facere ait hominem, quod in pugna milites, cum vi repellunt hostem. Umbo in vestitu Romano, est velut centrum plicarum s. rugarum in toga collectarum, ut monuit Casaubon. ad illud Persii 5, 33 Cum — tota impune Saburra Permisit sparsisse oculos ista candidus umbo, i. postquam toga pura (tota candida) s. virilis sumta maiorem sine custode vagandi licentiam concessit. Late hoc exsequitur Salmas. ad Tertull. de Pallio Totumque contracti umbonis figmentum p. 373 sqq. Quae de umbone clypei ad Persium disputabantur, nihil ad eam rem pertinebant.
- 10 VMBRA, ae. f. [*σνὴ, σνίσκουα*] Lucis absentia, in primis, cum solis radii intercipiuntur alicuius corporis obiectu, praesertim nubium. Cic. de Orat. 1, 28 Nam me haec tua platanus admonuit, quae non minus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis, quam illa, cuius umbram secutus est Socrates. Nemorum aliorum umbrae Virg. Georg. 3, 520. Umbras dici pro ramis ipsis apparet etiam ex iis, quae mox damus in Tremulae, Viridis, et n. 2 in Excudit. Aemula umbra, *vid.* AEMVLOR. Apta umbra pastoribus Ouid. Met. 1, 681. Arborea umbra Idem *ibid.* 10, 129. Caua umbra Virg. Aen. 2, 360. Densa umbrae in montibus Idem Georg. 1, 342. Dulcis umbra Idem Aen. 1, 698. Frigida noctis umbra Idem Ecl. 8, 14. Grauis umbra Idem *ibid.* 10, 75. Horrenti umbra atrum nemus Idem Aen. 1, 169. Ingens umbra Idem Georg. 2, 19. Larga umbrae opulenta silua Stat. Theb. 6, 91. Levis umbra nemoris Ouid. Met. 5, 336. Longae umbrae, Matutinae umbrae, *vid.* ff. 11. Nemorales umbrae Ouid. Amor. 3, 1, 5. Nocturnae umbrae Idem *ibid.* 1, 8, 13. Nutrix aut nouerca umbra, *vid.* NOVERCA. Obscura umbra Virg. Aen. 6, 452. Pampinea umbra, *vid.* PAMPINVS. Rhetorica umbra Iuuen. Sat. 7, 173. Ad pugnam qui Rhetorica descendit ab umbra, i. A declamationibus, quae sunt in J. bolis, ad verum certamen, ad veras lites et causas forenses. Seneca apud Tac. Ann. 14, 53, 4 Ego quid aliud munificentiae adhibere potui, quam studia, ut sic dixerim, in umbra educata. Spissae umbrae noctis Virg. Aen. 2, 621. Squallentes umbrae picearum
- 40 Sil. 1, 83. Sublustris umbra noctis Virg. Aen. 9, 373. Tremulae umbrae Stat. Theb. 5, 749. Vacua umbra tonforis Hor. Epist. 1, 7, 50. Viridis umbra Virg. Ecl. 9, 20. ¶ 2 Verborum formulae: Abluit nigras umbras sibi terra Lucret. 4, 342. Accubabat sacra nemus umbra Virg. Georg. 3, 334. Arefacta in umbra folia Scribon. 92. Blanditur populus umbra Ouid. Met. 10, 555. Cadunt umbrae, *vid.* CADO. Captare umbras et frigora Virg. Ecl. 2, 8. Coit minax umbra Valer. Argon. 2, 579. i. Tempestas in nubibus congregatur. Contrahit umbras dies medius Ouid. Met. 3, 144. Dimouerat polo aurora humentem umbram. b. e. Noctem Virg. Aen. 4, 7. Discutit nigras umbras aer lucidus Lucret. 4, 342. Discutit pallentes umbras sol, Nubes dissoluit, Seruius Virg. Georg. 3, 357. Duplicat crescentes umbras decedens sol Idem Ecl. 2, 67. Efficere umbram Cels. 1, 2. Excudit Africus umbras tremulas Calpurn. Ecl. 5, 101. i. ramos, qui umbram praebent. Sic
- 55 Festus, Umbrae vocabantur Neptunalibus caesae frondeae pro Tabernaculis. Ire per umbras sub nocte Virg. Aen. 6, 268. Exuberat umbra luxuria foliorum Idem Georg. 1, 191. Facere umbram Quinctil. 5, 10. Fecerat exiguas umbras sol altissimus. Meridies erat Ouid. Met. 3, 50. Fecerat minimas umbras sol Idem
- 60 *ibid.* 14, 54. Cic. de Diuin. 2, 17 c. 6 Vident ex constantissimo motu lunae, quando illa e regione solis facta Incurrat in umbram terrae, quae est meta noctis, ut eam obscurari necesse est. Inducere umbras fontibus Virg. Ecl. 5, 40. Inducit umbras terris nox Hor. Serm. 1, 5, 10. Ingruit umbra vitibus Virg. Georg. 2, 410.
- 65 Inuoluit nox caelum magna umbra Idem Aen. 2, 251. Ministrans umbram potantibus platanus Idem Georg. 4, 146. Nocent frugibus umbrae Virg. Ecl. 10, 76. Obruat roriferis umbris nox terram Lucret. 6, 864. Obtexitur caelum umbra Virg. Aen. 11, 612. Porrigit ingentes umbras inurdrum campus Stat. Theb. 12, 257. Requiescere sub umbra Virg. Ecl. 7, 10. Siccare in umbra Scrib. 110. Sufficiunt falices pastoribus umbram Virg. Georg. 2, 435. Umbras arborum amputare Id. Georg. 1, 157. i. Ramos arborum segetibus incumbentes. ¶ 3 Obseruatt. Cic. Att. 7, 11 O hominem amentem et miserum, qui ne umbram quidem vnquam τῆ καλῆ viderit. Umbrae, dicebantur
- 75 olim, qui venirent ad conuiuium, non ipsi quidem per se vocati, sed comites eorum, qui vocati fuerant: sic illos sequentes velut umbra corpus ultro sequitur. Hor. Epist. 1, 5, 28. Brutum tibi Septimiumque, Et nisi caena prior, potiorue puella, Sabinum Detinet, assumam: locus est et pluribus umbris.
- 80 Idem Serm. 2, 8, 22 Cum Seruilio Balatrone Vibidius, quos Maccenas adduxerat umbras. Plaut. Cas. 1, 4 Decretum est mihi quasi umbra quoquo ibis tute, persequi. M. Tullius Tusc. Quaest. 1, 109 Etsi enim nihil in se habeat gloria cur expetatur, tamen virtutem tantam umbram sequitur. Cic. de Petitione Conf. 7 c. 2 Alter vero, dii boni, quo splendore est! primum nobilitate eadem. Num maiore? non: sed virtute? Quamobrem? C. Antonius umbram suam metuit, hic ne leges quidem. Sic constituendus hic locus videtur. Cic. Att. 15, 20 Etsi mihi videtur iste, qui umbras timet, ad eadem spectare, tamen nisi explicata solutione, non sum discessurus. ¶ 4 Pictores umbrae nomine diuersimode utuntur: primo de initiis picturae. Si nemo plus effecisset eo, quem sequebatur non esset pictura, nisi quae lineas modo extremas umbrae, quam corpora in sole fecissent, circumscriberet Quinctil. 10, 2, 7. conf.
- 95 Plin. 35, 3. Sed etiam aliter: Tandem se ars ipsa distinxit, et inuenit lumen atque umbras, differentia colorum alterna vice sese excitante Idem *ibid.* c. 5. Sed habebat tamen illa in dicendo admiratio, ac summa laus umbram aliquam et recessum, quo magis id, quod erat illuminatum, exstare atque eminere videatur Cic. de Orat. 3 c. 26. Conf. Plin. Epist. 3, 13. Cic. Acad. 4, 20 Quam multa vident pictores in umbris, in eminentia, quae nos non videmus? ¶ 5 Metaphorae. Umbra et imago, cui opponitur Solida et expressa effigies. Cic. Off. 3, 69 Sed nos veri iuris germanaeque iustitiae solidam et expressam effigiem nullam tenemus, umbrae et imaginibus utimur. Add.
- 100 Cic. pro Rabir. Post. 41. Vell. 2, 68 pr. Neque enim persona umbram

bram actae rei capit, non talis est persona Caelius, ut taceri eius acta possint; umbra hic est obscuratio, silentium de illo. Liu. 32, 21
 Quia sub umbra auxilii vestri latere volunt, in societatem vestram confugiunt. Add. 34, 9. Cic. in Pison. 57 c. 24 Nam ut leuitatis est inanem aucupari rumorem, ut omnes umbras etiam falsae gloriae consecrari. Honoris umbra Tacit. Hist. 3, 73. Cic. pro Muraen. 13 In quo ipsam Luxuriam reperire non potes, in eo te umbram luxuriae reperiturum putas? Veritatis umbra, Species quaedam, et quod verisimile dicitur Plin. 20, 2. Sub umbra Tribunicia delitescere Liu. 4, 42. Ne contagio mea bonis, umbrae obsit, ut umbra maioris arboris plantae minori Cic. de Orat. 3, 162.

¶ 6 Umbræ, Manes, animae defunctorum, spectra Plin. 7, 57 contra immortalitatem animorum disputans, Quae deinde sedes, quantaue multitudo tot saeculis (generationibus) animarum, velut umbrarum? — Quae genitis quies vnquam, si in sublîmi sensus animae manet, inter inferos umbræ? Virg. Aen. 6, 390 Umbrarum hic locus est, somni, noctisque seporae. Tranquill. in Calig. c. 59 Satis constat custodes hortorum, umbris inquietatos. Seruius in illud Aen. 4, 654 Vixi: et quem dederat cursum fortuna peregi, Et nunc magna mei sub terras ibit imago. Bene, ait, imaginem dixit. Valde enim quaeritur apud Philosophos, quid illud sit, quod inferos petat: Nam tribus constamus: Anima, quae superna est, et originem suam petit, Corpore, quod in terram deficit: Umbra, quam Lucretius sic definit: Supra spoliatus lumine aër. Ergo umbra si ex corpore creatur, sine dubio perit cum eo: nec est quidquam reliquum de homine, quod inferos petat. Sed deprehenderunt esse quoddam simulacrum, quod ad nostri corporis effigiem fictum inferos petat: et est species corporea, quae non potest tangi, sicut ventus. Hinc in Aen. 6, 391 Corpora viuua nefas Stygia vectare carina. Hanc autem rem etiam Homerus requirit, si mulacro Herculis apud inferos viso. Et sciendum, simulacra, haec esse etiam eorum, qui per apotheosin dii facti sunt. Vnde aut visum esse apud inferos, aut illuc descendisse dicuntur. Hor. de Libero Carin. 2, 19, 30 Te vidit insons Cerberus aureo Cornu decorum. Sciendum tamen abuti Poëtas, et confuse vel Simulacrum, vel Umbram dicere. Haecenus Seruius. Add. Idem ad Aen. 2, 772. Dominus umbrarum, Pluto Ouid. Met. 10, 16. Rector umbrarum Senec. Oedip. f. 10. Rex umbrarum, Pluto Ouid. Met. 7, 249. Cru- delibus occubat umbris Virg. Aen. 1, 551. Exangues umbrae Stat. Theb. 1, 308. Gelidae umbrae Ouid. Met. 8, 496. Gracilis umbra, Tenuis Idem Trist. 4, 10, 86. Inas Erebi descendit ad umbras Virg. Aen. 6, 401. Infernae umbrae, vid. INFERNVS. Inhumata umbra Sil. 13, 445. Pallentes umbrae Virg. Aen. 4, 357. Parentales umbrae Ouid. Trist. 4, 10, 87. Sacuae Stat. Theb. 10, 398. Senilis Ouid. Met. 14, 117. Silentes Virg. Aen. 6, 264. Stygiae Ouid. Met. 1, 139. Tenuis Erebi umbrae Virg. Georg. 4, 472. Tristes umbrae Idem Aen. 5, 734. Vlticis umbrae vanis exagitari terroribus Quintil. in Sepulcro incantato Decl. 10 ad finem. Volantes nocte umbrae Ouid. Amor. 1, 6, 13. Adigere aliquem ad umbras infernas, vid. ADIGO.

¶ 750 Obj. Umbra, piscis effugiens oculos celeri leuis umbra natatu Aufon. Mos. v. 90. Corporis umbrae Lluentis Ouid. Hal. 111. conf. Colum. 8, 16, 8. Enn. ap. Beroald. ad Colum. c. l. Umbra et Vnda confunduntur in libris MSS. Vid. Drakenb. ad Sil. 4, 681.

UMBELLA, ae. f. Dimin. [ουμβέλλα] Qua feminae arcens solis ardores, ut, Viridis umbella Iuuen. Sat. 9, 50.

UMBRO, aë. [ουμβρόω, ουμβρόω] Tegendo umbram facere. Columel. 5, 6 Tum omnes paene virgae, ne umbrant, eo tempore quo vitis putatur, abraduntur. Plin. 19, 1 Marcellus velis forum umbravit. Add. Stat. Silu. 4, 2, 37. Montes umbrantur opaci Virg. 60 Aen. 3, 508. Add. Ammian. 16, 2.

UMBRANS, antis. Partic. Ut, Arbuſtis umbrantibus tegi Pallad. August. t. 8. Add. Idem l. 14 de ceraso. Cilio umbrante tegi Prudent. Hamart. v. 873.

UMBRATUS, a, um. Aliud Partic. ut, Dux umbratus roſis Claud. de Bello Gildon. 446. Umbratus genas Stat. Silu. 3, 4, 79. i. barbatus. Currus umbratus Manil. 2, 139. Tempora umbrata quercu Virg. Aen. 6, 772. Conf. Stat. Theb. 6, 553. Val. Flacc. 4, 138.

UMBRATVRVS, a, um. Part. Claud. Nupt. Hon. et Mar. v. 149 Umbratura Deam retro sinuatur in arcum Bellua.

UMBRATICVS, a, um. Adi. [εμπρικός] Quod est in umbra. Homo umbraticus dictus est a Plaut. in Curc. 4, 3, 24 Trapezita, qui in umbra sub tecto vitam agit otiosam. Doctor Petron. c. 2. vid. Interpp. b. l. Umbraticus et imaginarius Praceptor Lactant. 75 6, 12. Plin. Epist. 9, 2 Nos quam angustis terminis claudamur, etiam tacente me perspicias: nisi forte volumus scholasticas tibi, atque, ut ita dicam, umbraticas Literas mittere. Alii legunt Umbraticiles. Senec. de Benef. 4, 2 In hac parte nobis pugna est cum Epicureorum delicata et umbratica turba, in conuiuio suo philosophantium.

UMBRATICOLA, ae. c. Umbraticus, mollis. Plaut. Truc. 2, 7, 49 Moechus cincinnatus, umbraticola.

UMBRICOLA, ae. c. Umbricolis habitata cubilia talpis Strabo Gall. in Hort. praef. Add. Id. 2, 26.

UMBRATILIS, e. Adi. [ουμβρατικός] Ut, Vita umbratilis et delicata. Cic. Tusc. 2, 27 c. 11 Sic ad inalam domesticam disciplinam vitamque umbratilem et delicatam, cum accesserunt etiam Poëtae, nervos omnis virtutis elidunt. Cic. de Orat. 1, 157 c. 34 Educenda deinde dictio est ex hac domestica Exercitatione et umbratili medium in agmen, in puluerem, in clamorem, in castra atque aciem forensensem. Imperium cassum et umbratile Ammian. 21, 16 extr. Literae Plin. Ep. 9, 2. Mora segnis et umbratilis Columel. 1, 2. Oratio philosophorum mollis et umbratilis Cic. in Orat. 64. Qui videlicet philosophi in umbraculis versabantur. vid. mox UMBRACVLVM: it. ORATIO. Vita umbratilis et delicata Cic. Tusc. 2, 27 c. 11.

UMBRATILITER. Adu. Sidon. Epist. 2, 10 Umbratiliter effingere, i. Leui pictura.

UMBRACVLVM, i. n. [ουμβράκιον] Locus compositus et tectus frondibus aut re alia quacunque ad umbram praebendam. Varro de R. R. 1, 51 Vbi ea re tecta et loca calida prope aream faciunt, ac umbracula quo succedant homines in aestu, tempore meridiano. Sol umbraculis facile depellitur Columel. 3, 2. Conf. Pallad. Nou. t. 7. Virg. Ecl. 9, 42 — Et lentae texunt umbracula vites. Ad quem locum Macrob. Sat. 6, 4. obseruas, fuisse, qui putarent, hoc verbum Virgi-

lio auctore compositum: *contra quos ipse Varronis et Ciceronis testimonia adfert.* Tegmen et umbraculum Columel. 3, 10. Cic. de Clar. Orat. 37 Processerat enim in solem et puluerem, non ut e militari tabernaculo, sed ut e Theophrasti doctissimi hominis umbraculis.

Idem de Legib. 3, 14 c. 6 Mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum, otioque non modo in solem atque in puluerem, sed in ipsum discrimen aciemque produxit. *Ductum a Gymnastorum ambulationibus, quas arborum umbraculis erat opacae: ut in Academia et Lyceo.* vid. Procedere in Solem, in SOL. Umbraculum, pro

Umbella mulieris. Ipse tene Distenta suis umbracula virgis Ouid. A. A. 2, 209. *qui lacus ostendit ea hodiernis nostrarum mulierum umbraculis plicatilibus similia fuisse.* Ouid. Fast. 2, 31 Aurea pellebant rapidos umbracula soles. Aurea Summiueant rapidos umbracula soles Claud. Conf. Honor. 4, 340. Vincant soles umbracula Martial.

14, 28. Vineta umbracula fertis Tibull. 2, 5, 97. **VMBRIFER**, era, erum. Adj. [*σκιοφόρος*] *Ferens umbram.* Cic. de Diuin. 1, 22 c. 13 Inque Academia umbrifera, nitidoque Lyceo Fuderunt claras foccundi pectoris artes. Varro de R. R. 2, 2, 11 Circiter meridianos aestus dum deseruescunt, sub umbriferas rupes, et arboreas patulas subiiciunt. Fundo umbrifero Styx liuida Stat. Theb. 1, 57. Nemus umbriferum Virg. Aen. 6, 473. Sub Platano umbrifera Cic. de Diuin. 2 c. 30. Rupes Varro R. R. 2, 2, 11. Vndae umbriferae sulcator Stat. Theb. 8, 18 Charontem intelligit et Stygem. *add.* Prudent. Hamart. v. 239.

VMBROSVS, a, um. Adj. [*σκιερός*] *Opacus.* Cic. Qu. Fratr. 3, 1, 2 Ego locum aestate umbrofiorum vidi nunquam. Plin. 16, 26 Fico folium maximum umbrofissimumque. Idem 11, 27. Fere aquosissima sunt, quaecumque umbrofissima Sen. Qu. Nat. 3, 10. Arbos umbrofa Virg. Georg. 2, 66. Arundo umbrofa Idem Aen. 8, 34. Auernus Propert. 3, 17, 1. Cacumina umbrofa Virg. Ecl. 2, 3. Collis umbrofus Ouid. de Arte Am. 2, 421. Nemus umbrofium Idem Met. 7, 75. Ripa Hor. Carm. 3, 1, 23. Silua Ouid. Met. 1, 693. Teeta Tibull. 1, 4, 1. Vallis Virg. Georg. 3, 331.

VMBRIA, ae. f. [*Ομβρία*] Regio Italiae, quam Plin. 3, 14 in sexta regione collocat et addit Vmbrorum gens antiquissima Italiae existimatur, ut quas Ombrios a Graecis putent dictos, quod inundatione terrarum imbris superfuissent. Trecenta eorum oppida Tusci debellasse reperiuntur. *Haec Plinius, qui deinde enumerat: populos Amerinos, Spolerinos, etc.* Meminit Umbriae Cic. de Diuin. 1, 92. et Lucan. 2, 463.

VMBER, bri. m. [*Ὀλομβρός*] *Qui est ex Umbria.* Catull. in Egnatium 37, 11 Aut parcus Vmber, aut obesus Hetruscus. Aper Vmber Hor. Serm. 2, 4, 40. Martius vMBER Sil. 10, 313. Mariti Vmbri rubicunda vxor Ouid. de Arte Am. 3, 303.

Vmbri quoddam genus ouium apud Plin. 8, 49. *vid.* HYBRIDA et MVSIMON.

VMBRIVS, a, um. Adj. *Vt, Terra Umbria* Gell. 3, 2. **VMBRICA**, ae. f. Cretae species Plin. 35, 17. **VMBRICIVS**, i. m. Aruspiciis nomen Tac. Hist. 1, 27. **VMBRO**, are. et **VMBROSVS**, *vid.* VMBRIA. **VMEO** pro humeo, in MSS. *vid.* Drakenb. ad Sil. 3, 522. **VMERVS**, pro **HVMERO** scribitur interdum, v. g. in Terentii Benti. Phorm. 5, 6, 4.

VMIDIVS, vel **VMMIDIVS** (pro quo **IMMIDIVS** inuenias etiam) nomen gentis Romanae. Varro de R. R. 3, 3, 9 Immidii (ut adhuc editum est) mentio: ubi *Vrsinus VMMIDIOS ex monumentis adfert.* Hor. 1, 1, 95 Vmmidius restitutus certatim a viris doctis. *Vid.* Benti. et Spanb. de num. Diff. 10, 7. *Haverkamp.* ad numos familiar. in Durmia.

V N A

VNA. Adu. [*ἄμα*] *Significat Simul.* Cic. Att. 7, 10 Si in Italia Pompeius consistit, erimus vna. Cic. de Fin. 2, 69 Et si id non probares, quo minus Ambo vna necaremini, non precarere? Vna inter se Plaut. Mil. 2, 1, 61. Ter. Adelph. 4, 3, 7 Sed quae so ut vna mecum ad matrem virginis eas. Virg. Ecl. 2, 31 Mecum vna in filiis imitabere Pana canendo. Cic. de Amicit. 34 c. 10

Quod summi puerorum amores saepe vna cum praetexta, sumta toga deponerentur. Vna tecum bona malaque tolerabimus Ter. Phorm. 3, 3, 23. Philosophari vna cum aliquo Cic. de Finib. 2, 105. Id. Verr. 1, 1 Is si mei consilii causam rationemque cognouerit, vna et id quod facio probabit, vna et in hac causa profecto neminem mihi esse praepoendum actorem putabit. *Sic legit Valla; at nostra exemplaria non habent secundum illud Vna.*

VNANIMANS, antis. *Idem quod Vnanimis.* Plaut. Truc. 2, 4, 81 Sociae vnanimantis, fidentis fuit officium facere.

VNANIMIS, e. et **VNANIMVS**, a, um. Adj. [*ὁμόθυμος, ἰσόθυμος, ὁμόθυμος*] *Qui vnus est animi, et eiusdem sententiae cum altero.* Liu. 7, 21 Noui Consules foenebrem quoque rein, quae distingere vnanimos videbatur, leuare aggressi, etc. Virg. Aen. 4, 8 Quum sic vnanimem alloquitur male sana fororem. Fratres vnanimis Catull. ad Veranium f. 9, 4. Stat. Theb. 8, 669. Sodales vnanimi Catull. ad Alphenum f. 28. 1. *conf.* Val. Flacc. 4, 161 Vnanimi Plaut. Stich. 5, 4, 49. *vel, ut est in Gronouiana, vni animi.*

VNANIMITAS, atis. f. [*ὁμοθυμία*] *Consensus.* Plaut. Truc. 2, 4, 81 Pro dii immortales, non amantis mulieris, sed sociae vnanimittatis fidentis fuit officium facere. *Sed melius alii legunt Vnanimantis.* Liu. 40, 8 Mihi, Antiocho, et cuilibet regum huius aetatis nulla re magis quam fraterna vnanimittate regnum acquasse. *conf.* Symmach. 1, 28 c. not. Iuret. Non. 2, 256.

VNANIMITER. Adu. Vopisc. in Tac. c. 4 Quod me vnanimiter delegistis. *add.* Vulg. Act. 2, 4. Tertull. de Pat. c. 1.

V N C

VNCIA, ae. f. [*ἄγκια*] *Vna ex duodecim partibus assis, siue ponderis ille nomen sit, siue cuiuscumque mensurae. Verbo Vncia est pars duodecima cuiuscumque rei. v. g. librae,* Plaut. Men. 3, 3, 3 Atque huic ut addas auri pondo vnciam. Idem Rud. 4, 2, 8 Neque piscium vllam vnciam pondo hodie cepi. *Ad Assen hereditatis, i. totam substantiam, refertur* Cic. Att. 13, 48 Mortuus enim Babulius. Caesar, opinor, ex vncia. etsi nihil adhuc. sed Lepta ex triente. *conf.* Sen. Contr. 28 extr. Horat. A. P. v. 327. Colum. 5, 1. Plin. 14, 3. Vncia agri, *Duodecima pars iugeri* Varro de R. R. 1, 10. *Duodecima pars pedis:*

nos Pollicem dicimus. Plin. 15, 24 Latitudo pollicaris, quae et vncialis. Frontinus de Aquaeductibus, Est autem digitus, ut conuenit, sextadecima pars pedis, vncia duodecima. Cels. 5, 17 Sed et antea scire volo in vncia pondus denariorum septem esse. Vncia, Duodecima pars sextarii, vid. Sextarius Romanus, in SEX. Vncia vsura, Quae duodecima pars est Centesimae, et huius velut Assis vncia una, cum qui singulis mensibus, pro more Romano, vsurae nomine vnciam soluat, toto anno non nisi vnam assen centesimum soluat, vid. A. S. Scaeuola l. Titium. §. Praefectus. D. de administr. et peric. tutorum, Praefectus legionis ita testamento cauit: Volo ut fit in arbitrio tutorum filii mei, si voluerint huius summae vncias inferre vsurarum nomine, ita ne numi dispergantur. Quaero, si apparuerit pecunia foenerata a tutoribus: iudicio tutelae vncias vsuras, an vero eas, quas stipulati sunt, praestare debeant.

VNCIOLA, ae. f. Dimin. [*ὑγκιάδιον*] Iuuen. Sat. 1, 40 Vnciolam Proculeius habet, sed Gillo deuncem.

VNCIATIM, Adu. [*κατ' ὑγκίων*] Ter. Phorm. 1, 1, 9 Quod ille vnciatim vix de demenso suo, suum defraudans genium comparuit miser, etc. Plin. 28, 9 Datur et phthificis vnciatim, cum vini veteris hemina decocta, donec tres vnciae e toto residant.

VNCIARIUS, a, um. Adi. [*ὑγκιαρός*] Ut, Lex vnciaria apud Fest. ubi nomen tantum superest. Foenus vnciarium quod modo in VNCIA vsura declarauimus. Liu. 7, 16 De vnciario foenore a M. Duellio, L. Menenio Trib. pleb. rogatio est perlata. Tac. Ann. 6, 16, 2 Sane vetus vrbi foenebre malum, et seditionum discordiarumque creberrima causa, eoque cohibebatur antiquis quoque et minus corruptis moribus. Nam primo duodecim tabulis sanctum, ne quis vnciario foenore amplius exerceret, cum antea ex libidine locupletum, agitaretur. deinde rogatione Tribunicia ad semuncias redacta, postremo vetita vsura. Vid. Gracu. ad Cic. Att. 1, 12 p. 63. Stips vnciaria Plin. 34, 5. Vites vnciariae eadem quae Vnciales a pondere acinorum dictae Id. 14, 3. Quas adeo recte in speciosis refert Colum. 3, 2, 2.

VNCIALIS, c. Adi. [*ὑγκιατός*] Quod est vnius vnciae. Altitudo vncialis Plin. 18, 16 f. 43. Assis vncialis, Qui vnciam tantum pendebat Plin. 33, 3 Q. Fabio Maximo Dictatore assis vnciales facti. Literae vnciales. Hieronymus in Praefatione libri Iob extr. Habeant qui volunt veteres libros vel in membranis auro argentoque descriptos, vel vncialibus (ut vulgo aiunt) literis onera magis exarata quam cothices. Vnciales literas vnciam, i. duodecimam pedis partem altas intelligere pronum est. Quidam libri, Erasmo teste, initialibus. Sed sermo est de totis codicibus, qui propter magnas literas onera fiunt. Numeri vnciales Frontin. de Coloniais p. 131 Goeff. interpretante Goeffio indicantes centuriarum vncias. Res non satis expedita. Vna vncialis velut a pondere acini Plin. 14, 3 f. 4, 9.

VNCIUM, vid. VNGO.

VNCVS, i. m. [*ὄγκυρον*] Fustis vel baculus ferreus, ab uno latere incuruus ac sese retorquens: quo instrumento damnati traherentur supplicii et spectaculi causa. Iuuen. Sat. 10, 66 Seianus ducitur vncio spectandus. Plin. in Paneg. 33 Nemo e spectatore spectaculum factus miseris voluptates vncio, et ignibus expiauit. A Graeco fit: Graeci enim ὄγκυρον vncium siue vncinum: quod ubi incuruatur, quodammodo intumescente atque extuberare videatur. Cic. pro C. Rabir. 16 Nos a verberibus, ab vncio, a crucis denique terrore, neque res gestae, neque acta aetas, neque nostri honores vindicabunt? Idem Philipp. 1, 4 c. 2 Vncus impactus est fugitiuo illi, qui in G. Marii nomen inuaserat. Columel. 3, 18 Et velut vncus infixus solo, antequam extrahatur, praerumpitur. Ferreus vncus Liu. 30, 10. Cic. Phil. 2, 5 Vncus impactus est fugitiuo illi, qui in C. Marii nomen inuaserat. Hoc nempe vncio vel in ignem, vel ad Gemonias scalas, aut in Tiberim traherentur. Infigebatur autem gutturi, unde a Iuuenale scriptum est, Sat. 1, 156 Qui fixo gutture fumant. Et Propert. 4, 1, 141 Et bene cum fixum mento discussis vncum, Nil erit hoc, rostro te premet ansa suo. Naualis vncus, Harpago Valer. Argon. 8, 298. Severus vncus Hor. Carm. 1, 35, 20 inter instrumenta Necessitatis: haec intelligit Turnebus plumbo firmandum: et additum est liquidum plumbum. Sed malim tamen cum Vet. Schol. eum intelligere vncum, quo puniebantur damnati. Nam et resolutio plumbo rei puniri consueuerunt. Cato R. R. c. 10, 1. it. 13, 1 in instrumento villae vnci ferrei. Add. Colum. 3, 18, 2. Vncus, pro Ancora Val. Flac. Argon. 2, 428 Has inter lacrimas legitur piger vncus arenis: Iam remi rapuere ratem, etc.

VNCVS, a, um. Incuruus. [*γκυμῶς, ὄγκυροειδής*] Colum. 7, 11 Atque vncis digitis alterum quoque testiculum educito. Plin. 11, 37 Aquaticis vncis vngues sunt. conf. Colum. 4, 13. Cels. 7, 10. Laenia et Vnca, contraria sunt apud Lucret. 2, 426. Aera vnca Ouid. ex Pont. 2, 7, 9. i. Hami. Aratram vncum Virg. Georg. 1, 19. Cauda vnca minatur scorpius Ouid. Met. 15, 371. Cornibus vncis ferit taurus Propert. 2, 5, 19. Dente vncio recluditur tellus Virg. Georg. 2, 423. Hami vnci Ouid. Met. 15, 476. Labrum vncum Lucret. 4, 592. Vncae tela Manus Sil. 14, 323. Morsu vncio naues alligat anchora Virg. Aen. 1, 173. Ora vnca Stat. Theb. 3, 534. de aquilis. Pedes vnci Virg. Aen. 3, 233. Retinacula vnca Stat. Silu. 3, 2, 32. Vnguibus vncis timendae volucres Lucret. 5, 31. Vomer vncus Virg. Georg. 2, 223.

VNCINVS, a, um. Paullinus Natal. Felic. 7 v. 270 Staminis vncino, quasi piscis, inhaeserat hamo.

VNCINVS, i. m. [*κόραξ σιδήρεος*, Gloss. Lat. Gr. κόραξ σιδήρεος ὄγκυρος ib.] Idem quod vncus Apul. Met. 3 p. 135 Pessulis iniectis et vncino firmiter immisso: Vncinis aereis tollere vermes Pallad. Mart. t. 10.

VNCINATVS, a, um. Adi. [*ὄγκυρωτός*] Vncinis armatum. Cic. Acad. 4, 121 c. 38 Nec ut ille, qui asperis et laeuius, et hamatis vncinatisque corporibus concreta haec esse dicat interiecto inani.

VNCATVS, a, um. Instar vncini factus. Cael. Aurel. Tard. 5, 3, 37 Quidam vncati permanent. Literae vncatae Sidon. Epist. 9, 9, 20. Vncatis Syllogismis aliquem inhamare Sidon. Epist. 9, 9.

VNCATIO, ōnis. f. Cael. Aurel. Acut. 2, 32 Vnguium vncatio quam γρόπων vocant.

VNCIPES, ēdis. Cui vncus pes Tertull. de Pallio c. 5.

VNCO, āre. Vox vsorum. [*ὄγκυρῶς*] Auctor Philomel. v. 5100 Vrsus ferus vnca.

c.4 O Spectaculum illud non modo hominibus, sed vndis ipsis et litioribus lucluofum, cedere e patria fernatorem eius, manere in patria proditores. *Apud Plaut. in Milit. 2, 6, 33 Vndarum plenum mare.*

Vnda ponitur pro Aqua generatim Ouid. Met. 1, 22 Et terris abscidit vndas. *b. e. Mare a terra separavit. Aëriae vndae, Nubes* Lucret. 2, 151. Caecis erramus in vndis, *Tenebricosis* Virg. Aen. 3, 200.

Deformis vnda Stigis Senec. Thyest. f. 8. Dulces vndae Virg. Georg. 2, 243. Claud. in Ruff. 1, 91. *al. Refluæ* Acrius Harpyiis, Flauis incertius vndis. Fluctuaga vnda Stat.

Theb. 1, 271. Formosae vndae Propert. 1, 20, 41. Gelida vnda perluor Hor. Epist. 1, 15, 4. Grata vnda siti Ouid. de Rem. Amor. 406.

Humilis vnda, *Non profunda* Senec. Agamemn. 6. Inertes vndae Lucan. 6, 107. Innabilis vnda Ouid. Met. 1, 16. Lapidosae vndae Idem ibid. 15, 23. Limosae vndae Sil. 8, 602.

Liquidae vndae Virg. Aen. 5, 859. Mendax vnda scrupulis vadis, *Periculosa ob vada saxosa, quibus atteruntur naues* Senec. Agamemn. f. 6. Mirax vnda Hor. Carm. 1, 12, 32. Molles vndae Lucret. 2, 375.

Nigrae vndae Lucret. 3, 841. Nitidis vndis argenteus fons Ouid. Met. 3, 407. Opaca vnda Idem ib. 14, 330. *al. Amoena umbra.*

Praecepta vnda Stat. Theb. 6, 774. Rapax Ouid. Met. 8, 550. Rapida Idem ib. 7, 6. Rauca vnda Idem ib. 11, 783. Idem ibid. 2, 246 Quaque Reuolutis ludit Maecander in vndis. Sacuae vndae Lucret. 5, 223. Salfae vndae Idem 6, 891. Salubris vnda Ouid. de Arte Am. 1, 258. Sequaces vndae, *Malae* Virg.

Aen. 5, 193. Silens vnda, *Quieta* Valer. Argon. 5, 522. Spumosa Idem ib. 6, 174. Stygiae vndae, *vid. S T Y X.* Virg. Aen. 8, 87 Leniit, et Tacita refluens ita substitit vnda. Tarda vnda innabilis palus Virg. Georg. 4, 479.

Tenui vnda pellucidus fons Ouid. Met. 3, 161. Tepidae vndae Ouid. Met. 2, 269. *al. Antra.* Torrentem vndam lenis innatat alnus Virg. Georg. 2, 451. Tremulae vndae Claud. de Rapt. Proserp. 2, 2. Tristi vnda inamabilis palus Virg. Aen. 6, 438.

Vaga vnda Ouid. Met. 8, 595. Veloces vndae Lucan. 1, 433. Vitreae vndae Ouid. Met. 5, 48. *al. Antra.* Volucris vnda Valer. Argon. 5, 428.

¶ 2 *Verba et Participia:* Agitata ventis vnda Senec. Agamemn. f. 6. Albescentes vndae Sil. 8, 453. Alludentes vndae Ouid. Met. 4, 342. Asperat hiems vndas Aquilonibus Virgil. Aen. 3, 285. Apic. 8, 6 p. 226 Cum bene (*cum*) illis tres vndas Bullierit, *i. ter efferbuerit, vid. mox* Feruere.

Conticuere vndae Ouid. Met. 5, 474. Currens vnda Idem Amor. 2, 16, 35. Curuata in montis faciem circumstetit vnda Virg. Georg. 4, 361. Decrecentes vndae Ouid. Met. 1, 345. Dehiscens vnda terram inter fluctus aperit Virg. Aen. 1, 110.

Desilire in vndas Ouid. Fast. 2, 111. Despumare vndam tepidi aheni Virg. Georg. 1, 296. Diuisa remis sonat vnda Ouid. Met. 8, 138.

Dare vela per vndas Virg. Aen. 5, 796. Exasperat concussas Triton vndas Ouid. Amor. 2, 11, 27. Exercet indomitas vndas Auster Hor. Carm. 4, 14, 20. Exultantes vndae Ouid. Met. 13, 892.

Feruente aëtibz vndae Idem ibid. 14, 48. Pallad. Nou. 22, 4 Vndis duabus aut tribus Feruere patieris. *Sic Bullire modo habuimus ex Apicio.*

Haurire vndam ab omnibus Stat. Silu. 1, 2, 259. Impellitur vnda vnda Ouid. Met. 15, 181. Incanescit vnda spumis Catull. Argon. 62, 13. Inhorruit vnda tenebris Virg. Aen. 3, 195.

Innatare vndam, *vid. INNATO.* Infilire vndis Ouid. Met. 8, 142. Insonuit vnda Idem ibid. 4, 688. Intremuere vndae Virg. Aen. 3, 673. Labentes vndae Ouid. Met. 5, 387.

Ludunt per vndas delphines Virg. Aen. 5, 595. Mergitur vnda delphinus, *vid. M ERGO.* Natate placidis vndis Ouid. Met. 13, 899. Proficere aliquem in vndas Virg. Aen. 5, 859.

Cic. Tusc. 2, 67 Et qui Pelopis illi Neptuni, qui per vndas currus suspensos Rapuisse dicuntur. Ridentes vndae, *Nitentes et tranquillae* Lucret. 5, 1003. Satiare ora vnda Stat. Theb. 3, 455. Sonat incurfu vndarum vnda Ouid. Met. 11, 496. Spumans vnda Virg. Georg. 4, 529. Stridentes vndae Lucan. 9, 869. Sub-

fidunt vndae Virg. Aen. 5, 820. Surgentes vndae Idem ib. 6, 354. ¶ 3 *Observat.* Vnda prima preli, *Prima olei prelo expressi fluxio.*

Plin. 15, 4 Ex eadem quippe oliua differunt succi. Primum omnium crudae, atque nondum inchoatae maturitatis, hoc sapore praestantissimo. Quin et ex ea prima vnda preli laudatissima, ac deinde per deminutiones.

Pallad. Ian. 19 Olei supernatantis vndam (*dum fervet*) pennis leuiter cogentibus in vasa transfundes. *Per translationem,* Cic. pro Planc. 15 c. 6 Sin hoc persaepe accidit, vt et factos aliquos, et non factos esse miremur: si campus atque illae vndae comitiorum, vt mare profundum et immensum sic effluunt quodam

quasi aestu, vt ad alios accedant, ab aliis autem recedant; in tanto nos impetu studiorum et motu temeritatis modum aliquem et consilium et rationem requiramus? Bellorum vndae Claud. in Eutrop. 2, 507.

Curarum vndae Catull. 65, 62. Vnda, *de Hominum multitudine* Virg. Georg. 2, 462 Si non ingentem foribus domus alta superbis Mane salutantum totis vomit aëdibus vndam. Sepedum populorum vndae Apul. Met. 6 p. 177. *i. formicarum.* conf. Prud. Hippol. v. 227. Barth. ad Stat. Theb. 8 p. 93. Drakenb. ad Sil. 4, 159.

¶ 4 *A librariis confunduntur vnda et umbra, v. v.*

V N D O, Ære. [*κυμαίνω, κυματίζω, κυματῶ*] Vndas facere. Virg. Aen. 12, 673 Ecce autem flammis inter tabulata volutus Ad caelum vndabat vortex, turrimque tenebat. *Metaph.* Regio vndat equis, floretque viris Valer. Flacc. 1, 539. *conf. Drakenb. ad Sil. 7, 355.*

Vndare, *Inundare.* Stat. Achill. 1, 86 Quum tuus Aeacides tepido modo sanguine Teucros Vndabit campos, etc.

V N D A N S, antis. Parric. Cic. de Nat. Deor. 2, 89 c. 35 Subter radices penitus vndanti in freto Molem ex profundo saxeam, aut caelum erui. Valer. Argon. 5, 303 Praecipue Aesonidem varios incerta per aestus Mens rapit vndantem Curis, etc. *b. e. Curis agitatam fluctuantemque.*

Aetna vndans Virg. Georg. 1, 472 Vndae modo flammam euomens. Seruius. Chlamydem vndantem facere motu, et aëre excepto Plaut. Epid. 3, 3, 55. Fumus vndans misto puluere, *b. e. Abunde exurgens* Virg. Aen. 2, 609. Stat. Theb. 2, 635 — Nec vincla coërcent Vndantem fletu galeam. *Nimis hyperbolice* Lucret. Lacrimarum inundatio vincula galeae rumpebat. *Melius* alter Vet. Schol. Vtuncque fortiter adstricta galea non potest, quin fletibus concussa viam det lacrimis. Habena vndantes Virg. Aen. 12, 471.

Lora vndantia, *i. Large effusa* Idem ibid. 5, 146. Nilus bello vndans Idem Georg. 3, 28. Seruius, quasi non vndas, sed

bella portans propter Antonii et Cleopatrae grauisimum praelium.

¶ 5

6 V 2

Vulnere perfundit vndanti somnum Stat. Theb. 2, 124. *h. e. Sanguine vulneris dormientem perfundit.*

VNDANTER. Adu. Apul. Met. 2 p. 244 Capillo fluente vndanter. Vndanter euomere Mart. Capella l. 2.

VNDABVNDVS, a, um. *Vt, Mare vndabundum, [κυμαρίζουσα ὁδὸς] apud Gellium dicitur, Abunde vndis faciens, l. 2 c. 30 Sed mare est etiam atque etiam vndabundum.*

VNDĀTVS, a, um. Adi. [κυματώδης] *Vt, Vndata imbricatum concharum distinctio Plin. 9, 33 f. 52.*

VNDĀTIM. Adu. [κυματωειδῆς] *Ad similitudinem vndarum. Plin. 36, 7 Augustum vndatim crispum in vertices: Tiberium sparsim conuoluta canitie. Idem 13, 15.*

VNDĀMEN, inis. n. Aufon. Mosell. v. 32. *Alii hic legunt Manamen.*

VNDŌSVS, a, um. Adi. [κυματώδης, κυματίας] *Vndis plenum. 15*

Aequor vndosum Virg. Aen. 4, 313. Fluctus vndosior Solin. 22.

Plemmyrium vndosum Virg. Aen. 3, 693. Regna vndosa, Fluius Sil. 5, 2L. Torrentes vndosissimi Augustin. C. D. 22, 11.

VNDŌSE. Adu. Compar. Ammian. 27, 6 Freto vndosius ab Euxino Ponto labenti. 20

VNDISŌNVS, a, um. Adi. [ὄδιος] *Vt, Aequor Virg. Aen. 4, 313. Dii vndisoni Propert. 3, 20, 18. Rupes vndisonae Stat. Achill. 1, 198. Saxum Val. Facc. 4, 44.*

VNDVLĀTVS, a, um. Adi. [κυματωειδῆς] *Vndulata vestis ad vndaum similitudinem coniuncta. Varro de vita Pop. Rom. 1 Et a 25*

quibusdam dicitur esse virginis Fortunae simulacrum, ab eo quod duabus vndulatis togis est opertum, perinde vt olim reges nostri vndulatas et praetextatas togas soliti sunt habere. Nonius, 2, 925 Varro, inquit, vndulatum noue pro puro posuit. Plin. 8, 48 Vndulata vestis primo lautissimis fuit, inde forniculata defluxit. Conf. Heins. et Burm. ad 30

Ouid. A. Am. 3, 175.

VNDICŌLA, ae. c. *In vndis viuens. Vt, Naiades vndicolae Varro apud Nonium 4, 50. Pistris vndicola Auien. Phaenom. A-*

rat. v. 809.

VNDIFLVVS, a, um. *Vt, Gurges vndifluus Dracont. Hexaem. 35*

v. 233. *add. ib. v. 488.*

VNDIFRĀGVVS, a, um. *Vt, Fluctus vndifragi Fortunat. Epist. Praemiss. Carm. 2, 3.*

VNDIVĀGVVS, a, um. *Vt, Mare vndiuagum Eugen. Toletan. Carm. 19.*

VNDE. Adu. [πόθεν, ὅπου, ὅθεν, ὅθενπερ] *Ex quo loco: interrogatiue et infinite accipitur. Ter. Eun. 2, 3, 13 Quid tu es tristis? quid-*

ve es alacris? vnde is? CH. ego nescio hercule. Idem Adelp. 3, 2, 4 Tot res repente circumuallant, vnde emergi non potest. Cic. pro Caecin. 87 c. 30 Vnde tu. hoc verbum Vnde, vtrumque declarat, 45

et EX quo LOCO, et A quo LOCO. Vnde deiectioni Galli? A Capitolio. vnde qui cum Graccho fuerunt? EX Capitolio. *Vide locum integrum in EX princ.* Auctor ad Herenn. 1, 14 Rem breuiter narrare poterimus, si inde incipiemus narrare, vnde necesse erit. Elo-

quentia vnde longe absum Cic. de Clar. Orat. 318 c. 92. Vnde, *A 50*

cuius domo: vel Cuius est? Ter. Andr. 4, 5, 9 Eho Myfis, puer hic vnde est? quisue huc attulit? et v. 11 Miror, vnde sit. Idem Eun. 2, 3, 29 Quid virgo, cuius est? CH. nescio hercule. P. vnde est? CH. tantundem. Cic. Verr. 2, 188 Ego instare, vt mihi responderet vbi esset, quis esset, vnde esset, etc. Vnde, *Ex qua re Ter. Adelp. 55*

1, 2, 41 Est diis gratia, et vnde haec fiant, et adhuc non molesta sunt. Cic. de Arusp. Resp. 29 Alterum putabo regem si habuerit, vnde tibi soluat. Dos, vnde sustentare se possit mulier, *i. Ex qua se possit alere Caius in l. Curator D. de ventr. in possess. mittend. ¶ 2*

Vnde, *A quo homine Ouid. Ib. 276 Sic aliquis tua membra fecet, Saturnus vt illas Subsecuit partes, vnde creatus erat. Caelum patrem castravit Saturnus, talionem passus a Ioue. Virg. Aen. 1, 10 — Genus vnde Latinum. Conf. Hor. Sat. 1, 6, 12. Ter. Eun. 1, 2, 25 E praedonibus vnde emerat. Cic. de Orat. 1, 67 De ea multo dicat ornatus quam ille ipse, vnde cognorit. Et 2, 285 c. 70 Potest fieri, vt is, vnde te audisse dicis, iratus dixerit. Hanc esse vt scires, vnde mouetur amor Ouid. Her. 16, 78. Hem mea lux, meum desiderium, vnde omnes openi petere solebant Cic. Fam. 14, 2. Idem ibid. 7, 11 Ego omnibus vnde petitur, hoc consilii dederim, vt a singulis interrogibus binas aduocationes postulent. Id. de Orat. 1, 168 Homo ex disertorum numero postulabat, vt illi vnde peteretur, vetus atque vsitata exceptio daretur, cuius pecuniae dies fuisset. Conf. Gell. 14, 2. Hor. Od. 3, 12, 7 Telluris iuuenes, vnde periculum Fulgens contremuit domus Saturni. Idem ibid. 1, 12, 17 post Iouis mentionem; Vnde *i. a quo nil maius generatur ipso i. Saturno patre maior Iupiter, sed Iupiter se maiorem filium non generat. Idem Sat. 2, 3, 238 Vnde vxor media currit de nocte vocata, refertur ad maritum. ¶ 3 Iam reliquum usum persequamur. Plaut. Caf. 2, 2, 25 Vnde ea (ancilla) tibi est? i. qua pecunia parata est? Conf. Plaut. Aul. 5, 1, 20. Irati et arma poscentis vox apud 80**

Hor. Serm. 2, 7 ad finem; Vnde mihi lapidem? quorsum est opus? vnde sagittas? Idem Afin. 1, 1, 77 Face id vt paratum iam sit. L. Vnde gentium? Plaut. Cistel. 4, 1, 16 Nam obsecro vnde gentium? add. Idem Epid. 3, 4, 51. et Pseud. 4, 2, 11. Vnde, *Quomodo, qua ratione, ex qua re. Ter. Andr. 3, 2, 31 Vnde id scis? D. audiui, et 85*

credo. Cic. Acad. 1, 8 Nec erat vnde studiosi scire possent. Vnde iste amor tam improuisus, ac tam repentinus? Idem de Lege Agrar. 2, 59. Flor. 3, 12, 13 Illa ipsa principatus et dominandi cupido vnde, nisi ex nimis opibus venit? Verbum vnde quisquam possit offendi Cic. pro Sull. 72. Non recordor vnde ceciderim, 90 sed vnde surrexerim Idem Att. 4, 16. Vnde domo? *i. De qua ciuitate? Virg. Aen. 8, 114 Qui genus? vnde domo? pacemne huc fertis, an arma? Seruius. Aliquando geminatur, Plaut. Pseud. 1, 1, 104*

Atque id futurum vnde, vnde dicam nescio. Conf. Catull. 65, (68) 27. Vnde pro undecunque Tertull. Adu. Herm. c. 22 et de Anim. c. 51 extr. 95

Vndeunde, *i. undecunque Idem Herinog. c. 10.*

VNDECVNQVF. Adu. [ὅθεν, ὅπου, ὅθεν, ὅθενπερ] *Ex quocunque vel quolibet loco. Plin. Paneg. 80. Postremo velocissimi sideris more omnia inuisere, omnia audire, et undecunque inuocatum, statim numen velut adeste et adistere. Et Quinctil. 7, 3 Nec undecunque 100*

causa fluxit, ibi culpa est. conf. Sen. de Vit. B. c. 27. Pallad. 1, 37. Sidon. Ep. 5, 21. Undecunque gentium Vopisc. in Formoso c. 14.

VNDELĪBET. Adu. [ὅθεν βάλει] Auctor ad Herenn. 4, 64 c. 50 Ast istud quidem facile fuit vndelibet inuenire. conf. Cels. 8, 10. Ammian. 28, 4. *Sequentia, ab Vnus composita sunt. Vt,*

VNDECENTVM. [ἐνὸς δέοντος ἑκατὸν] Quasi Vno demto de centum. Plin. 7, 60 Paruerunt tamen ei annis vndecentum. vid. Val-
la 3, 15.

VNDECĒNI, ae, a. Adj. [ἐνδεκά] Idem quod nonaginta nouem,
5 sed distributivae. Plin. 36, 8 extr. f. 14, 2 Idemque digressus inde, ubi
fuit Mneuidis regia, posuit alium, longitudine vndecennis pedibus,
per latera cubitis quatuor.

VNDECENTESĪMVVS, a, um. Ordinale. Valer. Max. 8, 7 ext. II
Ad vndecentesimum annum.

VNDECIES. Adu. [ἐνδεκάκις] Cic. Verr. 2, 20 c. 7 H. S.
vndecies numeratum esse, ut eam causam, in qua tenuissima quidem
dubitatio posset esse, isto cognoscente obtineret. Martial. 5, 80 Vnde-
cies vna surrexit Zoile coena, E mutata tibi synthesis vndecies.

VNDECĪM. Martial. 2, 44 Debeo vndecim Phileto.

VNDECĪMVVS, a, um. Adj. [ἐνδεκάτος] Quasi unum et decem.
15 Plin. 11, 54 Durasse et ultra vndecimum diem plerosque.

VNDECIRĒMIS, is. [ἐνδεκακήρη] Navis vndecim remorum or-
dines habens. Plin. 16, 40 Maxima ea in Cypro traditur ad vndecire-
mem Demetrii succisa centumtriginta pedum longitudinis, crassitudi-
20 nis vero ad trium hominum complexum.

VNDĒNI, ae, a. Adj. [ἐνδεκά] Vndecim distributivae. Plin. 11, 25
Patiuntur autem vndeni. Idem 8, 42 Partum in eo genere vndenis
mensibus ferunt, duodecimo gignunt. de equis. Pars bis vndena
Manil. 4, 451. i. secunda et vicefima.

VNDENONAGINTA. Liu. 37, 30 Hostium classis vndenona-
ginta nauium fuit.

VNDEOCTOGINTA. [ὀγδοήκοντα ἐνὸς δέοντος] Natus annos
Hor. Serm. 2, 3, 117.

VNDEQVADRAGINTA. Adj. indecl. [τεσσαράκοντα ἐνὸς δέοντος]
30 Liu. 23, 37, 6 Ad mille CCC Carthaginensium caesi, vndequadrage-
nta viui capti. al. Vndesexaginta. v. not. Gronou.

VNDEQVADRAGES. Adu. [ἐνὸς δέοντος τεσσαράκοντάκις]
Plin. 7, 25 Solus M. Marcellum transgressus, qui vndequadrages di-
micauerat.

VNDEQVADRAGESĪMVVS, a, um. Valer. Max. 8, 7 ext. 10
Vndequadragesimum volumen. add. Censorin. c. 19.

VNDEQVINQVAGINTA. Liu. 37, 58 In eo triumpho vnde-
quingenta coronae aureae translatae sunt. vid. Plin. 13, 4.

VNDEQVINQVAGESĪMVVS, a, um. Adj. [ἐνὸς δέοντος πεντη-
40 κός] Cic. pro Lege Manil. 35 c. 12 Ipse autem ut a Brundisio profe-
ctus est, vndequinquagesimo die totam ad imperium Pop. Rom. Cili-
ciam adiunxit.

VNDESEXAGESIMVS, a, um. Vndesexagesima pars Censorin.
c. 19.

VNDESEXAGINTA. Adj. indecl. [ἐνὸς δέοντος ἑξήκοντα] Plin.
36, 15 Adiecit ipse in Aedilitatis suae commemoratione et ludos vnde-
sexaginta diebus factos Liu. 23, 57 et 49.

VNDETRICĒNI, ae, a. Adj. Macrobi. Saturn. 1, 13. Ianuarius,
Aprilis, Iunius, Sextilis, September, October, Nouember, December,
50 vndetricenis censebantur diebus.

VNDETRIGINTA. Vitruu. 9, 4 Mensibus vndetriginta et
amplius.

VNDETRIGESĪMVVS, a, um. Adj. [ἐνὸς δέοντος τριακός] Liu.
25, 36 Anno octavo postquam in Hispaniam venerat Cn. Scipio, vnde-
55 trigesimo die post fratris mortem interfectus est.

VNDEVICĒNI, ae, a. Quintil. 1, 10 sub fin. Porrecti vtrinque
vndeiceni.

VNDEVICESĪMVVS, aut VNDEVIGESĪMVVS, a, um. Adj.
[ἐνὸς δέοντος εἰκοστός] Cic. de Senect. 14, 5 Anno enim vndenicesimo
60 post eius mortem hi Consules T. Flaminius et M. Attilius facti sunt.
Et Liu. 10, 47. et 27, 38. Plin. 10, 54. Tac. Ann. 1, 60, 4. Die vn-
deigesimo Colum. 8, 5.

VNDEVIGINTI. Adj. indecl. [ἐνὸς δέοντος εἰκοσὶ] Cic. de Clar.
Orat. 226 c. 64 Vndeiginti annos natus erat eo tempore. Et Liu. 23,
65 46. Plin. 18, 29.

VNDĪQVE. Adu. [πάνταθεν, πανταχόθεν, ἐκασταχόθεν] In
omnes partes, vel potius Ex omni parte. Cic. Verr. 5, 149 c. 64 Te-
stis est tota prouincia, propterea quod vndique ad emendas decumas
solent eo conuenire. Idem de Finib. 5, 26 c. 9 Quod ita inter-
70 pretemur, viuere ex hominis natura vndique perfecta et nihil requi-
rente. Cogunt auxilia vndique Virg. Aen. 8, 7. Maroboduus
vndique Desertus Tac. Ann. 2, 63, 1. Caelum vndique et vndique
pontus Virg. Aen. 5, 9. Perfecta atque absoluta honestas vndique
Cic. de Fin. 5, 69. Perfectus vndique est mundus Idem de Nat.

75 Deor. 2, 38 c. 14. Idem Verr. 5, 100 Deinde iubet vndique homi-
nem Proripi, vehementissimeque verberari. Septus locus vndi-
que Idem ibid. 5, 67 c. 27. Vndique Gentium Vopisc. in Firm.
c. 5. Tolle religionem aut vndique, aut vsquequaque, conferua
Cic. Philipp. 2, 110. Idem Tusc. 5, 86 Sic vita non solum si vn-
80 dique referta bonis est, sed si multo maiore et grauiore ex parte bona
propendent, beata recte dici potest. Idem pro Sext. 19 Non sum
tam ignarus, Iudices, causarum, non tam insolens in dicendo, ut omni
ex genere orationem aucuper, et omnes vndique flosculos carpem ac
delibem. Solin. c. 40 Locus viret vndique secus agris arenibus.

85 Vndique pro vndeunque Tert. adu. Valent. c. 5 pr.

VNDIQVEVERSVM. Solin. c. 53 (39) Cremutius auctor est,
has easdem anno quinto in Aethiopia cateruatim coire, et vndique-
versum quousquam gentium sint, ad regiam Memnonis conuenire.
De aibus Memnoniis, vid. Gell. 12, 13.

V N E

VNĒDO, ōnis. f. Arboris genus et pomi, de quo diximus sub AR-
BVTVS et ARBVTVM. Plin. 15, 24 f. 28 Aliud corpus est terre-
95 sribus fragis, aliud congeneri eorum vnedoni. quod solum pomum
simili fructu terraeque gignitur, i. in frutice, in terra siue humi. Ar-
bor ipsa fruticosa: fructus anno maturefcit, pariterque floret subna-
scens, et prior coquitur — Pomum inhonorum, ut cui nomen
ex argumento sit, vnum tantum edendi. — Apud nos alio no-
100 mine arbutus vocatur. Fructus Graece μιμικίνθος, arbor κόμαρος etc.
Plin. 12, 3 f. 7 Folium eius (Mali Assyriae f. Medicae) est vnedonis.
Inter arbores, quae folia non omnia amittant, est Vnēdo Plin. 16, 21
f. 33. Idem 23, 8 f. 79 Arbutus siue vnedo fructum fert diffici-
lem concoctioni et stomacho inutilem. Penultimam corripit voluit,

105 etymo illo Pliniano, ut arbitror, nixi. Analogia aliorum Substantiuorum

in EDO huc non conuenit, quia Genitiuus onis habet, cuius penultimam produci uult Despouterius.

VNEFFRA, ae. f. Herba, semel ferens. Apul. de Herb. 34.

VNETVICESIMVS, VNETVICESIMANI, uid. VNVS.

V N G

VNGO, vngi, vñctum, ãre. [*χρίω, ἀλείφω, ἀναχωρῶντι*] et VNGVO, vngui, vñctum, ãre; *secundum Priscianum* p. 881. Cato 72 Pisce liquida cornua infima vnguito. Sic 8 et 95. et 79 et 80. Suet. Aug. c. 69. Cic. in Parad. 3 Sed vt in familia, qui tractant ista, qui tergent, qui vngunt, qui vertunt, qui spargunt, etc. Oliuo vngi Hor. Serm. 1, 6, 23. Arsiuros Artus vñxit Ouid. Fast. 4, 853.

Ex cerussa vngi Cels. 5, 28. Vt tibi ambulandum, vngendum, sic mihi dormiendum Cic. Att. 9, 7 extr. Idem Verr. 4, 77 Quid hoc tota Sicilia est clarius, quam omnes Segestanas matronas et virgines conuenisse, quum Diana exportaretur ex oppido? vñxisse vnguentis, complexisse coronis et floribus? Idem Att. 13, 52 De Mamurra non mutauit, vñctus est, accubuit, ἐμετικὴν agebat. Pedes recumbentium vñxerunt Petron. c. 70.

VNGENS, entis. Part. Vulg. Interp. Iac. 5, 14 Presbyteri vngentes infirmum oleo in nomine Dei.

VNCTVS, a, um. Partic. [*χρῖστος*] Venire vñctum atque lautum e balneis Ter. Phorm. 2, 1, 25. Si prodesse tuis paulloque benignius ipsum, Te tractare uoles, accedes ficcus ad vñctum Horat. Epist. 1, 17, 11. i. lautum, opipare uiuentem. Ita palaestritas defendebat, vt ab illis ipse vñctior discederet Cic. Verr. 2 c. 23. i. ditior: ut, Catull. 10, 11 Caput vñctius referre, cum lucro redire. Vñctus cruore, ap. Hor. Carm. 2, 1, 5. Capillis vñctis puer Idem ibid. 1, 29, 8. Cremor ptisanæ bene vñctus Scribon. 184. i. oleo conditus, Maluæ sorbitio bene vñcta 186. Add. Rhod. Lex. Scribon. Oluseula vñcta pingui lardo Hor. Serm. 2, 6, 64. Lucrat. 5, 1198 Vñctum vertier ad lapidem, i. Ad simulacrum se uertere religionis causa: nam in salutandis, et precandis diis, dextrouorsum se uertere solebant, oleo aut vnguentis perfundere Turnebus Aduers. 1, 21. al. Velatum. Hor. Serm. 2, 4, 79. Seu puer vñctis (pinguibus) Tractauit calicem manibus, dum furta ligurit. Coena vñctior, lautior Martial. 5, 46. Vñctissimæ Coenæ Sidon. Consuetudo loquendi vñctior, vid. Consuetudo, in CONSVESCO. Patrimonia vñcta Catull. 30, 23. Vbi quid melius contingit et vñctius Hor. Epist. 1, 15, 44.

VNCTVM, i. n. Haurito plusculo vñcto Apul. Met. 3 p. 139, 36 Elmenh. i. vnguento.

VNCTA, ae. f. i. vnguentum. Veget. de Re Veter. 3, 71, 5.

VNCTVLVS, a, um. Dimin. Idem. Varro apud Non. 2, 847 Circumtonsi, et tersi atque vñctuli, vid. Apul. Met. 3 p. 139.

VNCTIVSCVLVS, a, um. Dimin. [*ὑπαλειπότερος*] ab Vñctus Adiectiuo. Plaut. Pseud. 1, 2, 85 Nunc tua etiam est mihi hodie et tuorum opera conseruorum caput, nitidissimum, ac non ipse ego pulmento vtor magis vñctiusculo.

VNCTITO, ãre. Frequent. [*ἀλείφομαι*] Plaut. Most. 1, 3, 117 50 Nam istæ veteres quæ se vnguentis vñctant, interpoles.

VNCTIO, ðnis. f. [*ἀλοιφή*] Plaut. Stich. 1, 3, 173 Vel vñctiones Græcas sudatorias. Cic. de Orat. 2, 21 c. 5 Philosophorum omnes vñctionis causa reliquerunt. conf. Quinctil. 2, 21. Colum. 12, 52. Petron. c. 130. C. Aurelian. Acut. 2, 19, 124. et Tard. 3, 6, 87.

VNCTOR, ðris. m. [*ἀλείπτῆς*] Qui vngit. Martial. 7, 31 Sordidus vñctor. Et Cic. Fam. 7, 25 Ille autem, qui sciret se nepotem bellum tibicinem habere, et fat bonum vñctorem, discessit a me. add. Plaut. Trin. 2, 1, 22. Martial. 12, 71.

VNCTVRA, ae. f. [*ἄλειμμα*] Idem quod Vñctio. Cic. de Legib. 2, 60 c. 24 Haec præterea sunt in legibus de vñctura, quibus seruilis vñctura tollitur, omnisque circumpotatio.

VNCTVS, ðs. m. Idem. Apul. Met. 1 sub finem: Oleum vñctui profer.

VNCTORIVS, a, um. Adi. [*ἀλειμματικός*] Vt, Vñctorium hypocauston, Vbi seruabatur oleum ad vngendum opportunum, Plin. Epist. 2, 17.

VNGITO, ãre. Cato ap. Charif. l. 1.

VNGVENTVM, i. n. quod et VNGENTVM scribi videas, et probat Seru. ad Aen. 9, 772 [*μόρον, χρίσμα*] non est Medicamentum, ut vulgus existimat, et tenax illa compositio, qua chirurgi vtuntur ad vulnera curandæ; quam significationem plane ignorant Celsus, Scribonius, Plinius etc. Vid. COLLYRIVM, EMPLASTRV, etc. sed Commissio diuersorum odororum, addito oleo aut balsamo, aut aliquo pingui, ad vngenda corpora, deliciarum et luxuriæ causa inuenta. Plaut. Most. 1, 1, 41 75 Non omnes possunt olere vnguenta exotica. Pomponius tamen Iurisc. titulo De auro, argento, mundo ornamentis, l. Argumento; scribit vnguenta esse, quæ valetudinis causa comparantur, sed hæc magis medicamenta dicuntur. Hor. Carm. 2, 7, 23 Funde capacibus Vnguenta de conchis. Compositio vnguentorum, conditio ciborum Cic. de Nat. Deor. 2, 146 c. 58. Nempe vnguentum vocare solent non simplex oleum, vt Murrae f. Myrrhae quæ Stactæ vocatur eadem: sed mixtae res plures. Plin. 13 pr. Hactenus in odoribus habent pretia siluæ: erantque per se mira singula: iuuatque luxuria omnia ea miscere, et e cunctis vnum odorem facere: ita reperta sunt vnguenta. Quis primus inuenerit, non traditur. Iliacis temporibus non erant etc. Sunt enim plurima. Hinc Varro de L. L. 5 p. 62, 9 Vbi lucet, censor, scribae, magistratus murrha, vnguentis vnguntur. Distincta ergo hæc duo: distinguenda etiam apud Catull. de Coma Beren. l. 65, 77 Qui cum ego, quum virgo quondam fuit, omnibus expers Vnguentis; murræ millia multa bibi. Coma Berenices caruit pro prisca Virginitate frugalitate vnguentis, imbuta frequenter est murræ. Vid. Voss. p. 267 sq. Non ergo opus est Heinsiana emendatione, de qua vid. EXPERSVS sub EXPERGO. Crassum vnguentum Hor. de Arte Poët. 375. Lepidum vnguentum, vid. LEPIDVS. Nardinum vnguentum, vid. NARDVS. Aderant vnguenta, coronæ, incendebantur odores Cic. Tusc. 5, 62. Moritur suis horis vnguentum, vid. Morior, in MORS. Nitere vnguentis, vid. NITRO. Perfricare caput suum vnguento Cic. Verr. 5, (3) 62 c. 25. Stillant vnguenta capillo Tibull. 1, 7, 51. Vnguentum in lenticula, Prouerbiu, nihil aliud significare videtur, quam in tenuiculo apparatu et victu, vt in lenticulae pulmento, non esse locum vnguentis, quibus in lautis opiparisque conuiujs uti solebant. Quin et cibus interdum vnguenta solebant admiscere, quod in lentis pulmento faciendum non est, ob edulii vilitatem tam pretiosa non desiderantis condimenta. Ari- 105

Stot. ex Eurip. "Ὅταν Φακὴ ἔθοιτο, μὴ ἐπιχθῆν μύρον. *Haec Turneb.* 21, 4.

VNGVENTĀTVS, a, um. Adj. [μεμυρωμένος] Catul. in Epithal. Iuliae f. 62, 142

5 Diceris male a tuis
Vnguentate glabris marite
Abstinere.

Milites vnguentati, i. *Luxuriosi.* Suet. Caes. 67. Moechus vnguentatus Plaut. Mil. 3, 3, 50.

10 VNGVEN, inis. n. [ἀλειφαρ] *Pinguedo, qua vngi aliquid potest.* Varro de R. R. 2, 9 Quidam nucibus Graecis in aqua tritis perungunt aures, et inter digitos, quod muscae et ricini, et pulices soleant (si hoc vnguine non sis vsus) ea exulcerare. Columel. 6, 32 Vnguine ceti. Idem 6, 33 Pice et oleo vel vnguine mistis. *add.* Pallad. 1, 17.

15 Pingues vnguine cerae Virg. Georg. 3, 450. Crasso vitiantur vnguine pulles Perf. Sat. 6, 40. Vnguen Cato c. 80. Pinguifluit vnguine tellus Valer. Argon. 6, 360.

VNGVEDO, inis. f. *Idem.* Apul. Met. 3 p. 138 Pyxides plusculas depromit, atque indidem egesta vnguedine, etc.

20 VNGVINŌSVS, a, um. Adj. [ἀλειφαρώδης] *Ab Vnguine: ut, Vnguinofum medicamentum* Plin. 13, 1. *Idem* 23, 8 Sunt autem recentes nuces iuglandes iucundiores, siccae vnguinofiores, et stomacho inutilēs. *add.* Cels. 5, 26.

25 VNGVENTARIVS, i. m. [μυροπώλης, μυροπός] *vel VNGVENTARIA, ac. f. Qui vel quae vnguenta conficit ac vendit; a Graecis Myropola dicitur.* Cic. Off. 1, 150 c. 42 *Adde huc si placet, vnguentarios, saltatores, totumque ludum talarium.* Plin. 8, 5 Et vnguentariam quandam dilectam Iuba tradit. Hor. Sermon. 2, 3, 228 Pomarius, auceps, Vnguentarius, ac Tusci turba impia vici. Vnguentarius Inscript. Fabrett. p. 145 et 219. *add.* Plin. 14, 20 et 31, 7. Sen. Ep. 88.

VNGVENTARIA, ae. f. [μυροπική] *Ars vngendi.* Plaut. Poen. 3, 3, 90 Faciam, vbi tu laueris, ibi et balnear faciat vnguentariam. *Conf.* Apul. de Philof. p. 72. Sidon. Ep. 2, 2.

35 VNGVENTARIVS, a, um. Adj. [μυροπικός] *Quod ad vnguenta pertinet: Ut, Vnguentaria vasa* Plin. 36, 8. *conf.* Suet. Aug. c. 4. Sen. Ep. 108. Cella Sidon. Ep. 2, 2.

VNGVENTIANA, ae. f. Acorus dicitur Apul. de Herb. c. 6.

40 VNGVILLA, ae. f. Solin. 30 (27) Vulgus simiarum in his est, quas passim videmus non sine ingenio aemulandi, quo facilius in manus veniunt. Nam dum auide venantium gestus affectant, relicta consulto visci vnguilla, quod mendacio factum vident oculos suos obli-

nunt: ita visu obducto, prouum est eas corripit. *Salmas.* p. 265. a *ἰνυβλίον* f. *patellam* interpretatur.

45 VNXIA, ae. f. *Dea vnctionum praefes.* Arnob. 3 p. 115 Vnctionum superest vnxia. Et 7 p. 227 Bos sterilis Vnxiae mactatur. *Conf.* Elmenb. ad Apul. Met. 3. Mart. Capella 2 p. 37.

VNGVIS, is. m. [ὄνυξ] *Proprie eorum animalium est, quae digitos habent separatos, ut sunt homines, simiae, aues.* Plin. 11, 45 f. 101 Vngues clausulae nemorum summae existimantur. Omnibus hi, quibus et digiti. Sed simiae imbricati, hominibus lati, rapacibus vnici, caeteris recti, ut canibus, praeter eum, qui a crure plerisque dependet. Ter. Eun. 4, 3, 6 Vt ego vnguibus facile illi in oculos inuolem venefico. Iuuen. Sat. 5, 41 — custos affixus ibidem,

55 Qui numeret gemmas, vnguesque obseruet acutos. Adunci vngues, *vid.* ADVNCVS. Formosi vngues Propert. 3, 8, 6. Quini vngues Ouid. Met. 2, 670. Recuruus vnguis Stat. Theb. 3, 531. Rigidus vnguis Ouid. Amor. 2, 6, 4. Scaber vnguis Idem de Arte Ath. 3, 276. Validi vngues Valer. Argon. 1, 157. Carptus tenui vngui flos Catull. in Carm. Nupt. f. 61, 43. Cic. Quaeest. Acad. 4, 58

60 Ab hac regula mihi non licet transuersum (ut aiunt) vnguem discedere Idem Fam. 7, 25 extr. Vrge igitur, nec transuersum vnguem, quod aiunt, a stilo. Plautinus Euclio in Aul. 1, 1, 18 Si hercle tu ex isto loco digitum transuersum, aut vnguem latum excesseris. Vnguem

65 transuersum a conscientia non recedere Cic. Att. 1, 20. Diripere artus infans vnguibus Ouid. in Ibin 601. Et nihil Emincant et sint sine sordibus vngues Ouid. A. A. 1, 519. Ire vnguibus in vultu alicui Idem Amor. 1, 7, 64. Exercent volucres aduncis vnguibus iras Idem Met. 13, 613. Cic. pro Dom. 12 c. 5 Quid si vtrumque

70 fuit, et vt fames stimulare homines, et tu in hoc vlcere, tanquam vnguis Existeres? Nonne fuit eo maior adhibenda medicina, quae et illud natium, et hoc delatum malum sanare posset. Foedans ora vnguibus Virg. Aen. 12, 871. Lacerare vnguibus, *vid.* LACER. Interpp. Petron. c. 111 p. 514. Laniare hamatis vnguibus ora alicuius Ouid. Met. 12, 563. Mordere poenitentis est. Prop. 3, 23, 24 Vngue meam Morso saepe querere fidem. Notare genas vngue Ouid. Amor. 1, 7, 50. Ostendere medium vnguem dicitur, *Qui maxime contemnit alterum.* Iuuen. Sat. 10, 53 Mandaret laqueum, mediumque ostenderet vnguem. Petere curuis vnguibus vultus alicuius

80 Hor. Epod. 5, 93. Quum fuerint lenia, aut vngui nulla pateat aspritudo, finguntur pastilli Scribon. 113. Ponere vngues, *Depondere* Hor. de Arte Poët. 297. Purgare vngues cultello Idem Epist. 1, 7, 51. Rapit nigris vnguibus hydrium coruus Ouid. Fast. 2, 257. Hor. Sermon. 1, 10, 71

85 Si foret hoc nostrum fato delatus in aetum, Detereret si multa, recideret omne, quod vltra Perfectum traheretur; et in versu faciendo Saepe caput scaberet, viuos et roderet vngues. Saepe stilium veritas, iterum quae digna legi sint Scripturus.

90 Id imitatus Perf. Sat. 1, 106 Nec pluteum caedit, nec demorsos sapit vngues. Idem Sat. 5, 162 Crudum Chaerestratus vnguem Arrodens ait hoc. In superiore taxat Poëtarum in scribendo negligentiam. In altero describit adolescentem de mutanda antea vitae ratione cogitantem. Erasmus. *it. de iratis: vid.* Hor. Epod. 5, 47 c. not. *Marcilii.* Praue sectus vnguis Idem Epist. 1, 1, 104. Repastinare vngues Tertull. de Poenit. c. 11. i. *sordes sub vnguibus remouere.* Secari acuto vngui Horat. Epist. 1, 19, 46. Subsecare vngues docta manu Tibul. 1, 8, 11. Timendae vnici vnguibus volucres Lucret. 5, 32.

95 Hor. Carm. 3, 6, 24

Motus doceri gaudet Ionicos,
Matura virgo, et fingitur artubus
Iam nunc, et incestos amores
De tenero meditatatur vngui.

105 i. *ab aetate tenera, vid.* VNGVICVLVS. *In vnguem quid sit videm-*

dendum apud Cels. 7, 1. Enarratis futuris capitis, Ex his caeterae quidem futurae in vnguem committuntur, haec vero quae supra aures transuersae sunt, totis oris paulatim extenuantur. Absque Galeno si esset, in vnguem committi explicarem ita accurate committi, ut vnguem non admittunt lacunulae, quod in statuis ad vnguem factis, et ipsis adeo 5
adulorum caluariis verum est. Sed Galenus tum in libello de ossibus principio, tum principio libri 9 de usu partium, quibus locis dedita opera de-
clarat diversa futurarum genera, τὴν εἰς ὀνυχασύμμετρίαν i. commissuram
f. compagem in vnguem a figura denominatam ostendit partium eminentium, quae in sinus eiusdem figurae conveniunt, quod ipsum quoque exter-
nam tantum faciem intuentibus apparet, licet ipsa interior commissura
multo operosior sit, et magna varietate distincta. Sed Virg. Georg. 2,
2-8 Indulge ordinibus: nec fecius omnis in vnguem Arboribus positis
fecto via limite quadret. Seruius, In vnguem, ad perfectionem. Et
est translatio a marmorariis, qui iuncturas vnguibus probant. Ho-
ratius Ad vnguem factus homo. Haec Seruius. Locus Horatii est
Serm. 1, 5, 32 ubi sic Vet. Schol. Translatio a marmorariis, qui iunctu-
ras marmorum tum demum perfectas dicunt, si vnguis superductus
non offendatur. Itaque Fontem, quam sic appellat Horatius, ut nimis
bellum atque concinnum deridere videtur. Id A. Poët. 294 Carmen re-
prehendite, quod non Multa dies, et multa litura coërcuit, atque
Praefectum decies non castigavit ad vnguem. Praefectum, ut eo acutior
sit, eo facilius in lacuna adhaerescat. Ad vnguem quadrare est Colum.
11, 2, 13. ¶ 2 Variis aliis rebus tribuitur hoc nomen, ob simi-
litudinem. Vnguis, [ὄνυξ] pro Vngula. Columel. 6, 12, 3
Si sanguis in inferiore parte vngulae est, extrema pars ipsius vnguis ad
viuum refecatur. de bobus. Nempe Vnguis est pars vngulae. Idem
paullo ante f. 2 Si iam in vngulis est sanguis, inter duos vngues cultello
leviter aperies. Vngues igitur sunt chelae. Add. Varro 2, 5, 8. Veg-
get. 1, 56, 20. Vnguis, de Palmitibus: Columel. 4, 12 Vngues custo-
dum annotinos refecato. Sic et 4, 24, 8. Pallad. Febr. 2, 5. Nempe
sunt durae illae et siccae partes, ultra gemmam ultimam superiori anno re-
lictas, postquam germinavit gemma refecandae. Vnguis etiam est in
Rosa. Plin. 21, 18 Foliorum partes quae candidae, vngues vocan-
tur. Nempe qua parte calyci adhaerent. Idem 12, 9 Baetiano Bdel-
lio nidor siccus, multique candidi vngues: i. maculae vnguium similes.
Vngues ferrei, Instrumenta quibus vindemiatores vnguium vice uteban-
tur ad colligendas vuas, ne ipsas manibus distringerent. Columel.
12, 18 Et vngues ferrei quamplurimi parandi et exacuendi sunt, ne
vindemiator distringat vuas, et non minima fructus portio dispersis
acinis in terram dilabatur. Vnguis, vitium oculi. Celsus 7, 7
Vnguis vero, quod pterygion Graeci vocant, est membranula nervosa,
oriens ab angulo, quae nonnunquam ad pupillam quoque pervenit,
eique officit. Saepius a narium, interdum etiam a temporum parte
nascitur. Vid. totum eaput.

VNGVICVLVS, i. m. Dimin. [ὄνυχιον] Plaut. Epid. 5, 1, 17
 Contempla Epidice vsque ab vnguiculo ad capillum summum. Cic.
 de Finib. 5, 80 c. 27 Valetudinem, vires, staturam, formam, integritatem
 vnguiculatorum omnium. Cum falsiores escas edit gruidia,
 vnguiculis caret partus Solin. c. 4. add. Plin. 7, 6. Cic. Fam. 1, 6
 Sed praesta te eum, qui mihi a teneris (vt Graeci dicunt) vnguiculis
 es cognitus.

VNGVICVLARIVM, i. n. ὄνυχοςήσιον Gloss. Gr. Lat. Videtur
 instrumentum refecandis vnguibus. Bouis Colum. 6, 15.

VNGVLA, ae. f. [ὄνυξ] Vnguis denominatum, non diminuti-
 vum; de his animalibus dicitur, quae digitis carent. Quamquam illud non
 esse perpetuum, Plauti vsus docebit. Plin. 11, 45 Solidas vngulas habent
 quae non sunt cornigera. Plaut. Aul. 3, 4, 8 Vbi erat haec defossa, oc-

coepit ibi scalpurare vngulis. de gallo gallinaceo. An tu inuenire postulas
 quenquam coquam, nisi sit miluinis aut aquilinis vngulis? Plaut. Pseud. 60
 3, 2, 67. Cic. de Nat. Deor. 3, 11 Ergo et illud in silice, quod hodie
 apparet apud Regillum, tanquam vestigium vngulae Castoris equi cre-
 dis esse. Caua vngula Ouid. ex Pont. 4, 8, 80. Dura vngula Idem
 Met. 6, 220. Leuis vngula Idem Met. 2, 671. Subtrita . . Cic. Tusc.
 2, 56 c. 24 Toto corpore, atque omnibus vngulis, vt dicitur, conten-
 tionem vocis asseruiunt. Plaut. Pseud. 2, 2, 48 Nunc scio febrim tibi
 esse, quia non licet huc iniicere vngulas. i. Hoc argentum rapere.
 Quatit vngula campum quadrupedante sonitu Virg. Aen. 8, 596. So-
 nat grauiter cornu solido vngula Idem Georg. 3, 88. ¶ 2

Vngulis similis refectio palmitis Col. 4, 24, 15. vid. VNGVIS n. 2. Vn-
 gula, Tormenti genus. Constantinus, imperator in l. Et si. C. de ma-
 leficis, Conuictus sit eculeo deditus, vngulisque sulcantibus latera per-
 ferat poenas proprio facinore dignas. Vid. Prudent. in Roman. 5 v.
 108. et Calagurr. v. 44.

VNGVLVM, vel VNGVLVS, i. n. et m. [δακτύλιον, σύμβολον] 75
 Festus: Vngulus Oseorum lingua annulus — Pacuuius in Iliona,
 Repugnanti ego porro hunc vi detraxi vngulum. Et in Atalanta,
 Suspensum in laeuo brachio ostendo vngulum. Plin. 33, 1 Miror
 Tarquinii eius statuam sine annulo esse. Quamquam et de nomine
 ipso ambigi video: Graeci a digitis appellauerunt, apud nos prisca vngu-
 lum vocabant, postea et Graeci et nostri symbolum.

VNGELLA, ae. f. Dimin. Ab Vngula. Vt, Vngellae coctae
 Apic. 1, 9. 4, 5. 7, 1.
 VNGVIATVS, a, nm. Vngula instructus. Tertull. Apol. c.
 26 extr. Altero pede vngulatus. Vid. etiam Fest. et Mart. Ca-
 pella 4 p. 13.

VNGVO, vid. VNGO.

V N I

VNICALAMVS, VNICAVLIS, VNICOLOR, VNICV- 90
 BA, VNICORNIS, VNICVS, VNIGENITVS, VNIIVGAE,
 VNIMANVS, VNIMEMBRIS, vid. VNVS.

VNIO, onis. m. [μαργαρίτη] Margarita, quam perlam vulgo di-
 cimus. Plin. 9, 35 Quidam tradunt, sicut apibus, ita concharum
 examinibus singulas magnitudine et vetustate praecipuas esse veluti du- 95
 ces, mirae ad cauendum solertiae: has vrinantium cura peti: illis cap-
 tis, facile caeteras palantes retibus includi. Multo deinde obrutas
 sale in vasis fictilibus, erosa carne omni, nucleos quosdam corporum,
 hoc est vniones decidere in ima. Vsu atteri non dubium est, colo-
 remque indiligentia mutari. Dos omnis in candore, magnitudine, 100
 orbe, laeuore, pondere, haud promptis rebus, in tantum vt nulli duo
 reperiantur indiscreti: vnde nomen vnionum Romanae scilicet impos-
 fuere deliciae. Nam id apud Graecos non est, nec apud Barbaros
 inuentores eius aliud quam margaritae. conf. Solin. c. 53. Salm. p.
 822. Proprie ergo margaritarum grandius genus est: vid. Plin. c. l. Am- 105

mian. 23, 6. Nullos denique per deos deasque Iurat Gellia, sed vniones Martial. 8, 81. Conf. 12, 49. Fallitur Barthius ad Stat. Theb. 3 p. 754 cum pueros intelligit.

Vniones, μαργαρίται, μεγάλοι μανόκοκκοι Gloss. Lat. Gr.

¶ 2 Vnio, Cepae genus capitatum. Columel. 12, 10 Pompeianam vel Ascaloniam cepam, vel etiam Marficam simplicem, quam vocant vnionem rustici, eligit.

¶ 3 Vnio, ōnis, f. Vid. V N V S.

V N I O C V L V S, V N I P E D I V S, V N I S T I R P I S, V N I T A S, V N I T E R, V N I V E R S V S, V N I V O C V S, V N I V S M O D I, vid. V N V S.

V N N I, vid. H V N N I.

V N O et V N Q

15 V N O C V L V S, vid. V N I O C V L V S in V N V S.

V N O S E. Adu. Dicitum fuisse olim pro Simul probat Nonius 2, 881 ex Pacuui Iliona, Occidisti, vt multa paucis verba vnose obnuntiem. Obsoletum.

V N Q V A M. Adu. [πότε] Significat Aliquo tempore. Ter.

20 Heaut. 5, 4, 8 Et caue posthac (si me amas) vnquam istuc verbum ex te audiam. Plaut. Amph. 1, 1, 108 Neque ego hunc hominem hodie ad aedes has sinam vnquam accedere. Cic. Tusc. 4, 77 c. 36

Quis homo te exsuperauit vnquam gentium impudentia? Raro vnquam possunt ante iudicium scire, quid testis diciturus sit Quinctil.

25 5, 7. Semel vnquam Plin. 2, 35. Cic. Att. 3, 12 Cum ita sim afflictus, vt nemo vnquam. Ibid. 13 Cum ita me afflictum videas, vt neminem vnquam nec videris nec audieris. Non vnquam grauis aere domum mihi dextra redibat Virg. Ecl. 1, 36. i. nunquam.

V N V

30 V N V S, a, um. [ἕς, μία, ἕν] Principium numerorum. Vnius Genitiuum facit, sed quum opus e. corripitur, hac excusatione, quod quoties Vocalem longam Vocalis sequitur, superiori vires detrahit, teste Seruio. Plaut. Capt. 2, 2, 81 Illum si reddis mihi, praeterea

35 vnum numum ne duis. Quid. Met. 1, 6 Vnus erat toto naturae vultus in orbe, Quem dixere chaos. Virg. Aen. 1, 255 Nauibus infandum) amissis vnus ob iram Prodimur. Ibid. 45 Vnius ob noxam et furias Aiaceis Oilci. Sextarius vnus semis Scribon. 58. Vnus et dimidius Id. 201. Vno die et vna nocte Id. 74. Vnus,

40 Solus: Ter. Adel. 3, 3, 88 Illum curo vnum, ille ad me attinet. Vnum hoc vos oro Ter. Eun. 5, 9, 54. Huic vni forsitan possem succumbere culpae Virg. Aen. 4, 19. Mihi vni commodus Hor. Epist. 1, 9, 9. Plin. 11, 37 Caluitium vni tantum animalium homini. Vnus

multorum Hor. Serin. 1, 9, 71. Vnus, subicitur aliquando:

45 Quinctil. 9, 1 Nec defunt, qui tropis figurae nomen imponant, quorum est Caius Artorius Proculus. Vnus i. primus, Qui vno et octogesimo anno mortuus est Cic. de Sen. c. 5. Habet etiam Pluralem, cum iungitur Pluralibus: Ab vnis hostium copiis bellum geri

50 Cic. pro Lege Manil. 9. Ter. Eun. 2, 3, 75 Aderit vna in vnis aedibus. i. lisdem. Sallust. Cat. 6 In vna moenia conuenere etc. Cic. Philipp. 10, 3 Cur nunquam tam frequens Senatus fuit, quod vnus

55 aliquis tuam sententiam secutus sit? Ad aliquem vnum confugere virtute praestantem Idem Off. 2, 41 c. 12 Vnus Quiritium Quilibet Liu. 6, 40 pr. Cic. Verr. 2, 75 Repente iste testes citari iubet, dicit vnus, et alter breuiter, nihil interrogatur. Vnus et alter

60 affluitur pannus Hor. de Arte Poet. 15. conf. Id. Epist. 2, 1, 74. Virg. Aen. 9, 554 Vix vnus Helenor, Et Lycus elapsi, quorum primaecus Helenor. Cic. Att. 7, 25 Quid enim est tantum in vno aut altero die? Aliquis fortasse vnus aut alter incidet Sen. Ep. 7. Ter.

65 Andr. 1, 1, 50 Sed postquam amans accessit pretium pollicens, vnus et item alter. Cic. Verr. 4, 66 c. 29 Dies vnus, alter, plures: non referri. Ibid. 5, 76 Vnum, alterum mensem, prope annum. Vnus, alter, tertius Quinctil. 6, 4. Cic. Acad. 1, 15 c. 5 Fuit ergo iam

70 accepta a Platone philosophandi ratio triplex. Vna, de vita et moribus: altera, de natura et rebus occultis: tertia, de differendo. Pater et filius, vnus post vnum interiere Aur. Victor Epit. c. 41. Cic. in Off. 1 c. 32 Quum duas cerneret vias, vnam virtutis, alteram voluptatis. Virg. Aen. 4, 518 Vnum exuta pedem vinculis. Ter.

75 Phorm. 5, 7, 90 Vna iniuria est tecum. D. lege agito ergo. P. altera est tecum Chreme. i. e. Actio iniuriarum ex lege, ait Donatus. Cic. Verr. 5, 92 c. 35 Vna atque eadem nox erat, qua, etc. Vnus pro

80 idem. Atque vno etiam tempore accidit Caes. B. C. 3, 15. conf. Apul. Flor. p. 601. Plaut. Most. 3, 1, 147. Eiusdem vnus aut plurium, verborum iteratio Auctor ad Herenn. 4, 39. ¶ 2 Vnus

85 i. vnicus. Cum feriant vnum, non vnum fulmina terrent Ouid. ex Pont. 3, 2, 9. Ea tanta sunt in hoc vno, quanta in reliquis omnibus imperatoribus non fuerunt Cic. pro L. Man. c. 11. Ille vnus totam

90 Asiam magnitudine poculorum bibendoque superauit Id. pro Flacc. c. 37. Priusquam hinc abiit, quindecim miles minas Dederat: nunc vnae quinque remorantur minae Plaut. Pseud. 1, 1, 51. Vnus pro

95 aliquis, quidam. Quis iste est homo? vnusne amator? Plaut. Truc. 1, 2, 32. Sicut vnus paterfamilias Cic. de Orat. 1 c. 29. Faber vnus Hor. A. P. v. 35. Rapta ab vno tuba Suet. Caes. c. 41. conf.

100 Catull. 22, 9. Ouid. Met. 6, 578. Liu. 6, 40. ¶ 3 Cum Praepositionibus: De illis vnus Cic. pro Milon. 66. Idem Att. 3, 2

105 Mihi etiam vnum de malis in metu est, fratris miseri negotium. Idem de Finib. 2, 66 Tenuis L. Virginius, vnusque de multis, sexagesimo anno post libertatem receptam, virginem filiam sua manu occi-

110 dit. Vnus De nobis Petron. c. 44. De septem vnus Columel. 1, 3. Martial. 9, 80 Vna De tribus. E multis vna Virg. Aen. 5, 644. E populo vnus Senec. Epist. 10. Vnus Ex pueris Petron. c. 30. E vulgo vnus Quinctil. 8, 4. Ex omnibus vnus

115 Plaut. Stich. 1, 2, 12. Ex multis vnus, i. Pars vulgi, vnus e populo

120 Cic. Acad. 4, 5. Idem in Catil. 3, 16 c. 7 Sed sit ingenio diuino, quem vnum Ex physicis potissimum probabit? nec enim plus vno poterit. Ex duobus efficere paene vnum Idem de Amicit. 83. Ex

125 vitiiis mediocribus vnum Hor. Serin. 1, 4, 130. Computerantque greges Corydon et Thyrsis In vnum Virg. Ecl. 7, 2. Paullatim

130 milites In vnum conducit Salt. Iug. c. 51. Oppugnatione dimissa, coactoque In vnum locum exercitu Caes. B. C. 3, 73. Inter omnes vnus Cic. in Orat. 104 c. 29. ¶ 4 Substantiua: Plaut. Capt. Prol. 19 Hic postquam hunc emit, dedit cum huic nato suo peculiari, quia quasi vna Acta erat. i. Eiusdem aetatis. Curt. 4, 14, 18 Nam

135 Alexander, quantuscunque ignauis et timidus videri potest; vnum animal

animal est: et si quid mihi creditis, temerarium et vecors; adhuc nostro pauore, quam sua virtute felicius. Ter. Hec. 2, 1, 4 Itaque adeo vno Animo omnes socrus oderunt nurus. Cantharo vno potare, i. In eodem poculo libare Plaut. Stich. 5, 4, 4. Satis vna superque Vidimus Excidia Virg. Aen. 2, 642. Exemplo vno omnes viuunt Plaut. Milit. 3, 1, 129. Cic. Verr. 1, 154 Quis a signo Veritumni in Circum maximum venit, quin is vno quoque gradu de avaritia tua commoneretur? Hic vnus, pro Hic tantum Cic. Fam. 13, 8. Honos omnibus hic erit vnus Virg. Aen. 5, 308. Ictu vno Plaut. Milit. 1, 1, 53. Locum in vnum cogi, vnum sub aspectum subiici Cic. de Inuent. 1, 98 c. 52. Idem Acad. 1, 26 Quia sola cerneret id, quod semper esset simplex et vnus Modi, et tale quale esset. Idem pro Flacc. 62 c. 26 Adfunt Lacedaemonii, etc. qui solitoto orbe terrarum septingentos iam annos amplius vnus Moribus, et nunquam mutatis legibus viuunt. Vnae Nuptiae Ter. Andr. 4, 1, 51. Opera vna Plaut. Caf. 2, 5, 1. Quies vna omnibus operum, labor omnibus vnus Virg. Georg. 4, 184. Ter. Andr. 5, 4, 1 Mitte orare, vna harum quaeuis causa me vt faciam, monet. Si tu solus aut quiuis vnus Cic. pro Caecin. 62. Plaut. Capt. 3, 1, 28 Abeo ab illis, postquam video me sic ludificarier, pergo ad alios, venio ad alios: vna res, omnes compacto rem agunt. Posterioribus verbis declarat quid velit, quum dicit Vna res. Salus vna victis, nullam sperare salutem Virg. Aen. 2, 710. Ter. Eun. 2, 3, 4 Vna haec spes, vbi vbi est, diu celari non potest. Tempore vno, pro Eodem tempore Cic. Att. 2, 12 O suaves epistolas tuas vno tempore mihi datas duas! Verbo vno eloquere Plaut. Truc. 4, 2, 43. Et Merc. 3, 4, 17. Cic. Fam. 15, 16 Quamquam quicum loquor? cum vno fortissimo Viro, qui postea, quam forum attigisti, nihil fecisti, nisi plenissimum amplissimae dignitatis. Idem de Lege Agr. 2, 34 Ratum sit quod finitor vni Vlli, a quo missus erit, renuntiauerit. Voce vna Senatus frequens retinendum me in vrbe censuit Cic. Att. 1, 19. ¶ 5 Vnus cum Superl. Est hic vnus seruus violentissimus Plaut. Truc. 2, 1, 39. L. Egnatio vno equite Rom. vel familiarissime vtor Cic. Fam. 13, 46. Idem Fam. 4, 13 P. Nigidio, vni omnium doctissimo etc. Add. Att. 8, 4. Virg. Aen. 2, 426 Ripheus, iustissimus vnus Qui fuit in Teucris. Etiam omisso Superlatiuo maxime vel simili, Idem Aen. 5, 704 Tum senior Nautes, vnum Tritonia Pallas Quem docuit, multaque insignem reddidit arte. add. Burm. ad Quintil. 6, 3 p. 548. Cum Compar. Vt illum verum, quo aiebat vnum meliorem inueniri non posse Sen. Controu. 3, 18. ¶ 6 Vnum Substant. Cocta in vnum Scribon. 225. Coire in vnum, vid. COEO. Colligere et Conferre in vnum Auctor ad Herenn. 4, 53. Commissa omnia in vnum fascia Scrib. 131. Contunduntur in vnum, it. contusa Id. 106. 262. i. simul. Macerare in vnum Id. 268. Miscere in vnum Id. 16. Subigi in vnum Id. 256. Ter. Eun. 5, 9, 54 Vnum etiam hoc vos oro, vt me in vestrum gregem recipiatis. Idem Andr. 3, 2, 26 Hoc ego scio vnum neminem peperisse hic. Vnum venit in mentem modo Plaut. Caf. 2, 6, 26. Ter. Adelph. 4, 2, 52 Nam iam adibo: atque vnum quidquid, quod quidem erit bellissimum, carpam. Plin. Epist. 9, 29 pr. Vt fatius vnum aliquid insigniter, quam facere plurima mediocriter: ita plurima mediocriter, si non possis vnum aliquid insigniter. Vnum illud insitum erat priscis illis Cic. Tusc. 1, c. 12. In MSS. confunditur vnus et vanus, v. v. it. imus, v. v. et conf. Colum. 3, 16, 1.

VNALITAS, atis. f. Marius Victorin. 4. adu. Arium. Et vnalistas in Trinitate. Conf. Barth. Adu. 42, 9.

VNVSQVILIBET, vnaquaelibet, vnumquodlibet. Senec. Controu. 26 Vt vnusquilibet fatis sit. Vid. ibi Gronou. Add. Sen. ad Helu. c. 13. Si non sim ex patricio sanguine ortus, sed vnus Quiritium quilibet Liu. 6, 40.

VNVSQVISQVE, vnaquaeque, vnumquodque et vnumquidque. [ἕνασος, πᾶς ἕνασος] i. Singult. Vnusquisque mauult credere quam iudicare Sen. de Vita Beat. c. 1. Cic. pro Font. 17. Mouetur eo timore quo vnusquisque nostrum quum in eum locum productus est? Ibid. 12 Vnaquaque de re. Idem Verr. 4, 132 c. 59 Vnumquidque ostendere. Idem Off. 3, 26 Ergo vnum debet esse omnibus propositum, vt eadem sit vtilitas vnus cuiusque et vniuersorum, etc. Ex vnoquoque loco Lucret. 6, 620. Leuiter vnumquodque tangere Cic. pro Rosc. Amer. 83 c. 30. Sigillatim vnicuique calamitati fore se denuntiabat Idem Verr. 6, 76. add. Pallad. 1, 34 fin. Vnumquidquid Lucret. 5, 1387.

VNUMQVODVIS, vnus cuiusuis. n. Lucret. 4, 124 Horum vnumquoduis leuiter si forte ciebis.

VNETVICESIMVS, a, um. Vt, Legio vnetuicesima Tacit. Ann. 1, 45, 1. Vid. ibi Lips. et Freinshem.

VNETVICESIMANI, orum. Vicesimae primae legionis milites. Tacit. Ann. 1, 37, 2 Non abcessere quintani vnetuicesimanique. scil. Milites. Add. Id. ib. 1, 51, 4.

VNICALAMVS, a, um. Quod vnicum habet calamum. Plin. 18, 8 Vnicalamum praeterea, nec vsquam capax, feriturque non nisi tenui terra.

VNICAVLIS, e. Adi. [μονόκαυλος] Quod vnum caulem habet, nec in ramos spargitur. Plin. 19, 10 Est autem vnicaule, radice bulbo simili. add. Id. 18, 7. et 20, 21.

VNICOLEVS, a, um. Gloss. Gr. Lat. μονορχος, vnitestis, vnicoleus. VNICOLOR, oris. [μονοχρόματος] Vnius coloris. Plin. 32, 9 Dulciores, feminae sunt et vnicolores. Ouid. Met. 11, 611 At medio torus est hebeno sublimis in antro Plumeus, vnicolor, pullo velamine tectus. al. Atricolor.

VNICOLORVS, a, um. Idem. Prudent. Hamart. v. 819 Sic animas caeli de fontibus vnicoloras Infundit natura solo.

VNICORNIS, is. m. [μονόκερως] siue VNICORNIVS, i. vel VNICORNIVM, i. it. VNICORNIVM vocant vulgo, fabulosum animal, de quo vid. MONOCEROS. Tamen etiam Tertull. adu. Iudaeos 10 et adu. Marcion. 3, 18 Cornua vnicornuorum s. vnicornis ex veteri Interprete Psal. 28, 22 vbi nunc est Salua me ex ore leonis, et a cornibus vnicornium (al. vnicornium) humilitatem meam. Vid. Bartholini e uditus de vnicornu libellus, praefertim c. 6. Apud medii aevi scriptores Vnicornus est et Vnicornus et Vnicornium etc.

VNICORNIS, e. Adi. [μονόκερως] Quod vnum tantum cornu habet. Plin. 11, 46, 106 Solida vngula, et bicornis nullum: vnicorne asinus tantum Indicus, vnicorne et bifuleum oryx. add. Solin. c. 65.

VNICORPOREVS, a, um. Adi. Firmic. 2, 12 Taurus est signum in caelo femininum, Septentrionale, vnicorporeum. Et sic alibi plerisque in locis.

VNICŪBA, ae. f. Vnius viri vxor Isidor. Gloss. V. et Vet. Gloss. Lat. Gr. *μονολοχῆς*. Coniugis vnicubae iuge tenere bonum Poëta Christianus Anon. de baptismo Beliani v. 127.

VNICULTOR, ōris. m. *Vnius Dei cultor*. Prudent. Passione Cypriani, v. 90 Edere iussus erat, quid viueret? Vnicultor inquit, Seruo salutiferi mysteria consecrata Christi.

VNICVS, a, um. Adj. [*μόνος, ὄλος*] *Singularis, solus, vel vnus tantum inter alias species: vt Phoenix est vnica auis.* Cic. pro Rosc. Amer. 41 Et quaeramus, quae tanta vitia fuerint in vnico filio. Idem

Fam. 4, 4 Vnicum solatium in malis. Et pro Quint. 41 Vnica liberalitas.

Marito vnico gaedens mulier Hor. Carm. 3, 14, 5. Vnicus

i. singularis, excellens. Nam tu Poëta es prorsus ad eam rem vnicus

Plaut. Afin. 4, 1, 3. Archimedes is erat vnicus spectator caeli ac siderum Liu. 24, 54.

Quid me, puer vnice, fallis? Ouid. Met. 3,

15 454 *i. carissime.* Assertores vnici dignitatis Suet. Tib. c. 2. add.

Id. Oth. c. 7. et Tit. c. 8. Vnica mors Lucan. 4, 509 *i. egregia.*

Nequitia et malitia vnica Auctor ad Herenn. 3, 11. Idem ad Herenn.

3, 37 Si egregiam pulchritudinem, aut vnica turpitudinem eis

tribuemus. Vnicus et vnigena, *μονογενής* Gloss. Vnicus est

20 etiam Qui solus natus est patri. Seu pii ad rogum filii Lugetur,

orba cum riet vnicum mater Catull. 40, 5. Zelum draconis infidi

et os leonis pessimi Calcauit vnicus Dei Sedul. Acrostich. Plaut. Capt.

1, 2, 44 Quid me patrem par facere est, cui ille est vnicus. Et v. 47

Tibi ille vnicus est, mihi etiam vnico magis vnicus.

VNICE. Adu. [*μοναχῆ*] *Singulariter.* Plaut. Truc. 1, 2, 91 Ain' tute

amare? A. immo vnice vnun. Cic. de Finib. 5, 8 Quem vnice diligo.

conf. Id. Fam. 5, 8. Auus tuus, qui amauit vnice patriam Idem in

Catil. 3, 10 c. 5. Negare ei quem vnice diligerem, durum mihi ad-

modum videbatur Idem in Orat. 1. Vnive securus Hor. Od. 1,

30 26, 5. add. Catull. 30, 12. Plaut. Truc. 1, 2, 90.

VNIFORMIS, e. Adj. Macrobi. Saturn. 7, 5 Vt horrore vniformis ali-

moniae, edendi desiderium languesceret. Vniformem cibum opponit

Vario, vocatque etiam Simplicem. Adde Tacit. de Orat. c. 32 pr.

Solin. c. 4. Mart. Capella l. 3 et 4. Deorum dearumque Facies vni-

35 formis Apul. Met. 11 p. 259. Non omnium hominum vniformis

est sensus Id. in Trismeg. p. 80.

VNIFORMITAS, atis. f. Macrobi. Saturn. 7, 5 Cur illis prou-

idere varietatem laboras, isti squalorem vniformitatis adiciis? conf.

Tertull. de Anima c. 17. Arnob. 7 p. 212.

VNIFORMITER. Adu. Apul. Trismeg. *sub initium*; Omnis

humana immortalis est anima, sed non vniformiter cunctae. conf.

Arnob. 2 p. 88.

VNIGENITVS, i. m. [*μονογενής*] *Filius vnicus: quasi solus*

45 *genitus, qui nec fratrem vllum habuit, aut sororem. Verbum ecclesiasti-*

cum. Vid. Tertull. adu. Gnost. c. 7. et contra Hermog. c. 18. Augu-

stini de Ciu. Dei 11, 24. Saluian. 4 p. 121.

VNIGENA, ae. c. [*ἐνογενής*] *Idem.* Cic. de Vniuers. 10 c. 4

Vt hic mundus esset animanti absoluto simillimus, hoc ipso, quod so-

lus atque vnus esset: idcirco singularem deus hunc mundum atque vni-

50 genam procreauit. Vbi aliqui legunt Vnigenum. Pallas vnigena,

apud Catullum in Argonaut. f. 63, 300. quia e Iouis cerebro atque vno

parente orta.

VNIIUGVS, a, um. Adj. [*μονόζυγος*] Vniugae vineae dicun-

55 *tur, si bastilibus in terra defixis, singulae transversae perticae in vnam*

tantum partem ordinis adnectuntur. Oppon. Pergulata. Plin. 17, 22

Si vniuga erit vinea. Ioseph vniugus, *i. Monogamus, vnus con-*

iugis vir Tertull. de Monog. c. 6.

VNIMAMMIA vel **VNOMAMMIA**. Plaut. Curcul. 3, 1, 75 *inter*

gentes ridicule fictas Cladium Vnomammiam memorat, cum allusione

60 *ad Amazonas.*

VNIMANVS, a, um. [*μονόχειρ* Gloss. Gr. Lat. *μόνοχερος*] *Vnam*

tantum manum habens. Liu. 35, 21 Capram sex haedos vno foetu edi-

disse, ex Piceno nuntiatum est: et Aretii puerum natum vnimanum.

Vide et 41, 21. Iul. Obsequ. c. 112.

VNIMEMBRIS, e. Adj. *Ita Graeca vox μονομηνίς redditur in Vulg.*

l. 13 §. 2 D. de iureiur.

VNIMODVS, a, um. Adj. *Vt, Vniodis compagibus vnus Pru-*

dent. Psychom. v. 770.

VNIO, ōnis. f. *Quasi vnitio, vt, Vnio duarum in Christo natura-*

70 *rum, pro Copulatione seu Coniunctione apud Theologos. Pro foedere et*

concordia, Hieron. ap. Cellar. Cur. Post. p. 328. Pro Vnitate po-

suit Hieron. in Amos c. 5 Decas decima vnione completur. Vid. et

Tertull. de Monogam. c. 4.

VNIO, ire. *Vnum facere.* Tertull. de Anima c. 17 Caelum mari

75 *vnitur, vbi visio absumitur. Vid. Sulp. Seuer. Hist. Sacr. 2, 43.*

VNITVS, a, um. *Vt, Corpora vnita Senec. Quaest. Nat. 2.*

Ratio vnita Apul. Met. 11. Consensionis vnitae animositas Arnob.

l. 3. conf. Cellar. Cur. Post. p. 157.

VNITIO, ōnis. *Vnio. vt, Vnitio naturarum Fulgent. de Incarn-*

80 *nat. Dom. c. 3. Connexio atque vnitio rationis ad Deum Euod. ad*

Augustin. Ep. 246.

VNITAS, atis. f. [*μονάς, ἐνός, μόνωσις*] *Attributum, quo quid*

vnunum est. Plin. 5, 9 Mensura ab vnitate aluei, vnde se primum sin-

dit in latera ad Canopicum ostium CLXVI. de Nilo fluuio. Iustin.

85 2, 1, 14 Si mundi, quae nunc partes sunt aliquando vnitas fuit, siue illu-

vies aquarum — terras obrutas tenuit, siue ignis — cuncta possedit

etc. Solitudinis latae vnitas facta est Quinctil. in Apibus pauperis.

Vnitas, *Indiscreta similitudo.* Plin. 7, 12 Toranius M. Antonio iam

Triumuiro, eximios forma pueros alterum in Asia genitum, alterum

90 trans Alpes, vt geminos vendidit; tanta vnitas erat. Columel.

7, 3 Ideo nisi lanatas oues emi non oportet, quo melius vnitas coloris

appareat. Foliorum vnitas Plin. 16, 22. Facere vnitatem

Cels. 6, 6. Variare vnitatem Plin. 35, 1. Venire in vnitatem

Idem 33, 2. Vnitas, *pro Conuenientia et coniunctione seu concordia.*

95 Senec. de Vita beata 8 extr. Pigritia et haesitatio pugnam et inconstan-

tiam ostendit. Quare audacter licet profitearis summum bonum esse

animi concordiam. Virtutes enim ibi esse debent, vbi consensus

atque vnitas erit, dissident vitia. Idem de Benefic. 4, 18 *De laudibus*

societatis, Hanc societatem tolle, et vnitatem generis humani, qua

100 *vita sustinetur, scindes. Dicitur de iis, quae ita commiscuntur, vt*

vnunum fiant. Donec omnium vnitas fiat Scribon. 75. - Vbi

omnium vnitas facta est Id. 88. Cels. 4, 19 Donec omnia, quae in-

ditata sunt, liquata in vnitatem quandam coeunt. Vlpian. l. 9 §. 2

ff. de Damno infecto, Alfenus quoque scribit, si ex fundo tuo crusta

105 (terrae) lapsa sit in meum fundum — ita demum vindicari posse, si

non coaluerit, neque vnitatem cum terra mea fecerit. *Add.* Cels. 7, 4. Colum. 12, 22. Sen. Q. N. 2, 2. Pallad. Febr. t. 17 et 33.

VNITER. Adu. i. *Vnimode et aequabiliter.* Lucret. 5, 538 — atque aliam naturam subter habere Ex incunte aevo coniunctam, atque vniter aptam. *Add.* Id. 3, 850 et 858. 5, 556 et 559. Cur non vniter itis? Fortunat. Carm. 5, 4, 55.

VNIOCŪLVVS, vel VNOCŪLVVS, i. m. [*μονοφθαλμός* Gloss. Lat. Gr.] *Qui unum tantum oculum habet.* Plaut. Curc. 3, 22, LE. Vnocule salve. CV. quaeſo, deridesne me? LE. de Coclitum profapia te esse arbitror; nam ii sunt vnoculi. *Quaedam exemplaria legunt Vne ocule, vel Vniocule.* Accius apud Gell. 3, 11 De Cyclope itidem, vel maxime quod vnoculus fuit, rem tam insignem non praeterisset, nisi prioris Hesiodi carminibus inuulgatum esset. *Vid.* Solin. c. 25 vnocula gens est.

VNIOLA, ae. f. Gramen Apul. de Herb. c. 77.

VNIPEDIVS, a, um. [*μονόπους*] *Vnum pedem habens.* Marc. Empir. 15 Manipulus vrticae vnipediae.

VNISTIRPIS, e. Adi. [*μονογῆνιος*] *Vnius stirpis.* Plin. 16, 30 In longitudinem excreſcunt abies, larix, palma, cupressus, vlnus et si qua vnistirpia.

VNITESTIS, e. Adi. Gloss. Gr. Lat. *μόνορχις, vniteſtis.*

VNIVERSVS, a, um. Adi [*ἅπας, σύμπας, ὁπαξᾶπας, ὅλος*] *Quasi Omnis ad vnum versus, sine aliqua exceptione. Et in singulari quidem idem est quod Totus: ut, Vniuersus ager, Vniuersus exercitus. In Plurali significat Omnes coniunctim. Nam si dicimus, Omnes sibi domicilium constituerunt, intelligitur, Domicilium sibi unumquemque constituisse. Si vero dicimus, Vniuersi sibi domicilium constituerunt, significatur, Omnes simul unum sibi pro omnibus domicilium fecisse.* Ter. Phorm. 1, 1, 11 Quod ille vnciatim vix de demenso suo, suum defraudans genium comparſit miser, id illa vniuersum (uno actu, simul omne) abripit. Cic. Acad. 4, 73 *Democritus ita ausus est ordiri, Haec loquor de vniuersis. Nihil excipit de quo non profiteatur: quid enim esse potest extra vniuersa?* Idem Off. 3, 26 Ergo vnum debet esse omnibus propositum, vt eadem sit vtilitas vniuscuiusque et vniuersorum, etc. Excipere vnum pro vniuersis Idem de Prouinc. Conf. 35

23. Nep. 2, 4, 2 Vniuersos esse pares aiebat, dispersos testabatur perituros. Idem de Clar. Orat. 50 Laus est interdum in aliqua parte dicendi, in vniuersa eloquentia laudem non habet. Idem pro Caecin. 58 c. 20 Tam restitues, si vnus seruulus, quam si familia deiecerit vniuersa. Idem de Finib. 2, 112 Omne caelum totamque cum vniuerso Mari terram mente complexum. Naturam contra vniuersam nihil est contendendum Idem Off. 1, 110 c. 31. Vim oratoris definire vniuersam et propriam Idem de Orat. 1, 64. Idem pro Rost. Coni. 44 Est tuae contumaciae, arrogantiae, vitaeque vniuersae vox.

Continens vniuersa atque omnia communis rerum natura Idem de Nat. Deor. 1, 36. Idem in Orat. 117 Idemque etiam, cum res postulabit, genus vniuersum in species certas, vt nulla neque praetermittatur, neque redundet, partietur et diuidet. Idem pro Quint. 89 Omnia autem bona possessa non esse constitui, quod bonorum possessio spectetur non in aliqua parte, sed in vniuersis, quae teneri ac possideri possunt. Idem pro Domo 134 Audierat ex illo, se a me bis salutem accepisse separatim, semel, iterum, cum vniuersis. Idem Fam. 6, 10 Singula persequi non est necesse: vniuersum studium meum et benevolentiam ad te defero. Idem A. in Verr. 1, 72 Si tantulum offensum titubatumque sit, vt ea, quae singulatim ac diu collecta sunt, vno tempore vniuersa perdamus. Dii separatim ab vniuersis singulos diligunt Cic. de Natur. Deor. 2 c. 66. conf. Idem de Orat. 1 c. 5. In vniuersum, vid. IN Praepositionem. Vniuersum, pro Vniuersum Lucret. 4, 262

Ventus enim quoque paullatim quom verberat, et quom Acre ferit frigus, non primam quamque solemus Particulam venti sentire, et frigoris eius, Sed magis vniuersum.

Conf. Rutgers. Var. Lect. 6, 1 p. 545.

VNIVERSE. Adu. [*καθόλου, ὅλος*] *Generaliter, siue generatim: cui Sigillatim opponitur.* Cic. Verr. 5, 142 c. 55 Quid ego de caeteris ciuium Romanorum suppliciis sigillatim potius quam generatim neque vniuerſe loquar? *Vid.* Idem Att. 5, 2.

VNIVERSIM. Idem Gell. 1, 3 Summatim vniuersimque.

VNIVERSĀLIS, e. Adi. [*καθολικόν*] *Onomast. Quod ad vniuersos pertinet* Auctor ad Heren. 2, 37 c. 24 Nam huiusmodi in rationibus, non vniuersali atque absoluta, sed extenuata ratione expositio confirmatur. *Grut. leg. vniuersa.* Plin. Epist. 10, 71, 2 Nihil inueniebam aut proprium aut vniuersale, quod ad Bithynos ferretur. *Vid.* Quinctil. 2, 13. Apul. de Syllog. Cat. p. 374. Mart. Capella 75

4 p. 2.

VNIVERSALITAS. ātis. f. [*τὸ καθόλου*] *Onomast.*

VNIVERSALĪTER. Adu. Caius in l. quod saepe. §. in iis. D. De contrah. emt. Si grex vniuersaliter vaenierit, i. Totus una venditione. *Vid.* Cellar. Cur. Poster. p. 102. conf. Mart. Capella 4 p. 121. 80

Sic. Flacc. de Condit. agr. p. 4.

VNIVERSĀTIM. Idem. Sidon. Epist. 8, 2 *Votis vniuersatim feruentibus.*

VNIVERSĪTAS, ātis. f. [*τὸ πᾶν*] Cic. de Nat. Deor. 2, 164 c. 65 Licet enim contrahere vniuersitatem generis humani, eamque gradatim ad pauciores, postremo deducere ad singulos. Plin. Epist. 3, 15 ad Proculum, Non temere iam nunc de vniuersitate pronuntio, de partibus, experiar legendo. Cic. de Nat. Deor. 1, 121 c. 43 Tum enim censet imagines diuinitate praeditas inesse in vniuersitate rerum. Idem de Vniuers. 13 Quod si vniuersitatis corpus planum et aequabile explicaretur, etc. Idem de Vniuers. 37 Singulos adiunxit ad singula, atque ita quasi in currum vniuersitatis imposuit. De cuius (canonis) vniuersitate nihil attinet plura nunc dicere Colum. praef. sub fin. conf. Frontin. p. 40 et 41 Goef. ¶ 2 Vniuersitas de academia literaria: vid. Pet. Gregor. de Rep. 18, 1, 7. Middendorp. de Acad. 1, 1.

VNIVĪRA, vel VNIVĪRIA, ae. f. *Quae semel tantum nupsit, vni tantum viro coniuncta.* Grut. Inscript. p. 748. n. 4

RENATVS

VOLVSIAE. IVSTAE.

MATRĪ. CARISSIMAE.

OMNIVM. FEMINAR.

SANCTIORI. VNIVĪRAE.

add. Inscr. Grut. p. 1141 n. 1. Reines. p. 742 etc. Hieron. adu. Iouin. 1, 6. Min. Felix 24, 5. *Vid.* etiam Tertull. exhort. ad Cast. fin. et 105

de Monog. extr. it. ad Vxor. 1, 7. Trebell. in Tito c. 32. ubi Vniuria: sicut etiam in Inscript. ap. Meurf. Mantiff. de Lux. Rom. c. 10.

VNIVIRĀTVS, ūs. m. [μονογαμία] Tertull. ad Vxor. lib. 1 extr. et 2 in Idem de Castit. c. 13.

5 VNIVSMŌDI. Indecl. [μονότροπος, μονοειδής] Non varius, uniformis. Ter. Heaut. 1, 2, 31 Nam parentum iniuriae uniusmodi sunt ferme: patullo qui est homo tolerabilis, etc. Materia semper est uniusmodi, suiue similis Cic. de Vniuers. 19 c. 7. Principes sunt uniusmodi, et simplices Idem Acad. 1, 26.

10 VNIVŌCVS, a, um. Adi. [συνανυμος] Cuius et nomen commune est, et eadem substantiae ratio. Homo et equus vniuoca sunt, quatenus sub uno animalis nomine comprehenduntur, et eadem est utriusque substantia. Mart. Cap. 4 p. 95 Vniuocis aequiuoca connectendo.

VNO, āre. Tertull. adu. Praxeam c. 27 Qui vnum eundemque

15 contendunt patrem et filium, incipiunt diuidere illos potius quam vnare. VNOCVLVS, VNOMAMMIA, etc. vid. p. a. VNIOCVLVS, etc.

VNXIA, vid. VNGO.

VOCABVLVM, VOCALIS, VOCATIVVS, VOCATOR, VOCIFEROR, VOCIVO, et VOCO, vid. VOX.

20 VOCONIA gens, cuius fuit Q. Voconius, cui debetur Lex Voconia, de mulierum hereditatibus, quas capere illas vetuit. Mentio illius Cic. Verr. 1 c. 42. it. pro Balbo c. 8 etc. Accurate illam illustravit Jac. Perizonius diff. de Lege Voconia; quae est in Triade.

¶ 2 Voconia pira laudat Plin. 15, 15.

25 VOCONTII, orum. m. Pl. [Ὀυονόντιοι] Galliae Narbonensis populi, ut scribit Mela 2, 5. Hinc

VOCONTIVS, a, um. Adi. [Ὀυονόντιος] Ut, Rura Vocontia Sil. 3, 467. Alii Vocuntia scribunt. Forum Vocontium urbis nomen Cic. Fam. 10, 34.

30 VOCVLA, Diminutium a Vox, et VOCVLATIO, vid. VOX.

V O G et V O L

VOGĒSVS, i. m. [Ὀυόγεσος] Mons in finibus Lingonum, a quo Mosa fluuius profluit, non longe a fonte Matronae fluuii. Lucan. 1, 39. Castraque quae Vogesi curuam super ardua ripam Pugnaces pectus cohibebant Lingones armis.

40 VOL. Generatim notandum, quae ab his literis incipiebant verba apud veteres, ut Volcanus, Volcatius, Volgus, Volnus, Volfus a vello, Voltus, Volturnus, ea deinde a Ciceronis aetate per Vul literas scripta esse, ubi proinde quaerenda sunt.

VOLA, ae. f. [τέλαρ] Media pars manus siue pedis, ut ait Seruius ad Georg. 2, 88. Plin. 11, 45 Vola homini tantum, exceptis quibusdam. Pro Vestigio pedis, Varro ap. Non. 4, 480 Nec vola nec vestigium existat. Nec vola nec vestigium apparet Idem ibid.

45 Cauum sub planta vocat ibid. Nonius.

VOLATERRAE, arum. f. [Ὀυολατέρρας] Hetruriae oppidum ad Caecinam fluuium, ut scribit Plin. 3, 5.

VOLATERRĀVS, a, um. Adi. Ut, Vada Volaterrana Cic. pro Quint. 24.

50 VOLATILE, VOLATICVS, VOLATVRA, et VOLATVS, vid. VOLO, āre.

VOLCATIVS, [Ὀυολκάτιος] Gentis nomen, e qua Consul, qui impediit, ne Catilina ob accusationem repetundarum peteret Consulatam. Auctor Pedianus. Volcatii Sedigiti iudicia de Poëtis, vid. Gell.

55 15, 24. Est etiam Volcatius Gallicanus inter scriptores Historiae Augustae.

VOLĒMA, ōrum. n. [βόλημα] Pira bona et grandia: eo quod impleant volam manus. Laudatur Catoni 7, 3. Columel. 5, 10, 18. et 12, 4. Virg. Georg. 2, 88 — Nec furculus idem Crustumis, Syriisque piris, grauibisque volemis.

60 VOLENTIA, vid. VOLO, vis.

VOLĒSVS, i. m. Sabinus, qui cum Tatio Romam venit. Vid. Ouid. ex Pont. 3, 2, 105. Volesus, sub Augusto Proconsul Asiae. vid. Senec. de Ira 1, 5.

VOLGIOLVS, i. m. vel VOLGIOLVM, i. n. Inter Rustica instrumenta connumerat. Plin. 17, 10 Seritur mense Aprili, arca aequata cylindris, aut volgiolis, densum. de semine cupressi.

VOLGIVAGVS, et VOLGVS, etc. vid. VVLGVS.

VOLITINA, seu VOLTINIA Tribus, vid. TRIBVS.

70 VOLO, āre. [πτήμι, ἵπταμαι, πέτομαι, πετιόμαι] Proprium est pennas habentium cum alarum remigio locum mutant. Sine Pennis

volare haud facile est Plaut. Poen. 4, 2, 49. Prouerb. in eos, qui finem volunt, absque remediis. Virg. Aen. 1, 301 Volat ille per aëra magnum Remigio alarum. Cic. in Arat. 47 Namque est ales auis lato sub tegmine caeli Quae volat, et serpens geminis fecat aëra pen-

75 nis. Volare membranis dicuntur cicadae et vespertiones Plin. 11, 28. Alte volare, et Demissius volare, contraria Ouid. Trist. 3, 4, 23. Cateruatim volare Plin. 10, 24. Gregatim volare Quinctil. 1, 6. Perniciter volare, vid. PERNIX. ¶ 2 Volare

transfertur ad alia, quae celeriter mouentur. Ter. Hec. 3, 4, 14 Ne me frustra illic expectet: Vola. Cic. Philipp. 10, 11 c. 5 Quem nisi in via caducae hereditates retardassent, volasse eum, non iter fecisse diceres. Passu volat alite virgo Ouid. Met. 10, 587. Actas

80 volat Cic. Tusc. 1, 76. Axis feruidus vi volat Virg. Georg. 3, 7. Dicta magna volant superbo Valer. Argon. 5, 600. Faces et saxa

85 volant Virg. Aen. 1, 154. Fama volat Idem ibid. 3, 121. Cic. Att. 2, 19 Literae Capuam ad Pompeium volare dicebantur. Spiritus volat altus in auras Ouid. Trist. 3, 3, 61. Sudor mihi per bifurcum volabat plebeia, ut videtur formula pro fluebat Petron. c. 62 Tela volant hiberna grandine plura Ouid. Met. 5, 157. Vis volat

90 telorum Liu. 26, 44. Obs. Sen. Herc. Oet. 692 Felix alius magnusque volet, i. iactet se, ut Volitare. Sed Gronou. sonet.

VOLANS, antis. Partic. [πετώμενος] Ut, Curru volans Virg. Aen. 1, 160. et 12, 478. Currus agitare volantes Idem Georg. 3, 181. Equos inhibere volantes Ouid. Met. 2, 128. Nocturnas

95 que Faces caeli subline volantes, Nonne vides longos flammaram ducere tractus? Lucret. 2, 206. Flammae Lucret. 5, 1190. Fumi volantes Idem 6, 103. Hasta volans Sil. 56, 587. Nubes

volantes Lucret. 5, 254. Nebulae Idem 6, 103. Sagitta volans Ouid. Trist. 3, 10, 55. Umbrae volantes Idem Amor. 1, 6, 13.

100 Volantes, loco Substantiu, pro Auibus Virg. Aen. 6, 239 de Auerno, Quam super haud vllae poterunt impune volantes, Tendere iter pen-

nis. Add. ibid. v. 728. Sic Nantes et Natantes.

VOLITO, āre. Frequ. [ἀναπέταμαι] Plerumque metaphorice sumitur. Cic. de Nat. Deor. 1, 54 In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum, infinita vis innumerabilium volitat

105

tat atomorum. Idem de Orat. 2, 23 Sic enim se res habet, vt quemadmodum volucres, etc. leuandi laboris sui causa Passim ac libere soltas opere volitare. Eos qui omnia diuina et humana violarint, vexarint, perturbarint, euerterint, non solum alacres laetosque volitare, etc. Cic. pro Sext. 1. Super carpentum volitare Lii. 1, 34. Cic. de Orat. 2, 23 c. 6 Animi nostri forensibus negotiis atque vrano opere defessi, gestiunt, ac volitare cupiunt vacui cura atque labore. Fauillae volitant Ouid. Met. 2, 284. Vmbrae volitant inter viuos Lucret. 4, 42. Voces volitant per aures Id. 4, 222. Tacit. Ann. 2, 21 Quin et Inguio merum tota volitantem acie fortuna magis, quam virtus deferebat. Conf. Idem Ann. 15, 9, 1. et c. 58, 1. it. Histor. 2, 88, 6. Flor. 1, 17, 2. 2, 6, 32. 3, 5, 27. Cic. pro Flacco 38 c. 16 Nunc vero non insultabo vehementius, nec volitabo in hoc insolentius, neque in istum — inuehar. Volitare nempe idem in talibus est, quod Gr. πτεροφυίζαν iactare alas, quod faciunt aues in laetitia, in rixa, etc. Clodius volitat, furit, nihil habet certi Cic. Att. 2, 22 pr. Cum illa coniuratio ex latebris atque ex tenebris erupisset, palamque armata volitaret Cic. pro Sext. c. 1. Id. in Pison. 59 Valebis apud hominem volitantem gloriae Cupiditate vir moderatus et constans. Cic. de Lege Agr. 2, 58 c. 36 Volitat enim Ante oculos istorum Iubae regis filius, adolescens non minus benenumatus, quam bene capillatus. Cic. in Catil. 2, 15 Nunquam ego a diis immortalibus optabo Quirites, inuidiae meae leuandae causa, vt L. Catilinam ducere exercitum hostium, atque in Armis volitare audiat. In foro volitare Cic. de Orat. 1, 173. Idem Catil. c. 3. Cic. de Lege Agr. 2, 98 c. 36 Vt volitaretis interea per gentes, per regna omnia, cum imperio summo, cum iudicio infinito, cum omni pecunia. Idem pro Domo 49 Itaque cum florens ac potens per medium forum popularis volitares. Toto foro volitare Lii. 39, 32. Ad famam refertur illud Cic. Tusc. 1, 34 c. 15 Nemo me lacrimis decoret, nec funera fletu Faxit. cur? volito viuus per ora virum.

VOLITANS, antis. Vt, Vespertilio volitans Plin. 10, 61. Asilus volitans Virg. Georg. 3, 147. Currus volitans, i. Nauis Catull. Argon. 59. Fama volitans Virg. Aen. 7, 104. Simulacra volitantia Idem Aen. 7, 89. Cic. post red. in Senat. 7 Cum ferro et facibus homines tota vrbe volitantes, etc. Acie tota volitans Lii. 4, 10. et Tac. Ann. 2, 21, 3. Huc, illuc volitans Idem ibid. 12, 34, 2. et 13, 37, 1. In aciem primam volitans Flor. 3, 10, 4. Per totum mundum volitans Manil. 2, 742.

VOLITĀTVS, ūs. m. Fortunat. de Vita Martini lib. 4 Ecce repens-oritur variante fragore procella, Stridula sidereo volitatu, et multa tumultu.

VOLĀTVS, ūs. m. [πρῆσις] Volandi actus. Cic. de Nat. Deor. 2, 101 Idemque et volatus alitum sustinet, et spiritus ductus alit et sustentat animantes. Aquilae admonitus volatu Cic. de Diuin. 1, 26. Auium Idem ibid. 1 c. 1. Celer volatus Claud. Conf. Mall. Theod. 270. Lenis volatus Ouid. Met. 12, 527. Praeceptus volatus Martialis. 11, 92. Suspensus volatus Stat. Theb. 3, 463. Add. Catull. 56, 14. Plin. 18, 26. Pallad. 1, 26. Apul. Flor. p. 17. In volatu, vid. IN Praepositionem.

VOLATŪRA, ae. f. [πρῆμα] Idem. Varro de R. R. c. 5 Ibi in prima volatura quum veniunt, morantur dies paucos requiescendi causa Colum. 8, 9 et 10.

VOLATĪCVS, a, um. Adi. [πρωτός] Pro Inconstanti ac praecipiti. Cic. Att. 13, 25 O Academiam volaticam et sui similem, modo huc, modo illuc? Idem de Arusp. Respons. 46 Illius furentes, ac volaticos impetus in se ipsos posse conuerti. Volaticum esse et leuem Sen. Epist. 42. Temporalia et volatica Desideria Tertull. ad Vx. 1, 4. Gaudium Idem de Poenit. c. 11. Add. Sidon. Epist. 9, 9. Hygin. Fab. 141. ¶ 2 Mulieres volaticae, frigae, maleficae, Festus. Nempe antiqua persuasio est, et vel ex Apuleio nota, veneficas posse auium modo et figura per aera volare, etc.

VOLATĪCA, ae. f. Tertull. de Pallio c. 6 Qui volaticam spectat, i. Geometriam, vt Iunio videtur; sed Io. Lud. de la Cerda et Salmasius Auspicem interpretantur.

VOLATĪLIS, e. Adi. [πρηνός] Volucres, Volatilis, dicuntur, quia volant. Cic. de Nat. Deor. 2, 151 c. 60 Praeterea vescimur bestiis et terrenis, et aquatilibus et volatilibus, partim capiendo, partim alendo. Vetus codex legit Volantibus. Aetas volatilis Ouid. Met. 10, 519. Ferrum volatile, pro Cuspide et acie telorum Virg. Aen. 4, 71. Pecus volatile facile pastoris custodiam recipit Columel. 8, 4. de gallinis. Pueri volatilis arcus Ouid. Amor. 2, 7, 27. b. e. Cupidinis. Telum volatile mittere Ouid. Met. 7, 841. Conf. Catull. 56, 17. Apul. Met. 6 p. 657.

VOLABILIS, e. Adi. Idem. Varro ap. Non. 18, 8 et 21 Ceruum qui volabile currens sparo secutus tragulae traicit. Alii legunt Volabilem.

VOLO, vis, volt, f. vult, volui, velle. [θέλω, ἐθέλω, βέλομαι] Phaedra apud Sen. Hippol. 604 Vos testor omnes caelites, hoc quod volo Me nolle. Martial. 5, 84 Velle tuum nolo, Dindyme, nolle volo. Auson. Epigr. 39 Hanc volo, quae non volt; illam, quae volt ego nolo — Femina, cui iungar, quod volo, nolo vocet. Virg. Ecl. 3, 29 Vis ergo inter nos, quid possit vterque, vicissim Experiamur? Volo te, subaudi Alloqui: et Volo te paucis, aut tribus verbis. Plant. Capt. 5, 2, 24. Idem Epid. 3, 4, 24. et Trinum. 4, 2, 121. Ter. Andr. 1, 1, 2. Idem ibid. 5, 3, 1 Quis me volt? Centuriones me velle postredie Cic. Att. 10, 16 post med. Plin. in Paneg. c. 20 Praeterea futuri principes, velint, nolint, sciant: i. siue velint, siue nolint. Cic. Qu. Fratr. 3, 8 Crassum Iunianum hominem mihi deditum per me deterruit; velit nolit, scire difficile est. Hirtio tamen agente nolle se non probabit. Volo Arpinum, subaudi. Proficisci Cic. Att. 9, 1 Nos autem in Formiano morabamur; quocitius audiremus: deinde Arpinum volebamus. Eodem modo hic ipse saepius utitur verbo Cogito. Id. de Fin. 2, 72 Id enim volumus, id contendimus, vt officii fructus sit ipsum officium. Cic. pro Cluent. 188 Nihil est enim mali, nihil sceleris, quod illa non ab initio filio voluerit, optauerit, cogitauerit, effecerit. conf. Idem pro L. Manil. c. 16. Cato c. 5 Ne quid emisse velit insciente domino, neu quid dominum celauisse velit. b. e. Nihil emat. Ouid. Her. 21, 57 Cydippe Acontio scribit, Si laedis, quod amas, hostem sapienter amabis, Me precor, vt serues, perdere velle velis. Locus frustra tentatus, pulchre defensus a Marcklando in Observationibus patria lingua scriptis in Epistolas Cic. ad Brut. p. 85 sq. praesertim ex frequenti usu formulae noli velle, nolite velle, etc. v. g. Cic. Philipp. 7 c. 9 Nolite igitur id velle, quod fieri non potest. Idem pro Balbo c. 28 Nolite huic illi nuncium acerbum velle perferri. Et pro Caelio c. 32 No-

- lite — iam natura ipsa occidentem maturius velle extinguere, etc. *Addere poterat* Nep. Att. 5, 24, 4 Noli, oro te, aduersum eos me velle ducere, etc. *Paullo aliter* Ouid. Am. 3, 11, 50 Quidquid eris, mea semper eris, tu felige tantum, Me quoque velle vellis: anne coactus amem. *Hic enim ad diuersas personas refertur.* Volo, pro Opto Cic. Fam. 12, 19 Eandem rem tibi volo bene et feliciter euenire. Bene velle alicui Ter. Heaut. 5, 2, 6. Aliquam velle, i. amare: vid. *Burm. ad Nemes.* 4, 18. Vtinam — tantum vellet in armis Grat. Cynege. v. 173. *conf. Drakenb. ad Sil.* 9, 7. Non vult sibi male Petron. c. 38. *vid. ibid. Burm.* p. 165. Si Quam volet potens Cic. pro Cacl. c. 26 med. Quam volent faceti sint Idem *ibid.* c. 30 post med. Magni refert hic quid velit: sed quidquid vult, Valde vult Cic. Att. 14, 1. Numquid vis? In offerendo officia: vid. Liu. 6, 34. *Briffon. de Form.* p. 746. Quid vultis amplius Cic. Verr. 3, 118. Idem Fam. 13, 22 Nam et semper me coluit, diligentissimeque obseruauit, et a studiis nostris non abhorret. ¶ 2 *Constructiones aliquot:* Cic. Fam. 16, 17 Cuspio, quod operam dedisti, mihi gratum est: valde enim eius Causa volo. Idem Att. 11, 8 Per eos qui nostra Causa volunt, valentque apud illum, diligentissime contendas opus est. Idem Fam. 13, 10 Remque et vilitatem sociorum (cuius rei quantam potestatem Quaestor habeat non sum ignarus) per te quam maxime Defensam et auctam velis. Vlpian. in l. Qui mihi D. de donationibus Qui mihi Donatum volebat, seruo communi meo et Titii rem tradidit. Idem in l. hoc iure D. eod. tit. Si quis dederit pecuniam mutuam Titio reddendam Seio, cui Donatum volebat, deinde, etc. Cic. Verr. 1, 105 His omnibus, qui istius iniurias norunt, hoc est Pop. Rom. vniuerso me vehementer Excusatum volo. Ter. Ad. 5, 7, 20 DI tibi benefaxint, cum te video nostrae familiae Tam ex animo Factum velle. Apul. Apol. Sicinium Pontianum cui Factum volo. *vid. Gell.* 7, 3. Symmach. Epist. 1, 60. Gratiam tuam volo, i. Opto Plaut. Curc. 3, 55. Cic. Fam. 15, 7 Maxima sum laetitia affectus, cum audiui Consulem te factum esse, eumque Honorem deos tibi fortunare volo. Liberatum ea te cura quamobrem volo Idem Qu. Fratr. 3, 1. Est paucis vos quod monitos voluerim Plaut. Capt. Prol. 53. Cic. A. 1 in Verr. 18 c. 7 Fit obuiam casu ei multitudinē C. Curio, quem ego hominem honoris potius, quam contumeliae causa Nominatum volo. Oratum volo a vobis rem iustam Plaut. Amph. Prol. 33. Oratos et vos volo esse Idem Casin. Prol. 21. Obsequium amori illius volo Idem Afin. 1, 1, 62. Velim, Optantis cum desiderio Idem Truc. 2, 5, 28 Nunc ecastor, vt veniret miles velim. Sic Velle: in, quae velles Sen. Epist. 67. *consolantis est.* Spero tibi iam esse, vt volumus Cic. Att. 14, 5 pr. Plaut. Most. 3, 2, 55 Velim vt veiles, Tranio: sed quid est negotii? i. Cupio ita tibi esse, vt velles. Mat. ad Cic. Fam. 11, 28 At debeo pro ciuili parte Rempub. velle Salvam. ¶ 3 *Observationes:* Vis tu? *sollemnis formula pro Visne aut nonne vis?* Hor. Sat. 2, 6, 92 Vis tu homines vrbemque feris praepone re filius? *Sic Bentleius restituit pro vulgato a Lambini gente viñ tu.* Multa huius elegantiae exempla dedit Gron. ad Sen. de Ira 3, 38. et Epist. 58. et Praef. ad Qu. Nat. 4. Mart. 10, 38 Vis tu simplicitis finem fateri? Iuuen. 5, 74 Vis tu consuetis, audax conuiuia canistris Impleri. *Hinc etiam reposuit Bentleius* Hor. Sat. 1, 9, 69 Vis tu curtis Iudaeis oppedere, i. Nonne vis, aut noli dubitare oppedere. Volo, pro Opinor, et Censeo Cic. de Nat. Deor. 1, 29 Quatuor enim naturas ex quo omnia constare censet, diuinas esse vult. *Es paullo post itidem.* In Imperatorum edictis non modo suadendi auctoritatem habet, sed ponendi etiam necessitatem: *vid. arg. l. 1 ff. de const. princ. Bartol. h. l. et Corasc.* Velle dicitur populus, cum Leges sibi latas probat: itaque sic rogatur, Velitis iubeatis Quirites. v. g. Liu. 38, 54 Velitis iubeatis, Quirites, quae pecunia capta, ablata, coacta — est, vti de ea re Seru. Sulpicius Praetor vrb. ad Senatum referat, etc. Sic Cic. pro Domo c. 17. et in Pison. c. 29. Liu. 22, 10 Et indirecta oratione vellent iuberent Liu. 21, 17. et 31, 6. *Vid. Briffon. de Form.* 2, 1. Sed etiam in precibus sollemne verbum fuit. Plin. 28, 2 In Africa nemo destinat aliquid, nisi praefatus Africam. In caeteris vero gentibus, Deos ante obtestantur vt velint. *vid. VOLENS.* Alias Quid vult? Quid sibi vult interrogationes sunt eorum, qui causam, consilium, finem facti vel rei requirunt. Quid vult concursus ad annem? Virg. Aen. 6, 318. Quid igitur sibi, vult pater? quid simulat? Ter. Andr. 2, 3, 1. *vid. Donat. h. l.* Cic. Verr. 2, 150 c. 61 Quid sibi equestres statuæ volunt propter aedem Vulcani? *b. c. Quid significant.* Ita mehercule attendi, nec satis intellexi, quid sibi lex, aut quid verba ista vellent Cic. de Legib. 3, 33 c. 14. Eheu, quid volui misero mihi! floribus austrum Perditus, et liquidis immisi fontibus apros Virg. Ecl. 2, 58. Nec vlla iniquitate me eo fortuna perducet, vt hanc vocem audiat, Quid mihi volui? quid mihi nunc prodest bona voluntas? Sen. de Benef. 4, 22. Quam bene abs te prospectum est? quid voluisti Ter. Heaut. 4, 1, 23. *Denique Pleonasmum facit.* Iam coeperat Fortunata velle saltare Petron. c. 70. *vid. plura ap. Burm. et Reinesf. ad h. l.* p. 349. Apud comicos Volt pro Vult fere semper legitur. Volam pro Velim Lucil. lib. 27. Plaut. Afin. 1, 2, 26 Meo modo loquar quae volam, quoniam intus non licitum est mihi Nonius 7, 88.
- VOLENS, entis. Partic. [*βελόμενος*] Ducunt volentem fata, nolentem trahunt Sen. Epist. 107. Pecunias a volentibus accipere Vell. 2, 62, 3. Sallust. Iug. 103, 6 Munificus nemo putabatur, nisi pariter volens: dona omnia in benignitate habebantur. Animo volenti aliquid agere Sallust. in Iugurth. 73. Vt labor volentibus esset Idem *ibid.* 100, 4. Macrobi. Saturn. 6, 6 Figuras vero quas traxit de vetustate, si volentibus vobis erit, quum repentina memoria suggererit, enumerabo. Neque plebi militia volenti putabatur Sallust. Iugurth. 84, 3. *vid. Cort. ad h. l. conf. Tac. Histor.* 3, 43, 3. et Agric. 18, 2. *it. Ann.* 1, 59, 1. Macrobi. Sat. 1, 7. Volens, pro Beneuolo, vt in deorum precessionibus. Cato 141 Mars pater, se precor quaequoque vti si es volens propitius mihi, domo, familiaeque nostrae. Liu. 1, 16 Pacem precibus exposcunt, vti volens propitius suam semper sospitet progeniem. Plaut. Curc. 1, 1, 89 Potate, ante mihi volentes propitiae. Liu. 7, 26 Precatus deinde, si diuus, si diua esset, qui sibi praepctem misisset, volens propitiusque adesset. Volentia, i. e. Quae vellent, a voluntate Sallust. Histor. lib. 4. Multisque suspicionibus volentia plebi facturus habebatur. Haec Nonius 2, 900. Talia plebi volentia fuere Tac. Ann. 15, 36, 6. i. Grata. Rescribere volentia Idem Hist. 3, 52, 4.
- VOLENTER. Adu. Idem. Apul. Met. 6 p. 178 Perrexit Psyche volenter.

VOLENTIA, ae. f. Solin. c. 36 Volentia resistendi promta.
Fretus alicuius volentia Apul. Met. 11.

VOLUNTAS, atis. f. [*ἑλένημα, ἑλένημα, προαίρεσις, γνώμη*] *Ani-*
mus volens, f. quatenus vult spectatim animi inductio beneuola. Cic.
Tusc. 4, 12 ex Stoicorum placitis, Quamobrem simul obiecta species
cuiuspiam est quod bonum videatur, ad id adipiscendum impellit ipsa
natura: id quum constanter prudenterque fit, eiusmodi appetitionem
Stoici *ἑλένημα* appellant, nos voluntatem appellamus. Eam illi pu-
tant in solo esse sapiente, quam sic definiunt, Voluntas est quae quid
cum ratione desiderat. Cic. pro Sext. 69 Eos voluntatem semper
eandem, Libertatem non eandem semper habuisse. Idem in Catil.
3, 22 Diis ergo immortalibus ducibus hanc Mentem Quirites, voluntatemque suscepi.
Qu. Cic. de Petit. Conf. 32 Petitori vero necessaria est, cuius et frons, et vultus, et sermo ad eorum quoscuque
conuenerit Sensum et voluntatem commutandus est. Cic. Att. 8, 9
Sed tamen signa conturbantur, quibus voluntas a Simulatione distingui
posset. Nihil tam flexibile, quam voluntas Cic. pro Milon. 23.
Nihil obscurius voluntate hominum Cic. pro Muraen. 36 c. 17. Idem
pro Font. 30 Quod si aut quantam voluntatem habent ad hunc opprimendum,
aut quantam ad maledicendum sententiam, etc. De voluntate tua, vt simul finis,
vel studio potius, et cupiditate, nihil dubito Cic. Att. 12, 26.
Qua voluntate esset in regem Nep. 14, 5, 6.
Cic. de Fin. 2, 96 Sed tu, vt dignum est tua erga me et erga philosophiam
voluntate ab adolescentia suscepta, fac vt Metrodori tuare liberos. Vt
ad eam voluntatem, quam tua sponte erga Caecinam habiturus esses,
tantus cumulus accedat commendatione mea Cic. Fam. 6, 9. *Viua*
vox index vestrarum voluntatum erga me Idem Agr. 2 c. 2. *Huius*
voluntatis erga Brutum suae postea vir tam mitis pretium tulit Vell. 2,
52, 2. *Voluntate, Ablatiuus* Ter. Adelph. 3, 4, 44 Quod vos ius cogit id
voluntate impetret. *Voluntate sequentes milites* Liu. 3, 69. Cic. Fam. 13, 5
Cum iis, qui similem iniuriam acceperant amissis omnibus fortunis, reditus
tamen in patriam voluntate omnium concedi videretur, adiutor incom-
lunitatis sui. Petebat vt eius voluntate discedere liceret Caes.
B. G. 1, 39. i. *bona illius cum gratia, illo permittente, et causam probante.*
Sua voluntate, nulla vi coactus Cic. de Finib. 2, 65. *Remittere ali-*
quid voluntate Liu. 35, . . . Idem 22, 21 Cur excessit faucibus Epiri
aut vi, aut metu, aut voluntate? Liu. 33, 20 Castellis aut metu
aut voluntate in deditionem acceptis. Et 34, 29 L. Quintius mar-
itimae orae oppida partim voluntate, partim vi aut metu cepit. Plaut.
Mil. 2, 5, 40 Nisi voluntate ibis, rapiam te domum. Add. Cic. 40
Fam. 5, 5. *Gronou. ad* Liu. 5, 17. Cic. in Pison. 46 Illud accidit
praeter optatum meum, sed valde Ex voluntate. Idem Fam. 13,
30 Hoc mihi velim credas, si quid fecerim hoc ipso in bello minus Ex
Caesaris voluntate, quod intellexerim scire ipsum Caesarem, me in-
uitissimum fecisse. *Albana pubes, inermis ab armatis septa,* In
variis voluntatibus, communi tamen metu cogente silentium tenet Liu.
1, 28. *Praeter sui voluntatem patris* Ter. Andr. 5, 3, 9. *Pro*
sensu, f. intellectu Quinct. 3, 6 Sed voluntate legis se tuebitur. *No-*
minis Idem 7, 10, 1. i. *significatio, intellectus.* Add. 6, 2, 9. ¶ 2
Epitheta: *Abdita voluntas ac retrusa, vid. ABDITVS, in ABDO.* Ad-
versa voluntas Quinct. 4, 1. *vid. Voluntates Regiae.* *Animosa*
voluntas Lucan. ad Pison. 239. *Auersa voluntas* Virg. Aen. 12, 647.
Dubia voluntas Tacit. Hist. 4, 6. *Grata voluntas in parentes* Cic.
pro Planc. 80. *Malefica voluntas* Plin. 9, 59. Cic. Fam. 5, 2
Timuissent, ne quae mihi pars abs te voluntatis Mutuae tribueretur. ¶ 5
Occultae voluntates multiplices naturae Cic. ad Brut. 1. *Officiosa*
voluntas Ouid. ex Pont. 3, 2, 17. *Pauper voluntas* Ouid. Met. 8, 678.
Perpetua et constans voluntas Cic. Philipp. 13, 13. *Sallust. Iug. 113,*
1 *Voluntates Regiae vt vehementes sic Mobiles, saepe ipsae sibi Aduer-*
sa. Cic. pro Rabir. 8 Cum tanto studio C. Rabirius totius Apuliae, ¶ 6
Singulari voluntate Campaniae vicinitatis ornetur? ¶ 3
Verborum formulae: *Abalienare voluntatem, vid. ABALIENO.* Cic.
Fam. 2, 16 Solus enim tu ex omnibus, qui cum Bibulo sunt, certiore
me nunquam fecisti, quam valde Bibuli voluntas a me sine causa ad-
horreret. *Abiicere voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi* ¶ 5
Cic. de Orat. 2, 142 c. 33. Idem de Inu. 2, 4 c. 2 Quod quoniam
nobis quoque voluntati Accidit, vt artem dicendi perscriberemus. *Sic*
MSS. ex quo fecerunt Voluntatis; et ita supra locum retulimus in AC-
CIDO n. 6. *Sed vide etiam* QVOD Pronom. n. 3. *Vlpian. in l. j.*
§. in potestate D. de exercit. actio. Si seruus peculiaris volente filio-
familias, in cuius peculio erat: vel seruo, vicarius eius nauem exer-
cuit: pater dominusue, qui voluntatem non Accommodauit, dunta-
xat de peculio tenebitur, sed filius ipse in solidum. *Adducere in*
voluntatem, Adiuuare voluntatem, Alienare a se voluntates suorum,
vid. hb. vv. Pompeii semper voluntatibus, omnes ciues Assen- ¶ 7
serunt Cic. pro L. Man. c. 16. *Auferre voluntatem, Conciliare*
sibi voluntatem alicuius, vid. hb. vv. Cic. Fam. 13, 18 *Voluntatem*
contulisti. Conformare se ad alicuius voluntatem, vid. CON-
FORMO. Cic. Fam. 3, 4 *Ad voluntates nostras Copulandas.* De-
terreri a voluntate Nep. 10, 3, 3. Cic. de Clar. Orat. 16 Ipsa mihi ¶ 8
tractatio literarum salutaris fuit, admonuitque, Pomponi, vt a te ipso
sumerem aliquid ad me reficiendum, teque remunerandum, si
non pari, at grato tamen munere: quanquam illud Hesiodium lauda-
tur, a doctis, quod eadem mensura reddere iubet qua acceperis, aut
etiam cumulatore, si possis. *Ego autem voluntatem tibi profe-* ¶ 5
cto Emetiar, si rem ipsam nondum posse videor: idque vt ignoscas, a
te peto, b. e. Remunerandi voluntatem tibi praestabo. *Explorare de*
voluntate alicuius Nep. 23, 2, 2. *Facere voluntatem* Quinct. 5, 10.
Quantum tua Fert voluntas Cic. Fam. 5, 4. *Fert ita corde vo-* ¶ 9
luntas Virg. Aen. 6, 675. *Habere voluntatem nocendi in iracun-*
dia Cic. de Orat. 2, 302 c. 74. *Immutare voluntatem, Impetrare*
aliquid voluntate, Incitata aduersus rationem voluntas, vid. hb. vv.
Incumbere ad voluntatem Cic. Att. 1, 16. *Incutere voluntatem,*
vid. INCVTIO. *Indicare* Nep. 8, 4, 2. et 23, 2, 2. *Intro-* ¶ 9
spicere voluntates hominum Tacit. Ann. 1, 7. *Loqui ad volunta-*
tem, vid. LOQVOR. *Manet voluntas, vid. MANEO.* *Mu-*
tare voluntatem Cic. Fam. 1. *Nuncupata voluntas, vid. NVN-*
CVPO. *Occultare* Nep. 6, 2, 3. Cic. Fam. 1, 9 *Eam volunta-*
tem, quam exspectabam praestiterunt. Profiteri voluntatem licet
dicere, quia dixit Idem Fam. 10, 10, 8 *Professionem bonae voluntatis.* ¶ 10
Sil. 16, 289 Quando ita caelicolum nobis Propensa voluntas *Annuit.*
conf. Cic. Off. 2 c. 20. *Scrutari alicuius voluntatem* Quinctil. 2, 5.
Spectata voluntas amicitiae Lucret. 1, 141. *Al. Sperata.* *Stare vo-*
luntate Quinctil. 7, 2. *Sunt, vt, Est mihi diuersa voluntas* Ouid.
Fast. 5, 529. *Est temerata nostra voluntas* Idem Met. 9, 626. *Esse* ¶ 10

- in voluntate Cic. contra Rullum. In voluntate ea non fuisse, in qua alius est Idem pro Lig. c. 2. Suscipere voluntatem Idem in Catil. 3, 22 c. 9. Voluntas, pro Favore Ter. Prol. Phorm. 30 Voluntas vestra si ad Poëtam accesserit, date operam. h. e. Si faueritis, Donatus. Offensa voluntas populi, vid. OFFENDO.
- VOLUNTARIUS**, a, um. Adi. [ἐκὼν, ἐκείσις] Quod sit sponte. Cic. pro Sext. pr. Intueri potestis eos, qui omnia diuina et humana violarint, non solum alacres laetosque volitare, sed etiam voluntarios fortissimis atque optimis ciuibus periculum moliri. b. e. Nulla iniuria *laccessitos*. Voluntarius adest Liu. 1, 59. Cic. pro Caccin. 14 Ille, quem supra deformavi, voluntarius amicus mulieris, non necessitudine aliqua, sed ficto officio, simulataque sedulitate coniunctus. Auxilia voluntaria, Quae sponte dantur Cic. Fam. 15, 4. Liu. 31, 8 Voluntarios, quos posset, duceret; inuitum ne quem militem veterem ducendi ius esset. Casus voluntarius Cic. de Fin. 2, 65. Exitus voluntarius Tacit. Ann. 6, 40. Herba voluntaria, quae sua sponte nascitur, cui opponitur Satiua Plin. 20, 22 de serpyllo, Satiuum non serpit, sed ad palmi altitudinem increscit. Pinguis voluntarium, et candidioribus foliis. Inimicus voluntarius Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 12. Interitus voluntarius Cic. pro Marcell. 14 c. 5. Laudator voluntarius Cic. Verr. 4, 143. Maleficium voluntarium Id. de Inuent. 1, 102. Cic. de Fin. 3, 61 Alter propter perpetuam in populari ratione leuitatem, Morte voluntaria se a seueritate iudicum vindicauit. Mortem voluntariam sibi consciscere Cic. Fam. 7, 3. Motus animi voluntarius Cic. de Fato 23. Idem Fam. 1, 9 Quum mihi cum illo magna iam gratia esset, quod eius omnes grauissimas iniurias communis concordiae causa voluntaria quadam obliuione contriueram. Cic. pro Rosc. Com. 15 Illa superior fuit Oratio necessaria, haec erit voluntaria. Societas voluntaria Cic. pro Quint. 79. Testes voluntarii Quintil. 5, 7. Virtutes voluntariae Cic. de Fin. 5, 36. Voluntarii apud Liu. 1, 30 *Milites sunt diuersae conditionis, a volonibus: liberi nempe homines, non serui: qui cum vel propter aetatem, vel quod legitima stipendia fecissent, cogi non possint, sponte militabant.*
- VOLUNTARIE**, siue **VOLUNTARIO**. Adu. [ἐκὼν, ἐκείσις] Bono et prompto animo, non coacto. Laudatur Caes. Bell. Ciuil. 3, 91 Haec quum dixisset, primus ex dextro cornu procurrat, atque eum milites electi circiter CXX voluntarie eiusdem centuriae sunt prosecuti. de Crastino viro fortissimo. Sed recte al. Voluntarii. Eadem ratio *est* Liu. 1, 30 Inde ob resicuas bellorum iras, maxime sollicitatis ad defectionem animis voluntario traxere. Voluntarios editur hodie sine varietate. Relinquatur ergo seriori aetati. v. g. Voluntarie se ad Minotaurum pollicitus est ire Hygin. Fab. 41. Voluntarie venerint, an illius obtemperauerint iussioni Arnob. 2 p. 74. conf. Hieron. Epist. 85. Vulgat. 1 Pet. 5, 2.
- VOLONES**, um. m. [βολῶνες] Dicti sunt Serui, qui bello Punico quum decissent qui scriberentur, pro dominis pugnatos se polliciti, in ciuitatem recepti sunt: et Volones appellati, quia hoc sponte voluerunt. Haec ex Festo. Seruos, quemadmodum bello Punico factum fuerat, ad militiam parauit, quos voluntarios exemplo volonum appellauit Capitolin. de Antonino Philos. c. 21. conf. Casaub. ad b. l. Liu. 23, 35 Vt tirones (ea maxime pars volonum erat) discerent signa sequi. Idem 23, 35 Vetus miles tironi liber voloni sese exaequari sineret. Add. Idem 24, 10. it. 5, 46. Frontin. Strat. 47.
- VOLSCI**, orum. m. [Οὐολσκοί] Populi mediterranei Tusciae: de quibus Pomponius Meia 2, 4. Veruti Volsci Virg. Georg. 2, 168.
- VOLSCVS**, a, um. Adi. Virg. Aen. 7, 803 — Volscia de gente Camilla.
- VOLSCAE**. Adu. Titinn. apud Festum; Osce et Volscie fabulantur, nam Latine nesciunt.
- VOLSELLA**, siue **VVLSELLA**, ae. f. [τριχόλαβις, ἀκανθόλαβις Gloss. Vet.] Instrumentum ad pilas euellendos e corpore. Cels. 6, 18, 3 De cancri, qui in cole nascitur, curatione, Incipit a nigritie: quae si cutem occupauit, protinus specillum subiiciendum, eaque incidenda est: deinde orae vulsella prehendendae: tum quidquid corruptum est, excidendum. Idem 7, 12, 1 Ergo specillo conquirenda est testa quae recessit, et volsella protrahenda est. Vid. Martial. 9, 28. et Suet. Caes. c. 45. et Oth. c. 12. Plaut. Cūrc. 4, 4, 21.
- VOLSGRA**, ae. f. Aus, quae se vellit: augures hanc eandem Fecilitram appellant. Festus.
- VOLSINIVM**, i. n. [Οὐολσίνιον] Ptolem. 3, 1 Tuscorum urbs.
- VOLSINIVS**, a, um. Adi. Vt, Tribus Volinia Cic. pro Planc. 38. Alii legunt Voltinia.
- VOLSINIENSIS**. Incola. Liu. 5, 32. et 9, 41.
- VOLSVS**, a, um. Adi. [τεταλιμένος] Pro Versus et versus, de industria fictum. Martial. 3, 63 Qui mouet in varios brachia volsa modos. Forte rectius Volsa interpreteris Vulsa, depilata. Ridet enim Cotili mollitiem, curamque nimiam circa corporis cultum.
- VOLTA**, ae. f. Monstrum ap. Volsnienfes Plin. 2, 53.
- VOLTVMNA**, ae. f. Dea a bene volendo dicta. Hinc, Farum Voltumnae, Locus Etruriae. vid. Liu. 4, 23 et 61. 5, 17.
- VOLVA**, vid. VVLVA.
- VOLVBILIS**, vid. VOLVO.
- VOLVCER**, cris, cre. Adi. [ὠκύς, ταχύς] Celer, qui vel volet, vel volare ob celeritatem videatur. Martial. 1, 15 Et volucrum longo porrexit vulnere pardum. Virg. Aen. 1, 321 — Volucrumque fuga praervertitur Hebrum (Eurum). Cic. de Clar. Orat. 326 Aliud autem genus est non tam sententiis frequentatum, quam verbis volucris atque incitatum. Alae volucres Stat. Theb. 5, 691. Aquae volucres, Fluuii torrentes Ouid. Met. 2, 234. Al. Equi. Aurae volucres Virg. Aen. 5, 503. Columba volucris Idem ibid. 5, 488. Cupido volucer Ouid. Met. 9, 481. Currus volucer Hor. Carm. 2, 33, 8. Cursus volucer Ouid. Trist. 1, 9, 5. Dies volucris Hor. Carm. 3, 28, 6. Equi volucres Ouid. Met. 2, 234. al. Aquae. Add. ibid. v. 154. Cic. pro Sull. 91 c. 32 O falsam spem, o volucrum Fortunam! Fuga volucris Sil. 17, 589. Virg. Georg. 2, 217 Quae tenuem exhalat nebulam, Fumosque volucres. Lucret. 4, 204 Volucris leuitate feruntur. Nuncius volucris Cic. pro Quint. 80. Procillae volucres Ouid. Amor. 2, 11, 33. Rotae volucres Claud. de Rapt. Proserp. 3, 431. Sagitta volucris Virg. Aen. 11, 858. et 5, 242. Saltus volucer Stat. Theb. 6, 569. Somnus volucer Virg. Aen. 2, 794. Plaut. Amph. 1, 2, 170 Volucrum vocem

- vocem genito. *Obs.* Volucer in genere Neutro positum volunt a Sen. Herc. Fur. v. 1068: *sed commode construi ibi potest cum somno.* ¶ 2
 Volucris Substant. Gen. com. comprehendit non solum aves, sed apes quoque, vespas, tabanos, et reliqua huiusmodi. Cic. de Orat. 2, 23 c. 6
 Quemadmodum volucres videmus procreationis atque utilitatis suae causa fingere et construere nidos. *Peculiariter de Gallis usurpatur: vid. Drakenb. ad Sil. 14, 22.* Nidus volucrum Ouid. Met. 12, 15.
 Aduenae volucres, *vid. ADVENIO.* Aëriæ volucres Lucret. 1, 12.
 Auidæ volucres Ouid. Met. 5, 484. Flumineæ volucres Idem Met. 2, 253. Foeda volucris Idem ibid. 5, 549. Inportunæ volucres Virg. Georg. 1, 470. Infandæ volucres Stat. Theb. 10, 423.
 Obscenæ volucres Virg. Aen. 3, 241 et 262. Piætae volucres, *Variis plumis ornatae* Virg. Georg. 3, 243. et Aen. 4, 225. Picturatae volucres Claud. ad Serenam 3. Rapidissima volucris miluius Ouid. Met. 2, 716. Cic. de Divin. 2, 64 Hunc ubi tam Teneros volucres matremque peremit. Teneros sine varietate legitur, ut appareat, etiam Masculino genere poni, ut Ales. Vaga volucris Ouid. Met. 1, 308. Variæ volucres Virg. Aen. 7, 33. Lucret. 2, 144 Varias vocat quas Virgil. Pictas. Nisi malis, quod plura sint earum genera. Virgineæ volucres Ouid. Met. 7, 4. Harpyias intelligit, de quibus et Virg. Aen. 3, 361 Virginei vultus volucrum, etc. Constrictæ volucres faeuissima hieme, *vid. CONFLICTO, in CONFLIGO.* Fallere volucres viscata virga Ouid. Met. 15, 474. Lacerant corpus volucres Lucret. 3, 893. Sentire linguas volucrum Virg. Aen. 3, 361. Volucrum et Volucrum in Genitiuo plurali, teste Charisio p. 119 qui citat Ciceronem de Finibus, et alios.
 VOLUCRITAS, ætis. f. Fulgent. Mythol. 2 Mundus celeri quadam volucritate versatur.
 VOLUCRITER, Adu. Ammian. 17, 3 Volucriter congregati. Perurgere volucriter Idem 39, 5.
 VOLUCRIPES, ædis. Aufon. Epist. 16 extr. Volucripes dimetria. Vid. Sidon. Epist. 9, 15.
 VOLVCRA, æt. f. Columel. de Arboribus c. 13 Genus est animalis, volucra appellatur: id fere prærodit teneros adhuc pampinos et vuas. Inuolucrum et Conuoluulum quidam vocant. *it. Inuoluulum, v. v. it. VOLVOX.*
 VOLVMEN, *vid. VOLVO.*
 VOLVMNIA, gens Romæ. Antiquissimam indicat Volumnia Vxor Coriolani Liu. 2, 40.
 VOLVNTAS, *vid. VOLO.*
 VOLVO, volui, volutum, Ære. [*δίωω, κολύδω*] Motum circulem, talem certe, qui est corporum circularibus lineis circumscriptorum, significat: a qua tamen proprietate sæpe receditur. Plin. 19, 42 Pampinato semper orbe se voluens. Quam citatissime voluere Quincil. 1, 1. In caput volui, Praecipitari Virg. Aen. 1, 120. In præceps volui Ouid. Met. 2, 320. Ante pedes alicuius volui, Prosterne Propert. 3, 8, 12. Aut Aqua non feruens voluatur fauce sonora, Nec tamen in stomachum descendat gutta patentem Sammon. v. 276. Annis præceps voluitur per deuia Sil. 17, 124. Annus voluitur in se Virg. Georg. 2, 402. Equi semianimes voluuntur Idem Aen. 11, 635. Flammeæ voluuntur per culmina Virg. Aen. 4, 671. Ignem voluere sub naribus Idem Georg. 3, 85. de Equo, cum flatu et anhelitu calido indicat magnimitatem suam. Ignis voluitur summa ad fastigia Idem Aen. 2, 759. Incendia voluunt aestus Virg. Aen. 2, 706. Lacrimæ voluuntur inanes, Frustra cadunt Idem Aen. 4, 449. Aut acidi Latices clauso voluuntur in ore Sammon. v. 235. Cic. de Clar. Orat. 198. Voluendi enim sunt Libri cum aliorum, tum in primis Catonis, cum respectu ad Volumina. Mare venti voluunt Virg. Aen. 3, 196. Oculos per singula voluit Idem Aen. 8, 618. Orbem voluere Liu. 4, 28. Vid. ORBIS. Pulsis voluitur ad muros Virg. Aen. 11, 876. Saxum ingens voluit aliis Idem ibid. 6, 616. Satis diu hoc iam saxum voluo Ter. Eun. 5, 9, 55. Conf. Cic. Tusc. 1 c. 5. Saxa voluebant infesto pondere Virg. Aen. 9, 512. Vices voluere, *vid. mox n. 2.* Dicitur de verbis celeriter prolatis. ut, Quam citatissime voluere Versus affectatæ difficultatis Quincil. 1, 1 extr. Facile soluteque verbis voluere sententias Cic. de Clar. Orat. 279. Idem de Orat. 3, 179 c. 47 Longissima est igitur complexio verborum, quæ volui vno spiritu potest. Voluere, Cogitare, versare animo. Virg. Aen. 1, 309 At pius Aeneas per noctem plurima voluens. Sic Sall. Cat. 32 et 41. Casus voluere Virg. Aen. 1, 13. Curas multiplices animo voluebat Catul. 62 (65) 250. Fluctus curarum voluere in pectore Lucret. 6, 33. Liu. 26, 7 Multa secum voluens. Iras in pectore voluere Liu. 35, 18. Voluere cum animo Sallust. in Iugurth. c. 108. ¶ 2 Parcarum opus est Voluere, et Euoluere: Virg. Aen. 1, 22 Sic voluere Parcas. Stat. Silu. 1, 4 pr. Estis io Superi, nec inexorabile Parca Voluit opus. Euoluere, *vid. f. l.* Sed etiam de Ioue Virg. Aen. 3, 376 Sic fata Deum rex Sortitur, voluitque vices: is vertitur ordo. Respicitur ad fusum, qui in orbem vertitur, et sic voluitur.
 VOLVENS, entis. Partic. [*δίωων*] Voluentes hostilia Cadavera Sallust. Cat. extr. i. vertentes. Oculos huc illuc voluens Virg. Aen. 4, 363. Sensus varios voluens Valer. Argon. 7, 196. Multa secum ipse voluens Sall. Catil. c. 32. Add. Ibid. c. 41. Verba celeriter sane voluens Cic. de Clar. Orat. 240 c. 70. ¶ 2 Intransit. Plaustra voluentia, Volubilia Virg. Georg. 1, 163. Seruius. Virg. Aen. 1, 238 Certe hinc Romanos olim voluentibus annis. Hic est Participium pro nomine. Voluens enim est qui voluit: Volubilis autem qui voluitur. Anni autem voluuntur, non voluunt. Ut est Georg. 2, 402 Atque in se sua per vestigia voluitur annus. Seruius.
 VOLVENDVS, a, um. Aliud Partic. [*δίωόμενος*] Virg. Aen. 1, 90 273 Triginta magnos voluendis mensibus orbes Imperio explebit. i. Volubilibus. Idem Aen. 9, 7 Voluenda dies en attulit vltro. Seruius.
 VOLVTVS, a, um. Item Partic. [*κεκλυμένος*] Ut, Annis per saxa volutus Virg. Georg. 3, 521. Fluctus volutus ad terras Idem ibid. 5, 238. Lacrimæ per ora volutæ Virg. Aen. 10, 790.
 VOLVTVS, ùs. m. Apul. Florid. 2 p. 17 Dedit volatus auibus, volutus serpentibus.
 VOLVTIM, Adu. Non. 1, 12 Tolutum dicitur quasi volutum vel volubiler.
 VOLVTINA, æt. f. Dea, quam inter agrorum Deas perfecerunt involumentis folliculorum. Vid. August. de Ciu. Dei 4, 8.
 VOLVTO, Ære. Frequent. [*δίωωω*] Columel. 7, 9 de porcis, Ut paludem rimentur, effodiantque lumbricos, atque in luto volutentur, quod est huic pecori gratissimum. Volutare se supra rem aliquam

- Plin. 8, 37. Cic. in Somn. Scip. 22 Namque eorum animi, qui se corporis voluptatibus dedidere, earumque se quasi ministros praebuerunt, impulsuque libidinum voluptatibus obedientium deorum et hominum iura violatere, corporibus elapsi, circum terram ipsam volutantur, nec hunc in locum nisi multis exagitati saeculis reuertuntur. Cic. de Arusp. Resp. 59 Quis vnquam nepos tam libere est cum scortis, quam hic, cum fororibus volutatus? Auctor ad Herenn. 4, 20 c. 13. Non denique in omni dedecore volutatus es? Cic. Verr. 4, 53 c. 24 Nam nos quidem qui facimus in Verre (porco, apro) quem in luto volutatum totius corporis vestigiis inuenimus? In stupris volutatur, per translationem: *h. e. Veluti sus luto, ita stupris delectatur.* Cic. de Arusp. Resp. 42. Idem Fam. 9, 3 Laborandum est, ne quum omnes in omni genere et scelerum, et flagitiorum volutentur, nostra nobiscum; aut inter nos cessatio vituperetur. *Proprie velut ad colluctationem Veneream refertur.* Iustin. 12 extr. de Alexand. o magno, Qua nocte cum mater Olympias concepit, visa per quietem est cum ingenti serpente volutari, nec Dei decepta somnio est. Nam profecto maius humana mortalitate vtero opus tulit. Plin. 35, 11 f. 40 n. 33 Clefides innotuit reginae Stratonices iniuria. Nullo enim honore exceptus ab ea, pinxit volutantem cum piscatore, quem reginam amare sermo erat. Volutari vel Voluptuari huic verbo substituerunt librarii, ubi vid. post VOLVPTAS. Quinctil. Decl. 177 extr. Ultra commune flagitium est praegnans adultera. aliqua hoc tempore, quo saluo pudore a marito secubaret, cum adultero volutata est. Cic. in Sallust. 3 c. 1 Itaque nihil aliud studet nisi vt lutulentus sus cum quonvis volutari. Sed etiam de re honestissima: In veteribus scriptis studiose volutari Cic. de Orat. 3, 36. Vid. mox Volutatus, a, um. In animo volutare Liu. 28, 18. In secreto cum amicis aliquid volutare Liu. 34, 36. Cum tristi corde volutat haec Virg. Aen. 6, 185. Secum animo aliquid volutare Liu. 40, 8. Add. Idem 28, 18. Secum volutare aliquid Virg. Ecl. 9, 37. Mente quaedam volutat Lucret. 3, 241. Animum cogitationibus volutare Liu. 9, 17. Dolos dirumque volutat corde nefas Valer. Argon. 2, 568. Vocem volutant per atria, Iactant clamores laetitiae indices Virg. Aen. 1, 729. Passivae. Inter mala plurima volutari Sen. de Vit. Be. c. 24. consiliari. Obs. pro volutare nonnunquam in MSS. reperire licet voluptare: vid. Cort. ad Declam. in Sallust. 3. Et quae ad Gell. 12, 4 obseruamus. vid. VOLVPTAS.
- VOLVPTANS**, antis. Partic. Virg. Aen. 3, 607 Genua amplexus genibusque volutans Haerebat. Talia secum corde volutans Id. Aen. 1, 54.
- VOLVPTATVS**, a, um. Partic. [κένυλισμένος] Cic. Qu. Frat. 2, 13 Itaque ad Callisthenem et Philistum redeo, in quibus te video volutatum. *h. e. Cum labore versatum.*
- VOLVPTATVS**, ūs. m. [κύνιδωμα] Plin. 10, 4 Multum puluerem volutatu collectum, insidens cornibus excutit in oculos. Vid. Apul. de Asin. 4 p. 144.
- VOLVPTATIO**, ōnis. f. [κύνισμα] Plin. 8, 51 In luto volutatio generi grata. de suis loquitur. Vid. HAPHE. Plin. 10, 75 Solidipedum volutatio propria. Cic. in Pison. 83 An vero tu parum putas investigatas esse a nobis labe imperii tui stragesque provinciae? quas quidem nos non vestigiis odorantes ingressus tuos, sed totis volutationibus corporis, et cubilibus persecuti sumus. Taedium et displicentia sui, et nusquam residentis Animi volutatio Senec. de Tranquill. Animae c. 2. Add. Idem de Prouid. c. 6. Plin. 8, 21. et 14, 22. et 17, 23.
- VOLVPTATIM**. Adu. [κύνιδόν] Plaut. Milit. 2, 5, 40 Volutatim domum te rapiam. Sed Gronou. Nisi voluntate ibis.
- VOLVPTABVNDVS**, a, um. Cic. apud Non. 8, 64 Libidinoso, et volutabundo in voluptatibus.
- VOLVPTABRVM**, i. n. [κύνισμα] Locus, ubi sues volutantur. Virg. Georg. 3, 411 Saepe volutabris puifos siluestribus apros Latratu turbabis agens. Qui proni in terram viuunt, actus carnis in volutabro luti temperant P. Chryfolog. Sermon. 2. Conf. Saluian. contra Auar. 1 p. 37. Solin. c. 11. Sidon. Epist. 7, 9. Cassian. 14, 17 Aut coenosis libidinum suarum volutabris polluat.
- VOLVIBILIS**, e. Adi. [εὐσφόρος, εὐδίνητος] Quod facile voluitur. Cic. de Vniuers. 18 c. 6 Deinde animum circumdedit corpore, et vestiuit extrinsecus, caeloque foliugo et volubili, et in orbem incitato complexus est. Annis volubilis Hor. Epist. 1, 2, 43. Cic. de Nat. Deor. 1, 46 Neque vero mundum ipsum animo et sensibus praeditum, rotundum, ardentem, volubilem Deum, portenta et miracula non differentium Philosophorum sed somniantium. Cic. pro Milon. 70 Vide quam sit varia vitae commutabilisque ratio, quam vaga, volubilisque fortuna. Passibus ambiguis Fortuna volubilis errat, Et manet in nullo certa tenaxque loco Ouid. Trist. 5, 8, 15. Homo volubilis quadam praecipiti celeritate dicendi Cic. pro Flacc. 48 c. 20. Malum volubile, Pomum rotundum Ouid. Epist. 20, 209. Nexu volubiles Ouid. Met. 3, 41. Orator canorus et volubilis Cic. de Clar. Orat. 105. Sol Prud. Cathem. Praef. v. 3. Tempus Corn. Gall. Eleg. 1, 109.
- VOLVIBILITAS**, atis. f. [τὸ εὐσφόρον] Cic. de Nat. Deor. 2, 49 c. 19 Ex vtraque re et mundi volubilitas, quae nisi in globosa forma esse non posset, etc. Idem de Fato 43 Vt igitur, inquit, qui protrudit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit. Fracta volubilitas capitis latissima, Rotunditas capitis Ouid. Met. 12, 434. Rotundauit Deus caelum ad volubilitatem Cic. de Vniuers. 31 c. 10. Idem de Diuin. 2, 15 c. 6 Quo modo ergo id quod temere fit, caeco casu et volubilitate fortunae, praesentiri et praedici potest? Linguae volubilitas Cic. pro Planc. 62 c. 25. Graeci Linguae volubilitate plurimum valent Val. Max. 2, 2, 2. Cic. de Orat. 1, 53 Est enim et scientia comprehendenda rerum plurimarum, sine qua verborum volubilitas inanis atque irridenda est. Quinctil. 11, 3, 52 Nec volubilitate nimia confundenda quae dicimus. Idem 10, 1, 8 Vim orandi, non circulatoriam volubilitatem spectantibus.
- VOLVIBILITER**. Adu. [εὐσφόρος] Cic. in Orat. 210 c. 62 Saepe etiam in amplificanda re concessu omnium funditur numerose et volubiliter oratio.
- VOLVMEN**, inis. n. [ἄλμα, τεύχος] a Voluendo dictum videtur, et rotundum quid, vel sinuosum certe significasse, quod voluitur vel volui potest. Mature tamen sedem velut fixit in duabus potissimum rebus, in cylindris illis [κύνιδος a κύνω voluo] chartarum conuolutarum, qui a materia antiquissima etiam libri dicuntur: et in curuaturis serpentum. De illo prius. Ouid. Trist. 1, 1, 117 Sunt quoque mutatae ter quinque voluina formae, quindecim libri Metamorphoseon. Plin. Epist.

Epist. 3, 5, 5 Libri tres in sex volumina propter amplitudinem diuisi. Libri tres ab argumenti diuisione, et consilio auctoris: volumina sex a multitudine versuum, qui non poterant in pauciores chartas conferri. Ordinarie autem libri et volumina res eadem, cum ad voluminis modum se scriptores accommodarent. Hinc Lactant. 3, 42 extr. At ego multis argumentis probare possem, nullo modo fieri posse, ut caelum terra sit inferius; nisi et liber iam concludendus esset, et adhuc aliqua restarent, quae magis sunt praesenti operi necessaria. Et quoniam singulorum errores percurrere non est vnus libri opus; satis fit pauca enumerasse, e quibus possit, qualia sint caetera, intelligi. Excusatio similis illi, qua causantur, qui epistolam finire volunt, se spatio excludi. Vlpian. l. 52 D. de Legat. III. Librorum appellatione continentur omnia volumina, siue in charta, siue in membrana sint, siue in quauis alia materia: sed et si in philyra, aut in tilia, (vt nonnulli conficiunt) aut in quo alio corio, idem erit dicendum §. 1 Si cui centum libri sint legati, centum volumina ei dabimus, non centum quae quis ingenio suo metitus est, cui ad libri scripturam sufficerent: vt puta cum haberet Homerum totum in vno volumine: non quadraginta octo libros computamus: sed vnum Homeri volumen pro libro accipiendum est. Potest ergo secundum haec vnus liber esse in plura volumina sparsus: potest vnum volumen libros plures complecti. Res vix multis voluminibus explicandae Vell. 2, 46, 1. Auctor ad Herenn. 1, 27 Nunc quoniam satis huius voluminis magnitudo creuit, commodius in altero libro de caeteris rebus deinceps exponere. Ordinarie vero, vt indicauius, librorum idem est, qui voluminum numerus, Plin. 7, 29 Haec est regio secundo volumine a nobis significata. Cic. Tusc. 3, 6 Quoniam duobus superioribus de morte et dolore dictum est, tertius dies disputationis hoc tertium volumen efficiet. Idem Att. 9, 10 Nam quum ad hunc locum venissem, euolui volumen epistolarum tuarum, quod ego sub signo habeo, seruoque diligentissime. Cic. Fam. 16, 17 Video quid agas: tuas quoque epistolas vis referam in volumina. Annosa volumina vatum Hor. Epist. 2, 1, 26. Lintea volumina, vid. LINTEVS, in LINTEVM. Plenum volumen querelae iniquissimae Cic. Fam. 3, 7. Idem ibid. 9, 16 Audio Caesarem, quum volumina iam confecerat ἀποφθεγμάτων. Cic. pro Rosc. Amer. 100 Veniat modo, explicet suum volumen illud, quod ei planum facere possum Erucium conscripsisse. Idem de Diuin. 2, 115 Tuis enim oraculis Chrysiippus totum volumen impleuit, partim falsis, vt ego opinor, partim casu veris, vt fit in omni oratione sapientissime. Peragere volumina, vid. PERAGO. § 2 40

Sinus et flexus serpentum, cum locum mutant volumina vocantur. Prostratus Apolline Python Implicuit fractis moritura volumina filuis Claud. Consul Honor. 4, 535. Sinuant terga volumine angues Virg. Aen. 2, 208. b. e. Inuolutione colligunt in sinus seu annulos atque spiras, et curuant. Trahere volumina dicuntur angues Virg. Aen. 5, 85. 45

Versat sinuosa volumina serpens Idem ibid. 11, 753. Sil. 13, 644 de Angue, Ingenti traxit curuata volumina gyro. § 3 Sed tamen etiam aliarum rerum est. Ouid. Met. 2, 71 Adde, quod assidua rapitur vertigine caelum, Sideraque alta trahit, celerique volumine torquet, i. reuolutione. De eadem re Apul. de Mundo p. 57, 22 50

Sed cum omne caelum ita reuoluatur, vt Sphaera, eam tamen radicibus oportet teneri, quas diuina machinatio verticibus affixit, vt in torquendo artifex solet forcipe materiam comprehensam reciproco volumine rotundare. Volumen est hic etiam ipsa reuolutio et circumactus. Idem Met. 5 p. 169, 33 Sed mitis fluminis — eam innoxio volumine super ripam florentem herbis expoluit. Motum lubricum et facilem vnd. rum indicat. Sic de nubibus, Stat Theb. 1, 351 Plurimum auster Inglomerat noctem et tenebrosa volumina torquet. De fumo Corruit igne rogos, nigrique volumina fumi. Infecere diem Ouid. Met. 13, 601. Conf. Lucan. 3, 505 Nigri spatiosa volumina fumi. 60

Sortis humanae volumina, pro Varietate Plin. 7, 45 pr. Manifesta allusione ad circumactum rotae vel Sphaerae, cui insistit, et Pallibus ambiguis Fortuna volubilis errat. Ad serpentum volumina et curuaturas pertinet illud Virg. Georg. 3, 192 de equo, Sinuetque alterna volumina crurum: eadem fere ratione vt Glomerandi verbo hic vtuntur. 65

Idem Virg. Aen. 5, 408 de caestibus Erycis, Vincolorum immensa volumina. Isid. Orig. 13, 8 Camerae sunt volumina introrsum respicientia etc. i. curuaturae, arcus. Volutas postea dixere, vnde Itolorum Volto, Gallorum Voute, etiam Germanicum wölsen, Gewölbe non abludivit. 70

VOLUMINOSVS, a, um. Adi. Sidon. Carm. 9, 76 Angues corporibus voluminosis.

VOLVOX, ois. m. [ἄψ] Vermis qui et Conuoluolus dicitur, et Inuoluolus, et Volucra, vt superius visum est. Plin. l. 17 versus fin. c. 28 f. 47 Alii voluocem appellant animal praerodens pubescentes vvas. 75

Vid. CONVOLVOLS.

VOLVPTAS, atis. f. [ἡδονή, ἡδοναία, φιληδία] Est laetitia ab opinione praesentis alicuius boni. Quid quid cum sensu suauitatis, et delectationis animum demulcet, Voluptas dicitur. Animi hilaris affectio Sen. Ep. 59. Ter. Heaut. 1, 2, 10 Voluptatem magnam nuntias. 80

Omnes iucundum motum quo sensus hilaretur, Graece ἡδονή, Latine voluptatem vocant Cic. de Finib. 2, 8 c. 3. Omne autem id, quo gaudemus, voluptas est: vt omne quo offendimur, dolor Cic. de Finib. 1, 37. Idem de Orat. 1, 197 Percipietis etiam illam ex cognitione iuris laetitiam et voluptatem. Dicendi voluptates Quinctil. 85

4, 3. Abdominis voluptas, vid. ABDOMEN. Cic. de Finib. 2, 9 Estne quaeso inquam sitienti in bibendo voluptas? Voluptas mea, Blandientis vox Plaut. Caf. 1, 48. § 2 Epitheta: Amoenissima voluptas, vid. AMOENVS. Communis voluptas Quinctil. 1, 10. Dia voluptas dux vitae Lucret. 2, 172. Di- 90

vina voluptas Lucret. 3, 28. Egregia Iuuen. Sat. 14, 256. Incredibilis Cic. Fam. 5, 7. Ineruditae voluptates Quinctil. 1, 12. Infatiabilis, vid. INSAFIABILIS. Iucunda Lucret. 2, 3. Levis autem voluptas non illa et fugax, et subinde reficienda, sed stabilis et certa Senec. Epist. 18. Liquida et libera, vid. LIQVOR, oris. 95

Liquida et pura Lucret. 3, 40. Mediocris Cic. pro Planc. 1. Miseranda Stat. Theb. 6, 72. Perpetua Cic. Fam. 3, 2. Pura Lucret. 4, 1069. Pura voluptas literarum Quinctil. 2, 18. Poëticae voluptates Idem 1, 1. Remissae sapientum voluptates, et modestae, ac paene languidae sunt, compressaeque et vix notabiles: vt quae neque accersitae veniant, nec quamuis per se accesserint, in honore sint, neque vilo gaudio percipientium exceptae. Miscent enim illas, et interponunt vitae, vt ludum iocunquae inter seria Seneca de Vita beata c. 12. Resupina voluptas, mollis, ignaua Quinctil. 5, 12. So- 100

bria ac sicca voluptas Seneca de Vita beata c. 12. Sincera est nulla 105

- voluptas Ouid. Met. 7, 453. Curae est Sua cuique voluptas Id. A. A. 1, 49. Conf. Virg. Ecl. 2, 95. Torua voluptas frontis et augusti maiestas grata pudoris Claud. quart. Conf. Hon. 51. Torua, seuera deus imperatorum et grauitatem seruans. Vera voluptas Lucret. 5, 1432. - Vina voluptas prati Claud. in Ruff. 1, 209. ¶ 3
- Verba: Accipere voluptatem, Adiungere voluptatem ad virtutem, Afferre voluptatem, Architectari voluptatem, Assumere voluptatem, Bacchari in voluptate, vid. hb. vv. Capere voluptatem cum muliere Plaut. Amph. Prol. 17a. Conf. Petron. 114. Capio voluptatem eius, pro De eo Plin. Epist. 2, 17. Capitur mihi mente voluptas Ouid. ex Pont. 4, 9, 37. Cic. de Legib. 1, 31 c. 11 Nam et voluptate Capiuntur omnes: quae etsi est illecebra turpitudinis, tamen habet quiddam simile naturalis boni, lenitate enim et suauitate delectat. Captare voluptatem, vid. CAPTO, in CAPIO. Carere voluptatibus, vid. CAREO. Commendat voluptates rarior vsus Iuuen. II extr. Condire voluptatibus Quinctil. 5, 14. Conquirere et comparare voluptates, Contrectare varias voluptates mente, vid. ff. II. Corrupta voluptas multo dolore Hor. Serm. 1, 2, 39. Creare voluptatem inimicis, Cumulatus voluptatibus, vid. hb. vv. Deliniri voluptate quadam praua Quinctil. 2, 5. Duci ad fidem voluptate, Induci ad credendum Idem 4, 2. Exclusa animo voluptas Stat. Silu. 3, 3, 106. Expleta voluptas, flendi Idem ibid. 2, 1, 15. Habere voluptatem Cic. Fam. 2, 9. Inclinare ad voluptatem audientium debemus Quinctil. 2, 10. Indulgere voluptati Idem 2, 17. Iniicere voluptatem, vid. INIICIO. Cic. de Finib. 5, 51 Quid cum fictas fabulas, e quibus utilitas nulla duci potest, cum voluptate Legimus? Locupletata voluptas in perfectione vitae, vid. LOCVS. Loqui ad voluptatem, vid. LOQVOR. Percipienda voluptas oculis Ouid. ex Pont. 4, 9, 38. Cic. de Clar. Orat. 188 c. 50 Delectatur audiens multitudo, et ducitur oratione, et quasi voluptate quadam Perfunditur. Permulcere aures assistentium prauis voluptatibus Quinctil. 2, 12. Permulceri voluptate laetissima, vid. PERMULCEO. Petere voluptatem audientium Quinctil. 5, 1. Satiata voluptas Stat. Theb. 6, 294. Sum: Cic. Fam. 1, 7 Quod mihi de filia, et de Craspede gratularis, agnosco humanitatem tuam, speroque, et opto, nobis hanc coniunctionem voluptati fore. Cic. de Finib. 1, 38 c. 11 His rebus instructus semper est in voluptate. Esse in voluptate et dolere, contraria Cic. Acad. 4, 21. Trahit sua quemque voluptas Virg. Ecl. 2, 95. ¶ 4 Saepe voluptas non media quadam significatione, de qua ad huc diximus, sed ita accipitur, ut simpliciter malum sit, et corruptiua quaedam inuitatrix malorum caeterorum. Cic. de Senect. 34 c. 13 Diuine enim Plato escam malorum voluptatem appellat, quod, etc. Pseudo-Plaut. Merc. 5, 3, 2 causam addit, Quod ea non minus homines, quam hamo capiantur pisces. Voluptas maxima est inimica virtuti, bonique naturam fallaciter imitando adulterat Cic. in Partit. 90 c. 25. Omnis voluptas honestati est contraria Cic. Off. 3, 119 c. 33. Idem de Senect. 39 c. 12 Nullam capitaliorem pestem quam voluptatem corporis hominibus a natura datam, cuius voluptatis auidae libidines temere et effrenate ad potiundum incitentur. Cic. de Legib. 1, 47. Ab ea quae penitus in omne sensu implicata infidet imitatrix boni, voluptas: malorum autem omnium mater. In voluptatis regno virtus non potest consistere Cic. de Senect. 40 c. 12. A voluptatibus, ministerii genus de quo n. s. Affectu voluptatum Tacit. Hist. 2, 62. Condimentum voluptatis, Ministeriae voluptatum, vid. hb. vv. Confusa voluptas amborum Ouid. Epist. 15, 49. Furtiua voluptas Idem Met. 4, 327. Cic. Off. 2, 2 c. 1 Nec me angoribus dedidi, quibus essem confectus, nisi his restitissim: nec rursus indignis homine docto voluptatibus. Irritata voluptas Ouid. de Arte Am. 2, 681. Libidinosa voluptas, vid. LIBIDO. Lucrosa voluptas Ouid. Amor. 1, 10, 35. Mutua voluptas Lucret. 4, 1195. Amplexari voluptatem, Auolat voluptas, Dedere se voluptatibus, Inhaerere voluptatibus, vid. hb. vv. Cic. Tusc. 5, 20 Xerxes praemium proposuit qui Inuenisset nouum voluptatem. Liquefcere voluptate, vid. b. v. Mollit blanda voluptas truces animos Ouid. de Arte Am. 2, 477. Nocet enim dolore voluptas Hor. Epist. 1, 2, 55. Perferre voluptatibus, vid. PERFERVO. Placet inconcessa voluptas Ouid. Amor. 3, 4, 31. Properata voluptas Idem Amor. 1, 4, 47. de coitu. Sic aliquoties Apuleius, Sperata voluptas Ouid. Met. 2, 862. Spernere voluptates Hor. Epist. 1, 2, 55. ¶ 5 A voluptatibus, nouum officium, instituit Tiberius, praeposito equite Rom. T. Caesonio Prisco Sueton. Tib. c. 42. Illustrat hoc officium ex lapidibus Burm. ad h. l. nec omittit cognatum, sed diuersum tamen munus Tribuni Voluptatum, de quo laudat Iac. Gothofredum ad l. ult. C. Th. de Scenicis, et Reines. ad Inscr. 20, 80. Cassiod. Epist. 6, 19. et 7, 10. Onuph. Panuin. de Lud. Circ. p. 82. Zimmerm. Annal. M. sc. Mens. 2 p. 108 seq. Nempe peculiariter Voluptas dicitur etiam de Spectaculis, Ludis et Certaminibus. Cic. pro Muraen. c. 35 Negat, Cato, iudicium hominum in magistratibus mandandis corrupti voluptatibus debere. Vid. totus locus. Delectationes vocat aliquoties Famil. 7, 1. Vid. Elmenh. Ind. Apuleianus. Treb. Pollio in Gallien. c. 10 Quae voluptates paratae sunt? qualis cras erit scena? Et Vopisc. in Aureliano c. 34 Datae sunt populo voluptates ludorum scenorum. Conf. Tertull. de Spectac. c. 14. Lactant. passim. ¶ 6 De carissimis. Mea sola et sera voluptas Virg. Aen. 8, 48. Mea voluptas, vox amantis ad amicam, ap. Plaut. Truc. 2, 4, 2. ¶ 7 Voluptas, dea: vid. Elmenh. ad Arnob. p. 158. Cic. de Nat. Deor. 2 c. 33.

VOLVPTARIVS, a, um. Adi. Quod voluptatem offert, vel cum hominis attributum est, qui voluptatibus deditus est. Plaut. Poen. 3, 2, 25 Liberum vt commonstrarem tibi locum et voluptarium. Mollis et voluptarius. Loca amoena, voluptaria Sallust. Catil. 11, 5. Cic. Tusc. 5, 88 Ordiamur ab eo si placet, quem mollem, quem voluptarium dicimus. Ipsi voluptarii deuerticula quaerunt, et virtutes habent in ore totos dies Idem Fin. 5 c. 25. Impensae rerum voluptariarum Caius in l. vtilis. D. de perit. her. Cic. de Fin. 1, 37 c. 11 Intelligaturque ea quae voluptaria, delicata, mollis, habeatur Disciplina, quam grauis, quam continens, quam seuera sit. Id. de Orat. 3, 59 Tum ab Aristippo, quem illae magis voluptariae Disputationes delectarant. Idem Tusc. 2, 18 Ego a te non postulo, vt dolorem eisdem verbis afficias, quibus Epicurus voluptatem, Homo, vt scis, voluptarius. Plaut. Men. 2, 1, 34 Voluptarii atque potiores maximi. Cic. in Pison. 42 c. 18 Atque hoc quidem etiam isti tui dicunt voluptarii Graeci, i. Voluptatis assertores, quales erant Epicurei. Insignia maxime voluptarium fit attingisse Plin. 34, 7. al. voluptarium. Cic. Att. 12, 25 Voluptarias enim Possessiones nolet Silius.

Silius. Praedium voluptarium Vlpian. in l. Si cuius rei. §. fructuarius. D. de usufr. Secta voluptaria Seneca de Vita beata, cap. vlt. Cic. de Orat. 3, 97 Quin etiam gustatus, qui est Sensus ex omnibus maxime voluptarius, quique dulcedine praeter ceteros sensus commouetur.

VOLVPTARIE. Adu. Idem. Apul. Miles. 3 p. 138 Transactis voluptarie paucis noctibus.

VOLVPTABILIS, e. Adi. [*ἡδύς*] Gratus, voluptuosus. Plaut. Epid. 1, 1, 19 Voluptabilem mihi tuo aduentu attulisti nuntium. Otium Ammian. 31, 2.

VOLVPTIFICVS, a, um. Apul. Florid. 2 p. 17 Iouis stella benedicta, Veneris Voluptifica.

VOLVPTVARIVS, a, um. Idem, quod Voluptarius. Capitol. in Vero c. 2 Fuit voluptuarius et nimis laetus. Veneris voluptuariae filius Mart. Capell. 2.

VOLVPTVOSVS, a, um. Adi. [*ἡδυσμένος*] Vt, Voluptuarius. Plin. Epist. 3, 19, 2 Voluptuosum esse vtraque opera eodem viatico inuisere. conf. Quinct. Declam. 260. Superl. Sidon. Epist. 2, 9 Voluptuosissimum tempus exegi. Add. Idem ibid. 4, 11. Cellar. Cur. Post. p. 128.

VOLVPTVOSSE. Adu. Sidon. Epist. 5, 20 Ad patriae solum et praeter occasionem voluptuose venit. Paruo tempore aliquantum super iis laetaris, et abuti eis voluptuosius delectaris Ambros. Serm. 81 p. 376 Frob. Add. 2, 10. et 7, 13. Compar. Idem 1, 9 Voluptuosius relegendis versibus immorabere.

VOLVPTVOR, vel VOLVPTOR, ari. Voluptate fruor. Apul. Miles. 7 p. 219, 26 Quanto me felicior Daphne vicina, quae inero et prandio matutino satiata cura suis adulteris voluptatur. Hanc lectionem tuetur ex MSS. Coluius p. 292 et tribuit etiam Quinctiliano Decl. 3, 13 extr. Tribunus inter scorta voluptabitur. Sed volutabitur Burm. quod etiam defendit ad Petron. c. 79. Volutatur apud Apuleium Pricaes p. 488, 12. Nondum ergo certus Auctor est huic verbo, quod peperisse videtur libroriorum iudicium.

VOLVPE vel VOLVPE. [*ἡδός*] Delectabile. Plaut. Cas. 4, 2, 5 Facite animo vestro volup. al. Volupe. Ter. Phorm. 4, 3, 5 Venire saluum volupe est. Plaut. Afin. extr. Hic senex si quid clam uxorem suo animo fecit volup: quam lectionem, et carminis ratio, et auctoritas Nonii 2, 905. et bonae editiones confirmant. Etiam Ennio tribuitur, ab his, qui Gell. 12, 4 legunt, Quicum multa volup, ac gaudia clamque palamque. Sed al. voluptas, gaudia etc. Optima sorte lectio volutat gaudia. Librarij dederant more suo, Voluptat.

VOLVPIA, ae. f. Dea, voluptates hominibus afferens August. de Ciu. Dei 4, 8.

VOLVSIVS, i. m. [*Ὀυόλασιος*] Poëta Patauinus, qui Ennium secutus, rerum gestarum Populi Romani annales carmine scripsit. Catullus 36

Annales Volusi, cacata charta

At vos interea venite in ignem

Pleni ruris et inficetiarum

Annales Volusi; cacata charta.

Idem de Smyrna Cinnae Poëtae f. 92, 7

At Volusi Annales Paduam morientur ad ipsam,

Et laxas scombris saepe dabunt tunicas.

VOLVTA, ae. f. [*ῥολή*] Ornamentum architectonicum capituli columnarum Ionici ordinis, quod spiralis linea utcumque designat. Vitruv. 1, 2 Veneri, Florae, Proserpinae, fontium nymphis, aedes Corinthio genere constitutae aptas videbuntur habere proprietates, quod his propter tenebritatem, graciliora et florida, foliisque et volutis ornata opera facta, augere videbuntur iustum decorem. Descriptio qualiscunque est Vitr. 3, 3. Sed amissam designationem restituit Goldmannus, cuius libellus adiectus est Vitruvio Laeti.

VOLVTABRVM, VOLVTATIM, VOLVTO, vid. VOLVO.

VOLVTARE, is. n. Vas, quo aliquid voluitur ad abluendum: Laudatur Apic. 8, 7 Porcellum in volutari perfundes et inferes. Sed Boletari Humelberg. et Lister. non annotata varietate.

V O M

VOMANVS, i. m. Fluvius Piceni. Plin. 3, 13. Sil. 8, 438 Statque humectata Vomano Adria.

VOMER, eris. m. Vid. VOMO.

VOMICA, ae. f. [*ἀπόστημα ἐσωθεν*] Tumor excrescens praeter naturam saniem frequenter emittens, verbo Vlcus. Cic. de Nat. Deor. 3, 70 c. 28. Nec prodesse Phraeo Iasoni voluit, is qui gladio vomica eius aperuit, quam sanare medici non poterant. Plin. 20, 12 Petrofelinon praecipuum ad vomicas. Putres vomicae Iuven. Sat. 13, 95.

Vitium vomicae Suet. de Cl. Rhet. c. 6. Aperire vomicas Scribon. 264. Discutere, Ibid. Erumpit vomica Cels. 2, 8.

Excitat vomicas dolor Idem 2, 7. Factae partibus vomicae Scribon. 106. Laborare vomica Cels. 4, 8. Oritur vomica Idem 2, 6. Rumpere vomica Id. 2, 8. Suspectae aut iam factae

Scrib. 265. Cels. 2, 8 Quod si ne rupta quidem vomica, vel pure extrinsecus emissio febris quieuit. Idem de interiore suppuratione loquens, 3, vlt. Omnis tunc vomicae finis est, vt rumpatur, indiciumque est pus vel aluo vel ore redditum. Emissarium vomicae Scrib. 229.

Vomica non infestive Plautus vocat Crumenam plenam argenti, Perf. 2, 5, 11 Quid hoc quod in collo tibi tumet? SA. vomica est: prestare parce.

¶ 2 Transfertur ad alia: Est in auri argenticque venis vomica liquoris aeterni argentum viuum Plin. 33, 6. Vomica, Concaua loca vetustate exesa. Lucil. 29 Tyroneo et non mortifero adfectus vomica et vulnere. Haec Non. 2, 902. Sed vid. leg.

Chirononeo vulnere et vomica. Sic propriam notionem retinuerit. Vid. CHIRON, CHIRONION. Quinct. 8, 6 Non enim si Cicero recte sentinam Reipubl. dixit, foeditatem hominum significans, idcirco probem illum quoque veteris oratoris, Perfecisti Reipubl. vomicas.

August. ap. Suet. c. 65 Tres vomicas tria carcinoma sua appellabat Iulias duas filiam et neptem, et Agrippam.

VOMICVS, a, um. Adi. Senec. Controu. 2, 12 p. 194 Fabianus Maximus primus foro Romano hunc vomicum morbum, quo nunc laborat, intulit. De eloquentia corrupta. Varia tentant viri docti. Sed forte nihil melius, quam putare esse idem quod vomicosus.

VOMICOSVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Acut. 2, 17 Empyici, id est, vomicosi. conf. Veget. 1, 37.

VOMO, ui, itum, ere. [*ἐμῶν, ἐξερνώγομαι*] Eicere: proprie de cibis dicitur, et superiore ex parte. Cic. pro Deiot. 21 c. 7 Quum, inquit, vomere post coenam velle te dixisses, in balneum te ducere co-

- perunt. Vomunt, vt edant; edunt, vt vomant: et epulas, quas toto orbe conquirunt, nec concoquere dignantur Sen. ad Helu. c. 9 *sub fin.*
 Cic. in Pison. 23 Aliquod Lapitharum aut centaurorum conuiuium ferebatur: in quo nemo potest dicere, vtrum iste plus Biberit, an vomerit, an effuderit. Idem Philipp. 2, 63 c. 25 Tantum vini in Hippiae nuptiis exhauseras, vt tibi necesse esset in Pop. Rom. conspectu vomere postridie. Idem de Finib. 2, 23 c. 8 Nolim enim mihi fingere Afotos, vt soletis, qui in mensam vomant, et qui de conuiuiis auferantur. Animam ille vomit purpuream Virg. Aen. 9, 349.
- 10 Flammas ore vomit Cacus Ouid. Fast. 1, 572. Petron. 62 De quo cum imprudens gustasset paene Intestina sua vomuit. Fluctus vomit ac resorbet Scylla Ouid. Epist. 12, 125. Vitam vomere Lucret. 6, 828. Cic. Philipp. 2, 63 Is vomens frustis esculentis vinum redolentibus totum tribunal impleuit. Fumum vomens stupa Virg. Aen. 5, 682. Vomens calidum de pectore Flumen Idem ib. 9, 414. Ignis ore vomens Idem ibid. 8, 199. *conf. ib. v. 259 et 620.* Passiu. Plin. 10, 67 Salamandrae ore sanies lactea vomitur. *Imperfonale* Cic. Philipp. 2, 144 c. 41 *pr.* Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur.
- 20 **VOMENS**, entis. Partic. *Praeter superiora*, Varro ap. Non. 1, 221 Nubes aquali frigido velo leues
 Caeli caeuernas aureas subduxerant
 Aquam vomentes inferam mortalibus.
- VOMITO**, are. Frequent. [*ἐμέτω*] Colum. 7, 10 Quam quum pecudes biberunt, nausea correptae vomitant, atque expurgantur. *Et* Suet. Vitell. c. 13.
- VOMITANS**, antis. Partic. Senec. Epist. 18 Hoc multo fortius est, ebrio ac vomitante populo, etc.
- VOMITVS**, a, um. Cael. Aurel. Acut. 3, 20 Egestio vomitorum
 30 spumosa. *Vid. Barth. Adu.* 39, 1.
- VOMITVS**, us. m. [*ἐμετος, ἐξέμευμα*] *Vt*, Araneostus vomitus, *vid. ARANEA.* Varius vomitus Cels. 2, 6. *conf. Idem* 1, 3. Cohibere Plin. 20, 17. Concitare Idem 24, 18. Concitat frequenter vomitus Doruonion Scribon. 191. Creare Plin. 9, 48.
- 35 Infusam aquam vomitu Egerere Curt. 7, 5, 8. Extrahere vomitum Cels. 2, 8. Facere Plin. 13, 25. Factus per se vomitus Scribon. 108. Ab oleo vel ab aqua malsa Id. 184. Inhibere Plin. 12, 15. Inuitare Idem 22, 14. et 12, 24. Mouere Idem 33, 8. et 22, 25. Repetere Id. 4, 4. Sistere Id. 20, 14. et 20.
- 40 *Supprimere* Id. 4, 5. ¶ 2 *Conuicium in hominem foedum ap. Plaut. Most. 3, 1, 120. Add. Lucil. ap. Non. 1, 1.*
- VOMITIO**, onis. f. *Idem.* [*ἐμεσις*] Cic. de Nat. Deor. 2, 126 c. 50 Quid ea quae nuper, id est paucis ante saeculis medicorum ingenii reperta sunt, vomitione canes, purgante autem, etc. Rara vomitione Mederi sibi Plin. 28, 4. Reddere vomitione Id. 32, 3. Inimicae oculis vomitiones, *vid. INIMICVS.* Ciere Plin. 21, 20. Concitare vomitiones Idem 24, 18.
- VOMITIVM**, i. n. *Laudatur* Mart. Capella 2 p. 25 Nausea et vomitio laborare. *Grotianae editionis haec pagina nihil tale habet.*
- 50 **VOMITOR**, oris. m. [*ἐμετός*] Plin. 23, 1 f. 24 Non expedire vomitoribus, sicut neque mustum, neque sapa, neque passum *Harduin. legit Vomitionibus.* Ieiuni vomitores Senec. Epist. 88 p. 387.
- VOMITORIVS**, a, um. Adi. [*ἐμετικός*] *Quod vim vomitum faciendi habet.* Plin. 21, 19 Hunc stomacho inutilem, et ideo vomitorium. *conf. Apul. de Herb. c. 55.* ¶ 2 Vomitoria in spectaculis dicimus, vnde homines glomeratim ingredientes in sedilia se fundunt Macrob. Saturn. 6, 4. *conf. Lips. de Amphith. p. 31.*
- 55 **VOMAX**, acis. *Frequenter vomens.* Compar. Sidon. Epist. 8, 3 Anus, qua nihil litigiosus, bibacius, vomacius.
- 60 **VOMIFICVS**, a, um. Adi. *Vt*, Vomificum medicamen Cael. Aurel. Acut. 3, 4. Succus vomificus Apul. de Herb. c. 108.
- VOMIFLVVS**, a, um. *Vt*, Passio vomiflua Cael. Aurel. Tard. 2, 14.
- VOMER**, vel **VOMIS**, eris. n. [*ὄμις*] *Ferrum in aratro quod li-*
 65 *ras facit et sulcos* Plin. 17, 18 Vomerum plura genera. Culter vocatur praedensam, prius quam profcindatur, terram secans, futurisque sulcis vestigia praescribens incifuris, quas resupinus in arando mordeat vomer. Alterum genus est vulgare, rostrati vt vestis. Tertium in solo facili, nec toto porrectum dentali, sed exigua cuspide in rostro.
- 70 Virg. Georg. 1, 46 Depressio incipiat iam tum mihi taurus aratro Ingemere, et sulco attritus splendescere vomer. *Vbi Seru. Lucret. 1, 315 Occulto decreuit vomer in aruo, deteritur.* Virg. Georg. 1, 162 Vomis et inflexi primum graue robur aratri. *conf. Cato R. R. c. 10 et 135.* Colum. 2, 4 et 10. Saucia vomeribus tellus Ouid. Met. 1, 102. Aduncus Idem Fast. 4, 927. Curuus Id. Amor. 3, 8, 39. Duro fumans sub vomere taurus Virg. Georg. 3, 515. Ferreus Lucret. 1, 315. Laureatus, *vid. LAVRVS.* Obtusi vomeris dentem procudere Virg. Georg. 1, 262. Rigidi vomeris iclu versatur tellus Claud. de Rapt. Proserp. 1, 196. Vnci vomeris patiens
- 80 tellus Virg. Georg. 2, 223. Cic. Philipp. 2, 102 c. 40 Cuius quidem vomere portam Capuae paene perstrinxisti, vt, etc. *Metaphor. Pro Membro virili posuit* Lucret. 4, 1267 Eicit enim sulci recta ratione viaque Vomerem.

V O P

- 5 **VOPISCVS**, i. m. *Dicitur* Non. 19, 3 Qui ex duobus conceptis, vno abortu excluso, ad partum legitimum deducitur. Plin. 7, 10 Vopiscos appellabant e geminis, qui retenti vtero nascerentur, altero interemto abortu. Namque maxima, etsi rara, circa hoc miracula existunt. Epitome de nominum rat. *sub* Val. Maximo, Vopiscus, qui in vtero matris geminus conceptus, altero abortu eiecto, incolumis editus erat.

V O R

- 5 **VORANVS**, i. m. [*ὄρανος*] *Q. Lucretii furacissimus libertus.* *Vid. EXCHALCIO.*
- VORO**, are. [*τενδεύω, καταφύγω*] *Cibum non confectum glutire: deinde metaphoricè celeriter absumere.* Cic. de Nat. Deor. 2, 122 c. 47 Alia vorant, alia mandunt. Plaga vorat medullas Senec. Hippol. 1 v. 281. Rapidus vortex vorat Virg. Aen. 1, 121. Cum sit horridius verbum vorare, tamen et in mollibus ponitur Plin. Valer. 2, 25. Sammonic. v. 325, et saepius simpliciter pro glutire ponit. *Metaphor. Plaut. Truc. 1, 1, 22 Interim ille hamum vorat. de amatore capto.* Cic. Att. 4, 15 Nos hic voramus literas eum homine mirifico (ita mehercule sentio)

fentio) Dionysio. Viam vorare *molestiam itineris deuorare*. Catul. ad Libel. f. 35, 7.

VORANS, antis. Partic. *Vt*, Vorans Charybdis Propert. 2, 26, 53.

VORĀTVS, a, um. *Vt*, Musca vorata Martial. 5, 18. Viscera vorata et mansa Arnob. 7 p. 249.

VORĀTVS, us. m. Esca, facili sed mansa voratu Strabo Gall. *de peponibus*.

VORATIO, ōnis. f. [*ῥέειν*] Catullus ad Portium et Socrionem f. 45 (48) 7 — Mei sodales Quaerunt in triuio vorationes. *Sed melius alii legunt Vocationes, ad conuiuium.*

VORĀTOR, ōris. m. Hieron. adu. Iouian. 2, 11 Vorator et potator vini. *conf.* Tertull. de Ieiun. c. 2. *et de Monog.* c. 8. Cetus, Prophetæ [*Ionæ*] innocuus vorator Paullin. Nol. Epist. 49, 10.

VORĀGO, ōnis. f. [*βόραθρον*] Barathrum, quod in eam cadentia non emergunt, sed quasi absorbentur. Cic. de Diuin. 1, 73 c. 33 Qui quum per agrum Leontinum iter faciens, equum ipse demississet in flumen, summerfus equus voraginibus non exstitit. Ina vorago Pseudo-Cic. in Sallust. 18. Ingens vorago faucibus vastis patet. Senec. Herc. Fur. f. 9.

Liu. 1, 47. Liuidissima, maximeque profunda vorago Catullus ad Coloniam f. 17, (18) 11. Pigra vorago, *Limosa et coenosa, quae non mouetur*, Sil. 13, 562. Tenebrosa vorago Stat. Theb. 6, 382.

Tenax vorago Catul. ad Coloniam f. 18 (17) 26. Vasta voragine exactuat gurgēs Virg. Aen. 6, 296. Curt. 8, 14, 4 Imber violentius quam alias fusus campos lubricos et inequitabiles fecerat.

Gravesque et propemodum immobiles currus illuue et voragine haerebant. *Metaphor.* Cic. pro Sext. III c. 52 Tu meo periculo gurgēs ac vorago patrimonii heluabare? Idem de Orat. 3, 161 c. 41 Syrtim patrimonii, scopulum libentius dixerim: Charybdim bonorum voraginem potius.

Cic. Philip. 11, 10 c. 5 Quem gurgitem, quam voraginem? Quid eum non forbere animo, quid non haurire cogitatione? cuius sanguinem non bibere censetis?

VORAGINŌSVS, a, um. Adi. [*βαραθρωνος*] Voraginibus plenum. Hirt. Bell. Hisp. c. 29 Nam palustri et voraginoso solo currebat ad dexteram partem. Annis voraginosus Ammian. 24, 22. Via voraginosā Apul. Met. 9.

VORAX, ācis. Adi. [*λίγνος, λαφύσιος*] Plurimum vorans. Cic. Philipp. 2, 67 c. 27 Quae Charybdis tam vorax? Impudicus, vorax, helluo Catul. 29, 2.

Voracibus impensis onerosus equitatus Valer. Max. 7, 11 *in fine*. Vētris voracis placare ieiunia Ouid. Met. 15, 94. Vfsura vorax Lucan. 1, 181. Compar. Ouid. Met. 8, 839 — Quo copia maior Est data, plura cupit, turbaque veracior ipsa est. Add. Catul. 34, 4.

VORACĪTER. Adu. Macrob. Saturn. 7, 5 Voraciter inuadere cibum.

VORACĪTAS, ātis. f. Plin. 2, 107 Natura voracitatem in toto mundo audissimam sine damno sui pascit. Notabilis praecipue ingluuie et voracitate Vitellius Eutrop. 7, 12. Voracitates ebrietatesque Augustin. de morib. Eccl. Cathol. c. 34.

VORATRĪNA, ae. f. Vorago. Ammian. 17, 16 (7) Patefactis subito voratrinis, terrarum partes absorbent. Est etiam Popina. Ter. tull. Apol. 39 Inde non epulis, non potaculis, nec ingratis voratrinis dispensatur, sed egenis alendis humanisque.

VORSVRA, vid. Versura, in VERTO.

VORTEX, vid. Vērtex, in VERTO.

VORTO, ēre. vid. VERTO.

V O S

VOS, vestrūm vel vestri, Pronomen Pluralis Numeri a Tu. [*ὑμεῖς*] *Vt*, Vos, vos mihi testes estis Plaut. Capt. prol. v. 3. Vnus ex vobis Virg. Ecl. 10, 35. Quid mihi vobiscum est? Martial. 2, 22.

Vobis nihil comperti affirmare ausim Tacit. Agric. c. 34. ad lectores suos: at. nobis. Vos Coryli testes Virg. Ecl. 5, 21. Ne cui vestrūm sit mirum Ter. Heaut. prol. v. 1. *conf. ib.* v. 9. De differentia Genitiuorum Vestri et Vestrūm non minus quam Nostri et Nostrum disputatur. Ponemus exempla, quae tutissima via est, et primum quae attulit Gell. 20, 6 ubi hanc rem tractat dedita opera. Igitur Gracchus misereri vestrūm dixit, et Cicero, Contentio vestrūm. Sed Plautus Mostell. (1, 3, 123) maxima pars vestrorum intelligit, cum vellet maxima pars dicere vestrūm.

Sed procul dubio, qui rectissime loqui volet, vestrūm potius dixerit, quam vestri. Et idcirco importunissime fecerunt, qui in plerisque Sallustii exemplaribus scripturam istam sincerissimam corruerunt. Nam cum ita in Catilina (33, 2) scriptum esset, saepe maiores vestrūm misereri plebis Rom. vestrūm oboleuerunt, et vestri superscripserunt etc. Recte Gellio obsecutus hic est Cortius. Cic. Catil. 4 pr. Video, P. C. in me omnium vestrūm ora atque oculos coniectos esse. Liu. 1, 47 Imperium summum Romae habebit, qui vestrūm primus, o iuuenes, osculum matri tulerit. Cic. Catil. 4, 19 c. 9 Habetis ducem memorem vestri, oblitum sui. Ter. Heaut. 2, 4, 6 Et cum egomet nunc mecum in animo vitam tuam confidero, Omniumque adeo vostrarum, vulgus quae abs se segregant, Vostrarum pro vestrūm. Quod exemplum cum illo Plautino, maxima pars vestrorum indicat Vestrūm esse Genitiuum contractum, mutuo quasi sumtum ex possessiuo.

VOSMET, cum enclitica. Plaut. Capt. 3, 5, 18 Ita vosmet aiebatis.

VOSMETIPSI, pro Vosipſi. Cic. Acad. 4, 72 Nos autem dicimus ea nobis videri, quae vosmetipsi nobilissimis philosophis placuisse conceditis. Et pro Rosc. Amer. 104 Quae facitis, eiusmodi sint vt ea dedita opera a vobis contra vosmetipsos facere videamini. *conf.* Liu. 34, 17. Plaut. Most. 1, 2, 13.

V O T et V O V

VOTIĒNVS, i. m. Montanus, Narbonensis Rhetor et Poëta nobilis, a Tiberio relegatus in Baleares Tac. Ann. 4, 42. Senec. Suaf. 21 et 28.

VOTVM, vid. VOVEO.

VŌVEO, vōui, vōtum, ēre. [*ἀνατίθημι* Gloss. Lat. Gr. εὐχεσθαι Id.] Deo aliquid sancte promittere. Cic. de Nat. Deor. 1, 122 c. 44 Quid optamus a diis immortalibus? quid vouemus? Hor. Carm. 3, 8, 6 Voueram dulces epulas, et album Libero caprum, prope funeratus Arboris icū.

Cic. de Diuin. 1, 31 c. 17 De Attio Nauio, Quum propter paupertatem sues puer pasceret, vna ex his amissa, vouisse dicitur, si recuperasset, quam se Deo daturum, quae maxima esset in vinea. Idem de Finib. 5, 64 c. 22 Nostri imperatores pro salute patriae sua Capita vouerunt. i. Periculis se obiecerunt. Idem de Nat. Deor. 3, 88 c. 36

- Neque Herculi quisquam decumam vouit unquam, si sapiens factus esset. Sanctae Veneri Cupidinique vouit Catull. 37, 5. Templum vouere Deo Liu. 1, 12. Votum vouere Liu. 29, 19. Ouid. Met. 9, 793 Dona puer soluit, quae femina vouerat Iphis. Vouere in eadem verba Liu. 33, 9. Senec. de Benef. 6 Et quidquid inimicus optaret, amantes vouent. Hor. Epist. 1, 4, 8 Quid voueat dulci nutricula maius alumno? Vouetur *Imperson.* Mamertin. Paneg. c. 6.
- V O T V S, a, um. Partic. [*ἐπιουχθεῖς*] Cic. de Nat. Deor. 3, 43 c. 17 At earum templa sunt publice vota et dedicata. Vid. Liu. 4, 12. Delubra vota Menti Ouid. Fast. 6, 241. Laurea vota Ioui Ouid. Trist. 4, 2, 56. Votas dispensans Opes Prudent. Perist. 2, 44.
- V O T V M, i. n. [*ἐυχὴ, ἐυχωλή*] *Promissio facta Deo.* Cic. de Legib. 2, 41 Diligentia votorum fatis in lege dicta est, ac voti sponsio, quo obligamur Deo: poena vero, violatae religionis iustam recusationem non habet. Damnatus voti Nep. 20, 5, 3. Potens voti Ouid. Fast. 3, 269. Vid. *Rutgerf. Var. Lect.* 5, 5. Plin. Epist. 10, 101 et 102. Voti reus, vid. REVS. Cic. pro Planc. 97 c. 41 Eorumque preces et vota de meo reditu exaudiens, Dyrhachium, quod erat in fide mea petere contendi. Id. Att. 12, 10 Sed iam quasi voto quodam et promisso me teneri puto. Cato 83 Votum pro bubus, ut valeant sic facito. Votis pro Imperio dictus dies III Non. Ian. Vid. *Lipf. ad Tacit. Ann.* 16, 22 f. Exc. B. et Casaub. ad Spart. Hadrian. 24 p. 205 Hack. Denique tertium Nonarum diem, Votis ipsis, milites etc. Capitol. Pertin. 6. ¶ 2 *Epitheta*: Amarum votum, *Quod male cedit, quale fuit Midae* Claud. Conf. Stil. 2, 229. Audax votum Stat. Theb. 9, 623. Furialia vota, *Desideria furiosa* Sil. 8, 26. Furiosa, *Furiosa cupiditas* Ouid. Met. 10, 370. Futile votum, *Inane desiderium* Sil. 10, 340. Ignavum Claud. Eutrop. 2, 394. Modesta parum vota Ouid. Trist. 3, 8, 13. Cic. pro Cluent. 194 Quin etiam nocturna sacrificia, quae putat occultiora esse, sceleratasque eius preces et Nefaria vota cognovimus. Pavidum votum Claud. de Bell. Gildon. 67. Pia vota, *Piorum preces ad Deum.* Ouid. Met. 1, 221. Publica Idem ibid. 7, 450. Temeraria vota Tibull. 3, 6, 27. Tristia vota Ouid. in Ibin 103. ¶ 3 *Verborum formulae*: Annuit votis nostris Deus Claud. Conf. Stil. 2, 212. Assuescere vocari votis Virg. Georg. 1, 42. Canere vota diuis, Hymnos et preces Seruius ad Virg. Aen. 3, 438. Cessare in vota, vid. CESSO. Concipere vota Ouid. Met. 7, 583. Concepta vota Sil. 7, 77. Confugere ad vota, vid. CONFUGIO. Consummare vota Scribon. Epist. fin. Corrigere vota sua, *Suos appetitus* Ouid. Met. 2, 89. Damnari votorum, *vel votis*, vid. DAMNO. Debere votum Cic. Verr. 6, 12. Dissoluere vota Idem Att. 15, 11. al. Diis soluere. Ducere vota ad bonos exitus Hor. Carm. 4, 8, 34. Duplicare vota metu Virg. Aen. 8, 556. Effundi in vota questus, lacrimas Tac. Ann. 1, 11. Expetere voto Curt. 3, 8, 19. Exsequi annua vota Virg. Aen. 5, 53. Cic. pro Milon. 76 c. 28 Vota enim Faceretis ut in eos se potius mitteret, quam in vestras possessiones, vid. FACIO. Facere vota parcius Senec. de Benef. 2, 2. Facere vota de aliquo aegrotto Cic. Att. 8, 25. Implere Curt. 4, 13, 24. Inhibere vota alicuius rogando Ouid. Epist. 16, 117. Liberari voti, *pro Voto* Liu. 5, 28. Nectere vota votis Lucret. 5, 1201. Nuncupare vota, vid. NVNCVPO. Obligare votis caput Hor. Carm. 2, 8, 6. Onerare votis aethera, *Iterum atque iterum vota deo facere* Virg. Aen. 9, 24. Perfecta vota ordine Idem ibid. 3, 438.
- 55 Perfolvere votum, vid. PERSOLVO. Poscere opem votis Ouid. Fast. 3, 594. Reddere vota, vid. REDDO. Repetere vota Quinctil. in Proem. 4. Sacrabat immortale votum diis Virg. Aen. 8, 715. Sancire feralia vota diis Stygiis contra aliquem Stat. Theb. 11, 345. Soluere vota, vid. SOLVO. Soluere fidem 60 Ouid. Fast. 1, 642. Superare supplicibus votis iram numinis Virg. Aen. 8, 60. Suscipere vota, vid. SVSCIPIO. Suspendit tacito vota labello Catul. Argon. f. 62, 104. Timere erecto voto aliquid Stat. Theb. 6, 756. Vocare aliquem in vota Virg. Aen. 5, 514. Vocare diuos in vota Idem ibid. 5, 234. Vocare imbrem votis Idem Georg. 1, 157. Vocari votis Idem ib. 1, 42. ¶ 4 *Votum, Voluntas et desiderium*: quod ea valde desideramus, quae voto a Deo poscimus. Cic. Fam. 14, 4 Si haec mala fixa sunt, ego vero te quamprimum mea vota cupio videre: Sed editur, mea vita. Nec votum, nec animus deest confodiendi Suet. Aug. c. 51. conf. Eumen. de Instaur. schol. c. 5. Ad omne votum fluente fortuna lasciuit otium Quinct. ap. Vall. 5, 70. Compos voti, vid. COMPOS. Matura vota coloni Ouid. Met. 8, 449. Idem ibid. 1, 273 Sternuntur segetes et deplorata colonis, Vota iacent: i. *Frumenta multis votis et precibus exposita. Sic Votum pro re votis impetrata.* Horret adhuc animus, manifestaue gaudia differt, Dum stupet, et tanto cunctatur credere voto Claud. de Bell. Gildon. v. 7. Exposcere pacem votis Virg. Aen. 3, 261. Fingere voto aliquem Plin. Epist. 112. Fouere sua vota animo Ouid. Met. 7, 633. Frui votis Valer. Argon. 4, 760. Implere votum alicuius Curt. 4. 80 Patere. 2, 35 extr. Catilina non segnus vota Obiit, quam sceleris conandi consilia inierat. Petere voto, i. Optare. Plin. Epist. 14, 17. Potiri voto Ouid. Met. 9, 913. Respondere votis alicuius, *Satisfacere desiderio* Virg. Georg. 1, 47. Perf. Sat. 3, 48 Iure, etenim id summum quid dexter senio ferret, Scire erat in voto. h. e. In desiderio meo summum. Succedere in vota alicuius, i. Idem velle quod ante te alius concupiuerit Ouid. Met. 11, 227. Superant modum tua vota Stat. Achill. 1, 1, 45. An Venit in votum Attalidis ex vrbibus vna? Hor. Epist. 1, 11, 5. Velle suum cuique est, nec voto Viuitur vno Perf. 5, 53. Votum, i. propositum, institutum. 90 Si longa moretur Obsidio, tunc vota caue secura remittas Claud. Conf. Honor. 4, 332. ¶ 5 *Observat.* Votum est Ipsa res Deo dicata. Petron. c. 19 Stipant graues equi recessus Danaï, et in voto latent, i. In equo, quem Graeci Palladi vouerant. conf. Virg. Aen. 3, 279. Vota, Nuptiae. Tacit. de German. 19, 4 Melius quidem adhuc quaedam ciuitates in quibus tantum virgines nubunt, et cum spe votoque vxoris semel transigitur. Vota secunda, i. Nuptiae secundae. Justinian. Nouel. 2 C. 2 §. 2. conf. Barth. ad Nemesian. Ecl. 2, 8. Idem ad Stat. Theb. 5 p. 74 et 75. Guther. de Iure Pontif. 4, 6. Vota et Nota confunduntur in MSS. Vid. *Drokenb. ad Sil.* 3, 34. et 6, 437.
- 100 V O T O, are. Frequentat. Onomast. Vet. Voto, ὁμολογέω. Vid. Iornand. de Regn. Success. in Iulian. Parabata. V O T I V V S, a, um. Adi. [*ἐνκρός*] Quod ex voto dari promittitur. Horat. Epist. 1, 3, 36 Pascitur in vestrum reditum votiuua iuuenca. Quod voto desideratum est. Apul. 7 p. 193, 24 Tota ciuitas ad votiuum conspectum effunditur. Aures votiuuae, quae cupiunt aliquid audire

audire Plaut. Casin. Prol. 29. *Sed mel. Vacuæ i. vacuæ, quibus vacat audire.* Legatio votiua, *Quæ voto ac voluntate vel voluntarie suscipitur.* Cic. Att. 4, 2 Simulque cogites quid agendum nobis sit super legatione votiua, quod in his locis moueor a multis, ne in Senatu Calendis adsim. *Vid. Legatio, in LEGO, ære.* Ludos votiuos appellat Cic. Pr. Act. 1 in Verr. 31 c. 10 Quos vouerat. Plin. 7, 48 Ludis pro salute diui Augusti votiuis. *Add. Liu. 7, 15.* Preces votiuae, *Quibus aliquid cum voto poscimus.* Tabella votiua Hor. Sermon. 1, 1, 33. *Vid. Tabella, in TABULA.* Tura votiua Ouid. Amor. 3, 13, 9. Voces votiuae Tibul. 1, 3, 29. *Votiuum, est Gratum ex voto* Trebell. Pollio in Gallien. c. 3 Constabat, votiuum illi fuisse, quod imminetern ceruicibus suis grauitatem patriam non haberet. **V O T I T V S**, a, um. *Votitum veteres Religione aliqua prohibutum vel interdicitum dici voluerunt.* Plaut. Afin. 4, 1, 44 Nolo illam habere causam, et votitam dicere Nonius 1, 215. **V O T I F E R**, æra, ærum. *Adi. Votiuus.* Stat. Silu. 4, 4, 92 *Votiferaque meas suspendit ab arbore vittas.*

V O X

et terra. Catull. in Epithal. Iuliae l. 59, 2 Collis ὁ Heliconi Cultor, Vraniae genus. Vrania Musa Cic. de Diuin. 1, 17. Vrania est etiam Planta Diosc. 1, 1. contemplator caeli.

VRANOSCŌPOS, i. m. [ἄρανοσκοπος] Piscis qui et Callionymus dicitur. Plin. 32, 7 l. 24 Idem piscis et vranoscopus vocatur ab oculo 65
quem in capite habet. Add. Ibid. c. 11 l. 53.

VRĀNVS, i. m. [Ὀυρανὸς] Pater Saturni: alio nomine Caelum vel Caelus, cui Saturnus filius amputauit virilia. Vid. Laëtant. 1, 11 et 22. 70

V R B

VRBANATIM, VRBANE, VRBANITAS, VRBANVS, vid. VRBS.

VRBĪNA, ae. f. Teli genus. Plaut. Bacch. 4, 8, 46 Si tibi est ma- 75
chaera, et nobis vrbina est domi. Fulgentius legit hoc loco Veruinam, et interpretatur iaculi genus, quod verutum vocant. Et sic cum Turneb. Gronou. Add. Daum. Epist. 45. ad Reines. p. 126.

VRBĪNVM, i. n. [Ὀυρβίνον] Italiae oppidum in Umbria; a quo 80
VRBINĀTES, um. m. Incolae. Plin. 3, 14.

VRBO, VRBVM, vid. VRVVM.

VRBS, vrbis. f. [πόλις, ἄστυ] Oppidum muro cinctum. Dicta ab Vrno, aratri curuatura: quod antiqui iunctis bobus tauro et vacca, He- 85
trusco ritu in condendis vrbibus, interiore aratro circumagebant sulcum, intra quem urbem aedificarent. Hoc faciebant religionis causa die auspiciato, ut vrbs fessa muroque munita esset: et locum unde terram fodissent, fossam vocabant. Vid. Varr. L. L. 4, 32. Pompon. l. 239 §. 6 D. de V. S. Isidor. 15, 2. Ouid. Fast. 4, 819 Apta dies legitur qua moenia signet aratro, etc.

Cic. de Republ. I ap. Non. 5, 27 Quam quum locis manueque sepfissent, eiusmodi coniunctionem tectorum op- 90
pidum, vel urbem appellarunt, delubris distinctam, spatiisque communibus. Omnis ergo populus, qui est talis coetus multitudinis, qualem exposui, ciuitas est. Hic Urbem a Ciuitate claris verbis distinxit Cicero. Idem pro Sext. 91 c. 42 Tum domicilia coniuncta quas vrbes dicimus, in- uento et diuino iure et humano moenibus sepferrunt. Haec tamen inter- 95
dum permisceri, apparet. V. g. Ennius apud Non. l. c. Et ciuitatem video Argiuum incendere. Contra Quinctil. 8, 6, 24 Vrbes bene moratae. Et 6, 3, 17 Vrbis gustus. Vid. Virg. Aen. 2, 265

Inuadunt urbem somno vinoque sepultam. Sil. 2, 257. Tac. Hist. 1, 84, 7. Barth. Adu. 20, 21. Et plura damus n. 2 et 3. 100

Proprie Hor. Od. 1, 16, 18

Altis vrbibus vltimae
Stetere causae, cur perirent
Funditus imprimeretque muris
Hostile aratrum exercitus insolens. 105

- Conf.* 1. 21 D. quibus mod. vsufr. amitt. Ad urbem esse, vid. AD, n. 2. Vrbs proprie dicta est Roma, per antonomasiam, quum caetera dicantur Oppida, vid. Quinctil. 6, 3, 103. 8, 2, 8. 8, 5, 9. Marcellus de Verb. signif. 1. Alfenus, Urbem Alfenus ait esse Romam qua muro cingeretur. *Conf. Sauro ad Sidon. Ep. 1, 6.* Genitor urbis Quirinus Ouid. Met. 15, 863. Casus urbis, Ruina Virg. Aen. 2, 265. Conditores urbium Quinctil. 2, 16. Incrementum urbis, vid. INCREMENTVM, in INCRESCO. Pars intima urbis, vid. INTIMVS, in INTRA. Accessus ad urbem, vid. ACCEDO. ¶ 2 *Epitheta*: Amplissima atque ornatissima vrbs Cic. de Lege Agr. 2, 75. Ancipiti discordes vrbe Tribuni Lucan. 1, 266. Antiqua vrbs Virg. Aen. 1, 16. Arcta ciuibus vrbs Stat. Theb. 11, 273. Beatae vrbes, Diuites Catul. ad Lesbiam f. 49, 16. Celsa vrbs Virg. Aen. 3, 293. Clara Catull. ad se ipsum f. 44, 6. Egregia Virg. Georg. 2, 155. Famosa vrbs Tacit. Hist. 5, 2. *b. e. Celebris. de Hierosolymis.* Florentissima vrbs Cic. in Catil. 2, 29. Frequens populis vrbs Lucan. 1, 506. Gravis vrbs armis opibusque Stat. Theb. 11, 273. Infestae vrbes imperio Cic. in Catil. 3, 21. Vid. ORNO, are. Infima vrbs Liu. 4, 59. Lymphata vrbs horroribus, Timoris magnitudine furiosa Stat. Theb. 10, 551. Magna Virg. Aen. 4, 174. Misera Hor. Carm. 4, 15, 20. Moeffa vrbs attonitaque Iuuen. Sat. 11, 197. Nobilis vrbs situ, vid. NOBILIS. Nuda vrbs praesidio, vid. NVDVS. Opportunissima vrbs portu, vid. OPPORTVNVS. Opulentissima vrbs Catullus in Iul. Caes. 30, 24. Pauida vrbs Virg. Aen. 9, 473. Urbem Philosophiae proditis, dum castella defenditis Cic. de Diu. 2, 37 c. 16. Pulcherrima, florentissima, potentissima vrbs Idem in Catil. 2 extr. f. 29. Summis in vrribus Catul. Argon. 62, 8. Turpida vrbs Lucan. 2, 160. Turbida vrbs Valer. Argon. 3, 113. Vacua vrbs Idem Argon. 3, 313. ¶ 3 *Verba et Participia*, Abire vrbe, vel domo, Abesse vrbe, vel domo, etc. Accipere urbem, Adiungere urbem aliquam in societatem, Aequare vrbes solo, Afflicta vrbs pestilentia, vid. *hb. vv.* Agitare perdomitas vrbes Lucan. 2, 645. Armata vrbs Idem 2, 574. Cadunt concussae vrbes Lucr. 5, 1236. Capeffere urbem, vid. CAPESSO, in CAPIO. Capere urbem Virg. Aen. 2, 507. Cedere vrbe, vid. CEDO. Cingere urbem, vid. CINGO. Cingere vrbes muris Senec. Octau. 7. Ouid. Met. 4, 58. Cingitur vrbs obsidione Virg. Aen. 3, 52. Circumuasit urbem terror, Colere urbem, Componere urbem, vid. *hb. vv.* Concussa vrbs Virg. Aen. 4, 666. Condere nouam urbem Idem ibid. 1, 526. Conuenire ad urbem aliquam, vid. CONVENIO. Defendere urbem a vastatione, vid. DEFENDO. Domitiae vrbes Virg. Georg. 3, 30. Emendare vrbes iudiciis Quinctil. in Prooem. 1. Euertere vrbes Idem 5, 11. Excire 45 feras vrbes Lucan. 2, 48. *i. ciues.* Exedere urbem nefandis odiis Virg. Aen. 4, 785. Exstruere pulchram urbem Idem ibid. 4, 267. Ferunt arma vicinae vrbes inter se Virg. Georg. 1, 510. Florent vrbes laetae pueris Lucret. 1, 256. Fundare urbem legibus Idem Aen. 6, 811. Implere urbem alicuius Hor. Epod. 17, 60. Incedere ad urbem, vid. INCEDO. Incensa vrbs Virg. Aen. 2, 353. Intercurrunt, cinguntque has vrbes tetrarchiae, Intersepire urbem vallo, Introire ad urbem, vid. *hb. vv.* Inuadere urbem somno et vino sepultam Virg. Aen. 2, 265. Intuadere in vrbes vi, vid. INVADO. Inuisere vrbes Virg. Georg. 1, 25. Irrumpere 55 securas vrbes Claud. in Eutrop. 2, 275. Lacerare vrbes Lucan. 10, 45. Lustrare urbem, Mittere in seruitutem vrbes, Penetrare in urbem, vid. *hb. vv.* Petere urbem excidiis Virg. Georg. 2, 505. Ponere urbem Idem Aen. 4, 212. Premere urbem ingenti obsidione Virg. Aen. 8, 647. Redit agris vrribus viuus 60 calor Claud. de Bell. Get. 437. Regere vrbes consiliis Quinctil. 1 Praef. Tegebat placidas vrbes in pace Virg. Aen. 7, 46. Regere consiliis vrbes Quinctil. in Prooem. 1. Reserare urbem, et pandere portas Virg. Aen. 12, 584. Sepulta vrbs Tacit. Hist. 3, 35. Spoliare vrbes populis Stat. Theb. 4, 36. Statuere praeclaram 65 vrbes Virg. Aen. 4, 655. Sternere vrbes admotis machinis Sen. Thyest. 4. Transcribunt vrbi matres, vid. TRANSSCRIBO. Viduare urbem ciuibus Virg. Aen. 8, 571. Victae vrbes Hor. Carm. 4, 15, 2.
- VRBICŪLA, ae. f. Dimin. [πολίχνη] Parua vrbs. Onomast. 70 Vet. Vrbicula, πολίχνη.
- VRBĪCVS, a, um. Adi. [ἀστικός] Quod ad urbem pertinet. Gell. 15, 1 Si quid autem posset remedii fore, vt ne tam assidue domus Romae arderent, vaenum hercle dedissem res rusticas, et vrbicas emissem. Martial. 12 Praef. Quae absoluenda non esset inter illas quoque occupationes vrbicas. Paullus in l. Nam quod §. penult. D. de penu legata, Vrbica ministeria dicimus, et quae extra urbem nobis ministrare consueuerunt: nempe vt villa vrbana est in medio rure, si vrbano more culta est. Vid. mox Urbana familia. Negotiatores vrbici Suet. Caes. c. 49. Add. Pallad. Ian. t. 18. Pecus Plaut. 80 Truc. 2, 2, 14. vid. Pare. ad h. l. al. clurinum. Praefectus vrbicus Lampr. in Elagab. c. 20. Rationibus vrbicis domini fungebatur seruus Scaeuola in l. Praedia in princ. D. de fundo instrum. Vtui vrbico destinata villa Paullus in l. Nam quod §. penult. D. de penu legata. Vid. modo Ministeria vrbica. Iuuen. Sat. 6, 71 Vrbicus exodio risum mouet Atellanae, Gestibus Autonoës, Atellanas agunt iuuenes ingenui, in vrbe nati: ab his diuersi comoedi, Graeci praefertim generis. Martial. 1, 42 Quod non optimus vrbicus Poëta.
- VRBICARIVS, a, um. Adi. Idem. Fulgent. Mythol. 2, 17 Beatinus, (seu, vt coniciunt viri docti, Vatinius) augur dicere solitus erat, diuersarum vrbiū honores somnialiter (f. similiter) peragi vrbicario mimologo. Hoc dixit puto, magistratus mimum agere quendam, qui nunc praetextati procedant cum licitoribus, mox redeant ad locum et habitum communem. Vrbicariae regiones, vid. Salmaf. ad Trebell. Tretric. mai. p. 317. Hack.
- VRBĀNVS, a, um. Adi. [ἀστικός, ἀστικός] Qui in vrbe habitat: cui Rusticus opponitur: et quidquid in vrbe consuetum et sollempne est. Cic. de Finib. 2, 77 Quam omnes vrbani, rustici, omnes inquam qui Latine loquuntur, voluptatem vocant. Arbor vrbanius Plin. 16, 19. *i. Quae fructu, aut aliqua dote, umbrarumue officio humanius iuuat.* 100 Excubiae vrbanae Tacit. Ann. 1, 17 extr. Pompeius de Verb. signif. 1. Urbana familia et rustica non loco sed genere distinguitur. Potest enim aliquis dispensator non esse vrbaniū seruorum numero, veluti is, qui rusticarum rerum rationes dispendet, ibique habitat, et non multum absit a villico. Sic habuimus modo Vrbicum ministrum. Mus vrbanus Hor. Serma. 2, 6, 90. Plin. Epist. 2, 17 in fine,

in fine, Iustisne de causis eum tibi videor incolere, inhabitare, diligere secessum? quem tu nimis urbanus es, nisi concupiscis. Opus urbanissimum Plin. Ep. 5, 6. *i. ad modum in urbibus consuetum, excultum.* Cic. Fam. 12, 1 Manabat enim illud malum urbanum, et ita corroborabatur quotidie, ut ego quidem et urbi, et otio diffiderem urbano. Vlpianus de verb. signific. l. Urbana, Praedia omnia aedificia accipimus, non solum ea, quae sunt in oppidis, sed et si forte Stabula (*diuersoria*) sunt. vel alia meritoria in villis, et in vicis, vel si Praetoria, voluptati tantum deseruientia: quia urbanum praedium non locus facit, sed materia. Proinde hortos quoque, si qui sunt in aedificiis constituti, dicendum est in urbanorum appellatione contineri. Plane si plurium horti in reditu sunt (vinearii forte, vel etiam olitorii) magis haec non sunt urbana. Rebus urbanis abstinere, *vid. ABSTINEO.* Paullus De legatis l. Seruus, Urbani serui intelligendi sunt, quos paterfamilias inter urbanos adnumerare solitus sit; quod maxime ex libellis familiae, item cibaribus deprehendi poterit. Vita urbana, cui opponitur Rustica Ter. Adel. 1, 1, 17. Vitae urbanae commoda Quid. ex Pont. 1, 8, 29.

¶ 2 Urbanus, [*ἀστικός*] *Cultus, disertus, facetus: hoc est qui in verbis et sono et usu proprium quendam prae se fert urbis gestum, et sumtam ex conuersatione doctorum tacitam eruditionem.* Inter conuiuas fac sis sermone modestus, Ne dicare loquax, dum vis urbanus haberi Cato Dist. 3, 21. *Verus et antiquus* Cato apud Quinctil. 6, 3, 105 Urbanus homo erit, cuius multa bene dicta responsaque erunt; et qui in sermonibus, circulis, conuiujs, item in concionibus, omni denique loco, ridicule, commodeque dicet. Risus erunt, quicumque haec faciet orator. Cic. pro Domo 92 c. 34 Et homo facetus inducis etiam sermonem urbanum ac venustum. Quinctil. 8, 3, 34 Fauorem, et urbanum Cicero noua credit. *Add. Quinctil. 6, 3, 103.* Cic. Fam. 3, 8 Primum te hominem non solum sapientem, verum etiam (ut nunc loquimur) urbanum. *Conf. Martial. 1, 41.* Plin. Ep. 8, 6. Comis et urbanus Hor. Serm. 1, 4, 90. Urbanus et scurra Hor. Epist. 1, 15, 27. *Conf. Salmaf. ad Trebell. p. 316. Hack.* Factum atque dictum urbanissimum Columel. 8, 16. Frons urbana Hor. Epist. 2, 9, 11. Homo lautus et urbanus Cic. Verr. 1, 17 c. 6. Remouebo illum senem durum ac paene agrestem: ex his igitur tuis sumam aliquem ac potissimum minimum fratrem, qui est in eo genere urbanissimus Cic. pro Cael. c. 15. Notae urbanioris homines Petron. c. 116. Sale urbano notus scurra Phaedrus 5, 5, 8. ¶ 3 Urbanus, *Ciuis.* Suet. Caes. c. 51 Urbani seruate uxores, moechum caluum adducimus.

URBANICVS, a, um. Adi. *Vt, Urbanici milites* Paullus in l. Qui mittuntur. D. Ex quib. caus. maior. Sed et in urbanicis militibus idem diuus Pius constituit. *al. Urbaniciani.* *Conf. Spartian. in Carac. c. 4. et in Geta c. 6.*

URBANITAS, atis. f. [*ἀστικότητα, ἀστικότητα, χαριεντισμός*] Qua significari video (*inquit Fabius 6, 3, 17*) sermonem prae se ferentem in verbis, et sono, et usu, proprium quendam gustum urbis, et sumtam ex conuersatione doctorum tacitam eruditionem; denique cui contraria sit rusticitas. *Et s. 107 post aliorum sententias recitatas,* Nam meo quidem iudicio, illa est urbanitas, in qua nihil absonum, nihil agreste, nihil inconditum, nihil peregrinum. neque sensu, neque verbis, neque ore, gestuue possit deprehendi: ut non tam sit in singulis dictis quam in toto colore dicendi, qualis apud Graecos Atticissimos ille redolens Athenarum proprium saporem. Cic. de Finib. 1, 7 Et sunt illius scripta leuiora, ut urbanitas summa appareat, doctrina mediocri.

¶ Addo urbanitatem, quae est virtus, ut Stoici rectissime putant Cic. Fam. 3, 7. Idem in Brut. 170 c. 46 Tum Brutus, Quid tu igitur, inquit, tribus istis externis quasi oratoribus? Quid censes, inquam, nisi idem quod urbanis? praeter vnum, quod non est eorum urbanitate quadam quasi colorata oratio? Et Brutus, Qui est, inquit, iste tandem urbanitatis color? Nescio, inquam, tantum esse quendam scio. Id tu Brute iam intelliges, quum in Galliam veneris. Audies tu quidem etiam verba quaedam non trita Romae: sed haec mutari dediscique possunt. Illud est maius, quod in vocibus etc. quae mox damus in VRBANE. — Omnino in nostris est quidam urbanorum, sicut ille Atticorum sonus. *Hic ergo etiam sonus urbanorum est pars urbanitatis.* Cic. pro Cael. 6 Maledictio autem nihil habet propositi praeter contumeliam, quae si petulantius iactatur, conuicium: si facetius, urbanitas nominatur. Mira urbanitas Quinctil. 6, 3. Opportuna urbanitas Idem 4, 1. Oratoria urbanitas Quinctil. 6, 3. Subtilis venustas atque urbanitas Cic. de Orat. 1. Idem Qu. Fratr. 2, 9 Aliquando subtilitatem veteris urbanitatis et humanissimi sermonis attingerem. Incurrere in hominum facetosam urbanitatem, *vid. INCURRO.* *De ipso ioco.* Iuuenes Tarentini — risu sunt et opportuno ioco elapsi, namque vnus ex his, immo, inquit, nisi lagena defecisset, occidissimus te: eaque urbanitate, tota inuidia criminis dissoluta Quinctil. 6, 3, 10. Urbanitates, *i. iocose dicta, ap. Cic. Fam. 16, 21.* Caeterum iocum, ridiculum, et urbanitatem distinguere docet Quinctil. 6, 3, 103 sqq. cum possit aliquid iocose dictum esse et ridicule, nec tamen urbanum esse; et rursus urbana diuiduntur s. 106 in iocosa, seria, media. Et s. 110 Quod si non totus (ut mihi videtur) orationis color meretur, sed etiam singulis dictis tribuendum est, illa potius urbana esse dixerim, quae sunt generis eiusdem, quae ridicula dicuntur, et tamen ridicula non sunt, etc. Veni, quaeso, ne tantum semen urbanitatis vna cum Rep. intereat Cic. Fam. 16, 31. Limatus vir nostrorum hominum urbanitate Cic. de Nat. Deor. 2, 74. ¶ 2 Urbanitas vitae urbanae commoditates ac voluptates ex congressionibus amicorum, ludis, spectaculisque alijs significat. Cic. Fam. 7, 6 ubi ad Trebatium suum scribit, Tu modo ineptias illas, et desideria urbis et urbanitatis depone. It. Ep. 17 Mihi interdum leuis in urbis urbanitatisque desiderio videbare.

URBANE. Adu. [*ἀστικώς, ἀστικώς*] Facete. Cic. de Finib. 1, 39 c. 11 Ut e patre audiebam, facete et urbane Stoicos arridente. Ex ipsa quaeram prius, vtrumne me secum seueri et grauius et prisce agere malit, an remisse et leniter et urbane Cic. pro Cael. c. 14. Sin autem urbanus me agere malis, sic agam tecum Idem pro Cael. c. 15. Vexari urbane Cic. ad Qu. Fratr. 2, 1. Compar. Elabi urbanus Quinctil. 2, 11. Recinere et resonare urbanus. Cic. in Brut. 171 c. 46 In vocibus nostrorum oratorum recinit quiddam et resonat urbanus. nec hoc in oratoribus modo apparet, sed etiam in caeteris. Ego memini T. Tincam Placentinum, hominem facetissimum, cum familiari nostro Q. Gratio praecone dicacitate certare: — sed Tincam non minus multa ridicule dicentem Gratio obruebat nescio quo sa-

pore vernaculo. *i. Nescio qua suauitate domestica urbana, patria, Romana.* Hoc eleganter exprimit Cic. de Orat. 3, 48 Me autem tuus sonus, et suauitas ista delectat, etc. sed hanc dico suauitatem, quae exit ex ore: quae quidem, ut apud Graecos, Atticorum, sic in Latino sermone, hu-

5 ius est urbis maxime propria. *Paullo post, Eruditissimos homines Asiaticos quibus Atheniensis indoctus, non verbis, sed sono vocis; nec tam bene, quam suauiter loquendo facile superabit. Nostri minus student literis, quam Latini: tamen ex istis, quos nostis, urbanis, in quibus minimum est literarum, nemo est, quin literatissimum togatorum omnium Q. Valerium Soranum lenitate vocis, atque ipso oris pres-*

10 *su et sono facile vincat. Quare quum sit quaedam certa vox Romani generis, urbisque propria, in qua nihil offendi, nihil displicere, nihil animaduerti possit, nihil sonare, aut olere peregrinum, hanc sequamur: neque solum rusticam asperitatem, sed etiam insolentiam fugere discamus.* Haec Cicero. *Togati hoc in loco sunt omnes, qui ius habent togae, siue sint nati ciues Romani, siue facti.* Q. Valerius Soranus natione Latinus fuit. *Urbanus igitur recinere, est Lenius, suauis, venustius, et magis Romane sonare. Urbanos vocat, in ipsa urbe Romam natos, et lingua patria formatos: Latinos, qui Latium incolerent, in ipso*

20 *Latio nati.* *Pressus oris, est aptus laborum, dentium, ac linguae habitus, quo sonus liberalis et venustus exprimitur.* Superl. Gell. 15, 5 *Urbanissime respondere.*

VRBANOR, ari. πολιτεύομαι Gloss. Gr. Lat.

VRBANĀTIM. Adu. [ἀσείως Onomast. Vet.] *Modeste et eleganter.* Pomponius Alconibus, *Ego rusticatim tangam, urbanatim nescio.*

25 *h. e. More eorum, qui vrbes habitant* Nonius 2, 747.

VRBICĀPV S, i. m. [πολιόρχητης] *Plaut. Milit. 4, 2, 64 Vrbi-*

30 *cape, occisor regum.*

VRBICRĒMVS, a, um. Adi. *Vrbes cremans.* *Vt, Nubibus vrbi-*

35 *cremis se subducere* Prudent. Hamartig. v. 727.

V R C

VRCEVS, i. m. *Vas, quo aqua in urnam vel ahenum infunditur,*

35 *autore Paullo Iureconsulto in l. Cum de Ianionis §. Asinam D. de fund. instruct.* Amphora coepit institui, *currente rota cur vrceus exit* Hor. A. P. v. 22. *Plaut. Milit. 3, 2, 18 Neque equidem heminas octo expromsi in vrceum.* Cato 13, 1 *Vrceum vnum aeneum quod capiat quadrantaliam quinque.* *Ad hunc locum olim annotaui, suspectum mihi videri Vrceum Neutro genere dictum, et ita magnum,*

40 *ut capiat quadrantaliam quinque, id est amphoras V, quae cubicum pedem mensura aequat.* *Vrceum amphora minorem ostendit* Isid. 20, 6 *Orca est amphorae species, cuius minore vocabulo vrceus, Diminutio vrceolus est.* Horat. A. P. 21 *Amphora coepit institui: currente rota cur vrceus exit?* *Aquarii vrcei* Cato c. 10. *Sic et Vrceos mularios vocat.* *Fictiles vrcei* Cato c. 13. *Conf. Idem c. 10.* *De vrceo fictili tale est epigramma* Martial. 14, 106 *Hic tibi donatur panda ruber vrceus ansa, Stoicus hoc gelidam Fronto petebat aquam.*

45 *VRCEOLVS, i. m. Dimin. [ἀνευροφόρον] Columel. 12, 16 Eodem tempore sorba, manu lecta curiose in vrceolos picatos adiucito.*

50 *Add. Pallad. 13, 4. Id. Mart. 10. Petron. c. 74 et 95. Pompon. Ict. Dig. 34 t. 2 l. 21. Vrceoli ministratorii, h. e. quibus aqua ad mensam bibituris ministrabatur, lemma* Martial. 14, 105.

55 *VRCEOLĀRIS, e. Adi. Plin. 22, 17 l. 20 Perdicium siue parthenium, a nostris herba vrceolaris vocatur, ab aliis astericum, folio, similibus ocimo, nigrior tantum, nascens in tegulis parietinisque.* *Conf. Apul. de Herb. c. 81. Scribon. 39. 53 etc. Rhod. ad Scribon. p. 80.*

60 *VRCEĀTIM. Adu. Plenis vrceis, Petron. Fragm. Tragur. p. 16 (c. 44) Vrceatim pluebat.*

V R E

VRĒDO, inis. f. [καυδμός] *Morbus herbarum, fruticum, arborumque, qui in vitibus etiam carbunculus dicitur, et in caeteris rubigo, pisa, plantas, arboresque adurens.* Cic. de Nat. Deor. 3, 85 c. 35 *Nec si vredo aut grandio quippiam nocuit, id Ioui animaduertendum fuit.* Columel. 3, 20 *Seu frigidus et pruinofus, quod non est patiens vredinis.* *Vredo, Incendium ac pruritus.* Plin. de vrtica pisce 9, 45

70 *Tacta vredinem mittit. Excitare vredinem ibid.*

VRENA, ac. f. Piscis. Plin. 32, 11. *al. Veneria.*

VRETĒRES, um. m. Pl. [ἄρητηρας] A renibus singulae Venae colore albae, ad vesicam feruntur, ἀρητηρας Graeci vocant, quod per eas inde descendente vrinam in vesicam destillare concipiunt

75 *Celf. 4, 1.*

V R G

VRGEO, vrſi, vrſum, ěre. [ἐπίγω, καταπίγω] *Cogere, premere, impellere.* Et miserum tenues in iecur vrget acus Ouid. Her. Ep. 6, 92. *Virg. Georg. 3, 523 Oculos stupor vrget inertes.* Cic. in Hortens. ap. Non. 4, 484 *Itaque nunc Democriti manus vrgebatur.* Varro ap. Non. 2, 98 *Natura humanis omnia sunt paria. Qui pote plus, vrget, piscis ut saepe minutos Magna comest, ut auis enecat accipiter.* *Quadrigarius ap. eundem 4, 484 Sed circiter horas duas graui praelio vrferunt: deinde in fugam sunt coniecti.* *Plaut. Poen. 4, 2, 35 At vrget onus. Haec sidera quibusdam mensibus magis vrgerent et exhauriunt flumina: cum longius recesserunt, minus consumunt, atque trahunt* Sen. Qu. Nat. 3, 26. *Vrgere, Infestare, et exercere.* Celf. 2, 8 *Desieruntque vrgere cibi fastidium et potionis desiderium.* *Sic idem alibi identidem de morbis acutis. Vid. mox Febres vrgerent.* Cic. pro Rabir. Post. 2 c. 1 *Satis est homines imprudentia lapsos non erigere: vrgere vero iacentes, aut praecipitantes impellere, certe est inhumanum.* Cic. pro Planc. 48 c. 19

85 *Etiam atque etiam insto atque vrgeo, insector, posco atque adeo, flagito crimen.* Idem de Fato 33 c. 15 *Hi enim vrgentur angustiis, illorum ratio soluta ac libera est.* *Assultibus variis vrgere aliquem* Virg. Aen. 5, 442. *Cic. Acad. 4, 125 Vrgebor iam omnium vstrum conuicio.* Hor. de Arte Poët. 434

90 *Reges dicuntur multis vrgere culullis, Et torquere mero, quem perspexisse laborant An sit amicitia dignus.*

Curis multis vndique vrgeris Lucret. 3, 1064. *Dolore graui vr-*

95 *gentur* Celf. 3, 2. *Dolor vrget* Scribon. 53. *Dominus non lenis vrget mentem* Hor. Sermon. 2, 7, 93. *Exilio vrgeri* Cic. Att. 10, 11.

100

105

10, 11. *al.* Ex illo. Fame ferroque vrgeri Liu. 26, 6. *Add.* Sal-
 lust. Catil. c. 52. Febres magnae vrgeri Cels. 7, 26. Fortuna
 vrget miseros tenaciter Ouid. Epist. 3, 43. Hortatibus vrgeri ali-
 quem Valer. Argon. 3, 550. Hofte ab magno vrgeri Idem ibid. 8,
 428. Inflationibus vrgeri Scribon. 104. Iussis ingentibus vr-
 gere Virg. Aen. 7, 241. Laboribus vrgeri famulas Ouid. Met. 4,
 35. Literis vrgeri Cic. Fam. 10, 32. Malis omnibus vrgeri Id.
 Tusc. 5, 23. Moerore vrgeri Cic. Att. 11, 2. Mole vrgetur
 corpus Virg. Aen. 3, 579. Cic. de Fato 17 Vt in eo, qui mortifero
 morbo vrgeatur, verum sit, hic morietur hoc morbo. Nox vrget
 diem, et dies noctem: *Neque interdium, neque noctu requiem habeo* Hor.
 Epod. 17, 25. Onus vrget Ouid. Fast. 4, 515. Periculum vrget
 Plin. 28, 1. Solitudine provinciae vrgeri Cic. Att. 6, 3. Id.
 ibid. 12, 9 Sed neque haec digna longioribus literis, nec erat quid scri-
 berem, et Somnus vrgebat. Tempus vrget moriendi Cic. Tusc. 1, 15
 103. ¶ 2 *Formulae aliae:* Cic. de Finib. 5, 80 *de disputa-*
zione erudita, Non pugnem cum homine, cur tantum habeat natura
 boni: illud vrgeam, non intelligere eum quid sibi dicendum, quum
 dolorem summum malum esse dixerit. Sic Ibid. 4, 77 Vrgent tam-
 en, et nihil remittunt. Cic. Off. 3, 67 Ius Crassus vrgebat, quod
 vitii venditor non dixisset sciens, id oportere praestari. Aequitatem
 Antonius, quoniam id vitium ignotum Sergio non fuisset, qui illas
 aedes vendidisset. Idem de Nat. Deor. 1, 97 An quidquam tam
 puerile dici potest (vt eundem locum diutius vrgeam) etc. Al-
 tum vrgeri Hor. Carm. 2, 10, 2 *de navigatione: Contrarium* Premere
 litus. Acrius vrgeri *de foeneratore* Idem Serm. 1, 2, 15. Dies
 et noctes in aliquo opere vrgeri Cic. de Orat. 1, 260. Idem Fam.
 7, 8 Quin tu vrges istam Occasionem et facultatem, qua melior nun-
 quam reperietur? vt premere. Precibus iratis vrgeri aliquem
 Hor. Serm. 2, 6, 29. Propositum vrgeri Idem ibid. 2, 7, 6 *h. e.* 30
Persequi propositum suum. Vrgere aliquem de Cic. Quint. Frat.
 2, 2. Sin tibi id minus libebit, non te vrgebo Idem de O-
 rat. 2, 16 c. 4. Male administratae provinciae vrgeri Tacit.
 Ann. 6, 29. *Graecorum imitatione dictum est, intellig. causa vt illi evexo.*
 Vrgere ad solutionem Vlpian. in l. Si extraneus. D. de iure dotium. 35
 Vrgere cum Infinitiuo, *pro Insistere multo conatu.* Hor. Carm. 2, 18, 20
 Marisque Baiis obstrepentis vrgeri Summouere littora. Virg. Ge-
 org. 2, 352 Qui saxo super, atque ingenti pondere testae Vrgent
femina deposita, furculos. Virg. Aen. 9, 489 Tibi quam noctes
 festina, diesque Vrgebam: *de veste, quam filio parauerat mater.* Iter
 vrgeri, *Festinante ire* Ouid. Fast. 6, 520.
 VRGENS, entis. Partic. [ἐκείνων] Cic. Tusc. 3, 61 c. 25 Est
 enim nulla alia, nisi opinio et iudicium magni praesentis atque vrgen-
 tis mali. Duris vrgens in rebus Egestas Virg. Georg. 1, 146.
 Fato vrgenti incumbere Idem Aen. 2, 653. Veii Fatis vrgentibus 45
 denique capti Liu. 5, 22 *extr. add. ib. c. 36.* Onus aut iam vr-
 gentis, aut certe aduentantis senectutis Cic. de Senect. 2 c. 1. Com-
 parat. August. Epist. 86 Vrgentiori actioni non est prandium praefe-
 rendum. Sub obtentu quasi vrgentioris causae Tertull. de Re-
 furr. Carn. c. 2. Superl. Cod. Iustin. 3 t. II. l. I Si rerum vrgen- 50
 tissima ratio flagitauerit.
 VRGENTER. Adu. Cyprian. Epist. 30, 1.

V R I

VR I, *drum. m.* [βουβάλαι] *Qui et Bubali dicuntur a nonnullis,*
hoc est boues siluestres. Plin. 8, 15 Paucissima animalia Scythia gignit
 inopia fructuum, pauca contermina illi Germania: insignia tamen
 bouum ferorum genera, iubatos bisontes, excellentique et vi et veloci-
 tate Vros, quibus imperitum vulgus bubalorum nomen imponit, quum 60
 id gignat Africa, vituli potius, ceruinae quadam similitudine. Conf.
 Idem 28, 10. Caes. Bell. G. 6, 27. Veget. 3, 15. Solin. c. 32. Virg.
 Georg. 3, 532 Quaesitas ad sacra boues Iunonis, et vris Imparibus
 ductos alta ad donaria currus. Siluestres Id. ibid. 2, 374.
 VRICA, ae. f. [κάμμη] *Eadem quae eruca.* Plin. 18, 17 f. 44, 2 65
 Commune omnium fatorum, vitium vrica, etiam ciceris, cum falsu-
 ginem eius abluendo imber dulcius id facit. Conf. f. 45 Vulgo vero
 si dulcedo noceat, et vermes radicibus inhaereant, remedium est amur-
 ca etc. *Etiam II, 32 f. 37 pro eruca libri quidam, Harduino teste vrica*
habent. Vet. Gloss. κάμμη Vruca: *quod ab Vrica parum distat.* Sed 70
 conf. Salm. ad Solin. p. 627, 66.
 VRIGA, vid. PERORIGA.
 VRIGO, inis. f. [καυδμός] *Pro Vredine, quae ex caustica vt me-*
dicamenti alicui parti admoti prouenit. Plin. 20, 22 At in magna duritia
 sine fico impositum: vel si vehementior vrigo timeatur, per duplices 75
 pannos. Illa mox vrigine percita Apul. Met. 1 p. 105, 27 *i. aestu libidinis.*
 VRINA, ae. f. [ἔπος, ἔρον] *a Gracco ἔρω, meio. A quo ἔπος,*
vrinam dicunt Latini: Est enim Humor, qui ex renibus vesicaeque profundi-
tur. Columel. 2, 15 Aptior est tamen furculis, hominis vrina, quam
 sex mensibus passus fueris veterascere. Cic. de Fato 5 Vt in 80
 mul aegrotantibus fratribus, vt in vrina, vt in vnguibus. *Locus*
est mutilus: sed de consensione quadam naturae, et συμκαταδείξῃ agi apparet.
 Vrina, vrinae et menstruis efficacis Plin. 20, 1 *ad finem.* Vtilis vri-
 nae, iocineri, capitis doloribus Idem in Prooem. 23, 9. Angu-
 stis vrinae vtile abrotonum Idem 21, 21. Cupiditas crebra vri- 85
 nae, sed magna difficultas est Cels. 2, 7. Difficultas vrinae Plin.
 20, 11. Difficultates vrinae succus emendat Idem 20, 7. Dif-
 ficultatibus vrinae medetur Idem 24, 19. Exitus vrinae difficilis
 Scribon. 185. Incontinentia vrinae, vid. INCONTINENS. Iter
 vrinae Cels. 4, 1. Profluuium vrinae Plin. 28, 6. Tormina 90
 vrinae discutit cichorium Idem 20, 8. Alba vrina Cels. 2, 4.
 Arenosa Idem 2, 7. Bullans Idem 2, 7. Candida Plin.
 18, 6. Crassa Cels. 2, 6. Cruenta vrina, vid. CRVENTVS.
 Deterrima Cels. 2, 6. Difficilis Plin. 23, 8. Diluta Cels.
 2, 4 et 6. Genitalis vrina, *Genitale sperma* Plin. 8, 43 f. 68 v. n. 2 95
 Concepta. Liquida parum vrina Cels. 2, 7. Mala vrina, de-
 terior, pessima Idem 2, 4. Mortifera Idem 2, 6. Nigra
 Idem 2, 6. Pallida Idem 2, 6. Purpurei coloris Scribon. 186.
 Rubens Plin. 28, 6. Rubra Cels. 2, 6. Ruffa Idem 1, 2.
 Tenuis Idem 2, 6. Tortuosior Plin. 21, 27. Viridis Cels. 100
 2, 7. Vitiosa Plin. 28, 6. ¶ 2 *Verba et Participia:*
 Ciere vrinam, vid. CIEO. Concepta auribus atque oculis
 vrina Iuuen. Sat. 11, 168 *de prurigine venerea: vid. Interop. conf.*
 Vrina genitalis. Citare vrinam et Tardare Cels. 2, 19. Con-
 citare vrinam, vid. CONCITO. Religionum vsquequaque 105

contemptor, praeter vnus Deae Syriae: hanc mox ita spreuit, vt vrina contaminaret Suet. Ner. c. 56. *conf. Torrent. ad h. l. Val. Max. 2, 2, 5.* Defricatus dens vrina Catul. in Egnatium f. 35, 20. Descendit vrina pura Celf. 7, 27. Destillat vrina Idem 2, 7. Excalfacere vrinam Plin. 21, 20. Excedit vrina, *b. e. Exit, educitur.* Celf. 7, 26. Excitare vrinam Plin. 20, 23. Exinanita prius vrina Idem 8, 37. Expellere vrinam Idem 23, 1. Facere, vel reddere vrinam, *pro Meiere* Idem 8, 16. et Columel. 6, 30. Impellere vrinam Plin. 21, 26. Inhibere vrinam Idem 20, 4. Instillare vrinam Id. 28, 6 *ad finem.* Mouere vrinam Id. 24, 11. Mouetur vrina Iuuen. Sat. 11, 168. Mordet vrina Plin. 20, 15. Nocere vrinae existimatur galbanum Idem 24, 5 *ad finem.* Quibus Opus est vrina Scribon. 126. Pellere vrinam Plin. 20, 5. *add. ib. c. 14.* Pellit vrinam celerrime Idem 24, 6. Prodest et vrinae pota modice radix, et menstruis Idem 21, 22. Idem 20, 6. Profluit vrina naturaliter Celf. 7, 26. Reddere Scribon. 182. Reddere difficulter Id. 147. 186. Reddere difficulter et cum sanguine Id. 189. Reddere cum dolore Id. 186. Per vrinam sanguinem Reddere Id. 90. Ad sanguinem Reddere vrinam Idem 93. Soluere vrinam Plin. 26, 8. Tardare vrinam Celf. 2, 19. Trahere vrinam Plin. 24, 13. Transfluens vrina si id non rodit Celf. 7, 26 *ad finem.*

VRINALIS, e. Adi. *Vt, Vrnalia* medicamenta Cael. Aurel. Tard. 5, 1, 25. *add. ib. 1, 4, 117.* Fistula vrnalis Veget. Veter. 3, 15.

25 Virtutes vrnales Idem 2, 13, 188. VRINO, Ære. vel VRINOR, Æri. Dep. *In aquam mergi, et natando emergere.* Varro de L. L. 4, 27 p. 31, 37 Vrnæ dictæ, quod vrinant in aqua haurienda, vt vrinator. Vrinare est mergi in aquam. Plin. 11, 37 Eadem est causa, quare sub aqua diu ranae et phocæ vrinentur. *Conf. Cic. ap. Non. 7, 57. Symmach. Ep. 10, 46.*

30 VRINATOR, Æris. m. [*πολυμκτης* Gloss. Lat. Gr.] *Qui sub aqua natat.* Callistratus Iureconsultus Ad legem Rhodiam. l. Nautis onusta. §. Sed si nauis. Vrinatores appellat eos, qui merces e mari extrahunt, nauigii gratia iactatas. Liu. 44, 10 Sed in rem (*f. errorem Gronou.*) emendabilem visus lapsus esse, quod per vrinatores omnes ferme extractum est. Tantusque pudor fuit regi eius pauoris, vt vrinatores clam interfici iusserit. *conf. Curt. 4, 3, 10 c. not. Freinsb, Lucan. 3, 696 seqq.*

40 VRINVM, i. n. [*ὀρνίμιον*] Ouum quod sit, explicat Plin. 10, 58 f. 79 Palumbes, et turtures plurimum terna pariunt oua, nec plus quam bis fere pariunt: atque ita, si prior foetus corruptus est, quamvis tria pepererint, nunquam plus duobus educant. Tertium quod irritum est, vrinum vocant. Idem 10, 60 f. 80 Vrina fiunt incubatione derelicta, quæ alii cynosura dixerunt. *Vid. HYPENEMIVS, it.*

45 ZEPHYRIVS. VRIO, Ænis. m. *Genus ludi.* Sarisb. 1, 5 Tessera, calculus, tabula, vrio, vel Dardana pugna.

50 VRIVS, [*Ὀύριος*] Secundum notat, venti epitheton: sed etiam Iouis, de quo Salmast. ad Solin. p. 618. ¶ 2 Vrium genus terræ in metallis Hispaniæ apud Plin. 33, 4 f. 21 quod tanquam vitium euitare vel remouere student.

V R N

55 VRNA, æ. f. [*κάλπη, σείμιος*] *Vas aquarium.* Dicta Secundum Varronem, quod in aqua haurienda vrinat, id est mergitur atque emergitur. *Vid. VRINO.* Plaut. Pseud. 1, 2, 24 Tu qui vrniam habes, aquamingere. Cato 10 Vrniam quinquagenariam (*L. sextariorum capacem*) vnam, trullas tres. Aquæ vrna Hor. Serm. 1, 5, 91. Aquæ vrnas bibisse Scribon. 105. Argenti vrna Hor. Serm. 2, 6, 10. Liquidi vrna, Vrna liquoris Id. ibid. 1, 1, 54. Arcta vrna Ouid. Epist. 11, 124. Caelataque annem fundens pater Inachus vrna Virg. Aen. 7, 792. Capacibus vrnis excipere et fundere laticem Ouid. Met. 3, 172. Demissa vrna in vndas Idem

60 65 ibid. 2, 36. Declinare vndantem vnam Claud. de Rapt. Proserp. 2, 70. ¶ 2 Vrna, mensura. Modius et semis faciunt vrniam. *it. Vrnæ duæ amphoram complent, quæ sunt modia tria Excerpta de mensuris ap. Rigalt. p. 335.* Vini in culleos singulos quadragenæ et singulæ vrnæ dabuntur Cato R. R. c. 148. ¶ 3 *In vrniam antiqui non tantum tabellas iudicum, sed et nomina coniciebant, quum Praetor iudices sortiebatur.* Cic. Quint. Fr. 2, 5 de Sexto Caelio, Senatorum eum vrna copiose absoluit, Equitum adaequauit, Tribuni aerarii condemnarunt. *add. Idem Verr. 2 c. 17.* Plin. Epist. 10, 3 Vt essemus in Senatus potestate, pateremurque nomina nostra, in vrniam conici

70 75 Virg. Aen. 6, 432. Quæsitur Minos vrniam mouet. Hor. Carm. 3, 1, 14 Aequa lege necessitas Sortitur insignes et imos Omne capax mouet vrna nomen.

Seruius iratus leges minitatur et vrniam Hor. Sat. 2, 1, 47. *conf. Torrent. ad h. l.* Feralis vrna, in qua cineres mortui, Tacit. Ann. 3, 1. Cic. in Vatin. 34 Num quis reus in tribunal sui Quæsitorens ascendit, eumque vi deturbarit, subsellia dissiparit, vrnas delegerit, etc. *vid. DELIGO.* Quætere vrniam Stat. Silu. 2, 1, 219. Iuuen. Sat. 13, 4 Improba quamuis Gratia fallacis Praetoris vrniam. Im-

85 90 probam gratiam appellat, *Quæ apud improbum iudicem valuit.* Vicerit vrniam praetoris, *b. e. euaserit iudicium damnationemque Praetoris, qui per fraudem et non recte duxit sortem ex vrna. Est etiam cinerum receptaculum: vnde pro sepultura generatim ponitur.* Caelo tegitur, qui non habet vrniam Lucan. 7, 818. Cic. Tusc. 1, 34 Quid Poëtae, nonne post mortem nobilitari volunt? vnde ergo illud? Adspicite o ciues fenis Ennii imaginis vrniam: etc. *Vid. Lud. Viu. ad Augustin. C. D. 12 p. 44.*

VRNALIS, e. Adi. [*σείμιος*] *Quod vrniam capit.* Plin. 9, 30 Barbas longas pedum triginta, acetabulis, siue caliculis vrnalibus peluuum modo, dentes magnitudini respondententes. Cato 13 Vrceos fictiles vrnales duos, trullas ligneas duas. Scyphi vrnales Petron. Fragm. p. 34 c. 52. Vinum in vrnalibus diffusum habere l. fin. D. de trit. vin. etc.

100 105 VRNARIVM, i. n. [*σάμειον*] Mensa quadrata, super qua vrnæ aqua plenæ in culina reponebantur. Varro τὰ Φη̄ Μειπρῆς, Sed quæ necessitas te iuuat aquam effundere domi tuæ, si vasa habes pertusa, plumbum non habent? ad quam res nobis est confluuium, ad quam rem vrnarium? Ex Nonio 15, 10. *add. Varro L. L. 4, 27 pr. Praeterea erat tertium genus mensæ (dixerat de Cylibatho et Cartibulo) et quadratæ vasorum, vocaturque vrnarium, quod vrnas cum aqua positas ibi potissimum habebant in culina.*

VRNŪLA, ae. f. Dimin. [σαμνάριον] *Parua urna.* Vnde *Vrnula* aequalis Varro de Vita Populi Romani l. ap. Non. 5, 8. Cic. in Parad. i. Mimusne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles vrnulas fuisse, quæ delicatas aliorum pateras arbitramur? *Vrnula aurea*, Seueri reliquias continens Spartian. in Seu. c. vlt. add. Apul. Met. 6 et 11.

VRNIGER, era, erum. Virg. de Signis caelest. v. 12 Et qui portat aquam puer vrniger.

V R O

10

VRO, ussi, ustum, ere. [φλέγω, καίω, αἴζω] *Cremare, calore nimio consumere, incendere.* Plin. 12, 4 Vritur ebenus odore iucundo. Igne quid vtilius? si quis tamen vrere tecta Comparet, audaces instruit ille manus Ouid. Trist. 2, 267. Cic. de Legib. 2, 58 Hominem mortuum, inquit lex in XII tab. in vrbe ne Sepelito, neue vrito. Delegato triumviris ministerio, vt monumenta clarissimorum virorum vrerentur Tac. Agric. 2, 2. Cic. Tusc. 1, 69 c. 28 Caeteras partes incultas, quod aut frigore rigeant, aut vrantur calore. Flammis subiectis vrere aliquid Virg. Aen. 2, 37. Calor vrit artus Lucr. 4, 872. Duritia corporis, quod quum vritur non sentit Cic. pro Domo 97 c. 36. Sol grauis vrit arua Ouid. Met. 6, 339. Sitis vfferat herbas Idem Fast. 4, 299. Virg. Aen. 7, 13 Vrit odoratam nocturna ad lumina cedrum. *Focum in mediis aedibus habebant, in quo taedas vrabant luminis causa, vt narrat Hesychius in vocabulo λαυπήρ.* Turnebus. Vrere, de Frigore etiam dicitur Lucan. 4, 52 Vrabant montana nives. Cic. Tusc. 2, 40 c. 17 Pernoctant venatores in nive, in montibus vri se patiuntur. Conf. Heins. et Drakenb. ad Sil. 4, 68. Tautm. ad Virg. Georg. 1, 93. Sauro ad Sidon. Carn. 5, 523. Adspicis, vt prensos vrant luga prima iuuenos Ouid. Rem. Am. v. 235. Loris vri, Caedi, flagellari Hor. Epist. 1, 17, (16) 47. Virgis vri Idem Serm. 2, 7, 58. Nam ex virgarum percussione corpus inflammatur. Calceus angustior dicitur Vrere pedem Hor. Epist. 1, 10, 43.

¶ 2 Vrere metaphoricus est molestia quadam animi alterius officere, siue illa sit ab inuidia, s. ab amore: Vritur qui amat, et qui inuidet. Vro hominem, per translationem, significat Dolere cogo, interprete Donato: siue Ango, vt ait Budaeus. Si quando illa mentionem Phaedriae facit, aut si laudat, te vt male vrat Ter. Eun. 3, 1, 47. Idem ibid. 2, 2, 43 Non malum hercle. G. vro hominem. P. vt falsus animi est. Hor. Epist. 2, 1, 13 Vrit enim fulgore suo qui praegravat artes Infra se positas, i. Splendore sui nominis urget et incendit inuidos. Id nos vrit Sen. Epist. 3. Vrabant insuper anxiam Mentem varia vndique conuicia Suet. Tiber. c. 66. Vrēbat nobilem Populum, ablatum mare, captae insulae, dare tributa etc. Flor. 2, 6, 1. Conf. Vell. 2, 77. Saenis libertas vritur armis Lucan. 4, 578. i. cruciatur, metuere illa cogitur. Liu. 27, 30 Quos, et Machanidas tyrannus Lacedaemoniorum finitimo bello vrēbat. Vrit atrox Iuno Virg. Aen. 1, 666. Scrupulum iniicit Didoni. Sed Id. ibid. 4, 68 Vritur infelix Dido. i. Amore consumitur et conflamat. Ouid. Met. 7, 22 Medea ad se ipsam, Quid in hospite regia virgo vreris, et thalamos alieni concupis orbis? Doloribus tacitis vri Idem Fast. 3, 389. Ignibus vri Hor. Carm. 3, 7, 11. Ignes, intelligit Amores. Impensus vri Catul. ad Lesbiam l. 70, 5. Pectore intimo vri Catull. in Epithal. Iuliae 59, 177. Pectore toto vri Ouid. Met. 1, 496. Amor me vrit Virg. Ecl. 2, 68. Amor violenter me vffit Ouid. de Arte Am. 1, 23. Dolor vrit amantes Id. Met. 4, 278.

VRITO, are. Frequentat. [αἰδέω] Plaut. Mostel. 3, 1, 81 Calidum hoc est: etsi procul abest, vritat male. al. Vrit.

VRENS, entis. Partic. [καίων] Vt, Caminus vrens ramos Hor. Serm. 1, 5, 81. Capellae vrentes culta, noxam dentibus suis inferentes agris Virg. Georg. 2, 196. Vid. Plin. 8, 50 ad finem. Manus vrentes Ouid. Fast. 4, 705.

VRENDVS, a, um. Partic. [καυστός] Vt, Filix vrenda Hor. Serm. 1, 3, 38.

VSTVS, a, um. Partic. [καυμένος] Plin. 10, 70 Conueniunt ex alto etiam pisces ad quosdam odores, vt sepiani vstam. Ignibus vstus crudeliter Ouid. Trist. 3, 11, 53. Aër siccis feruoribus vstus Idem Met. 1, 119. Capillus vstus Tibul. 1, 10, 39. Indus Propert. 4, 3, 10. Cadmia vstae Scribon. 24. Corticis vsti Id. 142. Myfis Id. 34. Ferri sterco vstum Id. 188.

VSTA, ae. f. Coloris ficticii species Vitruu. 7, 11 Vsta satis habet vtilitatis in operibus. Vid. Plin. 35, 6.

VSTIO, ōnis. f. [καύσις, ἐμπερησις] Catō 38 Virgas et fermen-ta quae tibi vstioni supererunt, in segetem comburito. Vstiones Scribon. 27. i. ambusta. Vis punicum in medicina, tertia vstione Plin. 36, 21. Vstio, pro Cauterizatione quam vocant Plin. 34, 15 Quaedam vstione sanantur: priuatim vero canis rabidi morsus. Cels. Omnes autem huiuscemodi dolores, vix citra vstionem finiuntur, i. Citra candentis ferri admotionem. add. Cels. 8, 2. Ne expauescatis vstionem, quae agitur in vobis in tentationem Tertull. adu. Gnost. c. 12.

VSTIVVS, a, um. Vim vrendi habens. Macer. 2, 8 Vstiuas mare iuuat epiphoras oculorum.

VSTILAGO, inis. f. Vt, Vstilago rustica Apul. de Herb. c. 63 et 109.

VSTOR, ōris. m. [καυτήρ] Qui corpora in bustis cremat. Martial. 3, 93 Vstorque taedas praeferat nouae nuptae, etc. Catul. de Rufa et Rufulo l. 57 (60) 5 Quum deuolutum ex igne prosequens panem A femiraso tunderetur vstore. Sordidus vstor Lucan. 8, 738. add. Prudent. in Rom. v. 847.

VSTŪLO, are. [καυτηράζω] Significat paulatim Vrere. Pacuuius, Candenti ferro crines vstulare.

VSTVLĀTVS, a, um. Partic. Vt, Pali vstulati Vitruu. 5, 12.

VSTVLANDVS, a, um. Partic. [καυτηριαστός] Catul. in Annales Volusii l. 34, 8 Scripta tardipedi deo daturam Infelicibus vstulanda lignis.

VSTVLATIO, ōnis. f. Gloss. Cyrilli, Vstulatio, ἀπόκαυμα.

VSTRICŪLA, ae. f. Vstriculæ, Tertull. de Pallio 4 sunt Mulieres, quae suburendis crinibus operam collocabant. Salmasius legit Histriculæ. vid. eius Not. p. 284. et Casaub. in Suet. p. 144.

VSTRINA, ae. f. Locus, in quo metalla candescunt vt laborentur. Plin. 36, 21 In vstrina ter siccantur, ita vt torreantur carbone puro, ac toties vino restringantur albo. Gelenius aliter legit. Talis vstrina moram non sustinet Apul. Met. 7 p. 97. conf. Arnob. 7 p. 222. Vstrina, Locus dicebatur in quo combustus erat, qui alibi sepultus, mor-

tuus fuerat, ut ait Festus. *καὶ ὅπου νεκρῶν* Gloss. Philox. conf. Elmenh. in Arnob. p. 184. Pro ipsa uestione. Qua vstrina praeterea nidore vitium aperit ac detegit, si cui inest morbus conitialis Solin. c. 19 (31) de cornu cerui, dum exuritur pro usu medicinali.

5 VSTRINVM, i. n. Idem. Vet. Lap. HVIC MONVMENTO VSTRINVM APPLICARI NON LICET.

VROPYGIUM, et OROPYGIUM, i. n. [*ῥοπήγιον*] Est angusta et ultima spinæ pars, siue (ut Iulius Pollux inquit) spondylii finis podici imminentis, quasi terminus pygae, siue finis vertebrae. Martial. 3, 93
10 Et anati habeas vropygium macrae.

V R P et V R R

VRPLX, vel VRPEX, icis. m. [*ῥοπαξ*] Instrumentum rusticum.
15 Cato 10 Vrpicem vnum, crates stercorarias quatuor villicum habere oportet.

VRVNCVM, i. n. Vnicus auctor nominis Varro de R. R. 1, 48 extr. de spica loquens, Illud autem summa in spica iam matura quod est minus quam granum, vocatur frit: quod infima spica ad culmum stramenti summum, item minus quam granum est, appellatur vrruncum. Non dissimulaui, cum h. l. recenserem, suspectum mihi esse, cum sine libri, qui pro eo habent Verum cum, quod bene cohaeret cum his, quae sequuntur. Iul. Pontedera in antiquitt. Latinar. Graecarumque enarratt. Epist. 13 p. 164 interpretatur ῥῥόγκον tanquam serri tumorem, non lac
25 ex quo alia grana densantur.

V R S

VRSVS, i. m. [*ῥοκτος*] Animal ferum. De vrsis vide Plinium 10, 63. Armati vnguibus vrsi Ouid. Met. 10, 540. Rabido
30 nec perditus ore fumante nasum viui tentaueris vrsi Martial. 6, 64. Informes vrsi Virg. Georg. 3, 247. Saeuis inter se conuenit vrsis Iuuen. Sat. 15, 164. Libyci s. Numidici vrsi, an leones. Vid. Lips. Elect. 2, 4. Salmaf. Ex. Plin. p. 221. Voss. de Idol. 3, 52. Truces vrsi Valer. Argon. 2, 73. Turpes vrsi Ouid. Trist. 3, 5, 35. Stat. Theb.
35 6, 866. Vespertinus circumgemit vrsus ouile Hor. Epod. 16, 51.

VRSVLVS, i. m. Dimin.
VRSA, ae. f. Plin. 10, 63 Informia etiam magis quam supradicta, vrsae pariunt, rarumque est videre parientes. conf. Ouid. Met. 15, 379 seqq. Villosae vrsae catuli Idem ibid. 13, 836. ¶ 2

40 VRSA, Sidus caeleste: Calisto in caelum translata. Vid. Ouid. Met. 2, 505. Figuram habet similem plaustris: unde antiqui Graecorum Hamaxam, hoc est plaustrum dixerunt. Vid. SEPTENTRIO. Sunt autem duae vrsae, Maior et Minor, quae Graeci ῥοκτος vocant.

VR SINVS, a, um. Adi. [*ῥοκτειος*] Quod vrsorum est, ut, Vrsinus
45 sanguis Columel. de Arboribus 15. Et Plin. 8, 36 Quoniam potum in vrsinam rabiem agat. Sebum Pallad. 1, 35.

V R T

50 VRTICA, ae. f. [*ἀκαλήθην*] Genus herbae notissimum ab vrendo dictum: quod eius folia tacta acerrime vrant. Vid. Plin. 21, 15 et 17, 10. 22, 7 etc. Viuere herbis et vrtica Hor. Epist. 1, 12, 8. Vrticae proxima saepe rosa est Ouid. Rem. Am. v. 46. Ouis subiciantur radices vrticarum Colum. 8, 14. Mordax vrtica Ouid.

55 de Arte Am. 2, 417. Mortifera contactu vrtica, vid. MOR S. ¶ 2 Vrtica, pro Pruritu libidinis. Iuuen. Sat. 2, 128 — Vnde Haec tetigit Gradiue tuos vrtica nepotes? Acres vrticae Iuuen. Sat. 11, 166. Te propagandae rei familiaris vrtica sollicitat Sidon. Ep. 8, 8 extr. i. immoderata cupiditas. Marina vrtica Plaut. Rud. 2, 1, 9.

60 ¶ 3 Vrtica, Genus piscis. Plin. 9, 45 s. 68 Vrticae noctu vagantur, noctuque mutantur: carnosae frondis his natura, et carne vescuntur. Vis pruritu mordax, eademque quae terrestri vrticae etc. Add. Plin. 32, 10 et 11. Gell. 4, 11 qui ἀκαλήθην appellari docet.

V R V

VRVCA, ae. f. Iuuenal. 6, 276 sec. Scholiast. qui dicit esse illud, quod in faba nascitur, sicut gurgulio. al. curruca, v. v. Conf. VRICA.

VRVS, vid. VRI.

70 VRVVM, vel VRBVM, i. n. Aratri curuatura. A quo VRVO vel VRBO, ἄρε; quod est Aratro definire. Festus, Vruat, Ennius in Andromeda, significat circumdat, ab eo sulco, qui fit in vrbe condenda vrvo aratri, quae fit forma simillima vncini curuatione buris et dentis, cui praefigitur vomer. Ait autem, Circum sese vruat ad pedes. Vid. Varr. de R. R. 4, 27. Salmaf. ad Solin. p. 576.

V S et V S P

VS. IP. Vespasianus Imperator.
80 VSIA, ae. f. [*ῥοία*] Latine Effentia, siue substantia dicitur. Vlpianus utitur in l. In venditionibus. D. de contrah. emt.

VSIO, VSITATVS, VSITOR, vid. VTOR.

VSPIAM. [*ῥιαχῆ*] Adu. in loco. Ter. Adel. 1, 1, 3 Si absis vspiam, etc. Cic. Att. 1, 17 pr. Sed tamen hoc me ipse consolabar, quod
85 non dubitabam, quin te ille aut Dyrrhachii, aut in istis locis vspiam visurus esset. Eidem 7, 12 Inde vtrum consistere vspiam velit, an mare transire, nescitur. Add. Idem de Amic. c. 23. Vspiam, In re aliqua, vel aliquo negotio, Plaut. Caf. 4, 3, 14 Num me expertus vspiam?

V S Q

VSQVAM. [*ῥιαχῆ*] Adu. in ullo loco. Cic. Verr. 4, 25 Quanti
95 cruce non ausus est vsquam defigere, nisi apud eos, quibuscum omnia scelera sua ac latrocinia communicasset. Quo neque acutius vli-

lius imperatoris cogitatum vsquam legimus Nep. 14, 6, 8. Nec mihi magis vsquam videor, quam quum aut in foro magistratus, aut in curia Senatum video, somnare. Cic. de Diuin. 2, 142 c. 68 extr. Idem Philipp. 1, 1 Nec vero vsquam discedebam. Vid. Donatus in Ter. Cic. Verr. 4, 146 Ciues Romani a me nusquam discedere.

100 Ter. Andr. 2, 5, 9 Neque istic, neque alibi tibi vsquam erit in me mora, i. vlla in re. Nec est vsquam consilio aut auctoritati locus Cic. Off. 2, 2. Vsquam, aliter. Ter. Andr. 5, 3, 7 Vide num eius color, pudoris signum vsquam indicat? i. Aliqua parte corporis. Vsquam gentium, in loco et ad locum. Plaut. Mil. 3, 1, 90 Nam bona vxor, si ea quidem deducta est vsquam gentium, vbi ea possit inueniri?

105 Ter.

Ter. Heec. 3, 1, 13 An quisquam vsquam gentium est aeque miser ?
Nec sane vsquam Terrarum locum honoratiorem senectus habet Iu-
stin. 3, 3, 9.

VSQVE [*ἕως, ἄχρι, ἄχρις, ἕχρι*] Continuationem aliquam loci et temporis
significat, et non temere sine alia vel loci vel temporis definitione inuenitur.
Scaliger deriuat ab *ἕως* *us*, in quantum *us* ad significat: sed cur ad adicitur?
et dicitur etiam vsque ab. Melius in plerisque locis intelligere mihi
videbar illius rationem, si VS ponerem contractum ex VLS antiquo, unde
ultra est, ut prima positione vsque sit, et vls, id est vltra. Illud que eo-
dem modo se habet, ut in quisque, cunque, quandoque, vndique, vter-
que, ut vniuersalitas quaedam indicetur, velut dicas vlsunque, vel vl-
tracunque. Conf. VSQVEQVAQVE. Exempla rem ostendent. Plaut.
Men. 1, 2, 62 Inde vsque ad diurnam stellam crastinam potabimus,
h. e. Quoad lux crastina, aut Lucifer certe a nobis videbitur. Ter. Andr.
1, 2, 28 Verberibus caesum te in pristinum Daue dedam vsque ad nec-
em. Cic. Att. 2, 7 Ibi esse volo vsque ad pridie Calend. Maias.
Ibid. 4, 9 Nos in Formiano esse volumus vsque ad pridie Non. Maias.
Eidem 3, 17 De Qu. Fratre nuntii nobis tristes, nec varii venerant, ex
ante diem Nonarum Iunii vsque ad pridie Cal. Septemb. Plin.
Epist. 2, 11 Assenserunt Consules designati, omnes etiam Consulares
vsque ad Pompeium Collegam, qui rogati fuere sententias assenserunt
ordine ab initio et vltra, ad Pompeium, qui aliter sensit: Addit, Erant
in vtraque sententia multi etc. ne putes verum esse, quod interpretati sunt
vsque ad eum, excepto eo. Sine dubio excipiendus erat ab assentientibus,
si eos numerare placeret Pompeius: sed haec non est formalis ratio parti-
culae vsque, quae significat, quod diximus, continuationem quam termi-
nat particula ad, vel similis cum suo nomine. De Ad iam exempla po-
suimus. Virg. Georg. 1, 211 — Serite hordea campis vsque
sub extremi brumae intractabilis imbrem, *i.* Non vsque ad brumae
finem, sed circa Seruius. Interdum subicitur Praepositio. V. g.
Ter. Adel. 4, 5, 21 Miletum vsque? Nempe in nominibus urbium hoc
sollemne est, ne putes vsque regere Casum. Sed illud Cic. de Sen. 50 Vs-
que adolescentiam meam processit aetate, potest deberi librariis, qui ad
litteras geminandas semel tantum posuere. Vid. Ter. Adelph. 4, 5, 21
Cic. Quint. Fr. 1, 1, 33 c. 14 Quoniam eiusmodi theatrum totius Asiae
virtutibus est datum, celebriate refertissimum, magnitudine amplif-
simum, iudicio eruditissimum, natura autem ita resonans, ut vsque
Romam significationes, vocesque referantur: contende quaeaso atque
elabora. add. Idem Att. 15, 28. conf. Voss. de Annal. 4, 4. A Romulo
vsque Augustum Flor. Proem. conf. Paullin. ad Nicet. v. 143. Nescio
an veterum quisquam dixerit simile illi. Aspera arteria ad pulmones
vsque pertinet, Cic. de Nat. Deor. 2, 135. Ab vltimo principio
huius praepositionis, vsque ad hoc tempus Idem de Inuent. 2, 5.
Ab ouo vsque ad mala Hor. Serm. 1, 3, 7. id est ab initio coenae ad fi-
nem vsque. vsque illo, vsque ad illum locum Plin. 6, 23. Inde
vsque a prima pueritia Cic. pro Arch. c. 1. Ter. Adelph. 5, 9, 5
Ego istos vobis vsque a pueris curavi ambos sedulo. Cic. pro
Cluent. 192 Comperi mulierem quandam Larino, atque illam vsque
a mari supero Romam proficisci cum magno comitatu. vsque a capi-
te arcessere Id. Topic. 39. Plaut. Trinum. 51, 2, 180 Quodsi exquiratur
vsque ab stirpe auctoritas, vnde quidque auditum dicant. Ter. Phorm.
2, 3, 48 Progeniem vestram vsque ab auo atque atauo proferens. Cic.
Verr. 1, 87 Hoc illi nauigio ad omnes Populi Rom. hostes vsque ab Dia-
no, quod in Hispania est, ad Sinopem, quae in Ponto est, nauigauerunt.
Virg. Aen. 7, 289 Siculo prospexit Ab vsque Pachyno. Contra, Ad
iactum teli vsque Tacit. Ann. 13, 40. Ad serum vsque diem
Idem Hist. 3, 79. Ter. Andr. 1, 5, 27 Tum patris pudor, qui me
tam leni passus est animo vsque adhuc quae meo cunque animo libi-
tum est facere. Sueton. in Domitiano c. 18 vsque adhuc certe ani-
mum meum probastis, et vultum. ¶ 2 In tantum signi-
ficare videtur Virg. Ecl. 1, 12 Non equidem inuideo, miror magis, vn-
dique totis vsque adeo turbatur agris, *q. d.* adeo vltra vltraque. Sic
Ter. Andr. 4, 1, 38 Suadere, orare, vsque adeo donec perpulit. Cato 67
Amurcam commutet vsque adeo, donec in lacum, qui in cella est, postre-
mum peruenerit. Ter. Eun. 4, 6, 3 vsque adeo ego illius ferre
possum ineptias et magnifica verba, verba dum sint. Sueton. de
Illust. Grammat. 22 vsque adeo arguere perseverauit, quoad Cassius
Seuerus, interpellatis iudicibus, dilatione periit. Vlp. in l. 1 §.
vsque adeo. D. quib. mod. vsufruct. amittat. vsque adeo autem capi-
tis deminutio eum demum vsufructum perimit, qui iam constitu-
tus est, ut si in singulos annos, vel menses, vel dies legatus sit: is
demum amittatur qui iam praecessit. Cato 156, 2 Postea vbi ite-
rum occipiet feruere, paullisper demittito vsque admodum, dum quin-
quies quinque numeres. Ad fatietatem quod dicitur. Plaut. Poen.
3, 1, 31 Vbi bibas edas de alieno vsque affatim, *i.* vltra vltraque
perpetuo. vsque ante diem Quintum Kalendas Maias Liu. 25, 12
pr. Ter. Andr. 2, 1, 4 Vt animus in spe, atque in timore vsque
antehac attentus fuit. Vbi Donatus, vsque antehac, *i.* Antequam tua
verba audirem. Et vna est tantum Praepositio, velut Aduerbiium. Mi-
hi videtur perpetuitatem et hic significare vsque. Sic etiam Ter.
Heaut. 1, 1, 84 Nam vsquedum ille vitam illam incolit inopem, carens
patria ob meas iniurias, interea vsque illi de me supplicium dabo.
Cic. Verr. 1, 12 c. 5 vsquedum per me licuerit. Idem pro Quint. 67
c. 21 vsquedum inueniretur. Interdum aliquid interponitur inter
vsque et Dum. Ter. Heaut. 5, 2, 30 Immo et ibi nunc sum, et vsque
(perpetuo) dudum id egi, dum loquitur pater. Plaut. Pers. 4, 1, 13
Quas tu attulisti mihi ab hero meo vsque e Persia. Cic. Fam. 8, 1
Ego qui scirem Qu. Pompeium Baulis embaeneticam facere, et vsque
eo, ut ego misererem eius esuriei, non sum commotus. vsque
eo dum, pro Tamdiu quoad, vel ita vt. Cic. de Nat. Deor. 2, 124 c. 49
vsque eo premere earum capita mordicus, dum illac captum amitte-
rent. Idem pro Quint. 59 c. 18 Inferiorem esse patitur duntaxat
vsque eo, ne cum bonis, fama, fortunisque omnibus Sex. Naeuii cu-
piditati crudelitatisque dedatur. Varro de R.R. 2, 1 Hoc enim no-
mine asini Arcadici in Graecia nobilitati, in Italia Reatini, vsque eo
vt mea memoria asinus venierit festertis millibus LX. Cic. Att. 2, 14
Ego autem vsque eo sum eneruatus, vt, etc. vsque eo morosi,
vt nobis non satisfaciat ipse Demosthenes Cic. in Orat. c. 29. conf.
Nep. 16, 3, 1. Ter. Eun. 3, 2, 18 Ex Aethiopia est vsque haec.
Hic Aduerbiium vsque de loco, teste Donato. Cic. Verr. 5, 157 c. 60
vt qui vsque ex vltima Syria atque Aegypto nauigarent. vsque extra
solitudines deductus Plin. 8, 17. vsque Hodie Hieron. de Scriptorib.
Ecl. in Malchione, Pamphilo, et Eustathio. vsque In hoc Quinct.
Decl. 301. Cic. Att. 1, 11 Nosti iam in hac materia sonitus no-
stros: tanti fuerunt, vt ego eo breuior sim, quod eos vsque istinc 109

exauditos putem. Vsq̄ue nunc Idem ibid. in Luciano. Trans
Alpes vsq̄ue transfertur Idem pro Quint. 12 c. 3. ¶ 3 Quod
poni vult Vsq̄ue, [ὅθεν] pro Diu, aut multum, vel valde: aliquando
Paene, Donatus, videamus an non in his maxime valeat illa generalis
5 notio, quam supra dedimus. Ultra et ultra, perpetuo, magis magisque.
Ter. Adolph. 2, 2, 5 Ego vapulando, ille verberando vsq̄ue ambo de-
fessi sumus. Et Adolph. 4, 2, 21 Rogitas? Ctesiphon me pugnis
miserum, et istam psaltriam, vsq̄ue occidit. Ter. Eun. 2, 1, 14
Opus faciam vt defatiger vsq̄ue ingratus vt dormiam. Cic. Fam.
10 12, 19 Mihi quidem vsq̄ue curae erit quid agas. Ter. Adolph. 2, 2, 7
Quid potui melius, qui hodie vsq̄ue os praebui. Virg. Ecl. 9, 29
Cantantes licet vsq̄ue (minus via laedet) eamus, i. Iugiter, inquit Scruuius.
add. Ouid. Trist. 4, 1, 4 Mens intenta suis ne foret vsq̄ue malis.
Vsq̄ue et vsq̄ue, geminatum, Martial. 1, 11 Et quidquid petit, vsq̄ue
15 et vsq̄ue donas. Idem 5, 61 Adlatres licet vsq̄ue nos et vsq̄ue,
Et gannitibus improbis laceffas. Plaut. Most. 2, 2, 19 Saluum te
aduenisse gaudeo: vsq̄uene valuisti? TE. vsq̄ue, vt vides. Id. Merc.
2, 3, 53 Vsq̄uene valuisti? i. semper. Plaut. Epid. 2, 2, 120 Ne ab-
eas priusquam ego venero. AP. vsq̄ue operiar; i. perpetuo. Sic
20 vniuersalitatē addit in illo Ter. Adolph. 4, 6, 3 Perreptauī vsq̄ue omne
oppidum, ad portum, ad lacum. Quo non?
VSQ̄VEQ̄VAQ̄VE. Adu. [πάρην, πάντας] Vbique, in unoquo-
que loco: quo firmanur, quae de notione illa generali particulae vsq̄ue di-
cta sunt. Cic. Att. 4, 9 Hic quoque, vt loquebantur, et opinor vsq̄ue-
25 quaque. Idem Verr. 5, 10 c. 5 Nolite vsq̄uequaque eadem quae-
rere: in metu belli, furandi qui locus potest esse? Idem de In-
uent. 2, 63 Atque hoc non alienum est, quod ad multa pertineat, ne aut
nusquam, aut vsq̄uequaque dicatur, hic admonere. Cic. Fam. 7, 16
Vsq̄uequaque sapere oportet, id erit telum acerrimum, i. omni loco,
30 tempore et occasione. Idem de Finib. 5, 91 An hoc vsq̄uequaque aliter
in vita, et non ex maxima parte de tota iudicabis? Idem Phi-
lipp. 2, 110 c. 45 Aut vndique religionem tolle, aut vsq̄uequaque con-
serua. Vsq̄uequaque mihi loquitur Plaut. Bacch. 4, 4, 83. conf.
Sidon. Ep. 2, 10. Pro undecunq̄ue posuisse videtur Messala apud Gell. 13, 15
35 Praetor et comitiatum et concionem vsq̄uequaque auocare potest, nisi
a consule.
VSQ̄VEQ̄VO. Adu. [ἄχρις] Quousque, Donec vel quoad. Var-
ro de R. R. 1, 2 Quod iubet ranam luridam conicere in aquam, vsq̄ue-
quo ad tertiam partem decoxeris. Martial. 2, 64 Eia age, rumpe
40 moras, quo te spectabimus vsq̄ue? Pro Quatenus Vlpian. in l. Si
suspecta. §. 2. D. de inoffic. test. Et ideo datae in eo libertates atque
legata vsq̄uequo Falcidia permittit, suam habent potestatem.

V S T

45 VSTICA. [Ὀυσίκα] Mons in Sabinis, cuius meminit Hor. Carm.
1, 17, 11 Vt cunq̄ue dulci Tyndari fistula
Valles et Vsticæ cubantis
Leuia personuere saxa.
50 Cubantem, inquit Porphyrio, suauiter dixit, ad resupinam eius regio-
nem attendens.

VSTIO, VSTRINA, VSTVLO, VSTVS, vid. VRO.

V S V et V T

55 VSVVALIS, VSVARIVS, VSVCAPIO, VSVRA, VSVRPO, VSVS,
VSVSFRVCTVS, vid. VTOR, èris.

V T, vel V TI, quod propter composita seorsim tractamus,
60 [ἴνα, ὡς, ὡσε, ὅπως] Coniunctio quam finalem dixeris, vel enim fi-
nem, i. exitum rei significat, vt Cic. Fam. 1, 9 Non illi quidem vt
mihi stomachum facerent: vbi negat efficere potuisse inimicos, quod vole-
bant: vel finem, i. causam finalem et consilium, vt Cursorem miserunt, vt
nunciaret Nep. 1, 4, 3. conf. Idem 5, 4, 2. Seruit parenthesi solemniter fere.
65 Cic. Verr. 2, 145 c. 59 Syracusana ciuitas (vt eam potissimum nomi-
nem) dedit ipsi statuum. Idem pro Rosc. Amer. 87 c. 31 Quam
lis audax, vt alia obliuiscar, hinc omnes intelligere potuerunt. Id.
Verr. 5, 177 c. 69 Sed de iudicibus, et (vere vt dicam) de te futurum
est. Vt ad pauca redeam, vxorem deduxit domum Ter. Hec. 1,
70 2, 60. h. e. Vt paucis dicam. Quintil. 8, 3. Si quid periculosius
finxisse videbimur, quibusdam remediis praemuniendum est, Vt ita
dicam, Sic licet dicere, Quodammodo, Permitte mihi sic, etc. Etiam
ab initio Cic. de Fin. 1, 13, 5 Vt autem a facillimis ordiamur. Saepè
omittitur. v. g. Cic. Epist. 2, 15 Hoc tu meum consilium laudes, ne-
75 cesse est. Caes. Bell. G. 3, 11 Huic mandat, Remos reliquosque
Belgas adeat. Ter. Adolph. 5, 8, 13 Sine te exorem. Sen.
Epist. 4 Mors necesse est perueniat. Nep. 25, 22 Ne id, quod
natura cogeret, sibi acceleraret, et se sibi suisque reseruaret.
¶ 2 Frequentissimus vsus est particulae huius, post omnia omnium affectuum,
80 conatum, actionum verba. Obseruari meretur ille praeter ceteros, cum
verbis Metuo, Timeo, Vereor subiicitur, vbi vid. De reliquo obser-
uationes aliquot dabimus, quibus omnia exhauriri nec ipsi affirmamus.
Conferre possunt studiosi Schwarzianam ad Tursellinum diligentiam, si
forte inde suppleri ista possint. Igitur Euentum significat, s. vt loquun-
85 tur Grammatici, ἐβασίον est. Ter. Andr. 1, 1, 108 Tum illa, vt con-
suetum facile amorem cerneret, reiecit se in cum flens quam familia-
riter: non ideo fecit, vt aperiret amorem; sed cum faceret prodidit. Sic
Ter. Phorm. 1, 2, 57 Capillus passus, nudus pes, ipsa horrida, Lacru-
mae, vestitus turpis: vt, ni vis boni In ipsa inesset forma, haec for-
90 mam exstingueret. Varro R. R. 1, 63, 1 Eo conueniunt, vt ipsi
se necant curculiones de catino aquae, quam appetunt illi eo euentu, vt ibi
pereant. Cic. Orat. 56 Vt non iam sine causa Demosthenes tribuerit
primas, secundas et tertias (partes) actioni. ¶ 3 Post
Adeo, Sic, Ita, Tantum, etc. Ponere amant, vt, Nep. 10, 9, 4 Fit
95 strepitus, adeo vt exaudiri posset foris. Idem 25, 16, 1 Cum ae-
qualibus suis sic vixerit, vt iudicare difficile sit etc. Et 15, 3, 1
Adeo veritatis diligens, vt ne ioco quidem mentiretur. Et 1, 5, 5
Tanto plus virtute valuerunt, vt decemplicem numerum hostium pro-
fligarent. Et omissa particula antecedente, 7, 1, 2 Disertus, vt in
100 primis dicendo valeret. Cic. Att. 15, 1 Est autem oratio scripta
elegantissime sententiis verbis, vt nihil possit vltra. Horat. Epist.
2, 2, 71 Purae sunt plateae, nihil vt meditantibus obstat. Cic. Tusc. 2,
27 de Poëtis, Ita sunt deinde dulces, vt non legantur modo, sed ediscantur.
¶ 4 Conditionale est Plaut. Curc. 2, 2, 7 Operam vt det! Non dubitat,
105 quid possit alter: sed metuis, ne des operam, ne serio velit. Cic. Verr.

3, 112 In iugero Leontini agrī medimnum fere tritici feritur — Ager efficit cum octavo bene ut agatur (si sit annus fertilis) verum ut omnes dii adiuent (si sit summa fertilitas) cum decimo. Liu. . . Ex Bruttio agro, qui ut omnis coleretur, exiguus tamen tanto alendo exercitui erat. Quid. Met. 6, 196 Multaque ut eripiat, multo mihi plura relinquet. Huic affinis est illa ratio, cum pro Licet, vel Quamuis poni videtur. Cic. Att. 8, 3 Quis autem locus erit tutus, ut placatis utamur fluctibus? Idem ad Brut. 9 Nos te tuumque exercitum expectamus, sine quo ut reliqua ex sententia succedant, vix satis liberi videmur fore. Idem de Orat. 2, 221 Ut enim quaeras omnia, quomodo Graeci ineptum appellant non reperies. Idem de Lege Agr. 1, 23 Etenim ut circumspiciamus omnia, quae populo grata, atque iucunda sunt: nihil tam populare quam pacem, quam concordiam, quam otium reperiemus. Distentionem nervorum vel cancer sequitur; vel certe, ut mitissime agatur, pus Cels. 8, 10 quomodo legendum censet Morgagnus. Lindenius, cum agitur. ¶ 5 Ut abundat ante ne. Ter. Phorm. 1, 3, 16 Tu coniecito caetera, quid ego ex hac inopia nunc capiam, et quid tu ex ista copia: ut ne addam quod sine sumtu ingenuam, liberalem nactus es. i. Ut non. Ut lex Aelia et Fufia Ne valerent Cic. Post Red. in Sen. c. 5. Ut focus adolescentis Ne rea fiat Id. Fam. 13, 55. conf. Plaut. Pers. 1, 2, 30. et 2, 4, 16. Ter. Hec. 1, 2, 30 Nempe ea causa ut ne id fiat palam. Idem Eun. 5, 4, 20 Vlsciscar, ut ne impune in nos illuseris. Cic. Fam. 2, 6 Petiui saepe per literas, etc. non ut decernatur aliquid noui, quod solet esse difficilius: sed ut ne quid noui decernatur. Idem Fam. 16, 9 Sed tamen ita velim, ut ne quid properes. Iustitiae munus est, ut Ne cui quis noceat Idem Off. 1 c. 7. add. Nep. 2, 5, 5. ¶ 6 Pleonasmō seruit Ter. Andr. 1, 1, 29 Quod plerique omnes faciunt adolescentuli, Ut animum ad aliquod studium adiungant etc. i. Quod adiungunt, s. cum adiungant. Cic. de Senect. 42 Inuitus feci, ut L. Flaminiū e Senatu eicerem, t. Inuitus eieci. Pleonasticum etiam est. Idem de Finib. 1, 33 Fieri, inquam, Triari, nullo pacto potest, ut non dicas, quid non probes eius a quo dissentias. ¶ 7 Ut interdum ponitur, ubi Accusatiuus cum Infinito ordinarie locum habet. Nep. Annib. pr. Si verum est, quod nemo dubitat, ut Populus Rom. omnes gentes virtute superarit. Cic. pro Rosc. Am. 121 c. 41 Non est verisimile, ut Chrysofonus horum literas adamarit. Delet verisimile Lambinus. Sed habent omnes libri. Idem Verr. 4, 11 c. 6 Quid si magnitudine pecuniae persuasum est ei? Verisimile non est, ut ille homo tam locuples, tam honestus, religioni suae — pecuniam anteponeret. Imitator Tullii Laetant. de Ira Dei 10, 44 Nec enim verisimile, ut minora et humilia regimen habeant, maiora et summa non habeant. Cic. de Prou. Cons. 39 c. 16 extr. Nam ut C. Iulius omnibus a Senatu eximiis aut nouis rebus ornatus per manus hanc provinciam tradat ei, cui minime vos velitis: per quem ordinem ipse amplissimam sit gloriam consecutus, ei ne libertatem quidem relinquat, adduci ad glorificandum nullo modo possum. Cic. Acad. 4, 28 c. 9 Ei, qui affirmaret, nihil posse percipi, consentaneum esse dicere, vnum tamen illud percipi posse, ut alia non possent. Idem de Legib. 3, 33 c. 15 Nam ego in ista sum sententia, qua te fuisse semper, scio, nihil ut fuerit in suffragiis voce melius. Idem de Fin. 1, 14 c. 5 Nam illuc quidem adduci vix possum, ut ea, quae senserit ille tibi non vera videantur. Et 2, 108 c. 33 Qui probari potest, ut is, qui propter me aliquid, plus quam ego ipse gaudeat? Et 5, 78 c. 26 Si Stoicis concedis, ut virtus sola, si adsit, vitam efficiat beatam. In his tribus exemplis etiam viuitor et ἡδονή est oratio, si ut relinquas, quam si constructionem per Accusatiuus cum infinitis insituis. Idem Tusc. 1, 57 c. 24 Ex quo effici vult Socrates, ut discere nihil aliud sit, quam recordari. Nempe effici hic ponitur ut sequi, quod etiam adiunctum sibi ut habere solet, de quo vid. SEQVOR n. 3. Sic de Fin. 3, 31 c. 9 Quid autem apertius, quam — tollatur omnis ea, quae quaeratur laudaturque prudentia? Quod tollatur legendum putat Dauisius: malim, ut tollatur, vel fore ut tollatur. Cic. de Nat. Deor. 1, 63 c. 23 Protagoras in principio libri sui posuit, De diuis, neque ut sint, neque ut non sint, habeo dicere. Et de Diuin. 2, 66 c. 31 De ipso Roscio potest illud quidem esse falsum, ut circumligatus fuerit angui: sed ut in cunis fuerit anguis, non tam est mirum. Qu. Cic. de Petiit. Conf. 5 c. 9 Qui abs te tribum — aut habent, aut ut habeant sperant. Varro R. R. 1, 2, 26 Et tamen verum dicit, ut hoc scripserit in agricultura. Plin. Epist. 2, 5, 7 Ac sicut veremur, ne quibusdam pars aliqua secundum suam cuiusque naturam non probetur: ita videmur posse confidere, ut vniuersitatem omnibus varietas ipsa commendat. In hoc verbo ἡ ut similem habet rationem, atque in verbis timendi. ¶ 8 Ut Adu. similitudinis et comparandi it. temporis frequentissimi usus. Coepit studiose omnia Docere, educere, Ita ut si filia esset Ter. Eun. 1, 2, 36. Nep. 14, 3, 2 Vincitum ante se Thyum agebat, ut si feram bestiam captam duceret. Sic vid. Id. 10, 9, 2. Hor. Epist. 1, 7, 3. Cic. Fam. 2, 14 etc. Ut pro Postquam, vel Ex quo. Ter. Phorm. 4, 3, 12 Ut abii abs te, fit forte obuiam mihi Phormio. Idem Hec. 5, 1, 25 Me segregatum habuisse, vxorem ut duxit, a me Pamphilum. Ut Antonius rediit in Italiam Nep. 25, 10, 1. Add. ib. c. 11 pr. et 14, 3, 4. Cic. Phil. . . Est enim annus ut repulsum tulit. Idem Att. 7, 15 Ut ab vrbe discessi, nullum intermisi diem, quin aliquid ad te literarum darem. Virg. Aen. 2, 561 Ut regem aequaeuum crudeli vulnere vidi Vitam exhalantem. Plaut. Poen. 2, 57 Ut quemquem fisco offenderant, Tam crebri ad terram accidebant, quam pira. Ut quisque acciderat, eum necabam illico. Galli dicunt, a measureque etc. Ter. Hec. 5, 3, 4 Ut quisque venerat accedebam, adolescens dic dum quaeso, etc. Plaut. Men. Prol. 63. Nam rus ut ibat, ut multum forte pluerat etc. Ter. Adel. 3, 3, 52 Nam ut numerabatur forte argentum, interuenit homo etc. Liu. 1, 12 Ut Hostus cecidit, confestim Romana inclinatur acies. Cic. Verr. 1, 64 Ut haec audiuit, sic exarsit ad id, quod non modo ipse nunquam viderat, sed ne audierat quidem ab eo, qui ipse vidisset. Idem in Somn. Scip. 5 c. 3 Atque ego ut primum fletu represso loqui posse coepi, Quae so inquam pater sanctissime. Ut primum cessit furor Virg. Aen. 6, 102. Add. Vell. 2, 33, 3. Ut quodque primum gestum erat, ita, etc. Cic. de Inuent. 1, 29. Idem Att. 15, 22 Misi igitur Tironem, et cum Tirone plures, quibus singulis, ut quidque accidisset, dares literas. Idem A. in Verr. 1, 19 Immo vero ut quisque me viderat, narrabat. Aliis illud Indignum, aliis ridiculum videbatur. ¶ 9 Comparationis exempla: Tantus vir, ut naturam fauricem habuerat in tribuendis animi virtutibus, Sic maleficam nactus est in corpore fingendo Nep. 17, 8, 1. Cic. pro Rosc. Amer. 22 Nam ut illud incredibile est mortem oblatam esse patri a filio sine plurimis et maxi-

mis causis: sic hoc verisimile non est, etc. *conf. Nep. 23, 7, 4. Ter. Hec. 2, 3, 20* Ut res dant se, ita magni atque humiles fumus. *Vid. PROV. Cic. de Fin. 5, 64* Pueri, in quibus, ut in speculis, natura cernitur. *Suppresso Ita Hor. Serm. 2, 2, 24*

— *Quaquam ridentem dicere verum*
Quid vetat? ut pueris olim dant crustula blandi
Doctores, elementa velint ut discere prima.

Cic. ad Q. Fr. 1, 1, 4 Ut quisque est vir optimus, ita difficillime esse alios improbos suspicatur. *Sall. Jug. 81* Postea uti quisque opulentissimus videatur, ita Romanis hostem fore. *Idem Verr. 1, 68* Pro se quisque, ut in quoque erat auctoritatis plurimum, ad populum loquebatur. *Idem Off. 1 c. 19* Ut quisque animi magnitudine maxime excellit, ita maxime vult princeps omnium, vel potius solus esse. *Id. de Sen. c. 18* Ut quisque aetate antecedit, ita sententiae principatum

tenet, *de augurum collegio. Idem Parad. 1 c. 4* Ut quisque est maxime boni particeps, ita et laudabilis maxime. *Idem de Orat. 2, 265* Ut quisque optime Graece sciret, ita esse nequissimum. *Ibid. 1, 120 c. 26* Ut enim quisque optime dicit, ita maxime dicendi difficultatem, etc. *Plaut. Pseud. 1, 3, 11* Ut voles esse me, ita ero, *i. Qualem, talis. Simile fere est illud Plin. Praef. mox a princ. Nec quidquam in te mutavit fortunae amplitudo, nisi ut prodesse tantundem posses ut velles, pro quantum. Ita ut pro qualis. Plaut. Amphitr. Pro. 104* Iam ego vos novisse credo, ut sit pater meus. *Ad Id. Pseud. 4, 4 pr.* *Ter. Heaut. 3, 1, 27* Non tua ei dixisti, ut essem?

¶ 10 *Declarandi vim habet.* Subito a militibus e cubiculo raptus, Ita ut erat in veste domestica, imperator est consalutatus *Suet. Vit. c. 8.* Tisiphone canos, ut Erat, turbata capillos *Ouid. Met. 4, 473. add. ib. 11, 60.* Circa quantum milliarium, ut Erat nudo pede atque tunicatus, penulam obsoleti coloris superinduit *Suet. Ner. c. 48. Tale est Ouid. Met. 11, 239* Illic te Peleus, ut somno vincita iacebas Occupat. Ut est *i. per se, nulla re addita, nihil mutatum Scribon. 119, 122. Omittitur antecedens Ita vel Sic, Quinctil. 12, 12* Non omittenda pars haec orationis sed exigenda, ut optime possumus. *Cic. Philipp. . .* Quas ut honorificentissimis verbis ipse consequi potero, complectar mea sententia. *Interdum postponitur. Idem de Orat. 2, 173* Haec ut brevissime dici potuerunt, ita a me dicta sunt. *Pro quippe Quinct. 10, 1* Nec ignoro quos transeo: nec utique damno, ut qui dixerim esse in omnibus utilitatis aliquid, etc. *Pro quam Ter. Andr. 1, 1, 8* Ego postquam te emi a paruulo, ut semper tibi apud me iusta et clemens fuerit servitus, scis. *Idem Eun. 1, 2, 47* Tute scis, post illa quam intimum habeam te, et mea consilia ut tibi credam omnia. *Cic. Att. 1, 13* Me vero teste producto, credo te ex acclamatione Clodii advocatorum audisse, quae confurrectio iudicium facta sit, ut me circumsteterint, ut aperte iugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarent.

¶ 11 *Parenthesi servit:* *Cic. pro Flacc. 38 c. 16* Siue hic confictum est, ut apparet, siue missum domo est, ut dicitur, commovebor. *Idem Acad. 1, 4* Quod ista ipsa de re multum (ut dixi) et diu cogitavi. *Ut dicitur Cic. pro Flacco c. 16. Ut ferunt Liu. 1, 37. Ut fama est Idem 31, 32. Ut est confuetudo Cic. pro Caecin. 23 c. 8. Ut par Est Mat. ad Cic. Fam. 11, 27. Idem pro Rosc. Amer. 56 c. 32* Verum (ut fit) multa saepe imprudentibus imperatoribus vis belli, ac turba molitur. *Idem de Finib. 2, 2* Et caeteros sophistas, ut e Platone intelligi potest, lufos videmus a Socrate. *Virg. Aen. 8, 135* Electra (ut Graii perhibent) Atlantide cretus, Adueritur Teucros. *Columel. 4, 2, 1* Siue vivit, et ut saepe venit (*leg. euenit*) vel nigri est generis, vel parum fertilis, non in vno, sed in pluribus pedamentis fructus claudicat. *Caes. Bell. Gall. 3, 8* Horum auctoritate finitimi adducti (ut sunt Gallorum subita et repentina consilia) eadem de causa Trebium, Terrasidiumque retinent. *b. e. Qui mos est Gallorum in consiliis capiendis. Ter. Phorm. 1, 2, 5* Ut nunc sunt mores. *conf. Nep. 18, 8, 2. Mat. ad Cic. Fam. 11, 27* Respondebo criminibus, quibus tu pro me (ut par erat) tua singulari bonitate, et amicitia nostra saepe restitisti. *Idem Fam. 1, 2* Nos in Senatu quemadmodum spero, dignitatem nostram, ut potest, in tanta hominum perfidia et iniquitate, retinebimus. *Resstringit haec parenthesis, et minuit. Idem de Senect. 12* Qui sermo, quae praecepta, quanta notitia antiquitatis? quae scientia iuris augurandi? Multae etiam ut in homine Romano literae. *Nempe ab homine Romano non valde expectantur. Sic plane capiendum illud Multum, ut inter Germanos rationis ac solertiae Tac. Germ. 30, 3. Et Cic. de Clar. Orat. 27 c. 7* Posteaque Clisthenem multum, ut temporibus illis, valuisse dicendo. *i. Secundum illorum temporum eloquentiam. Orationem salutarem, ut in tali tempore, habuit Liu. 24, 28. Cic. de Clar. Orat. 39* Ut Populi Romani aetas est, senes: ut Atheniensium saecula numerantur, adolescentes debent videri. *Idem Fam. 12, 2* Non nihil, ut in tantis malis, est profectum. Ut in licentia hac temporum, *i. Respectu horum temporum, in quibus magna utimur licentia Plin. Epist. 3, 3, 5. Cic. Att. 12, 28* Quae si manebant, quaerenda est excusatio ad Brutum: et ut nunc est, mansurae videntur. *add. ib. 13, 26. Manut. ad Fam. 4, 9. Non, ut olim solebat, Atellanum: sed, ut nunc fit, minimum introduxisti Idem Fam. 9, 16. Idem Acad. 4, 10* Sed me hercule, ut quidem se nunc causa habet, etsi hesterni sermone labefacta est, mihi tamen videtur esse verissima. *Ter. Heaut. 1, 2, 38* Tu ut tempus est diei, videsis ne quo hinc abeat longius. *Ibid. 1, 1, 116* Sed ut diei tempus est, monere oportet me hunc vicinum Phanium. *Cic. pro Muraen. 32 c. 14* Quo ille quum esset, ut ego mihi statuo, (*secundum meam de illo sententiam*) talis, qualem te esse video, nunquam cum Scipione esset profectus. *Idem Att. 13, 22* Ut mea memoria est. *Idem Acad. 4, 124* Tenemusne quid sit animus, ubi sit, denique sitne, aut ut Dicae-archo visum est, ne sit quidem vllus? ¶ 12 *Ut sequente Item Cic. Off. 2 c. 14* Nec tamen, ut hoc fugiendum est, item habendum est religioni, nocentem — defendere. *Idem Epist. 5, 12* An, ut multi Graeci fecerunt — tu quoque item. *Ciuilem coniurationem ab hostilibus externisque bellis seiungeres. Plaut. Amph. 3, 4, 9* Ut filium bonum patri esse oportet, itidem ego sum patri. *Et Capt. 2, 2, 11* Ut vos hic, itidem illic apud vos meus seruaturs filius. *Plaut. Rud. 4, 4, 55* Ut tute es, item censes omnes esse? *Lucret. 3, 11* Floriferis ut apes in saltibus omnia libant, Omnia nos itidem depascimur aurea dicta. *Ter. Phorm. 3, 1, 12* Tum Phormio itidem in hac re, ut aliis, strenuum hominem praebuit. *Ergo et Cic. Off. 1 c. 1* Item legendum esse, recte monuere viri docti, pro vulgato idem. *Verba sunt, Tamen ut ipse ad meam utilitatem semper cum Graecis Latina coniunxi, neque id in philosophia solum, sed etiam in dicendi exercitatione feci, item tibi censeo faciendum. ¶ 13* Ut, pro Quomodo, interrogantis. *Plaut. Pers. 1, 1, 17* Ut vales? R. ut queo. *Ibid.*

Ibid. 4, 4, 6 Vt munitum muro tibi visum est oppidum. *Add. Id.*
 Merc. 5, 2, 107. et Most. 3, 2, 29. et Rud. 5, 2, 17. et Trin. 1, 2, 10 et 13.
 et Truc. 2, 7, 23. Ea vt videtur mulier? non edepol mala. vt mo-
 rata est? nullam vidi melius Plaut. Merc. 2, 3, 57. *Cum exclamatione:*
 Cic. Att. 2, 21 de Pompeio: Vt ille tum humilis, vt demissus erat! vt
 ipse etiam sibi, non iis solum, qui aderant, displicebat! Et 3, 11 Quod
 quum facis, vt ego tuum amorem desidero! Plaut. Capt. 1, 2, 62
 Vt saepe summa ingenia in occulto latent? Cic. de Finib. 5, 61 Vt
 illi efferuntur laetitia quum vicerint? vt pudet victos? vt se accusari
 nolunt? quam cupiunt laudari? quos illi labores non ferunt, vt aequa-
 lium principes sint? Ter. Heaut. 4, 1, 51 Vt praeter spem euenit?
 Idem Eun. 2, 2, 42 Vt falsus animi est? Virg. Aen. 8, 155 — vt
 te fortissime Teucrum Accipio, agnoscoque libens. Idem
 Aen. 2, 283 — vt te post multa tuorum Funera, post varios homi-
 numque, vrbisque labores. Vt vidi, vt perii, vt me malus ab-
 stulit error? Idem Ecl. 8, 41. *conf.* Ouid. Her. 13, 89. *Heins. ad Ouid.*
 Her. 12, 33. Heu fortuna! quis est crudelior in nos Te, deus? vt sem-
 per gaudes illudere rebus Humanis! Hor. Sat. 2 vlt. v. 61. *Cum indi-
 gnatione:* Vt ego nunc adolescenti thesaurum indicem? Plaut. Trin.
 3, 3, 21. Inultus vt tu riseris Cotyttia Vulgata? Hor. Epod. vlt. v. 56.
 Et praeposito ne. Egone vt te aduersum mentiar, mater mea?
 Plaut. Aul. 4, 7, 9. *Add. Id.* Pseud. 1, 5, 105. Eine ego vt aduer-
 ser Ter. Andr. 1, 5, 29. *Add. Sen. Med.* v. 893. Ter. Phorm. 4, 3,
 64 Impuratus me ille vt etiam irrideat? *Exsecrantis est* Ter. Heaut.
 4, 6, 6 Vt te omnes equidem di, deaque quantum est Syre, cum istoc
 inuento, cumque incepto perduint. Idem Adel. 4, 6, 1 Vt, Syre,
 te cum tua monstracione magnus perdat Iupiter. ¶ 14
 Etiam illa obseruabilia: Plin. Epist. 7, 27 Iam vt in limine, iam vt in-
 tra limen auditur. Columel. de Arboribus c. 7 Diuersae autem,
 quae supra terram extare debent, ne passus fueris plus quam duas, aut
 vt maxime tres gemmas habere. Cic. Q. Frat. 2, 6 Domus celebra-
 tur ita vt quum maxime. Martial. 10, 11 Donauit tamen, inquis,
 amico millia quinque, Et lotam, vt multum, terque quaterque togam:
 ad summum. Plin. 15, 3 ad finem, Nec tam numerosa differentia, tribus
 vt plurimum bonitatibus distat. Cic. de Legib. 2, 34 c. 14 Sequi-
 tur enim de iure belli: in quo et suscipiendo, et gerendo, et deponen-
 do, ius vt plurimum valet, et fides. Plaut. Curc. 2, 1, 2 Quando
 Aesculapii ita sentio sententiam, vt qui me nihili faciat, nec saluum
 velit. *conf.* Ter. Andr. 1, 1, 121 Ita tum discedo ab illo, vt qui se filiam
 neget daturum. Tacit. de Germ. 10 Auspicia fortesque, vt qui ma-
 xime, obseruant. i. vt illi, qui id quam maxime faciunt. Plin.
 Epist. 9, 22 Amat vt qui amant verissime: dolet vt qui dolent impatient-
 tissime. ¶ 15 Vt, quemadmodum Graecorum *ἴνα*, etiam ad lo-
 cum respectum habet, non minus quam vbi ad tempus Catull. 11 pr.
 Furi et Aureli comites Catulli,
 Siue in extremos penetrabit Indos,
 Litus vt (vbi) longe resonante Eoa
 Tunditur vnda.

Idem 17, 10
 Quendam municipem meum de tuo volo ponte
 Ire praecipitem in lutum per caputque pedesque:
 Verum totius vt lacus putidaeque paludis
 Liuidissima maximeque est profunda vorago.
 Virg. Aen. 5, 329 Leui cum sanguine Nilus. Labitur infelix: caesis vt
 forte iuuenis Fufus humum viridisque super madefecerat herbas.
 Sic iam interpretatus est Vet. Schol. Cruqu. ad Hor. 3, 4, 29. *Conf.* VT-
 CVNQVE. ¶ 16 Vt quid inferiore aetate ex *ἴνα* τί (vt hoc
 ex ἴνα) assumptum idem significare, quod quid? quorsum? qua causa,
 statim ostendemus. Referunt hoc etiam Cic. Att. 7, 7 Depugna, inquis,
 potius quam seruias. Vt quid? si victus eris, proscribare: si viceris,
 tamen seruias. Sed videtur pathetica oratio, ita distinctione explananda:
 Depugna potius quam seruias, vt . . . hic ipse, vt fit, interpellans se
 Tullius interrogationem interserit, Quid? et respondet, si victus eris etc.
 De inferioris aevi scriptoribus non est dubium. Sic Vulg. Int. Matth. 9,
 4. et 27, 46 etc. Sic ex 1 Cor. 5, 12 Vt mihi eos qui foris sunt indicare?
 Tertull. de Pudicit. 2. Vt quid multa? venient in manus tuas
 commenta curiae nostrae Symmach. Ep. 5, 41. Vt quid me corri-
 pis conscientia? vt quid me confundis et deprauare contendis Laur.
 Nouar. homilia de Poenitentia. Vt quid ergo de homine Chri-
 stum redimis? Tertull. de Persec. c. 11. *Add. Daum. ad Columban.* 70
 Vt vt, significat Vtunque, siue quoquo modo, vt ait Donatus Ter.
 Phorm. 3, 1, 4 Nam vt vt erant aia, illi certe, quae nunc domi tuae est
 consuleres. *Add.* 3, 2, 46. Idem Adel. 2, 2, 40 Immo hercle hoc quaeso
 Syre, vt vt haec sunt facta, potius quam lites sequar, meum mihi red-
 dat. *Add.* 4, 4, 21. Cic. Att. 10, 4 Quorum vt vt iam acta aetas.
 Obs. A librariis confunditur vt cum et, v. v. it. cum vbi, v. v. it. cum vi, v. v.
 Vtputa, vid. PVTO, are.

VT CVNQVE. Adu. [*ὅπου*, *ὅπου*, *ὅπου*] i. Quomocumque,
 Quandocumque, Vbicumque. Plaut. Amph. 1, 1, 187 Seruos esne, an li-
 ber? s. vtunque animo collibitum est meo. Plaut. Poen. 3, 5, 9
 Vtunque est ventus exin velum vortitur. Cic. Finib. 5, 11 c. 4 Qui-
 bus esset moderandum vtunque res postularet. Vtunque ratio
 demonstrat Plin. 8, 21 f. 30. i. quomocumque res postulat. Ter. Andr.
 4, 3, 21 Tu vt subseruias orationi, vtunque opus sit verbis, vide. Cic.
 in Orat. 55 Itaque ille perfectus, quemadmodum iam dudum nostra in-
 dicat oratio. Vtunque se affectum videri, et animum ardentius mo-
 veri volet, ita certum vocis admovebit sonum. Hor. Carm. 1, 35, 23
 Vtunque mutata potentes Veste domos inimica linquis. Et 4, 4, 31
 Vtunque defecere mores, Dedecorant bene nata culpae. Et
 Carm. 1, 17, 10 Vtunque dulci Tyndari fistula, etc. i. quocumque tem-
 pore et loco. Vid. Lambinus. Sic Carm. 3, 4, 29 Vtunque mecum vos
 eritis. Liu. 2, 12 Mea prima fors fuit: caeteri, vtunque cecide-
 rit, primi, quoad te opportunum fortuna dederit, suo quisque tem-
 pore aderunt. Alii legunt Vt cuique. Virg. Aen. 6, 822 Vtunque
 ferent ea facta minores Vincet amor patriae, laudumque immensa
 cupido. Sed vtunque aderunt res Cic. Off. 1, 53 c. 38. Vtun-
 que cesserit Curt. 7, 4, 16. Difficilis est hominibus vtunque con-
 ceptae spei mora Vell. 2, 67, 1. Vtunque, pro Aliquantum, ali-
 quo modo. Plin. 8, 18 f. 26 Vtunque rabiem et ipsa sentiunt, de came-
 lis. Pro quantumuis Plin. 6, 33 f. 38 Nunc ipsarum partium (tel-
 luris) magnitudo comparabitur, vtunque difficultatem adferet au-
 ctorum diuersitas.

VT LIBET eodem sensu affertur ex Horat. Epist. 1, 7, 19 Vtlibet,
 haec porcis hodie comedenda relinques. Sed sunt aperte duae partes,
 Vt libet, sc. facere potes.

VTENSILE, *vid.* VTOR.

VTER. *Considerabimus primo nomen Adiect.* Vter cum deriuatis :
deinde Vter *f.* Vterus : denique Vter, *f.* Vtris.

VTER, tra, trum. [*πότερος, ὀπότερος*] Quis vnus ex duobus : poniturque interrogatiue, et aliquando infinitiue. Vter nostrum tandem popularis est, tunc an ego? Cic. pro Rab. 11 c. 4. Plaut. Truc. 1, 2, 51 Sed vtris cum rem esse maui? Idem Maen. 5, 2, 29 Vter meruistis culpam? Liu. 2, 27 Senatus a se rem ad populum reiecit: vtri eorum dedicatio iussu populi data esset, cum praesse annonae.

Et 8, 10 Vtrius partis T. Manlius dux fuisset, eius futuram haud dubie fuisse victoriam. Et 31, 32 Vtrius partis melior fortuna belli esset, ad eius societatem inclinatuos. Caes. 5, 44 T. Pulio et L. Varenus perpetuas controuersias inter sese habebant, vter alteri anteferretur. Vtra lex iubeat aliquid, vtra permittat Cic. de Inuent. 2, 146 c. 49. Potest omnino hoc esse falsum, potest verum: sed vtrum sit, non est mirabile Idem de Diuin. 2, 141. Vtrum igitur eorum accidisset, verum oraculum fuisset Idem de Diuin. 2, 115. Idem pro Fonteio 25 Videte igitur, vtrum sit aequius, hominem honestissimum, virum fortissimum, ciuem optimum, dedi inimicissimis atque immanissimis nationibus, an reddi amicis? Idem Verr. 4, 73 c. 33 Aequum esse illos cogitare, vtrum esset Siculis vtilius, suisne seruire, an Populo Rom. obtemperare etc. Vter, pro Alteruter. Idem Verr. 3, 112 Omnium controuersiarum, quae essent inter aratorem et decumanum, si vter velit, edicit se recuperatores daturum. Sic

Neuter vtri inuidet Plaut. Stich. 5, 4, 51. Vter alteri dixerit, nescio Plin. . . Cic. pro Milon. 23 c. 9 Vter vtri insidias fecerit. Plur. Vtros eius habueris libros, (duo enim sunt corpora) an vtrosque, nescio Idem ad Qu. Frat. 2, 12. Vter pro vterque dixisse vterque, putat Voss. ad Vell. 2, 34, 3 ubi Vet. Ed. et MS. Consul Sergii, Catilinae — et aliarum vtrius ordinis virorum coniurationem — aperuit, pro quo nunc editur vtriusque. Quadrigarius apud Gell. 9, 13 Vtris summo studio pugnantibus sic MS. pro vtrisque. Lips.

Epistol. Qu. 4, 2 etiam Liu. 36, 39 extr. ex MS. restitui vult, Frumenti spes, quae in oculos fuerat, vtros pariter frustrata est. Sed nemo illi obsecutus est.

VTERCUNQVE, vtracunque, vtrumcunque. [*ὁποσοῦδη ποτε*] Cic. Fam. 6, 4 Magnae vtriusque copiae ita paratae ad pugnandum esse dicuntur, vt vtercunque vicerit, non sit mirum futurum. Gell. 5, 10 extr. Ne sententia sua vtracunque in partem dicta esset, ipsa sese rescinderet. Vtrumcunque est, hic liber erit maxime necessarius Quinctil. Prooem. 5.

VTERLIBET, vtralibet, vtrumlibet. [*ὁπότερος ἢ, ὁπότερος βάλει*] Vter, quem tibi copere libet. Plin. 24, 4 Suberis cortex tritus, ex aqua calida potus, sanguinem fluentem ex vtralibet parte sistit. Cic. pro Quint. 81 c. 26 Vtrumlibet elige: alterum incredibile est, alterum nefarium, et ante hoc tempus vtrumque inauditum. In vtramlibet partem deprauata facies Scribon. 101. 255. Sed separatim 47 Vtro medicamentorum libuerit asperso. conf. Cels. 8, 2.

VTERNAM. [*ὁπότερος ἂν*] Hor. Serm. 2, 2, 107

Vternam
Ad casus dubios fidet sibi certius, hic, qui
Pluribus assuerit, etc.
An qui, etc. Cuningam. legit Vterne.

VTERQVE, vtraque, vtrumque. [*ἀμφότερος, ἑκάτερος*] Vter et vter, Alter et alter, vel vnus et alter: de duobus dicitur. Plaut. Amph. Prol. 1, 7 Vterque deluduntur dolis mirum in modum. Ter. Phorm. 3, 2, 16 Vterque est similis sui. Idem Eun. 5, 2, 1 Apud Antiphonem vterque, inater et pater, quasi dedita opera domi erant. Eorum controuersiam non incommodum videtur cum vtrorumque ratione exponere Cic. de Inuent. 1, 57. Vterque vtrique est cordi Ter. Phorm. 5, 3, 17. Cic. Off. 1, 28 Quorum vterque suo studio delectatus, contempsit alterum. Vtrumque inuicem adiumento esse, pro Vtrumque alteri Plin. Epist. 4, 20. Herbae vtraeque Scribon. 165. Horum vterque cecidit victus Cic. de Arusp. Resp. 54. Domus vtriusque nostrum aedificatur strenue Idem Q. Frat. 2, 4. Pari Fastigio stetit in vtraque Fortuna Nep. 25, 14, 2. i. tam secunda, quam aduersa. Per nares vtrasque Scribon. 47. Lingua vtraque, Graeca et Latina Plin. 12, 1 Est platanus vna insignis vtriusque linguae monumentis. Manu vtraque pulsare aliquem Virg. Aen. 5, 460.

Palmas vtrasque tetendit Idem Aen. 5, 685. Parte in vtraque multa dicuntur Cic. Acad. 4, 124 c. 39. Parte vtraque Scribon. 47. i. vtriusque. Partem in vtramque, *vid.* IN Praepositionem. Studii quoniam vtriusque nostra possessio est, hodie vtro frui malis, optio tua sit Cic. de Fato 3. Tempora vtraque, dixit Virg. Aen. 5, 355.

Vtriusque; de pluribus dicitur duo genera facientibus. Plaut. Trucul. 1, 2, 50 Vtrosque percognoui vtrobidem. Cic. in Catil. 2, 20 Quos ego vtrosque Quirites in eodem genere praedatorum, directorumque pono. Ter. Heaut. 2, 3, 14 Hoc beneficio vtrique ab vtrisque vero deuincimini. Hic in Plurali Duo significat, sed sic vt in singulari multi sint. Sed etiam simpliciter de duobus Nep. 20, 2, 2 Vtrorumque Dionysiorum opes. Et 23, 4, 2 Vtrosque profligauit, de duobus Consulibus. ¶ 2 Obs. Vtraque fem. nomin. et neutro Plurali, penultimam interdum producit, accentu ei rei occasionem praebente. Aufon. Epigr. 92 Odit vtraque: aliud da modo consilium. Et Epist. 1, 22 Et placuisse reor geminis aetatibus, vt se non festinato tempore vtraque daret. Prudent. Perist. 3, 80 Friuola vtraque et vtraque nihil, carmen dactylicum. Et Cathem. 10, 5 Tua sunt, tua, rector, vtraque, Anapaestus. Et Apotheosi . . Spargebat dominus, sunt vnum fulmen vtraque.

VTRAQVE AN VTRASQVE. (fluctuat enim lectio) Non. 2, 882 Pro vtriusque vel vtroque. Hemina Hist. 4 In Hispania pugnatum bis, vtrasque (vtraque) nostri loco moti. Caecilius, Atque Heracle vtrasque (vtraque) te, quum apud nos venis suffarcinatum vidi.

VTERVIS, vtrauis, vtrumuis. [*ὁπότερος βάλει*] Vter quem tu vis. Menander fecit Andriam et Perinthiam: Qui vtramuis recte norit, ambas nouerit Ter. Andr. Prol. v. 9. Cic. Att. 9, 7 Proquaestor ego vnus cui vtrumuis liceret. Vtrumuis, saluo officio se facere posse arbitrarentur Idem pro Rose. Amer. 4 c. 1. At minus habeo virium quam vestrum vteruis Idem de Senect. 33 c. 10. Quod certum est non facere dum vtrumuis licebit Idem pro Rose. Amer. 4.

VTIRINQVE. Adiu. [*ἐκατέρωθεν*] Ab vtroque latere. Plaut. Amph. 1, 1, 65 Postquam vtrinque exitum est maxima copia. Cic. Fam. 6, 4 Tum hoc tempore ita magnae vtrinque copiae. Hor. Epist. 1, 18, 9 Virtus est medium vitiorum vtrinque reductum. Vtrin-

iosque, pro ab vtroque. Plaut. Amphit. Prol. 111 Vtrinque est grauida, et

ex

ex viro, et ex summo Ioue. *conf. Sisenna ap. Non. 2, 88 Ad binum millium numero faucibus vtrinque factis.*

VTRINQVE SĒCVS, pro Undique, ex omni parte. Lucret. 4, 937 Quare vtrinquefecus quum corpus vapulet, etc. *Vid. Solin. c. 65 (52) Cato R.R. c. 21.*

VTRO. Adu. [*ὅπου*] Versus quam partem. Plin. 18, 19 Id demum recte subactum erit, vbi non intelligitur vtro vomer ierit. *add. Ouid. Met. 5, 166.*

VTROBI, *vid. paullo post VTRVBI.*

VTRQBĪDEM. Adu. Plaut. Truc. 1, 2, 50 Vtrosque percognoui vtrobidem. 10

VTROBĪQVE. Adu. [*ἐναρτίως, ἐναρτίως*] Idem quod Vtrinque. Liu. 27, 40 Vt eodem tempore vtroque Resp. prospere gereretur, aduersa secundis pensando. *Asin. ad Cic. Fam. 10, 31 Quum vero non liceret mihi nullius partis esse, quia vtroqueque magnos inimicos habebam. Eadem veritas vtroque est Cic. de Nat. Deor. 2, 78. Vtroque Eumenes plus valebat Nep. 23, 10, 3. add. Iustin. 10, 2, 8. et 31, 7, 3.*

VTRQLIBET. Quinctil. 1, 11, 9 Vtrolibet inclinata cœruix. *i. in alterutram partem.*

VTRŌQVE. Adu. [*ἐναρτίως*] Ad vtrumque locum. Plaut. Stich. 3, 1, 44 Per hortum vtroque conmeatus continet, *i. continens est, pertinet.* Vtroque coloniae missae Liu. 1, 11. Vtroque versus Plaut. Capt. 2, 3, 7. Gell. 5, 12 Ambigua sint, et vtroque versus dicantur.

VTRVBI, *sive (ut alii legunt) VTRŌBI.* Vnde repulsus Vi fuero, aut vtrobi fuerit Aufon. Eidyll. 4, 64. - Vlpian. in l. Officium. D. de rei vindicat. Idem in l. vnica. D. Vtrubi. Vtrubi hic homo, de quo agitur, maiore parte huiusce anni fuerit, quo minus is eum ducat, vim fieri veto. *Verba sunt Praetoris. Alii legunt Vtrobi. Significat autem, In vtrouis loco e duobus: vel, Apud vtrum e duobus.*

VTRVM. [*πότερα, πότερον*] Ex Adiectiuo Neutro Aduerbiū, idem quod Num significans, et sequentem fere semper habet Particulam An. Cic. Acad. 4, 95 c. 29 Quid quod eadem illa ars, quasi Penelope, telam retexens tollit ad extremum superiora, vtrum ea vestra, an nostra culpa est? Idem pro Rosc. Com. 43 c. 11 Vtrum dimidia parte, an pro tota societate? planius dicam; vtrum pro me? an et pro me et pro te? Multum interest vtrum laus imminuatur? an salus deferatur Idem Fam. 1, 7. Quid tu malum curas, vtrum crudum, an coctum edam? Plaut. Aul. 3, 2, 16. Vtrum, etiam sine particula An interrogat. Idem Stich. 5, 5, 9 Vtrum tibi accumbo? SA. vtrum, vbi tu vis? Vtrum grauius aliquid in quempiam dici potest? etc. Cic. pro Caecin. 29. Vtrum, dubitantis. Ter. Phorm. 4, 2 (3) 54 Vtrum stultitia facere ego hunc, an malitia dicam, scientem an imprudentem, incertus sum. Vtrum pluris patrem matremne faceret? Nep. 11, 3, 4. Hor. Epod. 1, 7

Vtrumne iussi persequemur otium
Non dulce, nī tecum simul?
An hunc laborem, etc.

Ea res in discrimine versatur, vtrumne possit se defendere, an etc. Cic. pro Quint. c. 30. Dissenserunt, vtrumne hae partes essent rhetorices, an eiusdem opera, an elementa Quinctil. 3, 3 extr. *conf. Colum. 11, 1. Tac. de Orat. 35, 2. et 37, 3.*

Vtrumne, an. Pomponius in l. Si indebitum. D. Rem ratam haberi. vt possit discerni, vtrumne domino condici debeat id, quod indebitum solum sit, si is ratum habeat: an vero procuratori condicendum sit, si dominus ratum non habeat. Idem in l. 1. D. de rescindenda venditione. Sed quaeritur, vtrumne nihil agatur ex ea pactione: an vero ego quidem liberer, filius maneat obligatus? Sen. de Benef. 6, 7 extr. Quid autem interest, vtrum me iubeas nauis, aut vehiculo, aut lanceae debere beneficium: *si huc vsque modo legas, possis existimare, iungi vtrum, aut, aut: sed adde, quae sequuntur*) an ei, qui aequae quam ista propositum beneficiendi nullum habuit, sed profuit casu? *An sequatur post Vtrum aut, vid. AVT n. 2.*

VTRVMNAM. Adu. Idem. Liu. 37, 17 extr. Rhodios cum percunctatus esset, vtrumnam Pataris vniuersa classis in portu stare posset.

VTER, *eri. vel VTERVS, i. m.* [*μήτρα, δελφός, μήδης*] Qui continet, et tanquam vter s. follis est ad foetum continendum, proprie enim de mulieribus et reliquis huius sexus dicitur. Plin. 11, 7, 36

Feminis eadem omnia, praeterquam vesicae iunctus vtricus: vnde dicitur vterus, quod alio nomine locos appellant. Idem 8, 43 de

asina, Sed incontinens vterus vrinam genitalem reddit, nisi cogatur in cursum verberibus a coitu. Ouid. Met. 8, 490 Vteri pignora sunt liberi. Sic Fast. 2, 430. Onus Idem Epist. 11, 64. et Met. 10, 481.

Sic vteri pars septima de septem filiis vnus Met. 6, 192. Vter, pro Vtero. Caecil. Umbris, Nunc vter crescit, non potest celari Nonius 2, 915. Vterus, pro Ventre Virg. Aen. 2, 20 — vtrumque armato milite complent. Nauis lato vtero Tac. Ann. 2, 6, 2.

In vtero dolii Colum. 12, 4. Sed proprie Plaut. Truc. 1, 2, 97 Nam equidem vterum illi, quod sciam nunquam extumere sensi. Felicis vteri femina. Patere. l. 2 Feminam neque sibi, neque Reipub. felicis vteri. Grauis vtero Plin. 9, 6. Vterus grauis Ouid. Met. 10, 495.

Vtero laborantes puellae Idem Am. 2, 13, 17. Potens vteri diua, Lucina Idem Met. 9, 315. Celare manibus vterum Idem Met. 2, 463.

Facere vterum . . . Fert diro vtero impia semina Ouid. Met. 10, 470. Ignoratus vterus, *vid. IGNORO.* Implerat vterum generoso semine Ouid. Met. 9, 280. Notauit Lucina rugis vterum Idem de Arte An. 3, 785. Parere vno vtero marem et feminam. Vlpian. in l. Si fuerit legatum. §. Plane. D. de reb. dubiis. Tendebat grauitas mihi vterum Ouid. Met. 9, 287. Verba sunt Alcmenae. Tumens vterus Stat. Theb. 12, 637. Vti faciliore vtero Plin. 8, 32. Tacit. Ann. 1, 59 Arminium — Subiectus seruitio vxoris vterus recordem agebat. *Intelligit filium, quem vtero adhuc gestabat vxor. Add. Id. 15, 23, 2. Plin. Ep. 8, 11. Vterum, neutro genere dicitur auctor est Nonius 3, 258. Plaut. Aul. 4, 7, 10 Perii mea nutrix, obsecro, vterum dolet. Afran. Vopisc. Sedit vterum, non vt omnino tamen. Apul. Apol. p. 327, 33 O infelix vterum tuum, Pudentilla! o sterilitas liberis potior!*

VTERCVLVVS, *sive VTRICVLVS, i. m.* Dimin. [*ἀνθίδιον*] Vtricus porcelli Apic. 8, 7 quae vulua est in porca. De vtriculo apum Plin. 11, 12 Praeterea e fronde ac pabulis potus in vtriculos congestus apum, ore enim eum vomunt, et ad haec succo florum, etc. Idem 11, 37 *Ve modo vidimus vtriculi nomine descripsit vterum. Vtriculos Plinius vocat 18, 11 non procul a sine, quae Graeci λυτρά, id est seminum in frugibus inuolucra et opera, quae trita et cribro excussa, glumae sive acis dicuntur. Quin etiam prima illa florum germina, quae veluti quidam vtriculi tument, priusquam flos arborum aperiat, vtriculos vocat 16, 26 de arboribus loquens, Pariunt vero quum florent: flosque ille ruptis constat vtriculis.*

VOL. IV.

VTERINVS, a, um. Adi. [*ὄμογάστριος*] *Qui ex eodem utero prodiit.* Institut. l. 3 titulo De bon. possess. Frater, sororue, consanguinei vel vterini. *Add. Isid. 9, 6. it. l. vlt. C. de legit. hered.*

VTER, tris. m. [*ἄσπός, ἄσπωμα*] *Pellis, qua vinum aut oleum de ferri solet.* Vtres ab vtero derivat Isidor. 20, 6 *quod contra melius alii.* Plin. 12, 7 Indi in vtribus camelorum aut rhinocerotum lycion mittunt. *conf. Curt. 4, 7, 12.* Virg. Georg. 2, 384 Mollibus in pratis vinctos saliere per vtres.

VTER VINARIUS Plin. 28, 18. *Add. Iustin. 1, 8, 13.* Nare super vtres Curt. 7, 8, 6. *Metaph. Hor. Serm. 2, 5, 98* Crescetem tumidis infla sermonibus vtrem. *Obs. Arnob. 1 p. 36* Nonne alius haec vtria, alius dicitis hos vtres?

VTERCVLVVS, i. m. Dimin. Apul. Miles. 1 Sanguinis eruptionem vterculo admoto excipit diligenter, vt nulla stilla compararet vsquam.

VTRARIVS, i. m. Vtrarios videtur vocare Liu. 44, 33 Qui vtribus aquam ferunt; Postremo sequi se vtrarios ad mare, quod minus trecentos passus aberat, iussit.

VTRICVLARIVS, i. m. [*ἀσπιδός*] *Qui inflat aptam et illigatam vtri fistulam.* Suet. Neron. c. 54 Vouerat se proditurum hydraulam, et choraulam, et vtricularium. *Vtricularii etiam dicuntur, qui pontes vel naues ex vtribus conficiunt.* Inscript. Vet. apud Spon. Miscell. Erud. Antiq. p. 61. **COLLEGIO VTRICVLAR.** et p. 171. **INTER VTRICVLAR. LVG.** *Vide Schwarz Altorfin. in Miscell. Polit. humanit. p. 27 sqq.*

VTRICIDA, ae. m. *Qui vtres caedit, fectum ab* Apul. Met. 3.

VTERCVNQVE, VTERLIBET, VTERNAM, VTERQVE, VTERVIS, vid. **VTER**, Adi.

VTERVS, vid. **VTER**, eri.

V T I

VTI. [*ὄς, ὄσπερ*] *Particula idem significat quod Vt.* Plaut. Amph. 1, 1, 59 Proinde vti prope de finibus suis exercitum deducerent. Cic. Acad. 4, 22 Eos consuetudine adhibita tam facile internosceremus, vti minimum quidem similes viderentur. Ter. Phorm. 4, 1, 20 Quod si fit, vti me excutiam atque egrediar domo, id restat. Putant fore vti, si paullatim haec consuetudo serpere, ac prodire coeperit Cic.

Diu. in Caec. 68. Vti eorum qui audirent, sic afficerentur animis, vt, etc. Idem de Orat. 1, 87. Nihil aliud, nisi vti ne quid per vim agi posset Idem pro Domo 54 c. 21. Neque vti satis firmo praesidio defensus Sex. Roscius, verum vti ne omnino desertus esset Idem pro Rosc. Amer. 5 c. 2. Ceruus vti, pro Vti ceruus

Hör Carm. 1, 15, 29. Vti rogas, vid. Rogare legem, in **ROGO**.

Cic. Philipp. 9 extr. f. 17 Quod sepulcrum ipsius, liberorum posterorumque eius fit, vti quod optimo iure sepulcrum publice datum est.

V TIC A, ae. f. [*Ἰτύχη*] *Africae minoris vrbs in littore Carthaginiensi et magnitudine et auctoritate secunda post Carthaginem, quae illa excisa ut metropolis erat, et receptaculum Romanorum ad res in Libya gerendas.* Apud hanc Cato se interemit: unde et Vticensis dictus est. Mela 1, 7 Fato Catonis insignem ideo appellat. Hor. Epist. 1, 20, 13 Aut fugies Vticam, aut vinctus mitteris Ilerdam.

V TICENSIS, e. Adi. *Vt, Ager Vticensis* Liu. 27, 5.

V TILIS, VTILITAS, VTILITER, vid. **V TOR**.

V TINAM. [*ἄρε, ὄφελον, ὄφελος*] *Adu. optantis.* Cic. Fam. 14, 4 Quod vtinam minus vitae cupidus fuisssem, certe nihil, aut non multum in vita mali vidissemus. i. Si minus vitae cupidus fuisssem, certe, etc. Vtinam igitur vt illa anus optat Idem de Nat. Deor. 3, 75.

Atque vtinam ipse Varro incumbat in causam Idem Att. 3, 15. **Ovtinam tunc quum Lacedaemona classe petebat, etc.** Ouid. Epist. 1, 5. Cic. Fam. 5, 17 Illud vtinam ne vere scriberem. Vid. Ter. Phorm. 1, 3, 5.

Nec ad te die natali meo scripsi, quo vtinam conceptus non essem Cic. Att. 11, 9. Idem Att. 13, 45 **Heri nescio quid in strepitu videor exaudisse, quum diceret te in Tusculanum venturum: quod vtinam, iterum vtinam, tuo tamen commodo.**

V TIQUE. *Adu. affirmandi.* [*ἀρα, δήπε, δήπεθεν, πάντως*] *Certe, omnino.* Cic. Att. 5, 9 Id vnus diligenter literis, quae ad me vtique perferantur, consequeretur. Eidem Att. 12, 40 Nam et Piliae satisfaciendum est, et vtique Atticae. Coram pluribus erubit, vtique

in concionibus Sen. Ep. 11. Quincil. 5, 10 Itaque non quia est arbor, platanus est: at quod non est arbor, vtique platanus non est. Nec quod non est virtus, vtique potest esse iustitia. Ibid. Sol colorat: non vtique qui est coloratus, a sole est. Sapienter propositum est, non vtique, quod tentat, efficere; sed omnia recte facere; gubernatore propositum est, vtique nauem in portum perducere Sen. Ep. 85.

Abiero vtique siue hinc, siue ero hic oppressus, ea maneant opinio Pseudo-Cic. Anteq. iret in Exil. 23. Mittas vtique ad me tabellarios Cic. Att. 6, 1. Qui non, si oportet, vicisci vult; sed vtique Sen. de Ira 2, 4, 1. Scire illud vero vtique cupio Cic. Att. 13, 13. Scribito vtique quod censeas mihi faciendum Idem Att. 10, 1. *Add. ib. 13, 13.* Sis vtique cum tuis apud me quo die venies Idem Att. 4, 4. Teneto vtique annum quidem Idem Att. 5, 9. Ego, vt constitui, adero; atque vtinam tu eadem die: fin, quid enim multa? vtique postridie Idem Att. 13, 22. Velim ante possis: si minus, vtique simul simus Id. ib. 13, 4.

V TOR, vsus sum, vti. [*χραιομαι*] *Adhibere ad finem quemcunque: latissime patet, ac de omnibus rebus dicitur:* Cic. Diu. in Caec. 21 Sunt haec et alia in te falsi accusatoris signa permulta, quibus ego nunc non vtor. Vtor etiam *Accusatio iunctum.* Plaut. Epid. 2, 2, 79 Si placebit vti minor (al. Vitor) consilium. Idem Afin. 1, 3, 47 Caetera quae volumus vti, Graeca mercamur fide. Si quid est, quod vtar, vtor vox Catonis apud Gell. 13, 23. Eadem significatione, sed cum Ablatio consueto, Vt sit, qui vtamur Cic. Att. 11, 11 extr. i. unde sumtus suppetat. *conf. Graeu. is. Gron. de Pec. Vet. 2, 7.* Ter. Ad. 5, 9, 24 Huic aliquid paullum praee manu dederis, vnde vtatur. Sic

vti paruo n. 2. *Vid. de hoc usu verbi Gronou. de Pec. Vet. 2, 7 p. 105.* Tertull. Exhort. ad Cast. c. 9. et de fuga in Persec. c. 6. Charis. 5 p. 257. Diomed. 1 p. 300. Nihil te vtor, *Nolo mihi quidquam negotii esse tecum* Plaut. Trin. 2, 1, 26. Plin. 16, 6 Ab hac proxime latifoliae proceritas, sed minus utilis aedificiis, atque carboni: dotata, vitiis obnoxia est. Quamobrem solida vtuntur carboni. i. ad Carbonem.

V TOR, vsus sum, vti. [*χραιομαι*] *Adhibere ad finem quemcunque: latissime patet, ac de omnibus rebus dicitur:* Cic. Diu. in Caec. 21 Sunt haec et alia in te falsi accusatoris signa permulta, quibus ego nunc non vtor. Vtor etiam *Accusatio iunctum.* Plaut. Epid. 2, 2, 79 Si placebit vti minor (al. Vitor) consilium. Idem Afin. 1, 3, 47 Caetera quae volumus vti, Graeca mercamur fide. Si quid est, quod vtar, vtor vox Catonis apud Gell. 13, 23. Eadem significatione, sed cum Ablatio consueto, Vt sit, qui vtamur Cic. Att. 11, 11 extr. i. unde sumtus suppetat. *conf. Graeu. is. Gron. de Pec. Vet. 2, 7.* Ter. Ad. 5, 9, 24 Huic aliquid paullum praee manu dederis, vnde vtatur. Sic

vti paruo n. 2. *Vid. de hoc usu verbi Gronou. de Pec. Vet. 2, 7 p. 105.* Tertull. Exhort. ad Cast. c. 9. et de fuga in Persec. c. 6. Charis. 5 p. 257. Diomed. 1 p. 300. Nihil te vtor, *Nolo mihi quidquam negotii esse tecum* Plaut. Trin. 2, 1, 26. Plin. 16, 6 Ab hac proxime latifoliae proceritas, sed minus utilis aedificiis, atque carboni: dotata, vitiis obnoxia est. Quamobrem solida vtuntur carboni. i. ad Carbonem.

V TOR, vsus sum, vti. [*χραιομαι*] *Adhibere ad finem quemcunque: latissime patet, ac de omnibus rebus dicitur:* Cic. Diu. in Caec. 21 Sunt haec et alia in te falsi accusatoris signa permulta, quibus ego nunc non vtor. Vtor etiam *Accusatio iunctum.* Plaut. Epid. 2, 2, 79 Si placebit vti minor (al. Vitor) consilium. Idem Afin. 1, 3, 47 Caetera quae volumus vti, Graeca mercamur fide. Si quid est, quod vtar, vtor vox Catonis apud Gell. 13, 23. Eadem significatione, sed cum Ablatio consueto, Vt sit, qui vtamur Cic. Att. 11, 11 extr. i. unde sumtus suppetat. *conf. Graeu. is. Gron. de Pec. Vet. 2, 7.* Ter. Ad. 5, 9, 24 Huic aliquid paullum praee manu dederis, vnde vtatur. Sic

vti paruo n. 2. *Vid. de hoc usu verbi Gronou. de Pec. Vet. 2, 7 p. 105.* Tertull. Exhort. ad Cast. c. 9. et de fuga in Persec. c. 6. Charis. 5 p. 257. Diomed. 1 p. 300. Nihil te vtor, *Nolo mihi quidquam negotii esse tecum* Plaut. Trin. 2, 1, 26. Plin. 16, 6 Ab hac proxime latifoliae proceritas, sed minus utilis aedificiis, atque carboni: dotata, vitiis obnoxia est. Quamobrem solida vtuntur carboni. i. ad Carbonem.

V TOR, vsus sum, vti. [*χραιομαι*] *Adhibere ad finem quemcunque: latissime patet, ac de omnibus rebus dicitur:* Cic. Diu. in Caec. 21 Sunt haec et alia in te falsi accusatoris signa permulta, quibus ego nunc non vtor. Vtor etiam *Accusatio iunctum.* Plaut. Epid. 2, 2, 79 Si placebit vti minor (al. Vitor) consilium. Idem Afin. 1, 3, 47 Caetera quae volumus vti, Graeca mercamur fide. Si quid est, quod vtar, vtor vox Catonis apud Gell. 13, 23. Eadem significatione, sed cum Ablatio consueto, Vt sit, qui vtamur Cic. Att. 11, 11 extr. i. unde sumtus suppetat. *conf. Graeu. is. Gron. de Pec. Vet. 2, 7.* Ter. Ad. 5, 9, 24 Huic aliquid paullum praee manu dederis, vnde vtatur. Sic

vti paruo n. 2. *Vid. de hoc usu verbi Gronou. de Pec. Vet. 2, 7 p. 105.* Tertull. Exhort. ad Cast. c. 9. et de fuga in Persec. c. 6. Charis. 5 p. 257. Diomed. 1 p. 300. Nihil te vtor, *Nolo mihi quidquam negotii esse tecum* Plaut. Trin. 2, 1, 26. Plin. 16, 6 Ab hac proxime latifoliae proceritas, sed minus utilis aedificiis, atque carboni: dotata, vitiis obnoxia est. Quamobrem solida vtuntur carboni. i. ad Carbonem.

vitiis obnoxia est. Quamobrem solida vtuntur carboni. i. ad Carbonem.

vitiis obnoxia est. Quamobrem solida vtuntur carboni. i. ad Carbonem.

nem. Sed variat lectio. Cic. pro Rosc. Amer. 62 Et sese ad
 Caeciliam nepotis filiam, quam honoris causa nomino, contulit, qua
 pater vsus erat plurimum, *int. ad amicitiam et familiaritatem.* Id.
 pro Cluent. 4 c. 16 His Fabriciis semper vsus est Oppianicus familia-
 rissime. *Conf. Idem Fam. 1, 3.* Ter. Hec. 5, 3, 39 *Bacchis de Pam-*
philo, Ego, dum illo licitum est, vsa sum benigno, et lepido, et comi.
 2 *Ablatiui:* Caes. Bell. Gall. 1, 51 Omnes alarios in conspectu hos-
 tium pro castris minoribus constituit, quod minus multitudinem mili-
 tum legionariorum pro hostium numero valebat, vt ad speciem alariis
 vteretur. Qui Ambitione nihil vterer Cic. Fam. 5, 20. *vid. Graeu. ad*
b. l. it. Gron. de Pec. Vet. 3, 17. Amicitia familiariter alicuius vti Quin-
 ct. 5, 9. Amicitia alicuius vti bene vel male Plaut. Cist. 1, 1, 25. Id.
 Perf. 1, 1, 19 Nimis stulte amicis vttere. Ter. Hec. 5, 1, 37 Nostra
 vttere amicitia vt voles. Plaut. Afin. 1, 1, 51 Quippe qui mage amico
 vtantur gnato, et beneuolo. *b. e. Plus gnatus eos amaret.* Ter. He-
 aut. 2, 1, 5 Mihi si vnquam filius erit, nae ille facili me vtetur patre.
b. e. Facilis illi et placabilis pater ero. Amoris dementer vsa
 Clytie Ouid. Met. 4, 259. Amore vti surrepticio, *pro Clam amare*
 Plaut. Curc. 1, 3, 49. Antidoto Scribon. 171. Aquis frigidis vti
 Cels. 1, 1. Aura nocturna vti dicuntur naues Caes. Bell. Ciuil. 3, 20
 8. Auribus alicuius vti, *vid. AVRIS.* Balneo vti Cels. 1, 1.
 Beneficio ciuitatis Nep. 25, 3, 1. Cic. Verr. 4, 6 Vt illis Benignis vsus
 est ad commodandum, sic ipse diligens fuit ad reportandum. Cic.
 pro Rosc. Amer. 71 Noluerunt feris corpus obicere, ne Bestiis quo-
 que, quae tantum scelus attigissent, immanioribus vteremur. *b. e. Im-*
maniores essent erga nos. Bonis suis vtatur oportet, fruatur, qui
 beatus futurus est Cic. de Nat. Deor. 1, 104. Bonis eloquentiae male
 vti Quinct. in Prooen. lib. 1. Collyriis Scrib. 22. Cic. pro
 Rosc. Amer. 131. Commoda quibus vtimur, lucemque qua frui-
 mur, spiritumque quem ducimus, ab eo nobis dari atque impertiri vi-
 demus. Consilio vti Caes. Bell. Gall. 1, 8. Criminatione in ali-
 quem vti Cic. de Lege Agr. 3, 3. Idem pro Cluent. 56 Sed ipse his
 neque Defensoribus vti postea, neque laudatoribus potuit. Di-
 sciplina vti Plaut. Afin. 1, 3, 49. Equo vti Caes. Bell. Gall. 8, 12.
 Exemplis grandibus vti in paruis Ouid. Trist. 1, 3, 25. Fide et
 praesidio alicuius vti Cic. Verr. 1, 13. Fide lenonia vti Plaut.
 Rud. 5, 3, 30. Foro vti, *vid. FORVM.* Fortuna vti Virg.
 Aen. 9, 240. Cic. Verr. 3, 84 Quo iste interprete non ad linguam Graecam,
 sed ad furta et flagitia vti solebat. Homine aequo vti: Id. Verr. 5, 154
 Hic vide quam me sis vsurus aequo. Honoribus vir amplissimis
 vsus Cic. pro Flacc. 52. Idem Verr. 1, 30 Menses mihi tres cum
 eripissetis ad agendum maxime appositos, reliquum omne tempus hu-
 ius anni me vobis remissurum putastis, vt cum Floris nostris nos esse-
 mus vsi, tu binis ludis interpositis, quadragesimo post die responderes.
 Hortamine longo non est vtendum Ouid. Met. 1, 277. Cic. Fam. 45
 11, 5 Quanquam cum Hortatione non egeas, vt supra scripsi, non vtar
 ea pluribus verbis: faciam illud quod meum est. Cic. Qu. Frat.
 2 Mihi docere videbatis istius generis Humanitatem, qua mihi nihil
 vtor abs te. Illis vtar vt meis Plin. Epist. 7, 12 *de scriptis.* In
 gladiatoribus vti emplastro Scribon. 207. Ingenio vti iuueniliter
 Ouid. Trist. 2, 118. Ingenio alicuius vti, *i. Ingenio obsequi et mo-*
rem gerere Treb. Pollio in Trigint. Tyrann. c. 16. Inuidia mi-
 nore vti Plaut. Aul. 3, 5, 8. Cic. Off. 1, 22 De rebus ipsis vttere tuo
 Iudicio. Libertate modice vti, *vid. MODVS.* Hor. Epist.
 1, 17 *pr.* Quamuis, Scaeva, satis per te tibi consulis, et scis Quo tan-
 dem pacto deceat Maioribus vti, *i. Cum maioribus viuere.* Medicamento
 Scrib. 228. Melle liquido Id. 50. Vti, *absolute, de medicamentis:* Cur hoc
 quam illo potius vtatur Cels. 1 praef. Desine Morbo procacitatis
 isto vti Declam. in Sallust. 36 c. 8. Muneribus deorum sapienter
 vti Hor. Carin. 4, 9, 48. Necessitate vti Tac. Ann. 16, 11. Oculis
 vti Plaut. Epid. 1, 1, 4. Idem Milit. 4, 7, 25 Maris causa hercle hoc
 ego Oculo vtor minus. *b. e. Ademptus est mihi huius oculi vsus.* Odio
 ciuilliter vsus est Ouid. Trist. 3, 8, 41. Officio improbi viri vti
 Plaut. Stich. 1, 1, 14. Idem Aul. 2, 1, 22 Da mihi Operam amabo.
 M. tua est, vttere, atque impera, si quid vis. Cic. Acad. 4, 86 c. 38
 Negat Opera deorum se vti ad fabricandum mundum. Oraculo
 vti. *b. e. Apollinem consulere* Tac. Ann. 2, 54. Paruo vti Hor.
 Epist. 1, 10, 41. Cic. Philipp. 10, 9 Nam quoad vos omnia pati vi-
 dit, vsus est ipse incredibili patientia. Patre vsus est diligente in-
 dulgente, et, vt tunc erant tempora, diti Nep. 25 *pr.* Mihi si
 vnquam erit filius, me facili ille me vtetur Patre Ter. Heaut. 1, 2, 42.
 Perfugio vti, *vid. PERFGIUM.* Permissio vti Hor. Epist. 2, 1, 45.
 Cic. Att. 7, 2 Itaque si hoc imperium mihi molestum erit, vtar ea Porta
 quam primum videro: *euadere, effugere, studebo.* Cic. de Finib.
 5, 29 Omnium enim rerum principia parua sunt: sed suis Progressio-
 nibus vsa augentur. Idem Qu. Frat. 1, 1, 8 Non vt ea Potestate quam
 tu ad dignitatem permisisses ad quaestum vteretur. Ratione vti
 Plaut. Casin. Prol. 25. Hor. Epist. 1, 17, 13 *Diogenes ad Aristippum,*
 Si pranderet olus patienter, Regibus vti Nollet Aristippus. *Hic re-*
spondet, Si sciret Regibus vti, Fastidiret olus, qui me notat, i. pru-
denter versari cum magnis hominibus. Re aliqua ad aliquid facien-
 dum vti Cic. de Clar. Orat. 277. Re aliqua contra se Senec. de Be-
 nef. 2, 14. Re aliqua bene vti Quinct. 2, 10. Re aliqua certa-
 tim vti Idem 6, 1. Re aliqua honeste vti Idem 3, 7. Se: Di-
 cam, vt penum sibi aliud ornet, si quidem Sese vti volet Plaut. Capt. 85
 4, 4, 12. *i. genio suo indulgere.* Es, bibe, animo obsequere mecum
 atque onera te hilaritudine. Liberae sunt aedes, liber sum autem
 ego: me vti volo libere Plaut. Mil. Glor. 3, 1, 82. *Conf. Sal-*
mas. ad Trebell. p. 311. Sensibus vti Lucret. 3, 561. Ser-
 monibus morologis vti Plaut. Pseud. 5, 1, 20. Simulatione itineris
 vti Caes. B. G. 6, 7. Solatio aliquo vti Cic. Fam. 11, 26. Sorte sua
 vti Virg. Aen. 12, 932. Spe duplici vti Ter. Phorm. 4, 2, 13. Quo
 Successore sagittae Herculis vtuntur Ouid. Met. 13, 51. Cic. pro
 Rosc. Amer. 104 Neque enim accusatore muto, neque teste quisquam
 vtitur eo, quid de accusatoris subsellio surgit. Quinct. 1, 5 Vfi-
 tatis tutius vtimur. Valetudine vti non bona, et mox optima Caes.
 Bell. Ciuil. 3, 49. Valetudine vti firma, *Bene habere* Plin. Epist.
 2, 1. Cic. Fam. 14, 5 Quum sane aduersis Ventis vsi essemus, tarde-
 que et incommode nauigallemus. Verbis mollibus vti ad aliquem
 Ouid. Fast. 6, 120. Cic. Att. 2, 19 p. 260 *Graeu.* Ego autem neque pugno
 cum illa causa propter illam amicitiam, neque approbo, ne omnia in-
 probem quae antea gessi: vtor Via: *q. d. in via maneo, et ratione*
certa. Vlpian. in l. 3 in princ. D. de itinere actuque priuato, Si
 cum a me recte Via vtebaris, fundum vendidero, per quem vtebaris:
 Deinde emtor te prohibuerit: licet clam videaris ab eo vti (nam qui 105

- prohibitus vitur, clam vitur) tamen interdictum tibi competere intra annum, Labeo scribit. *Paullo post*, Si quis ab auctore meo vi, aut clam, aut precario vsus est: recte a me Via vti prohibetur, et interdum ei inutile est: quia a me videtur vi, aut clam, vel precario possidere, qui ab auctore meo vitiose possidet, *vid. A, vel AB, Prae-positiones.* Vicinis, aliisque mulieribus quam minimum vtatur Cato 143. *Vino vti modice Cels. 8, 11 ad fin.* *Vino, vt quisque adfuetus Scribon. 20.* Viribus vti Hor. Epist. 1, 13, 10. Viribus vtendum est Lucan. 1, 347. *Cic. Fam. 2, 15 Eos ego fortasse nunc imitor, et, vtor aetatis Vitio.* *Cic. Diu. in Caec. 72 Si vni-versa, vt dixi, prouincia loqui possent, hac Voce vteretur.* *Virg. Aen. 1, 68 Ad quem tum Iuno supplex his vocibus vsa est.* ¶ 3 *Etiā Actiue, Prisciano teste 8 p. 799 Vto et Vtor.* *Hinc Pass. Nou. apud Gell. 15, 13 Supellex multa, quae non vitur, emitur tamen.*
- VTENS, entis. Partic. [*χρηόμενος*] *Vt*, *Cic. in Topic. 69 c. 18 Specie autem comparantur, vt anteponantur quae propter se expetenda sunt, iis quae propter aliud, etc. perfecta, inchoatis: tota, partibus: Ratione vtentia, rationis expertibus: voluntaria, necessariis, etc. Haud tulit vtentem pugnae Successibus vltra Ouid. Met. 12, 355.* *Cic. de Finib. 2, 84 Ad eas enim res ab Epicuro praecepta dantur, et tamen non tantis Vestigialibus ad liberalitatem vtens.* *Compar. Cic. Off. 2, 71 c. 20 Sed corrupti mores deprauatique sunt admiratione diuitiarum: quarum magnitudo quid ad vnumquemque nostrum pertinet? Illam fortasse adiuvat, qui habet, ne id quidem semper: sed fac iuuare: vtentior sane sit, honestior vero quomodo.* *Sic MSS. sic Turneb. 19, 1. Sic Graeu. Vtentiō sit, i. plus habeat qui vtatur, maiores sumtus possit facere. Vid. VTOR pr. it. VSVS.* *Potentior tamen reduxit nuper Pearcius Lectiōi vtentior fauet* *Cic. Lael. c. 6 Caeterae res quae expetuntur opportunae sunt singulae rebus fere singulis, diuitiae, vt vtare, opes vt colare, honores vt laudare.*
- VTENDVS, a, um. Adi. [*χρηστέος*] *Ter. Heaut. 1, 1, 81 Quod illa aetas magis ad haec vtenda idonea est.* *Cic. Tusc. 3, 36 c. 19 Et grauiter feras te, quod vtendum acceperis, reddidisse.* *Vtendum dare opp. donare Plaut. Men. 2, 2, 94.* *Cic. Verr. 2, 46 c. 18 Huic Heraclio antequam est mortuus, omnia vtenda ac possidenda tradiderat.*
- VSVRSVS, a, um. Partic. [*χρησόμενος*] *Vt*, Male vsuris donis Ouid. Met. 11, 103.
- VSVS, ūs. in. [*χρησις, χρῆσις*] *Vtendi actus vel habitus, exercitium, utilitas, necessitas etiam, etc. quae a serie orationis definiuntur.* *Virg. Georg. 3, 559 Nam neque erat coriis vsus, non poterant adhiberi ad vsum aliquem coria pecudum pestilentia consumptarum.* *Consuetudinem et frequentiam vtendi significat.* *Cic. de Orat. 1, 15 c. 4 Adiungatur vsus frequens: qui omnium magistrorum praecepta superat.* *Hor. Epist. 2, 1, 92 — Aut quid haberet Quod legeret, tereretque virium publicus vsus?* *Cic. in Topic. 17 Vtus enim, non abusus legatus est: abusus, quo res perit.* *Idem Acad. 1, 37 Nec virtutis vsum modo, vt superiores, sed ipsum habitum per se esse praeclarum, etc. Genitor vocabulorum vsus Hor. Epist. 2, 2, 119. i. consuetudo.* *Dicendi vsus Quinctil. 3, 11. In vsu plerique libros chartas appellant Vlpian. in l. Librorum §. Quod tamen D. de leg. 3. Laborum vsus Lucan. 1, 123. Medicinae vsus Plin. 12, 8. Oculorum vsus cessat Curt. 10, 5, 16. Vsum Pecuniae non magnitudine, sed ratione metiri solitus Nep. 25, 14, 3. Sermonis vsus Plin. 10, 96. Veneris vsus Idem 11, 37. Cic. Acad. 1, 37 c. 6 Vitae autem adiuncta esse dicebant, quae ad virtutis vsum valerent, i. exercitium. Solus et, artifices qui facit, vsus erit Ouid. A. A. 2, 676. Vocis tractatio atque vsus Cic. in Orat. 59. Vtus magister egregius Plin. Epist. 1, 20. Vtus est magister optimus Cic. pro Rabir. Post. 9 c. 4. Nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamuis artis praecepta perceperint, quidquam laude dignum sine vsu et exercitatione consequi possunt Cic. Off. 1 c. 18. Idem pro Font. 32 c. 14 Tum vero vsu quoque bellorum gerendorum in primis eorum hominum, qui nunc sunt, exercitus.* ¶ 2 *Construções: Aptus in vsum aliquem Ouid. de Arte Am. 3, 529. Cic. de Nat. Deor. 2, 87 Quod si omnes mundi partes ita constitutae sunt, vt neque ad vsum meliores potuerint esse, neque ad speciem pulchriores.* *Ad vsum et In vsum esse, dicitur de rebus, vnde vita sustentatur: vid. Burm. ad Quinctil. Declam. 138 p. 281. Sic Vulg. Int. Philipp. 4, 16 Semel et bis in vsum mihi misistis eis χρῆσις. Vid. Gronou. de Pec. l'et. 2, 7 p. 105. Plin. Epist. 1, 17 Est omnino Capitoni in vsu claros viros colere.* *Cic. pro Corn. Balb. 45 c. 20 Assiduus vsus vni rei deditus, et ingenium et artem saepe vincit.* *Communis et vulgaris vsus Idem de Finib. 3, 3. Humanis vsibus apta Ceres Ouid. Fast. 2, 666. In vsu et experimentis medicinam ponere Cels. 1 praef. Saepius ibidem haec vox eodem sensu recurrit. Comprobata vsu exactiore Scribon. 97. Illustrata vsu Idem 97. Irrationalis, vid. h. v. Plin. 22, 8 Sed in medico vsu praeter supra dicta auxiliatur inflationibus, torminibus, etc. Mirificus vsus in re aliqua Cic. pro Sext. 12. Nudus vsus alicuius rei, vid. paullo post VSVARIVS. Operarius vsus, vid. OPERA. Peritus vsus, vid. PERITVS. Peritiores vsu Scribon. Epist. in. Peruius vsus tectorum. h. e. Transitus. Per quae media est via, quae vsui cedit. Virg. Aen. 2, 453 Verbum iuris; via, actus, vsus, Seruius. Non satis potens vsus Cels. 1 praef. Probata vsu experientiaque medicamenta Scrib. Epist. in. In promptu sit vsus Idem 107. Cic. de Orat. 1, 192 Omnia enim sunt posita ante oculos, collocata in vsu Quotidiano, etc. In quotidianos vsus mirificum Scribon. 214. Rarissimus vsus Quinctil. 1, 5. Temperatus vsus Hor. Carm. 2, 2, 4. ¶ 3 *Verba: Quinctil. 1, 4 Atque etiam in ipsis Vocalibus, grammatici est videre, an aliquas pro Consonantibus vsus Acceperit.* *Adhibere vsum, vid. ADHIBEO.* *His erat rebus effectum, vt equites Pompeianorum impetum, cum Ad-esset vsus, sustinere auderent Caes. B. C. 3, 84. Cic. Verr. 4, 138 Incipit is loqui et auctoritate et aetate, et vt mihi visum est, vsu rerum Antecedebat Diodorus Timarchides. Colligere vsum patiendi Ouid. Amor. 1, 8, 77. Cic. in Orat. 170 Vsum loquendi populo Concessi: scientiam mihi reseruauit. Quinctilian. 3, 2 Haec Confirmata sunt vsu. Conuertere pecuniam publicam in suos vsus Papinian. l. 1 D. de vsur. et fructib. etc. Descendit vsus in nostram vsque aetatem Quinctil. 1, 11. Disponere vsum diuitiarum Idem 6, 2. Ouid. Met. 2, 36 — ó lux immensi publica mundi Phoebae pater, si Das vsum mihi nominis huius, etc. i. Si mihi licet te vocare patrem, si uti possim hoc nomine erga te. Doceri vsu Quinctil. 3, 8. Ediscere vsum rei alicuius Ouid. Met. 7, 99. Ne vsu Eueniret, quod acci-dit Nep. 23, 12, 3. Add. 7, 4, 5. Pompeius dixit, non recusare se, quia**

quin nullius vsus Imperator Existimaretur, etc. Caes. B. C. 3, 45. Explorare vsu Cels. in Praefat. lib. 1. Quem Curio secum ex Sicilia duxerat, quod magnum Habere vsum in re militari sciebat Caes. B. C. 2, 34. Facere vsum alicuius rei Lucan. 2, 97. Formare vitulos ad vsum agrestem Virg. Georg. 3, 163. Habere aliquid vsui Tacit. Ann. 3, 31. Habere comperta ex vsu Scribon. 106. Indiget horum vsus, Haec seruiunt vsui, pertinent ad vsum Virg. Ecl. 2, 71. Mancipat quaedam vsus, Vfus possessionem facit, ut in praescriptione Hor. Epist. 2, 2, 159. Molliri vsu Quinctil. 1, 5. Noua incidere genera morborum, in quibus nihil adhuc vsus ostenderit Cels. 1 praef. Perdere vsum Quinctil. 7, 1. Praebere vsuum aliquem Hor. Serm. 1, 1, 73. Praecludere alicui vsum vocis Ouid. Met. 2, 658. Praestare vsum acopti Scrib. 255. Promovere membrum a luxatione curatum ad suos vsus Cels. 8, 11. In Pronitu sit vsus Scribon. 107. Reducere ad antiquos vsus Cels. c. 10. Sum: ut, In vsu esse Plin. 12, 13. In nullo Othoniani belli vsu fuit Tac. Hist. 2, 86, 3. Temperare vsum Ouid. Epist. 7, 179. Quinctil. 7, 1 Et artus etiam leniter loco moti perdunt, quo Viguerunt, vsum. Seris Venit vsus ab annis Ouid. Met. 6, 29. Venit vsus, vel vsu, i. Accidit Cic. Verr. 2, 14 Quod ego in paucis tamen vsu Venisse eo moleste fero. Ter. Phorm. 3, 2, 20 Nec cum huiusmodi vnquam vsus venit, ut constictares malo. Non vsus Veniet, spero Ter. Heaut. 3, 2, 42. Add. ibid. v. 45. et Plaut. frequentissime: vid. Parei Lex. it. Cato R. R. 4, 2. Veniat si vsus tibi, i. Si res ita ferat, si ita opus sit tibi Catull. ad Victum 95, 3. Venit non idem vsu mihi, quod tu tibi scribis Cic. Att. 7, 26. Quod in illo mihi saepe vsu, Venit, idem modo quum te audirem acciderat Idem de Nat. Deor. 1, 59. Cic. pro Quint. 49 c. 15 Nam quid homini potest turpius, quid vero miserius, aut acerbius vsu venire? quod tantum euenire dedecus? Idem de Senect. 7 Nam si id culpa senectutis accideret, eadem mihi vsu venirent omnia, reliquisque omnibus maioribus natu. Cic. Acad. 4, 56 At non videmus hoc vsu venire, ut quos nunquam putassemus a nobis internosci posse, etc. ¶ 4 Vfus, pro Vtilitate et fructu aliquando accipitur, tam in Singulari, quam in Plurali, quod soleamus aliqua re id eo uti, ut ex ea fructum percipiamus. Vilis vsus Quinctil. 1, 12, 16. Esse vsui Plaut. Pseud. 1, 2, 49. Cic. Att. 1, 7, 26 Fui et mihi et Qu. Fratr. magno vsui in nostris petitionibus. Add. Nep. 9, 2, 4. Plaut. Mil. 3, 1, 6 Nam bene consultum, inconsultum si sit, inimicis vsu esse potest. Esse sine vsu Tac. Ann. 4, 32. Ter. Hec. 4, 1, 34 Si ex vsu Esset nostro hoc matrimonium? Periculum ex aliis facito, tibi quod Ex vsu Siet Ter. Heaut. 1, 2, 36. Cic. de Fin. 5, 29 Sed alii dolore mouentur, alii cupiditate, iracundia etiam multi efferuntur, et quum in mala scientes irruunt, tamen se optime sibi consulere arbitrantur. Itaque dicunt, nec dubitant, mihi sic est vsus, tibi ut opus est facto, face. Velut qui ipsi sibi bellum indixissent, cruciari dies, noctesque torqueri vellent, nec vero sese ipsi accusarent ob eam causam, quod se male suis rebus consuluisse dicerent. Ex vsu comperta Scribon. 106. Ex suo vsu Tac. Ann. 6, 42. Ex vsu temporis Idem ibid. 4, 5 Quando tempus exigebat ¶ 5 Cognata est ratio, et interdum vix distingui a superiore potest, cum significat idem, quod Opus, necessarium. Nunc audacia vsus est nobis inuenta et dote Plaut. Afin. 2, 2, 45. Hem, ista virtus est, quando vsus est, qui malum fert fortiter ibid. v. 46. Pecuniam, qua nihil sibi sit vsus Gell. 1, 14. Viginti iam vsus est filio argenti minis Plaut. Afin. 1, 1, 76. Nec vitare malum, nec sumere, quod foret vsus Lucret. 5, 842. Virg. Aen. 8, 441 Arma acri facienda viro: nunc viribus vsus, Nunc manibus rapidis. Cic. Off. 1, 92 Non eam quidem omni ratione exaggerantes, neque excludentes ab eius vsu suos, potiusque et amicis impertientes et Reipub. si quando Vfus esset. Non vsus facto est mihi Ter. Hec. 3, 1, 47. Mihi sic est vsus: tibi, quod opus est facto, face Idem Heaut. 1, 1, 28. De caeteris studiis alio loco dicemus, si vsus fuerit Cic. Tusc. 4, 5 c. 2. Vfus est hominem ad eam rem Plaut. Pseud. 1, 3, 151. i. Opus est homine, etc. Vfus venit, pro Opus est Plaut. Cist. 1, 2, 28. Ter. Heaut. 3, 2, 42 Non vsus veniet, spero. h. e. Non opus erit et necessesse. ¶ 6 Vfus, pro Consuetudine, id est conuersatione Cic. Fam. 9, 1 Scito enim me, posteaquam in urbem venerim, rediisse cum veteribus amicis, id est cum libris nostris in gratiam: etsi non idcirco eorum vsum dimiseram, quod iis succenserem. Ita de librorum, quasi amicorum, consuetudine et familiaritate loquitur. Cic. pro Rosc. Amer. 15 c. 6 Verum etiam Domesticus vsus et consuetudo. Idem Fam. 7, 33 Quod sine praenomine familiariter, ut debebas, ad me epistolam misisti, primum addubitaui, num a Volumnio senatore esset, quocum mihi est magnus vsus. Mutuos vsus nullo commercio volentem populum Curt. 7, 3, 5. Quotidianus vsus Sallust. in Catil. Cic. Fam. 9, 25 Cum M. Fabio (quod scire te arbitror) mihi summus est vsus. Cognitus longo vsu Ouid. Trist. 3, 5, 9. Coniungi vsu, vid. CONIUNGO. Iunctissimus longo nobis vsu Ouid. Trist. 3, 6, 19. Insinuare se in quammaxime familiarem vsum, vid. INSI- NVO. Cic. Fam. 13, 24 (23) Inter nosmetipsos vetus vsus Intercedit, et Atticus noster maiorem etiam mihi cum Collinio consuetudinem fecit. Qui iudicare poterit, quantae sit sapientiae, eorum Retinere vsum benevolentiamque Nep. 25, 20, 5. ¶ 7 Vfus, i. chria, progymnasmatum rhetoricorum genus: vid. Priscian. p. 1331. V S I O, ōnis. f. Antiquis idem quod Vfus. Varro τὰ φη̄ Μεινικα, Diogenem literas scisse, dum vsioni quod satis esset. Meminit Nonius 3, 262. Longae vsionis gratia Gell. 4, 1. Vsioni Habere Alfen. ICt. D. l. 60 §. 2 de leg. 3. In suas vsiones vinum exprimere Arnob. 7 p. 238. conf. Cato R. R. 2, 38. 145. 149. Plin. Hard. 18, 25 f. 61. Alterius vsionis causa paratum Vlpian. l. 27 §. 4 D. de 90 aur. arg. etc. V S V A L I S, e. [εὐχρηστος Gloss. Lat. Gr.] Adi. ab Vsu; Quod vsui nostro seruit. Martianus in l. Interdum, De publicanis. Quotiens quis mancipia inuenta professus non fuerit siue venalia, siue vsualia, in poena commissi est. Sermo vsualis, i. Qui in vsu quotidiano est Sidon. Epist. 4, 10. Conf. Sauro ad h. l. l. 16 §. 3 ff. de public. Apul. de Herb. c. 99. V S V A R I V S, a, um. Idem. Gell. 4, 1 Ex iis autem, quae pro- meralia et vsuaria in locis iisdem essent, ea sola esse penoris putat, quae sunt vsu annuo. Res vsuaria Paullus in l. Neratius D. de 100 vsu et habit. V S V A R I V S, i. m. Qui nudum vsum alicuius rei habet, non etiam fructum, nec proprietatem. Caius D. de vsu et habit. l. 1 Constituitur enim et nudus vsus, id est sine fructu. Ibidem Vlpian. l. per feruum vsuarium. Poterit autem apud alium esse vsus, apud alium

fructus sine usu, apud alium proprietas. *Conf. l. 13 §. 2 D. de usufr. et l. 11 §. ult. D. ad l. Aquil.*

VSVFRVCTVS, ūs. m. [*ἐπιχρῆσις, ἐκχρῆσις*] *Dicitur, quem res aliqua non nostra est, sed perinde ex ea fructum atque utilitatem capimus, ac si nostra esset, definiturque ab Ulpiano l. 1 De usufructu: Ius alienis rebus utendi, fruendique, salva rerum substantia. Cic. pro Caecin. 11 c. 4 Usufructum omnium bonorum suorum Caesenniae legat, ut frueretur una cum filio. Et diuisim ibid. 19 c. 7 Vfus enim eius et fructus fundi testamento viri fuerat Caesenniae. Cic. in Topic. 14 c. 3 Si paterfamilias uxori ancillarum usufructum legauit, a filio neque a secundo herede legauit, mortuo filio mulier usufructum non amittet.*

VSVFRVCTVARIVS, i. m. *Qui usufructum ex aliqua re capit l. 3 Dig. Si ex noxali: Si cum usufructuario noxali iudicio agatur. Add. Ulpian. D. 7 t. 1 l. 7 §. 1. Paul. D. 47 t. 2 l. 15 §. 1. Possessores tantum usufructuarii sumus Saluan. de Auar. 1 p. 27.*

VSVCAPIO, cēpi, captum, ēre. *Verbum Iureconsultorum, quo indicatur modus acquirendi aliquid per ipsam possessionem et usum. Paullus l. 33 de Mortis causa donatt. Qui alienam rem mortis causa traditam vscupit, non ab eo videtur accepisse, cuius res fuisset, sed ab eo, qui occasionem vscupationis praestitisset. Cic. Att. 1, 5 De Tadiana re, mecum Tadius locutus est, te ita scripsisse, nihil iam quod laboraretur, quoniam hereditas vscupata esset. Id mirabamur te ignorare, te tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil vscupari posse.*

Paullus l. 2 pr. D. pro emtore, Si tamen existimans me debere, tibi ignoranti tradam, vscupies. *Sic saepius hoc est. Nihil mortales a diis immortalibus vscupare possunt Cic. de Arusp. Resp. 32 c. 14. Add. Senec., de Benef. 6, 5. Symmach. Epist. 3, 12. Vsu etiam capere dicitur citra compositionem Pomponius in l. Cum solus*

D. de vscupationibus, Propius est, ut usu eas capere non posses: quia nec pro herede vscupari potest, quod ab herede vero possessum est. Neratius, in l. Si rem, eodem titulo, Nihilo magis eam in potestatem meam rediisse, vscupari posse existimandum est. Papinianus ibidem in l. Heres eius, Heres eius, qui bona fide rem emit, usu non

capiet sciens alienum. *Paulus in l. 2 D. Pro emtore, Quum Stichum emissem, Dama mihi per ignorantiam pro eo traditus est, Priscus ait, usu me eum non capturum: quia id quod emtum non sit, pro emtore vscupari non possit. Papinian. in l. Iusto errore D. de vscupationibus, Non enim ideo minus Capietur usu puer, quod alienam*

matrem, etc. *Paulo post, Cur non capiat usu, quum bona fides initio possessionis addit? Paulus in l. 2 D. Pro emtore, Non capies usu, quia iuris error nulli prodest. Paulo post, Si eam rem, quam pro emtore vscupiebas, scienti mihi alienam esse vendideris, non capiam usu. Postae hic sunt formulae aliae Actorum, quibus vscupationem designant.*

Paulus in l. 2 D. Pro emtore, Si a furioso, quem putem sanae mentis, emerō: constitutum est, Capere utilitatis causa me posse. *Sed Gothofr. Constit. vscupare. Pompon. in l. Non solum D. de vscupationibus, Non solum bonae fidei emtores, sed et omnes qui possident ex ea causa, quam vscupatio sequi solet, partum*

ancillae furtivae usu suum faciunt. *Ulpian. in l. Si aliena D. de vscupationibus, Hoc iure utimur, ut seruitutes per se nunquam Longo tempore capi possint, cum aedificiis possint. Marcellus eod. tit. l. Si per errorem de alienis fundis quasi de communibus iudicio communi diuidendo accepto, ex adiudicatione possidere coeperim: Longo*

tempore capere possum. *Ulpian. eod. tit. l. Nunquam superficies sine solo capi Longo tempore potest. Pomponius eod. tit. l. Non solum, fundum Longo tempore capiam. Sic Paulus in l. 2 D. Pro emtore. Et Iulianus eod. tit. l. Qui fundum. Iabolenus*

in l. Ei a quo D. de vscupationibus, Ei a quo fundum pro herede Diutius possidendo capturus eram, locavi eum. *Paulus in l. Pignori D. de vscupationibus, Si mandauero tibi, ut fundum, emas, et ex ea causa traditum est tibi: Diutina possessione capis. Modestinus*

in l. Quamuis, eod. tit. Si ex bonis vacantibus nondum tamen nunciatis, emtor praedii ex iisdem bonis exstiterit: recte Diutina possessione capiet. *Sic Iulianus in l. Qui fundum D. Pro emtore. Pomponius in l. Non solum D. de vscupationibus, Lex Iulia et Plautia ea demum vetuit Longa possessione capi, quae vi possessa fuissent. Iabolenus in l. Emtor. D. Pro emtore, Responsum est, nihil eum ex eo*

fundo Longa possessione capturum. *Ibidem, Reliquas partes longa possessione capi posse, non dubito. Scaeuola l. vltima D. Pro emtore, Intestatae sororis hereditas obuenerit duobus fratribus, quorum alter absens erat, alter praesens. Praesens etiam absentis causam agebat.*

Ex qua hereditate suo et fratris sui nomine fundum in solidum vendidit, Lucio Titio bona fide ementi. *Quaesitum est, quum sciret partem fundi absentis esse, an totum fundum longa possessione ceperit? Respondit, si credidisset mandatu fratris venisse, per longum tempus cepisse.*

VSVCAPTVS, a, um. *Hereditas Cic. Att. 1, 5 Tanquam avaritiae venundati et vscupati Ammian. 30, 1.*

VSVCAPIO, ōnis. f. *Dicitur Acquisitio, siue (ut definit Modestinus in l. 3 D. vscupationibus) Adiectio domini per continuationem possessionis temporis lege definiti, utputa triginta aut quadraginta annorum, si res immobilis quam possidemus: item trium annorum, si res mobilis sit. Conf. Ulpian. Fragu. t. 19 sect. 8. Recentiores*

primam illam, Praescriptionem vocant: hanc vero Vscupationem. *Cic. de Legib. 1, 55 In qua quoniam vscupationem duodecim tabulae intra quinque pedes esse noluerunt, depasci veterem possessionem academiae ab hoc acuto homine non sinemus. Idem pro Caecin. 74 c. 26 Fundus a patre relinqui potest: ac vscupatio fundi, hoc est finis solitudinis ac periculi litium, non a patre relinquitur, sed a legibus.*

Ulpian. in l. Si aliena D. de vscupationibus, Si aliena res bona fide emta sit: quaeritur, ut vscupatio Currat, vtrum emtionis initium, ut bonam fidem habeat, exigimus, an traditionis. *Implere vscupationem Papinian. in l. Iusto D. de vscupationibus. Impleta vscupatio Paulus in l. 2 D. Pro herede vel possessore. In pendentem est vscupatio Idem in l. Si is, qui D. de vscupationibus. Idem in l. 2 D. Pro emtore, Non Interpellari vscupationem meam litis contestatione.*

Pompon. in l. Non solum D. de vscupationibus, Interpellabitur vscupatio. *Paulo post, Non interpellabitur vscupatio debitoris. Pomponius in l. Rerum D. de vscupationibus, Rerum mixtura facta an vscupationem cuiuscunque rei praecedentem Interrumpat, quaeritur. Interrumpitur vscupatio Paulus in l. Si is qui D. de vscupationibus. Sic Scaeuola in l. Qui pro donato D. Pro donato.*

Paulus in l. Si is qui D. de vscupationibus, Videndum est, an heredi eius Procedat vscupatio. *Modestinus in l. Quamuis eod. tit.*

tit. Quamuis aduersus fiscum vsucapio Procedat, si tamen, etc. Paulus in l. Nunquam eod. tit. Vacuum tempus, quod ante aditam hereditatem, vel post aditam intercessit, ad vsucapionem heredi Procedit. Vocatur etiam simpliciter Capiō. Iabolenus in l. Ei a quo D. de vsucapionibus, Ei a quo fundum pro herede diutius possidendo capturus eram, locaui eum. An nullius momenti eam locationem existimes, quaero? Quod si nullius momenti existimas: an durare nihilominus capionem eius fundi putes? Paulo post appellat Longi temporis praescriptionem, Ideoque (ait) longi temporis praescriptio non durabit. Ulpian. l. 1 D. Pro dote, Si sponsa sponso ea mente tradiderit res, vt non ante eius fieri vellet, quam nuptiae secutae sint: vsu quoque capio cessabit. Longa possessione capio. Etiam Iabolenus in l. Em̄tor. D. Pro em̄tore, Idem iuris est, si is, qui totum fundum emerat, pro indiuiso partem aliquam alienam esse scit. Eam enim duntaxat non capiet: caeterarum partium non impediatur longa possessione capio.

V S V F A C I O, ère. Idem quod vsucapio, in ioco. Plaut. Amph. 1, 1, 219 Pugnīs vsufecisti tuum.

V S V P E R D O, ère. Plaut. Amph. 2, 2, 215 Caecili ne tu te vsuperdis, lasciuia comica: cuique sensum satis contextum orationis aperit.

V S I T O R, àri. [διατελωχρώμαι]. Frequ. ab Vtor. Gell. 17, 1 Tametsi aliquoties verbo ipso alio quoque modo vsitati sunt.

V S I T A T V S, a, um. Adi. [νενομισμένος] Quod in vsu est. Cic. Verr. 3, 16 Cur in re tam veteri, tam vsitata quidquam noui feceris. Non solum enim vsitatum, sed et quotidianum est Brutus ad Cic. in 25 Epp. ad Brut. 16. Cic. pro Quint. 67 c. 21 Iacet res in controuersis isto calumniante biennium: vsque dum inueniretur, qua ratione res ab vsitata Consuetudine recederet. Exceptio vetus atque vsitata Cic. de Orat. 1, 168. Genus literarum vsitatum Id. Fam. 4, 13.

Cic. Fam. 15, 6 Spero autem illum ordinem pro meis ob Remp. fuscipis laboribus, me non indignum Honore, vsitato praesertim existimaturum. Honos vsitatus et peruulgatus Id. Philipp. 14, 11 c. 4.

Cic. pro Quint. 71 Cui neque magistratus adhuc aequus inuentus est: neque iudicium redditum est vsitatum. Id. Verr. 2, 9 c. 3 Hunc denique ipsum pertulissent, si humano modo, si vsitato more, si denique in aliquo ingenue peccasset. Poenarum genus haud vsitatum Sen. Med. 899. Potiones non vsitatae Hor. Epod. 5, 73. Tempus vsitatum et quasi legitimum ad aliquid faciendum Cic. Fam. 10, 25. Vocabula vsitata. Id. de Finib. 3, 4 Ne opifices quidem tueri sua artificia possent, nisi Vocabulis vterentur nobis incognitis, vsitatis sibi. Cic. Verr. 7, 117 Alius ne condemnaretur, pecuniam dedit; vsitatum est. Id. ibid. 126 Non est vsitatum, non senatorium. Hoc vsitatum est Herculi, captas amat Sen. Herc. Oet. 362. Cic. pro Caecin. 45 At vero hoc quidem iam vetus est, et maiorum exemplo multis in rebus vsitatum. Id. ibid. 2 Nam id quidem tametsi improbe fit, in aperta re, tamen malitia est iam vsitatum. vsitatum fere est sic legare Africanus in l. Si seruus legatus §. Si ita scriptum erit D. de legat. primo. Illud nomen veterum literis vsitatus Cic. de Nat. Deor. 3 c. 19. Compar. Gell. 15, 13 Pars vsitator. Superl. Ulpian. in l. Illud vsitatissimum est D. de excusat. tutor. Mos vsitatissimus Quinctil. 1, 7. Verba vsitatissima Cic. in Orat. c. 25.

V S I T A T E. Adu. [νενομισμένος] Cic. de Finib. 4, 72 c. 26 Cur igitur quum de re conueniat, non malumus vsitate loqui? Ibid. 5, 89. Compar. Gell. 13, 9 Dicere vsitatus manente numero posset. conf. Augustin. de Trin. 9.

V S V R A, ae. f. [χρησις] Vfus. Cic. Tusc. 1, 77 c. 31 Stoici autem vsuram (vitae) nobis largiuntur tanquam cornicibus, diu manfuros aiunt animos: semper negant. Plaut. Pseud. 1, 2, 3 de seruis malis, Quibus nisi ad hoc exemplum non potest vsurpari vsura. Cic. Fam. 6, 12 pr. Gratulor tibi mi Balbe, vereque gratulor: nec sum tam stultus, vt te vsura falsi Gaudii frui velim; deinde frangi repente, etc. Quid sit vsura frui, apparet ex Quinctil. 6, 3, 68 Cicero — Vatinii morte nuntiata, cuius parum certus dicebantur auctor, Interim, inquit, vsura fruatur. Cic. pro Rabir. Post. 48 Et vsuram huius Lucis et vestrum conspectum ne eripiat. Id. Fam. 3, 1 Perficiam profecto, vt longi Temporis vsuram, qua caruimus, intermissa nostra consuetudine, et gratia, et crebritate, et magnitudine officiorum meorum sarciam. Id. de Lege Agr. 3, 2 c. 1 A vobis autem quos leuiter immutatos esse sentio, paruam exigui Temporis vsuram bonae de me opinionis postulo. Cic. Verr. 5, 74 c. 29 Cur inquam ciuibus Romanis quos piratae coeperant, secuti statim percussis, ipsis piratis Lucis vsuram tam diuturnam dedisti? vid. LVX. Dare alicui vsuram vnus Horae ad viuendum Cic. in Catil. 1, 29 c. 12. Id. pro Sull. 90 c. 32 Lucis vsuram Eripere vis, plenam lacrimarum atque moeroris, in qua cum maximo cruciatu atque dolore retinetur? 2 Vsurā, [τόκος, δανεισμός] Pecunia, quae in foenore sorti accedit. Cic. Verr. 3, 168 c. 72 Vt quum Senatus publicanos vsura saepe iuisset, magistratus a publicanis pecuniam pro vsuris auferret? Pomponius l. Vsurā, De verb. signif. Vsurā pecuniae quam percipimus, in fructu non est: quia non ex ipso corpore, sed ex alia causa est, id est noua obligatione. Mos fuit apud veteres, vt Idibus vsurae soluerentur. Cic. in Catil. 1, 14 Praetermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis Idibus senties. De generali ratione Vsurarum, in quantum ad Alis distributionem accommodata erat, diximus in AS. Modestin. in l. Poenam D. de vsuris Poenam pro vsuris stipulari nemo supra licitum Modum vsurarum potest. Pensio vsurarum Paullus in l. Scia D. de vsuris. Praestatio vsurarum Modestinus in l. Tutor. D. de vsuris. Vsurarum vsurae Martianus l. Placuit D. de vsuris. Illicitae Paullus in l. Vsuras illicitas D. de vsur. Legitimae Papinianus l. Pecuniae foenebris D. de vsur. Leuiore Paullus in l. Scia D. de vsuris, etc. Sueton. Aug. c. 39. Maritimae Paullus in l. Foenerator. D. de nautico foenore. Mensura, vid. h. v. Quincunces vsuras praestare, Scaeuola in l. Cum quidam D. de vsur. etc. Quincunces vsuras spondere, Scaeuola l. Creditor oblatam D. de solut. et liberat. Id. in l. Qui semisses D. de vsur. etc. Qui semisses vsuras promiserat, per multos annos minores praestitit. heres creditoris semisses petit, quum per debitorem non steterit, quo minus minores soluat, etc. vid. SEMISSIS. Vrax vsura Lucan. 1, 181. 3 Verba: Accipere vsuram Quinctil. 5, 10. Scaeuola in l. Cum quidam D. de vsuris, etc. Fiscus ex suis contractibus vsuras non Dat, sed ipse Accipit. Certare cum vsuris fructibus praediorum Cic. in Catil. 2, 18. Vix tantum capere fructus ex praediis, quantum vsurarum nomine pendendum est. Scaeuola l. Cum quidam D. de vsuris, etc. Sic temperanda res est, vt in futurum duntaxat ex die cessationis Crescant vsurae. Exigere vsuras ab aliquo Paullus in l. liberalitatis D. de vsuris, etc. Ex-

soluere vsuras Scaeuola in l. Qui semisses D. de vsuris, etc. Ibidem, Paulus in l. Scia. Idem in l. Caius Seius D. de vsuris, etc. Caius Seius, qui rempublicam gerebat, foenerauit pecuniam publicam sub vsuris solitis. Fuit autem consuetudo, vt intra certa tempora non
 5 Illatis vsuris, grauiores infligerentur. Quidam debitorum cessauerunt in soluendis vsuris: quidam plus intulerunt. Scaeuola in l. Cum quidam D. de vsuris, etc. Vsurae non propter lucrum potentium, sed propter moram non soluentium infliguntur. Infligere grauiores vsuras Paull. in l. Caius Seius D. de vsuris. Multiplicare vsuram Plin. 14, 4. Mutuare pecunias leuioribus vsuris Sueton. Aug. c. 39. Pendere vsuram, vid. PENDO. Vlpian. in l. Si bene D. de vsuris. Si bene collocatae sunt pecuniae publicae in sortem, inquietari debitorum non debent, et maxime si Parient vsuras. Si non Parient, prospicere reipublicae securitati debet praefes provinciae. Prescribere vsuram Cic. Att. 9, 13. Sueton. Caes. c. 42. Placitae inter nos vsurae Modestini in l. Tutor D. de vsuris. Scaeuola in l. Cum quidam D. de vsuris, etc. Si debitorum, qui minores semissibus vsuras Praestabant, fisci esse coeperunt: postquam ad fiscum transferunt, semisses cogendi sunt praestare. Cic. de Senect. 51
 10 c. 15 Terra nunquam recusat imperium, nec vnquam sine vsura Reddit quod accepit, sed alias minore, plerumque maiore cum foenore. Reddere per aliquot annos vsuras Scaeuola in l. Cum quidam D. de vsuris. Remittere alicui vsuram Idem in l. Cum quidam D. de vsuris. Soluere vsuras Paull. in l. Scia D. de vsuris, etc. Teneri in maiores
 25 vsuras Id. ibid.

VSVRVL A, ac. f. *τοναπίδιον* Gloss. Lat. Gr.
 VSVRARIVS, a, um. Ex quo capitur vsus. Plaut. Amphit. Arg. v. 3 Alcmenam vxorem cepit vsurariam. Et Curc. 3, 1, 2
 Vsuriarius puer sensu itidem obsceno. Add. Solin. c. 25. Turneb. Adu. 53, 12. Debitor. l. 7 ff. de vsur. qui vsuras debet. Sic
 30 Debitum l. 6 ff. de neg. gest. Pecunia vsuraria, vid. PECVNIA. Plaut. Truc. 1, 1, 54 Aera Vsuraria, vulgo Vsurarii vocantur etiam foeneratores: vid. Ph. Caroti Animadu. ad Trigram solocism. p. 31 seqq. de Clericis vsurariis, vid. Elmenhorst. ad Gennad. p. 166. Sic
 35 Vsuraria prauitas.

VSVRPO, are. [*ἀντέχομαι, ιδιοποιῶμαι, ἐπιγυροῦμαι*] In frequenti vsu habere, siue uti. Colum. 2, 2, 22 Nam illud, quod in quibusdam prouinciis vsurpatur, vt cornibus illigetur iugum, fere repudiatum est ab omnibus. Cic. Verr. 5, 50 Id nunc nullo nouo officio suo,
 40 tot annis post, iure imperii nostri quotannis vsurpato, ac semper retento, summa in difficultate nauium a C. Verre pretio assecuti sunt. Vsurpare intell. Sermonem vel lingua est appellare, commemorare. Cic. in Orat. 73 c. 22 Cum hoc decere, quod semper vsurpamus in omnibus dictis et factis, minimis et maximis, quum hoc, inquam, decere dicimus, illud non decere. Cic. in Parad. 5 Praeclare enim est hoc vsurpatum a doctissimis, quorum ego auctoritate non vterer, si mihi apud aliquos agrestes haec habenda esset oratio. Idem pro Milon. 28 c. 7 Quae (Via Appia) cruentata antea caede honesti atque innocentis viri silebatur, eadem nunc crebro vsurpatur, postquam latronis et parricidae sanguine imbuta est. Idem de Vniuers. 35 c. 11
 50 Fratres inter se agnatosque vsurpare atque appellare videmus. C. Caelius is, qui sapiens vsurpatur Cic. Off. 2 c. 11. Id. pro Marcell. 5 Soleo saepe ante oculos ponere, idque libenter crebris vsurpare Sermonibus. Gabinio secundo, Chaucis gente Germanica superatis, Chaucius Cognomen vsurpare concessit Sueton. Claud. c. 24. Cic. de Finib. 3, 33 Bonum autem quod in hoc sermone toties vsurpatum est, id etiam definitione explicetur. Et ad Brut. 15 Neque solum, vt Solonis dictum vsurpem, qui et sapientissimus fuit ex septem, etc. conf. Cic. Att. 7, 2. Sic Vsurpare oculis, pro Cernere: Lucret. 1, 302 — Nec frigora quinus
 60 vsurpare oculis, etc. Simul et oculis et auribus scelus illius vsurparent Rutil. Lup. de Fig. Sent. l. 1. Ratione vsurpatum Quintil. 7, 2. Sensibus vsurpare rem aliquam, Imaginari animo rem aliquam Lucret. 4, 972

Et, quicumque dies multos ex ordine ludis, Assiduas dederint operas plerumque videmus, Quom iam destiterint, ea sensibus vsurpare.

¶ 2 Accusatiui: Vsurpare Barathrum Plaut. Bacch. 1, 2, 41. Praecipitare se. Laudatur Cic. Verr. 5, 128 c. 49 Hic — Eubulida hoc tantum — laboris itinerisque suscepit, non vt aliquid ex huius bonis vsurparet; sed a Grutero est, ex suis bonis recuperaret. Ius vsurpare, pro eo quod vulgo dicunt Capere possessionem, Liu. 5, 12 Non tamen vltra processum est, quam vt vnus ex plebe vsurpandi iuris causa P. Licinius Trib. militum crearetur. Id. 27, 8 Nec patrum, nec auorum memoria Diale quemquam id ius vsurpare
 75 visse, i. Eo iure vsurpare esse vt possessione. conf. Liu. 4, 44 med. Cic. de Amicit. 28 Quis est qui C. Fabricii, M. Curii cum caritate aliqua et beneuolentia Memoriam non vsurpet, quod nunquam viderit? Id. Verr. 5, 161 Sed cum imploraret saepius vsurparetque nomen ciuitatis, erux, erux inquam, infelici et aerumnoso, qui nunquam istam potestatem viderat, comparabatur. Peregrinae conditionis homines vetuit vsurpare Romana Nomina Suet. Claud. c. 25. Cic. in Parad. 2 Nomen tantum virtutis vsurpas: quid ipsa valeat, ignoras. Nomen falsum beneficii vsurpare Sen. de Benef. 1, 5. Officium aliquod vsurpare, vid. OFFICIUM. Cic. Tusc. 5, 34 Apud Platonem haec
 85 Oratio vsurpata est, vt nihil praeter virtutem diceretur bonum. Otium vsurpare Tac. Ann. 14, 55. Cic. in Catil. 4, 7 Atque hoc genus Poenae saepe in improbos ciues in hac Rep. esse vsurpatum recordatur. Plaut. Trin. 4, 2, 4 Aduenio ex Seleucia, Macedonia atque Arabia, quas ego neque oculis, neque pedibus vnquam vsurpauit. b. e.
 90 Quas nunquam adii, nec ingressus sum. Sonitum vsurpant aures meae Plaut. Caf. 3, 5, 9. ¶ 3 Vsurpare, Vsucapionem interrumpere Gell. 3, 2 Q. quoque Mutium Iurisconsultum dicere solitum legi, non esse vsurpatam mulierem, quae quum Calend. Ianuariis apud virum causa matrimonii esse coepisset, ante diem IIII Calend. Ianuarias sequentes vsurpatum isset. Non posse impleri trinocium, quod abesse a viro vsurpandi causa ex XII Tab. deberet, quoniam tertiae noctis posterioris sex horae alterius anni essent, qui inciperet ex Calendis. Nempe de sententia Schultingii ad Quintil. Decl. 17 vsurpatam esse positum pro vsurpauisse, int. ius suum, et ita vsucapionem
 100 interrupuisse: quae sententia videtur optima, et ad difficultates eius loci superandas accommodatissima. Nisi tamen malis vsurpatum isse, eadem sententia. ¶ 4 De qualibet inuasionem vel improbo vsu. Vsurpat, παρασπάτος, ιδιοποιῶται, χρεῖται, σφετερίζεται, ἀποχρεῖται, ὁ ἐν ἰσχυματισμένη κλοπῇ Gloss. Vet. Vicinus, et vt improbus vsurpo
 105 victoriam Minuc. Fel. in Octau. extr. Haec oratores saeculi, de nostris

nostris vsurpata, in suis posuere libris Ambros. Off. 1, 21. *Et de contra ius agentibus*: Otiante sabbatis populo is, qui colligere ligna vsurparat, occidi iubetur Saluian. de Gub. Dei 1 p. 25. *Sic Seru. ad Aen. 5, 145* Vsurpauit (*Poëta nomen carceris*) significat abusus est. *Add. ad Ecl. 5, 8. et VSVRPATOR, VSVRPATORIVS, VSVRPATIVE.* Su et. Claud. c. 25 Ciuitatem Romanam vsurpantes securi percussit. Vsurpantes, *i. Utendo inuadentes Romanorum ciuium nomen, qui non erant.*

VSVRPANS, antis. Part. Domitiano ex paterna fortuna tantam licentiam vsurpante. Curt. 7, 1, 35 Nec inficias eo, liberi hominis animo locutum esse me cum ignauissimo, et hoc vnum militiae suae vsurpante, vt alienos equos pugnaturis distribuatur. Tac. Agr. 7, 3. Vinolentiam ac libidines vsurpans Tacit. Ann. 11, 16, 4. Munera censoria vsurpans Idem ibid. 11, 13, 1.

VSVRPATVS, a, um. Partic. Cic. Verr. 5, 125 Quid vero illa Segestanorum non solum literis tradita, neque commemorata verbis, sed multis officiis illorum vsurpata et comprobata cognatio? Conso- lationes a viris sapientissimis vsurpatae Cic. Fam. 5, 16. Vsurpa- tum est, vt his quoque ius dicatur Vlpian. l. 1 §. 6 ff. de extr. cognit. ¶ 2 Mulier vna vsurpata duplex cubile Cic. Fam. 9, 22. *i. quae vsur- pauit. Sed locus obscurus et dubiae lectiois.*

VSVRPATIO, ònis. f. Frequens vsus. Cic. de Clar. Orat. 250 c. 71 Qui hoc tempore ipso quum liceat, in hoc communi nostro et quasi fatali malo consoletur se, cum conscientia optimae mentis, tum etiam vsurpatione et renouatione doctrinae. Cic. Verr. 5, 165 Apud te praetorem si non effugium, ne moram quidem mortis men- tionem atque vsurpationem Ciuitatis assequi potuit? Idem de Lege Agr. 2, 30 Sunt igitur decemviri neque veris comitiis, hoc est populi suffragiis, neque illis ad speciem, atque ad vsurpationem vetustatis per triginta lictores auspicio causa adumbratis, constituti. *Ad vsurpationem vetustatis, dicis causa, ne intereat plane vetus caerimonia.*

Vocis vsurpatione abstinere Liu. 27, 19. Gell. 6, 16 Neque ora- tionis Latinae vsurpationes veras didicerat, *i. significationem vsus verborum ac formularum.* Plin. 33, 2 Et diuisus hic quoque ordo erat Su- perba vsurpatione nominum, quum alius se Nongentum, alius Selectum, alius Tribunum appellaret. Quae, dum negligentia in vsus veniunt, contra pudicos et sobrios mores licentiam sibi de vsurpatione fecerunt Cyprian. de habitu Virg. Tr. 2. Vsurpatione apud Iurisconsultos, est Vscapionis interruptio. Oratores autem Frequentem vsus vocant. Haec Paulus de vsurpationibus seu vscapionibus l. 2.

VSVRPATOR, òris. m. [*σφετεριστής* Gloss. Lat. Gr.] *Iniustus possessor.* Ammian. 16, 7 Vsurpator indebitae potestatis. *conf. Ambros. Off. 1, 1. et Epist. 27 ad Valentin. II.*

VSVRPATRIX, icis. f. Saluian. de Gubern. Dei 4 p. 133 Vsur- patrix innocentiae arrogantia.

VSVRPATORIVS, a, um. Impp. l. 8. Cod. de Excusat. Mun. Si quis vsurpatoria temeritate amplius aliquid fuerit co- natus exigere.

VSVRPATIVE. [*ἀκέρως*] *Per abusum.* Seru. ad Aen. 3, 539 Vsurpativae hospita dixit: quae enim in ES exeunt, communia esse possunt — Nec mirum, abusum esse Virgilium. *Add. ad Aen. 12, 208. Sic VSVRPO n. 3.*

VSVRPABILIS, e. *Vt, Vsurpabilis futurus* Tertull. adu. Marc. 2, 6.

V TENSILE, is. n. *Quod est ad vsus nostros aptum vel necessa- rium.* Columel. 12 Praef. 3 Vtensilia ex quibus aut alitur homi- num genus, aut etiam excolitur. Idem 9, 5, 1 Vocat vtensilia quae apes in aluearia conferunt. Varro de R. R. 1, 2, 6 Contra quod in Italia vtensile modo non nascitur, sed etiam non egregium fit? Liu. 26, 33 *extr.* Quaeque vna secum dediderunt, agrum vrbeinque, diuina, humanaeque, vtensiliaeque, siue quid aliud dediderunt, de iis rebus quid fieri velitis, vos rogo Quirites. Exutus omnibus vtensilibus miles Liu. 3, 43. *Add. Tac. Ann. 1, 70, 5. Columel. 1, 3, 3. et 2, 13, 9.*

Callistrat. in l. 2 D. de nundinis. Si quis ipsos cultores agrorum vel piscatores deferre vtensilia in ciuitatem iusserit, vt ea ipsi distrahant: destituetur annonae praebitio, quum auocentur ab opere rustico. Quare confestim, vbi detulerint mercem, tradere eam, et ad opera sua reuerti debent. Vtensilia, *inquit Budaeus, hic Edulia, annonaeque intelliguntur.*

V TENSILITAS, atis. f. *Vt, Ferri et aeris vtensilitas* Ter- tull. de Habit. mulier. c. 5.

V TILIS, e. Adi. [*χρήσιμος, ὀνήσιμος, ὠφέλιμος, σύμφορος, εὐχρηστος*] *Quo vti possumus.* Ter. Andr. 5, 1, 16 Quibus id maxime vtile est, illum esse quam deterrimum. Vtile est Scribon. 61. *de medicamento.* Plaut. Epid. 2, 2, 106 Quem hominem inuenimus ad eam rem vtilem? Homo Ad nullam rem vtilis Cic. Off. 3 c. 6. Neutro pede satis vtilis, Cuius neque vnus pes, neque alter satis suum officium facit Plin. 7, 28. Ager frumentis vtilior, qui anno superiore vacuus fuit Pallad. Nou. t. 1. Arbos bis vtilis pomis Virg. Georg. 2, 150. *i. e. Biferae sunt arbores, Seruius. Cibus vtilis aegro* Ouid. Trist. 3, 3, 9. Cic. de Nat. Deor. 1, 38 Perseus eos dicit esse habitos Deos, a quibus magna vtilitas ad vitae cultum esset inuenta, ipsaque Res vtilis et salutare Deorum esse vocabulis nuncupatas. *Add. Idem de Legg. 1 c. 15.*

Ventis vtilibus intra vrbein salubribus Ouid. Met. 13, 630. Hi quorum tibi auctoritas est cara, Vita vtilissima Cic. Catil. 1 c. 8. Magnifice vtile, Maxime vtile, Modice vtile, *vid. bb. vv.*

Quo magis accedunt, minus et minus vtilis adsto Ouid. Her. 2, 129. *i. compos mentis et sensus, sec. Burm.* Mi- scere vtile dulci Hor. de Arte Poët. 343. Nunquam est vtile pec- care, quia semper est turpe Cic. Off. 3, 64 c. 15. *Compar. Claud. Consul. Hon. 4 v. 221 Maior et vtilior fato coniuncta potenti, Vile latens virtus. Add. Virg. Georg. 2, 93. Superl. Vlpian. in l. Iudicem D. Communi diuid. Sic enim facillime, quod tibi vti- lissimum erit, consilii capies Dolab. ad Cic. Fam. 9, 9. Is mihi vir et suis et publicis rationibus vtilissimus ciuis fore videtur Cic. de Inu. 1 c. 1. Add. Val. Max. 8, 7, 4.*

V TIBILIS, e. [*χρηστός*] *Idem, Plaut. Men. 5, 6, 23* Ii solent heris esse vtibiles. *Add. Idem Most. 4, 1, 2. Ter. Phorm. 4, 4, 9* Quid minus vtibile fuit, quam hoc vlcus tangere, aut nomi- nare vxorem? Vtibile illi Plaut. Merc. 5, 4, 45. Vtibile ad rem aliquam Id Mil. 3, 1, 19.

V TILITAS, atis. f. [*ὠφέλεια*] *Qualitas rei, quam vtilem vocamus.* Ter. Eun. 2, 3, 17 In ea re vtilitatem ego faciam vt cognoscas meam, *i. quam tibi vtilis esse possim ad obtinenda deside- ria tua.* Natura consultrix et prouida vtilitatum opportuni-

tatumque omnium Cic. de N. Deor. 2, 58. Vtilitas mater iusti et
 aequi Hor. Serm. 1, 3, 98. Cic. de Nat. Deor. 1, 93 Ne hic qui-
 dem vos mouet considerantes quae sit vtilitas, quaeque opportunitas
 in homine membrorum, vt iudicetis membris humanis deos non egere.
 Cic. de Finib. 1, 69 c. 20 Vt etiam si nulla sit vtilitas ex amicitia, ta-
 men ipsi amici propter se ipsos amentur. Communis vtilitas
 Quinct. 3, 7. Non Mediocris vtilitas Idem 1, 8. Multae vti-
 litates et magnae, vid. MVLTVS. Publicae vtilitates Tacit. Ann.
 1, 10. Publica Idem ibid. 14, 44 extr. ¶ 2 Verba:
 Aberrare a communi vtilitate, vid. ABERRO. Cic. pro Sext. 96
 Et vt arbitrator, nec ab vtilitate eorum, qui audient, nec ab officio no-
 stro, nec ab ipsa causa P. Sextii Abhorrebit oratio mea. Adducere ad
 vtilitatem, Afferre vtilitatem, Capere vtilitates, Conuellere
 iustitiam vtilitate aliqua, vid. bb. vv. Duci vtilitate Quinct. 3, 8.
 Finitus sola vtilitate Idem 3, 8. Fugit haec vtilitas neminem
 Idem 2, 5. Cic. pro Muraen. 23 c. 10 Omnes enim artes, quae no-
 bis Pop. Roman. studia conciliant, et admirabilem dignitatem, et per-
 gratam vtilitatem debent Habere. Idem Off. 3, 42 c. 10 Nec tamen
 nostrae nobis vtilitates Omittendae sunt aliisque tradendae, quum his
 20 ipsis egeamus: sed suae cuique vtilitati, quod sine alterius iniuria fiat,
 feruendum est. Cic. pro Deiot. 13 Teque Alexandrinum bellum
 gerente vtilitatibus tuis Paruit, i. Commodis inseruit. Percipere
 vtilitatem Scribon. Ep. m. Praebet aequor vtilitatem sitientibus
 nautis Lucret. 6, 893. Cic. Att. 7, 5 Quem quidem ego, etsi mi-
 rabiles vtilitates mihi Praebet; quum valet, in omni genere vel nego-
 25 tiorum vel studiorum meorum: tamen propter humanitatem et mode-
 stiam, malo saluum, quam propter vsum meum. de Tirone. Prae-
 stare idem vtilitatis Id. ib. Cic. de Orat. 1, 118 Itaque in iis ar-
 tibus, in quibus non vtilitas quaeritur necessaria, sed animi libera
 quaedam oblectatio, quam diligenter et quam prope fastidiose iudica-
 30 mus? add. ib. 3 c. 2. Seruire vtilitati alicuius Cic. Qu. Frat. 1,
 1, 19 c. 8 Est autem non modo eius, qui sociis et ciuibus, sed etiam
 eius, qui seruis, qui mutis pecudibus praesit, eorum quibus praesit,
 commodis vtilitatisque feruire. Dare Vietas vtilitate manus Ouid.
 Trist. 1, 3, 88. conf. Id. ex Pont. 2, 3, 8. In MSS. permittuntur vtilitas
 35 et vilitas. Vtilitates, in Plurali, pro Vsu. Cic. Fam. 16, 5 Vtili-
 tatibus tuis possum carere.

V T I L I T E R. Adu. [*λειτουργῶς*] Commode. Cic. Acad. 4, 135
 Atque illi quidem etiam a natura vtiliter dicebant permotiones istas
 animis nostris datas. Non auis vtiliter viscat Effugit alis Ouid.
 40 A. A. 1, 391. Facere aliquid vtiliter Idem Met. 13, 206. Hoc
 mense vtiliter filices Extirpabis Pallad. Iul. t. 1. Seruire vtiliter
 Hor. Epist. 1, 17, 70. Compar. Ouid. Epist. 1, 67 Vtilius starent et-
 iam nunc moenia Phoebi. Superl. Columel. 11, 2 Ficulnea cacu-
 mina iam tumentia vtilissime ponuntur. Siluestres agri vtilissime
 45 extirpabuntur virgultis Pallad. Iul. t. 1. add. Sidon. Epist. 4, 9. Plin.
 16, 39. 17, 11 et 14. 18, 6 etc. Pallad. Oct. t. 4.

V T P

50 V T P O T E. [*καθόπερ* Gloss. Lat. Gr.] Adu. confirmantis; i. Quo-
 niam, quandoquidem, nempe. Cic. Att. 2, 24 Ea nos, vtpote qui nihil
 contemnere solemus, non pertimescebamus. Eidem Att. 5, 8 Me
 et incommoda valetudo, qua iam emerferam, vtpote cum sine febris
 laborassem, etc. conf. Cic. Phil. 5 c. 11. Catull. 68, 43.
 55 V T P V T A, vid. P V T O, are.

V T R

60 V T R I C V I A R I V S, V T R I C V L V S, vid. V T E R, vtris.
 V T R I N Q V E, V T R O, V T R O B I, V T R O B I Q V E, V T R O Q V E,
 V T R V B I, V T R V M, vid. V T E R, Adi.
 V T V T, vid. V T.

V V A

65 V V A, ae. f. [*σαφύλη*] Fructus vitis: dicta ab Vuore Varro L. L.
 4, 21 extr. p. 27, 17. Add. Isidor. 17, 5. Columel. 3, 6 Nec tamen
 eam vitem feracem dixerim, cuius singulae vuae in singulis sarmentis
 70 conspiciuntur. Granum vuae Scribon. 64. Cic. de Diuin.
 1, 31 c. 17 Quumque in quatuor partes vineam diuississet, tresque partes
 aues abdixissent; quarta parte quae erat reliqua, in regione distributa,
 mirabili magnitudine vuae, vt scriptum videmus, inuenit. Vuae
 bis mille in vna vite Col. 3, 3, 3. Terra ferax vuis Ouid. Amor.
 75 2, 16, 7. Commentor vuae Bacchus Ouid. Fast. 3, 785. Epi-
 theta numero paene infinita a patriis, inuentoribus, cultoribus, modo exse-
 qui non licet. Vid. quae in VITIS diximus. Acerba vua Cic. de Se-
 nect. 53. Bumastos vua, vid. b. v. Cibaria vua Plin. 14, 3
 quae esui est. Coloratae vuae, vid. COLOR. Cultae vuae
 80 Ouid. de Arte Am. 3, 101. Daelylides vua, Duracina vua,
 vid. ff. ll. Escaria vua Plin. 14, 3. Flaua vua Stat. Theb.
 5, 269. Generosae vuae fertilis vinea Ouid. Rem. Amor. 567.
 Genialis confitor vuae Ouid. Met. 4, 14. Grauidae vuae Claud.
 in Conf. Stil. 2, 1, 466. Heluolae vuae, vid. HELVOLVS. Im-
 85 mitis vua, Immatura Hor. Carm. 2, 5, 12. Lageos vua Virg. Ge-
 org. 2, 93. Lanata vua, vid. LANATVS. Madentes vuae
 Claud. Conf. Prob. et Olyb. 274. Maturae vuae Virg. Georg. 2, 419.
 Miscellana vua, vel Miscella. vid. b. v. Mitis vua, Matura Virg.
 Georg. 1, 449. Nigerrimis vuis diligentius asseruanda puella Ca-
 90 tull. ad Colon. 18, 16. Nitentibus vuis speciosa vlmus Ouid. Met.
 14, 661. Ollaris vua, vid. Ollaris, in OLLA. Passa vua Plin.
 23, 12. Colum. 12, 39, 3 Passae Graecae Pallad. Oct. 22. Passa
 sine granis Scribon. 56. Plaut. Poen. 1, 2, 99 Siquidem tu es me-
 cum futurus pro vua passa Pensilis. Vuae suspenduntur vt passae fi-
 95 ant, vnde illud Varronis, R. R. 1, 68 Pensilia, vuae, forba, ipsa ostendunt
 quando ad vsum oporteat promi. Hor. Serm. 2, 2, 121 Tum Pensilis
 vua secundas Et nux ornabat mensas. Peracerba gustatu vua
 Cic. de Senect. 53 c. 15. Praecoquae vuae, vid. PRAECOQVVS.
 Pubescens vua Plin. 17, 12. Purpureae vuae Ouid. Met. 13, 814.
 100 Racemiferae vuae Idem ibid. 3, 666. vid. n. 2. Semiuieta vua
 Columel. 10, 13. Serotina vua, vid. SEROTINVS. Siluestris
 Pall. Iun. 11. vid. LABRVSCA. Similes auro vuae Ouid. Met.
 13, 813. Taminia vua, vid. TAMINIA. Varianae vuae Co-
 lumel. 3, 2. Venucula, vel Venuncula vua, vid. VENUNCVLVS.
 105 ¶ 2 Verba: Augescunt vuae, Calcere vuas, vid. bb. vv. Coctae
 vti

vti feruentur Cato 25. Decerpere uuam, *uid. h. v.* Defecare uuam a vite Columel. 12, 43. Ducit colorem uua Virg. Ecl. 9, 29. Pendentēs uuae plenīs vitibus Ouid. Amor. 1, 10, 55. Percoquit teneras mora uuas Idem Rem. Amor. 83. Perlucere incipit uuae granum Scribon. 64. Proterit vltimus labens uuas 5 Stat. Theb. 8, 547. Rubens uua incultis pendet sentibus Virg. Ecl. 4, 29. Siccare Cato R. R. 7, 2. Colum. 12, 15, 4. Variari incipit uua Colum. de Arbor. c. 12. Varians se uua Plin. 17, 22. Varia fieri incipit uua Idem 17, 22. Veniunt illic uuae feliciter Virg. Georg. 1, 54. *i. Melius proueniunt.* Vestitae frondibus uuae 10 Propert. 3, 13, 31. *Vid. plura ap. Plin. 14, 2. et 23, 1.* ¶ 3 Uua, *etiam aliarum rerum* Plin. 12, 13 Amomi uua in vsu est. Uua Lauri Plin. 16, 29. Uua, pro Vite aliquando ponitur, ut monet Seru. ad Virg. Georg. 2, 60 Et turpes auibus praedam fert uua racemos. *uid. RACEMVS.* Addit Seruius, pro Vino poni Hor. Od. 1, 20, 9. Caecubum, et prelo domitum Caleno tu bibes uuam. Ouid. Met. 3, 666 Ipse racemiferis frontem circumdatus uuis, *i. pampino, racemos habente.* Uua, dicitur in apibus, quando examen congregatum ad similitudinem botri dependet. Columel. 9, 9 Quum aguen glomeratum in proximo frondentis arbusculae ramo confederit, animaduertito an 20 totum examen in speciem vnius uuae dependeat. Virg. Georg. 4, 558 Et lentis uuam demittere ramis. Seruius Uuam demittere, in morem uuae, id est botrionis defluere. Examenue apium longa confederit uua Iuuenal. 13, 68. ¶ 4 Uua, [*σαφολή*] appellatur in homine, quae inter tonsillas ultimo palato dependet, quae 25 aliquando intumescit, cum vehēmenti inflammatione ac dolore. Plin. 11, 37 f. 66 Tonsillae in homine, in sue glandulae: Quod inter eas uuae nomine vltimo dependet palato, homini tantum est. Sub ea minor lingua epiglossis appellatur. *Vid. Cels. 8, 4.* Iacens uua Scribon. 71. Tumor uuae Idem 63, 71. Leuatur uua Idem 71. Sup- 30 primere uuam ab imo rectam sursum versum ib. ¶ 5 Uua, est etiam Piscis in mari vitens. Plin. 9, 1. *ubi vid. Harduin. it. 32, 21.* Uuae marinae inter suffimenta Veg. Mulom. 1, 20, 2. 4, 12, 3. VVIFER, ēra, ērum. Adi. [*σαφολόφορος*] Uuas producaens: ut, Glebae uuiferae Sil. 7, 263. Mallicus uuifer Stat. Silu. 4, 3, 64. 35

V V E

VVEO, ēre. Madefacere. Hinc, VVENS, entis. Partic. *Vt, Ventibus oculis* Petron. 115. Et 40 Sil. 7, 651 Vuenti ferrum admouit tepesacta palato. *Vid. Drakenb. ad Sil. 3, 522.* Caelum Auien. Arat. v 457. VVIDVS, a, um. Adi. [*disqōs*] Humidum significat. Varro L. L. 4, 22 p. 28, 20 Vuidum est, quod humidum. *Vid. Isidor. 17, 5.* Fest. Gifan. Ind. Lucret. *uid. SERESCERE.* Virg. Ecl. 10, 20 Vui- 45 dus hiberna venit de glande Menalcas. *Vbi Seruius, Vuidus, pinguis. Et Humidum est quod extrinsecus habet aliquid humoris: Vuidum vero quod intrinsecus: vnde et uuae dictae sunt, quod tamen plerumque confundunt Poetae* Columel. 3, 2. Nisi praepingui et vuida terra Idem 7, 3. *Vbi caeli status vuidus ventosusque est.* 50 Bacchus vuidus Hor. Carm. 3, 19, 17. Dicimus integro Sicci mane die, dicimus vuidi, a vino rigati, Cum sol oceano subest Hor. Od. 4, 5, 38. Gemma vuida in tenero palmitē Ouid. Fast. 3, 238. Vestis vuida, Humore madens. Plaut. Rud. 1, 4, 31. *Conf. Heins. ad Ouid. Am. 3, 5, 6.* Vuidiora poma Tertull. de Ieiun. c. 1. *at. vi-* 55 *vidiora.* VVIDVĻVS, a, um. Dimin. Catull. 65, 63 Vuidulum a fluctu cedentem ad templa Deum, me Sidus in antiquis Diua nouum posuit. VVESCO, ēre. Vuidum fieri. Vuescet pluuiis tellus Auien. Arat. 60 v. 254. *Vid. SERESCO.* VVOR, ōris. m. Vfus est Varro de L. L. 4, 21 p. 27, 17 Uuae ab vuore.

V V L

VVLCĀNVS, f. ut semper boni libri Virgilii et aliorum Poetarum, VOLCANVS. [*Ἡφαίστος*] Deus ignis et fabrilium, quae in igne tra- 65 ctantur, operum praefes: ipseque adeo ignis. Iouis ex Iunone filius, qui Ioui fulmina contra Gigantes fabricauit. Veneris coniux, quae Virg. Aen. 8, 370 illum alloquitur, ut arma suo filio Aeneae faciat; ille v. 40170 Quidquid in arte mea possum promittere curae, Quod fieri ferro liquidoque potest electro, Quantum ignes animaeque (*folibus efflatae*) valent. Deinde v. 416 sq. Describitur officina 421 Volcani domus et Volcania nomine tellus, et ipsa opera fulmen fabricantium, et currum Martis Cy- 75 clopum, et Aegida Mineruae, copiosissime autem, ipsa arma Aeneae. Est ille locus classicus, et inter pulcherrimos Maronis. Vulcani, (*inquit Cic. de Nat. Deor. 3, 55*) fuere complures. Primus Caelo natus, ex quo et Minerva Apollinem eum, cuius in tutela Athenas antiqui historici esse voluerunt. Secundus in Nilo natus Opas, ut Aegyptii appellant, 80 quem custodem esse Aegypti volunt. Tertius e tertio Ioue et Iunone, qui Lemni fabricae traditur praefuisse. Quartus Maenalius natus, qui tenuit insulas propter Siciliam, quae Vulcaniae nominabantur. Hor. Carm. 1, 4, 8 *Choros ducit Venus, dum graues Cyclopum Volcanus ardens vrit officinas.* Auidus Vulcanus Hor. Carm. 3, 4, 58. *ob vim* 85 *ignis omnia deuorantem.* Vulcanus, pro ipso Igne aliquando ponitur, quemadmodum Pallas pro Literis. Plaut. Amph. 1, 1, 185 Quo ambulasti, qui Vulcanum in cornu conclusum geris? Furit immixtis Vulcanus habenis. Virg. Aen. 5, 562. Spargere Vulcanum tectis Idem ibid. 7, 77. Superante Vulcano, ruina dedit domus Idem ib. 90 2, 312. *Lepide de Demosthene, cuius pater gladiatorum, faber fuerat,* Iuuenal. 10, 132 Quem pater ardentis massae fuligine lippus A carbone et forcipibus, gladiosque parante Incude, et Luteo Vulcano ad rhetora misit. 95 Luteus ad ignis colorem flauum respicit. VVLCĀNIVS, a, um. Adi. [*Ἡφαίστιος*] Virg. Aen. 10, 408 Correptis subito mediis, extenditur vna Horrida per latos acies Vulcania campos. *Vid. ACIES.* Ardor Vulcanius Valer. Argon. 4, 686. Arma Vulcania, a Vulcano fabricata. Virg. Aen. 8, 555. 100 Cic. Tusc. 2, 33 Pungit dolor, vel fodiat sane: si nudus es, da iugulum: sin tectus Vulcaniis armis, id est fortitudine, resiste. Insulae Vulcaniae VII circa Siciliam, quae et Aeoliae, Lipara, Heraclaea etc. *Vid. Mela* 2, 7. Plin. 3, 9. Pestis Vulcania, Incendium, Sil. 14, 423. VVLCĀNĀLIS, e. Adi. *Vt, Flamen Vulcanalis* Varro de L. L. 105 4, 15 p. 23, 4.

VULCANALIA, um. n. Pl. [*Ἡφαίστια*] *Festa Vulcano dedicata.* Columel. 11, 3 Caeterum Augusto circa Vulcanalia, tertia factio est. In Vet. Kal. indicatur X Kal. Septembr. Varro de L. L. 5, 3 p. 48, 14 Vulcanalia a Volcano, quod ei tum feriae, et quod eo die populus pro se in ignem animalia mittit. Plinius teste ipsius filio Epist. 3, 5, 8 Lucubrare Vulcanalibus incipiebat, non auspicandi causa, sed studendi statim a nocte multa. Ergo Vulcanalibus lucubrare incipiebant, certe auspicabantur.

VVLGA, ae. f. Capacitas, vel sinus cum laxitate. Lucil. 21 In vulgam penetrare pilosam. (vid. Douza p. 91) Varr. Sexages. Eō vt viaticum ex arcua adderem in vulgam. Haec Nonius 2, 908. Vid. BVLGA.

VVLGAGO, inis. f. Herba, Asarum dicta Macer 2, 24.

VVLGVVS, i. m. et n. Plurali caret, sec. Charif. lib. 1. [*ἄπληθος, ἢ πῶλοι*] significat *Multitudinem ignobiliorem.* Cic. pro Milon. 28 Quum hic infidiator, qui iter illud ad caedem faciendam apparasset, cum vxore veheretur in rheda penulatus, vulgi magno impedimento, etc. Hor. Serm. 2, 3, 63 Huic ego vulgum Errori similem cunctum insanire docebo. Cuning. vulgus. Sic est vulgus: ex veritate pauca, ex opinione multa aestimat Cic. pro Rosc. Com. c. 10. Vulgi Voluntas mirabiliter immutatur Nep. 10, 10, 2. Cic. Tusc. 5, 103 Vide ne plus commendatio in vulgus, et haec quae experitur gloria, molestiae habeat, quam voluptatis. Fames in vulgus inopia quaestus, et penuria alimentorum Tacit. Hist. 1, 86. Gratus in

vulgus Idem Ann 1, 28. Cic. de Divin. 2, 87 Fani pulchritudo et vetustas Praenestinarum etiam nunc retinet sortium nomen, atque id in vulgus. Idem pro Planc. 9 c. 4 Non est enim consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia, etc. Idem de Orat. 3, 196 Illud autem ne quis admiretur, quomam modo haec vulgus imperitorum in audiendo notet. Sernorum vulgus Ter. Andr. 3, 4, 4. Nihil est incertius vulgo Cic. pro Muraen. 36 c. 17. Feminum vulgus, *Vulgus feminarum* Lucan. 7, 39. Humile vulgus Plin. in Praefat. Ignobile vulgus Virg. Aen. 1, 153. Imperitum quibus vulgus bubalorum nomen imponit Plin. 8, 15. Incertum vulgus scinditur in contraria studia Virg. Aen. 2, 39. Indoctum vulgus Ouid. Met. 5, 308. Iners vulgus Claud. de Rapt. Proserp. 1, 21. Infidum vulgus Hor. Carm. 1, 35, 25. Inutile vulgus Iuven. Sat. 15, 126. Leue vulgus Ouid. Met. 12, 53. Malignum . . . Miserabile vulgus Virg. Aen. 2, 798. Mobile

Stat. Silu. 2, 2, 123. Mutabile Valer. Argon. 1, 762. Profanum vulgus Hor. Carm. 3, 1, 1. Rude vulgus et expers artis Ouid. Fast. 2, 292. Segne vulgus Lucan. 3, 58. Acceptum in vulgus, vid. ACCIPIO. Attonitum pauet vulgus Ouid. Met. 14, 412. Cedebant spolia in vulgus Tacit. Hist. 3, 83. Celebrata in vulgus Celsi laus Idem ibid. 1, 71. Designari digitis vulgi Ouid. Amor. 3, 6, 77. Edere in vulgus Nep. 6, 14, 4. Exire hoc atque in vulgus emarare non poterit Cic. pro Rosc. Amer. 3. Indicare aliquid in vulgus Idem de Vniuers. 4. Mutatur mobile semper cum principe vulgus Claud. Conf. Hon. 4, 301. Probari in

vulgus, vid. PROBO. Spargere voces in vulgum Virg. Aen. 2, 99. Spernere malignum vulgus Hor. Carm. 2, 16, 39. Fuit in vulgus aduerso rumore Tacit. Hist. 2, 52. Tribuere in vulgus, Cic. Fam. 13, 71 Quia non est obscura tua in me benevolentia, sic fit, vt multi per me tibi commendari velint. Venit vox ad aures vulgi

Virg. Aen. 2, 119. Sallust. in Catil. 20 Caeteri omnes strenui, boni, nobiles atque ignobiles, vulgus fuimus, sine gratia, sine auctoritate. Vulgus inane, *i. manes defunctorum, sepulcris egressi*, Ouid. Fast. 2, 554. Vulgus, *de Quibus dixit* Virg. Georg. 3, 469 Continuo ferro culpam compefce, priusquam Dira per incautum serpent contagia vulgus. Te recinunt volucres et vulgus reptile Ponti Victorin. Piet. de Christo Deo et Hom. v. penult.

VVLGO. [*πανδημοί*] *Aduerbialiter positum, significat Passim, Cateruatim, vt ait Seruius.* Virg. Ecl. 4, 25 Assyrium vulgo nascetur amomum ubique, vt commune et vulgare fiat. Liu. 31, 34 Adversus quae tela, quosque viros pugnandum esset, pauidi vulgo cernebant. Cic. pro Muraen. 72 Num locum ad spectandum dare, aut ad prandium inuitare? minime: sed vulgo, passim. quid est vulgo? Vniuersos. Appellare vulgo aliquem superbium Liu. 1, 50. Adscribit vulgo hominum opinio socium me tuis laudibus Cic. Att. 14, 19. Idem Verr. 5, 62 Non mehercule, qui loquor, cederem Iudices, tamen si vulgo audieram. Colunt Saturnum vulgo maxime ad Occidentem Cic. de Nat. Deor. 3, 114. Dicitur vulgo, *vel dici solet.* Ter. Andr. 2, 5, 15. Plin. Epist. 168. Exaudita vox vulgo per lucos Virg. Georg. 1, 477. Cic. Verr. 5, 78 c. 30 Cum vulgo loquerentur suppositum in eius locum quem pro illo probare velles. Idem pro Rosc. Amer. 80 Eiusmodi tempus erat, inquit, vt homines vulgo impune occiderentur. Occupare vulgo regnum Caes. Bell. Gall. 2, 1. Cic. Verr. 4, 64 c. 8 Neque ponere, neque vulgo Ostendere ac proferre voluerunt. Quaesitus vulgo, *pro Spurio.* Vlpianus l. ad Tertull. Sed et vulgo quaesiti admittuntur ad matris legitimam successionem. Et l. 2 Siue iuste sint procreati, siue vulgo quaesiti Budaeus. Quaesiti vulgo dicuntur, Qui patrem demonstrare non possunt, vel qui possunt quidem, sed eum habent, quem habere non licet: qui et Spurii appellantur *κατὰ τὴν σποράν.* Haec Modestinus l. 23. D. de

stat. homin. Requirit vulgo id homines Liu. 1, 31.

VVLGARIS, e. Adj. *Quod fit, et est vulgo, facile inuenitur, vile ac commune.* Cic. de Inuent. 2, 112 Magna an parua, facilia, an difficilia singularia sint an vulgaria. Hor. Serm. 2, 2, 38 Ieiunus stomachus raro vulgaria temnit. Quintil. in Prooem. Simul ne vulgarem

viam ingressus, alienis demum vestigiis insisterem. Cic. pro Quint. 56 c. 18 Vulgaria et obsoleta sunt, res autem noua et inaudita. Id. pro Rosc. Amer. 71 Denique nihil tam vile, neque tam vulgare est, cuius partem vllam reliquerint. Vulgare est Plin. 8, 2. Cic. pro Rosc. Amer. 134 c. 46 Mitto hasce Artes vulgares, coquos, pistores, lecticarios. Idem Fam. 13, 16 Genere nouo sumi literarum ad te vsus, vt intelligeres, non vulgarem esse commendationem. *add. ibi* 1, 3. Consuetudo vulgaris Cic. de Orat. 1, 248. Declamatio vulgaris et peruagata Idem pro Planc. 48. Fabula vulgaris Ouid. Met. 4, 53. Forma vulgaris, Quae vulgo videri solet Plin. 10, 42. Generatio vulgaris Idem 7, 14. Genus dicendi minime vulgare Cic. de Clar. Orat. 302 c. 88. Intelligentia a vulgari haec remotiora sunt Idem de Inuent. 2, 67. Mulier vulgaris, *Quae vulgo sui copiam facit.* Suet. Vitell. c. 2. Vid. *ibi* Torrent. Notitia vulgaris Plin. 20, 5. Opinio vulgaris Cic. de Orat. 1, 109 c. 23 *sub fin.* Oratio ad vulgarem popularemque sensum accommodata Idem ibid.

1, 108

- 1, 108 c. 25. Orator vulgaris et Excellens, contraria Idem ib. 45.
 Prudentia communis et vulgaris Idem ibid. 2, 299. Puellae vulgares, *Quae prostant.* Ouid. Fast. 4, 865. Cic. Acad. 1, 5 c. 2
 Qui nulla arte adhibita, de rebus ante oculos positis; vulgari sermone disputant. Via vulgaris Quinctil. in Prooem. 1. Compar. Liu. 5
 25, 17 Fama vulgarior.
- VVLGARIVS, a, um. Adi. Gell. 12, 10 In libris vulgaribus scriptum est. Significatio vulgaris Idem 3, 16. Temeritas vulgaris, Afranius apud Nonium 8, 41 *ubi etiam est Facilitas et Fallacia vulgaris.* Venus vulgaris Apul. Apol. 1 p. 132.
- VVLGARITAS, atis. f. Arnob. aduers. Gent. 3 p. 123 Palem, sed non feminam illam, quam vulgaritas accipit, sed masculini nescio quem generis ministrum Iouis. Popularis vulgaritas Idem ib.
- VVLGARITER. Adu. [*πᾶνδημον*] Idem quod Vulgo. Plin. 28, 14 Vituli quoque ius vulgariter datum, inter auxilia coeliacorum et disentericorum tradunt. Vulgariter electa Idem 8, 5. Cic. Fam. 13, 69 Haec ad te eo pluribus scripsi, vt intelligeres, me non vulgariter, nec ambitiose, sed vt pro homine intimo, ac mihi pernecessario scribere. Sed in MSS. legitur Vulgare. Pareus Lexic. Critic. legit. vulgarie.
- VVLGO, are. [*Φημίξω, διαΦημίξω*] In vulgus emittere, vt publicare. Virg. Aen. 10, 64 Quid me alta silentia cogis Rumpere, et obductum verbis vulgare dolorem? Liu. 28, 27, 10 Non quod ego vulgari facinus per omnes velim. In maius aliquid vulgare Tacit. Ann. 3, 12. Liu. 4, 2 Quam enim aliam vim connubia promiscua habere, nisi vt ferarum prope ritu vulgentur concubitus plebis patrumque? vt qui natus sit, ignoret cuius sanguinis, quorum sacrorum sit: dimidius Patrum sit, dimidius plebis. Plaut. Amph. . . Cui me absente Corpus vulgavit suum. Pretio Corpus vulgare solita Aur. Victor de Orig. Gent. Rom. c. 20. Famam vulgare Liu. 27, 34. Laudem vulgare Idem 1, 10. Librum vulgare Quinctil. in Prooem. 1. Morbos vulgabant ministeria inuicem et contagio ipsa Liu. 3, 6. *i. propagabant.* Rem non vulgabat P. Virginius Liu. 2, 29. *i. non vniuersim pronuntiabat.* Rumor deinde vulgatur duas deesse tabulas Liu. 3, 34 7. *conf. Burm. ad Quinctil. 7, 3 p. 613.* Cic. pro Flacc. 65 Nonne hoc vestra Voce vulgatum est? Liu. 3, 25 Nimium in ordinem seipsum cogere, et vulgari cum priuatis, non tam properantis abire Magistratu, quam viam ad continuandum Magistratum quaerentis esse: *i. se familiarem illis et communem ostendere.* Summum imperium cum infimis vulgatur Liu. 4, 1 pr.
- VVLGANS, antis. Partic. Tac. Ann. 4, 58, 2 Properum finem vitae coniectantes vulgantesque. Talia vulgantes Idem 13, 7, 1.
- VVLGATVS, a, um. Partic. [*διαΦημίξω*] Vt, Vulgati pastores Amores Ouid. Met. 4, 276. Artes non ante vulgatae Hor. Od. 4, 9, 3. Beila vulgata per orbem famam Virg. Aen. 1, 461. *add. ib. 8, 555.* Cibus vulgatus, *Quo quotidie et passim vtuntur.* Plin. 13, 22 Corpus vulgatum, *i. Prostitutum.* Liu. 1, 4 Sunt, qui Laurentiam vulgato corpore Lupam inter pastores vocatam putant. Fama vulgatio Liu. 1, 7. *conf. 25, 17.* Meretrix vulgatissima Val. Max. 3, 5, 3. Cic. de Arusp. Resp. 59 Quae nauis vnquam in flumine publico tam vulgata omnibus, quam istius aetas fuit? Sensus vulgatissimi Quinct. 2, 4. Verba vulgata Plaut. Epid. 3, 2, 14. Magnum Vulgata per acuum Lucret. 5, 428. *add. ib. v. 75.*
- VVLGATE. Adu. Compar. Ammian. 15, 3 Haec augente vulgatus fama. *add. Id. 31, 3.*
- VVLGATVS, us. m. Sidon. 8, 1 Sufficere suspicabamur, si quid superiore vulgatu protuliffemus.
- VVLGATVRVS, a, um. Partic. [*Φημίξω*] Vt, Litera vulgatura nefas Claud. in Conf. Stilich. 2, 1, 296.
- VVLGATOR, oris. m. [*Φημίξω*] Vt, Taciti vulgator Ouid. Amor. 3, 7, 51.
- VVLGIVAGVS, a, um. Adi. [*εἰκασιπλάνης*] Huc illuc vagus, Vulgo enim passim est. Lucret. 4, 1065 Vulgiuagaque vagus Venere. *i. Sectatus popularem Venerem: non certas mulieris amore captus.* Idem 5, 930 Vulgiuago vitam tractabam more ferarum.
- VVLNVS, eris. n. [*τραῦμα, ὠτειλῆ*] Est hians patensque apertura corporis, ictu aliquo inflicta. Per translationem autem accipitur pro Angore animi, omnique adeo molestia, quae illum turbat. Locus classicus de vulneribus est Cels. 5, 26. Vulnus vocat vbi quid extrinsecus laesit corpus: tum ostendit, quae insanabilia sint vulnera, quae vix ad sanitatem perueniant, quae tutiorem curationem habeant *f. 5 vbi ita:* Aliquid etiam in vulneris genere, figuraque est. Nam peius est, quod etiam collisum, quam quod tantum discissum est, adeo vt acuto quoque quam retuso telo vulnerari commodius sit. Peius etiam vulnus est, ex quo aliquid excisum est, ex quoque alia parte abscissa, alia dependet etc. Totum enim caput legendum suademus, si recte loqui et perite de vulneribus velis. Clauda vulnere pars corporis Virgil. Aen. 5, 278. Glutinatio vulneris Cels. 5, 26, 23 agit De glutinatione vulnerum. Impetus vulnerum Plin. 20, 21. Impetus vulnerum recentium lenire Idem 22, 22. Cels. 5, 26, 22. Aduersus vulnere Inflammationem in ipso sanguinis cursu auxilium est. Inualidus vulnere Tacit. Ann. 1, 46. Onustus vulneribus Idem ibid. 2, 15. Orae vulneris Cels. 5, 26, 23. Oras vulneris leuiter diducere manibus Idem 7, 19. Saucius vulneribus Ouid. Met. 12, 207. Tardus vulnere Virg. Aen. 2, 436. ¶ 2 Epitheta: Acerbum vulnus, vid. ACERBVS. Altum vulnus Cels. 5, 26, 34. Calidum vulnus Ouid. Met. 5, 137. Cruda vulnera Iuuen. Sat. 2, 73. Cruenta vulnera Cels. 5, 19 in initio. Fatale vulnus Valer. Argon. 6, 652. Flebile vulnus Stat. Silu. 2, 1, 4. Grande vulnus Cels. 5, 26, 27. Grauia vulnera Id. 5, 29 De Leucis emplastris. Immania vulnera Stat. Theb. 5, 29. Immitia vulnera Ouid. de Nuce 69. Ingenti vulnere ingens quoque vulnus adiacere Cels. 7, 5. Inhonesto vulnere truncatae nares Virg. Aen. 6, 497. Latum vulnus Cels. 5, 26, 23. Laxum vulnus Idem 7, 5. Letale vulnus Virg. Aen. 11, 749. Letiferum vulnus Sil. 10, 295. Leue vulnus Ouid. Met. 3, 87. Magnum Cels. 5, 26. Malum vulnus Idem 5, 26. Medio cre Scribon. 212 Jgg. Molle vulnus Idem 201 *i. vlcus.* Mortiferum vulnus, vid. MORS. Nigra vulnera Ouid. Met. 1, 444. Periculofum vulnus Scribon. 208. Periculosa vulnera Cels. 5, 26, 3. Idem 5, 26, 8 Balneum quoque dum parum vulnus purum est, inter res infestissimas est. Nam id et humidum et sordidum reddit, ex quibus ad cancerum transitus esse consuevit. Recens vulnus Scribon. 203. Recentia vulnera Plin. 20, 9. Cels. 5, 26 Pastilli ad Recentia vulnera glutinanda apti. Sanabile vulnus Iuuen. Sat. 15, 34. Senilia vulnera Cels. 5, 19. Subiecta oculis vulnera

- Celf. 5, 26. Tenue vulnus Idem 5, 26, 34. Tolerabilius
vulnus Idem 5, 26. Tristia vulnera Ouid. Met. 3, 57. Trun-
ca vulnera deiectis membris Idem ibid. 3, 725. Tutissimum
omnium vulnus quod in carne est: et haec quidem loco vel peiora,
5 vel meliora sunt Celf. 5, 26. Vehemens vulnus Idem 5, 27.
Vetusta vulnera Ouid. Trist. 4, 1, 97. **3** Verba et Par-
ticipia: Abdidit alto nefandum ferrum vulnere Senec. Troad. f. 1.
Abluere vulnera lymphis Virg. Aen. 4, 685. Accenditur vulnus,
si parum bibitur Celf. 7, 27. Accipere vulnera, vid. ACCIPIO.
10 Accipere vulnera tergo Virg. Aen. 3, 242. Acerbat exiguum sti-
mulando vulnus Claud. in Ruff. 1, 182. Actum vulnus Scrib. 201.
Adfusum venenum vulnere Tacit. Ann. 1, 10. Adhibere medicas
manus ad vulnera Virg. Georg. 3, 455. Adigere vulnus, vid. ADI-
GO. Adactum vulnus alte Virg. Aen. 10, 850. Adurere vul-
15 nus Celf. 5, 27, 2. Afficere vulneribus Colum. 4, 11. Ag-
grauantur vulnera introitu eorum, qui vnquam fuerint serpentium
canisue dente laesi Plin. 28, 3. Agere humorem in vulnus Celf.
7, 27. Ali vulnus non potest Idem 7, 27. Alleuantia fomen-
ta malum vulnus Hor. Epod. 11, 25. Alligare vulnus Cic. Tusc.
20 2 c. 17. vid. Gron. ad Liu. 7, 27 m. Ambesum corpus multo vulnere
Sen. Hippol. f. 12. Ampliare vulnus Celf. 7, 5. Ancisa re-
centi vulnere membra Lucret. 3, 661. Aperire vulnus Celf. 5,
26, 7. Idem 7, 5. Adstrinxit sicca rigens vulnera sanguis Lucan.
4, 291. Adstringit et cohibet vulnera Polium, prohibetque serpere
25 Plin. 21, 20. Cadere per mutua vulnera Ouid. Met. 3, 123. Cir-
cumactus in vulnus, vid. CIRCVMAGO. Claudicare ex vulnere
accepto ob aliquem Cic. de Orat. 2, 249. Colligat vulnera bitumen
cum farina hordeacea Plin. 35, 15. conf. Suet. Tib. c. 61. Con-
cidere mutuis vulneribus, vid. MVTVVM. Liu. 24, 26 Tandem
30 vulneribus Confectae virgines, quum omnia replessent sanguine, ex-
animes corruerunt. Confodere aliquem vulneribus, vid. CONFO-
DIO. Conglutinantur vulnera decocto graminis Plin. 24, 9. Cong-
lutinat vulnera holosteon Idem 27, 10. Consumtus vulneribus
Sil. 10, 286. Conturbare prima vulnera nouis plagis Lucret. 4, 1064.
35 Crepitant duro sub vulnere malae Virg. Aen. 5, 436. Curare vul-
nus Quinct. 4, 2. Deligare vulnus Idem 4, 2. Descendit vul-
nus magno hiatus Stat. Theb. 1, 2, 340. Detegere vulnus Celf. 5,
26, 7. Dirigere vulnera Virg. Aen. 10, 140. Diuellere vulnus
Caes. Bell. Ciuil. 5. Dare caecum vulnus cuspidi Virg. Aen. 10, 140.
40 Dare certa vulnera Ouid. Met. 1, 458. Dare inania vulnera Id.
ibid. 3, 83. Durare ad vulnera Virg. Georg. 3, 257. Edere
vulnera et conferere dextras Stat. Silu. 1, 6, 60. Elusa vulnera
Ouid. Met. 12, 104. Emendantur vulnera capitis lacte muliebrâ
Plin. 28, 7. Euisa vulneribus ornus Virg. Aen. 2, 630. Ex-
45 animari graui vulnere Cic. de Finib. 2, 97. Excipere vulnera,
vid. EXCIPIO. Exhalans crudeli vulnere vitam Virg. Aen. 2, 561.
Celf. 5, 27, 3 Homo adhibendus est, qui vulnus Exfugat. Explet
vulnera creta Eretria Plin. 35, 6. Exstinctus miserando vulnere
Stat. Theb. 5, 717. Facere vulnera Quinctil. 5, 13. Fecit
50 vulnus in vulnere Ouid. Met. 12, 49. Facere vulnera alicui in
tergo Idem ibid. 3, 232. Ferre rastorum vulnera Id. ibid. 4, 497.
Feruens vulnus Idem ibid. 4, 120. Figere iterata vulnera Stat.
Silu. 1, 2, 84. Fiunt vulnera morfu serpentis Celf. 5, 27 in princip.
Fouere vulnus aqua calida Idem 7, 26, 5. Glutinantur vulnera
55 candido oui Plin. 29, 3. Glutinari vulnera longe optimum est
Celf. 5, 26, 23. Habere graue vulnus Ouid. Met. 4, 207. Hiat
vulnus abruptis venis Stat. Silu. 2, 1, 4. Ictus mortifero vulnere
Alexander Liu. 9, 19. Illinunt vulneribus Polium Plin. 21, 20.
Illinitur ad vulnus Teuceria Idem 26, 8. Inflamantur vulnera
60 superuentu eorum, qui pedibus iter confecerint Idem 35, 6. Im-
molare aliquem vulnere Virg. Aen. 12, 943. Impingere vulnus,
vid. IMPINGO. Implere vulnus Celf. 5, 26, 30. Imponere
stercus caprinum super vulnus Id. 5, 27 tit. 5 et 8. Imponitur vul-
neribus amurca in linteolis Plin. 23, 3. Imponuntur vulneribus
55 folia lilii Idem 21, 19. Imposita sunt vulnera prouinciae Cic.
Att. 5, 17 extr. Imprimere vulnus, vid. IMPRIMO. Incidere
circa vulnus scalpello Celf. 5, 27, 3. et 7, 16. Inducere cicatricem
vulneribus Celf. 5, 19 in princip. et 26 ad fin. Inferre vulnera
alicui, vid. INFERO. Inferuntur vulnera quae per tela Celf. 5, 27.
70 in principio. Infestant vulnera et nimis calor, et nimium frigus
Celf. 5, 26. Infigere vulnus, vid. INFLIGO. Infigere alicui
vulnus Cic. Philipp. 2, 101 c. 39. Infossa cerebro vulnera Stat.
Theb. 8, 534. Infundere vulnere acetum Celf. 5, 26, 21. In-
tumescit vulnus Idem 5, 26, 26. Ingestis vulneribus concidit
75 Tacit. Hist. 3, 85. pro Instrictis. Insequi aliquem infesto vulnere
Virgil. Aen. 2, 529. Integrare vulnera, Renouare dolorem. Stat.
Theb. 5, 29. Inurere vulnus reipublicae Cic. pro Sext. c. 7 tan-
quam stigma. Laedunt vulnere dracones Ouid. Met. 4, 601.
Laesum paruo cor vulnere Idem ibid. 12, 481. Lenire vulnera
80 Sil. 17, 112. Mederi vulneribus, vid. MEDEOR. Minitans
vulnera curuata cuspidi Ouid. Met. 2, 199. Miscent crebris vulne-
ribus praelia Virg. Georg. 3, 221. Misit eum geminato vulnere ad
vmbas Tartareas Ouid. Met. 12, 227. Mori ex vulnere Liu. 27, 33.
Claud. in Eutrop. 2, 482 Et Persas in regia vulnera mouit, i. instigauit,
5 vt vulnerarent. Mulcere vulnera Sil. 13, 455. Nouat repetitum
vulnus stipite Ouid. Met. 12, 287. Obligare vulnus, vid. OBLIGO.
Quinct. 6, 1 Occisus est, vtrum ferro, an igne, an veneno, vno vul-
nere an pluribus. Occidit minimo vulnere Ouid. Met. 6, 265.
Patet vulnus Celf. 7, 16. Patens vulnus in pectore Virg. Aen. 11, 40.
0 Patiens mille vulnera Ouid. Met. 12, 171. Passi alterna vulnera Lu-
can. 5, 1. Passi Martia vulnera pugnando Virg. Aen. 7, 182. Pe-
netrauit vulnus Celf. 5, 26. Perire vulnere Hor. Carm. 1, 27, 12.
Petere mortem per vulnera Virg. Georg. 4, 218. Poscunt medi-
cinam vulnera Sil. 11, 166. Pulsis pudendis vulneribus Virg.
5 Aen. 11, 56. Recidendum est ense immedicabile vulnus Ouid. Met.
1, 190. Refricare vulnus, vid. REFRICO. Repetitum vul-
nus Quinct. in Prooem. 6. Resoluere vulnera Idem 6, 1. Re-
soluere caeca vulnera Stat. Silu. 5, 5, 82. Sanare vulnera Quinct.
5, 13. Cic. Fam. 15, 43 Huius meae voluntati, in qua inest aliqua
0 vis desiderii ad Sanandum vulnus iniuriae, vt faueas, fautorque sis,
h. e. Iniuriam vindicare. Sanare vulnus Reip. vid. SANO. Sa-
tiatur largo vulnere cornus in hasta, ea figura, qua bibere cruorem
dicitur Claud. in Ruff. 1, 353. Scinditur nouatum vulnus Ouid.
Rem. Amor. 729. Sedare vulnera Stat. Silu. 2, 1, 208. Sentire
5 vulnus extra Scribon. 84. Serebant vasta vulnera Lucret. 5, 1289
7 D 2 Sic.

- Siccare vulnera Ouid. Met. 10, 187. Stridet infixum sub pectore
vulnus Virg. Aen. 4, 689. Est vulnus quod in summa parte Cels.
5, 26. Tardatus vulnere Ouid. Met. 13, 81. Turbatus tristi
vulnere mentis Virg. Aen. 12, 160. Valet mel in eo vulnere, quod
Ceraestes fecit Cels. 5, 27, 8. Victus ingenti vulnere Virg. Aen. 5
10, 842. Vlcisci saevo vulnere aliquem Sen. Herc. Fur. 12. Vre
vulnus, et Vstum vulnus Cels. 5, 27, 2. Et ibidem, Vulnus quod
expertum ignem non est. ¶ 4 Non tantum in animali cor-
pore dicitur vulnus, sed in arboribus, ut Stat. Theb. 6, 104 Scinditur
pinus odore vulnere. de rogo struendo. Sic Cic. Verr. 2, 104 Adspici-
mus literas eiusmodi, quasi quaedam vulnera tabularum recentia.
Euisa vulneribus ornus Virg. Aen. 2, 650. Omne reformidat
frigida vulnus humus Ouid. Fast. 1, 666. Etiam, ut monuimus,
ad animum refertur. Domesticum Val. Max. 5, 10 ext. 1. i. Mors fi-
liorum. Liu. 22, 54 Non vulnus super vulnus, sed multiplex clades, 15
cum duobus consulibus Consulares exercitus amissi annuntiabantur.
Nempe vulnus minus incommodum est, clades maius. Sic Cic. pro Sext.
c. 7 Vulnera iniusta reipublicae. Et Phil. 2 c. 21 Vulnus sibi in-
flicum, de Scito in eum facto. Orbitatis vulnus Quinctil. in Pro-
oem. 6. Virg. Aen. 4, 2 At regina graui iam dudum faucia cura 20
Vulnus alit venis, et caeco carpitur igni, i. Amoris dolorem ac mole-
stiam fouet intra venas. Lucret. 1, 35 Inconsolabile vulnus mente gerit
tacita, Dolorem maximum Ouid. Met. 5, 426. Mutua vulnera,
Mutuus amor Idem ibid. 14, 771. Seruus aeternum sub pectore
vulnus Virg. Aen. 1, 40. De praeterito, dolorem dixit: de futuro, me- 25
tum. Ad utrumque vulnus. Tabescere caeco vulnere Lucret. 4,
1114. Viuit tacitum sub pectore vulnus Virg. Aen. 4, 67. Vitae
vulnera Lucret. 3, 63. i. Labes integritatis et conscientiae. ¶ 5
Vulnus pro telo, quo infligitur, poni interdum videtur apud Poetas:
cum qui hastam vel sagittam mittit ideo mittat, ut vulnus infligat. Virg. 30
Aen. 2, 529 Priamus ardens infesto vulnere Pyrrhus Persequitur, cupit
vulnerare. Et 7, 533 Haest sub gutture vulnus, quod enim haereret te-
lum, nisi in vulnere. Imitatur Sil. 1, 397 Hunc miseratus adest infesto
vulnere Ladmus. Et audacius Id. 5, 250 Ac simul infesto Lateranum
vulnere truncae Arboris vrgebat. Audacius, inquam, quod addit 35
arboris truncae. Hinc etiam quibusdam Criticis displicuit. Rursum
Virg. Aen. 10, 140 Vulnera dirigere, i. sagittas vulnificas. Sen. Herc.
Oet. 160 Vicino Nabathae vulnera dirigit Parthus. Et Sil. 2, 92
Dirigit aligero letalia vulnera ferro. Nempe hic etiam, ut in alia
omni figura, verum subesse debet, sine quo nihil potest placere. Conf. 40
Drakenb. ad Sil. 5, 251. Cadunt vulneris vi et virum Plaut. Amph. 1,
1, 79. de praeliantibus.
- VULNVSCVLVM, i. n. Dimin. Vlpian. in l. 1 de aedilit. edict.
Vulnufculum modicum. Vulnufculo mederi, quod acu punctum
est Hieron. Epist. 89 ad Augustin. c. 4. 45
- VULNERO, are. [τερωσκω] Vulnus infligere. Caes. Bell. Ciu.
1, 46 Vulnerantur amplius sexcenti. Serui nonnulli vulnerantur,
ipse Rubrius in turba fauciat Cic. Verr. 1, 67 c. 26. Caput
ense saevo vulnerat Ouid. in Ibin 298. Cic. Post Red. in Senat.
6 c. 3 Sanctissimum corpus non solum tactum ac violatum manu, 50
sed vulneratum ferro confectumque vidistis. Metaphor. Bono pro-
prio vulnerari, i. laedi Ouid. Epist. 21, 58. Cic. pro Sext. 24 Sin
ad nudum vel fortissimum viri corpus accesserit, possit acie ipsa et
Ferri viribus vulnerari. Fortunae continuo ictu vulneror Ouid.
ex Pont. 2, 7, 41. Cic. in Catil. 1, 9 c. 4 Et quos ferro trucidari 55
oportebat, eos nondum voce vulnero. Remp. non solum facto
sed etiam exemplo Idem in Vat. c. 15. Aures grauior nuntius
vulnerat Virg. Aen. 8, 583. A librariis miscentur vulnerare et
verberare: vid. Drakenb. ad Sil. 5, 251.
- VULNERANS, antis. Partic. Sagitta vulnerans est lingua eorum 60
Vulg. Ierem. 9, 7. Illum vulnerantes eiecerunt Idem Luc. 20, 12.
- VULNERATUS, a, um. Ut, Vulneratus humerum Plin. 7, 28
Mortifere vulneratus, vid. Mortifere, in MORS. Multitudine sa-
gittarum vulneratus Caes. Bell. Gall. 7, 41. Translate ut, Naues
vulneratae Liu. 37, 24 et 30. Vulneratis Auribus aliquid accipere 65
Arnob. 1 p. 20.
- VULNERATIO, onis. f. [τρῶσις, ἔρσις] Cic. in Pison. 47 c.
20 Maior haec est vitae, famae, salutis suae vulneratio. Idem
pro Caecin. 47 c. 16 extr. Sin autem vim sine caede, sine vulne-
ratione, sine sanguine nullam intelligetis. Post vulnerationem 70
semper ad omnes motus paratus Caes. B. G. 8, 47.
- VULNERARIUS, i. m. Qui vulnera sanat et curat. Plin. 29, 1
c. 6 Ob id publice vulnerarium eum tradunt fuisse vocatum, mireque
gratum aduentum eius initio, de Archagato.
- VULNERARIUS, a, um. Adi. [τραυματικός] Quod ad vulnus 75
pertinet. Plin. 23, 4 Vulnerariis emplastris utile.
- VULNERABILIS, e. Adi. Vulnerans. Cael. Aurel. Acut. 3, 17
Materia acerrima et vulnerabilis.
- VULNIFER, era, erum. Idem. Prudent. Psychom. v. 173. —
Vulniferos gradiens intacta per imbres. Cristatum vulniferumque 80
caput Corn. Gallus 5, 98.
- VULNIFICVS, a, um. Adi. [τραυματοποιός] Quod vulnus in-
fert. Virg. Aen. 8, 446 Vulnificusque chalybs vasta fornace liquefcit.
Dentes vulnifici Senec. Hippol. 3 v. 346. Ensis vulnificus Stat.
Theb. 4, 87. Plumbum vulnificum Valer. Argon. 1, 420. Sus 85
vulnificus Ouid. Met. 8, 359. add. Rutil. It. v. 603. Prudent. Perist.
3, 147.
- VULNIFICO, are. Fortunat. Carm. 8 (9).
- VULPES, et VULPES, is. f. [ἀλώπηξ] Animal solertia dirum,
ut vocat Plin. 8, 28 f. 42. Perf. Sat. 5, 117 Astutam vapidio seruas sub
pectore vulpem. Cauta vulpes Hor. Epist. 1, 1, 73. Foeta
vulpes Idem Carm. 3, 27, 4. Tam facile vinces, quam vulpes pium
comest, Prouerbiu apud Plaut. Most. 3, 1, 22 et 32 de re factu procliu.
Animi sub vulpe latentes Horat. in Arte Poet. 437. b. e. Sub dolo et
imposturis adulantium Acron. Iungere vulpes; dicitur de re 95
absurda Virg. Ecl. 3, 91. Mutat pilum vulpes, non mores Suet.
Vesp. c. 16. Obseruat. Nominat. Vulpis etiam dicitur: vid. Barth.
ad Stat. Theb. p. 441. it. Adu. 27, 4. ¶ 2 Marina Plin. 9, 43.
- VULPECULA, ae. f. Dimin. [ἀλωπεκόριον] Hor. Epist. 1, 7, 29
Forte per angustam tenuis vulpecula rimam, etc. Bentleius c. Cuning. 100
legit Nitedula. Cic. de Nat. Deor. 1, 89 c. 31 Nec vnquam egressus ex
insula, in qua lepufculos vulpeculasque saepe vidisses.
- VULPINVS, a, um. Adi. [ἀλωπίκινος] Quod ad vulpem perti-
net. Suetonius Vbi leonis pellis deficit, vulpina insuenda est. Ne-
scio unde hoc sit: nec in fragmentis inuenio. Plin. 28, 11 Vulpinam 105

linguam habentes in armilla, lippituros negant. Iecur Plin. 28, 15. Vulpinus, [άλωπος] *Aflutus*. Plaut. Vulpinus animus ne quid molliatur mali.

VULPINĀRIS, e. *Vt*, Amasio vulpinaris, i. *fraudulentus*. Apul. Met. 3 p. 139.

VULPINOR, āri. [άλωπεκίζω] Mendaciis ac fraudibus vera peruertere, siue effugere. Tractum ab intorto vulpium cursu. Varro Mysteriis, Vulpinare modo, et concursa, qualibet erras. ex Nonio 1, 226.

VULPIO, ōnis. m. *Homo vulpina indole praeditus*. Apul. Apol. p. 328, 32 Si ex literis tuis nosceretur, te etiam prius, quam ad eum migrasses, etiam cum matre blandirere, tamen iam tum vulpionem et impium fuisse.

VULSELLA, VULSINII, *vid.* VOLSELLA, VOLSINII.

VULSVRA, VULSVS, *vid.* VELLO.

VULTVR, ūris. et VULTVRIS, is. et VULTVRIVS, f. VOLTVRIVS, i. m. [γύψ, αἰγυπιός] *Avis rapax, carniuora*. *Miram etymologiam tradit Isidor. 12, 7 post pr.* Vultur a volatu tardo nominata putatur. Magnitudine quippe praepetes volatus non habet. — *Addit,*

Vultures sicut et aquilae, etiam vltra maria cadauera sentiunt. *Hinc* Plaut. Truc. 2, 3, 16 Iam quasi vulturii triduo prius praediunabant, quo die esurituri sient. Ennius, Vulturis in siluis miserum mandebat hominem. *Sic* Priscian. l. 6 p. 685. *Sed* Charif. l. 1 et Seru. in Aen. 6 vulturas. *Vid.* Plin. 10, 6. Vulturis oua Ouid.

Am. 1, 12, 20. Cuius vulturis hoc erit cadauer? Martial. 6, 62. Vulturibus grauissimum pabulum futurum. *Dirus* vultur Valer. Argon. 4, 69. Edax vultur Ouid. Amor. 2, 6, 33. Immanis vultur obunco rostro Virg. Aen. 6, 597. Obscenus vultur exanima consumit corpora Sil. 13, 472. Vulturius Liu. 27, 23. Sen.

Contr. 5, 34 *extr.* Plaut. Mil. 4, 2, 53. Lucilius ap. Charif. p. 75 *extr.* ¶ 2 Vulturius homo, [γύπιος ἄνθρωπος] *per translationem, pro Rapace*. Cic. in Pison. 58 c. 16 Appellatus est hic vulturius, illius prouinciae (si diis placet) imperator. *Conf.* Catull. 69, 124. Cael. Rhodig. 8, 18. Togati vulturii, i. *Forenses rabulae,*

Apul. Met. 60 p. 255, 12. *Vid.* Cic. pro Sext. 71 c. 33. Plaut. Trin. 1, 2, 64. ¶ 3 Vulturius, *Latus unum talorum dicebatur: aliqui enim interdum fiebant, qui pro numeris effigies animalium habebant, ut vulturum aut regulatorum.* Plaut. Cure. 2, 3, 78 Iacit vulturios quatuor. *Vid. ibi Taubm. p. 335. et Turneb. Aduers. 5, 6 et 11, 7.* ¶ 4

Vultur [Ουόλτρης] *Mons Apuliae, in quo se dicit fuisse educatum* Horatius Carm. 3, 4, 9 Me fabulosae Vulture in Apulo.

VULTVRĪNVS, a, um. Adi. [γυπιός] *Quod est vulturis*. Plin. 30, 4 Vulturinus sanguis. *Sic* 29, 6 Vulturinum fel. *Et* 10, 3 Vulturina species. Collum Martial. 9, 28.

VULTVRNVS, et VOLTVRNVS, i. m. [Ἐυρονότος, ἔυρος Gloss. Lat. Gr.] Ventus ab Oriente hiberno spirans, Eum plerique Graeci misto nomine, quod inter Notum et Eurum sit, Ἐυρονότου appellant. Hi sunt igitur tres venti Orientales, Aquilo, Vulturinus, Eurum: quorum medius Eurum est. *Haecenus* Gell. 2, 22. Columel.

11, 2, 65 Interdum Eurum, quem quidam Vulturinum appellant. *Add.* Idem 5, 5, 15. Sen. Q. Nat. 5, 15. Liu. 22, 44 et 46 *extr.* Plin. 2, 47 et 18, 34 et 36, 26. Celer vulturinus Lucan. 2, 423. Altitonans Lucret. 5, 644. ¶ 2 *Est et Vulturinus seu Vulturinum, Campaniae oppidum, cum fluuio eiusdem nominis, ut scribit Plin. 3,*

55 3. Liu. 4, 37 Vulturinum Hetruscorum urbem, quae nunc Capua est, ab Samnitibus captam. Varro de L. L. 4, 5 p. 13, 3. Quod oritur e Samnio Volturnus, nihil ad Latinam linguam: at quod proximum oppidum ab eo secundum mare Volturnum, ad nos iam Latinum vocabulum, ut Tiberinus: nam et colonia nostra Volturnum, et Deus

(*noſter*) Tiberinus. Pomponius Mela 2, 4 Vulturinus, annis: Vulturinum oppidum. Sil. 8, 530 Fluctuque sonorum Vulturinum. Trahens multam arenam sub gurgite Vulturinus Ouid. Met. 15, 715. *Add.* Liu. 8, 11.

VOLTVRNĀLIS, e. Adi. *Vt*, Flamen volturnalis Varro de L. L. 6, 3. Volturnalia Volturino Deo sua sacra faciebant. Festus.

VULTVS, f. VOLTVS, ūs. m. [πρόσωπον, ἔδος ὄψους Gloss. Lat. Gr.] *Vid. mox Cic. de Legg. 1 c. 9. A voluendo dictus, ut videtur, illud in primis in humana facie videtur significare, quod volui mutarique pro animi diuersa affectione solet et potest: facies, in quantum illa diuerso habitu suo mentis quaedam indicia praebet. Non multum abit quantum ad rem Valla 4, 13 qui a voluendo dictum putat vultum, uti cultum a colendo. Sic Non. 5, 21 Vultus est voluntas, quae pro motu animi in facie ostenditur. Quinctil. 11, 3, 72 ubi de gestu, Dominatur autem maxime vultus. Hoc supplices, hoc minaces, hoc blandi, hoc tristes, hoc hilares, hoc erecti, hoc submissi sumus. Hoc pendent homines, hunc intuentur, hunc spectant etiam antequam dicamus. Hoc quosdam amamus, hoc odimus, hoc plurima intelligimus. Hic est saepe pro omnibus verbis etc. sunt enim pluscula. S. 75 Sed in ipso vultu plurimum valent oculi, etc.*

Plin. 7, 19 Socratem clarum sapientia eodem semper visum vultu, nec aut hilari magis, aut turbato. Cic. in Pison. 1 Vultus denique totus, qui sermo quidem tacitus mentis est. *Conf. Barth. ad Scriptt. Venat. p. 524. et ad Stat. Theb. 4 p. 1238.* Martial. 1, 32 Dum nulla teneri fordent lanugine vultus. Sallust. in Catil. 15 Prorsus in facie, vultuque recordia inerat. Vultus qui sensus animi plerumque indicant Cic. de Orat. 2, 148. Idem ibid. 60 Vultus qui secundum vocem plurimum potest, quantam affert tum dignitatem, tum venustatem? in quo cum effeceris, ne quid ineptum aut vultuosum sit, tum oculorum est quaedam magna moderatio. Et oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti simus, loquuntur; et is, qui appellatur Vultus: qui nullo in animante esse praeter hominem potest; cuius vim Graeci norunt, nomen omnino non habent Cic. de Legg. 1 c. 9. Vidi ego te tali vultu mea fata gementem, Qualem credibile est ore fuisse meo Ouid. Trist. 3, 4, 37. Imago animi vultus est, indices oculi Cic. de Orat. 3, 219. Quidam vultu motuque corporis vasti atque agrestes Idem ibid. 1, 115. Veluti Nitentis vultu esse Suet. Vesp. c. 20. Mutabilis vultu Hor. Epist. 2, 2, 189. Paedagogi vultus Suet. Ner. c. 37. Simulacra vultus Tacit. in vita Agric. 46. Violentia vultus Ouid. Met. 1, 238.

¶ 2 *Epitheta:* Acer vultus in hostem Hor. Carm. 1, 2, 40. Ad ductus Sueton. Tib. c. 68. Agrestes vultus Ouid. Met. 9, 96. Ambiguus vultus, Quem nescias puerine sit, an puellae Hor. Carm. 2, 5, 24. Benignus vultus, *vid.* BENIGNVS. Bonus vultus Ouid. Met. 8, 677. in Philemonis fabula, Super omnia vultus Accersere boni, nec uersa pauperque voluntas. Aliud clausum in pectore,

store, aliud in lingua promptum habere; magisque vultum quam ingenium Bonum habere Sall. Catil. c. 10. Comiti vultus Claud. in Eutrop. 2, 337. Lucan. 3, 753 Coniux saepe fui, confusis vultibus vnda, Credidit ora viri, Romanum amplexa cadauer. Consceleratus vultus, vid. CONSCELERO. Coruscus vultus Claud. Conf. Hon. 6, 359. Decorus vultus Claud. in Conf. Stil. 1, 2, 431. Dilecti vultus Stat. Theb. 11, 374. Distortus vultus Quinctil. 6, 3. Ouid. Epist. 16, 10 Parce precor fasso, nec Duro caetera vultu Perlegé, i. fevero. Erectior vultus Quinctil. 21 c. ult. Exanimes vultus Lucan. 2, 26. Ouid. Met. 7, 271 Inque virum soliti vultus mutare Ferinos Ambigui profecta lupi: de Lycanthropis. Ferox vultus Sen. Hippol. 10. Formosi vultus Ouid. Amor. 2, 1, 37. Grauis Iuuen. Sat. 9, 12. Hilaris Ouid. Trist. 5, 1, 40. Igneus vultus Sen. Herc. Fur. 11. Cic. Post red. in Senat. 14 Si modo vultum Importunum in forum detulisset. Infestus vultus Lucan. 5, 246. Ingenui vultus puer Iuuen. Sat. 11, 154. Inimicus, vid. INIMICVS. Iratus Claud. Conf. Hon. 4, 426. Iuueniles vultus Ouid. Fast. 3, 437. Iunior vultus Plin. 20, 17. Laeti vultus Ouid. Met. 10, 5. Loquax vultus Idem Amor. 1, 4, 17. Hor. Carm. 1, 19, 8
 Vrit me Glyceræ nitor,
 Splendentis Parijo marmore purius:
 Vrit grata proteruitas,
 Et vultus nimium Lubricus aspici.

b. e. Qui, quum adspicitur, lubricos in amorem sui facit iuuenes. Porphy. Lucidi vultus Lunæ Sen. Hippol. l. 4. Lugubres vultus Ouid. Trist. 1, 7, 23. Minaci vultu grauis Valer. Argon. 5, 519. Modestus Iuuen. Sat. 10, 300. Moerens Ouid. Epist. 11, 93. Moestus Senec. Thyest. 6. Nitidus Ouid. Trist. 4, 3, 9. Omniferi vultus Telluris Idem Met. 2, 275. Praeclarus vultus Lucret. 4, 1027. Proiectus et degener vultus Tacit. Hist. 3, 65. Purpureus vultus Lunæ Ouid. Amor. 1, 8, 12. Ridiculus vultus Quinctil. 6, 3. Rigidus et trux vultus Ouid. Epist. 4, 73. Sere-nus vultus, Non perturbatus Hor. Carm. 1, 37, 26. Seuerus et tristis vultus Cic. de Orat. 2, 289. Supinus Quinctil. 1, 11. Side-reus Sen. Oedip. 5. Terribilis Ouid. Met. 1, 265. Toruus Quinctil. 6, 1. Toruo vultu ferus Hor. Epist. 1, 19, 12. Tran-quillus et serenus Suet. Aug. c. 79. Trepidus vultus Ouid. ad Liu. 275. Tristis vultus Idem Epist. 17, 15. Tristior et paedagogi vultus Suet. Ner. c. 37. Tacit. Ann. 4, 34 Et Caesar Truci vultu defensionem accipiens. Tumidi et truces vultus Senec. Octau. l. 4. Turbatus Lucan. 3, 316. Virginei vultus Virg. Aen. 3, 216. Virgineus vultus in ore puerili Ouid. Met. 10, 631. Viri-lis vultus Hor. Carm. 3, 5, 44. Vitalis vultus Lucret. 3, 655.

¶ 3 Verba: Abdere vultus suos
 tenebris Ouid. de Rem. Amor. 588. Vultum et orationem Accom-
 modare ad tempus Cic. Att. 11, 24. Addere vultum verbis Idem
 Fast. 5, 503. Adhibere aliquo vultum, vid. ADHIBEO. Aduer-
 tere vultus suos sacris Ouid. Met. 8, 482. Affulsit vultus tuus po-
 pulo Hor. Carm. 4, 5, 6. Appellare vultu, vid. APPELLO. Arat
 ruga senilis iam meos vultus Ouid. ex Pent. 1, 4, 2. Aspectans al-
 tero vultu et hunc illum Idem Met. 5, 30. Aspice vultus meos
 Idem Met. 2, 92. Aspiciere aliquem molli vultu Idem Met. 10, 609.
 Auertere vultus ab aliquo Idem Met. 14, 750. Colligit vultus rug-
 gas, et attrahit frontem Sen. de Benef. 6, 7. Componere seros
 vultus Ouid. Met. 13, 767. Compositus vultus Tacit. Ann. 1, 7.
 Condere vultus Ouid. Met. 2, 330. Confundere vultum alicuius
 Idem Met. 14, 367. Coniectare aliquid vultu Tacit. Ann. 1, 12.
 Consentit vultus cum oratione, vid. CONSENTIO. Conuertere
 vultus suos in aliquem Ouid. Trist. 4, 3, 9. Defixus silenti vultu
 Valer. Argon. 7, 407. Defixus moesto lumina vultu Virg. Aen. 6, 156. Deformat vultum macies Idem Georg. 4, 255. Deiecit
 vultum, et demissa voce locuta est Idem Aen. 3, 320. Deiectus
 vultus Idem Aen. 6, 862. Deiectus in humum vultus, Vultus hu-
 mum adspiciens Ouid. Met. 6, 707. Demissa vultum Dido Virg.
 Aen. 1, 565. Deposuit vultum suum in gremio Ouid. Fast. 2, 756.

65 Detinere vultus alicuius Idem Epist. 13, 20. Discere vultum ali-
 cuius Virg. Aen. 6, 755. Dissimulare vultum Stat. Theb. 9, 203.
 Fictis Dat vultum et pondera verbis, accommodat vultum ad verba, ut
 probabilis mentiatur Val. Flacc. 1, 39. vid. Burm. ad h. l. Ducere
 vultus Martial. 1, 41 i. corrugare. Stat. Theb. 8, 650 Aspicit, et
 vultu non Exsariatur amato. Excidit illi vultus Ouid. Met. 2, 601.
 Excipere pacato vultu aliquid Idem Fast. 1, 3. Expressi vultus per
 ahenea signa Hor. Epist. 2, 1, 249. Fecere taciti vultus conuitia
 Ouid. Amor. 1, 7, 21. Ferre vultu Tacit. Hist. 4, 85. Figere
 vultus in aliquo Virg. Aen. 12, 70. Fingere vultum Ouid. Met. 4, 319.
 Cic. pro Cluent. 72 Recordamini faciem atque illos eius
 fictos simulatosque vultus. Flagrantes dei vultus Virg. Aen. 1, 714.
 Flectere vultum ad aliquem Ouid. Met. 10, 235. Flectere i. mutare
 Tac. Hist. 2, 46, 5. Foedare serenos vultus Virg. Aen. 2, 285. Foe-
 dati vultus Ouid. Met. 5, 59. al. Laudatos. Fufus prono super
 oscula vultu Stat. Silu. 3, 3, 177. Gerit deiectos vultus pudore Senec.
 Troad. 12. Gerere incertos vultus Senec. Agamem. l. 7. Ge-
 rere vultum fortunæ secundæ in aduersis mos Romanus Liu. 42, 62.
 Habet pacem vultus, i. Prae se fert animum pacatum Ouid. Met. 2, 858.
 Haerent infixi pectore vultus Virg. Aen. 4, 4. Humeſtare vult-
 um largo flumine Idem Aen. 1, 469. Inmutare vultum, vid. IM-
 MVTO. Induere vultus feueros, vid. INDVO. Indurare Tac.
 H. 2, 46, 5. Infecit niveos purpura vultus Claud. de Rapt. Pro-
 serp. 1, 270. E vultu cuiusdam Intellexit Nep. 4, 5, 1. Ire mo-
 desto vultu Ouid. Amor. 1, 4, 15. Lacrinare durus vultus malis
 nescit Sen. Herc. Fur. 13. Praeclare a sapientibus dicitur, vultu saepe
 Laeditur pietas Cic. pro Rosc. Am. c. 13. Lauare vultum profusis
 lacrimis Ouid. Met. 9, 679. Madentes sudore vultus Sil. 12, 642.
 Mutare vultum, vid. MVTO. Notare vultus Tacit. Hist. 3, 65.
 Ouid. Met. 2, 329 At pater Obductos luctu miserabilis aegro Conside-
 rat vultus. Pertulit intrepidus vultus ad fata nouissima Idem
 Met. 13, 478. Praetendere vultum et tristitiam et habitum pessimis
 moribus, de philosophis Quinctil. Proem. 1, 15. Procumbere toto
 vultu in terram Ouid. Met. 14, 281. Promittere aliquid vultu
 Quinctil. 4, 1. Promittere amico vultu aliquid Ouid. Met. 3, 257.

100 Referre vultum alicuius Idem Met. 13, 443. Omnia nitor, non
 ad animum, sed ad vultum ipsum, si queam, Reficiendum Cic. Att.
 12, 4. m. Regi alicuius vultu Senec. de Benef. 6, 7. Reicere alto
 vultu dona alicuius Hor. Carm. 4, 9, 42. Renidens falsum vultu
 Tacit. Ann. 4, 60. Renidenti cohibens suspiria vultu Valer. Ar. 105.

gon. 4, 359. Respice placido vultu mea munera Ouid. Fast. 2, 17.
 Ridere ficto vultu Stat. Achil. 1, 194. Dum vultu Ridet fortuna se-
 reno Ouid. Trist. 1, 4, 27. Ridere inuito vultu Hor. Carni. 3, 11,
 21. Rigabat vultum atque ora lacrimis Virg. Aen. 9, 251. Ro-
 5 gare supplice vultu aliquid Claud. in 1 Conf. Stil. 1, 212. Seruat
 benignum vultum fortuna Hor. Epist. 1, 11, 20. Dum fortuna ma-
 net, vultum Seruatis amici: Dum cecidit, turpi vertitis ora fuga Pe-
 tron. c. 80. Solato vultu galeas intrare Stat. Theb. 5, 355. Sol-
 vere vultum risu Valerius Maximus 4, 3 de Marco Curio. Sparfi
 10 vultus sanguine Ouid. Met. 13, 532. Spectare iniquo vultu aliquem
 Idem de Arte Am. 1, 313. Subire vultum alicuius Cael. ad Cic. 8,
 12. Submittere vultum Suet. Aug. c. 79. Sum. Ouid. Met. 5,
 501 Quum tu curaue leuata, Et vultus melioris eris. Tegere
 castos vultus Idem Met. 4, 799. Tegit consilium vultu Virg.
 15 Aen. 4, 477. Animus eius vultu, flagitia parietibus Tegebantur
 Cic. pro Sext. c. 9 extr. Tendens ad sidera vultus Ouid. Met. 1, 733.
 Tendere vultum confidentia Quinct. 11, 3, 160. Tenere immotos
 vultus Ouid. Met. 14, 592. Tenere rectos vultus in aliquem Stat.
 Theb. 10, 536. Tenuare vultum macie Propert. 4, 3, 27. Ter-
 20 rere aliquem vultu Hor. Serin. 2, 7, 44. Territa pauido vultu Sen.
 Herc. Oct. f. 5. Trahere vultum et rugas cogere Ouid. Amor. 2, 2, 33.
 et ex Ponto 4, 1, 5. Velare demissos vultus Lucan. 2, 36. Ver-
 tit vir formosus mulieres in suos vultus Ouid. Met. 14, 327. ¶ 4
 Peculiariter de tristi seueritate dici, obseruat Brouckb. ad Tib. 1, 8, 43
 25 Non tibi sunt tristes curae nec vultus, Osiri. vid. VULTICVLVS et VUL-
 TVOSVS. ¶ 5 Etiam aliis rebus tribuitur per metaphoram.
 Ouid. Met. 1, 6 Vnus erat toto naturae vultus in orbe, Quem dixere
 chaos. Virg. Aen. 5, 848 Mene salis placidi vultum, fluctusque quie-
 tos Ignorare iubes. i. faciem, speciem maris tranquilli. ¶ 6
 30 Vultus est imago apud sequioris aevi scriptores. Vid. Casaub. et Salmas.
 ad Vopisc. Prob. 23 p. 685 Hack. In primis notabilis est locus Trebell.
 Claudio 3 p. 356 Illi clypeus aureus senatus totius iudicio in Romana
 Curia collocatus est, vt etiam nunc videtur, expressa thorace vultus
 eius. Imago, quod adiicitur in plerisque libris, glossa videtur. In reli-
 35 quis potest intelligi vultus depictus, vel formatus etc. ¶ 7
 Vulta, neutro genere protulit Lucret. 4, 1205 — Sed quos vtrius-
 que figurae Esse vides mistim referentes vulta parentum. Conf. Enn.
 ap. Non. 3, 260.

VULTICVLVS, i. m. Dimin. quo usus est Cic. Att. 14, 20 Non
 40 te Bruti nostri vulticulus ab ista oratione deterret? i. Seueritas. Vid.
 VULTVS n. 4.

VULTVOSVS, a, um. Adi. [αποσπινδύς] Cum vehementi vul-
 tus gestu et mutatione coniunctus. Quinctil. 11, 3, 183 Quare non im-
 merito reprehenditur pronuntiatio vultuosa, et gesticulationibus
 45 molesta, et vocis mutationibus resultans. Cic. in Orat. 60 c. 18 In
 quo quum effeceris, ne quid ineptum aut vultuosum sit, tum oculorum
 est quaedam magna moderatio. Ineptum puerile, ubi apparet conatus
 et studium maius quam opus est. Vultuosum, Vultu ipso nimis affecta-
 tum. vt si quis in tristitia plus quam deceat vultum contrahat: aut in
 50 laetitia frontem nimis exporrigat. In summa Vultuosum dicitur, Quid-
 quid est nimium et praeter decorum in vultu. Nonius 2, 917 anguste ni-
 mis tristem interpretatur, licet hoc alias verum sit. Apul. Met. 3
 p. 135, 9 Non ex laeta facie, nec sermone dicaculo, sed vultuosam fron-
 tem rugis insurgentibus asseuerabat. add. Sidon. Ep. 1, 11. et 4, 17.

VULTIVOLVS, i. m. Sarib. 1, 12 Vultiuoli sunt, qui ad affe-
 ctus hominum immutandos, in molliori materia eorum, quos peruer-
 tere nituntur, effigies exprimunt.

VVLVA, f. VOLVA, ae. f. [μήτρα] Dicitur in animalibus,
 quod proprio magis nomine Vterus in mulieribus. Volua scribitur Plin.
 60 22, 22. et Varr. R. R. 2, 1. Plin. 11, 37 versus fin. Feminis eadem
 omnia, praeterquam vesicae iunctus vtriculus, vnde dictus vterus:
 quod alio nomine locos appellant: hoc in reliquis animalibus vuluam.
 Caeterum Vulua etiam in mulieribus vocatur. Praeter alia, quae mox
 65 multa videbimus, Sicut nec caro sine verbi Dei vntione potuit aliqua-
 tenus nullius viri coitu feminata in intimo vuluae virginalis innasci
 Fulgent. de Incarn. Verbi c. 3 sub fin. conf. Tertull. de Carne Chr. sae-
 pius. Agni chordi dicuntur, qui post tempus nascuntur et reman-
 serunt in vuluis intimis Varro R. R. 2, 1, 19. Articuli vuluarum
 Plin. 20, 23 f. 94 qui sunt? de Meo herba, Inflationes stomachi mire
 70 discutit. Item tormina, et vesicae vitia: vuluarumque articulis cum
 melle, infantibus cum apio illitum imo ventri, vrinas mouet. Vide-
 bimus alia occasione. Callum vuluarum emollit fel caprae Plin.
 20, 19. Contractio vuluae Idem 24 c. vlt. Conuersione vulua-
 rum suffocatas excitat odore sinapi Idem 20, 22. Cruciatu vuluae
 75 Idem 24 c. vlt. Doloribus vuluarum imponitur lac muliebre Id.
 28, 7. Dolores vuluarum tollit Melitites lapis Idem 36, 19. Do-
 lores vuluae sedat Chamaesyce Idem 24, 15. Duritias et conuer-
 siones vuluae emendat pix Idem 24, 72. Duritiem vuluarum emol-
 lit seuum asininum Idem 28, 19. Exanimationes vuluarum Idem
 80 32, 3. Exulcerationes vuluarum sanat serum asininum Idem 28,
 19. Exulcerationibus vuluarum prodest medulla vituli Id. 28, 12.
 Fluxionem vuluae sistit decoctum Palmae Id. 23, 5. Inflammatio-
 nes vuluae Celf. 5, 21. Plin. 26, 15. Inflationi vuluae, finum apri-
 num cum oleo illini prodest Idem 28, 19. Morbo vuluae strangu-
 85 latus aiunt respirare capillorum muliebrum odore si crementur Idem
 28, 7. Onera vuluae extrahit resina, i. secundum Idem 24, 6.
 Celf. 6 c. vlt. Si anus vel Os vuluae procidit. Procidencia vuluae
 Plin. 23, 1 et 9. Sinus vuluae gemini in muliere Idem 11, 37. Stran-
 gulationes vuluae Cuminum potum in vino aperit Idem 20, 15. Stran-
 90 gulationes vuluae sedat Anisum Idem 20, 17. Strangulationibus
 vuluae succurrit Crethmos Idem 26, 15. Strangulationes vulua-
 rum discutit Bitumen ossatum Idem 35, 15. Stangulationes vul-
 vae recreat Gagates Idem 36, 19. Strangulatus vuluae Idem 20,
 18. Strangulatus vuluae Peucedanum vitum recreat nidore Idem
 95 26, 15. Strangulatus vuluarum discutit Crocum Idem 21, 20.
 Strangulatum a vuluis emendat Agaricum Idem 26, 15. Tormenta
 vuluae Idem 20, 4. Vitia vuluae emendat Ampelos agria Id.
 27, 7. ¶ 2 Verba: Adiuuat vuluam pulmo leporis aridus
 potus Idem 28, 19. Aperit vuluas contractas Porri succus Idem
 100 20, 6. Apponitur vuluae concitatae succus foliorum Cypri Idem
 23, 4. Contineri vuluas adalligato Samio lapide tradunt Idem 36, 21.
 Corrigit conuersas vuluas Ruta illita in melle toto ventre et pectore
 Idem 20, 13 et 14. Diluitur in vino Circea, bibiturque ad dolo-
 rem vuluae et vitia Idem 27, 8. Emollire vuluas Idem 21, 19.
 105 Idem 24, 8. Expurgare vuluas Idem 22, 23. Exulceratae
 vuluae

pellauerunt. *Add.* Tertull. adu. Marc. 4, 42. Plin. Epist. 6, 31
Summo die abeuntibus nobis (quam diligens in Caesare humanitas!)
xenia sunt missa. *Vid.* Rader. ad l. c. Martial. et Dempst. ad Rosin. An-
tiq. 1, 12 p. 65. ¶ 2 Xenium est *Munus, quod dabatur causa-*
rum aduocatis. Quam me iuuat, quod in causis agendis non modo pa-
-tione, dono, munere, verum etiam xenio semper abstinui Plin. Ep. 5,
14. *It. munera, prouinciarum praesidibus aut rectoribus dari solita.* Vl-
-pian. l. 2 §. 3 D. de Offic. Procons. Non vero in totum Xenii abstinere
debebit Proconsul, sed modum adiciere: neque morose in totum ab-
-stineat, neque auare modum xeniorum excedat — Vetus prouer-
-bium est *ἔτε πάντα, ἔτε πάντοτε, ἔτε παρὰ πάντων.* — Sed nec xe-
-ria producenda sunt ad munerum qualitatem. *Add.* L. vn. C. Theod.
Ne damn. prouinc. inflig. Cassiodor. Var. 7, 9.

XENIOLVM, i. n. Dimin. Apul. Met. 2 p. 119, 24 Commodum
meridies accesserat, et mittit mihi Byrrhaena xeniola, porcum opi-
-mum, et quinque gallinulas, et viuicadum in aetate pretiosi. Vl-
-pian. l. 2 §. 3 D. de Offic. Procons. Et quod mandatis continetur, ne donum
vel munus ipse Proconsul — accipiat — ad xeniola non pertinet, sed
ad ea, quae edulium excedunt usum.

XENIUS, a, um. Adi. Xenias balneas apud Ciceronem quidam le-
-gunt, sic ab hospitibus, qui ibidem recipiebantur, id est, hospitales co-
-gnominatas. Locus est pro Cacl. 62 c. 25 Sed ut venenum quum a Li-
-cino traderetur, manifesto comprehendi posset, constitui locum iussit
balneas xenias, ut eo mitteret amicos, qui delitescerent. Gruter. leg.
Senias. Xenius Iuppiter, Deus hospitalis, quem hospites inuocabant
si quando iura hospitalia violarentur, eum quippe vindicem sperabant. Sed
mere Graecus est hic Iuppiter.

XENOCRATES, is. m. [*Ξενοκράτης*] Auditor Platonis, et Pole-
-monis praeceptor, qui in Academia Speusippo successit. Cic. Att. 1, 13
Quae mihi res multo honorificentior visa est, quam aut illa quum iu-
-rare tui ciues Xenocratem testimonium dicentem prohibuerunt.

XENODOCHIVM, vel XENODOCHEVM, i. n. Item, XE-
-NON, onis. m. [*Ξενόδοχος, vel Ξενών*] Leg. 33 §. 7 et Leg. 35. Cod.
de Episc. et clericis, etc. Si nullus xenon in ciuitate inueniatur l.
49 §. 6 Cod. de Episc. et Cler. conf. ib. §. 3 et 7 Venerabiles ecclesiae, vel
xenones l. 22 pr. Cod. de sacros. eccl.

XENODOCHVS, i. m. [*Ξενόδοχος*] Qui aduenas inopes et debi-
-les hospitio excipit. Leg. 33 §. 7. et Leg. 49 §. 3 Cod. de Episc. et Cler.

XENODORVS, i. m. [*Ξενόδορος*] Statuarius. Plin. 34, 7.

XENOPARÖCHVS, i. m. Qui hospitibus res ad victum necessa-
-rias praebet. Dig. 50, 4. leg. 18 §. 10.

XENOPHÄNES, is. m. [*Ξενοφάνης*] Philosophus Colophonius
Archelai auditor, scripsit elegias et iambos contra Hestodum et Home-
-rum, quae de diis dixere improbando. Auctor Laertius. Huius meminit
etiam Strabo 4. de Colophone scribens. Cic. Acad. 4, 118 Xenophanes
paullo etiam antiquior, vnum esse omnia, neque id esse mutabile,
et id esse deum.

XENOPHANTVS, i. m. de quo Senec. de Ira 2, 2 extr. Milita-
-ris viri in media pace iam togati aures tuba excidat, equosque castren-
-ses erigit crepitus armorum. Alexandrum aiunt, Xenophanto canente,
manum ad arma misisse.

XENOPHILVS, i. m. [*Ξενοφίλος*] Musicus, patria Chalciden-
-sis, Pythagoricus, biennio minor quam Gorgias, qui CVII vixit annis,
sed felicitate non inferior, siquidem, ut Aristoxenus ait, omnis incom-
-modi humani expertus in summo perfectissimae doctrinae splendore ex-
-stinctus est. Auctor Valer. Max. 8, 13, 3 Felicitatis huius Xenophili me-
-minit Plin. 7, 50.

XENOPHON, ontis. m. [*Ξενοφών*] Grylli filius, Atheniensis, Sa-
-cratis discipulus, ob eloquentiam Musa Attica vocatus: equorum venatio-
-nis, et rei familiaris in primis studiosus, ut ex eius libris deprehendi
potest. Venit in amicitiam Cyri minoris, cum quo militauit, ac *παυδείων*
scripsit, non tam historicae seruiens veritati, quam ut perfectum institue-
-ret ducem, ut Cic. de Orat. 2 testatur. Quinctilianus 10, 1, 82 Xenophon-
-tis iucunditatem in affectatam dixit, quam nulla affectatio consequi pos-
-sit: et in eius labris sedisse quendam persuadendi deam. cum Platone
simultates gessit, ut scribit Gell. 14, 5. Multas ad res peritiles Xe-
-nophontis libri sunt Cic. de Senect. 58. Sermo dulcis Xenophon-
-tis Idem in Orat. 32. Ibid. 62 Xenophontis voce Musas quasi locutas
ferunt: quod repetit Quinct. 10, 1, 33.

XENOPHONTIVS, quod in penultima etiam E vel EI habet, a, um. Adi. 70
[*Ξενοφόντειος*] Cic. Fam. 4, 12 Gratiam illam, de qua suauissime quodam
in prooemio scripsisti, a qua te flecti non magis potuisse demonstras, quam
Herculem Xenophontium illum a voluptate. Idem in Brut. 132 Molli
et Xenophonteio genere sermonis. i. Tali, quali Xenophon est usus.

XERAMPÉLVNVS, a, um. *Vt, Xerampelinae vestes, dicitur,* 75
a colore foliorum vitis aridorum, qui secundum Vet. Schol. medius est in-
-ter coccum et muricem. Iuuen. 6, 517 Et xerampelinas veteres do-
-nauerit ipsi. Sic Salmastius ad Solin. p. 1072, et ad Trebell. Pollion. in
Gallienis 6. it. Voss. ad Catull. p. 168.

XERANTYCVS, a, um. Adi. [*Ξηραντικός*] quod vim siccandi habet. 80
Macer. 1, 88, 3 Xerantica decoctio.

XEROCOLLYRIVM, i. n. [*Ξηροκόλλυριον*] Collyrium ex ari-
-dis compositum Marcell. Emp. c. 8.

XEROLIBYA, ae. f. Africae pars inter Aegyptum et Cyrenaicam.
Vid. Seru. ad Virg. Aen. 4, 42 et 196.

XEROLÖPHVS, i. m. [*Ξηρόλοφος*] Significat Tumulum ari-
-dum et siccum, ex congestis nempe lapidibus. *Ξηρός, aridus, siccus.*
λόφος, tumulus. Talem fuisse Byzantii constat, ubi erecta erat co-
-lumna, et tripodes, quibus multa epigrammata erant inscripta. Dicun-
-turque adhuc eius rei non obscura superesse vestigia. Socrates auctor ec-
-90
-clesiasticae historiae 7, 5, sicuti et Nicephorus 14, 13 significat celebrem
Constantinopoleos locum fuisse, quem Xerolophon appellabant, ubi et fo-
-rum Arcadii erat. Meminit et Suidas. Sed optimus testis est Priscia-
-nus. Is lib. 1 c. de Accidentibus literae, Et epigrammata, in-
-quit, quae egomet legi in tripode vetustissimo Apollinis, qui stat in
Xerolopho Byzantii, sic scripta, etc. Rursus l. 6 Et quod hoc verum
est, ostendunt epigrammata vetustissima, quae literis antiquissimis
scripta in multis tripodibus legi, et maxime in tripode Apollinis, qui
est Constantinopoli in loco quem *Ξηρόλοφος* vocant. *Add.* Panciroll.
Thes. Var. Lect. l. 2 c. 286. p. 451. Gyrald. Poët. Hist. Dial. 4 fol. 100
194. Gruter. Lamp. T. 1 p. 559. et T. 3 p. 414.

XEROMYRRHA, ae. f. vel XEROMYRRHVM, i. n. vel
XEROMYRVM denique, quasi dicas myrrham siccam, siue unguentum
siccum Sedul. Acrost. f. Hym. 2, 81 Xeromyrrham post sabbatum Quae-
-dam vehabant corpori. Alii leg. Xeromyrum: al. Christo myrrham: 105
et pro corpori, compares. Quam sententiam ornauit in Fabriano the-

sauro vir doctus iam ante Cellarium: et probabilem facit, illud, quod de litera X n. 3 dictum est. Sed cogitandum est, illud corpori etiam in comparibus mutare durum esse, contra omnes libros: comparibus porro hic ponitur sensu vix aliunde asserendo: denique, Sedulium non videri eum, in quem talis χῖ Graeci et Latini X, hoc est Ξ Graeci, confusio cadat. Itaque recte viri docti, qui postea videre Sedulium, Xeromyrrham reliquere. Quod adhuc alias non inuentum est nomen, non debet nos impedire: compositio tamen analogiam sequitur. Et nomen distinguunt Graeci medici ξηροκollήρια et ὑγροκollήρια; Nonne Collyria sunt genus unguenti? Xeromyron potuit esse, quod vim haberet siccandi corporis, et ab humida putredine conferuandi.

XERON, vel XERVM, i. n. [ξηρόν] Xera sunt Arida medicamenta, quae pulueris in modum insperguntur. sec. Fung. Etymol. p. 1330. Plin. Valer. 3, 22. Alii legunt Xeria. conf. Reines. Var. Lect. 152 c. 8 p. 201.

XEROMYRON, vid. XEROMYRRHA.

XEROPHAGIA, ae. f. Tertull. aduers. Pynch. c. 1 Arguunt nos quod ieiunia propria custodiamus, quod stationes plerumque in vesperam producamus, quod etiam Xerophagias obseruemus, siccantes cibum ab omni carne, et omni iurulentia et vuidioribus quibusque pomis, ne quid vinositatis, vel edamus, vel potemus. Add. ib. c. 11 pr. Vid. Voss. Etym. fol. 573. et de Vit. Scrm. 3, 4. Io. Sauberi fil. not. ad patris Prodr. Philos. Sac. p. 60 et 61.

XEROPHTHALMIA, ae. f. Ξηροφθαλμία, oculorum sicca perturbatio Scribon. 32. Cels. 6, 6, 29 Est etiam genus aridae lippitudinis, ξηροφθαλμίαν Graeci appellant: neque tument, neque fluunt oculi, sed rubent tantum, et cum dolore quodam grauescunt, et noctu praegraui pituita inarescunt: quandoque minor generis huius impetus, tanto finis minus expeditus est. ξηρός, siccus, aridus. οφθαλμία, lippitudo. add. Marc. Empir. c. 8.

XERXES, vel XERSES, is. m. [Ξέρξης] Darii filius, maximus omnium regum Persarum. Aegyptum, quae a patre desciaerat, recepit. Expeditionem etiam quam Darius in Athenienses parauerat, quinque annorum apparatu prosequens, decies centena hominum millia traduxisse dicitur. Quem numerum ut Valerius, itemque Hieronymus testantur de alta prospectans specula, fleuisse fertur, quod post centum annos nullus superesset. Hac igitur multitudine accinctus, ut omnes referunt auctores, et maria pontibus coniunxit, Athon montem continenti abscidit, Plinio teste 4, 10. Victus demum a quatuor millibus apud Thermopylas, nauale certamen cum Themistocle tentauit: a quo idem apud Salamina superatus, turpiter cum paucis parua cymba aufugit, relicto Mardonio praefecto, qui et ipse profligatus in Boeotia fuit. Demum quum se otio seordiaeque relicta militia tradidisset, a suis spretus, paucis post annis ab Artabano praefecto suo in regia interficitur, quum regnasset annis octo. Vid. Iustin. 2, 10. etc. Lucan. 2, 672. Xerxes praemium proposuit, qui nouam inuenisset voluptatem Cic. Tusc. 5, 20. Add. Val. Max. 9, 1, 3. Xerxes Magis auctoribus templa Graeciae inflammavit Cic. de Legib. 2, 26 c. 10. Valer. Max. 9, 5, 2 Iam Xerxes, cuius in nomine superbia et impotentia habitat, suo iure quam insolenter vsus est, etc. Nominis nempe ipso volunt maiestatem regiam designari. Vid. Reilandus de Vet. L. Pers. p. 259 sq. Verbo Regem Leonem notari aiunt.

X I

XIPHIA, vel XIPHIAE, ae. m. [ξίφια] Nomen piscis, de quo Plin. 32, 2 Xiphiam, id est gladium, rostro mucronato esse, ab hoc naves perfossas mergi in Oceano ad locum Mauritaniae, qui Cotta vocatur, non procul a Lyxo flumine, Trebius Niger auctor est. Add. Id. Plin. 32, 11. Ouid. Halieut. v. 97. ¶ 2 Xiphias etiam

Cometarum genus. Vid. Plin. 2, 25.

XIPHION, i. n. [ξίφιον] Herba, quae Romanis Gladiolus dicitur. it. Phasganion. Vid. LONCHITIS ex Plin. 25, 11 f. 88. it. Plin. 26, 8 et 10. Apul. de Herb. c. 46 et 78.

X Y

XYLEOS, vel XYLECHIOS, i. f. Herba Symphoniaca Apul. de Herb. c. 4.

XYLOBALSAMVM, i. n. [ξύλοβαλάσαμον] Arboris balsami materia, hoc est balsami lignum, ut inquit Dioscor. 1, 18. Columel. 12, 51. Scribon. 110. 269. Plin. 12, 25. 13, 1. 29, 2. Cels. 5, 18. Plin. 12, 25.

XYLOCINNAMOMVM, i. n. Lignum cinnamomi. Plin. 12, 19 f. 42 de cinnamomo, Ipsum vero lignum in fastidio est propter organiacrimoniam: xylocinnamomum vocatur. Xylocinnamum Scribon. 271.

XYLON, i. n. [ξύλον] Frutex est exiguus laniger. Plin. 19, 1 f. 2, 3 Superior pars Aegypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui Gossypion vocant, plures Xylon, vid. GOSSYPIVM.

XYLYNVS, a, um. Adi. Ut, Lina xylyna Plin. 19, 1.

XYLOLOTHON, i. n. Herba eadem, quae Pentaphyllum Apul. de Herb. c. 2.

XYLOPHŶTON, i. n. Herba, quae Latine Consolidida. Idem c. 59.

XYRIS, ydis. f. [ξύρις] Herbae nomen. Plin. 21, 20 f. 83 cum Iridem rufam laudasset, addit, sunt qui siluestrem xyrin vocent.

XYSTYLIS, is. f. Meretriculae nomen. Plaut. Pseud. 1, 2, 76.

XYSTIOS, i. f. Gemma Plin. 37, 9.

XYSTVS, i. m. et XYSTVM, Natura sua Adiectiuum Nomen Graecum est, ξυσός rasilis, radendo politus. Et apud Graecos quidem Neutro genere ξυσόν est ἀκόντων, iaculi genus; ξυσός δρόμος stadium vel spatium in quo decurrerent pedibus, aequatum nempe et mollitum vel arena vel viridibus breuib. Hoc dubio caret. Vid. quae ad Ammon. de Differ. voc. h. v. congeffit Valckenerius. Ad Latinos modo altera appellatio Masculini generis transit. Phaedr. 2, 5

Atrienfis perambulante lacta domino viridaria

Alueolo coepit ligneo conspergere

Humum aestuantem, et mox Praecurrit alium in Xystum, sedans puluerem.

Ergo Xystus inter viridia est, et sub diuo est. Sic Plin. Epist. 3, 17, 17 Ante cryptoporticum xystus violis odoratus. Et mox Cryptoporticus xystum umbra sua temperat etc. Et 5, 6, 16 Ante porticum xystus

concisus in plurimas species, distinctusque buxo. Et 9, 36, 3 Vbi hora quarta vel quinta, ut dies suasit, in xystum me (apertum nempe et subdiualem locum ambulationi aptum) vel cryptoporticum (tectum et ab iniuria caeli tutum) me confero. Seneca de Ira 3, 18 de Caio Caesare, ut in xysto maternorum hortorum, qui porticum a ripa (Tiberis) separat, inambulans, quosdam — ad lucernam decollaret.

ZEA, ac. f. [*ζέα*] *Frumenti genus, quod Latini Semen a praestantia frugis appellarunt. Duo eius genera reddidit Dioscorides 2, 80 alterum simplex et unius tantum grani: alterum quod dicoccon, id est gemini et duplicis grani appellant, duobus utriculis coniunctum semen habens. Zea, quod est semen Scribon. 70. et Spelta. Plin. 18, 8 f. 19 Qui zea utuntur, non habent far. Est et haec Italiae in Campania maxime, Semenque appellatur. Hoc habet nomen res praecleara: propter quam Homerus ζέωπος ἀραρα dixit: non, ut aliqui arbitrantur, quoniam vitam donaret. Ibidem c. 24 f. 54 Serere in iugero temperati soli iustum est tritici aut siliginis modios quinque, farris aut seminis (quod frumenti genus ita appellamus) decem, hordei sex. Conf. Plin. 10, 11. et SEMEN n. 5. Zea, Rosinarina species Apul. de Herb. c. 79.*

ZELO, āre. et **ZELOR**, āri. [*ζήλω*] *Significat Aemulari, Cupide aliquid imitari, Vehementer amare, adeo ut nullum in partem amoris admitti patiamur: significat etiam Inuidere. Vñs est Tertull. Carm. contra Marc. 4, 36. et Vulg. Interpr. Psalm. 73, 3. 1 Reg. 19, 14. Iac. 4, 2. 4 Esdr. 2, 28. Add. Fortunat. de Dracontio.*

ZELANS, antis. Part. Videant et confundantur zelantes populi Vulg. Iesai. 26, 11. Add. Sirac. 37, 9.

ZELĀTOR, ōris. m. [*ζηλωτής*] *Ambros. in Psalm. 51, 15 Ille magnus fidei zelator, qui iniquos docet.*

ZELŪTES, ac. m. [*ζηλωτής*] *Aemulator dicitur: Amator, qui nullum in amore fert rivalem. Vulg. Interpr. Exod. 20, 5 Dominus Deus tuus, fortis zelotes. Vid. Tertull. adu. Marc. 1, 28. et 4, 25. Luc. 6, 15. Act. 1, 13.*

ZELOTŪPVS, a, um. Adi. [*ζηλότυπος*] *Qui ita amat, ut sollicitus sit, ne quis amore suo perfruatur. Iuven. Sat. 5, 45 gemmas laudat, Quas in vaginae fronte solebat Ponere zelotypo iuuenis praelatus Harbac. Aeneae periphrasis de cuius gladio Virg. Aen. 4, 261 Stellatus Iaspide fulua. Rixa inter zelotypos et amasiunculos Petron. c. 45. Conf. Martial. 1, 93. Aufon. Epigr. 10, 1. Apul. Met. 9 p. 340. Tertull. Apol. c. 3. Quinctil. 4, 2 Nam quid exponet, quae zelotypum malae tractationis accusat? De sexu sequiore, Petron. c. 6 Noli zelotypa esse. Et Iuven. Sat. 6, 277 Si tibi zelotypae retegantur scrinia moechae. Add. Vulg. Sirac. 26, 8.*

ZELOTYPIA, ac. f. [*ζηλοτυπία*] *Plin. 25, 7 Nymphaea nata traditur, Nympha zelotypia erga Herculem mortua. Cic. Tusc. 4, 18 c. 8 Obrectatio autem est ea, quam intelligi zelotypiam volo, aegritudo ex eo quod alter quoque potitur eo, quod ipse concupierit. Anton. ad Cic. sub Att. 10, 8 Iudicabam duriores partes mihi impositas esse ab offensione nostra, quae magis a ζηλοτυπία mea, quam ab iniuria tua nata est.*

ZELIVĪRA, ac. f. *Idem quod Zelotypa. Tertull. Exhort. ad Castit. c. 9 Omnis mulier zeliuira est, quamdiu aliena.*

ZELVS, i. m. [*ζήλος*] *Fervor et aestus amoris irati, Zelotypia. Vulg. Interpr. Psalm. 69, 10. et Ioh. 2, 7 Zelus domus tuae comedit me. Vid. Vitruv. Praef. 7. Tertull. adu. Marc. 5, 14. Sidon. Epist. 7, 6. Scintilla odii de fomite zeli Prudent. Hamart. v. 188.*

ZEMA, ac. f. *Vas coquinarium. Apic. 8, 1 et 6 Humelbergius Zyma legendum putat: refutatus tamen a Listero aliisque.*

ZENO, ōnis. m. [*Ζήνων*] *Philosophus ex Cittio oppido Cypri, unde Citticus dicitur, Stoicorum sectae conditor, de quo Cic. pro Muraen. 61 c. 29 Fuit quidam summo ingenio vir, Zeno, cuius inuentorum aemuli Stoici nominantur. Huius sententiae sunt et praecepta eiusmodi etc. Zeno inuentor et princeps Stoicorum fuit Cic. Acad. 4, 131. Zeno in vna virtute positam beatam vitam putat Idem ibid. 4, 131.*

¶ 2 *Zeno Eleates, Parmenidis auditor, quem inuentorem dialectices fuisse, sicut Empedoclem rhetorices, Aristoteles est auctor. Huius celebratissima fuit in perferendis cruciatibus patientia. Qui cum adolescentes nobilissimos cupiditate liberandae patriae inflammasset contra Nearchum tyrannum, facto iudicio comprehensus traditusque est tortoribus torquendus. Qui cum laceraretur, ut conscios coniurationis nominaret, neminem illorum nominavit, sed amicos intimosque tyranni, participes coniurationis esse dixit. Deinde quum quidpiam se in aurem tyranni loqui velle significasset, eam mordicus correptam non ante dimisit, quam rapta aure populatum caput reliquisset. Sed quum complices coniurationis proferre cogere- tur, concisam dentibus linguam in os tyranni conspuit. Quo facto ciues tyrannum lapidauerunt. Vid. Cic. Tusc. 2 c. 22. et de Nat. Deor. 3 c. 33.*

¶ 3 *Fuit et alius Zeno Philosophus Epicureus, Ciceronis aequalis de quo Acad. 1, in ipso sine mentionem facit. Vid. de Fin. 1 c. 5. Id. de Nat. Deor. 1 c. 21.*

ZENOBIA, ac. f. *Vt ex Treb. Pollione constat, regina Palmyreorum: post Odenati viri mortem in Syria Romanum rexit imperium: poniturque inter XXX tyrannos, qui tempore Galeni orbem usurpauerint. Superata tandem ab Aureliano, ac in triumphum ducta fuit, eique principis clementia Tibure possessio concessa, ubi honeste matronae more Romanae ageret. Haec ea castitate dicitur fuisse, ut ne cum viro suo nisi prolis gratia congrederetur. Regali alioquin pompa. Persarum fere modo adorabatur. Ad conciones galeata procedebat cum limbo purpureo gemmis dependentibus, voce clara, moribus severis. Graeci Aegyptiique sermonis peritissima, Latini non ignara. Orientalem Alexandrinamque historiam in epitomen redegit. Herennianum et Timolaum filios literis erudit. De quorum exitu nescitur, an interierint morbo, an ab Aureliano fuerint interfecti.*

ZENODŌTVS, i. m. [*Ζηνόδοτος*] *Grammaticus, qui Suida teste vixit temporibus Ptolemaei primi, cuius etiam filios erudit, ac praefuit Alexandrinae bibliothecae: primus quoque Homeri libros correxit, ac in ordinem redegit. Hic memorandus ob versiculum Bibaculi apud Suet. Gram. 11 En cor Zenodoti, in iecur Cratetis, quem ille in Valerium Catonem scripsit: sed quem prouerbio usurpat quidam.*

ZEPHYRIVM, i. n. [*Ζεφύριον*] *Locrorum promontorium in Italia, a quo Locri Epizephyrii dicitur, in extimo eius agri iugo siti, iuxta Heracleam et Crotonem. Plin. 3, 5 f. 10 Locri cognominati a promontorio Zephyrio. Strabo lib. 6 Locri agri promontorium offertur, quod Zephyrium appellatur, portum habens venientibus ab Occasu ventis commodum, qua ex causa et nomen assequitur. Deinceps Locri Epizephyrii urbs insignis.*

ZEPHYRVS, i. m. [*Ζέφυρος*] *Graecis dicitur ventus, quem Latini Fauonium nominant. Is aduersus Eurum stat Gell. 2, 25. Plin. 18, 34 Ipse leniter pluuius, tamen est ficcior Fauonius, ex aduerso eius ab Aequinoctiali occasu, Zephyrus a Graecis nominatus. Haec ille. Zephyrus ineunte vere flare incipit: et, ut auctor Varro de R. R. 1, 7 Idus Febr. Te, dulcis amice, reuifet Cum zephyris, si concedas, et hirundine prima. Horat. Epist. 1, 7, 13. Idem Carm. 1, 4, 1 Solu- vifur acris hiems grata vice veris et Fauoni. It Ver et Venus, et*

Veneris praenunciatus ante Pinnatus graditur zephyrus vestigia propter
 Lucret. 5, 736. Virg. Georg. 1, 44 Vere nouo, gelidus canis quum
 montibus humor Liquitur, et Zephyro putris se gleba resoluit.
 Conf. Sen. Q. N. 5, 15. Plin. 2, 47 et 18, 34. Gell. 2, 22. Apul.
 de Mundo 2, 4. Lactant. 1, 20. Aurae tepentes Zephyri Virg.
 Georg. 2, 339. Flamina noua Zephyri Sil. 16, 365. Felices
 Zephyri Virg. Aen. 3, 120. Leuis Zephyrus Ouid. Amor. 1, 7, 55.
 Modici Zephyri, Modice spirantes Ouid. Met. 15, 700. Placidi Ze-
 phyri Idem ibid. 1, 107. Secundi spirant Zephyri Virg. Aen. 4,
 10 562. Surgens Zephyrus Idem Georg. 3, 273. Tepente Zephy-
 ro victa nix Ouid. Fast. 2, 220. Minuunt frigora Zephyri Idem
 Trist. 3, 12, 1. Mulcent flores Zephyri Ouid. Met. 1, 108. Po-
 fuere Zephyri, i. Desiere spirare Virg. Aen. 10, 103. Venit aura
 mitior a Zephyris Ouid. Fast. 2, 148. Tunc sic Mercurium allo-
 quitur, et talia mandat, Vade, age, nate, voca Zephyros, ac labere
 15 pennis Virg. Aen. 4, 222: dictum cum respectu ad 561 Nec Zephyros
 audis spirare secundos?

ZEPHYRIVS, a, um. Adj. [Ζεφύριος] Vt, Zephyria oua, Quae
 sunt sterilia. Plin. 10, 60 Quidam et vento putant ea generari: qua
 de causa etiam Zephyria appellantur, quae alii cynosura dixere. Vid.
 20 VRINVM Ouum et HYPENEMIVM.

ZEPHYRITIS, idis. f. Patronym. [Ζεφύρις] Chloris, seu Flo-
 ra dea, Zephyri filia. Catullus, de Coma Berenices, l. 64, 57 Ipsa suum
 Zephyritis eo famulum legarat.

ZERNA, ae. f. Impetigo. Vt, Zernas tollere Priscian. de Diae-
 ta cap. 14. Macer 2, 7.

ZEROS, i. m. Gemma similis iridi aspectu Plin. 37, 9.

ZERYNTHVS, i. f. Vrbs et antrum Hecate sacrum in Thracia.

ZERYNTHIVS, a, um. Adj. Vt, Litora Zerynthia Ouid.

30 Trist. 1, 10, 19.

ZETA, f. ZAETA, ae. f. In libris quibusdam MISS. Plinii est
 DIAETA, ubi vid.

ZETARIVS, vid. DIAETARIVS.

ZETES, ae. m. [Ζητης] Et Calais, Boreae Thraciae regis filii et
 35 Orithyiae, alati iuuenes, vid. CALAIS.

ZETHVS, i. m. [Ζηθος] Iouis filius ex Antiopa: Amphionis
 frater. Cic. de Orat. 2, 155 Miror cur Philosophiae, sicut Zethus, ille
 Pacuianus, prope bellum indixeris. Hor. Epist. 118, 42

Grati sic fratrum geminorum, Amphionis atque

40 Zethi, disiluit; donec suspecta fenero (Zetho)

Conticuit lyra. Fraternalis celsisse putatur

Moribus Amphion.

Durus Zethus Propert. 3, 13, 29.

ZETVS, i. m. Mathematicus, de quo Sidon. Apollin. Epist. 4, 3

45 Nunc quam inuestigare destituit cum Thalete tempora, cum Atlante
 sidera, cum Zeto pondera, etc.

ZEVGITES, ae. m. Zeugitae Pl. Calamorum genus. Plin. 11, 12,
 et 16, 36 l. 66. Nempe ζεύγοι Hesycho βρόχου ἐπιδρω. Sunt autem
 Zeugitae arundines f. calami aucupatorii.

50 ZEVGMA, atis. n. [ζεύγμα] Latine Connexio, siue Adiunctio
 dicitur. Figura, quum plures sensus vno connectuntur verbo. Quod tri-
 bus modis fit. Aut praeposito verbo, ad quod reliqua respiciant: vt,

Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Aut
 verbo postposito: vt, Neque is es Catilina, vt te aut pudor a turpitudine,

55 aut metus a periculo, aut ratio a furore reuocarit. Aut in medio
 sensuum posito verbo: vt Virg. Aen. 3, 360

Troiugena, interpres diuinum, qui numina Phoebi,

Qui tripodas, Clarii lauros, qui sidera sentis,

Et volucrum linguas, et praepetis omina pennae.

60 Vid. Iul. Rufinian. p. 30. et Beda de Tropis p. 343. Pitboei. Sed
 multo notabilius illud Zeugma est, cum commune verbum non aequae potest
 singulis accommodari. Nep. Alcib. 3, 5 Non solum spem in eo habe-
 bant maximam, sed etiam timorem. Non dicitur timorem in ali-
 quo habere. Vid. Heusingerus, vir sane doctus ad h. l. Plin.

65 Pan. 88, 5 Adoptauit te optimus princeps in suum, Senatus in optimi
 nomen. Adoptauit ad Senatum proprie non potest referri. Tac.

Agric. 19, 4 Nec poena semper sed saepius poenitentia contentus esse.

Quintil. Decl. 6, 10 Virum redimi noluit, nec filium sepeliri, non
 noluit hic intelligendum ad sepeliri, sed voluit. Simile quid vid. voce

70 NEGO n. 2. Sic Plin. 19, 6 l. 34 Quidam Vlpicum et allium in
 plano seri vetant, castellatimque grumulis imponi, non profecto ve-
 tant, sed iubent. Caeterum hoc non tam Zeugma, quam συζευγμένον,
 non tam iunctionem quam coniunctum alii dicunt, Rufinianus autem
 p. 30. Pith. Syllepsin vocat, et finit, cum duabus diuersisque sen-
 tentiis et rebus vnum datur verbum minime vtrisque conueniens.

75 2 Zeugma. [Ζεύγμα] Daciae vrbs Ptolemaeo 3, 8. Alia eius-
 dem nominis vrbs Caesaryriae ad Euphratem. Stat. Silu. 3, 2, 137 An-
 tiquae Babylonis opes, et Zeugma Latinae Pacis iter. Vid.
 Flor. 3, 11, 4.

80 ZEVVS, i. m. [Ζηως] Piscis, qui et Faber Gadibus appellatus est
 Plin. 9, 18. Et 32, 11. Columel. 8, 16 Vt Atlantico faber qui
 et in nostro Gadium municipio generosissimis piscibus adnumeratur,
 eumque prisca consuetudine zeum appellamus.

ZEVXIS, is. m. [Ζεύξισ] Heracleotes pictor sua aetate maximus. Hic

85 teste Plin. 35, 9 Opes tantas acquisiuit, vt in ostentatione earum Olym-
 piae aureis literis in palliorum tesseris intextum nomen suum ostenta-
 rit. Postea donare opera sua instituit, quod ea nullo satis digno pre-
 tio mutari posse diceret. Aequales eius et aemuli fuere Timanthes,
 Androcydes, Eupompus, et Parrhasius, cum quo descendisse in cer-
 tamen traditur, de quo vid. PARRHASIVS. Plin. ibid. c. 10. Fer-
 tur pinxisse puerum vuas ferentem, ad quas quum aduolarent aues,
 eadem ingenuitate processit iratus operi: et dixit, Vuas melius pinxi
 quam puerum, nam si et hoc consummassem, aues timere debuerant.
 Vid. Cic. de Inuent. 2, 3.

90

95

Z I

ZIMPIBERI. Idem quod Zingiberi, apud Plin. 12, 7.

ZINGIBER, vel ZINGIBERI, eris. n. [Ζγγιβερίς] Genus aro-
 matis. Dioscorides 2, 149 Zingiberis diuersa a pipere et sui generis planta
 est. Plurimum in Troglodytica, et Arabia nascitur: fronde eius ad
 100 multa, et in quibus nos ruta, vtuntur, pulmentis potionibusque eam miscen-
 tes. Habet zingiber, paruas radices quadrati odorati iunci forma, al-
 bescentes, odoratas, sapore piperis. Vid. Plin. 12, 7. Cels. 5, 23.
 Apic. 11, 2.

ZINZIBVLO, are. Auctor Philomelae v. 43

105 Regulus atque Merops et rubro pectore Progne
 Consimili modulo zinzibulare sciunt.

7 F

ZIRBVS, i. m. vel ZIRBVM, i. n. Omentum. Apic. 8, 6 Intestina super haedum componis in zirbo.

ZIZANIA, ae. f. vel ZIZANIVM, i. n. [*αἴζα*] Vid. LOLIVM, et Vulg. Interpr. Matth. 13, 38. Frumentum Zizaniae Ambros.

ZIZYPHA, sic melius scribitur, quam ZIZIFHA, orum. n. [*ζιζυφα*] Fructus arboris, quae ZIZYPHVS vocatur, apibus grata, cuius mentio Pallad. 1, 37, 2. Rutila et alba Colum. 9, 4, 3. Satio eius cultura describitur Pall. Apr. 4, 1. et Iun. 6. De Zizyphis, fructu, quem Iuiuba vocant hodie officinae Pallad. Apr. 4, 3. Zizyphi flores apibus grati Colum. 9, 4, 6. Vid. Io. Budaeus a Stapel ad Theophr. 4, 4 p. 328. Salmaf. ad Solin. p. 730. De his Ruellius, Papinianus ex Africa nouissimis Augusti temporibus primus inuexit, in castris sata, et aggeribus praecipue decora: baccis similia quam malis, et in tecta iam siluae adscendunt flore oleae, sed odorato magis: baccis cornis simile pomum, quo amplius et maturius, eo innocentius. Vid. Plin. 15, 14 et 17, 10. Vfus eorum etiam in coronis: vid. Plin. 21, 9.

ZMILAMPIS, is. Gemma, quae in Euphrate nascitur Plin. 37, 10. Zmilantis dicitur a Solin. c. 57.

ZMILVS, i. m. Architectus Lemni Labyrinthi Plin. 36, 13.

Z O

ZODIACVS, i. m. [*Ζωδιακός*] Dicitur potest Animalis, ab effigie animalium. Nam circulus est maior, obliquus aequinoctialem in partes aequales secans: cuius una medietas ad Septentrionem, reliqua ad Austrum declinat, in quo duodecim signa sunt in formam animalium figurata, ut Aries, Taurus, etc. Graece enim ζῶα, animalia dicuntur. Vim quandam esse aiunt signifero in orbe qui Graece, Ζωδιακός dicitur Cic. de Diuin. 2, 89 c. 42. Add. Gell. 13, 9. Solin. c. 3. Tertull. adu. Gnost. c. 10. Sidon. Epist. 8, 11. Illa Ζῶδια, illa Animalia, a quibus dicitur Zodiacus vulgatis versiculis continentur Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Pisces. Parum distant Ausoniani in Eclogario p. 548. Pluribus et ornatoribus ea expressit Manil. 1, 263 — 276.

ZODIACTEVS, a, um. Ad Zodiacum pertinens Mart. Capell. 1 p. 3 Annua peragratio zodiactea Veneri tribuitur.

ZOË, es. f. [*ζωή*] Aeon Valentinianorum. Tertull. c. 12. Iren. 1. 1. Mere Graecum est, Vita. Ut Iuuenal. 6, 195 ubi lasciuum illud Ζωή ἢ ψυχὴ ad verba sub Iodice relicta refert, i. gannitus amatorios coeuntium.

ZOÏLVS, i. m. [*Ζοῖλος*] Poeta Ptolemaei temporibus, ea re nobilitatus, quod Homerum ausus est incessere, unde Ὀμπρομάσιγος cognomen adoptauit: quod ipsum etiam abiit in prouerbium: sic enim appellari coepta nobilium auctorum castigatores. Ouid. de Rem. Amor. 866 Ingenium magni liuor detrectat Homeri: Quisquis es, ex illo Zoile nomen habes. Hic quum sua in Homerum scripta Ptolemaeo regi recitasset, rex indignatus nullum ei dedit responsum. Zoilus autem cum diutius in regno fuisset, inopia pressus submitit ad regem, postulans, ut aliquid sibi tribueretur. Rex vero respondisse dicitur, Homerum, qui ante annos mille decessisset, aeuo perpetuo multa millia hominum pascere: item debere, qui meliori ingenio se profiteretur, non modo se vnum, sed plures alere posse. Et ad summum mors eius, ut paricidii damnati varie memoratur. Alii eum scripserunt a Philadelpho esse in crucem fixum, nonnulli in eum lapides esse coniectos: alii Smyrnae vitium in piram esse coniectum. Haec et plura Vitruu. 7 Praef. p. 124.

ZOMOTEGANITE, es. f. Apic. 4, 2 ex restitutione Humelbergii, i. patina cum piscibus in sartagine coctis et proprio iure conditis; ex ζῶμος, ius, et τήγανον, sartago.

ZONA, ae. f. [*ζώνη*] Est, Id quo cingimur, Cingulum. Martial. 14, 15 Longa satis nunc sumi: dulci sed pondere venter Si tumeat, fiam tum tibi zona breuis. In zonis pecuniam ferebant. Caius Gracchus apud Gell. 15, 12 Zonas quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli. Dilabentibus, qui simul erant, zona se aureorum plena circumdedit Suet. Vit. c. 16 extr. Iussit, ne in zonis milites ad bellum aureos vel argenteos numos portarent Spartian. in Pescenn. c. 10. Hinc Hor. Epist. 2, 2, 40 Ibit eo, quo vis, qui zonam perdidit, etc. Plaut. Poen. 5, 2, 48 Tu qui zonam non habes, quid in hanc venistis urbem, aut quidnam quaeritis? Duplex allusio, et ad vestem Poenorum more distinctam: et ad pecuniam, quae in zona gestatur. Retinens vestem zona Senec. Oedip. 1. 5. 70 Constringit zona breuis sinus Idem Hippol. 1. 4. Catull. 2, 11

Tam gratum mihi, quam ferunt, puellae

Pernici aureolum fuisse malum,

Quod zonam soluit diu ligatam.

i. quo illi persuasum est, ut soluta zona virginali copiam sui faceret amanti. Conf. I. C. Scalig. Poët. 3, 100. Ios. Scalig. et Muret. ad Catull. c. 1. Voss. Inst. Or. 4 p. 478. Teres zona Ouid. Fast. 2, 320.

¶ 2 Zona, Morbi genus. Scribon. Larg. 63 Facit hoc medicamentum ad carbunculos, et ad ignem sacrum, et ad zonam quam Graeci ζῶπτα dicunt. Add. 106. 247. al. ZOSTER. ¶ 3

Zonae caeli. Plin. 2, 68 Nam quum sint caeli quinque partes, quas vocant zonas, infesto rigore et aeterno gelu premitur omne, quidquid est subiectum duabus extremis vtriusque circa vertices, hunc qui Septentrio vocatur, eumque qui aduersus illi Austrinus appellatur. Virg. Georg. 1, 233 Quinque tenent caelum zonae, etc. Vbi Seruius, Circuli qui caelum ac terram veluti zonae cingunt, translative: nam proprie zonae in terris, sed pro parallelis, id est circulis posuit, Septentrionalis, Aestiuialis, Aequinoctialis, Brumalis, Australis. Vid. Ouid. Met. 1, 46.

Lucentes zonae Stat. Theb. 10, 214. Nivalis zona, Plaga Septentrionalis Lucan. 4, 106. Rubens zona, Torrida plaga caeli Claud. de Bell. Gild. 148. Trita zona flammae rota Phoebi Senec. Herc. Oet. f. 11.

Septem Zonas memorat Claudian. in sec. Conf. Stilic. 135 de Roma, Quae septem scopulis (collibus) zonas imitatur Olympi: quod illustrat Barbisius ex Orphei Hymno 6 in Astra v. 8 ἐπταφάσας ζῶνας ἐφορμημένους.

ZONARIVS, i. m. [*ζωνοπλόκος*] Qui zonas facit. Cic. pro Flacc. 17 c. 7 Quod Mithridates qui multitudinem illam non auctoritate, sed sagina tenebat, se velle dixit; id sutores et zonarii conclamarunt. Sector zonarius, quem Crumenifecam alias appellant. Plaut. Trin. 4, 2, 20 Mira sunt ni illic homo est aut dormitator, aut sector zonarius.

ZONVLA, ae. f. Dimin. [*ζώνιον*] Catull. in Epithal. Iul. 59 (62) 53 Tibi virgines Zonula soluant sinus. Miles habens aliquid in zonula Lamprid. Alexand. c. 52.

ZONALIS, e. Adi. Macrobr. Somn. Scip. 2, 5 Eadem est in eiusdem

zonalis ambitus continuatione temperies. Zonalis ambitus est ipsa Zona.

ZONĀTIM. Adu. Per gyrum. Lucil. 6 Zonatum circum impluvium cumeram is cludebat. Nonius 2, 928.

5 ZOOPHTHALMVS, i. m. [ζωόφθαλμος] *Herba sic dicta, quod oculus animalis refert Plin. 25, 15. Apul. de Herb. c. 123.*

ZOPHŌRVS, i. m. Est Vitruvii et architectis membrum columnae, nominatim capituli, Epistylis impositum dictum a figuris quas recipit s. sculpturis animalium et aliarum rerum, dictum itaque eadem ratione ut Zodiacus. Vitruv. 3 ult. Et 4, 1 et 7. Rursus 5, 1.

10 ZOPISSA, ae. f. [ζωπίσσα] *Devasam nauigiis cum cera resnam, zopissam aliqui vocant, inquit Dioscorides (a plerisque eadem hypochyma appellatur, quod marino sale maduerit) discutiendi vires habentem. Sunt etiam qui collectam ex picea arbore resnam, zopissae appellatione indicent. Plin. 24, 7 Zopissam eradi nauibus diximus, cera marino sale macerata: Optima haec a tyrociniio nauium. Add. Plin. 16, 12.*

15 ZOPYRVS, i. m. [Ζώρυπος] *Physiognomon dictus est, quod profiteretur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte se posse pernoscere. Qui cum turpia quaedam, et a virtute aliena de Socrate dixisset, ac a multis idcirco derideretur. Non errat (Socrates respondit) Zopyrus. Huiusmodi enim natura essem, nisi naturam Philosophia superassem. Vid. Cic. de Fato c. 5 et quae ibi Dauid.*

20 ¶ 2 Zopyrus alius, ut testatur Herodotus circa finem libri quarti, nobilis Persa, qui, quum Darius rex Persarum Babyloniam diu et frustra oppugnaret, ipse sibi nasum, aures, et labia amputauit, et ita ad Babylonios quasi transfuga se contulit, conquerens de crudelitate sui regis. Receptus igitur a Babylonis, et dux belli constitutus, urbem Darii tradidit, de quo dicere solebat Darius, se Zopyrum malle integrum, quam viginti capere Babylonas, et oblato malo granato, tantum optauit sibi Zopyrorum,

30 quantum ibi granorum inesser. Vid. Iustin. 1, 10, 15 sqq. ¶ 3 Zopyrus, qui, ut auctor est Plin. 34, 12 sculpsit Areopagitas, et iudicium Orestis in duobus scyphis pondo duodecim aestimatis. ¶ 4

Zopyrus Clazomenius, Orator Quintil. 3, 6.

ZOPYRON, i. n. [ζώρυρον] *Herba similis Serpyllo Plin. 24, 15.*

35 ZOROASTRES, ae. m. [Ζωροάστρης] *‘Baetrianorum rex, qui primus, ut auctor est Plin. 30, 1 artes magicas in Perside inuenit. Id. 7, 16 Vnum eodem die quo genitus est risisse testatur. Eidemque cerebrum ita palpitasse, ut impositam repelleret manum, futurae praefragio scientiae. Vid. Iustin. 1 pr. Fabric. B. Gr. etc.*

40 ZOROASTRAEVS, a, um. Adi. *Magicus. Prudent. Apotheos. v. 562 Qui Zoroastracos turbasset fronte susurros.*

ZOSTER, ēris. m. [ζώστης] *Genus ignis sacri, medium hominem ambientis, et enecantis si cinxerit Plin. 26, 11. ¶ 2 Zo-*

45 *ster, Frutex maris Plin. 13, 25. ¶ 3 Zoster, Oppidum et Promontorium Atticae inter Piraeum portum et Cream insulam. Cic. Att. 5, 12.*

ZOTHECA, et ZOTHECVLA, ae. f. *Ex Graeco Ζωθήκη s. Ζωοθήκη dictum putamus, velut Sepulcrum viuentis, nempe locum angustum, qui non multum praeter unum lectulum copiat; in quo solus et ab*

50 *omni turba seclusus velut sepelire te, et meditari mortem inter mortuos i. libellos possis. Certe, cum θνήσκει sit apud Graecos sepulcrum, et sepeliendi ratio, hinc homo elegans videtur occasionem huius appellationis arripuisse, quem alii secuti sunt. Plin. Epist. 2, 17, 21 Contra parietem medium cubiculi Zotheca quam eleganter recedit, quae specularibus et*

55 *velis obductis reductisque modo adicitur cubiculo, modo aufertur (ut eae, quas Alcouas hodie appellant) Lectum et duas cathedras capit Idem 5, 6, 38 de eadem re, Mox Zothecula refugit quasi in cubiculum idem atque aliud. Nempe hic quoque Specularibus et velis interpositis separari potest a reliquo cubiculo, aut his reductis et semotis adiungi.*

60 *Literatis hominibus pro iis fuere cubiculis, quae hodie Studia vel Musae vocare solent: quod de Plinianis certe verosimile est, de Sidonio constat. Nam ille Epist. 8, 16 de libellis a se scriptis, Nam per armariola et Zotheculas nostras non manserunt digna, prolata. Haec vera lectio: Zeteculas et Gotheculas corrupta. Vid. Sirmond. Idem 9, 12 Tam-*

65 *diu potes vti libello, vti eum non amplius Zothecula tua quam memoria includat. Hinc ergo explicanda Vet. Inscript. apud Gruter. p. 49 n. 3 HERCVLI. SAXANO. SACRVM. SER. SVLPICIVS. TROPHIMVS. AEDEM. ZOTHECAM. CVLINAM. PECVNIA. SVA. A SOLO. RESTITVIT.*

70 *Quia cum culina memoratur, ea res occasionem dedit Salmasio ad Solin. p. 850, b G intelligendi locum culinae adiectum, saginandis animalibus destinatum. Sed oppido lubricum hoc est. Possunt haec fuisse diuersa plane membra, diuersis partibus Aedi adiuncta. Zotheca forte seruebat sacerdoti in templo pernoctanti. Est et alia Inscriptio ap. Reines.*

75 *2, 53 TI. CLAVDIO AVG. L. FELICI — DE CVRIAE VNIVERSAE HONORIS CAUSA ZOTHECAM PVBLICE DEDERVNT, i. ut recte interpretatur Reinesius, secretius quoddam ταμείον s. conclauae quodcumque, appendiculae aedis maioris.*

80 Z V et Z Y

ZVRA, ae. f. *Afrorum lingua semen Paliuri, contra scorpiones efficacissimum Plin. 24, 13.*

ZYGIVS, a, um. Adu. [ζύγιος] *Iugalis connubialis. Apul. Met. 4 p. 157, 37 Sonus tibiae zygiae. Quam cunctus oriens zygiam*

85 *veneratur Apul. Met. 6 p. 174, 38. de Iunone, quae Iugalis Latine dicitur.*

ZYGIA, ae. f. *Carpinus arbor, ex qua fiunt iuga iumentis Vitruu. 2, 9. et Plin. 16, 15.*

ZYGIS, idis. f. [Ζυγίς] *Serpyllum agreste. Vid. Apul. de Herb. c. 99. et Diofc. 3, 4.*

90 ZYGOSTATA, ae. m. [ζυγοστάτης] *Libripens. Leg. 2 Cod. Theod. de Ponderat. et auri illatione, Imp. Iulianus: Per singulas ciuitates constitui zygostaten.*

ZYGOSTASIVM, i. n. *Munus libripendis. Leg. 1 Cod. Theod. et Iustin. de frumento Alexandrino: Quidquid de Crithologia et Zygostasii munere Eminentia tua disposuit, roboramus.*

95 ZYMA, ae. f. *Olla, a ζίω, ferueo. Apic. 8, 1 Mittitur in zymam. Add. Idem 8, 7. Alii legunt Zemam. Vid. Salmas. Hist. Aug. p. 334.*

100 ZYTHVM, i. n. [ζύθος] *Potus ex bordeo aqua resoluto. Vt Pelusiaci proritet pocula zythi Colum. 10, 116. Plin. 22 extr. Et frugum quidem haec sunt in vsu medico. Ex iisdem fiunt et potus, zythum in Aegypto, celia et ceria in Hispania, ceruisia et plura genera in Gallia, aliisque prouinciis. Vid. CELIA, CERVISIA it.*

105 SABAIA.